DECISIONES
FLORENTINÆ
DIVERSORUM.

DECISIONES FLORENTINÆ
DIVERSORUM
DE FIDEICOMMISSIS
PRIMOGENITURIS, MAJORATIBUS, &c.

Compilatæ Opera, & Studio

JACOBI DE COMITIBUS
NOBILIS ASCULANI J. U., ac SAC. THEOL. DOCT.

ET SANCTISSIMÆ INQUISITIONIS CONSULTORIS

Olim in Alma Urbe Advocati, poſtea Excelſæ ROTÆ SENENSIS pro interim Auditoris, exinde in Ampliſſima ROTA FLORENTINA, ex numero Trium ultimarum Appellationum Auditoris.

ET MODO IN SUPREMO ETRURIÆ CONSILIO

REG. CELS. MAG. DUCIS

GRATIÆ, ET JUSTITIÆ

PRIMI INTIMIQUE CONSILIARII, ET PROAUDITORIS CAMERÆ

CUM ADDITIONIBUS

Ejuſdem Compilatoris ad ſingulas Deciſiones

Tomus Primus

Cui accedit in fine Index Deciſionum Florentinarum in diverſis Voluminibus impreſſarum.



FLORENTIÆ. MDCCXXXIII.

Typis Regiæ Celſitudinis. Apud Jo: Cajetanum Tartini, & Sanctem Franchi.

SUPERIORUM APPROBATIONE.

REGIÆ CELSITUDINI

JOANNIS GASTONIS I.

MAGNI ETRURIÆ DUCIS.

JACOBUS DE COMITIBUS

FELICITATEM.



Ogitanti mihi, MAGNE DUX GASTO, quantum boni, utilitatisque florentissimæ huic Civitati, cæterisque R. C. Tuæ feliciter obsequentibus populis futurum esset, si quæ

de

de ultimis voluntatibus, præcipue vero Fideicommissis, Primogeniis, & Majoratibus infinita passim concertatione disputantur, majori luce donarentur; illud in mentem venit, ut ex veteribus judiciorum, quæ in hac Urbe factæ sunt, tabulis, scita, jussa, deliberationesque conquirerem, quæ iis, instar essent auspicatissimi sideris, qui turbulentissimum legum mare prætervehuntur, quo sine metu, ac naufragii periculo, munitissimum Justitiæ Portum, securitatemque assequantur. Quo sane consilio ubi collecta operosius in molem excrevisse vidi, tum ex plurimarum judicatarum rerum copia, quas undequaque congesseram, tum ex pluribus additamentis, quibus ipse a recentioribus opinata in medio ponerem, nulli magis, quam Tibi R. C. laborem hunc meum quantulumcumque est nuncupari debere sum arbitratus, quod illud clementiæ Tuæ præcipuum omnino semper fuerit ad humilia quoque animum, oculosque convertere, ut Dii solent, qui non solum majoribus hostiis, sed exiguo etiam thure, & virenti cespite delectantur. Adjecit præterea cupienti animum, ut plane fatear, communis illa, & longe lateque diffusa excellentium virorum celebritas, qui juri dicundo cum sapienti majorum tuorum judicio, ac Tuo gravissimo, & maximo fuerint constituti, mirum non est, si usque eo omni scientiarum genere, rerumque præsertim gerendarum intelligentia effloruerunt, ut quæ ex illorum sententia in controversiis distrahendis decreta sunt, quasi pro oraculis habeantur. At enim nulla potior est causa, cur hæc Tuo

No-

Nomine ornata, quæcunque ea demum ſint, exaptaverim, quam quod ipſe ita Juſtitiam amas, *in qua una virtute*, ait Tullius, *fundamentum eſt perpetuæ commendationis, & famæ*, ut jam Etruria non habeat cur Athenis invideat Ariſtides ſuos. Hinc præclara illa ſolicitudo, ut nimirum unicuique jus ſuum pro dignitate tribuatur, noceatur nemini, communi utilitati ſerviatur: quæ nemo non videt, quod profectò ſunt partes optimi, ſanctiſſimique Principis, & populorum felicitati, bonoque publico divinitus nati, cujus Tu te Ipſe imaginem, MAGNE DUX GASTO non inchoatam, ſed ſolidam, & expreſſam, & quam ſimillimam repræſentas. Quid autem hic memorem privata in me meritorum Tuorum argumenta, quæ certe tanti apud me ſunt, tantoque beneficiorum cumulo impertita, ut ea ſuſtinere minime poſſim, ne dum verbis, & grati animi ſignificationibus amplificare. Quam ob rem, tantum abeſt, ut conquirendæ ſint cauſæ, cur hæc forenſium controverſiarum judicata Tuo potiſſimum Nomini inſcribam, ut ea potius, ſive origo ſpectetur, a qua initio prodierunt, ſive progreſſus, ſive auctoris conſilium, a quo late diſiecta in unum denique collecta ſunt, jure quodam ſuo ad Te omnino pertinere videantur. Quæ cum ita ſint, vereor equidem Tuæ frontis auguſtum decus, vereor illum in omnigena diſciplinarum cognitione ſolertiſſimam perſpicaciam, qua pleriſque mortalium præſtas; at enim ſecuro, fidentique animo non munus aliquod ex longa peregrinatione comparatum, veruntamen quod Tuum eſt, Tibi offero,

ſero, ac fretus humanitate erga me Tua, clementiaque propemodum ſingulari dono, dicoque. Id erit oppido, ut ſpero, quemadmodum præclariſſimæ virtutis Tuæ, ita officii, & voluntatis erga Te meæ monimentum ſempiternum, quo videlicet omni ævo poſteris indicabitur, Etruriæ Regnum, nunquam felicius, quam ſub æquiſſimo, ac ſapientiſſimo Principe floruiſſe.



INDEX ARGUMENTORUM

Decisionum Rotæ Florentinæ, & Additionum, quæ in hoc Volumine continentur.

FLORENTINA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI

18. *Julii* 1600.

DECISIO I.

Dispositio de pecunia numerata non comprehendit nomina debitorum, maxime stantibus conjecturis. Substitutio quando censeatur fideicommissaria, vel potius vulgaris, & ex quibus verbis una, vel altera elicitur.

PISCIEN. SEU FLORENTINA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI

16. *Augusti* 1600.

DECISIO II.

Filii in conditione positi non censentur dispositive vocati juxta *gloss. in l. Lucius 14 2. ff. de hæred. instit.* & reprobantur nonnullæ conjecturæ, quæ pro ipsius limitatione afferuntur.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

24 *Septembris* 1600.

DECISIO III.

Fideicommissum ex quibus censeatur inductum, hæres hæredis gravati an possit vindicare bona fideicommissaria per suum auctorem alienata. Identitas bonorum quomodo probetur, & an pro melioramentis sit danda retentio.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

22. *Januarii* 1600.

DECISIO IV.

Substitutio facta in casu mortis hæredis sine filiis non extenditur ad casum non nativitatis, quando testator de tali casu cogitavit, & tamen in eo non substituit. Dispositio *l. cum avus ff. de condit. & demonstr.* quo casu locum non habeat.

EADEM.

DECISIO V.

Substitutis pluribus per vulgarem, vel compendiosam sub conditione, & caducato aliquo gradu intermedio, an pro admissione sequentis sit attendenda purificatio conditionis adjectæ primo gradui, vel illi, qui locum caducati subintrat ad explicationem *Castrens. cons.* 152. *lib.* 1.

EADEM.

DECISIO VI.

Institutus in re certa quando non obstante prohibitione de plus non petendo sit hæres ex asse; & an detrahat trebellianicam. Gravatus pure unam tantum quartam detrahit, secus gravatus sub conditione, & unde quis dicatur gravatus sub conditione, non pure.

ADDITIO.

Trebellianica an, & in quibus casibus detrahi possit ex fideicommisso particulari. In hoc Serenissimo Dominio filiis primi gradus prohiberi nequit, & quomodo impediri possit detractio tam trebellianicæ, quam falcidiæ, & de earum calculatione.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

31. *Januarii* 1600.

DECISIO VII.

Prohibitio alienationis alias per se valida, addita clausula *quia volui, &c.* inducit fideicommissum etiam in casu mortis, nisi stet accessorie, sed principaliter, & quando dicatur stare principaliter, non accessorie. In fideicommisso relicto familiæ non veniunt fœminæ, stante Statuto exclusivo fœminarum.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

19. *Februarii* 1600.

DECISIO VIII.

Appellatione descendentium masculorum an veniant masculi ex fœminis; & quid stante conjecturata mente testatoris, & agnationis contemplatione.

BITURGIEN. FIDEICOMMISSI

18. *Martii* 1601.

DECISIO IX.

Appellatione filiorum ex quibus veniant nepotes. Hæres gravatus ultra legitimam, quæ detrahere possit in restitutione fideicommissi, & an in ea calculanda fœminæ exclusæ a Statuto partem faciant. Fideicommissum licet non agnitum quandu transmittatur, & quid in furiosu.

ADDITIO.

Celebris quæstio illa, an filiorum appellatione veniant nepotes, latissime discutitur afferendo primum circumstantiam, quæ regulam confovent negativam maxime in hac Curia receptam, deinde enumerando conjecturas pro recessu in casu contrariæ voluntatis testatoris, variis diffidentibus opinionibus conciliatis, & declaratis.

EADEM.

Iisdem die, & anno.

DECISIO X.

Neptis in legatum dotis sibi ab avo relictum imputare tenetur legitimam, & trebellianicam, quam detrahit ex persona patris. Transmissioni hæreditatis ex æquitate *l. Pantonius ff. de acquir. hæredit.* an, & quando locus non sit. Statutum excludens sororem propter fratrem, vel filium fratris excludit a fortiori neptem ex fratre. Duplicitas vinculi quibus casibus non sit attendenda.

ADDITIO.

Jus petendi restitutionem in integrum ad adeundam hæreditatem quando transmittatur, & intra quod tempus, & quomodo restitutio peti debeat ad declarationem *l. Pantonius* 85. *ff. de acquir. hæredit.*

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

18. *Octobris* 1601.

DECISIO XI.

Pluralitas resolvitur in singularitates, quando cohæres non est persona prædilecta, quæ ex verisimili mente testatoris excludat substitutum, qualis non est transversalis, etiam si sit frater testatoris, & afferuntur, & declarantur nonnullæ limitationes ad dictam regulam.

ADDITIO.

Pluralitas in singularitates quando resolvatur, ad exornationem celebris textus in *l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Senat. Consult. trebell.* Distinguitur casus vulgaris a fideicommissaria substitutione, atque in hac posita regula affirmativa, late ad ejus limitationem discutitur, quæ sit persona prædilecta, in cujus præjudicium non resolvitur. Agitur de dictionibus restrictivis, & collectivis, de reciproca inter primos inducta, & de pluribus aliis circumstantiis regulam respective limitantibus, vel confoventibus.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

29. *Novembris* 1601.

DECISIO XII.

Rescriptum delegationis per hac verba *decida tutte le differenze*, quæ contineat.

EADEM.

Iisdem die, & anno.

DECISIO XIII.

Plene agitur in hac decisione ex quibus arguatur, vel excludatur dementia, & de testibus super ea deponentibus plura afferuntur.

ADDITIO.

Dementia, amor, ira quandu quem privent libera rerum suarum dispositione, & ex quibus de illis constare dicatur.

EADEM.

Iisdem die, & anno.

DECISIO XIV.

Restitutio in integrum adversus contractus ex capite debilitatis mentis, & prodigalitatis non datur, stante juramento, auctoritate Principis adhibita in contractu, lapsu quadriennii, & defectu læsionis; & ex quibus læsio excludatur.

ADDITIO.

Quadriennium ad petendam restitutionem in integrum quando currere incipiat, quando non currat, & quando etiam ejus lapsus non attendatur. Prodigus, cui nondum interdicta fuit bonorum administratio, an possit valide contrahere, & quid in prodigo notorio; referuntur contrariæ opiniones, & conciliantur variis casibus expensis.

EADEM.

Iisdem die, & anno.

DECISIO XV.

Substitutio facta in defectu omnium linearum locum habet etiam lineis non inceptis, & magistraliter diluuntur contraria.

ADDITIO.

Substitutio facta in casum deficientiæ habet locum etiam in casu non existentiæ contra *Oldrad. cons.* 177. & quid concurrentibus dictionibus restrictivis. Expenduntur plures conjecturæ hanc opinionem confoventes, & signantur quandu ratio finalis, & motiva testatoris suum plenarium effectum consequitur, quæ extensionem operatur ab expresso ad non expressum in pluribus casibus latissime enumeratis.

EADEM.

Iisdem die, & anno.

DECISIO XVI.

Extensio in fideicommissis non admittitur stante diversitate personarum, rerum, & rationis, prout nec repetitio, non obstantibus dictionibus repetitivis, vel relativis, quæ ad alia referuntur.

ADDITIO.

Latissime agitur de extensione facienda in substitutionibus, & primo quod vulgaris non extendatur de persona ad personam, nec de tempore ad tempus, bene tamen de casu ad casum, & plura afferuntur exempla. Secundo de fideicommissaria, quod regulariter non extendatur de casu ad casum, nec de tempore ad tempus, afferuntur tamen plures utriusque regulæ limitationes, & signanter in tempore tacito, ubi iterum de vulgari contenta in pupillari an ultra pubertatem extendatur.

EADEM.

Iisdem die, & anno.

DECISIO XVII.

Vocatis descendentibus in emphyteusi Ecclesiastica, stante Statuto exclusivo fœminarum veniunt masculi per prius, & fœminæ per posterius; & an in hac materia attendatur proximitas ultimi decedentis, vel primi acquirentis.

ADDITIO.

Fœmina est capax emphyteusis etiam Ecclesiasticæ, venitque appellatione descendentium, etiamsi præcederet verbum filiis, a quo subsequens non restringitur. Venit vocatis descendentibus per lineam, vel ex linea masculina, & contrarium sentientes conciliantur, & declarantur. Non venit stante Statuto exclusivo fœminarum, donec masculi existunt, Statutumque non ex ratione dispositiva, sed ob intentionem acquirentis comprehendit etiam bona Ecclesiæ. Masculi unius lineæ an excludant fœminas alterius, & de proximitate ultimi successoris attendenda in successione emphyteutica tam hereditaria, quam ex pacto, & providentia.

EADEM

Iisdem die, & anno.

DECISIO XVIII.

Facultas recuperandi bona per alios empta soluto tamen prius pretio, ex quibus dicatur personalis non obstante stipulatione Notarii pro hæredibus, & successoribus, & quanto tempore præscribatur.

ADDITIO.

Explicatur Statutum Florentinum *lib.* 2. *rubr.* 39. super acquisitione absentis per alterius stipulationem. Fideicommissum perpetuum inducitur ex voto perpetuandi bona in familia, maxime injuncto præcepto assumendi cognomen, vel prohibitione alienationis. Pactum de retrovendendo spatio triginta annorum præscribitur, quod tempus utile est, non continuum ad terminos Statuti Florentini *lib.* 2. *rubr.* 73. An tale pactum sit perpetuum accedentibus verbis infinitatem denotantibus, an sit cessibile, an res redempta recidat in fideicommissum. Plura de jure offerendi, quando pariter præscribatur, & de scientia creditoris ad hoc requisita.

EADEM

Iisdem die, & anno.

DECISIO XIX.

Per divisionem, præsertim factam ab Arbitris non censetur fideicommisso fuisse renunciatum, non obstante promissione evictionis, clausula ad habendum, juramento, & aliis clausulis, & contrariæ auctoritates declarantur.

ADDITIO.

Latissime expenditur quæstio, an, & quando per divisionem fideicommisso dicatur renunciatum, pluribus discordantibus opinionibus conciliatis, & declaratis. De scientia ad renunciationem requisita, ex quibus resultet, & ex quibus ignorantia. De vi, & potestate clausularum, juramenti, promissionis evictionis, facultatis alienandi, aliorumque pactorum, quæ in instrumentis divisionum apponi solent. De divisione facta a patre, a minore, a procuratore, a judice, & earum effectibus. De observantia divisionis, & præservativa fideicommissi, & an divisio facta inter vocatos præjudicet succedentibus ex propria persona.

EADEM

Iisdem die, & anno.

DECISIO XX.

Bona emenda, & melioramenta facienda super bonis fideicommissariis de mandato donantis, an efficiantur fideicommissaria. Et an fideicommissarius condividens ex supervenientia tituli agat de evictione contra semetipsum, saltem ad effectum consequendi pretium.

ADDITIO.

Evictio in divisione an, & quando præstanda sit, quando non, & de differentiis inter emptionem, & divisionem in materia evictionis. Evictioni quando est locus, quomodo præstari debeat tam quoad damna, & interesse, quam quoad valorem, & æstimationem rei evictæ.

EADEM

Iisdem die, & anno.

DECISIO XXI.

Prædium esse de pertinentiis alicujus castri, vel possessionis ex quibus arguatur, & respective excludatur.

ADDITIO.

Appellatione prædii, & pertinentiarum veniunt terræ volgo *spezzate*, ex quibus constitutum fuerit, veniunt prata ad illius usum destinata, venit domus, seu ædificium in eo existens, secus appellatione agri, & terræ. De probatione librorum Decimarum, & Æstimi, quoad possessionem, dominium, valorem, & quoad tercios.

PISCIEN., seu FLORENTINA FIDEICOMMISSI

15. Maii 1602.

DECISIO XXII.

Firmatur in hac decisione filios in conditione positos non censeri dispositive vocatos non obstantibus undecim conjecturis ad hunc effectum ponderatis, quæ rejiciuntur, & reprobantur.

ADDITIO.

Opinio *Gloss. in l. Lucius* la 2. *verb. liberos ff. de hered. instit.*, quod positi in conditione non censeantur vocati, ostenditur semper recepta in Rotæ Florentinæ Auditorio, & in Rota Romana. Quales conjecturæ requirantur pro recessu, & plures earum examinantur, sequendo ordinem conjecturarum, quæ in casu decisionis concurrebant, & in decisione enumerantur.

R. P. D. FALCONERIO

Nunc S. R. E. Cardinali

ASCULANA SUCCESSIONIS

Luna 8. *Maii* 1713.

APPENDIX I.

Filii in conditione positi censentur dispositive vocati, quando ob præmorientiam patris, vel matris ante casum fideicommissi apertum ad illorum favorem, ipsi filii nequeunt patri, vel matri ab intestato succedere; præsertim concurrentibus aliis conjecturis, de quibus in decisione, non obstante, quod agatur de dispositione transversalis.

EADEM

Coram Eodem.

Luna 5. *Martii* 1714.

APPENDIX II.

Argumentum est idem cum præcedenti.

R. P. D. CRISPO

ASCULANA SUCCESSIONIS

Luna 1. *Aprilis* 1715.

APPENDIX III.

Examinatur *Gloss. in l. Lucius* la 2. *ff. de hered. instit.*, & contra eam firmatur, quod filii positi in conditione censentur vocati, quando successio ab intestato ad eorum favorem verificari nequit, præsertim autem aliis concurrentibus conjecturis. Reprobatur item Motivum Rotæ Florentinæ *in Florentina Fideicommissi de Nasis cor. Pactons edit.*, & in specie distinctio ibidem facta, incapacitatis videlicet filii cogn te testatori, & incapacitatis illius eventualiter contingentis.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

31. *Julii* 1602.

DECISIO XXIII.

In transversalibus non habet locum tacita conditio *l. cum avus ff. de condit. & demonstr.*, & ideo reciproce substitutus non excluditur a filiis coheredis gravati, de quibus mentio in testamento facta non est. Plura de nullitate sententiæ ob gabellam non solutam.

ADDITIO.

Ardua, & utilis quæstio, an dispositio *l. cum avus* 101. *ff. de condit. & demonstrat.*, & *l. cum acutissimi* 30. *C. de fideicomm.* locum habeat in testamento transversalis, latissime pertractatur, pluribus relatis conjecturis ad limitationem regulæ negativæ, & pluribus pro confirmatione perpensis.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

29. *Novembris* 1602.

DECISIO XXIV.

Prohibitio alienationis realis inducit perpetuum fideicommissum etiam in casu mortis, & quando dicatur realis. Si non constet de constitutione, & promissione dotis, confessio a marito facta non suffragatur, ad hoc, ut illa ex bonis fideicommissariis deduci valeat, maxime si dicta confessio non careat suspicione fraudis, & ex quibus conjecturis hujusmodi suspicio eliciatur.

ADDITIO.

Prohibitio alienationis quando personalis dicatur, quando realis, & de pluribus effectibus, qui ex realitate oriuntur. Confessio dotis quando probet illius veram numerationem ad effectum obtinendi restitutionem ex bonis fideicommissi, vigore *Auth. res, quæ C. commun. de legat.*

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

12. *Decembris* 1602.

DECISIO XXIV. *la* 2.

Jus offerendi an, & quando habeat locum. Fructus fideicommissi a quo tempore sint restituendi.

ADDITIO.

Argumentum patet ex Summario.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

14. *Decembris* 1602.

DECISIO XXV.

Subſtitutus compendioſè cum dictione *quandocumque* licet per verba directa civilis, tamen ſuccedit in vim fideicommiſſi probatis extremis neceſſariis. Pro legitima, & trebellianica retentio conceditur.

ADDITIO.

Deſcendentia quomodo probetur, & ex quibus excludatur. De praxi concedendi immiſſionem pro indiviſo fideicommiſſariis, & hæredi hæredis gravati creditori detractionum; diſtinguuntur quotitativæ a quantitativis, & de aliis temperamentis practicabilibus.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

30. *Decembris* 1602.

DECISIO XXVI.

Compendioſa ex quibus dicatur inducta.

ADDITIO.

Compendioſa ex quibus verbis, vel circumſtantiis dicatur inducta.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

18. *Martii* 1602.

DECISIO XXVII.

Caducato primo gradu ſubſtitutionis ob defectum conditionis, adhuc ſubſiſtunt ſequentes, quando iſtæ conceptæ ſunt ſub diverſa conditione, & non dependent a prima, & in aliis etiam caſibus, qui in deciſione referuntur; idque non obſtante copula conjungente unam ſubſtitutionem cum aliis, & de rationibus. Argumentum deſumptum ab abſurdo, quod minus dilectus ſit melioris conditionis magis dilecto quomodo procedat, & quando non concludat.

ADDITIO.

Caducata ob defectum conditionis prima diſpoſitione, quando reliquæ ſubſtitutiones corruant, diſtinguuntur dependentes ab independentibus, & declarantur quæ ſint primæ, quæ ſecundæ ſpeciei.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

30. *Martii* 1602.

DECISIO XXVIII.

Vocato ad ſucceſſionem majore natu, & ejus filiis, ſi dictus major natu propter purificatam conditionem non ſuccedat, neque ejus filii ſuccedere poſſunt, cum non habeant qualitatem a teſtatore requiſitam, nec ad ejus favorem tranſmiſſio, aut repræſentatio locum habet.

ADDITIO.

Materia tranſmiſſionis legati, vel fideicommiſſi conditionalis latiſſime enucleatur pluribus, & principalioribus conjecturis relatis, & examinatis. Tranſmiſſio an detur, ubi legatum, vel fideicommiſſum conditionale proprio particulari nomine expreſſo relictum fuerit, vel ubi ſubſtitutus fuerit ſupervivens, aut ſuperſtes, expenditur plene uterque caſus, & alia adducuntur de repræſentatione in fideicommiſſis admittenda, nec ne, & de reſolutione pluralitatis in ſingularitates.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

4. *Aprilis* 1603.

DECISIO XXIX.

Si hæres gravatus vendat bona fideicommiſſaria deſtinata, & demandata ſolutione pretii poſt mortem ſuam, in perſonam fideicommiſſarii, ad quem bona fuerunt perventura: & deinde medio tempore fideicommiſſarius ipſe moriatur, pretium prædictum bonorum dicto hæredi liberè competit, cum fideicommiſſum ſit caducatum.

ADDITIO.

Argumentum patet ex Summario.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

7. *Maii* 1603.

DECISIO XXX.

Subſtitutus ſub conditione *ſi ambo deceſſerint ſine filiis* admittitur etiam in ultima tantum verificata conditione, juxta *Text. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* non obſtantibus dictionibus reſtrictivis, favore piæ cauſæ, & quod relictum ſit particulare. Reciproca non inducitur, niſi concurrentibus requiſitis *l. Titia Sejo §. Seja libertis ff. de legat.* 2.

ADDITIO.

Argumentum patet ex Summario.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

3. *Junii* 1603.

DECISIO XXXI.

Fideicommiſſum reciprocum ex quibus reſultet inter plures poſitos in conditione. Condividens evictionem paſſus quando, & quomodo agat de evictione contra condividentem. Uſusfructuarius ad quæ onera teneatur.

ADDITIO.

Fructus a quo tempore ſint reſtituendi; enumerantur variæ Judiciorum ſpecies, & quando ſola litis conteſtatio ſufficiat, quando neceſſaria ſit jurium productio, & hæc qualis eſſe debeat.

FLO-

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

26. *Julii* 1603.

DECISIO XXXII.

Filiorum, descendentium, successorum, & similium appellatione in ultimis voluntatibus, veniunt etiam fœminæ ad exclusionem substitui. Contrariæ conjecturæ referuntur, & partim declarantur, partim reprobantur.

ADDITIO.

Posita regula, quod appellatione filiorum veniant fœminæ, expenduntur principaliores conjecturæ pro recessu addoci solitæ, & enumerantur casus, in quibus non operantur. Fœminarum subsidiaria vocatio in quo fundetur, & masculorum prælatio, an, & quando intelligenda sit in qualibet linea, vel de linea ad lineam.

PISTORIEN. FIDEICOMMISSI

17. *Augusti* 1603.

DECISIO XXXIII.

Fideicommissum ordinatum in casu *si alter sine liberis decesserit*, an habeat locum solum in primo mortis unius, vel etiam in sequentibus mortis aliorum. Prohibitio alienandi intra certum tempus, an post illud importet facultatem etiam ad eversionem fideicommissi. Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, quando est contemplata agnatio, & unde hæc contemplatio eliciatur in contractu donationis.

ADDITIO.

Plures in hac additione resolutive, vel remissive examinantur quæstiones, de quibus in præcedenti decisione, quarum argumentum patet ex Summario, & nonnullæ etiam afferuntur conjecturæ contemplatæ agnationis ad effectum exclusionis fœminarum sub verbis communibus.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

25. *Februarii* 1603.

DECISIO XXXIV.

Vocatis proximioribus de familia veniunt fœminæ etiam ad fideicommissum agnatitium earum tamen vita durante. Prohibitio alienationis cum causa, ut bona perpetuo in familia remaneant, an, & quando extendatur ultra decimum gradum. Proximitas, an, & quando sit probanda per gradus distinctos. Spurii non dicuntur de familia, nec substitutos excludunt, neque etiamsi fuerint legitimati admittuntur, quando vocati sunt filii nati ex legitima uxore. Sententia lata contra gravatum non officit substitutis, si causa non fuit defensa, vel lata fuit per collusionem. Citatio per proclama contra omnes sua interesse putantes non nocet certæ personæ specialiter citandæ.

ADDITIO

Agitur in hac additione de multiplici intelligentia nominis *familiæ*, & proponuntur, & insimul resolvuntur aliquæ quæstiones circa idem verbum. Spurii, naturales, illegitimi, an veniant appellatione familiæ, domus, seu casatæ; afferuntur contrariæ opiniones, & concluduntur, & de aliis quæstionibus remissive, de quibus in præcedenti decisione.

PISANA FIDEICOMMISSI

25. *Februarii* 1603.

DECISIO XXXV.

Cippi, & progeniei appellatione venit effectivus, non autem contentivus testatoris, maxime stante genitivo *ipsius*, & aliis circumstantiis, de quibus in decisione.

ADDITIO.

Vocata ad fideicommissum familia, an, & quando veniat solum effectiva, vel etiam contentiva saltem in subsidium, & an data comprehensione familiæ contentivæ admittatur tam proxima, quam remota.

R. P. D. ANSALDO

ASCULANA ELECTIONIS PUELLARUM

Veneris 7. *Junii* 1715.

APPENDIX.

Vocatis ad loca Monasterii a testatore designata fœminis de domo Migliana ex linea masculina, & his deficientibus de linea fœminina *- e non essendoci di Casa Migliani, &c. Zittelle, ch si vogliano far Monache -* vocatis extraneis; resolvitur in hac decisione admitti debere fœminas tam de linea effectiva, quam contentiva. Item præscribitur modus, quo Episcopus uti valeat in casibus, quibus actu capaces non extent, aliaque advertuntur circa validitatem electionis, de quibus in Summario.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

4. *Martii* 1603.

DECISIO XXXVI.

Institutio facta ordine successivo inter plures quando resolvatur in substitutionem fideicommissariam. Relatio ex una parte testamenti ad aliam quomodo fieri debeat.

ADDITIO.

Reassumitur materia præsentis decisionis super recessu a theorica *Communi in L. cum ita 33. §. in fideicommisso ff. de legat.* 2., & conjecturæ, quæ per Rotam stricte congeruntur, hic latius cumulantur, aliis etiam examinatis.

FLO-

FLORENTINA VULGARIS SUBSTITUTIONIS

24. *Martii* 1603.

DECISIO XXXVII.

Contra absentem ex causa militiæ, etiam pro alieno Principe, non currit præscriptio inducta per Statutum Florentinum *lib.* 2. *rubr.* 73.

ADDITIO.

De Statuto Florentino *lib.* 2. *rubr.* 73. super *præscript.*, & de casu absentis, qui in eo excipitur.

EADEM

Iisdem die, & anno.

DECISIO XXXVIII.

Substitutio vulgaris concepta sub expressa conditione, si institutus testatori præmoriatur, extenditur etiam ad alium casum, in quo institutus supervivat, & hæreditatem repudiet.

ADDITIO.

De extensione substitutionum, & repetitione conditionis de una ad aliam dispositionem.

R. P. D. CORNELIO

MELEVITANA MANUTENTIONIS

Luna 17. *Martii* 1727.

APPENDIX.

Conditio oblata *sine dispositione* adjecta secundæ dispositioni non qualificat primam conceptam sub unica conditione *si sine filiis*. Plene examinato articulo, quando non sit locus repetitioni conditionis.

EADEM

Iisdem die, & anno.

DECISIO XXXIX.

Declarantur in hac decisione auctoritates adductæ contra firmata in præcedenti, & reprobatur *Angel. in l.* 1. § 1. *& in l. pater filium* 26. *ff. de vulgar. & pupillar.* contrariæ opinionis antesignanus. Hæreditas semel repudiata post annum amplius adiri non valet, immo nec intra annum, si interim alius adivit, & si de facto revocetur repudiatio, revocatio est nulla, & non excludit substitutum vulgarem. Et an in dubio sit pro extensione, vel contra extensionem judicandum.

ADDITIO.

De repudiatione hæreditatis ex quibus resolvet, de Statut. Florent. *lib.* 2. *rubr.* 19., & ejus vi declinanda, de solemnitatibus in repudiatione ab eo requisitis quos non afficiant.

EADEM

Eisdem die, & anno.

DECISIO XL.

Fructus in judicio petitionis hæreditatis restituendi sunt usque ab initio, non obstante bona fide, si possessor factus est locupletior, & unde hoc desumatur, & fortius compensandi sunt cum melioramentis, & aliis creditis ipsius possessoris.

ADDITIO.

In judicio etiam universali petitionis hæreditatis, vel simili non veniunt fructus usque ab initio, stante bona fide possessoris, nisi extent, vel possessor effectus sit locupletior, vel agatur de imputatione, non de restitutione, quibus in casibus indistincte veniunt tam naturales, quam industriales.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

13. *Julii* 1604.

DECISIO XLI.

Alienatis per gravatum bonis fideicommissariis cum reservatione pretii pro fideicommissario, & ejus hæredibus, hæredum appellatione non veniunt extranei; & si fideicommissum propter fideicommissarii præmorientiam n caducetur, hæredes ipsius fideicommissarii nullum habent jus ad dictum pretium, sed illud liberè spectat ad gravatum.

ADDITIO.

Appellatione hæredum veniunt indistincte omnes hæredes, tam sanguinis, quam extranei, nisi ex conjecturis deducatur, testatorem intellexisse de solis hæredibus sanguinis. Hæres gravatus acquirens de pecunia hæreditaria acquirit sibi, & suis hæredibus non vocatis ad fideicommissum, & quando secus.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

23. *Octobris* 1604.

DECISIO XLII.

Filiorum appellatione in dispositione conditionali veniunt omnes descendentes. Capacitas substituti attenditur de tempore purificatæ conditionis. Frater utrinque conjunctus excludit in successione fratris conjunctum ex uno tantum latere. Distinctio de provenientia bonorum, quo casu procedat. Hæreditas ab infante non adita, ad patrem dumtaxat transmittitur.

ADDITIO.

Ressummuntur singulæ quæstiones in præcedenti decisione resolutæ, & latius pertractatur materia transmissionis hæreditatis ab infante non aditæ, an fiat ad patrem in præjudicium patruum in gradu, & quid in terminis Statuti Florent. *lib.* 2. *rubr.* 129.

FLO-

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

2. *Decembris* 1604.

DECISIO XLIII.

Fœminæ veniunt ad fideicommissum relictum familiæ, quando cessat ratio agnationis; & stante prohibitione alienationis in perpetuum, ut bona conserventur in familia, fideicommissum extenditur ultra decimum gradum.

ADDITIO.

Fœminæ succedunt in fideicommisso favore familiæ instituto, secus si vocata familia sit cum expressione proprii cognominis, aut contemplata agnatio, vel adsit Statutum fœminarum exclusivum. Deficientibus tamen agnatis, vel personis a Statuto contemplatis fœminæ admittuntur In fideicommisso familiæ relicto servantur leges instestatæ successionis, quando ordo succedendi non fuit a testatore præscriptus, ideoque in collateralibus non extenditur ultra decimum gradum: extantibus verbis perpetuitatem denotantibus protrahitur ultra dictum gradum, & in infinitum, aliisque conjecturis concurrentibus. Fideicommissum ex prohibitione alienationis resultans, quando extendatur ultra quartum gradum, aliaque plura ad materiam.

FLORENTINA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI

4. *Decembris* 1604.

DECISIO XLIV.

Sententia lata contra primum substitutum nocet etiam sequentibus, præsertim citatis, etiamsi in judicium non comparuerint, & prorestati fuerint de reservando sibi jura sua. Dispositio *leg. cum avus ff. de condit. & demonstrat.* in fideicommisso agnatitio locum non habet, & ex quibus cesset contemplatio agnationis.

ADDITIO.

Latè hic tractatur, & discutitur quæstio, an, & quando sententia contra hæredem, aliumve possessorem fideicommissi præjudicet aliis successive vocatis ad idem fideicommissum.

FLORENTINA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI

16. *Februarii* 1604.

DECISIO XLV.

Filii in conditione positi non censentur dispositive vocati, quando non concurrunt conjecturæ pro eorum vocatione. Et quales eæ sint breviter indicatur.

ADDITIO.

Masculinitas adjecta positis in conditione est urgens conjectura pro eorum vocatione, maxime si sit geminata, & ex ea elici possit tacita agnationis contemplatio, vel aliæ conjecturæ concurrant, & contraria opinio declaratur, & quid de qualitate descendentiæ a testatore.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

12. *Augusti* 1605.

DECISIO XLVI.

Gravatus restituere fideicommissum universale censetur gravatus restituere prælegata, & portiones cohæredum, quæ ipsi obvenerunt, maxime concurrentibus conjecturis, de quibus in præsenti decisione.

ADDITIO.

Prælegata an, & quando veniant in restitutione fideicommissi.

FLORENTINA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI

20. *Augusti* 1605.

DECISIO XLVII.

Lucra, & accessiones ex negociatione continuata post mortem testatoris de præcepto ipsius, non veniunt in restitutione fideicommissi.

ADDITIO.

Lucra, & augumenta facta ex negocio, seu traffico continuato ab hærede gravato de ordine, & mandato testatoris, qui super omnibus bonis suis fideicommissum ordinavit, spectant ad fideicommissum, non vero ad hæredem, ad quem solum spectare potest aliqua dictorum lucrorum portio ratione industriæ, & operæ ab ipso impensæ circa dictum negocium. Pro debitis ab hærede contractis circa negocium, ut supra continuatum de ordine testatoris, remanent obligata bona ab eodem testatore relicta sub vinculo fideicommissi universalis, sed non illa bona, quæ idem testator particulariter legaverit.

PISTORIEN. FIDEICOMMISSI

8. *Novemb.* 1605.

DECISIO XLVIII.

Conformitas sententiarum ex quibus resultet. Verba *&* *post eas* an inducant vulgarem, vel fideicommissariam; reciproca unde arguatur. Jus accrescendi locum habet inter plures legatarios verbis conjunctos in relictis ususfructus etiam post quæsitum emolumentum cessante distinctione reali, & ex quibus desumatur potius conjunctio, quam disjunctio. Fructuum appellatione quæ veniant.

ADDITIO.

Latè agitur de reciproca, adductaque celebri distinctione inter plures lineas a principio vocatas, & unicam lineam divisam postea in plures ramos, afferuntur variæ conjecturæ reciprocam includentes, quam excludentes, & de ejus regularibus requisitis ex *l. Titia Seja §. Seja libertis ff. de legat.* 2.

AN-

ANGLARENSIS FIDEICOMMISSI

16. *Novembris* 1605.

DECISIO XLIX.

Damnatus ad tempus ad triremes habet activam testamenti factionem. Bona fideicommissi inducti non tantum in casu mortis, sed etiam contraventionis, stante prohibitione alienationis, nec etiam vivente bannito spectant ad fiscum, sed illi dumtaxat pro legitima, & trebellianica retentio competit.

ADDITIO

Damnatus ad triremes in perpetuum retinet activam, & passivam testamenti factionem, eamque uti provenientem a jure communi retinent etiam banniti nostri temporis, qui ea solum amittunt, quæ profluunt a Statutis illius loci, a quo fuerunt banniti.

Fiscus licet non succedat ad fideicommissum possessum a delinquente, quando constat de tacita, vel expressa testatoris voluntate in contrarium, succedit tamen in legitima eidem delinquenti debita, eamque potest semper detrahere, licet testator ea privaverit filium in casu delicti.

R. P. D. PIO

ASCULANA FIDEICOMMISSI, SEU DOMUS

Veneris 13. *Junii* 1698.

APPENDIX I.

Agitur in hac decisione de regula juris receptissima, quod acquisita per filiumfamilias ex re patris, patri acquisita dici debeant, examinando an eadem regula locum habeat, quando agitur de patre bannito, & confiscationem passo. Agitur etiam, remissive tamen, de quæstione, an per bannum amittatur patria potestas, atque firmatur, quod ut bona dici possint fisco quæsita requiritur illorum descriptio in libris Cameræ.

ASCULANA FIDEICOMMISSI, SEU DOMUS

Veneris 27. *Novembris* 1699.

APPENDIX II.

Impugnabatur in gradu restitutionis in integrum in præsenti decisione regula juris receptissima, quod acquisita per filiumfamilias ex re patris, patrique acquisita dici debeant, ajendo eam limitari, quando agitur de patre bannito, & confiscationem passo, qui per consequens nil habere censeatur, quinimo etiam jus ipsum patriæ potestatis amittat, sed evitata hujus postremæ quæstionis decisione resolvitur, quod in hypothesi, vel ex probationibus factis apparere patrem acquisivisse simulato nomine filii, vel locum fuisse regulæ, ex quo postea pater reintegratus fuisset cum clausula -- *ac si bannum non emanasset* -- unde non probato, quod filius habuisset bona castrensia, vel quasi, vel quod ex proprietate adventitiorum acquisiisset, idem pater recuperare etiam posset rem a filio acquisitam.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

12. *Decembris* 1605.

DECISIO L.

Vulgaris substitutio inducit naturam fideicommissariæ cum facta est post aditam hæreditatem, maxime cum adsont clausula codicillaris per verba futuri temporis, & verba tractum temporis importantia. Regula *quem de evictione tenet actio &c.* locum non habet in hærede fidejussoris.

ADDITIO.

Agitur de theorica *Cumon.*, & de ejus principalioribus limitationibus. Regula *quem de evictione tenet actio &c.* non militat contra hæredem fidejussoris.

PISANA FIDEICOMMISSI

1. *Januarii* 1605.

DECISIO LI.

Testator disponens ad favorem suæ lineæ, cippi, vel domus, intelligitur de sua linea speciali, non de generali, maxime si alii de generali linea, cognomine, & insignibus sint diversi a speciali linea testatoris, & si contra illos sit observantia.

ARETINA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI

10. *Junii* 1606.

DECISIO LII.

Plenè examinatur articulus, an appellatione filiorum veniant nepotes, & negativa sententia, lege, ratione, & auctoritate verior ostenditur, præsertim in transversalibus, quorum favore decidi tur cessare etiam transmissionem, non obstantibus nonnullis conjecturis pro ea suadenda adductis.

PETRASANCTEN. FIDEICOMMISSI

17. *Junii* 1606.

DECISIO LIII.

Vocato ad fideicommissum proximiore in gradu de agnatione testatoris, succedit proximior de tempore purificatæ conditionis posthabita vinculi duplicitate. Pro declaranda dubia voluntate testatoris, licet duo testes sufficiant, tamen si agatur de nova dispositione inducenda septem, vel quinque requiruntur. Et an, & quando dicatur agi de nova inducenda dispositione, seu potius de obscura declaranda.

ADDITIO.

In successionibus fideicommissariis attenditur proximitas de tempore mortis ultimi possessoris, eaque desumenda est ex persona gravati, non gravantis, & quando secus. Declaratio facta a testatore quomodo probetur. Quænam dicatur vera declaratio, & plura ad materiam declarationis expenduntur.

VOLATERRANA LEGATI

21. Julii 1606.

DECISIO LIV.

Legatum filiis nascituris, an, & quando intuitu ipsorum censeatur relictum, an potius contemplatione parentum.

ADDITIO.

Legatum quando unius, vel alterius contemplatione factum dicatur, & ex quibus id commode cognoscatur.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

9. Octobris 1606.

DECISIO LV.

Prohibitio alienationis vestita a pœna privationis, & ratione *quia voluit, &c.* inducit fideicommissum successivum, & operatur, ut fideicommissarius non simpliciter ad pretium contra alienantem, sed ad rem contra possidentem agere possit.

ADDITIO.

Continuative ad materiam decisionis agitur de prohibitione alienationis validæ, addita ratione *quia voluit*, & quos illa pariat effectus.

DOVADOLENSIS FIDEICOMMISSI

6. Decembris 1606.

DECISIO LVI.

Appellatione descendentium per lineam masculinam non veniunt fœminæ, maxime stante Statuto exclusivo fœminarum, & conjecturata mente testatoris.

Prohibitio alienationis an, & quando ampliet fideicommissum etiam ad fœminas. Conditio in casu præmorientiæ filiorum purificatur etiam in casu non nativitatis.

ADDITIO.

Lex Florentina anni 1591 inhabilitans ad succedendum mulieres nubentes forensibus quando locum non habeat. In vocatione descendentium ex linea, vel per lineam masculinam veniunt fœminæ ab ultimo gravato immediate descendentes, nisi contrarium constet ex conjecturis, quæ singillatim recensentur, & declarantur. Extensio de tempore ad tempus, de casu ad casum, & de persona ad personam quando admittatur, vel non.

FLORENTINA VULGARIS SUBSTITUTIONIS

19. Januarii 1606.

DECISIO LVII.

Instituto spurio, eique dato substituto sub conditione *si sine filiis* succedit substitutus per vulgarem, non autem per fideicommissariam.

ADDITIO.

Incapax succedendi non potest institui, nec illi potest institui per fideicommissum, sique ei per fideicommissum datus fuerit substitutus, hic succedet ex vulgari, non autem ex fideicommissaria substitutione. Spurii regulariter sunt incapaces succedendi, an autem ullo unquam casu possint fieri capaces?

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

25. Augusti 1607.

DECISIO LVIII.

Ratio *quia voluit, &c.* adjecta prohibitioni alienationis alias validæ, & vestitæ a pœna privationis inducit fideicommissum in casum mortis. Identitas in antiquis probatur conjecturis, & quæ sint istæ, & quod dicatur in proposito tempus antiquum.

ADDITIO.

Prohibitio alienationis quando, & ex quibus vestita dicatur ad effectum inducendi fideicommissum conservatorium, vel restitutorium. Identitas ad effectum immissionis ex quibus probetur.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

6. Septembris 1607.

DECISIO LIX.

Donatio a Principe facta non subjacet solemnitatibus juris civilis. Fideicommissa etiam in contractibus ordinari possunt, & an, & quando ante eventum conditionis ad hæredes transmittantur, vel potius revertantur bona ad eum, a quo proveniunt, vel penes gravatum libera remaneant.

ADDITIO.

Donatio facta a Principe superiorem non recognoscente quæ habeat specialia. Transmissio fideicommissi conditionalis in contractu ordinati regulariter locum habet, & quando secus.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

10. Octobris 1607.

DECISIO LX.

Repræsentatio in fideicommisso ordinato ab ascendente locum habet non obstante clausula *salva gradus prærogativa*. Cessat autem in transversalibus ultra patruum, & nepotem.

ADDITIO.

Bene examinatur an, & quando in fideicommissis ordinatis ab ascendentibus, vel transversalibus locum habeat repræsentatio ad effectum simultaneæ successionis nepotis cum patruo.

R.P.D.

R. P. D. RATTO

TUSCULANA IMMISSIONIS

Veneris 2. Julii 1723.

APPENDIX.

Repræsentatio locum habet in fideicommissis ascendentalibus non obstante clausula, quod proximior ultimo gravato remotiori præferatur, maxime si potest censeri adjecta ad definiendam quæstionem, an proximitas gravantis, vel gravati sit attendenda, & contraria procedunt accedente altera clausula *salvo gradus prærogativa.*

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

15. *Novembris* 1607.

DECISIO LXI.

Testator censetur se conformare Statuto exclusivo fœminarum propter masculos ab hæreditate gravati, ideo non succedunt etiam illi, qui in hæreditate gravantis succederent. Prælegatum factum unico hæredi instituto non venit in restitutione.

MONTIS POLITIANI FIDEICOMMISSI

22. *Decembris* 1607.

DECISIO LXII.

Fideicommissum ordinatum sub conditione *si sine filiis* non expirat filiis relictis, & postea decedentibus quoudo est habita ratio agnationis ad limitationem *consil. Oldrad.* 22. & unde hæc ratio eliciatur. Divisio a patre vivente facta inter filios an importet donationem dominii translativam, vel simplicem peculii concessionem ad effectum administrationis. Prælegata quando veniant in restitutione fideicommissi.

ADDITIO.

Plura ad materiam *consil. Oldrad.* 22. & an, & quando in fideicommissis extensio de caso ad casum, & reciproca a testatore volita dicatur, & prælegata veniant in restitutione fideicommissi remissive. Plene examinatus articulus quando adsignatio, & divisio bonorum facta a patre vivente inter filios censeatur datio in peculium, & administrationem, vel potius donatio, super quo ponitur regula cum suis limitationibus, & ampliationibus.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

25. *Augusti* 1608.

DECISIO LXIII.

Prohibitio alienationis dicitur valida, & vestita si facta sit filiis, & descendentibus, & tunc si adjectam habeat clausolam *quia voluit* simplex, & absolutum fideicommissum in utrumque casum tam alienationis, quam mortis inducit.

FLORENTINA PUPILLARIS SUBSTITUTIONIS

6. *Septembris* 1608.

DECISIO LXIV.

Existentia matris non excludit tacitam pupillarem, quando substituti sunt filii testatoris non obstantibus dictionibus *tunc*, & *eo casu* ad limitationem *text. in l. precibus C. de impuber. & l. fin. C. de instit. subst.* Ususfructus non restringitur ad alimenta etiam existentibus filiis primi, vel secundi matrimonii stantibus conjecturis, de quibus in decisione.

ADDITIO.

Existentia matris quando excludat tacitã pupillarem. Legatum ususfructus omnium bonorum a marito uxori factum extantibus liberis, sive primi, sive secundi matrimonii restringitur ad simplicia alimenta juxta consuetudinem Bulgari. Affertur ratio, a qua dicta consuetudo ortum habuit. Consuetudo Bulgari, sicuti fundatur in conjectura testatoris mente, ita ex contraria voluntate ab ea receditur, & perpenduntur nonnullæ conjecturæ, ex quibus contraria voluntas suadetur. Deficientibus vero liberis uxor reintegratur ad universum, & formalem ususfructum excepta legitima, quæ transit libera ad filiorum hæredes.

PRATENSIS FIDEICOMMISSI

12. *Septembris* 1608.

DECISIO LXV.

Appellatione descendentium veniunt fœminæ, & ea eis descendentes, si non fuerit habita agnationis contemplatio. Sententia lata contra fideicommissarium possessorem officit etiam susbsubstitutis, licet nec specialiter, nec generaliter citatis. Legitimam, vel ejus supplementum non petere valeat filia a patre dotata.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

11. *Decembris* 1668.

DECISIO LXVI.

Substitutio facta sub conditione *si sine filiis*, & mortis cuiuum moratione est compendiosa, quamvis deficiat dictio *quandocumque*, & continet fideicommissum.

ADDITIO.

Compendiosa ex quibus inducatur, & ex quibus fideicommissaria. Legatum, & fideicommissum in diem factum quando transmittatur, nec ne.

FLORENTINA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI

27. *Aprilis* 1609.

DECISIO LXVII.

Licentia alienandi inter vocatos comprehendit etiam institutionem hæredis.

ADDITIO.

De licentia alienandi quando tacite concessa dicatur, quando ad exercitium deducta, quando fideicommissum destruat, quando non.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

31. *Maii* 1609.

DECISIO LXVIII.

Caducato primo substitutionis gradu fideicommissum non resolvitur, sed ulterior substitutus admittitur. Substitutio primo de masculis, deinde de fœminis vulgaris est.

ADDITIO.

Caducato gradu intermedio in vulgari anomala contenta in compendiosa subintrat sequens, & quando secus ad theoricam *Bartol. in l. quamdiu* 68. *n.* 10. *ff. de acquir. haredit.* in substitutione vero fideicommissaria remanet onus primo instituto ad favorem sequentis in gradu juxta theoricam *l. unic.* §. *pro secundo C. de cadut. tollend.* cujus aliquæ limitationes adducuntur. Substitutio fideicommissaria quando dicatur nominatim facta. Declaratur, & exornatur regula, quod verbum ambiguum accipitur in una parte dispositionis sicuti fuit acceptum in alia.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

18. *Augusti* 1609.

DECISIO LXIX.

Dispositio *l. cum avus* procedit etiam favore fœminarum, nisi obstent in contrarium conjecturæ, quæ recensentur.

ADDITIO.

Fœminæ comprehenduntur sub tacita conditione *l. cum avus ff. de condit. & demonstr.* & concurdantium, & quando secus.

PETRASANCTEN. SUBSTITUTIONIS PUPILLARIS

1. *Martii* 1609.

DECISIO LXX.

Statutum de successionibus ab intestato non habet locum in successione pupilli, cui facta sit pupillaris substitutio. Forensis non gaudet beneficio Statuti, præsertim fœminarum exclusivi.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

9. *Decembris* 1610.

DECISIO LXXI.

Proximitas gravati, & non gravantis est in fideicommissariis successionibus attendenda. Nepotes diversorum fratrum prædefunctorum succedunt patruo in capita juxta opinionem *Azonis*.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

14. *Januarii* 1610.

DECISIO LXXII.

Prohibitio alienationis, addita ratione quia voluit nomen suum conservari, fideicommissum inter illos de familia inducit, & an in casu alienationis, vel etiam in casu mortis; utroque tamen in casu si bona extra familiam alienentur, possunt ab iis de familia vindicari, nisi tamen fuerint hæredes aut mediati, vel immediati alienantis.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

18. *Januarii* 1610.

DECISIO LXXIII.

Substitutio Titii, & filiorum, expirat Titio admisso, nec filii succedunt cum patre simultanea quando nati non erant tempore testamenti. Filii in conditione positi non dicuntur vocati, etiam si hæredibus a testatore perpetuum gravamen impositum fuerit.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

18. *Martii* 1610.

DECISIO LXXIV.

Ad materteræ successionem cum matertera neptis non concurrit ex vi repræsentationis, ubi non fuit sub nomine collectivo in testamento comprehensa. Jus conditionale ante purificationem conditionis non transmittitur.

PRATENSIS FIDEICOMMISSI

26. *Martii* 1611.

DECISIO LXXV.

Beneficio repræsentationis a nepos avo succedit, & cum patruo ad patrui hæreditatem concurrit. Hypothecariæ extrema quæ sint, & quomodo probentur.

ADDITIO.

Late discutitur quando in fideicommissis tam universalibus, quam particularibus, & tam in majoratibus Italiæ, quam Hispaniæ ab ascendentibus, vel transversalibus ordinatis locum habeat repræsentatio.

SANCTÆ SOPHIÆ FIDEICOMMISSI

8. *Aprilis* 1611.

DECISIO LXXVI.

Nepotes licet nati tempore testamenti, & ab avo scienter omissæ sic ut deficere fideicommissum juxta vulgatam dispositionem *l cum avus*, atque hoc procedit etiamsi testator proprium filium, dotatam tam expresse excluserit, & quamvis adsit Statutum exclusivum fœminarum ab hæreditate gravantis.

FLO-

FLORENTINA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI

8. *Junii* 1611.

D E C I S I O LXXVII.

Agri appellatione veniunt terræ vulgo *sprezzate* sine domo, & villa tam de jure, quam de consuetudine loquendi Florentiæ; fundi vero, seu prædii nomine terræ cum domo, & ædificio; ideo inducto fideicommisso super terris non comprehenduntur sub eo prædia, & fundi habentes domum, seu villam.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

3. *Julii* 1612.

D E C I S I O LXXVIII.

Prohibitio realis inducit fideicommissum etiam in casu mortis, & comprehendit omnes actus tam inter vivos, quam in ultima voluntate, ac etiam alienationem legalem per successionem ab intestato, & ex quibus prohibitio realis dicatur.

A D D I T I O.

Exornatur conclusio cum suis ampliationibus, & limitationibus, quando prohibitio alienationis simplex, & absoluta comprehendat alienationem necessariam, & legalem per successionem ab intestato. Prohibitio quando dicatur realis.

SENENSIS FIDEICOMMISSI

13. *Septembris* 1612.

D E C I S I O LXXIX.

Vocata *familia*, *seu domus* etiam cum signo universali *tota*, si plures sint ejusdem cognominis familiæ, censetur vocata illa, de qua testator natus est, & si una tantum sit familia in plures subdivisa, intelligitur vocatus columnellus testatoris, & resolvuntur contraria.

E A D E M.

Iisdem die, & anno.

D E C I S I O LXXX.

Vocata familia etiam cum signo universali, non succedunt omnes simultanee, & per modum unius corporis, & collegii, sed ordine successivo, & per modum primogenituræ, stantibus circumstantiis, de quibus in decisione.

A D D I T I O.

Exornatur in hac additione cum suis ampliationibus, & declarationibus conclusio, an, & quando vocatio plurium per nomina collectiva intelligatur facta simultanee, vel ordine successivo.

FLORENTINA LEGATI

20. *Septembris* 1612.

D E C I S I O LXXXI.

Gabellam de legato rerum immobilium relicto uxore a marito pro restitutione dotium, quis solvere teneatur, hæres, an legataria, quid si legatum dotem excedat. Ad collectam vivente testatore impositam pro reparatione riparum Arni, & exactam post ejus mortem, utrum teneatur hæres, vel legatarius possessor bonorum de tempore exactionis collectæ. Nunquid sub legato suppellectilium, quæ erant in domo testatoris tempore mortis, comprehendantur, quæ in domo stare solebant, sed cum moritur accidentaliter alibi erant.

A D D I T I O.

Sub legato, vel fideicommisso rerum, quæ sunt in domo testatoris, vel in alio certo loco de tempore mortis, an veniant ea, quæ alibi sunt, sed casualiter, & accidentaliter, & ea etiam, quæ ibi sunt, sed causa mercimonii, vel cum prævia destinatione ad vendendum, vel ex alia causa accidentali.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

16. *Octobris* 1612.

D E C I S I O LXXXII.

Filii dicuntur patri expresse substituti, si vocati fuerint *modo præmissa*, & relative ad præcedentes substitutiones. Positi in conditione ex quibus conjecturis vocati dicantur. Prohibitio alienationis quando extendatur ultra gradus expressos, ne reddatur inutilis, & ociosa. Testator constituens a principio fideicommissum in casu mortis sine filiis, postea cum filiis, non dicitur incontinenti se correxisse, sed ampliavisse dispositionem.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

18. *Martii* 1613.

D E C I S I O LXXXIII.

Filiorum appellatione veniunt æque masculi, ac fœminæ, nisi contrarium suadeant conjecturæ, quarum aliquæ referuntur. Divisio bonorum facta ex falsa causa non officit ignoranti jus suum, sed ipse potest errore detecto divisionem a se factam impugnare. Error juris præsertim dubii æquiparatur errori facti, & unde dicatur jus dubium, in quo error non nocet.

A D D I T I O.

Filiorum appellatione an, & quando veniant fœminæ. Quæstio an, & quando per divisionem censeatur renunciatum fideicommisso purificato, vel purificando cum suis ampliationibus, & limitationibus resolvitur.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

Ultima Aprilis 1613.

DECISIO LXXXIV.

Prohibitio alienationis valida, adjecta ratione *quia voluit* inducit perpetuum fideicommissum, & ex quibus non dicatur restricta ad primos institutos. Fructus restituendi sunt usque ab initio, quando titulus reducitur ad non titulum.

ADDITIO.

Argumentum patet ex summario.

FLORENTINA VALIDITATIS SENTENTIÆ

2. *Septembris* 1613.

DECISIO LXXXV.

De Statuto decernente denuncianda esse fideicommissa Officio Gabellarum sub pœna denegationis audientiæ, num comprehendat fideicommissa pro quibus non debetur Gabella, & an ordinata per contractum inter vivos, licet obnoxia Gabellæ. Hinc plura de fideicommissis in contractu, eorumque forma, validitate, & differentia cum ordinatis per ultimam voluntatem. Denunciatio requisita a Statuto Gabellarum adimpleri utrum possit per æquipollens. Observantiæ ut sit deferendum in hac materia, quæ requirantur.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

22. *Octobris* 1613.

DECISIO LXXXVI.

Actio rei judicatæ lapsu temporis præscribitur etiam concurrente mala fide, sed non actio primæva, quæ licet cum actione rei judicatæ cumulari non possit, stante tamen clausula *omni meliori modo* censetur cumulata in subalternam conditionem, quatenus exceptio præscriptionis rei judicatæ opponatur. Vocatis ad fideicommissum proximioribus de domo, fœminæ quando remaneant exclusæ, & quando inter masculos fideicommissum sit successivum. Proximiores vocati ad fideicommissum dicuntur conjuncti re, & verbis ad effectum juris accrescendi, quod non impeditur transmissione, si hæredes portionem vacantem non acceptaverint, vel passi sint tempore excludi. Dotis avitæ detractio cum usuris quando fieri possit ex fideicommissu vigore tenutæ in bonis fideicommissis ubtentæ.

ADDITIO.

Jus petendi exequutionem sententiæ quomodo præscribatur. Appellatione proximiorum de domo quando veniant fœminæ. Jus accrescendi ex quibus resultet, & quando locum habeat, maxime post quæsitum emolumentum.

ROVEZZANA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI

10. *Martii* 1614.

DECISIO LXXXVII.

Donatio facta absenti valet, si adjunctum fuerit verbum *promisit*, quod importat Notarii pro absente stipulationem. Hæres hæredis non potest impugnare factum defuncti. Fideicommissum constitutum in donatione sub conditione *si sine liberis*, liberis existentibus expirat ad *cons. Oldrad.* 21. non obstante prohibitione alienationis addita ratione *quia voluit, &c.* quia uti accessoria præcedenti substitutioni ad illius terminos restringitur, & ea deficiente pariter expirat.

ADDITIO.

Donatio facta absenti quando, & ad quos effectus perfecta dicatur etiam ante acceptationem donatarii. Alienatio fideicommissi quando tam ab hæredibus alienantis, quam ab ipso alienante revocari possit.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

19. *Augusti* 1614.

DECISIO LXXXVIII.

Proximior secundum ordinem succedendi ab intestato semper admittitur, ubi linea vocata fuit sub unico tantum nomine collectivo, & quando linea ita vocata dicatur, non obstante specificatione plurium personarum, & clausula *æquis portionibus* fideicommissarius facit fructus suos a die purificati fideicommissi stante Statuto Florentino.

ADDITIO.

De successione descendentium vocatorum per modum unius corporis, & lineæ, si ea deinde in plures ramos dividatur, quomodo regulanda, & quando ibi dicantur vocati, vel non.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

16. *Februarii* 1615.

DECISIO LXXXIX.

Fideicommissaria inducitur ex mentione mortis, etiamsi concepta sit verbis directis stante digressi ad plures substitutionum gradus, & clausula codicillari. Agenti ad fideicommissum an sufficiat probare bona fuisse in bonis testatoris, vel ulterius requiratur probatio dominii.

ADDITIO.

Quæ sint verba directa, civilia, communia, obliqua, & hortatoria, & quando directa obliquentur, & non vulgarem, sed fideicommissariam inducant.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

5. *Martii* 1615.

DECISIO XC.

Fideicommissum conditionale transmittitur ad hæredes stantibus conjecturis, quæ late expenduntur, & hoc procedit non solum quoad portionem patris, sed etiam patrui, si in ea quoque nepotes fuerunt aliis prædilecti ad limitationem *text. in l. heredes mei §. cum ita ff. ad Senat. Consult. trebell.*

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

2. *Octobris* 1615.

DECISIO XCI.

Appellatione filiorum non veniunt nepotes, si ex hoc filiis gravamen restitutionis induceretur, vel si certa qualitas, cum qua filii vocati fuerunt, non conveniret nepotibus. Transmissio quando locum non habeat, & prohibitio alienationis quando veniat referenda ad præcedens fideicommissum.

ADDITIO.

Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando eorum admissio inferret gravamen filiis. Prohibitio alienationis accessoria, & consecutiva quando restringatur ad præcedentes substitutiones, vel quando stet independenter, & de per se, & amplie fideicommissum ultra personas in eodem comprehensas.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

20. *Martii* 1616.

DECISIO XCII.

Positi in conditione intelliguntur vocati stantibus conjecturis, quæ late recensentur, & si positi fuerint in conditione non solum respectu patris, sed etiam patrui, utrique succedunt. Prohibitio alienationis, si amplior sit fideicommisso, illud extendit ultra personas expressas. Identitas bonorum fideicommissariorum quomodo probetur. Agnatione completa masculi ex fœminis non veniunt appellatione descendentium masculorum. Vinculum maternum quando uti impertinens nihil operetur.

ADDITIO.

Filii in conditione positi quando censeantur non solum vocati ad portionem patris, sed etiam patrui. Duplicitas vinculi quando operetur, vel non. Masculorum descendentium appellatione quando non veniant masculi descendentes ex fœminis, & quando secus.

R.P.D. CORIO

ASCULANA FIDEICOMMISSI

Veneris 29. *Aprilis* 1722.

APPENDIX I.

Appellatione primogenitæ, & ex quibus conjecturis veniant non solum fœminæ primi gradus, sed etiam ulteriores. Existentia mobilium ex quibus probetur, & an, & quando cesset præsumptio consumptionis, expensæ factæ a gravato pro bonis fideicommissariis quando repetantur.

R. P. D. CORIO

ASCULANA FIDEICOMMISSI, SEU IMMISSION.

Veneris 18. *Februarii* 1724.

APPENDIX II.

Testator si defectis masculis ordinavit quod succedere debeant fœminæ legitimæ, & naturales tunc temporis superviventes, & descendentes ex linea masculina, appellatione fœminarum superviventium, & descendentium ex linea veniunt non solum fœminæ, sed etiam eorum descendentes, maxime concurrentibus conjecturis, & argumentis, de quibus in decisione.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

12. *Aprilis* 1616.

DECISIO XCIII.

Appellatione domus, familiæ, & agnationis veniunt omnes, qui eadem insignia, & arma deferunt, sive descendentes, sive transversales, maxime stante conjecturata mente testatoris, & unde hæc eliciatur.

ADDITIO.

Familiæ nomine quando veniat familia effectiva tantum, & quando etiam contentiva.

EADEM

Iisdem die, & anno.

DECISIO XCIV.

Sententia contra unum lata non nocet aliis non citatis, & stante personarum diversitate non iurat, exceptio reijudicatæ stricti juris esse dicitur, & tantum disponit, quantum loquitur, & in ea argumentum a contrario sensu dumtaxat sumitur ad limites verborum.

ADDITIO.

Argumentum patet ex summario.

EADEM

Iisdem die, & anno.

DECISIO XCV.

Ex contraventione unius de familia ad Commendam vocati, tota familia privata remanet perpetuo, quando alias testatoris dispositio redderetur eluloria, nec post mortem contravenientis admittitur sequens de eadem familia semel privata. Privatio fideicommissi, vel Commendæ in certo casu conferri potest in hæredis arbitrium, prout electio ulterius fiat hæc, nec dispositio dicitur captatoria, & de ratione.

AD-

ADDITIO.

Contraventio unius ex pluribus vocatis quando noceat solum contravenienti, & quando etiam ejus filiis. Conditio quæ dicatur captatoria, & uti talis irritetur, & quæ, & ex quibus verbis dicatur collata in tertii liberam voluntatem, & non valeat, & quæ in arbitrium boni viri, & sustineatur. Item quando favore piæ causæ non corruat, & quando secus. Captatoria dispositio in substitutione adjecta etiam in remotum tempus afficit totam dispositionem, eamque nullam reddit, & quando secus.

EADEM

Iisdem die, & anno.

DECISIO XCVI.

Testator potest disponere, ut in casu contraventionis unius omnes de familia priventur, & valet hujusmodi dispositio quando est conditionalis, non autem pœnalis, & unde arguatur potius conditio, quam pœna, electio personæ incertæ de incertis non est captatoria, quando non sequuta electione dispositio quoad substantiam substinetur, vel recurri debet ad arbitrium boni viri, hoc est Judicis Ordinarii. Verbum *privare* quid importet, & an id, quod non valet ut pœna, valere possit uti voluntas testatoris, maxime stante clausula *omni meliori modo*.

ADDITIO.

Privatio omnium vocatorum ob unius contraventionem est valida si fiat a testatore per modum conditionis, secus si per viam pœnæ, & ex quibus arguatur dispositionem esse conditionalem, vel pœnalem.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

5. Julii 1616.

DECISIO XCVII.

Prohibitus alienare sub pœna privationis, si alienet, ipso jure cadit a fideicommisso. Identitas bonorum ex quibus probetur. Proximitas gravati, vel gravantis an sit attendenda quando fit transitus ad transversales. Pro melioramentis factis in re fideicommisso supposita an, & quando sit concedenda retentio.

ADDITIO.

Proximitatem gravati, non gravantis attendendam esse in successione fideicommissaria est opinio ab omnibus recepta, & a Rota Florentina canonizata, & quando contraria opinio procedat. Melioramenta quæ sint necessaria, quæ utilia, & quæ voluptuosa, & quod prima, & secunda sint fideicommissario reficienda, & pro eis competat retentio, secus pro tertia illorum specie.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

23. Decembris 1616.

DECISIO XCVIII.

Vocatis proximioribus de cippo *domus*, veniunt etiam fœminæ, si non fuerit contemplata agnatio, & ex quibus cesset agnationis contemplatio Compromissum factum ex dispositione Statuti dicitur necessarium, & tunc laudum habet vim sententiæ. Maritus lucratur tertiam partem bonorum extradotalium mulieris sine liberis decedentis ex dispositione Statuti Florentini *rubr. 129. lib. 2.*

ADDITIO.

Appellatione cippi quando veniant fœminæ, & descendentes ex eis, vel non, cum suis ampliationibus, & limitationibus examinatur. Plura de compromisso necessario, & voluntario, & quando eidem locus sit.

UZZANEN. PRÆTENSI FIDEICOMMISSI

15. Januarii 1617.

DECISIO XCIX.

Vocatio filiorum, & nepotum regulariter censetur per vulgarem, non per fideicommissariam, maxime concurrentibus conjecturis, & contrariæ auctoritates declarantur.

FLORENTINA FIDEICOMMISSI

19. Augusti 1617.

DECISIO C.

Vocatis proximioribus, & iis, quibus de jure debetur successio, utraque qualitas dicitur probata per successorem, si ostendat se agnatum in gradu successibili. Conditio *si sine liberis* apposita gradui intermedio caducato, etiamsi verificata non fuerit, quia liberi extiterint, non impedit tamen quin vigore vulgaris anomalæ subsequens in locum gradus caducati admittatur. Liberorum existentia quando dicatur determinate, & ad certum tempus requisita, quando indeterminate. Filiorum appellatione an, & quando veniant nepotes, & an vocato patre, & filiis nascituris, vocatio intelligatur simultanee, vel ordine successivo.

ADDITIO.

Subingressio in vim vulgaris anomalæ quando locum habeat ad explicationem theoricæ *Bartol. in l. quamdiu 68. ff. de acquir. haredit.* & exornatur regula cum suis ampliationibus, & limitationibus, & signanter illa desumpta ex altera theorica *Angeli in d. l. quamdiu*. Substitutio quando dicatur facta determinate ad tempus mortis alicujus, vel indeterminate ad hoc ut censeatur potius vulgaris, quam fideicommissaria, & expiret, vel non expiret decedente instituto cum filiis. Jus accrescendi an, & quando locum habeat inter legatarios, & fideicommissarios particulares, quod in legato quantitatis, dotis, & alimentorum, aliisque legatis annuis, & an procedat cum tacita onerum, & conditionum repetitione, præsertim in legatis caducis.



DECISIONES SELECTÆ
INCLITÆ
ROTÆ FLORENTINÆ
DE FIDEICOMMISSIS
PRIMOGENITURIS, ET MAJORATIBUS, &c.

TOMUS PRIMUS.

FLORENTINA
Prætensi Fideicommissi.
18. *Julii* 1600. *Ex lib. Motiv.* 83. *à c.* 678.

ARGUMENTUM.

Dispositio de pecunia numerata non comprehendit nomina debitorum, maximè stantibus conjecturis. Substitutio quando censeatur fideicommissaria, vel potius vulgaris; & ex quibus verbis una, vel altera eiiciatur.

SUMMARIUM.

1 VErba di denari contanti, *significant pecuniam numeratam.*

2 *Maximè adjecta temporis, & loci expressione, in quibus pecunia ipsa reperiretur.*

3 *Dispositio de pecunia numerata non comprehendit credita hereditaria. Et de ratione ibi.*

4 *Pecunia nondum exacta non dicitur esse in hereditate Testatoris, sed solum Jus illam exigendi.*

Jura, & actiones an veniant ejus appellatione n. 40. remissivè.

5 *Legatum pecuniæ licèt simpliciter factum, tamen intelligitur de pecunia numerata, nec ad nomina debitorum extendi potest.*

6 *Maximè stantibus conjecturis, & quæ sint nn. seqq.*

7 *Cui verba dispositionis non conveniunt, nec ipsa dispositio convenire potest.*

8 *Argumentum ab absurdo vitando in Jure frequens, & receptissimum est, & de ratione.*

9 *Et procedit etiam ad interpretationem ultimæ voluntatis Testatoris.*

10 *Etiam ad inducendum fideicommissum.*

11 *Fortius ad illud excludendum.*

12 *Absurdum est, Testatorem velle stabilia vendi pro solvendo ære alieno, & nomina debitorum reinvestiri.*

13 *Assertio Testatoris habendi pecuniam in magna parte non attenditur si fuit emissa per annum, ante diem obitus.*

14 *Et generaliter standum non est assertioni Testatoris circa vires sui patrimonii, nisi sit jurata. Et de ratione ibi.*

15 *Ex datione plurium substitutorum, hæres censetur gravatus de restituendo ipsis.*

16 *Maximè si facta sit substitutio per verba tractum temporis importantia.*

17 *Etiamsi extent verba, quæ tantummodo implicitè tractum temporis importent, nec adsit mentio mortis.*

Contraria conclusio verior n. 34. 35. 36.

18 *Verba* fin che ve ne sia, *videntur denotare mortem eorum, qui in lineis continentur.*

19 *Verbum* succedat *est commune, & facilius trahitur ad fideicommissum.*

20 *Maximè factis plurium graduum substitutionibus.*

21 *Et concurrente clausula codicillari, per quam verba etiam directa trahuntur ad Fideicommissum.*

22 *Verba directa regulariter ad fideicommissum adaptari non possunt.*

23 *Verba* heredem facio *sunt directa, prout verbum* instituo.

24 *Verbum* hæres *capitur in significatu directo, maximè addito verbo* universalis, *& n.* 26.

25 *Testator ubi usus fuit simul verbis communibus, & directis, substitutio censetur directa; & de ratione.*

27 *Fideicommissarius propriè non est hæres universalis.*

28 *Quando verba non conveniunt fideicommisso, dispositio non est de eo interpretanda.*

29 *Verba* e di sua propria bocca nominò, *denotant directum, & excludunt fideicommissariam. Et de ratione.*

30 *In dubio substitutio censetur potius directa, quam fideicommissaria.*

31 *Vulgaris expirat per aditionem factam ab instituto, & n.* 32.

33 *Verba:* post eum *tractum temporis successivum denotant, & inducunt fideicommissariam.*

Contra n. 34. & 35.

Distingue, ut non importent fideicommissariam, quando juncta sunt verbis directis, secus si obliquis nu. 45. & 49.

Buccafer. respons. 26. & 27. *in primo casu contrarium sentiens, reprobatur n. 50.*

Amplia etiam in verbis directis, quando concurrant alia successivam, & plurium temporum continuationem importantia n. 46.

In quibus differant à dictionibus primo, *vel* deinde *num. 47.*

Item à verbis eo vita functo *n. 48.*

36 *Verba* lineam masculinam, & finita linea, *an importent tractum temporis successivum, & comprehendant mortis mentionem.*

37 *Substitutio fideicommissaria dependens à vulgari evanescit, si vulgaris ipsa locum habere non potuit.*

38 *Prohibitio alienationis accessoria substitutioni operatur, si substitutio sortiatur effectum.*

39 *Habens justam causam litigandi, absolvitur ab expensis.*

41 *Vulgaris est substitutio facta primo de masculis, deinde de fœminis.*

42 *Item vocatio filiorum, & nepotum.*

43 *Item per vulgarem succedit substitutus spuria sub conditione,* si sine filiis.

44 *Transit in fideicommissariam, quando adest clausula codicillaris, & verba tractum successivum importantia.*

D E C I S I O I.

In Causa Cassidoni, & Cassidoni.



N Causa Domini Nicolai de Cassidoniis Agentis ex una, & Jo: Mariæ etiam de Cassidoniis rei conventi partibus ex altera, præsupposito testamento Jo Matthæi de Cassidoniis, in quo dictus D. Nicolaus fuerat hæres universalis institutus, & post eum, ejus linea masculina, & ea finita, ejus linea fœminina, & post lineam masculinam, & fœmininam dicti D. Nicolai substitutus fuerat dictus Jo: Maria, & post eum, ejus linea masculina, & eâ finitâ, ejus linea fœminina, & deinde Monasterium, & Fratres Sanctæ Crucis Civitatis Florentiæ, subdens ipse Testator hæc formalia verba, videlicet.

E perchè nell'eredità di detto Testatore rimarranno buona partita di denari contanti, vuole, che si faccia inventaria, e che si rispendino in beni stabili nello Stato di S. A. S. e si sottopongbino al Fidecommisso, di che di sotto, e seguita la morte del Testatore, si facci inventario di detti denari, e stiino con detta condizione, ed in tanto si mettino in sul Monte di Pietà con li cinque per cento, quali cinque per cento si debbino pagare di mano in mano a chi succederà in detta eredità, fino che non saranno rispesi in beni stabili, e proibì, e vietò a detti suoi eredi istituti, e sostituti l'alienazione, vendita, donazione, ed ogni altro contratto, così volontaria, come necessaria, per il quale detti beni, o denari potessero uscire dalli sopranominati Eredi istituti, perchè vuole, che tali beni così di presente suoi, come quelli da comprarsi, vadino nelle persone chiamate.

His sic stantibus dubitabatur, an credita hæreditaria cum Turrigianis, & aliis, venirent sub nomine pecuniæ numeratæ, atque ita deberent converti, & erogari in bonis dicto Fideicommisso supponendis, juxta disposita supra per dictum Testatorem, an vero potius credita prædicta nequaquam comprehendantur sub nomine pecuniæ numeratæ, & per consequens libera remaneant dicto D. Nicolao, sine onere convertendi pecunias ex eis exigendas in bonis dicto Fideicommisso subiiciendis. In qua difficultate fuit resolutum, credita ipsa, & pecunias exigendas liberè, & absque ullo onere fideicommissi, & inventarii conficiendi, ad dictum D. Nicolaum pertinere: Nam cum Testator locutus fuerit de pecuniis remansuris in ejus hæreditate, in pecunia numerata existentibus, & de illis jusserit confici inventarium, & deinde converti in emptionem bonorum stabilium fideicommisso subiiciendorum, ut manifestè indicant illa verba Testamenti: *rimarranno partita buona di denari contanti*, quæ pecu- 1
niam numeratam absque dubio significant *ad text. in l. si certos nummos ff. de verbor. obligat. & in l. si certos, & in l. si servus §. qui quinque ff. de Legat.* 1. & tradit. *post Gloss. in l. hac venditio §. in hujusmodi ff. de Emption. & Vendit. Bart. in l. talis scriptura n.* 3. & ibi etiam *Jason sub n. 9. ff. de legat. 1. Bald. in l. 1. n. 9. C. de action. & oblig.* maximè ob adjectam temporis, & loci expressionem, in quibus pecunia ipsa reperiretur, ut in ejus 2
hæreditate, subintellecto mortis tempore. *Jason in d. l. talis scriptura sub n. 76. vers. adverte, &* pulchrè *per Bero. consil. 43. sub num. 26. lib. 2.*

Inde fit, ut hujusmodi dispositio de pecunia numerata facta, non comprehendat modo aliquo dicta eredita hæ- 3
reditaria, seu nomina debitorum hæreditariorum, quæ sunt jus in incorporale, quod sub corpora illo numeratæ pecuniæ contineri non potest, argumento *text. in l. 1. in fine ff. de rerum divisione, & in §. 1. Instit. de rebus corporalibus, & incorporalibus*, neque enim dici potest, pecunias nondum exactas in hæreditate Testatoris, reperiri in pecunia numerata, sed solum jus, & actionem illas exigendi, ut per *Bero. d. consil. 43. n. 8.* 4
& multa contingere possunt ne exigantur, cum nomina debitorum multoties sint inexigibilia, ut experientia rerum magistra nos docet. Quæ sententia eo magis visa fuit amplectenda propter auctoritatem *Corn. consil. 229. n. 6. usque ad fin. lib. 4. Bero. d. consil. 43. per tot. lib.* 2. qui in fortioribus terminis responderunt legatum pecuniæ simpliciter factum, de numerata tan- 5
tum pecunia intelligi, nec ad nomina debitorum posse extendi, ibique id latissimè comprobant, plura adducentes fundamenta, & eandem opinionem firmavit etiam *Rebuff. in l. pecunia appellatione vol. 5. vers. secundo limitatur ff. de verbor. significat.*

Eoque libentius opinionem hanc visum fuit esse amplectendam, quia concurrebant plures voluntatis ipsius Testatoris conjecturæ, nempe quod sensisset de 6
pecunia numerata tantum inventarianda, & convertenda in emptionem bonorum stabilium, dicto Fideicommisso supponendorum, non autem de dictis ereditis, & nominibus debitorum, de quibus latius in informatione, sive notula causæ Patroni pro parte ejusdem D. Nicolai, inter quas illæ duæ satis urgentes visæ fuerunt, quarum prima est, quod cum Testator jussisset in testamento, statim secuta ejus morte, de dictis pecuniis fieri inventarium, & deponi super Monte Pietatis; hujusmodi dispositio, & preceptum Testatoris non poterat convenire, nisi pecuniis existentibus in pecunia numerata, non autem poterat verificari in ereditis, præsertim cum DD. Turrigianis, quæ erant sub nomine cambiorum, & ideo non poterant inventariari, quia quantitas erat incerta, & statim non poterant deponi, cum essent super nundinis, & de eis non poterat disponi, nisi prius exactæ fuissent: Undè non videtur, Testatorem sensisse de dictis creditis, tum 7
ex jam dictis, tum quia ubi verba dispositionis non conveniunt, minus etiam convenire potest dispositio ipsa *l. 4. §. toties ff. de dam. infec.* cum simil.

Altera vero conjectura erat desumpta ex argumento ab absurdo vitando, quod quidem argumenti genus frequens, ac in jure receptissimum est, tanquam desumptum à ratione, sive discretione naturali, ut ex 8
multis auctoritatibus plenissimè probat *Everar. in suo Cent. in loco ab absurdo*, & ultra eum *Jason. in l. existimo* 9
ff. de verbor. obligat. quod procedit etiam ad interpretatio-

tationem voluntatis Testatoris, ut post alios scripse-
runt Decian. consil. 34. n. 59. & seqq. vol. 3. & plenè Man-
tic. de Conjectur. ult. volunt. lib. 3 tit. 7. Simon. de Pra-
tis de interpretat. ultim. volunt. lib. 1. interpret. 1. dubi-
10 tat. 4. Solut 4. fol. 29. & in specie ad inducendum Fi-
deicommissum post Ancharan. Castrens. Alex. & alios re-
latos, latissimè Peregrin. in tract. de Fideicomm. artic 11.
n. 46. & copiosè Grat. respons. 4. n. 42. & seqq. lib. 2. &
Hieronym. Gabr. consil. 96. n. 15. & seqq. lib. 1.

Et si hujusmodi argumentum procedit ad inducen-
dum fideicommissum, igitur multo magis ad illud ex-
cludendum, cum uti onus, sit odiosum, & ideo in du-
bio fit interpretatio, ut illud magis removeatur, quam
11 inducatur Paris. consil. 41. n. 31. vol. 3. Cephal. consil.
46. n. 15. Gabriel. consil. 111. n. 16. lib. 1. Riminald. Jun.
consil. 279. n. 142. lib. 3. Absurdum autem in proposi-
to magnum esset, si Testator sensisset, quod credita,
& pecuniæ exigendæ, essent deponendæ super Monte
Pietatis, & convertendæ in emptionem bonorum sta-
bilium dicto Fideicommisso subiiciendorum, quia hoc
pacto non potuisset adimpleri voluntas Testatoris cir-
ca legata facta ab ipso Testatore, & debita ejusdem sol-
venda, quæ insimul cumulata ascendebant ad summam
scutorum 4036. quæ quidem quantitas solvi non po-
terat, nisi ex pecuniis exigendis a dictis debitoribus
hæreditariis, vel ex pretio bonorum hæreditariorum
12 distrahendorum, absurdum quàm maximum fuisset,
quod Testator voluisset bona stabilia distrahi pro ære
alieno, & legatis solvendis, & voluisset pecunias exi-
gendas à nominibus debitorum hæreditariorum, ser-
vari, & converti in emptionem bonorum stabilium
supponendorum fideicommisso; ideo ad evitandum
istud absurdum, dicendum est, Testatorem noluisse
dictas pecunias exigendas, esse reinvestiendas, sed li-
beras penes hæredem remanere voluisse pro disso-
lutione æris alieni, & legatorum, neque enim sol-
vi poterant ex pecuniis hæreditariis, quia in hære-
ditate solùm reperta fuit quantitas scutorum 25. Non
etiam de suppellectilibus, & grassiis, quia hæc fuerant
relicta Dominæ Mariettæ; minus etiam de redditibus
bonorum hæreditariorum, cum infra annum solven-
da essent legata summæ scutorum 1208. & debita cum
mortuario erant scuta 2364. & sic in totum solvenda
erat summa scutorum 3572. & nihilominus non re-
manserunt hæredi, nisi infrascripta tria capita bono-
rum, videlicet Prædia Musciani æstimata per Mini-
stros Gabellæ scut. 4800. Petium terræ scut. 98. Do-
muncula scut. 21. adeo quod æs alienum solvendum
infra annum absorbebat ferè totam Testatoris hære-
ditatem.

Nec obstare visum fuit, quod in hæreditate non re-
13 mansissent pecuniæ in magna partita, ut dixit Testator
in testamento, nisi in eis credita prædicta hæreditaria
cōputentur: quoniam fuit responsum, quod Testator
decessit ferè post annum a die conditi testamenti; un-
de facile est, ut pecuniæ, quæ tempore conditi testa-
menti, erant in esse, deinde mortis tempore repertæ
non fuerint in hæreditate, veluti ab ipso Testatore
consumptæ, vel aliter erogatæ. Præterea & secun-
do fuit responsum, quod tali simplici assertioni Te-
statoris, circa Patrimonii sui vires, non erat standum,
cum hujusmodi assertio non esset juramento firmata,
ut probatur in Auth. de jur. jur. a morient. præstit. ubi
Ang. Sæpè enim homines in actibus mortis plus
sperant de suis facultatibus, quàm in eis sit, ut dicit
14 text. in §. in fraudem autem Instit. quibus ex caus. manu-
mitt. non lic. ubi Gloss. & in Auth. sed cum Testator, ubi
Bart. n. 5. cum quo alii transeunt C. ad l. falcid.

Non obstat etiam, dum dicebatur, quod si dicta cre-
dita hæreditaria, & pecuniæ exigendæ, essent immu-
nes ab onere expendendi in bonis stabilibus, subiicien-
dis fideicommisso, ut est dictum, saltem veniebant in-
clusæ sub Fideicommisso universali, cui supposita
fuerunt alia bona hæreditaria Testatoris; siquidem
Testator instituit hæredem universalem D. Nicolaum,
& post eum, ejus lineam masculinam, & ea finita, vo-
cavit dict. Jo Mariam, & post eum, ejus lineam mascu-
linam, & ea finita, illius lineam fœmininā, & ultimo lo-
co Conventum Sanctæ Crucis, & ea datione dictorum
substitutorum dicebatur satis colligi, D. Nicolaum
hæredem universalem institutum, gravatum fuisse de
restituendu ipsis substitutis, juxta text. in l. fin. §. sed
quia nostra C. commun. de Legat. Maximè cum in substi-
tutione facta D. Nicolao adsint verba tractum temporis
successivum importantia, ibi, & post eum ejus lineam
masculinam, & alia, quæ sequuntur: quo casu fidei- 15
commissariam substitutionem induci, scripserunt Dec.
consil. 431. n. 6. Curt. Jun. consil. 48. n. 4. Aymon. consil.
22. n. 2. & 7. Marzar. in Epic. de fideicom. quæst. 12. &
Peregr. de fideicom. artic. 18. n. 14. ubi ponderat, quod
tunc fideicommissaria substitutio inducitur, quando 16
adsunt verba tractum successivum denotantia, hoc est,
quod effectus, vel executio substitutionis non termi-
netur in uno actu, sed porrigatur ad plures alios casus
successivos, & postquam habuerit executionem in per-
sonam primi, & hoc dicit procedere, sive casus mor-
tis sit explicitus, sivè extent alia verba expressa, quæ
implicitè tractum temporis contineant, prout signi-
ficare videntur verba illa, lineam, finita linea, & alia
materna linguā conscripta, ibi, finchè ve ne sia, quæ 17
mortem eorum, qui in dictis lineis continentur, de-
notare videntur, ut per Alciat. consil. 46. n. 22. lib. 9.

Et eo magis concurrentibus verbis communibus, 18
quibus usus fuit Testator, dum vocavit lineam fœ-
mininam Nicolai, videlicet succeder volse, quibus pa-
riter usus fuit, dum vocavit Jo: Mariam, & alios post
eum substitutos; Illud enim verbum, succedat, est com-
mune, ut per Paris. post alios consil. 18. n. 25. lib. 3. & 19
facilius ad Fideicommissum trahitur Peregr. d. art 18.
n. 24. & 25 addito etiam, quia Testator fecit plures
grados substitutionū, vocādo unam lineam post aliam,
& demum sexto loco Monasterium Sanctæ Crucis, ut 20
considerat Berret. consil. 33. & Pereg. d. art. 18 n 12. ac
demum, quia concurrit clausula codicillaris, qua me- 21
diante, verba etiam directa trahuntur ad fideicommis-
sum, ut per Soccin. consil. 12. n. 16. vers. Ideo solvitur
clare lib. 3. & consil. 43. n. 9. vers. aliquando, & quinto,
&c. eod. lib. Curt. Jun. d. consil. 48. n. 4. & 5. Aym. d. con-
sil. 22. n. 4. & 5. & consil. 131. n. 5. cum pluribus aliis
adductis per DD. Informantes dicti Jo: Mariæ.

Nam ad prædicta omnia, super quibus tota ferè dif-
ficultas causæ residebat, fuit plenè responsum per Ex-
cellentiss. Judicem a quo in ejus Motivis, cujus res-
ponsiones DD. placuerunt.

Et præcipuè dum probavit in casu nostro, Testato-
rem vulgarem tantum substitutionem fecisse, substi-
tuendo, & vocando lineam masculinam d. D. Nicolai,
quia verba illa: Erede universale feco, ed esser volse, e
di sua propria bocca nominò Niccolò, quæ pariter deter-
minant alia verba subsequentia: E dopo lui, la sua linea
masculina, tanquam verba directa ad Fideicommissum 22
adaptari non possunt l. non codicillum C. de Testam. Bart.
in l. Centuria n. 47. & ibi eum sequuntur alii ff. de Vul-
gar. & Pupillar. Bald. consil. 272. n. 2. lib. 2. Riminald.
Jun. consil. 50. & est text. in l. 1. ff. de hæred. instit. & li-
cèt auctoritates prædictæ loquantur de verbo instituo,
tamen idem dicendum erat de verbis facio hæredem, &
nomino hæredem, quibus usus fuit Testator in casu no- 23
stro, nam & hæc esse directa inquit text. in l. quoniam
indignum C. de Testam. quem ita intelligit Mynsing. in
§. fin. n. 5. Instit. de Pupillar. sequitur Bero. in consil. 25.
n. 27. & ubi etiam adessent verba communia directa ad
substitutos, quia tamen illis est adjectum verbum hæ- 24
res, quod capitur tantum in significatu directo, ut
notat Bart. in d. l. Centuria in quæst. 4. & in l. precibus
C. de Impuber. & aliis substit. substitutio ita censenda

est directa, & non obliqua, quia ubi Testator usus fuit
verbis communibus, & directis simul, attenduntur ver-
ba directa, ut substitutio dicatur directa, quia verbum
25 commune recipit declarationem a directo, ut voluit
Bart. in d.l. Centaria col. 4. & ita etiam tenuerunt *Bald.*
Imol. Angel. Alex. & Soccin. in locis relatis per *Riminald.*
Jun. in d. consil. 50. n. 51. vers. at secus si verbum dire-
ctum, sequitur etiam *Bero. in d. consil. 155. n. 9.* & benè
deducunt *DD. Quinque Rota Florentina in causa de Fa-*
ctiis, ut in eorum *Motivis anni 1581. die 29. Aprilis:*
26 Id quod etiam suadetur ex illis verbis: *Erede univer-*
sale, quæ determinant alia subsequentia verba: *E do-*
po lui, la sua linea masculina, & ibi repetita censentur,
cum tota oratio regitur ab illis verbis: *Feco, ed esser*
27 *volse, e nominò*, Fideicommissarius enim non est pro-
priè hæres universalis *l. si filius ff. ad Macedon.* & tra-
dunt omnes in *l. 1. §. quamque ff. ad Trebell.* & in termi-
nis nostris sic arguit *Ruin. consil. 99. n. 10. vol. 2.* quem
sequitur novissimè *Lader. Imol. in consil. 92. n. 9. lib. 1.* &
28 ideo cum verba non conveniant fideicommisso, de eo
dispositio non est interpretanda, prout sic etiam ex
verbo *haeredem* arguunt directam substitutionem *Bart.*
in d.l. Centurio n. 413. & Bald. in d.l. precibus n. 43. id,
quod etiam suadetur ex illis verbis: *E di sua propria*
29 *bocca nominò*, quæ pariter determinant verba illa: *E*
dopo lui, la sua linea masculina, hæc enim solemnitas re-
quiritur in institutione hæredis directi, non in sub-
stitutione Fideicommissarii, & ex istis verbis fideicom-
missariam substitutionem in puncto excludit post *Al-*
ciat. idem *Lader. in dict. consil. 92. sub n. 9. vers. tertiò*
30 *moveat me*, & in dubio etiam facienda est interpreta-
tatio, ut substitutio potius sit directa, quam fideicom-
missaria *cap. si pater §. fin. de Testam. in 6. Bald. consil.*
423. lib. 1. Soccin. Jun. consil. 102. n. 51. lib. 1. & tra-
dunt *Bald. Alex. &* alii *in l. verbis civilibus ff. de vulgar.*
& pupill. & alibi sæpè per D.D.

Cum igitur substitutio facta de linea masculina di-
31 cti D. Nicolai, sit solum vulgaris, & directa, hinc fit, ut
illa, per aditionem hæreditatis factam per ipsum D Ni-
colaum, expiraverit *l. post aditam C. de Impuber. & aliis*
substit. Mantic. de Conject. lib. 5. tit. 2. n. 23. Cephal. con-
sil. 326. n. 26. Riminald. Jun. consil. 432. n. 11. lib. 4. hæc
enim substitutio vulgaris solum obtinet locum ante
hæreditatem aditam, ut per eumdem *Mantic.* ubi su-
pra *lib. 11. tit. 5. n. 5.* Et quod hujusmodi substitutio
sit vulgaris, & directa, nec ad fideicommissariam trahi
possit, & ita non operetur post hæreditatem aditam,
sed inspiciatur tempus mortis Testatoris, ut ille ex
institutis admittatur, qui adest, & vult adire, proba-
32 tur ex traditis per *Abb. consil. 40. lib. 1. Castr. consil.*
159. super primo quæsita sub n. 4. vers. secundum quod
continet lib. 1. & consil. 352. visis attestationibus n. 5. lib. 1.
Alex. consil. 13. n. 4. lib. 4. Dec. consil. 104. n. 6. Ruin.
consil. 414. n. 2. lib. 1. Soccin. Jun. consil. 180. n. 64. &
seqq. & maximè *n. 68. lib. 2. Alb.* in terminis nostris
consil. 29. sub n. 5. & seqq. Unde ex prædictis fuit con-
clusum, nullum adesse fideicommissum, cui suppositæ
sint pecuniæ hæreditariæ exigendæ, de quibus agitur.

Non obstat, quod in institutione, sive substitutio-
ne facta de linea masculina D. Nicolai adsint verba, *&*
post eum, quæ tractum temporis successivum denotare
videntur, & ideo fideicommissariam substitutionem
33 esse inductam, secundum *Dec. in d. consil. 431. & Cort.*
in d. consil. 48. qui in eodem casu consuluerunt, cum
aliis supra adductis.

Nam fuit responsum, quod contrarium in terminis
34 tenuerunt *Alba. dict. consil. 29. n. 8. Dec. consil. 201. n. 6.*
& 7. & consil. 247. sub n. 6. vers. sed prædictis nullo mo-
do obstantibus, & plenè *Riminald. Jun. d. consil. 50. n. 37.*
46. 49. & seqq. qui *Dec. & Cravett.* in specie reprobat,
opinionemque suam ample defendit, *& in consil. 535.*
35 *n. 14. & seqq. &* præsertim *n. 19.* ubi inquit contrarium
tenentes allucinatos fuisse, nisi Testator in substitu-
tione mentionem mortis fecerit, & secundum *Rimin.*
sententiam consuluerunt alii clarissimi viri, ut per
eumdem ibi ante *n. 14* quorum sententiam secuti sunt
etiam *DD. Quinque in dicta causa de Factiis in dd. eorum*
Motivis vers. non obstat, quod scribit Cravett. & novissi-
mè post alios firmavit *Lader. Imol. in d. consil. 92. n. 6.*
12. 14. & seqq.

Non obstant alia verba, *lineam masculinam, & finita*
linea, quæ pariter tractum temporis successivum, &
mortis mentionem, saltem implicitè denotare viden- 36
tur, quia ad hoc etiam apparet responsum, tam per
D. Judicem a quo in suis Motivis, quam etiam per
DD. Quinque in dicta causa de Factiis in eorum *Motivis*,
ad quæ relationem habere visum fuit sufficere: In
quibus etiam Motivis apparet responsio ad objecta,
quæ fiunt de substitutione ultimo loco facta de loco
Piu, nec non & de clausula codicillari.

Non etiam obstare visum fuit, quod in casu nostro
clare appareat, Testatorem fideicommissum induxisse
in ejus testamento, ut ostendunt verba illa, ibi, *e si sot-*
topongbino al fidecommisso tali beni, di che di sotto.

Quoniam fuit responsum, quod hujusmodi fidei-
commissum inductum fuit præsupposito, quod substi-
tutio vulgaris, facta de linea masculina D. Nicolai, lo-
cum haberet; verum quia extincta fuit, & evanuit per
aditionem hæreditatis factam pro parte D. Nicolai, 37
ideo fideicommissariæ substitutiones subsequentes,
tamquam ab ipsa vulgari dependentes, simul cum ea
corruerunt, ex traditis per *Castr. consil. 24. lib. 1.* & per
Menoch. consil. 85. n. 66. cum aliis adductis per *DD. Quin-*
que in dd. Motivis in causa de Factiis versic. non obstat,
quod deficientibus, & vers. non licet societas.

Ultimo loco non obstare visa fuit prohibitio alie-
nationis apposita per Testatorem in ejus testamento,
quia pluribus modis satisfactum apparet ex iisdem *Mo-*
tivis tam *D. Judicis à quo vers. nec etiam credidimus,*
& vers. ponderavimus etiam, quam in dictis *Motivis DD.*
Quinque vers. non obstat prohibitio alienationis, & vers. de-
mum quando. ubi præcipuè respondetur, quod prohi- 38
bitio alienationis potuisset operari, si substitutio vul-
garis sortita fuisset effectum, ex traditis per *Alexand.*
Dec. & Ruin. in locis in dictis *Motivis* relatis.

Quare ex prædictis, potissimum omissis aliis, quæ
copiosè haberi possunt in dictis Motivis, fuit conclu-
sum, nomina debitorum hæreditariorum, & pecunias
ab illis exigendas, ex aliquo capite fideicommisso non
esse subjectas, sed liberas remanere penes d. D. Nico-
laum hæredem institutum, & qui hæreditatem ipsam
adivit, & acceptavit.

Quo vero ad suppellectilia, & alia, de quibus in pe-
titione d. D. Nicolai, jura utrique parti reservavimus, 39
Partesque, ob justam litigandi causam, ab expensis ab-
solvimus ad notata in *l. properandum §. sin autem alteru-*
tra C. de judiciis.

Dominicus Gualandus Rota Prætor.
Alexander Zilocchius Rota Auditor.
Aloysius Soltia Rota Auditor.

A D D I T I O.

Ad num. 3. & seqq.

APpellatione pecuniæ numeratæ, quæ veniant, & si-
gnanter an veniant Jura, & actiones ultra rela- 40
tos *in decis.* vide *Barbos. Appellat. 196. per tot.*

Ad num. 12. & seqq.

Quando substitutio dicatur vulgaris vide infra *de-*
cis. 68. n. 6. & seqq. ubi quod substitutio facta primo de 41
masculis, & deinde de fœminis, est vulgaris.

Si vocentur filii, & nepotes, regulariter per vulga-
rem vocati censentur, non per fideicommissum, ma- 42
ximè concurrentibus conjecturis infra *decis. 99. per tot.*

Instituto spurio, eique dato substituto sub condi-
tione *si sine filiis*, succedit substitutus per vulgarem, 43
non

non autem per fideicommissariam infra *dec.57. per tot.*

Vulgaris substitutio induit naturam fideicommis-
44 sariæ, quando facta est post aditam hæreditatem, præcipuè quando adest clausula codicillaris, & verba tractum successivum importantia infra *decis.* 50. *num.* 1. *& seqq.*

Ad num. 34. *&* 35.

Dictio *post eos* non importat fideicommissariam, ut dicitur in hac decisione, quando Testator usus est verbis directis, non vero si adhibuit verba obliqua, & ha-
45 bentia tractum successivum, nam tunc etiam dictio *post eos* ab aliis verbis, & circumstantiis recipit interpretationem, & fideicommissariam importat, ut declarando auctoritates contrarias adductas in inferius imprimenda *decis.* 48. *n.* 12. firmatur in eadem *decis.* 48. *n.* 37. *& seqq.* & quod importet tractum successivum, & fideicommissum infra *dec.* 68. *n.* 10. *& seqq.* pluribus adductis in *Florentina Immissionis super Consilio Oldradi* 21. 28. *Septembris* 1725. *artic.* 2. §. *considerata coram me in* 3. *volumine mearum decisionum imprimenda*, quibus addimus *Andreol. controv.* 368. *n.* 1. *& seqq.* ubi adducit auctoritates, & rationes pro vulgari, quando dictio *post eos* est determinata a verbo directo, puta *instituo*, *& n.* 5. *& seqq.* ubi plures textus, & auctoritates recenset ad ostendendum, quod clausula *post eos*, continet in se tractum temporis, & importat compendiosam substitutionem, & per consequens etiam fideicommissariam; *Numero autem* 26. *& seqq. usque ad finem* dicit, hanc secundam opinionem esse veriorem, & magis tutam, & auctoritates hinc inde pugnantes conciliat, ut prima Sententia pro vulgari habeat locum dumtaxat, quando non concurrunt verba successivam, & perpetuam plurium temporum continuationem importantia, nam hujusmodi verbis, & clausulis concurrentibus dictio *post eos* importat fideicommissa-
46 riam substitutionem, quamvis Testator adhibuerit verba directa: quæ obliquantur, & fideicommissum inducunt quoties fideicommittentis voluntas hoc suadeat, & salva ratione recti sermonis ad vulgarem substitutionem eadem verba coarctari non possunt.

Differt autem hæc dictio *post eos* ab alia dictione *pri-*
47 *ma*, vel *deinde*, quia dictio *post eos* per necesse supponit primam institutionem, vel substitutionem suum habuisse effectum, quod non præseferunt alia verba, ut infra *decis.* 68. *n.* 11. *&* 24.

Prout dictio *post eum* differt etiam a verbis *ea vita functa*: primo enim casu dictio *post eum* si relata sit ad verbum *instituit* separat, & dividit substitutionem filiorum ab institutione patris, & in eo sensu accipi debet, ut adita hæreditate a patre, post eum filii sint ad fideicommissum invitati, & sic dictio illa continet tractum successivum, nec habet effectum suum, nisi post mortem patris. In secundo vero casu nempè: Si dictū
48 sit, *Patre vita functo, filios instituit*, si verba referãtur ad aditionem, important successionem filiorum vigore institutionis de eorum personis factæ, si tempore aditionis hæreditatis pater decesserit, & sic unico actu terminatur, & complementum recipit effectus institutionis, ut benè declarat *Buccafer. resp.* 26. *n.* 38. *& seqq. & resp.* 27. *n.* 1 *& seqq.* quibus in locis reprobat *Decium*, *& Curt. Jun.* in objecto allegatos in hac *decis. n.* 33.

Verùm hæc differentia mihi non placet, quia ver-
49 bum *post eum* conjunctum cum verbo directo, quale est verbum *instituit*, vel simile, non importat tractum successivum, & fideicommissum, sed solam vulgarem, nisi concurrant particulares circumstantiæ diversam voluntatem Testatoris indicantes, ut dicitur in hac decisione, & supra in *addit. num.* 45. & admittit etiam ipse *Buccafer. dict. resp.* 26. *num.* 9. *&* 10. & quod verba *post eum* non excludant vulgarem *Balduc. dec. & res judicat. tit.* 3. *de Legat. & fideic. dec.* 47. *sub n.* 2. ibique *Rota n.* 14. *& coram Cels. dec.* 388. *n.* 11. ubi plures allegat.
50 & sic non subsistunt ea, quæ ipse dicit in primo casu differentiæ. Verum tamen est, quod ipse subjungit in secundo casu, quod verba, *Patre vita functo, filios instituit*, important vulgarem, & difficilius trahuntur ad fideicommissum, relata enim ad aditionem unico actu terminant effectum institutionis, cum non sint separativa vocationis Patris ab illa filiorum.

PISCIEN, SEU FLORENTINA
Prætensi Fideicommissi.

16. *Augusti* 1600. *Ex lib. Motiv.* 83. *à c.* 417.

ARGUMENTUM.

Filii in conditione positi, non censentur dispositivè vocati juxtà *Gloss. in l. Lucius la* 2. *ff. de hæred. instit.* & reprobantur nonnullæ conjecturæ, quæ pro ipsius limitatione afferuntur.

SUMMARIUM.

1 Opinio Gloss. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. instit. *verior, & communior est, & Florentiæ recepta, & de ratione n.* 12.

2 *Quando ab ea sit recedendum, est Judicium conjecturale, & arbitrarium Judicis conscientiæ remissum.*

3 *Clausula codicillaris*: & omni meliori modo, *quo casu nihil operetur, & quare n.* 4.

Auctoritates pro dictis clausulis allegata, in quibus terminis procedant n. 6.

4 *Sine iis nulla testamenta conficiuntur, & semper habentur pro appositis.*

5 *Nihil operantur, ubi deficit testatoris voluntas.*

7 *Sunt inventæ ad medendos defectus medicabiles testamentorum, non ad ea extendenda.*

8 *Confirmatio robur addit rei confirmatæ, sed non se extendit ad in ea non contenta.*

9 *Ratio, quod aliàs extranei essent melioris conditionis, quam liberi testatoris, non est conjectura, sed ratio contrariæ opinionis, & n.* 32.

10 *Quæ opinio sicuti Florentiæ reiicitur, ita reiiciuntur rationes, quibus innititur.*

11 *In conditionibus merum factum attenditur.*

13 *Non licet parentibus ultra quartum gradum alienationem prohibere, & de ratione.*

14 *Conditio* si sine filiis *compendiosè continet vulgarem, & potest interpretari de fideicommissaria.*

15 *Limita ubi viget consuetudo pro opinione* d. Gloss.

16 *Pater filiis impuberibus in alterum dumtaxat casum substituens, in utrumque substituisse intelligitur.*

17 *Et eos reciprocasse, si substituit extraneum.*

18 *Conjectura elicita à posthumorum vocatione reprobatur, & n.* 19.

20 *Pœna exequutio contra mulierem ultimo supplicio damnatam habentem ventrem prægnantem differtur.*

21 *Posthumus habetur pro nato ad effectum decernendi alimenta matri.*

22 *Item ad protrahendam collationem bonorum donec ipse nascatur.*

23 *Pro facto habetur, quod de proximo est faciendum.*

24 *Pro perdito habetur, quod de proximo est perdendum.*

25 *Lucrum jura præsumunt, & de ratione.*

26 *Posthumus habetur pro jam nato solum quo ad sui commodum, contra supra n.* 20. *& seqq.*

27 *Quando sumus in descendentibus testatoris, filii in conditione positi, censentur dispositivè vocati.*

28 *Intellige quando adest favor agnationis.*

29 *Prædicta conjectura descendentiæ à testatore de per se communiter reprobatur.*

30 *Masculinitas requisita in filiis in conditione positis, & positio &c. fœminarum à Statuto exclusarum, est conjectura pro illorum vocatione, & de rationibus.*

31 *Intellige conjecturam de qualitate masculinitatis, procedere quando adest ratio agnationis, aliàs secus.*

Intel-

Intellige alteram de positione fœminarum à Statuto exclusarum, ut n. 33.

32 *Conjectura majoris amoris ad prædictum effectum communiter reprobatur.*

34 *Alternativa resolvitur in conjunctivam, quando alias ob ambiguitatem voluntatis corrueret dispositio*

35 *Alternativâ positâ inter personas, ex unius interventu, dispositio plenè dicitur adimpleta, & de ratione num. 36.*

37 *Positio in conditione etiam eorum, qui non excludunt substitutes, nullam inducit vocationem, & de ratione.*

38 *Conjecturæ, quæ singula non prosunt, simul junctæ juvant ad vocationem positorum in conditione.*

39 *Amplia etiamsi sint leves, & de ratione.*
Limita, ut num. 41.

40 *Ex positione in conditione arguitur affectio Testatoris præcipuè in descendentibus.*

42 *Fideicommissa uti odiosa non sunt somnianda, nec mille etiam conjecturis æquivocis inducenda.*

43 *Eodem modo ac interpretatur institutio à substitutione, debet interpretari substitutio ab institutione.*

44 *Absolutio ab expensis fit ob auctoritatem, & præstantiam doctissimorum Consulentium.*

DECISIO II.

In Causa Oradini, e Ricci.

HUmanæ prudentiæ tenuitatem, & providen-
tiæ infirmitatem haud leviter descendas nos
admonent hujus Oradinæ litis strepitus, &
judiciariæ vexationes, dum ab antiquissimis tempori-
bus orta inter doctiores juris interpretes dissensio in
illo articulo, num filii in conditione positi censeantur
ex testamento vocati, adeo viguerit, & vigeat, ut ab
unico tantum verbo, quod dixerit brevis *glossella fin.*
in l. Lucius 2. de hared. instit. nempè, *ab intestato*, in tan-
tum creverit scribentium turba, & dicacitas ut (ad in-
star fluminum, quæ adeò vires acquirunt eundo, quod
non flumina, sed quasi maria mare ingrediantur) ne-
mo scribentium, docti, indoctique passim longissimas
non audeant implere paginas, & integros, prolixos-
que ad nauseam de ea tantùm edere tractatus, quasi
rati, fœdere distinctionum nullis certis limitibus finiē-
darum, rei infinitæ fines edicere: Unde verborum in-
volucris irretiti, & scribentium infinitate confusi ip-
simet, cæteris rem, alias per se planam, confusiorem,
& inextricabilem reddunt. Ex qua re valde excusa-
tione dignos Judices reor, si in tanta rerum confusio-
ne ancipites hæreant diù, vel etiam, si demùm quili-
bet pro suo capite, omnium horum neglectis traditio-
nibus, unus pro vocatione, pro exclusione alius, sen-
tentiam dicat. Et quamquam Florentiæ res facilio-
1 ris videatur negocii, quia sine controversia, illa *Glossæ*
opinio uti verior, æquior, & communior approbetur,
in tantum, ut eam in controversiam hodie redigere vi-
deatur penitus absonum, quia tamen conjecturis haud
via præcluditur, contingit frequenter super levissimis
conjecturis pro cujuscumque diversimodè sententis
capite longas interseri disputationes. Quod contigis-
se in casu præsenti, non sine gravi temeritatis nota,
assererem, cum insignium advocatorum lucubrationi-
bus effectum sit, ut vix pro vocatione non inclinave-
rimus: id tamen non egimus, quia versa vice excellen-
tium pariter virorum consilia non defuerunt, quorum
pariter authoritati hærere in ancipiti cogebamur; ve-
rum uti non dubitavimus, communissima omnium scri-
bentium consensione totum hoc conjecturale judiciū
2 judicantis arbitrio, & rectæ conscientiæ niti, ad *Me-*
noch. de arbitr. Jud. cent. 2. cas. 141. Crass. recept. sent.
in §. Fideic. quæst. 4. n. 7. & tradit *Zanc. in l. hæredes mei*
§. cum ita n. 728. in antiquiori editione *ff. ad Trebell.* hi-
larius vocationis exclusionē amplexi sumus, tum quia
conjecturæ exadverso deductæ, per se non videbantur
valdè efficaces, tum quia, & loco, & causæ præsenti
minus credidimus convenire.

Nam quo ad locum (ut hoc ordine cunctas perpen-
damus) omnes illas respuendas, seu negligendas cen-
suimus, quæ multum ponderis forte haberent, ubi ta-
lis non vigeret consuetudo, qualis hic Florentiæ vi-
get. Hujusmodi fuerunt, prima de clausula codicil-
lari, mox secunda de clausula, *omni meliori modo*, si- 3
ne quibus hodie nulla testamenta conscribuntur; qui-
nimo, etsi non legerentur, tamen adesse intelligeren-
tur *Cor. Jun. cons. 114. n. 9. & cons seq. n. 7. Mandos. in* 4
addit. ad Lap. allegat. 29. sub litt. N, & Coler. de aliment.
cap 3. n. 38. tamquam ex notariorum incuria præter-
missæ, ut hic Florentiæ singulariter observatur. Acce-
dit, quod, & eas nihil operari ubi deficit testatoria vo- 5
luntas, tradit. *Dec. cons. 291. n. 4.* ergo an id fuerit de
mente Testatoris, erit aliunde quærendum.

Et quocumque casu, certum est *Dec. in consil. 242.*
col. 2 Soc. Jun. cons. 29. n. 5. vol. 3. lib. 3. Thesaur. dec. 60.
& Rim. Jun. cons. 583. n. ult. qui cum aliis ad eas pro-
bandas citantur, locutos solum in terminis vulgaris
substitutionis, nempe quando primus hæres institutus
decesserit ante mortem Testatoris, quia tunc ejus filii 6
in conditione positi excludunt substitutum ad rationē
d. l. Lucius ff. de hæred. instit. §. vel singulis. Instit. de pup.
substit. l. conficiuntur in princ ff. de Jur. codic. & l. si pa-
ter impuberes de vulg. & pupill. Sed an ex testamento,
vel ab intestato succedant, hoc quærere parvi refert,
sat enim est, eorum supervivantia excludi substitutos,
at illis delatio fit ob prudens consilium Testatoris, qui
his voluit jus legitimarum successionum illibatum
servari; sed & certior est responsio, tales clausulas in-
ventas fuisse ad defectus medendos, si qui medicabiles 7
forent, testamentorum *Cort. Jun. cons. 73. n. 12.* & ut
vim addant dispositioni, non autem ad testamentum
legitimum, & per se validum, quod jam plenum ha-
buit effectum, ut in caso nostro, ampliandum, vel ex-
tendendum ad non disposita, ut de qualibet confirma-
tione dicitur, quæ robur addit rei cōfirmatæ, at non se 8
extendit ad non in illa contenta *l. Aurelius §. Testamen-*
to ff. de liber. leg. Dunmod. de Pupill. patroc. tit. de tut. &
curat. libert. c. 2 n. 32.

IIa similis est conjectura de inconveniētia, quod ex- 9
tranei alias melioris essent cōditionis, quam ipsius Te-
statoris descendentes, quasi gravatus non debeat posse
in liberorum præjudicium alienare, cum tamen non
possit, illis non extantibus, in extraneorum præjudi-
cium. Siquidem hæc non est vere conjectura, sed po-
tius ratio, quare senserunt *Oldr.* & cæteri illum sequu-
ti, pro filiis in conditione positis, cum autem hæc opi- 10
nio reiiciatur Florentiæ, reiicitur cum omnibus suis
rationibus, quia nempè longè minoris visæ sint aliis in
contrarium facientibus, inter quas illa est, quod in
conditionibus merum factum attendatur *l. qui hæredi in* 11
princ & l. Mevius ff. de condit. & demonstrat. ut eam pon-
derat plurium authoritate *Tiraq. in l. si unquam vers su-*
sceperit liberos n. 126. C. de rev. donat. numquid enim sub-
stitutus sub conditione, si Cæsar in Italiam venerit,
Cæsare adveniente, repelletur, ni Cæsar ipse succe-
dat mortuo instituto? Sat enim est, advenisse Cæsa-
rem, ad substitutum repellendum; & ut de Cæsare ad-
mittendo esset ridiculum quærere, ita & de filiis vo-
candis post aditionem instituti, erit forte æque ri-
diculum. Siquidem quid æquius, quam permittere, 12
filium institutum liberam habere bonorum sibi relicto-
rum administrationem, si filios susceperit? cum de
proprio in eos amore Jura numquam dubitent, ac pro-
inde præsumant, illum omnia illis conducibiliora fa-
cturum; eum tamen filiis carentem, ea religione uti-
litatis prolis solutum, non deceat posse suorum majo-
rum

rum dilapidata ſubſtantiam, ut frequenter contingere
cernimus. Ergo in hoc longè rectiùs, quam in illo ca-
ſu decet, inſtitutum voluiſſe teſtatorem gravare, da-
reque inſimul facultatam, tum res pro ſuæ voluntatis
libito hæreditarias alienare, nempe ut faciliùs valeat
neceſſitatibus ſuæ familiæ, & ſobolis proſpicere, tum
ex propriis, filiis quem maluerit honorare, ut ipſis hac
ſpe illectis, vel timore perterritis, promptiora, & ob-
ſequentiora ab omnibus officia exigat, *ut in conſ. 99.*
n. 8. Colleg. Papien. inter conſ. Montis Pici. Cum verſa
vice anſa detur haud parva ſoboli inobedientiæ, & pe-
tulantiæ erga proprium patrem, quod ſane eſt deter-
rimum, ac fœdiſſimum damnum, & ad quamcumque
bene alias inſtitutam Patriam ſubvertendam, aptiſ-
ſimum.

Qua potiſſimū ratione cenſui ipſemet ſemper, dum
in foro cauſas agerem, hiſce fideicommiſſis inter libe-
ros, & prohibitionibus alienationum minùs tribuen-
dum, quando maximè non præſumatur apprimè filio-
rum, & nepotum teſtantibus nota conditio, inclina-
tio, & naturæ propenſio. Dixique frequenter hac mo-
tus ratione, ſanctiſſimè Imperatorem ſanciviſſe, non li-
13 cere parentibus ultra quartum gradum, rerum aliena-
tionem prohibere; ut in *Auth. de reſtit. fideicom.* ſiqui-
dem uſque ad illum ſolum ſperat Juſtinianus homi-
num notitiam extendi poſſe: qui intellectus *dictæ Auth.*
mihi confirmatur ex tradit. *per Nicol. Vall. de reb. dub.*
tract. 7 de invaliditate fideic. excludentem non concep-
tos tempore mortis Teſtatoris. Et videmus frequen-
ter, miſerrimà, turpiſſimàque paupertate exagitari
ditiſſimorum teſtantium proles propter ſimiles alie-
nationum prohibitiones, ob æs alienum, perfidaſque
uſuras, quibus infeliciter opprimuntur uſque ad ul-
timos ſenectutis annos, à quibus tum facillimè vendi-
tione modicæ ſubſtantiæ ab initio ſe liberaſſent, ſed
hæc per tranſennam, ac perfunctoriè dicta velim.

Quarta pariter conjectura hoc eodem laborat vitio,
14 dum dicitur, conditio *ſi ſine filiis* compendio ſui,
vulgarem continet, ita *Soccin. Jun. d. conſil. 29. n. 3. lib. 3.*
ergo ita poterit interpretari de fideicommiſſaria, ut
arguit *Nonius conſil.* 31. *n.* 14. *& conſil. ſeqq. n.* 12. con-
15 ſequentia enim poſſet procedere ad *Oldr.* opinionem
defendendam contra *d. gloſſ.* quod (ut diximus) non
licet Florentiæ ob inveteratam conſuetudinem exclu-
dendi vocatos. Interim tamen dicere non pigebit,
hinc ſumpta occaſione, me, dum legale tyrocinium Se-
nis in Patrio Gymnaſio agerem, quibus juventutis an-
nis munia ſua intellectus audentius, ferventiuſque
obibat, publicè defendiſſe, hoſce filios in conditione
poſitos cenſeri verè ex teſtamento vocatos Juris civi-
lis præſumptione, ſed in ſolo vulgaris ſubſtitutionis
caſu, nempè quandò filius, vel inſtitutus primo gradu
hæres eſſe nollet, vel quia præmortuus, non poſſet,
tunc ejus liberi ex prudenti Teſtatoris judicio (nem-
pè quia eos in conditione poſuerat) cenſentur vocati
ex ſola Juris præſumptione: quaſi abhorreant leges,
eum deceſſiſſe inteſtatum, qui teſtamento ritè facto
deceſſit, in quo liberorum ex filio inſtituto, non ad ex-
hæredationem, mentionem feciſſet. Unde ſupplent
jura eo caſu horum validam inſtitutionem, cum totali
ſubſtitutorum excluſione, ut pari æquitatis ratione
ſuppleverunt Divi *Marcus*, & *Verus* Imperatores, ut cum
16 pater impuberi filio in alterum tantùm caſum ſubſti-
tuiſſet, in utrumque ſubſtituiſſe intelligatur, *Modeſti-*
no ita referente in *l. jam hoc jure ff. de vulgar. & pupill.*
utrique ſupplent (quod magis ad rem facit) in caſu ſub-
17 ſtitutionis Titii, pluribus inſtitutis, factam recipro-
cam inter illos, nempe in *d. l. ſi pater impuberes de vul-*
gar. & pupill. & in l. Titia ſejo §. ſeja libertis ff. de leg. 2.
in l. hæredes mei §. multa ff. ad Trebell. Doct. com. in l. pen.
C. de imp. & al. ſubſtit. Soccin. conſil. 249. col. 4. verſ. circa
primum. Quemadmodum enim hæc Juris ſuppletio nō
redigit cauſam ab inteſtato, ita nec in caſu *d. l. Lucius,*
& ſic in hac nunquam finienda controverſia, de liberis
in conditione poſitis, quos præter caſum vulgaris,
nunquam dixiſſem cenſeri vocatos, ſed hæreditatem
per patrem aditam ob ipſorum filiorum exiſtentiam
fuiſſe factum patrimonium patria liberum, modo, eo
decedente, ſint filii ſuperſtites: a qua declaratione non
tamen recederem ex eo, quod *Alex. conſ.* 185. *n.* 14. *lib.* 2.
quorumdam ita fermè ſentientium opinionem con-
temnat, dum ait, vulgarem ab inteſtato locum habere
non poſſe. Et quis unquam tam hardus hoc aſſerere
auſus eſſet? Sed illi exponunt *Gloſs.* ut dum dicit, *ta-*
citè ab inteſtato, voluerit dicere, *per vulgarem*, quaſi
ab inteſtato, cum re vera in teſtamento talis ſubſtitutio
non legatur. Quidquid tamen ſit de opinione *Gloſs.*
quod per vulgarem ſuccedant, credidit [ut diximus]
Soccin. Jun. conſil. 29. *n.* 3. *& conſil.* 174. *col. antep. vol.* 2.
licet minus benè ibi proinde illationem faciat ad fidei-
commiſſariam; neque pariter ab ea recederem ratio-
nibus per *Zanchium* in contrarium adductis *in d. §. cum*
ita n. 713. Verùm nec juvat hæc juvenilia hodie fuſius
proſequi, nec decet peregrinas, & vagas concluſiones
in materia ſui pondere nimium prægravata, interſe-
rère.

At quando talis declaratio aliquo veritatis fulci-
mento niteretur, minùs profectò roboris eſſet in con-
jectura, de poſitione in conditione eorum, qui per Sta-
tutum excluduntur, ut ſunt fœminæ, quoniam ex di-
cti Juris præſumptione, in legem redacta, hæ eſſent in
ſuo ſolo caſu vulgaris vocatæ. Verum de hujus dicti
veritate aliorum judicium eſto.

Simili notatur defectu quinta conjectura de poſthu-
morum vocatione, quæ quantumvis commendetur, & 18
probetur *à Mantic. in tract. de conject. lib.* 11. *tit.* 2. *n.* 16.
re vera tamen non poteſt dici conjectura, ſed veriùs
argumentum contra illam *gloſſæ* opinionem, quæ, cum
Florentiæ ſit receptiſſima, nullam admittit argumentū
in contrarium. Quod ſi procederet, & omnes ratio-
nes, quibus fulcitur contraria opinio, inſervirent lo-
co conjecturarum, nihilominùs tamen *in ſeq. titulo Man-*
tic. ubi conjecturas examinat, nullam habet argumen-
torum pro ea parte adductorum rationem. Quando
tamen poſſet elici conjectura ex poſthumorum voca-
tione, argumentum *Mantica* non concludit: poſthu-
mus habetur pro jam nato, ſolum ad ſui commodum,
ſed ſi non eſſet vocatus, haberetur pro jam nato non
ad ſui commodum, ergo dicendus eſt vocatus; ſiqui-
dē in majori eſt expreſſa fallacia, poteſt enim videri na-
tus etiam ad commodum alienum, nempè matris, cui
ob ventrem, ſi damnaretur ultimo ſupplicio, produci-
tur pœnæ executio, donec pepererit *l. Imperator* 2. *ff.*
de Statu hominum, *l. prægnantis ff. de pœnis*. Item pro- 19
pter ejuſdem matris alimenta, ut *in l. 1. in princ. ff. de*
ventre in poſſeſſ. mittendo. Item in terminis collationis
bonorum, licet ad ſui commodum vertat, nihilominus
tamen fieri differtur, donec naſcatur *l. fin. ff. de collat.* 20
bon. Accedit, quod ubi agitur de conditione adim-
plenda, quo ad factum alienum, vel per alium adjecta 21
[ut ſupra dicebamus] marum factum attēditur, ut regu-
la juris eſt, quod pro facto habetur, quod de proximo fa- 22
ciendū eſt *l. pen. ff. de milit. teſtam.* & pro perdito habe- 23
tur, quod de proximo eſt perdendum, *l. ſi quis eum ſciret*
ff. pro emptore, l. item legata ff. de legat. 2. l. ſi. C. de condit.
inſtit. At demum in omnem eventum negatur etiam 24
minor, nempe exiſtentiam conditionis ob poſthumi
ſpem non eſſe poſthumo utilem, licet non ſit vocatus,
tam accipit patris hæreditatem luculentiorem, cum
alias ad ſubſtitutum hæreditaria bona etiam per ipſum
poſthumum eſſent reſtituenda ut patris in cæteris hæ-
redem ergo licet per patrem prius forte alienata non
vendicet tamquam ſua, conſequitur tamen lucrum ali- 25
quot pretii, vel hoc unum, quod damnum nullum
conſequitur; & lucrum jura præſumunt ex eo, quod
nemo præſumatur jactare ſuū, ut in termin. inquit *Al-*
ciat.

ciat. in l. quod dicimus n. 3. ff. de verb. significat. ubi eitra hanc spem lucri, saltem præsumptam in filiu patris instituti, credit, nempè in alieno posthumo conditionem defecisse; ut in exemplo, quod recenset *Bal.* aoctoritate comprobaro. Quibus non obstat, quod subdit ibidem, *Mantic.* satis subtiliter, quod non posset intelligi defecisse conditionē, ubi non ageretur, de ejus commodo (nempe ob periculum alienationis à parente factæ, vel perditionis ob confiscationem) ac proin-
26 de eo cessante commodo, substitutus vocaretur, quia posthumus habetur pro jam nato solū quoad sui commodū. Nam sic *Mantic.* esse deberet habere leges id expresse statuentes, quas supra citaverat, nempe *l. Jubemus §. sin autem C. ad Trebell. & d. l. ex facto ff. eod.* quæ in omnem casum inservirent pro limitatione ad regulam *l. qui in uter. ff. de stat. homin. & d. l. quod dicimus, ff. de verb. significat.*

Has ergo conjecturas nos merito respuimus ratione loci, & ratione præsentis causæ; nempe quia (quatenus efficaces per se essent) præsenti tamen causæ haud annectuntur, erit in primis fallax nempe, quod substituti sint de descendentibus Testatoris, quo ca-
27 so, plures sanè non vulgaris nominis Doctores scripsere, in conditione positos censeri vocatos ad *Ancb. consil. 74. n. 2. Grat. consil 41. lib. 2. Soccin. Jun. consil. 158. n. 57. lib. 2. & consil. 145. n. 36. lib. 3. Curt. Jun. consil. 87. in fin. Boer. cons. 155. n. 21. Non. consil. 31. Crass. in d. § fideic. quæst. 13. n. 2.* cum pluribus aliis à supra relatis deductis.

Nos verò quatenus hæc conjectura alias communiter probaretur, credidimus non habere locum in casu præsenti, quoniam re vera haud citra agnationis favorem admitteretur, cujus solo respectu fideicommissa alias odiosa, favorabilia censeri possunt, quemadmodum dicitur de statutis excludentibus fœminas propter mascolos, quorum ratio unica dicitur favore agna-
28 tionis & ideo censentur favorabilia *Curt. Jun. d. cons. 87. n. 5* ubi innumeros citat, & de comm. testatur. At in casu nostro non procedit, quia perverso ordine statutariæ successionis, non modo filiam prætulit mascolis nepotibus ex fratre, sed etiam filias fœminas ipsius filiæ. Et licet in caso *Soccin. cons. 249. n. 5.* esset etiam instituta filia, tamen ille non residet in hac conjectura, sed in pluribus aliis, nec descendentibus ex filia sunt substituti transversales Testatoris, ut hic, sed pia causa, faciunt trad. *per Ruin. consil. 211. n. 15. lib. 2. Gabr. consil. 123. n. 27. & seqq. lib. 2. Grat. consil. 89. n. 8. lib. 2.*

Quando verò liberet magis credere conjecturæ rationem esse, ne talis conditionis expressio videatur superflua, cum nihilominus filii debuissent succedere ad exclusionem agnatorum *juxta l. cum avus ff. de cond. & dem.* Tuta erit tamen responsio, quod talis conjectura
29 communiter reprobetur, ut testatur *Clar. in §. Testamentum qu. 79. vers. 3. conjectura:* & ita in puncto respondit tota Rota Florentina in simili casu, *ut in Motiv. Anni 1589. prima Decemb. ibi prima est.*

30 Septima, & ultima superest conjectura, & sanè satis urgens primo aspectu, quia in conditione cum filiis masculis adjunxit etiam filias: ex quo primo urget ratione mentionis masculinitatis, & sic ratione prædilectionis propriæ sobolis; secundo quia fœminæ frustrà essent alias positæ in conditione, cum ab intestato nequirent succedere, vigente Statuto in Terra Pisciæ, quo excluduntur filiæ fœminæ, extantibus fratrum filiis, & tertio quia fœminæ ponuntur una cum masculis in conditione, & licet per alternativam *vel*, hæc tamen resolvitur in conjunctivam, ad inconveniens evitandum, quod masculi in conditione positi una cum fœminis non vocarentur, quando fœminæ non poterant in conditione poni, nisi cum vocatione, ad frustratoriam nominationem vitandam, & ne diverso jure censeantur sub eadem verborum periodo comprehensi contra *l. jam hoc jure ff. de vulg. & pupill.* ut in terminis argumentatur *Ruin. cons. 160. n. 22. vol. 2. & cons. 142. vol. 3. Menoch. præsumpt. 76. n. 49.* & melius forta cæteris (quamplures enim ad id probandum deducuntur) *Pat. dec. 215.* in cujus casu indefinitè filii erant positi in conditione: & quia indefinita æquipollent universali, censuit, idem juris esse, ac si explicitè filias, alias ab intestato exclosas, in cōditione posuisset. Quibus inductionibus hujusce conjecturæ variè, & doctè quidē fuit per Excellentiss. DD. Advocatos responsum.

Et quo ad primam de masculinitatis mentione, ea forte aliquid haberet roboris, ubi adesset ratio
conservandæ agnationis, quæ solum per masculos 31
propagatur et hoc solo intuitu hanc magnifecit conjecturam *Guid. Pap. decis. 184.* at in casu nostro perperam quæritur de agnatione, dum primus hæres ab agnatione recedit. Ubi vero majoris amoris, & dilectionis rationem inde consideret, dicimus conjectu-
ram hanc communiter improbari, ut per *Clar. d. qu. 79.* 32
in princ. & ipse *Thesaur.* in terminis *dec. 96. n. 24.*

Quoad secundam, est pariter nullius momenti, quia quoad filias Floræ, certum est, eas excludere substitutos ab intestato, cum diversæ sint lineæ, nempe de Riccia, substituti vero sint de Nuccia; ergo ab intestato per filias substituti excludebantur.

Quo demum ad tertiam opinionem *Ruin.* retorquet in contrarium argumentum *Zanch. in d. §. cum ita n. 778. vers. illud non prateribo,* quinimmo à majori: nam si masculi a Statuto vocati, non tamen vocantur in conditione positi, ergo multo minus fœminæ a Statuto exclusæ. Verum quoniam huic, & aliis rationibus, ibi per *Zanch.* excitatis, accurate conatur respondere *Menoch. consil. 393. n. 7.* Nec vacat, nec expedit modo, uter eorum sentiure calamo rem attigerit, indagare. tutiorem esse responsionem remur, per D. Advoca-
tos sedulò consideratam, nempe quod conjectura pos- 33
sit locum sibi vendicare, quando una simul tam masculus, quam fœmina essent in conditione positi; tunc enim quia fœmina non poterat ab intestato succedere, vocata cum succedente, videtur instituta, ut una determinatio &c. At in caso nostro succedente masculo, non relinquitur fœminæ locus, quia est nominata ordine successivo, nempe per alternativam *vel* ad *l. cum patrem, §. fin. ff. de legat. 2. l. hæredes mei, §. pen. ff. ad Trebell.* notant DD. *in l. Gallus §. quidam recte ff. de lib. &*
posthum. Decian. cons. 29. n. 24. Nec quidquam fidendum 34
proinde esse censent *Ruin. dict. cons. 160. n. 22. lib. 2.* quando idemmet importare hanc alternativam ordinem successivum tradit *cons. 15. n. 8. & cons. 63. n. 4. lib. 3.* Nec ejus opinionem probat *text. in l. cum quidam C. de verb. significat.* ubi alternativa solum in conjunctivam resolvitur ex benigna interpretatione, ut alias ob ambiguitatem voluntatis, tota dispositio corruat *l. duo sunt Titii ff. de test. tut. Bartol.* autem a *Ruin.* citatus in *l. si is qui §. utrum de reb. dub. n. 3.* omnino nostram sententiam probat, dum cum *Dyn.* sentit, quod si alternativa cadat inter personas, ex cujuscum-
que intervento hominis, dispositio plene dicitur ad- 35
impleta. Quod habet etiam in se naturalem, & juridicam rationem; naturalem, ob naturalem, & pro-
priam disiunctivæ naturam, ad *d. l. cum quidam C. de* 36
verb. significat. Juridicam, quia semper censentur. Testatores disponere ultima eorum elogia secundum statuta locorum, ad jura vulgata. Sed in casu nostro longe magis quia, talem ordinem expressè servavit in prima institutione, filiorum primo, & in eorum defectu filiarum, ergo multo magis credendum, servare voluisse in admittendis nepotibus. Quod si ordo est successivus, fœmina extante masculo non erit vocata; & masculos non admittetur, quia solum in conditione positus reperiatur.

Quando tamen hæ responsiones minus valerent, sentirem ipse libentius cum *Zanch.* quod nempe nullam inducat vocationem positio in conditione non exclu-
den-

37 dentium ſubſtitutos. Quoniam (ut ſupra ſatis fuſe diximus) ſola poſitio in conditione reſpicit merum factum, & decet inſtitutum liberam habere bonorum ſibi relictorum adminiſtrationem longe magis, fœminina ſubole procreata, ob dotes in eas erogandas, quam maſculina. Unde ſatisfactum eſt æque bene intentioni inſtituentis, ſi æque fœminis, ac maſculis ſuperſtitibus deceſſerit.

Non etiam duximus, eſſe fidendum, dum ſubiungebatur, quod ubi ſingulæ per ſe relatæ conjecturæ, vo-
38 cationem præſeſerre non valerent, valerent ſaltem ſimul junctæ, ad communes hac de re traditiones *Gloſſ. in l. 2. in verſic. legitimis ff. de excuſ. tut. Bald. in l. per hanc n. 5. in fin. C. de temp. ad appellan.* tradit in terminis *Rip. in l. Centurio n.* 165. *Burſat. conſil.* 1. *n.* 11. *Surd. conſil.* 67. *n.* 35. *Honded. conſ.* 43. *lib.* 1. *Peregr. conſ.* 91.
39 *n.* 38. etiam ſi eſſent leves, ob materiam favorabilem ad *Curt. Jun. conſil.* 87. *in fin. Cephal. conſil.* 251. *n.* 37. *Craſſ. in d. §. fideicommiſſum qu.* 13. poſt *n.* 2. *& Leon.* dicens ita tenere omnes alios *conſ.* 27. *n.* 118. *lib.* 2. *ult. vol.* cum pluribus aliis Maxime quia ex poſitione in condi-
40 tione arguitur preſũpta affectio ipſius Teſtatoris, precipue in deſcendẽtibus, ut inquit *Honded. d. conſ.* 65. *n.* 31.

Nos enim credidimus vel unam in concurſu etiam millenarum requiri, quæ animum Judicis at-
41 tingat, ſuadeatque ita Teſtatorem voluiſſe ad *Clar. in d. §. teſtamentum quæſt.* 79. *in fin.* At relatarum nulla nobis viſa eſt aliquam habere efficaciam ad ſuadendum, mentem Teſtatoris fuiſſe relinquendi in caſu exiſtentiæ filiorum, filiarumve, bona filiæ inſtitutæ vinculata, & reſtitutioni obnoxia, ut verè nulla prorſus eſt; ideo omnes etiam ſimul junctas reſpuendas
42 cenſuimus: cum enim fideicommiſſa, parentum maximè, non ſint ſomnianda, uti odioſa, ſcandali, rixarum, litium, & perpetuarum contentionum ſeminaria, ad ea ineſſe credendum æquus Judex cum grano ſalis procedere debet, nec mille conjecturis, quarum nulla per ſe probet, fidem ſuam accommodabit ad *Roland. conſil.* 43. ſub *n.* 49. *lib.* 4. *Colleg. Papien. dict. conſil.* 99. *num.* 68. *inter conſil. Mantis Pici. Alciat. conſil.* 585. qui plures allegat in antiqua editione *Jaſon conſil.* 143. *num.* 3. *lib.* 2. *Alb. conſil.* 31. *num.* 10. *Cephal. conſil.* 269. *in fin. Petr. à Petr. de fideicommiſſ. prohibit. quæſt.* 9. *num.* 143. 190. *&* 223. ultra quos probat demum tota *Rot. Florent. in dict. deciſ. anni* 1589. *prima Decembris*.

Quo verò ad *conſil. Alb.* 581. exadverſo deductum, nos parum movit, quia in ſuo caſu conjectura erat, & urgens, & neceſſaria, cum ſubſtitutionem primæ inſtitutæ factam protendat, non modo non extantibus inſtitutæ liberis, ſed etiam ſi iidem liberi ante legitimam ad teſtandum ætatem, vel poſtea quandocumque inteſtati decederent. At hic ſolum eſt habita ratio ad ſolam, & ſimplicem liberorum exiſtentiam. Nec agitur hic de prædilectione poſteritatis, & ſobolis propriæ collata dilectioni ſubſtitutorum, ſed verius de prædilectione commodi filiæ inſtitutæ, quam teſtator maluit, ne orba decederet, liberam habere totius hæreditatis adminiſtrationem. At ſi tali caſu bona reſtitutioni obnoxia reliquiſſet, utique longe minus eam dilexiſſet, quam ſubſtitutos, quibus, ea ſine prole decedente, liberam, nulloque vinculo reſtitutionis obnoxiam hæreditatem reliquiſſet, quod nulla ratione eſt dicendum, reciproca enim eſſe debet inſtitutionis à ſubſtitutione interpretatio, quæ ſubſtitutionis ab
43 inſtitutione *ad DD. in l. cohæredi §. qui diſcretas, & l. ſi plures ff. de vulg. & pupill.* cum pluribus ſimilibus exadverſo deductis.

Hæc dicta ad noſtram comprobandam primæ ſen-
44 tentiæ revocationem ſufficiant, cujus auctoritate, & doctiſſimorum Conſulentium præſtantiâ jure merito victum ab expenſis abſolvendum voluimus *Gloſſ. & doct. in l. generaliter §. ſin autem non citò C. de reb. cred. Bald. in l. fin. C. quod prov. non eſt neceſſ. Alciat. in l. quod te num.* 32. *ff. ſi cert. pet. DD. in l.* 3. *§. ſi rem. ff. de legat.* 3.

Horatius Spannocchius Rotæ Auditor.

ADDITIO.

HÆc Deciſio fuit confirmata per DD. Tres ſub die 17. Maii 1602. quæ deciſio confirmatoria habetur infra *deciſ.* 22.

Vide ad materiam hujus quæſtionis, an, & ex quibus conjecturis filii in conditione poſiti, cenſeantur diſpo- 45
ſitivè vocati, deducta per eamdem *Rot. in dec. Florent.* 60. *coram me*, ubi pro negativa, *dec.* 77. *ex n.* 59. 65. *& ſeqq.* ubi pro negativa, *& dec.* 82. *ex n.* 1. *& ex n.* 21. *coram me*, ubi pro affirmativa, & rurſus in *Florentina Fideicomm.* 9. *Septemb.* 1719. *art.* 1. *per tot. pariter coram me*, ubi latiſſimè pro vocatione, & infrà *d. dec.* 22. *cum addit.* ubi pro negativa, & *dec.* 45. *dec.* 62. *n.* 14. *& dec.* 73. *n.* 2. *& ſeqq.* ubi pro negativa, *dec.* 82. *n.* 11. *& ſeqq. dec.* 92. *n.* 1. *& ſeqq.* in utraque pro affirmativa, *dec.* 112. *n.* 9. ubi pro negativa, *& deciſ.* 115. *n.* 37. *& ſeqq.* ubi pro affirmativa, & pro negativa *dec.* 130. *n.* 40. *& ſeqq.* & pro affirmativa infra *dec.* 144. *n.* 3. *& ſeqq.* & apud *Palm. Nep. dec.* 429. *n.* 7. *& ſeqq.* Pro negativa vero eadem *Rot. Florent. apud eumd. Palm. dec.* 478. *n.* 33. *& plur. ſeqq.* & in *Florent. Fideicommiſſor. de Albizis me uno ex Judicibus* 24. *Septemb.* 1721. *§. idemque, & ſeqq. cor. D. meo Audit. Bonfinio Sen.* ubi pariter pro negativa, *Rot. Rom. poſt Conſtantin. ad Stat. Urb. dec.* 111. *n.* 1. *& ſeqq. repetit. apud D. meum Audit. Calderon. poſt reſul.* 61. *fol.* 521. ubi ſimiliter pro negativa, *Caprar. dec.* 250. *n.* 1. *& ſeqq. & dec.* 649. *n.* 3. *& ſeqq.* in utraque pro affirmativa, & pro affirmativa pariter coram *Anſaldo dec.* 89. *n.* 62. *& ſeqq.* ubi in Cauſa *Florent.* & in alia Cauſa *n.* 74. *& ſeqq. & n.* 82. *& plurib. ſeqq.*

FLORENTINA
Fideicommiſſi.

24. *Septemb.* 1600. *Ex lib. Motiv.* 83. *à c.* 384.

ARGUMENTUM.

Fideicommiſſum ex quibus cenſeatur inductum; hæres hæredis gravati an poſſit vindicare bona fideicommiſſaria per ſuum authorem alienata. Identitas bonorum quomodo probetur; & an pro melioramentis ſit danda retentio.

SUMMARIUM.

1 *TEſtamentum conditum cum ſuis ſolemnitatibus probat diſpoſita in ipſo teſtamento.*
2 *Inſtrumentum habens ſua ſolemnia plenè probat.*
3 *Verbum* Fideicommiſſum *ex ipſo verbi ſono indicat clariſſimum fideicommiſſum.*
4 *Verbum* ſubſtituo *adjectum verbis tractum temporis importantibus continet compendioſam.*
5 *Compendioſa in ſe continet fideicommiſſariam.*
6 *Verbum* deſcendentes *eſt collectivum plurium graduum, & continet fideicommiſſariam, & num.* 39. *remiſſivè.*
7 *Reciproca inter plures collectivè vocatos intelligitur tam activè, quam paſſivè.*
8 *Limita ſtante generalitate verborum* — Et eos, & cujuslibet eorum filios, & deſcendentes invicem ſubſtituit vulgariter, & per fideicommiſſum.
9 *Litteralis ſignificatio reciproca eſt, ut intelligatur tam activè, quam paſſivè.*
10 *Fideicommiſſum ſine ullâ utilitate non valet.*
11 *Mens Teſtatoris eſt attendenda, & verbis præferenda.*
12 *Subſtitutio interpretari debet facta ſub eâ conditione, ſine quâ alias non valeret.*
13 *Inſtitutis filiis, & deſcendentibus per nomen collecti-*

vum intelligitur facta substitutio in casu mortis, & de ratione, & n. 38.

14 *Hæres non potest contravenire facto defuncti.*

15 *Hæres pro ea parte, qua est hæres, repræsentat personam defuncti, & tenetur ejus factum præstare.*

16 *Bona, quæ non posset vindicare testator, non potest vindicare etiam hæres.*

17 *Hæres non debet esse melioris conditionis, quàm defunctus.*

18 *Testator non tantum potest disponere de rebus suis, sed etiam de rebus hæredis.*

Et de juribus in ejus persona purificandis n. 40.

19 *Hæres non potest jure proprio vindicare rem alienatam a defuncto.*

20 *Alias repellitur exceptione doli.*

21 *Amplia, ut prædicta procedant etiamsi emptor non posset agere de evictione.*

Et de ratione n. 22.

Declara, ut n. 23.

24 *Evictio non debetur ab hærede, quando sequitur ex natura rei, & ordinatione communis authoris.*

23 *Licet autem non debeatur evictio, impeditur vindicatio.*

26 *Limita regulam de quâ n. 24. quando emptor pateretur grandem læsionem, ita ut verisimiliter non fuisset recepturus bona, nisi cum promissione evictionis.*

27 *Identitas bonorum probatur ex libro æstimi, seu catastri, & n. 41.*

28 *Item ex testibus in alia causa examinatis.*

29 *Item ex personis habentium.*

30 *Item ex solo nomine, quando sumus in antiquis, & agitur contrà hæredes, vel fideicommissarios, non autem tertios possessores.*

Et de aliis modis probandi identitatem, n. 42. remissivè.

31 *Creditores sunt quasi fideicommissarii tam sustineant personam sui debitoris.*

32 *Possessor tenetur restituere fructus à die litis contestata.*

33 *Fideicommissarius gravatus restituere, detrahit melioramenta à bonis restituendis.*

Et pro eis illi competit retentio n. 43.

34 *Amplia ut possit condicere ipsa bona fideicommissaria, si ea restituisset absque detractione melioramentorum.*

35 *Item amplia etiam in hærede hæredis.*

36 *Item amplia ut melierans expelli non possit etiam oblatis fidejussoribus de restituendis melioramentis, & num. 44.*

37 *Item amplia etiamsi in sententia dictum non fuisset, solutis prius melioramentis.*

45 *Limita ut nil aliud prætendere possit, si pretium melioramentorum ipsi restituatur.*

46 *Tenetur imputare fructus ex re fideicommissaria perceptos in creditum melioramentorum, & de ratione.*

D E C I S I O III.

In Causa Soderini, e Soderini.

LAurentius Soderinus Patritius Florentinus sic conceperat suum testamentum in capite universalis institutionis: *in omnibus autem aliis suis bonis, mobilibus, & immobilibus, juribus, nominibus, & actionibus, præsentibus, & futuris sibi hæredes universales instituit, fecit, & esse voluit Nicolaum Joannem Franciscum, & Franciscum, fratres, & filios dicti D. Bernardi de Soderinis nepotes dicti testatoris, æquis portionibus eos, & eorum, & cujuslibet eorū filios, & descendentes masculos legitimos, & naturales, ex corpore eorum natos, & non per Juris fictionem; invicem substituit vulgariter, & per fideicommissum, in stirpes, & non capita; non per hoc prohibendo alienationem creditorum montis, & bonorum mobilium dicti Testatoris:*

Defuncto Testatore; cum ex bonis ipsius medietas cujusdam tenutæ apud oras maritimas nuncupatæ *Castiglioncelli* pervenisset ad Nicolaum Soderinum communem parentem Petri, Bernardi, Gasparis, & Caroli; ipse Nicolaus prædicta bona in solutum prælegavit Bernardo ejus filio emancipato, qui deinde defunctus est, ingenti ære alieno onustus. Unde ejus bona fuere à creditoribus ipsius occupata post mortem Bernardi; defuncti, pariter fuere Lucas, & Nicolaus ejus filii, ex quorum morte D. Gaspar Soderinus prætendens evenisse casum fideicōmissi purificatumque fuisse in ejus personam, petiit hoc idem declarari, & condemnari creditores ad bonorum relaxationem, adversus quam petitionem plura fuere opposita; totus autem status causæ ad tres præcipuos articulos redactus fuit. Primo an fideicommissum resultaret ex præfato testamento: Secundo an dato fideicommisso D. Gaspar repelleretur à vindicatione ipsius, quia sit hæres Nicolai patris. Tertio an danda esset retentio pro melioramentis.

Primus articulus, qui ob mendosam testamenti copiam subdubius revocabatur in controversiam à reis
conventis, tandem inspectâ originali scripturâ testa-
menti, absque hæsitatione à nobis resolutus fuit pro
existentia fideicōmissi, quippe constat conditum fuisse
à Laurentio testamentum cum septem testibus, illud- 1
que redactum in publicum Instrumentum; quod qui-
dem probat disposite in ipso testamento *Gloss. in l. fin.*
in verb. ostenditur C. de fideic. & ibi *Bart.* & *alii in l. hæ-*
redes palam ff. de testament. Corn. consil. 319. in princ.
vol. 1. ubi de communi *Guid. Pap. quæst. 331. Jas. con-*
sil. 124. col. 1. lib. 1. Alex. consil. 33. n. 4. lib. 3. ratio est,
quia Instrumentū habens sua solemnia, plenè probat 2
Cravet. cons. 31. in fin. cons. 317. n. 1. Cephal. cons. 4. n. 20.

Ex ipso autem testamento clarè colligitur fideicom-
missum ex ipso verbo *fideicommissum*; dum Testator
dixit *invicem substituit vulgariter, & per fideicommis-*
sum, hoc verbum *fideicommissum* ex ipsius verbi so-
no indicet clarissimum fideicommissum, *Bald. in l. si* 3
frater C. de fideicommiss. Dec. consil. 86. n. 2. & cons. 35.
n. 4. Paris. cons. 1. n. 31. lib. 3. cons. 14. n. 4. lib. 2. Bero.
consil. 132. n. 34. lib. 2. Item fideicommissum dicitur in-
ductum ex verbo *substituo*; quod cum sit verbum com-
mune, & fuerit adjectum verbis importantibus tractum
temporis, importet cōpendiosam substitutionem *Cap.* 4
si pater extra de testam. in 6. quæ compendiosa in se
continet fideicommissariam *Bart. in l. Centurio n. 41. &*
42. ubi *Ripa n. 175. ff. de vulgar. & pupill. subst. Cravet.* 5
consil. 22. n. 7. consil. 131. n. 10. Accedit verbum *de-*
scendentes, quod est verbum collectivum cōtinens plu- 6
res gradus, ad quos post aditam hæreditatem non po-
test devenire hæreditas, nisi per fideicommissum, cum
omnes unico, & eodem tempore non possint succede-
re *Alciat. consil. 12. n. 13. lib. 3.*

Quod quidem fideicommissum expirasse per adi-
tionem hæredum institutorum nequaquam censui- 7
mus, quasi reciproca substitutio intelligi debeat acti-
vè tantum; non autē passivè ad tradita *per Soc. Sen. con-*
sil. 104. n. 2. & 30. lib. 3. Paris. consil. 87. n. 25. lib. 2. ut
sensus sit, quod filii Bernardi Junioris invicem sint
substituti unà cum omnibus filiis suis, & altero dece-
dente sine filiis, alter cum ejus filiis sit substitutus,
non autem altero decedente cum filiis masculis voluit
post aditam hæreditatem substituere; quia mentio de
descendentibus sit facta tantum activè, non autem in
substitutione passive, in qua impersonaliter substituit.

Nam pro responsione consideravimus, generalitatem illorum verborum, *& eos, & cujuslibet eorum filios, & descendentes invicem substituit vulgariter, & per fideicommissum*: hæc enim verba generalia sunt, & important reciprocam substitutionem, & inter ipsos filios institutos de per se, & inter filios institutorum de per se, & inter omnes, si uterque casus

8 sua contingat Cur. Jun. consil. 11. n. 5. & prædicta reci-
proca substitutio operatur, ut omnes, quos respicit,
nempè tam filios, quam eorum descendentes, dican-
tur invicem substituti activè, & passivè Soc. Jun. con-
sil. 78. n. 34. vers. nec est verum n. 35. lib. 3. ubi in specie
respondet ad Socin. patruum in consil. 104. lib. 3. & con-
tra Soc. pariter sensit Marzar. in epit. fideic. quæst. 18.
qui clarè sensit contra Soc. d. consil. 104. n. 3. & 69. eod. lib.
& facit, quod natura, & significatio literalis substitu-
tionis reciprocæ est, ut tam activè, quam passivè in-
9 telligatur l. Lucius l. si pater impuberes ff. de vulgar. &
pupill. subst.

Et sicut censuimus ex dicto testamento inductum
fideicommissum reciprocum, ita pariter intelleximus
illud utile, non autem nullum ex eo esse, quod factum
fuerit sine aliqua mentione mortis, & absque aliqua
conditione, quasi substituti invicem tantundem recep-
turi sint, quantum daturi, ita ut fideicommissum nul-
lam utilitatem allaturum sit, quo casu fideicommis-
10 sum non valet ad l. ab omnibus 107. §. Si Titio ff. de leg.
Bart. in l. 1. in primo C. de Pact. ubi Castr. Dec. & Ripa.

Nam prædicta objectio parum urget; quippe dato
sine præjudicio veritatis, quod nulla conditio sit ad-
jecta in dicto fideicommisso, tamen ex ipso testamen-
to clarè emicat voluntas testatoris, quod noluit, ut hæ-
redes instituti post aditam hæreditatem, eam illico re-
stituerent aliis substitutis, sed demum post eorum
mortem; quæ quidem mens attendenda est, & verbis
11 præferenda l. in conditionibus ff. de condit. & demonstr. ita
in puncto respondet Corn. cons. 303. n. 1. vol. 2.

Secundo respondetur, quod cum clarè constet, te-
statorem voluisse facere substitutionem reciprocam
per fideicommissum, & ista non possit intelligi, neque
sustineri, nisi sub conditione mortis, debet interpre-
12 tari factam fuisse sub tali conditione mortis, ut fidei-
commissum valeat, non autem inutile reddatur l. quo-
ties ff. de reb. dub. c. Abbate extra de verb. significat. Alex.
consil. 208. n. 1. & 3. vol. 6.

Tertio responsum fuit, quod cum Testator insti-
tuerit filios, & descendentes; & sic per nomen colle-
13 ctivum filii, & descendentes invicem substituti, intel-
ligendi necessario sunt substituti per fideicommissum
ordine successivo, cum omnes non possint unico, &
eodem tempore vivere; quia primus gradus non po-
test existere cum quarto gradu, ideò debet necessario
intelligi substitutio facta sub conditione mortis, l. cum
ita §. in fideicommisso ff. de legat. 2.

Firmata ergo inductione fideicommissi in prædi-
cto testamento, sine hæsitatione resolutum fuit, pu-
rificationem evenisse in personam D. Gasparis, quip-
pe de morte filiorum Bernardi, & de vocatione ip-
sius D. Gasparis, nec non de verificatione, & descen-
dentia ipsius, constabat ex lectura ipsius testamenti,
& confessione positionum ad id factarum; verum enim
vero, quia Dominus Gaspar actor, fuerat hæres Nico-
lai communis parentis, tam ipsius, quam Bernardi,
qui Nicolaus vivens prælegaverat Bernardo ejus fi-
lio emancipato dicta bona de Castiglioncelli in solutum
pro concurrenti solum quantitate scutorum mille ter-
centorum in circa, oppositum fuerat à creditoribus
Bernardi Soderini ejus personam repræsentantibus, D.
Gasparem repellendum esse à vindicatione dictorum
14 bonorum, quia hæres non potest contravenire facto
defuncti l. ex qua persona ff. de reg. jur.

Circa quam oppositionem fuit firmatum, pro por-
tione hæreditaria non posse vindicare D. Gasparem
bona alienata à Nicolao ejus patre; ideo DD. credito-
res, possessores bonorum Bernardi, fuere liberati à pe-
tita relaxatione bonorum pro portione tantum, pro
qua D. Gaspar erat hæres Nicolai ejus patris, in cæ-
teris verò partibus condemnati; Absolutionis autem
causa illa in primis fuit, quia D. Gaspar pro ea par-
te, pro qua est hæres Nicolai ejus patris, repræsentat
ejus personam, & tenetur ejus factum præstare §. 1. 15
in Auth. de jur. jur. à morien. præst. l. hæres ff. de usu-
cap. & ideo sicut Dominus Nicolaus, qui alienavit per
viam prælegati in solutum proprii debiti dicti Bernar-
di, non posset vendicare bona alienata, ita neque D. 16
Gaspar ejus hæres l. 2. ff. de excep. rei vend. & tra-
dit. l. nihil §. omnibus ff. de legat. 2. etenim hæres non
debet esse melioris conditionis, quam defunctus l. pol- 17
la C. de his quibus ut indig. l. in omnibus §. non debeo ff. de
reg. jur. ad quod facit, quia Testator potest disponere,
non solum de re sua ad suum hæredem recasura, sed &
de re propria ipsius hæredis, & hæres tenetur illam 18
tradere l. unum ex familia §. si rem ff. de legat. 2. & l.
cum filius §. Dominus ff. eod. & utrobique notat Bart. Jas.
in l. si domus §. fundus in 6. additione ff. de legat. 1. Cart.
cons. 54. & ad propositum nostrum, quod hæres nō pos- 19
sit ex jure proprio vindicare rem alienatam à defun-
cto videtur text. in l. sejus ff. de evict. ubi dicitur, quod
si hæres tentat vindicare rem alienatam à defuncto re-
pellitur exceptione doli, ad idem facit l. cum à matre 20
C. de rei vind. l. venditrici, l. si fundum C. de reb. alien.
non alienand. quod procedit sive emptor possit agere de
evictione; quo in casu militat reg. illa, quem de evi-
ctione tenet actio eundem agentem repellit exceptio
l. vindicantem ff. de evictione. sive non possit agere, quia
sciverit, rem emptam pertinere ad hæredem l. si fun- 21
dum sciens C. de evict. in puncto tradit Fulgos. consil. 67.
n. 3. ratio est quidem efficax, quia D. Gaspar adeundo
hæreditatem Nicolai ejus Patris, facto proprio ad eam 22
manutenendam se obligavit, à quo facto resilire non
potest §. hæres inst. de oblig. quæ ex quasi contract. l. filius
famil. §. cum pater juncta Gloss. in verbo exhæredatos ff. de
legat. 1. l. unum ex familia §. sed si unus, & §. seq. ff. de
legat. 2. Jas. consil. 23. in 2. vol. Paris. consil. 48. col. 1.
vol. 3. Socin. Jun. consil. 107. col. ult. vol. 3. Menoch. con-
sil. 89. per tot. Decian. cons. 85. n. 87. in 3. vol. Cravet. con-
sil. 131. n. 6. Roland. à Valle consil. 34. n. 72. vol. 4. innu-
meros congerit Peregr. de fideic. art. 33. post princ. &
latissimè defendit Menoch consil. 89. per tot. lib. 1. & est 23
verior opinio in bonis allodialibus, & quando hæres
non confecit Inventarium.

Nec negotium nobis facit, quod nunc Gaspar con-
tendat rem evincere ex natura ipsius rei, & ordinatio-
ne communis auctoris, quo in casu non debetur evictio
l. fundum meum ff. de evict. l. si à me ff. ad l. falcid. l. si 24
familiæ, ubi Bart. & DD. C. famil. erciscund.

Responsio enim elicitur ex prædictis, si quidem
etiam quando res evinci potest ex ipsius natura, & fa-
cto communis Auctoris, tamen non admittitur hæres
ad vindicanda alienata ab ejus auctore; prout clarè pro- 25
bat text. in l. cum à matre C. de rei vind. nam ille text. lo-
quitur in casu, in quo de evictione non tenebatur hæ-
res; quia emptor emerat fundum, sciens illud alie-
num, quo in casu venditor non potest agere de evictio-
ne ad l. si fundum sciens C. de evict. ita doctè animadver-
tit Fulgos. consil. 67. n. 3.

Posset etiam responderi, quod etiam si regula sit,
quod quando res evincitur ex natura rei, venditor non
teneatur de evictione, tamen talis regula limitatur,
quando emptor pateretur grandem læsionem, ut veri- 26
simile esset recipientem non fuisse rem recepturum,
nisi cum promissione evictionis prout in casu nostro
videtur affirmandum, quandoquidem Bernardus ju-
nior recipiens, non aliter recepturus fuisset bona in so-
lutum crediti sui, nisi habuisset illa libera, seu cum
promissione evictionis Cabal. de evict. §. 5. n. 35. Dec.
consil. 79. n. 265. Bursat. consil. 173. n. 31.

Circa probationem identitatis bonorum; & quod
bona petita fuissent in bonis Testatoris, non est cur
multum elaboremus, cum satis comprobarentur tam
ex libro Decimarum, sive Catastri Alba consil. 6. n. 8. Alex. 27
consil. 92. n. 5. vol. 2. Rom. consil. 166. liber registri Pe-
regrin. de Fideicom. art. 44. n. 6. Castrens. in l. si pater C. de

action. empt. accedunt postea testes aliàs in alia causa
28 examinati, qui etsi non plenè probent, faciunt tamen
urgens indicium *Bart. in l. admonendi n. 45. ff. de Jur.
Jurand Alex. consil. 256. in fin. vol. 2. Dec. consil. 42. col.
fin. in princ.* & identitas probatur ex personis habentium,
siquidem constat ipsa bona *di Castiglioncelli* pervenisse à Laurentio Testatore in Nicolaum, & ab ipso in
29 Bernardum, ex personis autem habentium probari identitatem nulli dubium est *Natt. consil. 235. n. 17. Cravet.
consil. 198. Surd. consil. 151. n. 17.* ubi dicit ex solo no-
30 mine in antiquis probari identitatem, quando agitur
contra hæredes, vel fideicommissarios, contra quos leviores probationes sufficiunt, quam si ageretur contra
tertium possessorem *Natta consil. 400.* sunt enim credi-
31 tores quasi fideicommissarii, cum sustineant, & repræsentent ejus personam.

Condemnavimus pariter DD Creditores ad fructus
32 dictarum partium à die litis contestatæ citrà, secundum claras Interpretum traditiones *Ripa in l. in fideicommissariam n. 5. ff. ad Trebell. & in l. Centurio n. 3. ff. de
vulgar. & pupillar. Cephal.* latè *consil. 215. n. 48. vol. 2.
Bursat. consil. 71. n. 25. Marzar. in epitome Fideicomm.
quæst 63. Crass. in §. Fideicommissum quæst. 49. n. 4. Peregrin. de fideic. art. 49. n. 86.*

Verum enim vero sicut cōdemnavimus præfatos DD.
Creditores ad restituendum prædicta bona, ita pariter
concessimus retentionem pro melioramentis in dictis
bonis factis, tum à Bernardo juniore, tum ab aliis repræsentantibus ipsum Bernardum, nam clarissima est no-
33 stratum traditio fideicommissarium gravatum de restituendo, posse detrahere melioramenta facta in rebus, ad
quorum restitutionem est obligatus, in tantum, ut si illa restituisset nulla facta detractione, posset condice-
34 re bona, ut illa detraheret *l. qui exceptionem § 1. ff.
de cond. indeb.* & ibi *Bart. Angel. & Fulgos. l. domus*, &
ibi tradunt omnes, *& l. seq. ff. de legat. 1. Socin. consil. 82. ad fin. lib. 4. Paris. consil. 55. n. 21. & seqq. lib. 3.*
35 Quæ conclusio non solum vera est in primo hærede
gravato, sed etiam in hærede hæredis *l. postulante in
princ. vers. cæterum ff. ad Trebell. l. 1. C. ut actio ad hæred.
& contra hæred.* & ista retentio in tantum est favorabi-
36 lis, ut non possit fideicommissarius offerre fidejussores, & expellere condemnatum, nisi prius solvat me-
37 lioramenta, etiam si non fuisset dictum in sententia,
solutis prius melioramentis *Capyc. decis. 17.* subjunximus in sententia nostra pro melioramentis liquidandis
tam ex deductis, quam ex deducendis, quia non bene
erant dicta melioramenta liquidata, quo casu talis reservatio fieri solet.

Reservavimus pariter jura illæsa, tam ipsi D. Gaspari, quam Carolino ejus nepoti quoad prætensiones inter se, quæ non fuere coram nobis prosequutæ: & Partes ab expensis absolvimus propter probabilia juris
dubia, & mutuam victoriam, juribus vulgatis.

Aloysius Soltia Rotæ Prætor,
Alexander Zilotchius Rotæ Auditor.
Horatius Spannocchius Rotæ Auditor.
Dominicus Gualandus Rotæ Auditor.
Michael de Lavagna.

A D D I T I O.

Ad num. 13.

INstitutis per nomen collectivum filiis, & descendentibus, qui uno, eodemque tempore vivere, & in rerum natura existere non possunt, inrel-
38 ligitur substitutio facta in casu mortis, & est una ex
conjecturis pro arguendo fuisse volitam substitutionem fideicommissariam, ut firmant plures auctoritates
relatæ *in Florentina Immissionis 28. Septemb. 1725. art. 2.
§. & quod positis, cor. me in tertio volum. mearum decisionum imprimenda.*

Vocati per nomen collectivum an, & quando succe-
dant per vulgarem, vel fideicommissariam, vide *Rot.* 39
*Rom. inter recollect. per Palm. Nep. decis. 412. n. 2. Rot.
nostra penes eumdem dec. 429. n. 60. & seqq. & decis. 464.
n. 29. & seqq. & cor. me decis. Florent. 31. n. 5. & seqq.*
& latiùs *decis. Senen. 31. n. 5. & seqq. & decis. Senen. 35.
§. 1. n. 8.* & infrà *decis. 62.*

Ad num. 18.

Testator potest disponere nedum de re hæredis, quam
de præsenti possidet, sed etiam de Juribus ad eumdem
hæredem spectantibus, & in ipsius personam purifican- 40
dis, ut infra ostensum est in alia decisione cum plena
additione.

Ad num. 27. & seqq.

Liber Decimarum, seu Æstimi probat identitatem
bonorum, ut plenè habetur infrà *decis. 21. in addit. ad* 41
n. 5. & seqq. & firmat *Rot. Rom. in Perusina Fideicomm.
super prædio della Macaia 9. Decemb. 1715. §. identitas*,
ubi plures concordantes coram *Eminentiss. D. meo Cardin. Altban, & in Spoletana Immissionis 18. Junii 1723. §.
jam verò cor. R. P. D. meo Corio.*

Identitas bonorum ex quibus probetur, vide *Bonden.* 42
collect. 33. n. 81. & seqq. n. 119. & seqq. & n. 173. & seqq.
& infrà *decis. 58. n. 15.* & in *addit. dec. 92. n. 42. & seqq.
decis. 97. n. 2. & seqq. & decis. 109. n. 2. & seq. & dec. 126.
n. 17. & seqq. & in Florent. Fideicommiss. de Albizis 24.
Septemb. 1721. in princ. cor. D. meo Audit. Bonfinio Sen.
Rot. Rom. cor. Caprar. decis 10. n. 7. & seqq. decis. 56.
n. 1. & seqq. decis. 623. n. 1. & seqq. & decis. 684. n. 2.
& seqq.* in dict. *Perusina Fideicomm. 9 Decembris 1715.
§. identitas, & seqq & per tot. cor. Altban, citat. Spoletana Immissionis 18. Junii 1723. §. jam verò, & seqq. cor.
Corio, & in Romana Immissionis 18. Junii 1723. § parum
efficiente cor. R.P.D. Aldrovando.*

Ad num. 33. & seqq.

Gravatus restituere detrahit melioramenta a bonis
restituendis, & pro eis competit retentio bonorum fi- 43
deicommissariorum, ut dicitur hic, & infrà *decis. 34.
n. 47. & decis. 97. n. 36. & seqq.*

Adeoùt meliorans non possit expelli etiam oblatis fidejussoribus de restituendis dictis melioramentis, ut 44
prosequitur præsens decisio.

Si tamen melioranti restituitur pretium melioramentorum, aliud prætendere non potest, infrà *decis. 20.* 45
num. 5.

Sed si meliorans percepit fructus ex re subjecta restitutioni, illos imputare debet in creditum melioramentorum; eâ ratione quia cum melioramenta de ri- 46
gore Juris cedere debeāt solo, & dumtaxat ex æquitate
peti possint, proinde ne in eumdem duæ æquitates concurrant, quæ iniquitatem saperent, rationi consentaneum est, quod qui propter bonam fidem fructus sola
Juris æquitate suadente consequitur, illos compensare
teneatur cum melioramentorum æstimatione, & valore ex sola æquitate sibi debitorum, ut firmant *Contr.
discept. 94. n. 22. & seqq. Gob consult 98. n. 38. & seqq.
tom. 1. Rodulphin. alleg. 16. n. 10. & 11. Garz. de expens.
cap. 23. sub n. 55. Peregrin. de fideic. art. 50. n. 64. &
seqq. Gall. de fructib. disput. 13. n. 11. & seqq. Gutier.
de compensat. lib. 4. quæst. 23. n. 53. & seqq. Rot. Senen.
apud Mart. Medic. decis. 99. n. 17. & seqq.* & ferè *per tot.
& in addit. Rota Florent.* infrà *decis. 40. n. 15. & seqq. &
decis. 104. cum addit.* & in *Florent. Fructuum 28. Junii 1682
cor. Cavalcanti, & in Florent. Fideicomm. de Peruzzis 13.
Septemb. 1720. §. pariterque cor. D. meo Audit. Casaregio* infrà suis loco, & tempore imprimenda, *Rot. Rom.
in rec. decis. 337. n. 24. part. 16.*

F L O R E N T I N A
Fideicommissi.

8. *Junii* 1600. *ex lib. Motivor.* 83. *à c.* 494

A R G U M E N T U M.

Substitutio facta in casu mortis hæredis sine filiis, non extenditur ad casum non nativitatis, quando Testator de tali casu cogitavit, & tamen in eo non substituit. Dispositio *l. cum avus ff. de condit. & demonstrat.* quo casu locum non habeat.

S U M M A R I U M.

1 VErbum quandocumque *est distributivum plurium temporum, & inducit compendiosam.*
2 *Substitutio sub conditione* si sine filiis *est compendiosa etiam sine verbo* quandocumque.
3 *Compendiosa facta per verba communia continet vulgarem verbis generalibus expressam.*
4 *Et à prædicta opinione non est recedendum in judicando.*
5 *Vulgaris facta in casu mortis sine liberis, extenditur etiam ad casum non nativitatis, & n. 22 remissivè.*
Et de ratione n 6.
7 *Limita quando Testator cogitavit de casu non nativitatis, & tamen in eo non disposuit.*
Amplia limitationem procedere etiamsi cogitaverit tantum in genere n. 16.
8 *Donatio omnium bonorum, vel partis revocatur ob supervenientiam liberorum.*
9 *Quia si donator de liberis cogitasset verisimiliter non donasset.*
10 *Quando donans cogitavit de futuris liberis ob eorum supervenientiam non revocatur donatio.*
11 *Ratio pietatis est unica in qua fundatur dispositio* l. cum avus ff. de condit. & demonstrat.
12 *Et hæc pietas insurgit ex eo, quia præsumitur patrem non cogitasse.*
13 *Quando Testator de nepotibus cogitavit, dispositio* l. cum avus *non habet locum, & n. 25.*
14 *Quando Testator alteri filio impuberi vulgariter, alteri pupillariter substituit, in neutro subintelligitur tacita substitutio. Et de ratione.*
15 *Cogitatio casus non nativitatis filiorum unde resultet.*
17 *In omni materia sufficit scientia, voluntas, consensus, & cogitatio in genere.*
18 *Ex cogitatione non nativitatis masculorum non potest inferri ad illam fœminarum.*
Maximè in separata substitutione ibidem, contra n. 20.
19 *Quando Testator alteri filio substituit* si sine filiis, *alteri simpliciter, non subintelligitur conditio tacita* l. cum avus. *Et de ratione ibi.*
21 *Contraria* auctoritates *reprobantur.*
23 *Substitutio facta in defectum omnium linearum, an habeat locum lineis non inceptis.*
24 *In fideicommissis quando detur extensio.*
26 L. cum avus, *an habeat locum favore filiæ fœminæ, quando Testator posuit in conditione masculos, & lineam masculinam.*
27 *Non habet locum favore filiorum fœminarum quando fuit contemplata agnatio.*
28 *Alia ad materiam* l. cum avus *remissive.*

D E C I S I O IV.

In Causa Gaetani, e Gaetani.

PRæsupposito testamento, cum quo decessit Domina Elisabeth de Gaetania, in quo reliquit jure legati, & institutionis, & omni meliori modo Oddo ejus unico filio legitimo, & naturali quoddam prædium positum in Valle Casentini, cum suis pertinentiis, pro omni, & toto eo, quod petere, & consequi posset in bonis, & hæreditate d. Testatricis occasione legitimæ, vel alterius quartæ eidem quomodolibet debitæ, gravans eum nihil aliud petere occasione prædicta in bonis prædictis; insuper eidem Oddo jure institutionis, & omni meliori modo reliquit, & legavit usumfructum omnium, & quorumcumque aliorum suorum bonorum, toto tempore quo naturaliter viveret.

Hæredes autē universales instituit omnes, & quoscumque filios masculos nascituros ex dicto Oddo ejus filio, & ex ejus uxore legitima, & in defectu masculolorum, & quatenus non haberet masculos, vel prædecederent dicto Oddo patri, suas hæredes instituit omnes, & quascumque filias fœminas nascituras ex dicto Oddo, & ejus uxore legitima, ut suprà, & dictis filiis, vel filiabus respective legitimis, ut suprà, dicti Oddi quandocumque decedentibus absque filiis, vel descendentibus legitimis, & ex legitimo matrimonio procreatis, inducendo inter dictos filios masculos, & fœminas dicti Oddi in casu decedentiæ eorum sine filiis masculis, vel filiabus fœminis legitimis ut supra fideicommissum, substituit, seu sibi hæredes instituit Pandulphum Laurentii de Gaetanis pro una dimidia, & Aloysium Simonis pariter de Gaetanis pro alia dimidia, si erunt in humanis, & prout sic in dicto testamento continetur.

Unde orta est controversia super hæreditate d. Elisabeth Testatricis inter dictos DD. Pandulphum, & Aloysium, ut supra, substitutos, & vocatos in testamento d. D. Elisabeth ex una, & DD. Julium, & Aloysium fratres, & filios Caroli etiam de Gaetanis ex altera, prætendentibus dictis substitutis hereditatem ipsam ad eos spectare virtute dictæ substitutionis, & è converso asserentibus dd. DD. Julio, & Aloysio fratribus casum dictæ substitutionis minime venisse ad favorem dictorum substitutorum, & consequenter hæreditatem ipsam ad eos pertinere ex persona d. Oddi filii, & hæredis ab intestato d. D. Elisabeth, cum ad ipsos tamquam agnatos, & proximiores spectet successio ipsius Oddi, causâque hujusmodi per Serenis. Magnum Ducem huic almæ Rotæ delegatâ, fuit resolutum hæreditatem d. D. Elisabeth spectare, & pertinere ad dd. DD. Pandulphum, & Aloysium agentes, deductis tamen legitimâ, & Trebellianicâ debitis dd. DD. Julio, & Aloysio reis conventis ex persona, & tamquam hæredibus præfati Oddi filii Testatricis.

Et pro decisione causæ fuit præsuppositum substitutionem factam de dd. Pandulpho, & Aloysio actoribus, quandocumque filii masculi, & filiæ fœminæ Oddi sine filiis decederent, esse compendiosam, propter illud verbum *quandocumque*, quod est distributivum 1
plurium temporum, & compendiosam induxit, ita firmat *Bart. in l. centurio n. 9. & n. 32. vers. secundo oppono, ff. de vulgar. & pupillar.* qui communiter ab omnibus approbatur, ut testatur *Paris. consil.* 30. *n.* 13. *& consil.* 42. *n.* 18. *vol* 2. sequitur *Cras. in §. substitutio, q. 60. sub n. 6. Surd. consil.* 201. *n.* 21. *lib.* 2. *Honded. consil.* 75. *n.* 31. *lib.* 1. apud quos habentur alii concordantes.

Maxime verò quia facta est hujusmodi substitutio, sub illa conditione si filii masculi, & filiæ fœminæ Od- 2
di quandocumque decederent sine filiis, quo casu sine dubio est compendiosa, etiamsi non adesset verbum, *quandocumque, Glosc.* ibi communiter approbata, *in cap. si pater verbo, absque deductione de testam. in 6. & in l. precib. C. de impub. & aliis substit.* ubi hoc fatetur *Curt. n.* 66. *Alexand. in d. l. centurio n.* 27. *Jas. n.* 33. *& Rip. n.* 89. quo in loco *Bart.* idem adnotavit *n.* 17. cum aliis *per Crass. d. quæst.* 60. *n.* 10. *Hieronym. Gabr. cons.* 104. *n.* 1. *lib.* 1. Compendiosa verò sub se continet vulgarem ex- 3
pressam, saltem verbis generalibus, quando est concepta per verba communia, secundùm *Bart. in d. l. centurio n.* 11. *& 32. & in l.* 1. *n.* 8. *ff. de vulgar. & pupillar.* cujus opi-

opinionem communem testatur *Alex. in d.l.centurio sub*
n. 93. vers. item in quantum Jas. n. 53. Rip. n. 146. Bart.
Bald. Ang. Imol. Paul. de Castr. Aret. & alii in l. quandiù
ff. de acquirend. hæredit. cum aliis per *Surd. d.consil.* 201.
n. 12. Peregrin. de fideicomm. artic. 15. *n.4. & artic.* 34.
4 *n. 16. & Crass. in d. §. substitutio quæst.* 67. *n.2.* ubi plores
refert attestantes hanc esse receptissimam sententiam,
& ab ea in jodicando non esse recedendum, qoam etiam
tenuit *Hieronym. Gabr. d. cons.* 104 *n. 2. lib. 1.*

Hia ita præmissis, quæ nullam difficultatem patiun-
tur, fuit primo loco dobitatum, an hæc substitutio
vulgaris facta in casu, quo filii masculi, & filiæ fœmi-
næ Oddi decederent sine filiis, extendatur ad casum,
quo dicti filii masculi, & filiæ fœminæ Oddi non nasce-
rentur, qui casus evenit.

Et fuit conclusum pro parte negativa; substitutio-
nem scilicet non extendi: quoniam licèt recepta ma-
gis sit conclusio, volgarem substitutiooem factam ali-
5 coi in casu, quo decedat sine liberis, extendi etiam ad
casum si non nascantur juxtà sententiam *Lutii Crassi*
centumvirali Judicio cõprobatam, qoæ in magna con-
tentione acriter disputata opinioni *Q. Mutii Scævola*
contrariom dicentis prævaluit, prout hanc opinionem
crebiori calculo receptam esse, testatur *Tiraquell. in l. si*
unquam verbo libertis n.41. & seq. & ab ea tamquã com-
muni non esse in jodicando, & consolendo recedendũ,
inquit *Socin. Jun. consil.* 181. *n.* 17. *vol.* 2. quos refert,
& sequitur *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 6.
num. 1. & 2. plenissimè *Menoch. consil.* 326. *n.* 17. *& de*
præsumpt. lib. 4. præsumpt. 65. *n.* 1. *vers. primus est &c.*
cum multis seqq. maximè *n.* 13. & *n.* 21. ubi hanc opinio-
nem defendit, venioremque, & magis receptam testa-
tur, apud quos habentur alii concordantes, & boc ea
ratione, quia verisimile est, & ita lex præsumit, quod
si testator de caso non nativitatis cogitasset, in eum
6 etiam casum sobstituisset, quam rationem assignat ex-
presse *Calcan. consil.* 103. *n.* 2. dicens esse de mente *Ful-*
gos. præceptoris sui, refert *Mantic. d.tit.6. sub n.1. vers.*
& diligenter &c. & est *text. in l. Titius §. Lucius ubi Bart.*
in summ. ff. de liber. & posthum. quem *text.* dicit esse au-
reum *Curt. Sen. consil.* 75. *n.4.* seqoitur *Mantic. de conject.*
lib. 3. tit. 19. n. 4. ubi alios adducit, & pulchrè decla-
rat *Hieronym. Gabr. conf. 95. n. 4. & seqq. in fin. lib. 1.*

Nihilominùs in proposito visum fuit, hanc vulgarem
substitutionem non esse extẽdendam ad casom non na-
tivitatis filiorum masculorum, & filiarum fœminarum
Oddi, quia ex dispositis in testamento constat, quod
7 Testatrix de hoc caso non nativitatis filiarum fœmina-
ruio cogitaverat, & tamen in eo non sobstituerit, &
ideò cessante dicta ratione non cogitationis, ob quam
fit extensio in vulgari, ut est dictum, debet etiam exten-
sio ipsa cessare *ad cap. cum cessante de appellat.* & ad con-
gesta à *Tiraquell. in l. si unquam in princ. n. 61. C. de re-*
vocat. donat. & tradit in puncto *Hieronym. Gabr. conf.* 95.
n. 4. lib. 1. & ante eum *Socin. Jun.* in specie *consil.* 169.
n. 9. & seq. vol. 2. Raph. Fulgos. consil. 49. n. 4. sequitur
Mantic. d. vers. diligenter &c. ibi, *& Raph. Fulgos. &c.*
& tradit *Bero. consil. 98. n. 9. vol. 2.*

Et hanc rationẽ dicebant DD. satis confirmari; nam
donatio omnium bonorum, vel partis revocatur ob su-
8 pervenientiam liberorum, juxtà terminos *l. si unquam,*
ubi *Bald. Salyc.* & alii *C. de revoc. donat.* ea ratione quia,
9 si donator cogitasset de liberis, verisimiliter non donas-
set, prout in hac verisimili volũtate donantis, esse fun-
datam *d.l. si unquam* docet *Tiraquell. in præfat. d.l. si un-*
quam n. 3. & latiùs *infrà n.* 37. At quando constat do-
10 nantem cogitasse de futuris liberis, non est locus dis-
positioni *d. l. si unquam*, nimirum cessante ratione ip-
sios legis ità *Bart. in l. titia §. Imperator, col. 2. versic.*
quaro quid si in dubio ff. de legat. 2. & tradit *Tiraquell.*
alios de more cumolans *in d. præfat. n.* 63. & ità argu-
mentatur *Socin. Jun. consil. 128. n.70. vol.* 2. Igitur idem
dicendum est in casu nostro, ut cum ratio extensionis
in vulgari sobstitutione sit fundata in verisimili volun-
tate Testatoris, qoi si cogitasset de casu omisso, verisi-
militer etiam in eo sobstituisset, in proposito, ex quo
cogitavit de ipso casu omisso, nempè de oon nativita-
te filiorum Oddi, meritò non debet fieri extensio de
casu mortis dictorum filiorum Oddi ad casom non na-
tivitatis eorum, quia cessat ratio, ob quam in vulgari
fit extensio.

Rursos hoc ipsum existimabant DD. optimè cõ- 11
probari, quoniam ratio *l. cum avus ff. de condit. & demon-*
str. est unica tantom, scilicet conjectura pietatis, ut
declarat ibi *Cuman.* & sequitur *Socin. col.* 42. quæ ratio
declaratur per *Imperat. in l. generaliter §. cum autem C.*
de instit. & substit. nempè, quia non est verisimile, quod
si pater de nepotibus cogitasset, talem fecisset substitu-
tionem, ut ibi dicitur in *text.* & hoc quia si cogitasset,
voluisset potius, quod filii filiorum admitterentur ad
successiooem, quam extranei, *l. cum acutissimi C. de fi-*
deicomm. Cum ergo hæc pietas insurgat ex eo, quia non 12
cogitavit, & si cogitasset non fecisset, ot in *d. §. cum au-*
tem, & non fecisset, ne aliena successio præferreretur
propriæ, *ut in d. l. cum acutissimi*, apparet manifestè,
quod ubi constat, quod pater cogitavit de nepotibus,
tunc cessat omnis pietas conjecturata, & omnis præ- 13
sumptio, cum enim cogitaverit de oepotibus, & nihi-
lominùs substitutionem fecerit, nec conditionem ne-
potum apposoerit, apparet quod intentio Testatoris
non erat, quod nepotes nascituri ex filiis institutis ex-
cluderent substitutos; igitur à cessante ratione *d. l. cum*
avus, & d. l. cum acutissimi, & d. §. cum autem cessare etiã
debet dd. legum dispositio, ot per *Socin. d. consil.* 128.
n.38. & seq. & ponit post relatos *Tiraquell. in d.l. si unquam,*
in præfat. n. 64. Ita pariter dicamus in proposito: quod
cum Testatrix de casu non nativitatis filiorũ Oddi co-
gitaverit, & in eo casu non substituerit DD. actores,
sed omiserit, censeatur non sobstituisse in dicto casu
omisso, quia ejus voluntas erat nolle substituere, atque
ita cessante ratione extensionis in vulgari substitutio-
ne, cessare etiam debeat ipsa extensio.

Tertio loco dicebant DD. prædicta etiam satis
comprobari ex traditis per *D. Bulgar. Senen. in sua dis-*
put. quæ incipit Sempronias condidit testamentum in 6. dub.
in ult. & penult. col. quem *Bulg.* insignem Doctorem, &
olim acutissimũ discipulum suum vocat *Socin. cons.* 92.
vol. 3. resolvit ibi *Bulg.* quod si pater habens doos filios
impuberes, & uni substituat vulgariter, alteri pupillari-
ter, quod in neutrius persona subintelligatur tacita sub- 14
stitutio, quæ aliàs subintelligeretur per regulã *l. quam-*
vis C. de impub. & aliis substit. & l. jam hoc jure ff. de vul-
gar. & pupillar. cum enim tacita substitutio subintelli-
gatur ex eo, quod si Testator de ea cogitasset, utiq; de ea
providisset, ut cumolatim dicũt omnes DD. post *Bart.*
in d.l. jam hoc jure, in casu *Bulg.* cessabat ista ratio; quo-
niam Testator de otraqoe cogitaverat, & de otraqoe
disposuerat in personis diversorũ; igitur cessare debet
dispositio, *d.l. quamvis, & d.l. jam hoc jure*, argumento *l.*
adigere §. quamvis ff. de Jur. patr. cũ similibus, & hanc
Bulg. decisionẽ refert, & sequitur *Socin. Jun. d. consil.* 128.
n. 63. sic pari ratione dicendum est in proposito, quod
cum cesset ratio, ob qoam fit extensio in vulgari, nem-
pè quia cogitavit de caso omisso, & non providit, ces-
sare etiam debeat ipsa extensio, per prædicta.

Quod autem in proposito D. Testatrix cogitaverit de
non nativitate filiorum, & filiarum Oddi, & sic de casu
omisso, visum fuit satis evidenter constare ex eo, qoia
post institutionem filiorum masculorum Oddi nascitu- 15
rorum, suddit ipsa D. Testatrix hæc formalia verba:
& in defectum masculorum, & quatenus non haberet ma-
sculos, vel prædecederent d. Oddo patri, suas hæredes in-
stituit fœminas nascituras d. Oddi, quæ verba sine du-
bio pariter compræhendont casum non nativitatis, &
nativitatis, & descendentiæ ut latè explicat *Menoch. d.*
cons. 326. n. 1. & seqq. idem copiosè probavit. *Hieronym.*
Gabr.

Gabr. d. conf. 95. *n.*4. *& seq. lib.*1. & sic ex illis verbis,& *quatenus non haberet liberos* &c. patet Testatricem in
16 specie cogitasse de non nativitate filiorum masculorum Oddi, quamvis sufficiat etiam si in genere tantum sit cogitatum, argumento *text. in l. qui jure militari ff. de testam. milit.* & in materia *l. si unquam* tradit *Tiraquell.*
17 *in præfat. d. l. si unquam n.* 78. *& n.* 8. ubi dicit in omni materia sufficere scientiam, sivè consensum, sivè voluntatem, sivè cogitationem alicujus rei in genere, & ibi quamplures idem tenentes congerit, & in materia *l. cum acutissimi*, *& l. cum avus*, tradit *Barbat. in d. l. cum acutissimi col.* 4. ubi alios adducit, & sequitur *Socin. Jun. d. consil.* 128. *n.* 40.

Neque obstare visum fuit, dum dicebatur ex parte agentium, quod scilicet D. Testatrix in substitutione facta de filiabus fœminis filiis masculis D. Oddi, cogitaverit de nativitate ipsorum filiorum masculorum, non tamen constet, quod unquam cogitaverit de non nativitate filiarum fœminarum ejusdem Oddi, præcipuè in substitutione, de qua agitur, facta de DD. agen-
18 tibus filiis masculis, & fœminis D. Oddi, si decederent sine filiis, & ex cogitatione non nativitatis filiorum masculorum, non videtur posse inferri, quod cogitaverit etiam de non nativitate filiarum fœminarum, maximè in separata substitutione, argumento *l. Papinianus exuli ff. de minor.* cum vulgaribus, & tradit *Ruin. in consil.* 131. *sub n.* 31. *vers. non obstat*, *& n. seq. lib.* 3.

Quoniam fuit responsum, hanc objectionem cessare ex traditis *per Cuman.* in quodam suo *consil.* relato *per Socin. sen. in consil.* 2. *inter consil. Curt. & in d. l. cum avus n.*38 ubi *Cuman.* concludit, quod licet conditio, *si sine liberis* ad terminos *d. l. cum avus*, *& d. l. cum acutissimi* subintelligatur ex præsumpta mente Testatoris, si tamen Testator duobus filiis institutis, uni eo-
19 rum substituerit sub conditione filiorum, alteri verò simpliciter, tunc in ea substitutione simpliciter factâ, non subintelligitur dicta conditio, quia sicut uni substituendo, illam expressit, ità fecisset in alterâ, si eam sub dicta conditione facere voluisset, quam opinionē sequuti sunt *Dec. consil.* 442 *n.* 10. *& consil.* 581. *n.* 5. *Socin. in d. consil.* 2. *inter consil. Curt. & in d. l. cum avus n.* 38. *Alex. consil.* 31. *post princ. lib.* 3. *& consil.* 158. *n.* 10. *lib.* 6. *Socin. Jun. conf.* 100. *n.* 12. *lib.* 1. *& d. conf.* 128 *n.* 42. *&* 43. ubi dicit dictum *Cuman.* continere in se veritatem, *& n.* 47. *&* 48. ubi dicit opinionem *Cuman.* esse crebriorem, quamvis contrariam tenuerit *Barbat. in d. l. cum acutissimi*, ejus opinionem saturninam appellat, ut infrà *n* 52 *versus finem*, ubi ait opinionem *Cuman.* esse verissimam, & in subscriptione *n.* 211. *&* 229. *vers. & plurimum etiam &c. & n.* 248. *vers. est*, *& secundus modus &c. & Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 8. *n.* 9. ubi testatur hanc opinionem *Cuman.* esse crebriorem, & verissimam; igitur quemadmodum juxtà *d. decis. Cuman.* communiter receptam ex cogitatione filiorum facta in una substitutione arguitur in materia *d. l. cum avus*, *& d. l. cum acutissimi*, cogitatio etiam in alia substitutione nedum circà filios unius, sed etiam circà
20 filios alterius, a fortiori dicendum est, in proposito, quod cogitatio non nativitatis masculorum in una substitutione, arguat cogitationem non nativitatis, etiam fœminarum in alia substitutione, ex quo agitur de filiis unius, & ejusdem personæ, nempe Oddi.

21 Nec obstat dictum *consil. Ruin.* 131. *lib.* 3. qui in eodem casu consuluit contrà *Socin. in d. consil.* 128. *lib.* 2. nam, ut ex prædictis patet, opinio *Socin. Jun.* est verior, & magis communiter recepta, prout eam magis communem, & veriorem testantur *Mandos. ad Roman. consil.* 370. *& Polit. in subscriptione* 13. *ad d. consil.* 128. *Socin. Jun. circà princ. dictæ subscriptionis*; ut meritò non sit curandum de opinione *Ruin. in d. consil.* 131. quam in specie reprehendunt *Tiraquell. in d. l. si unquam in princ. n.* 75. dicens, quod non potest ejus sententiæ accedere, *& Zanch. in l. haredes mei §. cum ità, part.* 8. *sub n.* 43. *ff. ad Trebell.* & opinionem *Socin. Jun.* contra *Ruin.* tenuerunt etiam DD. Tres hujus almæ Rotæ in Causa de Rondinellis, ut patet ex eorum motivis *Anni* 1582. *die* 30. *Decembris lib.* 53. *Motivor.* à 583.

Dominicus Gualandus Rota Prator.
Alexander Zilocchius.
Horatius Spannocchius.
Pompejus Cantarinus.
Aloysius Soltia.
Michael de Lavagna.

ADDITIO.

Ad num. 5. *& seqq.*

Quæstionem, an substitutio in casu decedentiæ procedat etiam in casu non nativitatis, tractat *Ramon.* 22
consil. 30. *n.* 35. *& seqq.* & latè congesti per *Balduc. ad eumdem consil.* 29. *n.* 23 *& seqq. Ger. Spin.* in Causa hujus decisionis scribens *consil* 89 *n* 1. *& seqq. & conf.* 90. & infrà *decis.* 15. *ex n.* 7. *& decis.* 56. *n.* 20.

Et quod substitutio facta in defectu omnium linea- 23
rum locum habeat etiam lineis non inceptis infrà *decis.* 15. *per tot.*

Et quando in fideicommissis detur extensio, vide in- 24
frà *decis.* 16. *& in addit.*

Ad num. 11. *& seqq.*

An, & quando dispositio *l. cum avus*, habeat lo-
cum, quando Testator cogitavit de liberis, & qualis 25
cogitatio requiratur, generalis, vel specialis, quando talis cogitatio suum effectum operetur, & alia plura *Ger. Spin.* in hac Causa scribens *consil.* 89. *ex n.* 6. 13. *& seqq.* & articulo maturè discussu *Rot. Florent. decis.* 57. *n.* 54. *& seqq. coram me*, ibique *Rot. Rom. post decis.* 58. *§. unic. n.* 17. *& seqq.* confirmata sub titulo *Florentina Successionis* 26. *Februarii* 1713. *per tot.* ubi latisimè coram *Galeotti* infrà suo loco imprimenda, & iterùm confirmata *in Florentina pratensa revisionis laudorum* 8. *Julii* 1722. *§. nunc quaso*, *& plurib. seqq. coram D. meo Audit. Urbani*, *& in Florentina Fideicomm.* 13. *Septemb.* 1720. *n.* 61. *& seqq. coram D. meo Audit. Calderono* infrà imprimenda.

Præfatæ legis dispositio, an habeat locum favore filiæ 26
fœminæ, quando Testator posuit in conditione filios masculos, & lineam masculinam, plenè *Rot Flor. dec.* 57. *n.* 44. *& seqq. coram me*, *& in d. Florentina Fideicommissi* 13. *Septemb.* 1720. *n.* 62. *& seqq. coram D. meo Audit. Calderono* infra imprimenda.

Et quando fuit contemplata agnatio filii fœmina-
rum non dicuntur positi in conditione tacita ad exclu- 27
sionem agnatorum, juxtà celebrem theoricam *Aretini de testament.* quam sequitur *Rot. nostra apud Mugon. decis.* 52. *n.* 9. *&* 11. *apud Saminiat. controv.* 201. *n.* 39. plenè *Rot. Florent. d. decis.* 57. *n.* 70. *& plurib. seqq. coram me*, & in illius confirmatoria *Florentina Successionis* 26. *Februarii* 1713. *§. minoris ponderis*, *& seqq. coram Galeotti & in d. Florentina pratensa revisionis laudorum* 8. *Julii* 1722. *§. neque*, *& §. appositioni*, *& seq. coram D. meo Audit. Urbani*, *Rot. Senen. decis.* 7. *n.* 2. *& seqq. & n.* 6. *& seqq. coram me*, & pluribus adductis *in d. Florentina Fideicommissi* 13. *Septemb.* 1720. *n.* 68. *cor. D. meo Audit. Calderono.*

Ad materiam *l. cum avus ff. de condit. & demonstr.* vi-
denda sunt tradita *per Rot. Senen. decis.* 6. *&* 7. *cor. me*, 28
& per Rot. Florent. in decis. 57. *&* 58. *pariter coram me*, & infrà *decis.* 23. *n.* 4. *& seqq. cum addit. decis.* 76. *n.* 1. *& seqq. & decis.* 121. *ex n.* 63. *&* 78. *& decis.* 127. *per tot. & decis.* 130. *n.* 34. *& seqq. & in dd. Florentina successionis* 1713. *& Florentina revisionis laudorum*, pariter infrà imprimenda.

Eadem

Eadem

AGRUMENTUM.

Substitutis pluribus per vulgarem, vel compendiosam sub conditione, & caducato aliquo gradu intermedio, an pro admissione sequentis sit attendenda purificatio conditionis adjectæ primo gradui, vel illi, qui locum caducati subintrat, ad explicationem *Castrens. consil.* 152. *lib.* 1.

SUMMARIUM.

1 *QUando plures per vulgarem fuerunt successivè substituti, caducatis gradibus mediis, ultimi in eorum locum subintrant.*

2 *In substitutionibus factis sub conditione, attenditur existentia conditionis primi gradus, & de aliis non curatur.*

3 *Prædicta opinio non transit sine contradictore.*

4 *Et quatenus esset vera, limitatur primò, quando substitutio facta de ultimo, fuit restricta ad certum casum diversum à prima substitutione, & n.* 11.

5 *Maximè si ex mente Testatoris cesset in vulgari extensio de casu ad casum.*

6 *Paria sunt substitutionem verbis expressis ad unum tantùm casum limitatam fore, vel factam esse taliter in uno casu, ut ad alium extendi non possit.*

7 *Contrariæ auctoritates declarantur, & n.* 12. *& seqq.*

8 *Limitatur secundò principalis conclusio, quando hæres, respectu primi, gravetur sub una conditione, & respectu secundi, sub alia.*

9 *Maximè si conditio secundo gradui adjecta repugnet conditioni adjectæ primo.*

10 *Et quando dicatur repugnare.*

13 *Substitio sub conditione* si sine filiis *dicitur compendiosa, quæ vulgarem continet.*

14 *Vulgaris in compendiosa contenta, respectu omnium substitutorum, est uniformis.*

18 *Casus substitutionis si non evenit, obstat substituto directum* substitutio de re non loquitur.

19 *Limitatur tertiò quando aliàs sequeretur absurdum.*

20 *Et dicitur absurdum si quod unâ viâ prohibitum est, per aliam consequi possumus.*

21 *Limitatur quartò, quando sumus in conditione intrinseca vulgaris, in qua ex conjecturata mente Testantis fieri nequeat extensio de uno ad alium casum, & num.* 22.

23 Consil. Castrens. 152. lib. 1. *pluries in hac decis. relatum, qui examinaverint remissivè.*

DECISIO V.

NOn obstare etiam visum fuit doctrina *Bart.* & aliorum in *l. quandiù la alt. ff de acquirend. hæred.* dum concludunt, quod quando plures successivè substituti fuerunt per vulgarem, vel compendiosam, in qua continetur vulgaris, & unus in defectu
1 alterius substituatur, quod caducatis mediis substitutionibus per mortem, vel non nativitatem positorum, & vocatorum in primis substitutionibus, ultimi substituti succedunt in locum primorum substitutorum, & consequuntur à primis substitutis illud idē, quod consequuti fuissent primo loco substituti, si superstites fuissēt, & quod si substitutiones factę sint sub
2 conditione, attendi debeat existentia conditionis primo gradui adjecta, & non curetur de conditione adjecta secundo gradui, juxtà *consil. Castr.* 152. *n.* 1. *versic. sed videndum lib.* 1. *& Alex. con.* 139. *n.*6. *lib.*6. *& Socin. Jun. consil.* 42. *n.* 18. *& consil.* 124. *n.* 28. *lib.* 1. *& Dec. consil.* 427. *& Curt. Jun. consil.*83. *& Alciat. consil.* 39. *n.*4. *&* 5. *& consil.*88. *in princ lib.*9. *& Gabr. consil.*127. *n.*18. *lib.* 1. *& per Thesaur. decis.*56. *n.* 2. cum aliis *per Peregr. de fideicom. artic.* 15. *n.* 33. *&* 38.

Ex quo successivè inferebatur, quod cum filiæ fœminæ Oddi substitutæ fuerant filiis masculis ejusdem, tam in casu mortis, quam non nativitatis eorumdem, caducata earum substitutione, & perempto earum gradu propter non nativitatem earumdem, successerint in earum locum ipsi DD. Aluysius, & Pandulphus ultimo loco substituti, atque ita sub eadem duplici conditione, seu in duplici casu, scilicet non nativitatis, & mortis vocati videantur, quemadmodum sub utraque conditione, seu in utroque casu vocatæ fuerant ipsæ filiæ fœminæ, in quarum locum ipsi successerant, nec isto casu attendi debere conditionem mortis ultimo gradui adjectam, in quo ipsi vocati fuerant, ut per *Castr.* & alios super adductos.

Nam ad hanc objectionem fuit pluribus modis responsum, & prætermissâ pro nunc discussione, an opinio *Castr. in d. cons.* 152. & sequacium sit vera, an scilicet sufficiat purificatio conditionis primo gradui adjectæ juxtà opinionē *Castr.* an verò ulteriùs etiā requiratur
existentia conditionis ultimi gradus, prout cōtra *Castr.* 3
tenuerunt plures relati *per Gabr.* quos ipse sequitur de cōmuni testādo *d. cons.* 95. *n.* 21. *vers. conclude igitur lib.* 1.

Fuit primo loco responsum, quod conclusio *Castr.* non procedit quando substitutio facta de ultimo fuit restricta, & limitata ad certum, & determinatum casum diversum, & separatum à substitutio-
ne de primo substituto facta, ex qua diversitate ca- 4
suum, & conditionum in singulis substitutionibus expressarum, colligitur mentem Testatoris fuisse, quod ultimus substitutus succedat tantum in casu, in quo specialiter eidem provisum fuit, & non in altero, in quo ad favorem primi substituti fuit provisum; tunc enim non sufficit, quod existat conditio primo substituto apposita, ad hoc ut secundus in locum primi succedat, sed ulterius requiritur existentia conditionis, & casus ad quos restricta fuit substitutio ultimi, & maximè quando sumus in casu, in quo, ut in proposi-
to, ex mente Testatoris cessat extensio substitutionis 5
volgaris de uno casu ad alterum, & sic per plura egregiè in puncto concludit *Gabr. d. consil.* 95. *num.* 21. *lib.* 1. ubi ad colligendum istam mentem Testatoris in puncto casus nostri considerat, quod fœminæ primo substitutæ erant vocatæ tàm in casu mortis, quàm non nativitatis, & ultimi substituti erant limitatè vocati in casu mortis tantùm, pro ut contingit in casu nostro, attento quod substitutio vulgaris, qua vocati sunt ultimo loco dicti DD. Aloysius, & Pandulphus, non extenditur ad casum non nativitatis, ut suprà conclusum fuit, quia paria sunt, quod substitutio sit verbis expressis limitata ad unum tantum casum, vel quod sit
facta in uno casu, & non possit extendi ad alios, ut per 6
se patet, & ibidem subjungit *Gabr.* quod opinio *Castr.*
si vera sit, procedit tantùm in eo, qui præcedenti sim- 7
pliciter substituitur respectu conditionis, quæ personam hæredis respicit, tametsi sub alia etiam conditione vocetur respectu secundi substituti, & ibi considerat ad hoc, ut possit esse locus *consil. Castr.* necessariò requiri, quod respectu hæredis gravati utriusque gradus, eadem conditio existat, & non diversa, & quando condictio diversa fuit, ut quia hæres respectu primi substituti sit gravatus sub una cōditione, & respe-
ctu ultimi sub alia distincta, & diversa, tunc non potest 8
esse locus opinioni *Castr.* nec sufficit existentia conditionis sub qua primus substitutus vocatus fuit, ad hoc, ut perempto primo gradu, secundus per vulgarem in locum primi succedat; sed requiritur existentia illius specificæ conditionis, sub qua ipse ultimus respectu hæredis gravati, vel ipsius Testatoris fuit vocatus, aliàs impossibile est, quod secundus substitutus succedat per vulgarem in locum primi, & consequator à primo hærede hæreditatem in eo casu, in quo respectu ipsius hæredis, vel Testatoris nullo modo vocatus fuit, pro ut plenè declarat *Gabr. in d. consil.* 95. & quod doctri-

doctrina *Bart.* & aliorum *in d. l. quamdiu*, ut scilicèt ul-
timus substitutus soccedat in locum primi, caducatâ
mediâ substitutione, intelligatur quandò omnes sub-
stitutiones sont factæ sub eadem conditione, secùs si
factæ sint sub diversis conditionibus, concludit per
plurâ post alios *Berò. cons. 98. n. 3. & seqq.* maximè *n. 6.*
& seq. & satis probatur ex traditis *per Alciat. cons. 46.*
sub n. 55. vers. quartò quia &c. lib 9. obi quod secundus
gradus non succedis in locum primi per vulgarem, ip-
so primo gradu perempto, quando conditio adjecta
secundo gradui, qui defecit, repugnat conditioni ad-
9 jectæ primo gradui, & ibi voluit secundam substitu-
tionem conceptam sub defectu lineæ repugnare condi-
10 tioni non nativitatis, sub qua prima substitutio cadu-
cata concepta fuerat, & hæc decisio videtur in indi-
viduo casum nostrum attingere, stante prima conclu-
sione supra firmata, quod vulgaris non extendatur de
casu mortis ad casum non nativitatis, & idem conside-
rant *Corn. cons. 180. n. 5. & 6. lib. 4. & Socin. cons. 76.*
col. pen. vers. quarto lib. 3. ubi quòd quando secunda
substitutio ad casum diversum à primo fuit restricta,
11 requiritur existentia illius conditionis, & casus, ad
quos ipsa secunda substitutio fuit limitata ad hoc, ot
subintratio procedat, & quod non sit locus subintra-
tioni in locum primi, quando deficit conditio casus ex-
pressi, & evenit casus diversus, concludunt *Corn. con-*
sil. 275. col. pen. vers. vel si procederet Theorica Angeli lib.
3. Alex. consil. 1. n. 11. & seq. lib. 5. Berò. d. consil. 90. n. 3.
& seqq. lib. 2. & post plures *Zanch. in §. cum ita, part. 2.*
n. 78. qui hoc pacto salvant doctrinã *Angeli*, & ita etiam
tenuit *Corn. cons. 199. lib. 2.* qui consuluit super eodem
casu, in quo respondit *Alex. in d. cons. 1.* & comproba-
tur *per Natt. in consil. 578. n. 20. lib. 2. Roland. cons. 58*
n. 57. & Thesaur. decis. 86. in fin. vers. limita secundò.

12 Secundò pro responsione fuit dictum, quod aut con-
ditio primo gravato apposita, per quam purificari de-
bet ista substitutio vulgaris, est uniformis respectu
omnium substitutorum, & omnes gradus substitutio-
num æqualiter respicit, & tunc procedere potest opi-
nio *Castr. in d. cons. 152.* ut scilicet sufficiat purificatio
conditionis primo substituto adjectæ, ad hoc ut cadu-
cato primo gradu sequentes in locum primi succedãt,
& hæreditatem à primo recipiant, quemadmodum à
primo substituto recepissent, si ipse superstes fuisset,
non attento quod ipsi successivè substituti inter se in
casum existentis fideicommissi sint sub diversis condi-
tionibus substituti; nam in terminis *Castr. in d. consil.*
13 *152.* illæ substitutiones fuerant factæ sub illa conditio-
ne si decesserit sine filiis, quæ dicuntur compendio-
sæ, & continent vulgarem, ut fuit suprà conclusum,
& declarat idem *Castr. d. cons. 152. n. 2.* quæ vulgaris
14 comprehensa in compendiosa respectu omnium substi-
tutorum est uniformis, quia respectu omnium est con-
cepta, tam in casu voluntatis, quam impotentiæ cu-
juscomque simpliciter, & absolutè juxtà *l. 3. C. de hæ-*
red. instit. & notatur *per Bart.* & alios *in l. 1. n. 13. ff. de*
vulgar. & pupillar. & Gabr. cons. 101. n. 5. lib. 1. & Castr.
d. cons. 152. n. 2. nec erant factæ respectu unius substi-
tuti in casum unum specialem, & respectu alterios in
alium, prout in casu nostro: Unde non mirum si satis
sit existentia conditionis primo gravato adjecta, per
quam onus ei injunctum purificatur, & aperitur via
aliis successivè vocatis, quia caducatis mediis substi-
tutionibus possunt per vulgarem uniformem quo ad
omnes, in locum primorum substitutorum succedere,
non attento, quod ipsi inter se sub diversis conditio-
nibus sint in casum fideicommissi substituti, ut decla-
rat ipse *Castr. in d. cons. 152. n. 2.*

Aut verò conditio adjecta primo gravato est diffor-
mis, & sub diversis casibus quo ad alios gradus substi-
tutionum concepta, adeout respectu unius casus con-
veniat omnibus substitutis, respectu vero alterius cō-
veniat primo substituto, & non reliquis, & si quidem
evenit ille casus, qui æqualiter omnibus substitutis 15
convenit, & tunc pariter procedere possunt tradita
per *Castr. in d. cons. 152.* ut scilicet sufficiat purificatio
conditionis primo gravato adjecta, quamvis adjecta
ultimo substituto non sit purificata, exempli gratia,
in casu nustro filiæ fœminæ Oddi fuerunt substitutæ
filiis masculis, tam in casu mortis, quam non nativi-
tatis eorumdem, quæ conditio respectu DD. Aloysii,
& Pandulphi ultimo loco substitutorum convenit tan-
tùm in casu mortis, & non in casu non nativitatis, &
si quidem evenisset ille casus mortis, qui omnibus
convenit, quia filii masculi nati, & mortui fuissent,
utique caducatâ primâ substitutione de fœminis factâ
propter illarum non existentiam, succederent ulti-
mò substituti in locum earumdem, & consequeren-
tur à primis gravatis, vel ab ipso testatore illud
idem, quod consequutæ fuissent ipsæ fœminæ pri-
mò substitutæ, si superstites fuissent, nec isto ca-
su attenderetur, an ipsæ fœminæ sint non natæ, vel
mortuæ, quia ista conditio æquè respicit ultimum gra-
dum, quæ non attenditur, quando conditio adjecta
primo gradui fuit purificata, & est uniformis quoad
omnes substitutos, in casu, de quo agitur.

Aut verò evenit ille casus, qui convenit tantũ primo
substituto respectu primi gravati, sive respectu Testa-
toris, & non reliquis substitutis, prout in casu nostro,
in quo evenit casus, quod nullus filius masculus, vel fœ-
mina natus fuit, qui convenit tantùm fœminis primò
substitutis, & non convenit DD. Aloysio, & Pandulpho
ultimò substitutis, ex quo illorum vocatio respectu
Testatoris, vel primi gravati est restricta ad casũ mor-
tis tantùm, ut supra firmatum fuit, & tunc dictum
fuit, quod ad hoc ut ultimus substitutus succedat in
locum primi, non sufficit existentia conditionis appo- 16
sitæ primo substituto in casu, in quem ipse ultimus
nullo modo fuit vocatus, sed requiritur existentia con-
ditionis appositæ ultimo, in casum, in quem ipse ulti-
mus sit vocatus; unde cum in casu nostro evenerit
casus non nativitatis, & ipsi DD. Aloysius, & Pandul-
phus sint vocati tantùm in casum mortis filiorum, &
non in casum non nativitatis, impossibile est quod ipsi
possint succedere in locum filiarum primò substituta-
rum, quia resistit voluntas, & dispositio Testatricis,
quæ in casum mortis tantùm eosdem vocavit, & ver-
samur in casu, in quo de uno casu ad alterum non fit
extensio, ut sæpè dictum fuit, & propterea isto casu 17
optimè intrant tradita per *Gabr. d. cons. 95. lib. 1. Al-*
ciat. cons. 46. lib. 9. & Berò. d. cons. 98. maximè *n. 6. lib. 2.*
& aliorum suprà adductorum. quod scilicet quando
substitutio vulgaris fuit restricta ad certum casum, si 18
non evenit ille casus, substitutio ipsa evanescat, atque
ita meritò substituto agenti virtute talis substitutio-
nis obiici possit ad illius exclusionem, substitutio isto
casu non loquitur *Oldr. cons. 21. Jo: Andr. in addit. ad*
speculat. in tit. de testam. §. 1. vers. occurrit, Socin. sen.
cons. 62. n. 4. vers. & in primis, vol. 3. Aym. cons. 280.
n. 3. Socin. Jun. consil. 202. n. 23. lib. 1. Rimin. Jun. con-
sil. 110. n 15. & seq. lib 1. & alibi passim per DD.

Et profectò si aliter diceremus, sequeretur magnum 19
absurdum; nam ipsi DD. Aloysius, & Pandulphus, qui
tamquam substituti in casu mortis tantùm, non pos-
sunt in casu non nativitatis succedere ex beneficio
extensionis ob resistentiam volũtatis Testatricis, pos-
sent utique aliâ viâ, hoc est, per subintrationem in lo-
cum fœminarum hoc idem consequi, & sic illud, quod 20
sibi unâ viâ prohibitum est, aliâ viâ contrà voluntatem
Testatricis consequerentur contrà regulam *cap. cum*
quid, cum ibi notatis de reg. jur. in 6.

Tertiò pro responsione, & confirmatione omnium
prædictorum fuit consideratum, quod *Castr. in d. con-*
sil. 152. & sequaces loquuntur de conditione, *si sine* 21
liberis &c. adjecta personæ, cui facta est prima substi-
tutio, quæ conditio *si sine liberis*, sine dubio non est

necessaria, & intrinseca, ac de natura vulgaris, sed est voluntaria, & extrinseca, & ultra naturam vulgaris, & in hujusmodi conditione extrinseca *Castr.* & sequaces concludunt sufficere, quod illa existat in primo gradu, licet deficiat eadem, vel alia extrinseca conditio adjecta secundo gradui: at quando quæritur, ut in casu nostro, an necessaria sit existentia conditionis intrinsecæ, & necessariæ dicti secundi gradus substitutionis vulgaris, quæ non fuit uniformiter, & in eodem casu concepta, prout fuerat concepta in primo, puta, quia in primo fuerit concepta in casu non nativitatis, in secundo verò in casu mortis, tunc dictum fuit distinguendũ esse, quod aut sumus in casu, in quo
22 extẽsio sit permissa in vulgari de casu mortis expresso, in secundo gradu ad casum non nativitatis expressum in primo, qui evenit, & tunc pariter procedat opinio *Castr.* quod sufficiat existere conditionem adjectam primo gradui virtute extensionis prædictæ, prout isto casu opinionem *Castr.* salvat *Gabr. d. consil.* 95. *n.* 21. aut verò versamur in casu, in quo, ut in proposito prohibita sit extensio de caso expresso in secundo gradu ad casum expressum in primo, qui extitit, & isto casu firmatum fuit, non sufficere existentiam casus conditionis vulgaris expressi in primo gradu, sed necessariam esse existentiam casus conditionis dictæ vulgaris expressi in secundo gradu, prout ita distinguit, & declarat *Gabr. in sæpè allegat. consil.* 95. *n.* 21. *&* 22. qui in hac parte a nemine reperitur reprobatus, & ita ex prædictis junctis aliis per DD. informantes reorum conventorum plenè adductis, fuit conclusum non obstare *d. cons. Castrens.* 152. Atque ità DD. actores non posse virtute dictæ substitutionis hæreditatem Testatricis obtinere.

Dominicus Gualandus Prætor.
Alexander Zeluccbius.
Pompejus Cantarinus.
Michael de Lavagna.
Horatius Spannocchius.
Aloysius Soltia.

A D D I T I O.

IN Causa, in qua scripsit *Castrens. consil.* 152. *lib.* 1. consuluit etiam *Coman. cons.* 122. dictumque *Castrensis*
23 Consilium declaratur, & examinatur per *Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita part.* 2. *n.* 4. *& seqq. ff. ad Trebellian. fol. mihi* 30. impressionis Venetæ Anni 1602. *Cephal. consil.* 620. *n.* 12. *& seqq. & n.* 39. *Ger. Spin.* qui in casu præsentis decisionis scripsit *consil.* 89. *& consil.* 90. *Rondens. variar. resolut. cap.* 40. *n.* 27. *Gratian. discept.* 369. *n.* 30. *&* 31. *& discept.* 747. *ex n.* 15. ibique *de Luca n.* 4. *& seqq. Fontanell. decis.* 44. *n.* 2. *& seqq. & decis.* 45. *n.* 8. *Rot. Florentiæ in Florentina Fideicommissi de Peruzzis* 13. *Septemb.* 1720. *coram D. meo Audit. Cosaregia*, quæ infrà suis loco, & tempore apponetur.

Præfatum *Castrensis* Consilium reprobari communiter scribit *Cosanat. consil.* 36. *n.* 48.

Eadem.

ARGUMENTUM.

Institutus in re certa, quando non obstante prohibitione de plus non petendo, sit hæres ex asse; & an detrahat Trebellianicam. Gravatus purè unam tantum quartam detrahit, secus gravatus sub conditione, & unde quis dicatur gravatus sub conditione, non purè.

SUMMARIUM.

1 *INstitutus in re certa, si nullum habeat cohæredem, sit hæres universalis. Et de ratione n.* 2.

3 *Limita si constet de voluntate Testatoris volentis hæredem scriptum in re certa plus habere, tunc enim censetur gravatus restituere reliquum venientibus ab intestato.*

4 *Maximè stante clausula codicillari.*

Contrà n. 5.

6 *Declara secundam opinionem procedere quando filio instituto in re certa fuit relictum minus suâ legitimâ, primam verò quando relicta illi fuit integra legitima, vel ultrà.*

7 *Quod unâ viâ est prohibitum, aliâ permissum censeri non debet.*

9 *Non repugnat Testatorem providere ad favorem alicujus in genere, licet noluerit in specie providere.*

10 *Hæres gravatus de restituendo detrahit Trebellianicam. Et suprà n.* 8.

11 *Limita in instituto in re certa.*

12 *Declara limitationem procedere, quando taliter institutus, habuit etiam hæredem universalem, qui adivit, secus contrà n.* 13.

14 *Trebellianica censetur prohibita per clausulam* — Pro omni, & toto, quod petere, & consequi posset occasione legitimæ, vel alterius Quartæ.

15 *Item per aliam* — Gravans nil aliud petere occasione prædictâ.

16 *Trebellianica filiis primi gradus non potest prohiberi juxtà opinionem Florentiæ receptam.*

17 *Amplia etiamsi filius sic prohibitus, testamentum simpliciter approbet, quia adhuc non sibi præjudicat in Trebellianica.*

18 *Filius purè gravatus unam tantum Quartam detrahit.*

19 *Legitima purè relicta, vel debita ex dispositione legis debetur statim mortuo Testatore.*

20 *Institutio de filiis nascituris est conditionalis.*

21 *Donec spes est hæreditatem ex testamento adiri posse, hæreditas ab intestato non defertur.*

22 *Trebellianica solum debetur de tempore restitutionis, & non ante.*

23 *An sit locus detractioni duarum Quartarum, inspicitur, an eodem tempore cesserit dies utriusque.*

24 *Legitima, & Trebellianica dimidium hæreditatis important.*

D E C I S I O VI.

SEcunda Principalis successit difficultas, stante
quod actores non possunt virtute eorum substitutionis, & testamenti hæreditatem Testatricis obtinere, ad quem, seu quos, modò hæreditas ipsa pertineat, & fuit resolutum hæreditatem pertinuisse ad Oddum filium Testatricis hæredem in eodem testamento institutum in re certa, detractâ mentione rei certæ, & remotâ probibitione de plus non petendo, & sic prohibitione juris accrescendi eidem factâ, ju- 1
xtà sententiam *Salyc. in l. quoties col. penult. in 6. quæsit, C. de hæred. instit.* quia Testator, secundum juris scripti regulas, non potest decedere pro parte testatus, 2
& pro parte intestatus *l. jus nostrum ff. de regul. jur.* & ideo hæres scriptus in re certa in totum fit hæres, verùm inspectâ voluntate Testatoris, qui noluit hæredem scriptum in re certa plus habere, intelligitur per 3
fideicommissum gravatus restituere hæredibus Testatoris venientibus ab intestato, ut est casus *in l. peto in princ. ff. de legat. 2. vers. idem dicimus*, & hanc opinionem tenuit etiam *Bald. consil.* 468. *per tot. lib.* 1. & indubitanter adjectâ, ut in casu nostro, clausulâ codi- 4
cillari, *Bart. in d. l. quoties §. si duo in fin. ff. de hæred. instit.* quos sequitor, opiniones contrarias conciliando *Peregr. de fideicomm. art.* 5. *sub n.* 13. *versic. placet mihi, ut accipiamus &c. & artic.* 11. *sub n.* 66. *versic. reperio quod idem Baldus.*

Nec visum fuit obstare consilium *Bald.* 480. *in princ.* 5
sub n. 1. *&* 2. *lib.* 3. dum concludit filio instituto in re

cer-

certa, prohibitionem de plus non petendo, & sic
juris accrescendi nihil operari, quia legitimam inte-
gram jure institutionis capere debet, non obstante ali-
qua prohibitione, ut habetur in Auth. ut cum de ap-
pellat. cognoscit. §. certam, & quia legitima a residuo
separari nequit, ad l. hæres instituta, cum ibi notatis
C. de impub. & aliis substit. & latè tradit Alex. in l. quia
poterat ff. ad Trebell. ideo ex necessitate filius totum
consequitur, quia Testator non potest pro parte te-
status, & pro parte intestatus decedere d. l. jus no-
strum, ut post Salyc. & Philip. Franch. deducit idem
Peregrin. d. art. 11. sub n. 66. vers. rursus idem Baldus.
6 Nam fuit responsum, quod d. consil. Bald. 480. pro-
cedit, quando filio instituto in re certa fuit relictum
minus sua legitima, & in his terminis loquuntur Bald.
& sequaces; at secus quando, ut in proposito, filio
instituto in re certa, relicta fuit integra legitima,
vel ultrà legitimam, ita declarat Castr. in d. §. si duo in
fin. post Bald. in l. si quando C. de inoffic. testam. Quare
ex prædictis potissimum fuit conclusum, hæreditatem
jure accrescendi spectare ad Oddum in re certa insti-
tutum, sed ipsum censeri gravatum de restituendo
hæredibus ipsius Testatricis venientibus ab intestato,
qui sunt iidem DD. Aloysius, & Pandulphus actores,
tamquam ipsi Testatrici in gradu proximiores.
Cui conclusioni non resistere visum fuit, si dicatur,
quod hæc interpretatio induceret repugnantiam mani-
festam voluntatis ipsius Testatricis, ex quo, ut supra
firmatum fuit, Testatrix noluit hæreditatem suam
virtute substitutionis ad actores pertinere, nisi eo tan-
tùm casu, quo filii Oddi nati essent, & morerentur,
& nihilominus secundùm hanc intelligentiam Oddus
in omnibus casibus censeretur gravatus de restituen-
do ipsismet actoribus, tanquam hæredibus ab intesta-
to venientibus, atque ita iidem DD. Aloysius, & Pan-
dulphus hoc modo ab intestato consequerentur id,
7 quod ex testamento Testatrix noluit obtinere posse,
contrà dictam regulam cap. cum quid de regul. jur. in 6.
Quia pro responsione fuit dictum, quod dicti DD. Pan-
dulphus, & Aloysius, uti hæredes venientes ab inte-
stato non poterant consequi totam hæreditatem, ex
8 quo Oddo tamquam gravato, & ex ejus persona ejus
hæredibus competit jus detrahendi Trebellianicam
ad text. in l. in quartam ff. ad l. falcid. & in cap. Raynu-
tius, & in cap. Raynaldus extr. de testam. atque ita stant
hæc simul, quod Testatrix noluerit totam hæredita-
tem pertinere ad actores ex vulgari substitutione, &
nihilominus voluerit eis per viam fideicommissi pro-
videre, ut possent hæreditatem consequi, detractâ ta-
men Trebellianicâ.
Præterea, & secundo fuit responsum, quod Te-
statrix inducendo fideicommissum ex prohibitione
juris accrescendi favore venientium ab intestato juxtà
terminos d. l. peto in princ. ff. de legat. 2. ideo tamen
non dicitur in specie providisse DD. Pandulpho, &
Aloysio actoribus, sed solum providit hæredibus ab in-
testato in genere, neque enim divinare poterat qui-
nam essent ejus hæredes ab intestato, ex quo licet ipsi
DD. Pandulphus, & Aloysius essent proximiores in
gradu ipsi Testatrici, poterant decedere, & locum
9 facere aliis successivè proximioribus, atque ita non
repugnat, quod Testatrix noluerit in specie dispone-
re, & providere dd. DD. Pandulpho, & Aloysio uti
substitutis ex testamento, & nihilominus voluerit eos
comprehendi in dispositione generaliter facta ad fa-
vorem hæredum venientium ab intestato.
Tertia, & ultima suborta est difficultas, an dictus
Oddus tamquam gravatus, ut est dictum, restituen-
do venientibus ab intestato, seu DD. Rei conventi uti
ejus hæredes possint detrahere non solum legitimam,
quæ specialiter relicta fuit ipsi Oddo, verùm etiam
Trebellianicam?
Et breviter fuit conclusum pro parte affirmativa,
quia regulariter quilibet hæres primo loco gravatus
de restituendo hæreditatem alteri potest Trebellia- 10
nicam detrahere, ut toto tit. ff. ad Trebell. & habe-
tur in d. cap. Raynutius, & cap. Raynaldus extr. de te-
stam. & est text. in §. sed quia instit. de fideicom. hæred.
cum aliis cumulatis per Peregrin. de fideicom. artic. 3.
n. 4. & per Crass. in §. Trebellianica quæst. 3. n. 1. & seq.
& hoc non habet dubium.
Non obstat, quod institutus in re certa, qualis est 11
Oddus, non potest Trebellianicam detrahere, ad ple-
nè tradita in l. quoties C. de hæred. instit. & in l. ex facto
ff. eod. tit. & præcipuè per Jason. in d. l. quoties n. 3. & in
l. filium quem habentem n. 10. C. famil. ercisc. idem
Jason in l. Lucius sub n. 24. versic. ego addaco duo funda-
menta ff. de vulgar. & pupillar. cum aliis per Crass. d.
quæst. 2. sub n. 5.
Quoniam fuit responsum, quod illud procedit quan- 12
do institutus in re certa habuit hæredem universalem,
qui adivit, quia tunc institutus in re certa non habet
jura hæredis universalis, sed legatario æquiparatur, &
propterea non potest Trebellianicam detrahere, quam
detrahere potest solus hæres universalis, vel qui pro-
priè hæres sit, ut declarat Bald. in d. l. filium quem ha-
bentem n. 27. versic. sed hic quæro, &c. C. famil. ercisc.
quem secuti sunt ibi Jas. col. 5. & in l. quoties col. 3.
C. de hæred. instit. & in Auth. res quæ C. commun. de le-
gat. Abb. in d. cap. Raynutius in versic. legitimum extr. de
testam. Aym. cons. 131. n. 13. & latissimè cons. 186. n. 1.
& seq. & Didac. in cap. Raynutius §. 1. n. 10. sed secus
est in instituto in re certa non habente, ut in proposito,
cohæredem universalem, vel habente, sed non adeun- 13
tem, quia tunc institutus in re certa, jure accrescendi
consequitur totam hæreditatem, & jura universalis
hæredis consequitur, ad notata in d. l. quoties C. de hæ-
red. instit. & in d. l. ex facto ff. eodem tit. & ita ex mente
Bald. in l. in testamento sub n. 12. vers. tu dic, &c. C. de te-
stam. milit. Angel. & alios, declarat Jason in d. l. Lu-
cius n. 27. ff. de vulgar. & pupillar. & ita sentiunt ex-
pressè Soccin. Jun. in cons. 122. n. 7. lib. 1. Crass. in d.
§. Trebellianica quæst. 2. n. 5. vers. contrariam vero, &c.
& Peregrin. d. artic. 3. n. 7. & 9.
Nec obstat, quod Oddo prohibita fuisset detractio 14
Trebellianicæ propter illam clausulam positam in te-
stamento pro omni eo, & toto, quod petere, & consequi
posset occasione legitimæ, vel alterius quartæ, & ex alia
clausula, gravans eum ab hoc aliud petere occasione prædi- 15
cta, est enim certissimum, quod filiis primi gradus de-
tractio Trebellianicæ prohiberi non potest, juxtà opi- 16
nionem, quæ Florentiæ est usu recepta, & sæpius ca-
nonizata, prout etiam clarissimum est, quod simplex
agnitio relicti, & simplex testamenti approbatio non
præjudicat filio sic prohibito, quominùs Trebelliani- 17
cam detrahere possit, ut per Paris. cons. 43. n. 18. &
seq. & n. 35. lib. 3. Cephal. cons. 563. n. 36. lib. 4. Man-
tic. de conject. lib. 7. tit. 11. n. 10. Gabr. cons. 96. n. 2.
lib. 1. Phanucc. de invent. hæred. part. 7. n. 216. cum
aliis per Peregrin. copiosè congestis d. artic. 3. n. 118.
versic. sed contrà.
Neque visum fuit resistere, quod ubi quis est pu- 18
rè gravatus, ut in proposito videtur dictus Oddus,
possit unam tantùm quartam detrahere, quamvis sit
secus, ubi quis est gravatus sub conditione de resti-
tuendo d. cap. Raynutius, & cap. Raynaldus extr. de
testam. Gloss. Bart. & Bald. per illum text. in l. Papi-
nianus §. meminisse ff. de inoff. testam. ubi Cagnol. n. 21.
& 22. post alios, testatur hanc opinionem esse cano-
nizatam tam in scholis, quam in Palatiis, & copiosè
Peregrin. d. artic. 3. n. 49. 50. & seq. apud quos ha-
bentur alii concordantes.
Quia pro responsione fuit consideratum, quod por- 19
tio legitimæ fuit debita statim mortua Testatrice ipsi
Oddo, ex quo ei relicta fuit purè, & non sub aliqua
conditione, vel die incerto, & idem procedit quando
est debita ex legis dispositione, ad l. quoniam in prio-
ribus C. de inoff. testam. & post Gloss. Bart. Jason. Dec. &

alios, tradit *Peregrin. art. 36, n. 69.* Trebellianica verò sibi debita fuit post ejus mortem, de quo tempore sibi tamquam instituto in re certa, vel ejus hæredibus jure accrescendi tota hæreditas devoluta fuit, cum enim instituti essent hæredes universales ipsius Oddi filii nascituri, & quotidie usque ad mortem ipsius Od-
20 di nasci possent ex eo filii, & institutio de filiis nascituris dicatur conditionalis, nempe si filii nascerentur; inde fit, ut Oddus non possit dici gravatus restituere venientibus ab intestato, nisi post mortem suam, quia eo tempore solùm eis est aperta via propter non nativitatem hæredum institutorum; quia donec spes est hæreditatem ex testamento adiri posse, ab intesta-
21 to hæreditas non defertur *l. quamdiù. l. ultima ff. de acquir. hæred.* cum similibus; certum est autem quod Trebellianica debetur solùm tempore restitutionis, & non ante, ut post *Bald. Bart. Salyc. Castr. Alex. Afflict.*
22 *Ruin. Roman.* & alios resolvit *Peregrin. d. artic. 3. n. 24. & seq.* & in hoc articulo, an, & quando locus sit detractioni duarum quartarum, vel unius tantùm, inspicitur, an uno, & eodem tempore cesserit dies detractio-
23 nis legitimæ, & Trebellianicæ, sic *Bald. cons. 156. col. 1. lib. 2. Paul. de Castr. cons. 15. col. 2. lib. 2. Aym. cons. 242. n. 4.* quos ultra alios refert, & sequitur *Gabr. cons. 113. n. 5. lib. 1. & Peregrin. d. artic. 3. n. 52. versic. intelligendo modo, &c.* Proinde fuit conclusum locum esse detra-
24 ctioni ambarum quartarum ad favorem DD. Reorum conventorum, quæ dimidiam hæreditatis Testatricis important, ut est practica notissima, & consuetudo passim à DD. attestata, & in omni Foro observata, *d. cap. Raynutius, & cap. Raynaldus,* & ibi notat *Gloss. & DD.* tradunt *Bart.* & alii in *l. quamquam C. ad l. Falcid. Bart. Angel. ad fin. Cagnol n. 10. in l. Papinianus §. meminisse ff. de inoff. testam.* cum aliis per *Simon. de Prat. de interpretat ultimar. volunt. lib. 3. fol. mihi 363. n. 4.*

Unde nos jure meritò condemnavimus DD. Reos conventos ad relaxandum dimidiam bonorum, de quibus agitur, hoc est hæreditatis dictæ Testatricis, juxtà liquidationem faciendam; siquidem in præsenti judicio nullo modo fuit tractatum, & per nos minus cognitum, quæ, & qualia sint bona hæreditaria Testatricis, sed hoc reliquimus prorsus intactum in executione discutiendum, & solùm de juris articulis fuit per nos cognitum,

Dominicus Gualandus Rotæ Prætor.
Alexander Zilocchius.
Horatius Spannocchius. Pompejus Cantarinus.
Aloysius Soltia. Michael de Lavagna.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Trebellianica, an, & in quibus casibus detrahi possit ex fideicommisso particulari. In hoc Sereniss. Dominio filiis primi gradus prohiberi nequit, & quomodo impediri possit detractio tam Trebellianicæ, quam Falcidiæ; & de earum calculatione.

SUMMARIUM.

1 *TRebellianica detrahi non potest ab hærede gravato fideicommisso particulari, & de ratione.*
2 *Limita si fideicommissum particulare maximam, & meliorem partem patrimonii absorbeat.*
3 *Vel si hæres gravatus restituere, fuisset institutus in dimidia, vel alia quota hæreditatis.*
4 *Intellige, dummodo datus non fuerit hæres universalis, nam tunc hæres in quota pro legatario habetur.*
5 *Trebellianica detrahitur à fideicommisso particulari in subsidium, & quando ex aliis bonis consequi non potest.*
Alia tamen extare semper præsumuntur, donec contrarium probetur.
7 *Fortius detrahitur, si eadem persona vocata sint ad fideicommissum particulare, & universale.*
8 *Item detrahitur ex fideicommisso particulari si hoc modo conventum fuerit inter partes.*
9 *Item ex legatis, quando tam legatu, quam fideicommissum sunt purè relicta, vel quando utraque conditionaliter.*
10 *Intellige si ab eadem conditione dependeant, quæ eodem tempore purificetur, secus si à diversa, & prius purificaretur illa legati.*
11 *Vel legatum, seu fideicommissum particulare esset purum, universale vero conditionale.*
12 *Contrarium qui velint remissivè.*
13 *Quid si fideicommissum universale partim esset purum, & partim conditionale, legatum vero, seu fideicommissum particulare esset purum.*
14 *Detrahitur ex fideicommisso particulari in locis, in quibus ex consuetudine prohiberi non potest filiis primi gradus, & de ratione.*
15 *Declara hanc opinionem procedere, constito de fraude patris ordinantis fideicommissum particulare ad effectum privandi filium Trebellianica, aliàs secus.*
16 *Detrahitur integrè à bonis fideicommisso universali subjectis, habito etiam respectu ad legatum particulare.*
17 *Trebellianica quod non possit prohiberi filiis primi gradus receptum est in hoc Sereniss. Dominio.*
18 *Limita in nepotibus, vel aliis ulterioris gradus, etiamsi primum gradum successionis obtineant.*
19 *Consuetudo hæc loquens de Trebellianica habet locum etiam in Falcidia. & de ratione n. seq.*
20 *Trebellianica, & Falcidia in jure parificantur, & dispositum in una dicitur quoque dispositum in altera.*
21 *Prohiberi utraque potest adhibitâ cautelâ* Soccini.
22 *Et ad hunc effectum sufficit aditio hæreditatis, & approbatio testamenti facta à filio.*
23 *Contra, quod simplex agnitio relicti non sufficiat.*
24 *Et prima opinio procedere potest, ubi testator Trebellianicam prohibere valet, aliàs secus.*
25 *Amplia etiamsi servata non fuerit cautela* Soccini, *si hæres præsens testamento illud acceptaverit.*
26 *Subamplia, ut sufficiat acceptatio testamenti cum scientia prohibitionis, nec requiratur specifica approbatio oneris.*
27 *Legitima, & Trebellianica ambæ detractæ dimidium hæreditatis absorbent, si filii sint quatuor, vel in minori numero.*
28 *Ascendunt ad septem uncias cum dimidia, si filii sunt ultra quatuor.*
29 *Referuntur, & rejiciuntur contrarium tenentes hoc casu pro semisse.*

In hac causa super articulo tam hujus, quam duarum præcedentium decisionum scripsit, & obtinuit *Ger. Spin. cons. 89. & 90.*

Ad num. 11. & seqq.

TRebellianica detrahi non potest ab hærede grava- 1
to fideicommisso particulari, sed solùm universali, cum illa sit quarta hæreditatis, seu ejus, quod per fideicommissum universale restituitur *l. mulier §. fin. l. ita tamen. & l. cogi §. sed etsi miles ff. ad Senat. Consult. Trebell. Altograd. cons. 69. ex n. 90. lib. 2. Peregrin. de fideicommiss. artic 3. n. 11 & 13 versic Trebellianica. Ciarlin. controv. 206. n. 36. Mel. observ forens. 143. n. 12* & post plures, quos refert *Bonden. collect. 41. n. 27. lib 1. & in nova appendic. ad dict. consult. impress. post miscellan. Juridic. tom. 27. fol. 272. Mans. consult. 186. n. 12. Gob. consult. 121. n 32. tom. 1. Camarel. de legat lib. 12. fol. 726 n 5. Balduct. decis. & res judicat. tit. 3. de legat. & fideicommiss. decis. 41. n. 1. & seqq. Rot. Lucen. apud Censal. decis. 42 n. 14. & apud Palm. Nep. decis. 301 n 30 Rot. Senen. apud Mart. Medic. decis. 11. n. 31. Rot Florentina apud Magon. decis. 35. n. 3. & apud Palm. Nep. decis. 485. n. 18. & 21.*

Rot,

Rot. Rom. coram Duran. decis. 39. n. 4. Ubald. decis. 223. n. 1. & seqq. Bich. decis. 559. n. 8. & seqq. & decis. 608. n. 15. Emerix Jun. decis. 1233. n. 4. Caprar. decis. 603. sub n. 8. & decis. 628. sub n. 6. in recent. decis. 182. n. 2. part. 2. decis. 171. n. 10. & 11. part. 6. decis. 12. n. 40. part. 10. decis. 416. n. 11. part. 13. & decis. 489. n. 23. & 33. par. 18. & apud Urceol. in appendic. ad consult. 50. decis. 1. §. non obstat, & in Romana Immissionis super reservatis 3. Martii 1704. §. inspecta coram bo. me. Mata.

2 Hoc tamen non procedit quando fideicommissum particulare maximam, & meliorem partem patrimonii absorbet, nam tunc etiam ex particulari fideicommisso illa detrahi potest *Gravett. consil. 19. n. 15. & consil. 186. in princip. Ruin. consil. 116. sub n. 8. lib. 2. Mel. observ. 144. n. 31. Sabell. resol. 33. n. 27. Caball. resol. crimin. 286. n. 78. Bonden. in nova appendic. ad d. collect. lib. 1. n. 27. versic. nisi tamen fol. 272. impress. post miscellan. Juridic. Mart. Medic. dict. decis. 11. n. 5. & seqq. Rot. Florent. apud Magon. decis. 16. n. 51. Rot. Rom. coram Emerix Jun. decis. 1233. n. 5.*

3 Vel si hæres gravatus restituere fuisset institutus in dimidia, vel alia quota hæreditatis; a tali enim quota detrahi posse Trebellianicam per text. in *l. liberto §. filiam ff. de annu. legat. & in §. quæ autem diximus Instit. de fideicom. hæredit.* tradunt *Peregrin. de fideicommis. dict. artic. 3. n. 21. Bonden. dict. collect. legat. 41. n. 57. lib. 1. & in nova appendic. ad dict. collect. n. 27. in fin. versic. & dicebatur, impress. post miscellan. Juridic. fol. 272. Mel. dict. observ. 144. n. 32. Molin. de Primogenit. lib. 1. cap. 17. n. 22. versic. quamvis contrarium. Merlin de legitim. lib. 1. tit. 3. quæst. 1. n. 15. Mangil. de imput. quæst. 1. num. 27. Camarel. de legat. lib. 12. fol. mihi 726. n. 5.*

4 Verùm hæc conclusio procedit, & amplecti debet, quandò honorato particulari fideicommisso non fuit datus hæres universalis, nam quando iste datus fuit, tunc hæres in quota pro legatario habetur, & Trebellianicam non detrahit, ut prosequitur *Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 17. n. 32. Balduc. decis. & rer. judicat. tit. 3. de legat. & fideicommis. dict. decis. 41. n. 1. & seqq.* aliique mox relati, & conferunt deducta in præsenti nostra decisione *n. 12. & seqq.*

5 Sic etiam detrahi poterit Trebellianica a fideicommisso particulari in subsidium, quoties scilicet illa ex aliis bonis hæreditariis consequi non possit *Castrens. cons. 247. n. 4. versic sed quando lib. 1. Ruin. cons. 17. n. 10. versic. non tamen lib. 1. Peregrin. de fideicommis. art. 4. sub num. 34. versic. tertio quia in fin. Fusar. de substit. quæst. 693. n. 23. de Luc. de fideicommis. disc. 128. n. 7. Bonden. in nova appendic. ad lib. 1. collect. append. ad collect. 41. sub n. 27. versic. ac itidem ipsa conclusio, impress. post miscellan. Juridic. fol. mihi 272. col. 1. Rot. in recent. decis. 12. n. 37. part. 10. & decis. 489. n. 23. par. 18.* ubi post plures alios allegatos subdit, quod alia
6 bona semper extare præsumuntur, donec contrarium probetur, *& coram Buratt. decis. 693. n. 21. Emerix*
7 *Jun. decis. 1233. n. 6. & 7.* ubi quod hoc eo magis procedit, si eædem personæ sint vocatæ ad fideicommissum
8 particulare, & universale. *Caprar. decis. 603. n. 9. decis. 628. n. 7. & 8.* ubi quod ex fideicommisso particulari detrahi etiam potest Trebellianica, si hoc modo conventum fuit inter Partes.

9 Detrahi pariter poterit Trebellianica ex legatis, quando tam legata, quam fideicommissum sunt purè relicta, sicut quando utrumque conditionaliter relictum est *Bart. in l. Marcellus 3. §. item Pomponius sub n. 1. versic. sed si esset fideicommissum universale, & in l. ita tamen 27. §. hæres ex asse in fin. versic. quandoque fideicommissum est purum, & legata purè ff. ad leg. falc. Peregrin. de fideicommis. art. 4. n. 38. Camarel. de legat. lib. 15. tit. de tertio capite sub n. 4. versic. primus est fol. 823. Fachin. controv. 8. §. respondeo adhibendam esse distinctionem lib. 5. Gob. consult. 80. sub n. 27. & 28. tom. 1.*

Dummodo tamen utrumque dependeat ab eadem conditione, quæ eodem tempore purificetur; secus si a diversa conditione, & quæ purificetur diverso tempore, nam si prius purificatur illa legati, tunc habetur, ac si legatum esset purum, & fideicommissum conditionale, quo casu Trebellianica a legato non detrahitur, ut prosequitur *Peregrin. de fideicommis. artic. 4. sub n. 38. versic. cum autem fideicommissum*, & 10
quod quando legatum, seu fideicommissum particulare est purum, universale vero est conditionale, Trebellianica non detrahitur a legato, seu fideicommisso particulari, est theorica *Bart. in l. Marcellus 3. §. item Pomponius n. 1. vers. quæro quid si testator ff. ad Trebell. l. ita 27. §. hæres ex asse propè fin. vers. quandoque totum fideicommissum ff. eodem. Peregrin. de fideicommis. artic. 4. n. 40. Camarel. de legat. lib. 15. tit. de tertio capite n. 3. & sub n. 4. versic. secundus casus est fol. 823. Gob. consult. 80. n. 28. tom. 1.* 11

Quamvis hanc theoricam *Bartol.* latè, & doctè impugnet *Fachin. controv. Jur. lib. 5. cap. 8. §. quarta conclusio, & seqq. usque ad fin.* ubi alios citat, & contraria respondet. 12

Sed quid dicendum, quando fideicommissum universale partim est purum, & partim conditionale; legatum verò, seu fideicommissum particulare est purum? Isto casu respondere, & judicare poteris licitam esse detractionem Trebellianicæ a legato, seu fideicommisso particulari, textus est in *dict. l. ita tamen 27. §. hæres ex asse ff. ad Trebell.* ubi fideicommissum partim erat purum, & partim conditionale, ibique *Bartol. n. 2. in fin. versic. quandoque fideicommissum est pro parte purum, & pro parte conditionale, & in d. l. Marcellus 3. §. item Pomponius n. 1. versic. sed si esset fideicommissum ff. eodem. Peregrin. de fideicom. artic. 4. n. 39. Fachin. dict. controv. 8. §. secundo moveor ex l. ita tamen lib. 5. Camarel. de legat. lib. 15. dict. tit. de tertio capite sub n. 4. versic. tertius casus est fol. 823.* 13

In locis etiam, in quibus viget consuetudo, quod Trebellianica prohiberi non valeat filiis primi gradus, illa detrahi posset ex fideicommisso particulari, quia aliàs pater, in cujus potestate est fideicommissum particulare condere, istud ordinando, posset fraudare legem, & per indirectum filiis primi gradus Trebellianicam adimere, ut decisum fuisse in Senatu Mantuano, refert *Bonden. in nova appendic. ad collect. lib. 1. collect. 41. sub n. 27. versic. in eadem causa fuit impress. post miscellan. Juridic. fol. mihi 272. col. 2. in princ.* 14

Hanc tamen limitationem dumtaxat recipiendam esse crederem casu, quo constaret de fraude, & de ordinatione fideicommissi particularis, quæ unicè tenderet ad effectum privandi filium Trebellianica, eamque per indirectum prohibendi, ut in subjecta materia *Baccaser. respons. 47. num. 7. & seqq.* Nullo autem modo veram arbitror in casibus superiùs recensitis, & in aliis, in quibus Trebellianica ex fideicommisso particulari detrahi potest, vel ex aliis bonis hæreditariis; in his quippe terminis, sicut nulla considerari potest fraus, ita nec admitti potest limitatio regulæ in fraude fundata.

Sed adverte, quod in casibus, in quibus Trebellianica non detrahitur a fideicommisso particulari, illam pro hac rata non amittit hæres gravatus, qui potest integram Trebellianicam detrahere a bonis fideicommisso universali subjectis, habito etiam respectu ad legatum particulare *Altograd. dict. consil. 69. n. 91. & seqq. lib. 2. Rot. apud Urceol. in addit. ad consult. 50. dict. decis. 2. §. non obstat.* 16

Ad num. 16.

Quod in hoc Sereniss. Dominio sit recepta opinio Trebellianicam prohiberi non posse filiis primi gradus, firmant auctoritates plenâ manu relatæ *in Florentina Fideicommissi 9. Septemb. 1719. artic. 2. n. 73. tuam me in 3. volumine mearum decisionum imprimend.* 17

ibi-

ibique adducuntur, & reprobantur contrarii.

18 Hæc tamen consuetudo Rotæ, & Curiæ Florentinæ, quod prohiberi non possit Trebellianica filiis primi gradus, tamquam inducta favore filiorum, eos non egreditur, nec extenditur ad nepotes, vel alios ulterioris gradus, quamvis filii præmortui sint, & nepotes superstites primum gradum successionis obtineant, ut firmant *Gabriel consil.* 124. *n.*41. *lib* 1. *Barsatt. consil* 381. *n.*3. *lib* 4. *Surd. consil.* 77. *n.* 4. *Cyriac. controv.* 11. *n.* 13. *Rustic.* olim Rotæ Florentinæ Auditor ad *l. cum avus lib.* 6. *cap.* 18. *n.* 12. *Peregrin. de fideicommis. artic.*4. *n.*117. *Mart. de success. legal. par* 4. *quæst.* 28. *artic.* 5. *n.* 16. *& vot.* 113. *n.*19. *Mart. Medic. in addit. ad examinat.* 4. *n.* 2. *& seqq. Rot. Florent. apud Ascarif. decis.* 98. *n.* 16. *& seqq.*

19 Strenuè disputatum fuit unâ vice, an consuetudo hæc loquens de Trebellianica habeat locum etiam in Falcidia, & me relatore *in Causa Durazzini, e del Sera* post longam discussionem articuli, scribentibus hinc inde Advocatis, resolutum fuit affirmativè sub die 21. Augusti 1716. qua transmissa fuit relatio Magistratui Supremo, judicantibus unà mecum DD. Audi-
20 toribus Francisco Antonio Bonfinio, & Octavio Piccinini, quia cum Trebellianica, & Falcidia in jure parificentur, adeout dispositum in una dicatur quoque dispositum in altera, sicut filiis primi gradus prohiberi non potest Trebellianica, ita quoque prohiberi non potest Falcidia, ut tradunt *Loderch. consil.* 26. *n.*18. *Paris. consil.* 43. *n.* 26. *lib.* 3. *Peregrin. consil* 59. *n.* 12. *lib.* 2. *& de fideicommis. artic* 3. *n.* 93. *& n.*109. *& seqq. Mangil. de imput. quæst.* 113. *n.* 23. *Monet. de commut. ultim. volunt. cap.* 9. *n.* 347. & in præcisis terminis consuetudinis Civitatis Florentiæ DD. Tres Rotæ Florentinæ Auditores *die* 17. *Junii* 1588. *lib. Motiv.* 64. *fol.* 248. §. *non obstat* ibi -- *Sed in hac Rota, & Civitate approbata est illa opinio, quod Trebellianica filiis primi gradus prohiberi non possit, ut in pluribus Motivis per D. Informantem pro Magnifico D. Sebastiano allegatis manifestè apparet, dicendum est, quod cum non possit prohiberi Trebellianica, & in ea fructus non imputentur d. l. jubemus, ita etiam non possit prohiberi Falcidia, & in ea fructus non imputentur per prædicta.*

21 Potest tamen testator Trebellianicam, & Falcidiam prohibere, si adhibeat cautelam *Soccin. Jun. in consil.* 122. *n.* 9. *lib.* 1. Si enim cautela hæc est sufficiens, ut filiis prohiberi possit legitima, multo magis dicen-
22 dum est sufficientem esse pro prohibitione Trebellianicæ, & Falcidiæ, & ad hunc effectum sufficere aditionem hæreditatis, & approbationem testamenti factam a filio tradunt *Mart. de success. legal. part.*4. *dict. quæst.* 28. *art.* 5. *n.*17. *Ricciardel. lyce. Ecclesiast. cap.*16. §. 3. *sect.*18. *n.*3. *&* 7. optimè *Palm. Nep.* in terminis consuetudinis Mantuanæ vetantis prohibitionem Trebellianicæ filiis primi gradus *decis.* 302. *n.* 12. ubi plures alios citat.

23 Sed quod non sufficiat ad hunc effectum simplex agnitio relicti, & simplex approbatio testamenti ex pluribus auctoritatibus probat *Mart. consil.* 45. *n.* 31. *& seqq.* ubi reprobat scripta ab eo *vot.* 113. *n.* 20. *& consil.* 182. *num* 40. *& seqq.* præsens decisio *num.* 17. & apud *Magon. decis. Florent.* 33. *n.* 7. *versic. contrarium tamen. Mart. Medic. decis. Senen.* 11. *n.*10.

24 Et dicta a DD contrarium tenentibus vera esse possunt in locis, in quibus testator potest Trebellianicam prohibere, sed recipienda non sunt in aliis locis, in quibus contraria viget consuetudo. Et ea, quæ scripsit *Palma* tanquam Advocatus in *dict. decis.* 302. attendi non merentur, cum in contrarium stent judicata Tribunalium.

25 Valida etiam, & subsistens esset prohibitio Trebellianicæ, si testator illam expressè in testamento ordinaverit, & hæres fideicommisso gravatus fuerit præsens testamento, illud acceptaverit, & patri gratias egerit, quamvis servata non fuerit cautela *Soccini*, ut in fortioribus terminis prohibitionis legitimæ plenè, & magistraliter *Rota in Romana, seu Terracinen. Immissionis super reservatis* 11. *Junii* 1723. §. *motivum siquidem, & seqq. & per tot. &* §. *minusque*, ubi quod satis est acceptatio testamenti cum scientia pro- 26
hibitionis, nec requiritur specifica, & individualis approbatio oneris *coram Eminentiss. D. meo Cardinali Falconerio*, confirmata *die* 11. *Martii* 1726. *&* 24 *Januarii* 1727. §. *consistunt, & seqq. coram R. P. D. Calcagnino*, ubi plenè, ibique etiam declarantur auctoritates contrariæ. Prout non urget *decis* 27. infra imprimenda *n.* 48. *& seqq.* quia ibi hoc dicitur in objecto, & talis articulus non examinatur.

Legitima, & Trebellianica, quando utraque detrahitur, dimidiam hæreditatis absorbent, si filii sint quatuor, vel minori numero *Socc. respons.* 178. *n.* 4. *Cyriac. controv.* 389. *n.* 14 *Amat. resol.* 39. *num.* 169. *Posth. resol.* 63. *n.* 34. *Franc. Palm consult* 3. *n.* 30. *& consult.* 61. *n.*8. *Urceol consult.* 6. *n.* 25. *Sabell. resol* 33. *n.* 13. *Capiald. consult.* 126. *n.* 2. *Gratian. discept.* 694. *n.* 18. *Adeodat. resol.* 104. *n.* 14. *Grave. ad Gaill. conclus.* 121. *considerat.* 1. *n.* 2 *tom.* 2. *Magon. decis Florent.* 92. *n.* 19. *Censal. decis. Lucen.* 28. *n.* 23. *Belmont. decis.* 42. *n.* 22. *Rot. Marchiæ apud Gratian. decis.* 112. *num.* 3. *Raudent. decis. Pisau.* 22. *n.* 15. *Thor. compend. decis. verb. filius institutus fol* 233 *col* 2 *part.* 1. *Rot. post Merlin. de legitim. dec* 312. *n.* 3. *& dec.* 715. *n.* 3. *Coccin. dec.* 1207 *n.* 1. *Priol. dec.* 392. *n.* 9. *& dec.* 399. *n.* 6 *Emerix Jun. dec.* 836. *n.* 1. *Caprar. decis.* 78 *n.*23. *& dec.* 200. *n* 1. *apud Mans consult.* 153. *n* 33. *apud Paulut. post dict. dissert.* 40. *decis unic. n* 25. *in recent. decis.* 634. *n.* 2. *part.* 19 *in Romana prætensa Immissionis* 28. *Aprilis* 1702 §. *ulterius, coram Muto.* 27

Si vero filii sint ultra quatuor, legitima, & Trebellianica, quando ambæ sunt detrahendæ, ascendunt ad septem uncias cum dimidia *Fab. de Anna consil.* 25. *n.* 34 *Spad. consil* 173. *sub n.* 144. *versic. & licet etiam lib.* 3 *Caball. consil. decis.* 28. *per tot. lib.* 2. *Bonden. collect.* 42 *n.* 46. *tom.* 1 *Sabell. resol.* 33. *num.* 31. *Fachin. controv. lib.* 3. *cap* 3. *Grave. ad Gaill. conclus.* 121. *considerat.* 1. *n.* 3. *tom.* 2 *Merlin. de legitim. lib* 1. *tit.* 3. *quæst.* 1. *n.* 12. *Gamarell. de legat. lib.* 12. *cap.* 1. *illat.* 14. *n.* 17. *fol.* 727. *Carval. de utraq. quart. part.* 1. *n.*104. *& seqq. Gratian. decis. March.* 112. *in addit. n.* 1. *Mart. Medic. dec. Senen.* 11. *n.* 9. *examinat.* 29. *sub n.*23. *& in addit. n.* 1. *Franc. March. decis. Delphin.* 432. *n.* 1. *& per tot. part* 1. *Hodiern. ad Surd. decis.* 251. *n.* 2. *Christin. decis. Belgic.* 245. *&* 315. *lib.* 1. *Thesaur. dec* 252. *Rot. coram Emerix dec.* 687 *n.* 4. *in recent. decis.* 141. *n.* 5. *part.* 16. *decis.* 178. *n.* 7. *&* 8. *part.* 17. *& in Interamnen. Fideicommissi* 26. *Junii* 1697. § *vulgat. &* 4. *Julii* 1698. §. *detractionem coram Pio.* 28

Quidquid contrarium, quod nempè solum ascendant ad semissem, dixerint *Molin. de primogenit. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 8. *Faber de error. pragmatic. decad* 11. *error.* 5. *n.* 5 *Cirocch. discept.* 9. *sub n* 22. *versic. ultra quod. Negusant. in Sylva responsor. quæst* 45. *n.* 4. *Crivell. decis. Dolan* 107 *n.* 10. 29

FLORENTINA
Fideicommissi

31. *Januarii* 1600. *Ex lib. Motiv.* 83. *a c.* 564.

ARGUMENTUM.

Prohibitio alienationis aliàs per se valida, additâ clausulâ *quia voluit, &c.* inducit fideicommissum, etiam in casu mortis, nisi stet accessoriè, sed principaliter, & quando dicatur stare principaliter, non accessoriè. In fideicommisso relicto familiæ non veniunt fœminæ, stante Statuto exclusivo fœminarum.

SUM-

SUMMARIUM.

1 F*Acti series.*
2 *Probibitio alienationis cum clausula* quia voluit, &c. *inducit perpetuum fideicommissum etiam in casu mortis.*
3 *Idemque operatur dicta clausula de per se absque probibitione alienationis.*
4 *Et absque dubio, quando pracedens probibitio est de per se valida, & efficax.*
5 *Probibitio dicitur de per se valida, & efficax, quando est facta favore baredum, & descendentium.*
Et dicitur facta favore baredum, & descendentium, stante clausula nisi unus alteri inter eos, *ibidem.*
An sit valida attenditur, non vero an sit concepta cum verbis extra familiam, *vel aquipollentibus n. 7.*
6 *In fideicommisso ordinato ad favorem familia admittuntur proximiores.*
8 *Probibitio cum verbis* nisi unus alteri, *non inducit fideicommissum perpetuum.*
9 *Sed bac opinio reprobatur.*
10 *Probibitio accessoria substitutioni pracedenti cum ipsa extinguitur.*
11 *Non dicitur tamen accessoria, quando posita est in capitulis diversis, & separatis.*
12 *Et respicit rem particularem, substitutiones vero pracedentes omnia bona testatoris.*
13 *Fideicommissum pracedens universale non derogat secundo particulari.*
14 *Verba* filiis, nepotibus, & eorum descendantibus in perpetuum *nullam patiuntur restrictionem ad personas, vel gradus, & n. 17.*
15 *In dubio, stante clausula* quia voluit, *probibitio non censetur accessoria.*
16 *Nisi in ipsa clausula adsint verba relativa ad pracedentes substitutiones.*
18 *Facta probibitione favore certa persona, ea extincta, cessat onus fideicommissi.*
19 Dec. consil. 636. *ali loquens contra communem reprobatur.*
20 *Appellatione familia veniunt etiam famina.*
21 *Maximè si testator in pracedentibus substitutionibus eas non abborruerit.*
22 *Limita stante Statuto exclusivo fœminarum, cui testator se conformasse prasumitur.*
23 *In fideicommissis testator non considerat successionem baredis, sed suam.*
24 *An sit attendenda proximitas gravati, vel gravantis, & n. 25.*
26 *Gravantis attenditur, si testator per relativum* ejus *ad se ipsum verba direxit.*
27 *In fideicommissa agnatitio famina agnata non succedunt.*
28 *Et de ratione.*
29 *Attenta prasertim notoria consuetudine, quod loquens de familia, de masculis tantum loqui censeatur.*
30 *Fortius si familia sit substituta post mortem filiarum testatoris.*
Limita stantibus conjecturis, n. 33.
31 *Probibita alienatione extra familiam, bona in fœminas de familia alienari possunt.*
32 *Intellige quando adest simplex probibitio, secus si ulterius adsit ratio* quia voluit, &c.
34 *A vocatione ad fideicommissum universale non rectè infertur ad alteram fideicommissi particularis.*
35 *Erga propriam domum testator particularem affectionem babuisse prasumitur.*
36 *Fœmina ad fideicommissum relictum familia, quatenus sint vocata, id intelligitur masculis etiam remotioribus non extantibus.*

DECISIO VII.

In Causa Cornacchini, e Mannucci.

FRanciscus de Cornacchinis sub die 10 Maii 1520. 1
suum ultimum condidit testamentum, in eoque institutis, ac substitutis invicem Antonio, & Dominico ejus filiis, disposuit, ut casu quo iidem ejus filii decederent sine filiis masculis, & filii masculi nati, & nascituri ex eis, & quilibet eorum, morerentur sine filiis masculis, & fœminis, tunc, & eo casu eisdem substituit omnes filias fœminas legitimas, & naturales dicti Dominici, & Antonii durante earum vitâ tantùm, quibus sanè filiabus vitâ functis substituit filias ipsiusmet testatoris, earum pariter vitâ durante, & non ultrà, ipsisque itidem mortuis substituit familiam, & cippum domus ipsius testatoris. Hisque sic dispositis prohibuit dictis suis heredibus, & eorum descendentibus, & successoribus, & cuilibet eorum in perpetuum alienationem, venditionem, donationem, seu ad longum tempus locationem, & concessionem domus ipsius testatoris, quam noluit posse vendi, alienari, locari, & in ea succedi, nisi unus alteri inter eos, quia voluit domum ipsam permanere in ejus familia, & cippo domus, ac familiæ ipsius testatoris, successivèque omnia, quæ in contrarium fierent, declaravit nulla, ac invalida.

Obiit testator, filiique hæreditatem paternam adiere, semperque in communione permansere, ex Antonio autem orti fuerunt Jo: Baptista, & Benedictus; ex Jo: Baptista Ser Dominicus, & Antonius hodie agentes; ex Dominico verò altero filio testatoris ortus fuit Julianus, & ex eo Cassandra, Magdalena, & Lucretia, ex qua quidam Lucretia, & Alexandro Petri de Mannuccis ejus viro prodiere in lucem Petrus, & Julianus rei conventi.

Mortuo Juliano Ser Dominicus, & Antonius fratres prætendentes domum prædictam, quæ perpetuo conservari debet in cippo familiæ de Cornacchinis, in vim memoratæ prohibitionis alienationis cum clausula *quia voluit, &c.* ad ipsos spectare, judicium instituere contra DD. de Mannuccis ejusdem domus possessores. Et cum contrariæ per Judices, qui ante nos judicaverunt, prolatæ fuissent sententiæ; Nos in tertia instantia censuimus primam latam juxtà petita confirmandam fuisse; Partes tamen ob probabilia juris dubia ab expensis absolventes.

Movit nos potissimùm, quia, omissa discussione, an & quatenus se extendat fideicommissum universale inductum per testatorem post institutionem universalem, quia de eo nunc non agitur, inexpugnabile visum est fundamentum, quod per actores constituebatur super fideicommisso particulari memoratæ domus in ea parte testamenti inducto, in qua testator post prohibitam hæredibus, & eorum descendentibus alienationem ipsius domus, inquit se hoc ideo facere, *quia voluit eam permanere in ejus familia, &c.*
Inde enim constat resultare perpetuum, atque abso- 2
lutum fideicommissum tam in casum alienationis, quã in casum mortis *l. filiusfamilias §. cum pater ff. de legat.* 1. *l. unum ex familia § sed & fundum ff. de legat.* 2. cla. e *Cuman. in l. cum ita §. in fideicommisso n. 4. ff. eodem etc. Soccin. in l. Gallus §. quidam rectè ante n.* 10. *versic. sed ubi testator ff. de liber. & postbum. in l. si cognatis n.* 16. *ff. de reb. dub. & in l. qui Roma §. cobaeredes n.* 19. ibique etiam *Aretin. ff. de verbor. obligat.* idem *Soccin. cons.* 249. *n.* 56. *lib.* 2. *& cons.* 23. *n.* 7 *lib.* 3. *Dec. cons.* 23. *n.* 3. *& cons.* 38. *n.* 2. *Gozadin. cons.* 102. *num.* 10. *vers. non obstat. Curt. Jun. consil.* 22. *n.* 19. *cons.* 145. *n.* 9. *&* 10. *& cons.* 161. *n.* 8. *Rain. cons.* 92. *n.* 8. *cons.* 127. *n.* 29. *lib.* 2. *& cons.* 164. *n.* 9. *lib.* 3. *Berò. cons.* 176. *n.* 56. *lib.* 2. *Aym. cons.* 113. *n.* 5. *Alb. consil.*

sil. 54. n. 8. Soccin Jun. conf. 168. n. 78. lib. 11. & con-
sil. 140. lib. 3. Alciat. conf 30. *n.* 12. *& conf.* 102. *n.* 4.
lib. 9 *Rob. Alexandrin. cons.* 1. *post n.* 8. *Cephal. con-*
sil. 134. *n.* 29. *conf.* 478. *n.* 34. *& seqq. & conf* 486. *n.* 4.
Roland. conf. 23. *n.* 21. *lib* 4. *Decian. conf.* 3. *n.* 98. *&* 99.
& conf. 50. *n.* 10. *lib.* 1. *Menoch. conf* 85. *n.* 54. *& con-*
sil. 397. *n.* 6. *cum seqq. Crass. in §. fideicommissum quæst.* 5.
n. 6. ubi de communi. *Surd. conf.* 67. *n.* 9. 16. *& seqq.*
conf. 96. *n.* 13. *Petr. de fideicomm. quæst* 5. *num.* 42. *&*
quæst. 11. *n.* 524. *Bertaz. conf.* 6. *n.* 8. *Eugen. conf.* 81.
per tot. Itè *Simon de Prat. lib.* 3. *dub.* 1. *solut.* 10. *n.* 8.
fol. 183. *Gabr. de fideicom. conclus.* 9. *n.* 9. Et quidem si
3 dicta clausula *quia voluit, &c.* inducit fideicommissum,
quando per se sola prolata est a testatore, ut in iis
terminis loquuntur plerique ex jam allegatis, multò
magis id operari debet, quando simul concurrit pro-
hibitio alienationis, ut per *Curt. Jun. d. conf.* 22. *n* 19.

4 Id quod est receptissimum, quando præcedens alie-
nationis prohibitio non nuda est, sed valida, & effi-
cax, tunc enim clausula illa per modum rationis ex-
pressa, ut bona permaneant in familia, purum pro-
culdubio, atque absolutum inducit fideicommis-
sum, juxtà distinctionem *Soccin. in d. l. si cognatis sub*
n. 18. *ff. de reb. dub. in conf.* 43. *sub n.* 5. *vers. circa se-*
cundum lib. 3. *& inter conf. Cur. Sen. conf.* 40. *col. penult.*
& fin. Curt. Jun. conf. 20. *n.* 18. *&* 20. ubi de communi
conf. 116. *sub n.* 6. *& conf.* 161. *n.* 8. *Ruin. consil.* 208.
n. 17. *lib.* 1. *conf.* 110. *n.* 7. *&* 8. *& conf.* 134. *n.* 16. *lib.* 2.
Soccin. Jun. conf. 140. *n.* 7. *lib.* 3. *Alb. conf.* 54. *n.* 1. *&*
conf. 200. *n.* 2. *Cephal conf.* 153. *n.* 53. *lib.* 2. *Roland.*
d. conf. 23. *n.* 14. *& seqq. lib.* 4. innumeros recenset
Menoch. conf. 197 *n.* 60. *& seq. lib.* 2. *& conf.* 307. *n.* 95.
lib. 4. *Gabr. de fideicomm. conclus.* 9. *n.* 37. *Ossasch. decis.* 50.
aliàs 49. *n.* 14. *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 14.
sub n. 64. *vers. quod igitur ad propositum. Surd. d. con-*
sil. 67. *n.* 38. *Simon de Prat. d. solut.* 10. *n* 8. *Petr. dict.*
quæst. 5. *n.* 28. *& d. quæst* 11 *n.* 572. *Peregrin. de fidei-*
com. art. 14. *n.* 16. Atqui hoc in casu prohibitio præ-
cedens per se erat valida, ex quo testator prohibuit
hæredibus, & eorum descendentibus alienationem
non simpliciter, sed cum adjectione illorum verbo-
rum *nisi unus alteri inter eos*, quod idem importat,
ac si prohibuisset alienationem extra ipsosmet hære-
des, & eorum descendentes, quo casu, quia constat
5 favore ipsorum hæredum, & descendentium factam
esse prohibitionem, non dicitur nuda, sed efficax, &
valida, ut declarat *Soccin. in d. l. qui Romæ §. cohæredes*
ante num. 13. *ff. de verbor. obligat.* & tradit in puncto
Ruin. conf. 127. *n.* 13. *vers. ideò valuit prohibitio lib.* 2.
Alb. d. conf. 54. *n.* 2. *vers. accedat tertio, & Peregrin.*
d. art. 14. *n.* 3. consequens ergo est, ut respectu hujus
domus inductum sit inter omnes de familia testatoris
perpetuum, atque absolutum fideicommissum. &
quod successivè mortuo Juliano sine filiis masculis
6 admitti debeant actores, tamquam proximiores de
familia, juxtà text. in *d. l cum ita §. in fideicommisso,*
& in l peto §. fratre ff. de legat. 2. *l. cum pater §. liber-*
tis ff. de legat. 3. *& in l. fin. C. de verb. significat.*

7 Nec facienda est vis, an testator in concipienda
prohibitione præcisè usus fuerit verbis *extra fami-*
liam, vel æquipollentibus, cum DD. non faciant vim
in verbis, sed in eo dumtaxat, an prohibitio valida
præcedat, nec ne, ut patet signanter ex traditis per
Gabr. d. conclus. 9. *n.* 41. *Simon de Prat. d. solut.* 10. *n.* 8.
Petr. d. quæst. 11. *n.* 572. *& Peregrin. d. art.* 14. *n.* 3.

8 Prout nec resistit quod deducebatur *ex Ruin. in con-*
sil. 127. *n.* 13. *& seqq. lib.* 1. *Ossasc. decis.* 49. *n.* 12. *&*
Petr. d. quæst. 5. *n.* 39. *&* 101. inferendo ex verbis *nisi*
unus alteri non posse dici inductum fideicommissum
absolutum in casum mortis, sed in casum alienationis
extra familiam tantùm, siquidem præterquamquod
Ruin. sibi parum constans respondit *in conf.* 128. *n.* 12.
& 12. *lib.* 1, fideicommissum simplex, & absolutum
resultare ex prohibitione alienandi, nisi inter se ipsos,
& *Ossasc. d. decis.* 49. *n.* 14. approbat distinctionem su-
prà relatam, quam magis communem dixit *Alb. dict.*
conf. 54. *in princ.* & post alios *Mantic. lib.* 6. *tit.* 14. *ante*
n. 25. *vers. aut verò præcedit*: falsum est etiam *Ruin.* di- 9
ctum, & contra eum stat communis sententia, ut latè
ostendunt *Menoch. conf.* 197. *n.* 32. *lib.* 2 *& Surd. con-*
sil. 96. *n.* 12. *& seqq. lib.* 1 ad quos recurrendum est,
cum articulum plenè discutiant.

Non etiam obstat, quod dicebatur prohibitionem 10
ut accessoriè adjectam post plures explicitas substitu-
tiones, unà cum ipsis extinctam esse, ex quo actores
in præcedentibus substitutionibus non reperiuntur
hoc casu substituti *Alex. consil.* 59. *lib.* 3. *Soccin. con-*
sil. 53. *num.* 11. *lib.* 1. *Dec. consil.* 636. negatur enim
prohibitionem in proposito accessoriam esse ad præ-
cedens fideicommissum, cum imò stet principaliter,
novumque inducat fideicommissum a primo diver-
sum, ex quo, & prohibitio, & clausula *quia voluit,*
&c. positæ fuere in capitulis diversis, ac separatis, 11
præcedentesque substitutiones respiciunt omnia bo-
na testatoris, prohibitio verò domum tantùm, ut
propterea primum fideicommissum universale non 12
deroget secundo particulari, ut in puncto scribit *Ruin.*
conf. 168. *n.* 31. *versic. quia respectu, & n.* 32. *lib.* 2. 13

Et diverso esse fideicommissa convincitur etiam ex
intentione partis, dum prætendit universale non ex-
tendi ultra nepotes testatoris, cum tantùm particu-
lare inductum sit pro filiis, nepotibus, & eorum de- 14
scendentibus in perpetuum, quæ verba nullam pa-
tiuntur restrictionem ad certas personas, vel gradus
l. fin. C. de suis, & legitim. plenè *Alex. consil.* 56. *n.* 3.
& seqq. lib. 1. *& consil.* 160. *n.* 6. *lib.* 2. *Nata consil* 437.
n. 1. *&* 6. *lib.* 2. Atque ita, ubi etiam essemus in du-
bio stante clausula *quia voluit, &c.* resolvendum esse
ex receptissima omnium sententia, scribit *Surd. d. con-* 15
sil. 67. *n.* 20. *usque in fin. & conf.* 96. *n* 40. *& seq. lib.* 1.
diversum in casu *Alex. d. conf.* 59. Ibi enim in clausu-
la *quia voluit, &c* expressè habita fuerat relatio ad
præcedentes substitutiones ex verbis illis testatoris 16
ut superius est expressum, & per modum supra dictum,
ut ipsemet *Alex.* considerat eò loci *sub n* 21. *vers. non*
obstat quod illa verba, & ita decisionem *Alex.* decla-
rant *Ruin. d. consil.* 168. *n.* 21. *lib.* 3. *Rimin. Jun. con-*
sil. 20. *n.* 29. *Surd d. consil.* 96. *n.* 40. *&* 41.

Nec dicatur etiam in proposito adhibitam fuisse di-
ctionem illam repetitivam, ac continuativam *item di-*
ctis suis hæredibus, &c. quasi prohibitio restringi de-
beat ad terminos præcedentis fideicommissi; siqui-
dem non dictis hæredibus suis tantùm facta fuit pro- 17
hibitio cum clausula *quia voluit, &c.* quo casu intra-
ret fortè dubium propositum, sed facta etiam fuit
eorum descendentibus, & successoribus in perpe-
tuum, quæ verba, ut supra diximus, nullam admit-
tunt restrictionem.

Consil. verò *Soccin.* 53. *n.* 11. *lib.* 1. non loquitur de
prohibitione facta in perpetuum cum clausula gene- 18
rali: *quia voluit bona sua permanere in familia*, sed
de prohibitione speciali facta favore certæ personæ,
& concludit, persona ipsa extincta, cessare etiam
onus fideicommissi. quod de jure est certissimum, sed
nihil ad casum hunc, ut ponderant *Rimin. Jun. con-*
sil. 20. *sub n.* 24. *& Petr. d. quæst.* 11. *n.* 570. & secun-
dùm terminos *Alex. & Soccin.* loquuntur ferè omnes,
qui exadverso citabantur.

Decius autem *d. conf.* 636. loquitur contra commu- 19
nem sententiam, ut in specie scribunt *Cephal. consil.*
234. *n.* 37. 38. *& seqq. Rimin. Jun. conf.* 20. *n.* 30. *con-*
sil 23. *n.* 224 *& seqq. lib.* 1. *& conf.* 456. *n.* 78. *lib* 4. *Surd.*
d. conf. 67. *n.* 20. *& n.* 40. *cum seqq. & conf.* 96. *n n.* 41.
lib. 1. *Petr. d. quæst.* 11. *n.* 568. *& seqq.* apud quos in-
numeræ auctoritates, & rationes videri possunt. ex
quibus optimè evitatur hæc alioquin non contem-
nenda

nendæ *Decii* consultatiu, & hæc quo ad primum fundamentum.

Quod attinet ad secundum, in quo, posito fideicommisso, dicebatur in eo etiam fœminas comprehendi, consequenterque illud per obitum Juliani apertum fuisse ad favorem Magdalenæ, & Alexandræ ejus filiarum, quas certum est venire appellatione familiæ
20 *l. voluntas C. de fideicom.* maximè cum testator eas in
21 præcedentibus substitutionibus non abhorruerit *Paris. cons. 1. n. 60. lib. 3. Cephal. cons. 310. n. 12. & 13. lib. 4.* breviter fuit dictum, quod etsi regulariter appellatione familiæ, vel descendentium veniant tam fœminæ, quam masculi, nihilominus stante Statuto exclusivo fœminarum, ut Florentiæ, cui præsumitur testator sese conformem reddere voluisse, ad text in *l. hæredes mei §. cum ita*, ubi *Bart.* & cæteri omnes *ff. ad Trebell. & in l. si duo ff. de acquir. heredit.* masculi tantum sub eisdem nominibus etiam promiscuis com-
22 prehenduntur, ut per *Bald. & Angelum. in l. tres fratres*, ubi etiam *Jason n. 12. ff. de pact. Batr. consil. 9. in prim. dub. Alex. consil. 15. n. 1. & seqq. lib. 4.* ubi ampla apostilla, *& in l. Gallus §. 1. in fin. ff. de liber. & posth. Soccin. cons. 31. n. 6. vers. decimotertio lib. 1. cons. 227. sub n. 3. versic. 6. & ult. lib. 2. cons. 37. n. 10. lib. 3. & consil. 51. n. 38. lib. Jason in l. si quis id quod n. 18. ff. de jurisdict. omn. Jud. in l. qui filiabus n. 13. ff. de legat. 1. & in consil. 213. n. 28. l. 2. Dec. consil. 15. n. 4. consil. 513. n. 9. & consil. 370. n. 10. & 11. Soccin. Jun. consil. 168. n. 63. & 68. lib. 2. Aymon consil. 538. n. 10. Cephal. consil. 664. n. 39. lib. 5. Decian. consil. 43. n. 13. lib. 2. Osasc. decis. 187. n. 2. Menoch. consil. 95. n. 63. lib. 1. & consil. 309. n. 26. lib. 4. Rimin. Jun. cons. 499. n. 42. lib. 5. Mantic. lib. 8. tit. 12. n. 7. Peregrin. de fideicom. art. 23. n. 53.*

23 Et licet Statutum Florentiæ excludat tantùm fœminas ob personas certi gradus, intra quem non sunt Antonius, & Ser Dominicus, habito respectu ad Julianum gravatum, attamen hoc nihil obest, cum testator in fideicommisso non consideraverit successionem Juliani, sed suam, ut inquit *Rub. cons. 126. n. 3.* Et ideo sicuti Antonius, & Ser Dominicus excluderent filias Juliani ab hæreditate Francisci testatoris, ita eas debent excludere a fideicommisso, in quo succeditur testatori, non gravato *l. cohæredi §. cum filiæ ff. de vulgar. & pupillar.*

24 Nec videtur posse dici, quod etsi in fideicommissis succedatur testatori, attenditur tamen proximitas gravati, ut voluit *Soccin. in d. l. si cognatis col. penult. versic. sexto, & ult. ff. de reb. dub. & cons. 86. lib. 3.* cum aliis per *Tiraquell. de retract. lign. § 11. gloss. 1. n. 20. Soccin. Jun. cons. 126. n. 40. lib. 1. Clar. in §. testamentum quæst. 73. vers. & hic occurrit. Marzar. in epitom. qu. 33. Simon. de Prat. consil. 162. num. 32. Roland. consil. 100. n. 10. cum seqq. lib. 4.*

25 Nam præterquamquod videtur absurdum, ut in successione unius attendatur proximitas alterius, & contraria opinio fortasse verior est, ac communior, ut post *Durant. de art. testan. tit. 5. cap. 6. n. 3. Jason. cons. 215. in princ. lib. 2. & cons. 139. lib. 4. Dec. cons. 1. & 146. Rip. in l. ex facto in princ. n. 6. ff. ad Trebell. Rub. d. consil. 126. n. 3. Ruin. consil. 142. n. 13. lib. 3.* attestantur multi, quos refert *Zanch. in d. §. cum ita n. 118. Didac. pract. qq. cap. 38. n. 1. & seqq. Cephal. consil. 333. n. 13. Port. Imol. consil. 33. n. 63. Gabr. consil. 86. n. 11. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 73. n. 16. Mantic. dicto lib. 8. tit. 12. n. 31. Peregrin.* attestans sic novissimè judicatum *art. 25. a n. 26. usque in fin.* optimè *Surd. consil. 31. n. 29. & seq. lib. 1.*
26 fuit etiam dictum hoc in proposito carere omni difficultate, ex quo testator voluit domum in ejus familia permanere, quo casu propter illud verbum *ejus* attenditur proximitas gravantis, non gravati *Alciat. in l. peto §. fratre n. 3. ff. de legat. 2. Decian. consil. 26. n. 76. lib. 2. Mantic.* ubi supra *num. 31. in fin. Crass. in §. fideicommissum quæst. 18. n. 3. & 4. Surd. d. consil. 31. n. 31. Thesaur.* diligenter cumulans hinc inde auctoritates, & tandem concludens secundùm hanc distinctionem *decis. 64. col. ult. versic. quibus stantibus*, sicque in terminis nostris satis esse, ut mulieres prædictæ reiiciantur a fideicommisso tamquam per Statutum exclusæ a successione testatoris, ut concludunt *Alex. d. consil. 13. in fin. lib. 4. Soccin. post Cacciaлup* per cum allegatum *consil. 249. sub n. 20. versic. 12. ad idem lib. 2. consil. 6. in fin. lib. 3. & consil. 33. n. 3. lib. 4. Gozzad. consil. 89. n. 11. & consil 36. n. 2. inter consil. Grat. lib. 2.* & sensit etiam ipse *Grat. consil. 64. n. 23. eodem lib. 2. Ruin. consil. 146. num. 7. lib. 2. Zuccard. in l. fin. n. 85. C. de edict. D. Adrian. tollen. Soccin. Jun. cons. 168. n. 7. lib. 2. Cephal. d. consil. 333. n. 3. lib. 3. Menoch.* qui de communi *consil. 93. n. 64. Dec. cons. 74. n. 30. cum seqq. lib. 3. Non. consil. 36. n. 14. Peregrin. d. art. 23. a n. 37. usque in fin.* ubi contrariis omnibus respondet.

Sed quatenus hoc fundamentum aliquam pateretur difficultatem, utique Statuto etiam circumscripto, res videtur perspicua, ubi agitur de fideicommisso inducto pro conservatione bonorum in *familia*, fœminas etiam agnatas sub fideicommissu non comprehendi, quia licet de familia dici possint, cum tamen 27
non conservant, sed in ipsis finitur *l. pronuntiatio in* 28
fin. & l. seq. ff. de verb. significat. Corn. consil. 26. sub n. 4. lib. 4. Gozad. consil. 79. sub n. 8. Grat. consil. 67. n. 8. lib. 2. Aymon consil. 180. num. 1. Soccin. Jun. consil. 168. n. 36. lib. 2. Osasc. decis. 127. per tot. Menoch. consil. 197. n. 49. & n. 53. lib. 2. Gabr. consil. 132. n. 45. lib. 1. ubi dicit hodie notorium esse usum communem loquendi, ut quotiescumque quis loquitur de *familia*, vel ejus conservatione, de masculis tantùm, non de fœminis locutus censeatur, & latè aliàs fir- 29
matum fuit per *DD. Tres Anni* 1384. *in causa de Deis lib. Motiv. 59. fol. 226.* & in proposito longè clariùs videtur, ex quo testator ipse expressè declaravit in quâ significatione accipiat verbum *familia*, dum post 30
mortem filiarum (quas stantibus masculis exclusit) substituit familiam, & ut vulgò dicitur *il ceppo della casa, e famiglia*, qui sanè *cippus familiæ*, proculdubio non comprehendit fœminas, ut in terminis scribunt *Corn. consil. 33. n. 6. lib. 1. consil. 26. n. 5. cons. 41. n. 8. & consil. 273. n. 5. lib. 4. Gozad. d. consil. 79. n. 6. Paris. consil. 53. n. 29. 32. & 36. lib. 3.* amplè *Menoch. lib. 4. præsumpt 88. n. 17. & consil. 549. n. 13. lib. 6.* & de casata *Franc. in cap. si pater n. 113. de testam. in 6.*

His stantibus visa sunt cessare, quæ dicebantur, prohibita alienatione extra familiam, bona tantùm in fœminas (quæ de familia sunt) alienari posse *l. vo-* 31
luntas C. de fideicom. siquidem hoc procedit quando alienatio est simpliciter prohibita extra familiam, at secus quando testator adjecit clausulam *quia voluit bona permanere in familia*, ut in proposito *Menoch.* 32
in puncto *consil. 97. n. 38. lib. 1.*

Prout & illud cessat, quod dicebatur, etiam fœminas ex conjecturis vocatas censeri ad fideicommissum dictæ domus; siquidem ex eo quod testator eas po- 33
suerit in conditione unà cum masculis ad exclusionem familiæ in fideicommisso universali, haud rectè infertur ad earum vocationem respectu fideicommissi particularis, ut in terminis scribunt *Curt. Jun. con-* 34
sil. 177. col. 2. vers. sed data sine veri præjudicio, & Hieronym. Gabr. consil. 132. quæst. 4. n. 48. lib. 1.

Clara est enim ratio differentiæ inter fideicommissum particulare domus testatoris, & fideicommissum universale aliorum bonorum, ex quo ad domum præsumitur testator particularem habuisse affectio- 35
nem, ut in masculis conservaretur *Soccin. Jun. consil. 113. n. 21. lib. Capyc. decis. 108. n. 4. Roland. consil. 23. n. 24. lib. 4. Menoch. consil. 333. n. 33.* secus respectu aliorum bonorum, ex quo eorum alienationem

non prohibuit, maximè cum clausula *quia voluit, &c.* ut egregiè per Excellentiss. D. primum Judicem fuit comprobatum in ejus motivis, ad quæ in omissis per nus, habeatur relatio, & præsertim in ea parte, in qua scripsit, quatenus hæ mulieres dici possent vocatæ, id semper intelligendum esse masculis etiam remotio-
36 ribus non extantibus, juxtà traditionem *Soccin. consil. 227. n. 5. in fin. lib. 2.* cum aliis per *Decian. cons. 7. n. 39. lib. 1.* & in materia emphyteusis *Clar. in §. emphyteusis quæst. 32. in fin. & Valosc. de jur. empayt ent. quæst. 41. n. 4.*

Alexander Zilocchius.
Dominicus Gualandus.

ADDITIO.

SUMMARIUM.

1 DE *probibitione alienationis cum clausula* quia voluit *remissivè.*
2 *Et de verbis* volens, & prohibens *pariter remissivè.*
3 *Proximitas gravati, non gravantis attenditur in fideicommissis, & hæc opinio recepta est in Rota Florentina.*
4 *Testator censetur se voluisse conformare cum Statuto exclusivo fœminarum propter masculos ab hæreditate gravati, & non gravantis, & quando secus remissivè.*
5 *Fideicommissum relictum familiæ, an, & quando fœminas non comprehendat pariter remissivè.*

Ad num. 2. & seqq.

1 VIde super hoc articulo prohibitionis cum clausula *quia voluit, &c. Sabell. in addit. post tom. 1. Summa cap. 1. n. 31. & seqq.* quæ inferius dicta sunt *in decis. 24. ex n. 4. decis. 55. decis. 58. decis. 63. n. 3. decis. 68. n. 16. & 25. decis. 72. n. 1. & seqq. decis. 84. decis. 87. n. 16. 18. & 24. & decis. 131. n. 4. & seq. & decis. 132. n. 25 & 27. & decis. 161.*

2 Et de verbis *volens, & probibens Rot. nostra in Pisana Immissionis 10. Julii 1714. n. 39. & seqq.* inter impressas *coram me decis. 77.*

Ad num 24. & seqq.

3 Proximitas gravati, non gravantis attenditur in fideicommissis, & hæc opinio recepta est in Civitate Florentiæ, ut testantur DD. a me congesti *decis. Florent. 6. n. 11. decis. 14. n. 33. & decis. 26. n. 25. & decis. 57. n. 23.* ubi plures aliæ individuales auctoritates referuntur, quibus addimus de praxi, & stylo judicandi in Civitate Florentiæ, ultrà hanc nostram decisionem *Soccin. Sen. in l. si cognati n. 40. in fin. vers. demum in principio studii litt. E, & in addit. sub litt. C. ff. de reb. dub. & cons. 73. n. 14. lib. 4. Soccin. Jun. consil. 126. n. 40 lib. 2. Fusar. cons. 28. num. 4. vers. & in praxi, & judiciis. Joseph de Rosa consult. 35. n. 54. Peregrin. de fideicomm. art. 20. n. 7. sub vers. contrarium vera. Cavall. in ejus decis.* impress. in ejus consiliis *cons. 37. n. 8. & cons. 60. sub n. 7. lib. 1. & sub n. 21. in fin.* qui judicavit contrà scripta a *Menoch.* in eadem causa *cons. 841. n. 21. & a Randens. respons. 14. lib. 1.* subdens, quod sententia ad tenorem ejus relationis lata, fuit postea confirmata a tribus Judicibus secundarum appellationum Anno 1596. die 20. Maii, relatore Josepho de Rusticis, operibus in lucem editis claro, ejusque decisio habetur *lib. Motiv. 78. fol. 359. Rot. Florent.* inter *decis. Lucen. diversor. recollect. per Palm. Nep. decis. 451. n. 15. & seqq.* & me honorificè citato *dec. 453. n. 45. & seqq. & dec. 466. n. 36.* & infra *dec. 71. n. 1. & seqq. cum addit.* ubi latè examinatur, & adducuntur casus, in quibus attenditur proximitas gravati, vel gravantis, *& decis. 97. n. 19. & seqq. & in Florentina Fideicommissi de Pittis 7. Aprilis 1702. §. nil refragante fol. 37. coram Farsetto, & in altera Florentina Fideicommissi de Berzigbellis 10. Septemb. 1723. n. 71. coram D. meo Audit. Calderono, & lib. Motiv. 90. fol. 10. & lib. 98. fol. 382. Rot. Rom. coram Buratt. dec. 107. sub n. 2. vers. & ita fuisse judicatum per Rot. Senen. & Florent.*

Quod Testator censeatur se voluisse conformare cum Statuto exclusivo fœminarum propter masculos ab hæreditate gravati & non gravantis, & quando secus, vide infrà *decis. 61. ex num. 1. & per tot. & in addit. & in dict. Florentina Fideicommissi de Berzigbellis 10. Septembris 1723. n. 66. & plurib. seqq. coram D. meo Audit. Calderono*, quæ decisio est revocatoria alterius decisionis impressæ apud *Palm. Nep. in 451.* 4

Ad num. 27. & seqq.

De fideicommisso relicto familiæ, & an, & quando fœminas non comprebendat, plenè agit *Torr. variar. jur. quæst. tom. 1. tit. 2. quæst. 20. a n. 1. usque ad 29. pag. 295. & seqq.* & vide infra *decis. 43. cum addit.* 5

FLORENTINA
Fideicommissi.

19. Februarii 1600. ex lib. Motivar. 83. ac. 596.

ARGUMENTUM.

Appellatione descendentium masculorum, an veniant masculi ex fœminis, & quid stante conjecturata mente testatoris, & agnationis contemplatione.

SUMMARIUM.

1 EX *sola masculorum vocatione, sequitur fœminarum exclusio, etiam cessante favore agnationis.*
2 *Descendentium masculorum appellatione veniunt masculi ex fœminis.*
Contrarium verius, n. 13. & seqq.
3 *Declara dictam conclusionem procedere, quando filii non veniunt ad successionem ex persona matris, sed ex propria, & est magis communis.*
Contra declarationem, n. 43.
4 *Præcipuè si testator non habuit rationem conservandæ agnationis.*
5 *Unde excludatur ratio agnationis.*
6 *Descendentium appellatione veniunt non modo masculi, & fœminæ, sed & ipsa sola fœmina.*
7 *Masculinitas ad omnes referri debet, quando deficit ratio faciendæ relationis ad unum, & non ad aliū.*
8 *Verbum* loro *est promiscuum ad masculos, & fœminas.*
9 *Limita si sit prolatum latino idiomate, & stet qualificativè ad personas masculini generis.*
Et an hæc opinio sit admittenda, ibidem.
10 *Alternativa ò, latinè* vel *disjungit verba, & sensus.*
11 *Una pars clara testamenti alteram declarat ambiguam.*
12 *Differentiam si testator facere voluisset, eam expressisset.*
13 *Vocatis ad fideicommissum descendentibus masculis, masculi ex fœminis non succedunt.*
14 *Item in emphyteusi.*
15 *Item in feudo.*
16 *Item in Statuto excludente fœminas propter masculos, in quo masculi ex fœminis, licèt proximiores, non præferantur masculis ex masculo, licèt remotioribus.*
17 *Et an hoc procedat ex causa, & ratione finali agnationis.*
18 *Exclusa semel una persona propter aliam, exclusi perpetuo sunt & ejus descendentes.*
Amplia, ut n. 28.
19 *In ultimis voluntatibus verba disponentis sunt semper intelligenda de proxima, & immediata persona.*

20 *Qua-*

20 Qualitas masculinitatis non prodest descendentibus ex fœminis, qui proveniunt à radice exclusa.
21 Immunitas concessa generi, & posteris non extenditur ad natos ex fœminis, & de ratione ibid.
22 Pater, uxore defunctâ, totum usumfructum dotis aquè vicilitér accipit cum nepotibus ex filio emancipato, ac filio vivente.
23 Filij non debent esse deterioris conditionis, quam nepotes.
24 Testator excludendo fœminas, etiam descendentes ab illis excludere voluisse præsumitur.
25 Exclusio descendentium ex fœminis ex conjecturis elici potest.
26 Varietas opinionum circa hanc materiam affertur.
27 Alciati auctoritas expenditur in l. liberorum 220. n. 10. & 11. ff. de verb. signif.
28 Per nepotes ex sorore nullo modo conservatur agnatio.
30 Tunc censetur agnationis ratio habita, cum perpetuò fœminæ excluduntur, secus quando in aliqua dispositionis parte vocatæ reperiuntur, & n. 45.
Sed hæc opinio est periculosa, n. 46.
31 Regula ex l. si vivâ matre per se non est sufficiens ad masculorum exclusionem. Et quando procedat.
32 Filij masculi melioris conditionis esse non debent, quam mater eorum si viveret.
33 Masculinitas pluries repetita, non agnationis, sed sexus predilectionem inducit.
34 Fortius non veniunt masculi ex fœminis appellatione descendentium masculorum, si de eis non conditionaliter, sed dispositivè mentio facta est.
35 Testator tunc dicitur prædilexisse sexum masculinum, quando instituit masculos ex fœminis in casu deficientiæ lineæ agnatorum.
36 Contrarium quando procedat.
37 Substitutis filiis masculis, & eorum descendentibus, tales descendentes non possunt venire, nisi oriantur ex filiis masculis, & de ratione, n. 38.
39 In dispositionibus attendenda est in primis præcipua Testatoris intentio.
40 Quando Testator à masculis discessit ad fœminas, ne videatur nimium discessisse à favore Gentilitatis, etiam levis occasio sufficit, ut ad eum finem revertatur, & quæ sit hæc levis occasio.
41 Nulla erga incognitos consideratur affectio.
42 Argumentum ductum à propensione Testatoris ergà familiam, est validissimum ad favorem agnatorum.
44 Agnationis ratio non cessat ex eo, quod Testator semel à favore agnationis recesserit.
47 Unde propriè eliciatur.
48 A conjecturis regulariter ultimarum voluntatum cognitio pendet.
49 Cuicumque possessori licet uti vulgata illa exceptione, quoad te liberas ædes habeo.
Declara ut n. 50. & seqq.
Amplia declarationem, ut n. 51.
52 De non jure adversarii habentis aliquem juris colorem, non potest excipere, qui nullum jus habet.
53 Confessio adversarii de non suo jure prodest actori, & quomodo, ibidem.
54 Non est æquum eos, qui plures habent insignes interpretes in suæ defensionem, excludi per illum, qui nullum jus habet.
55 Decus majoratus non conservatur per habitationem magni Palatii, nisi redditus sufficientes concurrant ad decus instituentis substinendum.
56 Sola geminatio ostendit præcisum disponentis deliberationem.
57 Non est credendum Testatorem fuisse inconstantem.
58 Verba stieno, e rimangano important retentionem, non verò translationem, ut verba si rendano, vel ritornino.
59 Verbum remaneant est ejusdem potentiæ, ac verbum revertantur, ac proinde vel obliquum, vel commune.
60 Declara id verum in casu quòd res nunquam fuerint penes illum cui relinquuntur, tunc enim vel est obliquum, vel commune.
61 Secus si referatur ad primum institutum, nam tunc est semper directum.
62 Verbum remanere propriè importat idem, quod retinere eodem jure.
63 Verbum siano est temporis præsentis, & ad futurum nullo modo trahitur.
64 Verbum remanet præter omnem proprietatem intelligitur pro restituet.
65 In alternativis sufficit alteratrum verificari.
66 Subsequens testamenti particula clara, declarat anteriorem obscuram.
67 Verbum e dipoi indicat effectum immediatè sequentem.
68 Verbum pervenne inducit novam acquisitionem.
69 Verbum e dipoi est omnino alternativæ contrarium.
70 Dictiones deinde, vel & postea sunt ordinativæ temporum.
71 Alternativa posita inter personas honoratas resolvitur in disjunctivam.
72 Dispositio qualis fuerit, non ab eo, quod accessoriè ad dispositionem dicitur, est dijudicandum, sed ab ipsa dispositionis serie.
73 Verbum e dipoi virtute compendiosæ, continet etiam vulgarem. Declara ut ibi.
74 Dictio præterquam est modificativa.
75 Dictio quando facit conditionem.
Et est adjecta tempori, ibidem.
76 Compendiosa substitutio habet tractum futuri temporis.
77 Quando non advenit casus conditionis adjectæ, nullus est amplius locus dispositioni.
78 Conditio implenda in persona defuncti, non potest impleri in persona heredis.
79 In conditionibus merum factum attenditur.
80 Præteritum perfectum non potest ad futurum trahi.
81 Tempus determinato modo prolatum, non recipit functionem alterius temporis.
82 Casus à Testatore quacumque ignorata ratione omissus, non potest suppleri ad excludendam generalem provisionem.
83 Cum nulla potest excogitari ratio, cur ita Testator fecerit, sufficere debet nobis, ita illi facere placuisse.
84 Explicita dicitur Testatoris voluntas, quando casus talis est, de quo Testator idem omninò dixisset.
85 Ab expensis justa credulitas, & consilia Advocatorum excusant.

DECISIO VIII.

In Causa Nelli, Gondi, e Consorti.

QUia legitur in testamento D. Baptistæ de Nellis condito anno 1559. legatum quatuor prædiorum, factum quibusdam de sua Nellorum familia, quibus & suam propriam magnam domum Florentiæ sitam reliquerat, licèt cùm clausula, *perchè intendo, e voglio, che di detti miei beni ne sia disposto nel modo, ed à quelli, in chi ho disposto di detta mia casa grande, e chi possederà detta mia casa grande, possegga ancora detti miei beni, &c.* tamen quia ibidem subiungit illico Testator: *salvo, che quando fosse finita la linea del sopraddetto Vettorio, e Cassandra sua donna, &c. ed ancora la linea d' Antonio, e di Lorenzo Nelli* [quibus nempè relicta prius fuerat dicta domus magna, antequam deferretur ad alteras lineas Caroli, & Joannis, quorum est successor præsens reus conventus] *e morti tutti, e mancate tutte, e finite dette tre linee, tutti detti miei beni lascio, e voglio siano, e restino liberi delle soprascritte tre mie nipoti, &c.*

Res videbatur prima fronte satis expedita pro actoribus descendentibus ab ipsis neptibus, nempè pro DD. Gondis, & litis Consortibus, vel saltem contra reum conventum, cum licèt vocetur ad dictam domum magnam, non tamen est de illis primis lineis, in quarum defectu neptes, earumque descendentes expressis verbis vocantur. Et licèt jure dictam domum possideat, injuria tamen possidere illum asserebatur dicta quatuor prædia, quæ, postquam defecerunt tres lineæ expressim nominatæ ut suprà, indubitanter neptum descendentibus delata videntur, modò conditiones habeant à Testatore requisitas, dum illicò subiungit, *ed a ciascheduna di loro per la terza parte, e dipoi de' loro figliuoli maschi legittimi, e naturali, e loro descendenti.*

Quibus ex verbis diù, & acriter hinc inde dimicatum fuit, neganta reo eos comprehendi, quia nempè, licèt descendentes, & masculi sint, videntur tamen exclusi, quia descendant ex fœminis non modò non vocatis ad successionem, sed verè exclusis, non enim sunt masculi ex dictis tribus neptibus primi gradus, sed ulterioris, cum neptes illæ sine masculis decesserint relictis solummodo filiabus, ex quibus ii præsentes actores orti sunt, & regula in hac
1 materia tritissima est, quod ex sola masculorum vocatione sequatur fœminarum exclusio, quam procedere, etiam cessante agnationis favore, tradit notanter *Molin. in tract. de primogen. Hisp. lib. 3. cap. 5. n. 30. & 37.* testaturque in forensibus controversiis semper admitti solere.

Quo circa Excellentiss. Ponentes utrinque in ea solum conclusione antiquissima, & difficillima insudandū rati sunt; num scilicet descendentium masculorum appellatione veniant masculi ex fœminis, de quo novissimè fusè actum est per *Mantic. in suo tract. de conject. lib. 8. tit. ult.* quo loci multis hinc inde recensi-
2 tis, excitatisque subtiliter fundamentis, venire hosce masculos, tanquam pro aris, & focis probare contendit, quos, & *Alciat.* fovet plurimum in *l. Gallus §. nunc de lege num. 17. ff. de liber. & posthum.* necnon *Alb. consil. 86. & seq. lib. 1.* & pridem horum partes defenderunt quamplures, cum maximè filii non veniant ad successionem ex persona matris, sed ex propria, ut
3 in casu nostro juxtà *Bald.* distinctionem in *Auth. cessante C. de legit. hered.* quam magis communem asserit *Alb. dict. consil. 86. n. 4.* sed longè meliùs, & magis in terminis probat id *Socin. Jun. cons. 2. n. 20. & 22. lib. 3.* ubi patruum suum ita tenentem in *dict. §. nunc de lege* ci-
4 tat, & sequitur, vel etiam quando ex facie dispositionis appareret, testatorem non habuisse agnationis conservandæ rationem, quia nempè quos honorasset non essent agnati ipsius, ut idem *Mantic.* signanter notat in *dict. ult. tit. n. 17. & 20.* quemadmodum hìc quia vocavit fœminas, & has ex fœmina sibi neptes,
5 nempè germanæ sororis suæ filias de familia Tossinghia: quo sanè casu hanc opinionem celeberrimi plures DD. sequuti sunt, nempè *Fulgos. consil. 83. ex facto proponitur per totum Castrens. in l. 1. n. 3. C. de condict. ob. caus. & cons. 91. n. 4. lib. 2. Socin. sen. in dict. §. nunc de lege n. 5. vers. quam tamen, Ruin. consil. 49. n. 2. vers. sed tamen præmissis, & consil. 120. n. 9. vol. 1. Rub. Alex. consil. 22. n. 11. versic. quartus casus, Socin. Jun. consil. 2. n. 9.* ubi de communi testatur *Curt. Jun. consil. 1. sub n. 24. Roland. consil. 79. n. 11. & 15. lib. 3.* Quæ duæ singulares rationes eò magis urgere videbantur, quia Testator in horum descendentium ex suis neptibus vocatione, usùs erat verbis, id fermè expressè præseferentibus.

Primò enim considerabatur, quod dixerit *lascio, e voglio siano, e restino liberi della sopraddetta Madonna Gostanza, a Lucrezia, &c. e di poi de' loro figliuoli maschi, e loro descendenti*, quasi dixerit relinquo ipsis neptibus, & postea eorum filiis masculis, & eorum descendentibus; nemo enim dubitat quin descendentium appellatione veniant non modò masculi, &
fœminæ, sed & ipsæ solæ fœminæ *l. cognoscere §. 1. ff.* 6
de verb. signific. l. fin. C. de suis, & legit. Alex. consil. 160. n. 1. lib. 2. Dec. cons. 322. n. 3. Curt. Jun. consil. 49. n. 5. & seqq. Natt. cons. 64. n. 6. lib. 1.

Nec proinde dicendum, qualitatem masculinitatis esse referendam ad sequentem mentionem descendentium, cum per Testatorem fuerit solùm adjecta mentioni filiorum, nempè, *e dipoi de' loro figliuoli maschi*; quod verò sequitur, *e de' loro descendenti*, non qualificatur per masculinitatem, quoad exclusionem non descendentium ab illis neptibus, licèt inter eos masculi descendentes excluderent fœminas propter subsequentem dispositionem, ibi, *e di quelli non restassino, &c.* ubi, & in descendentibus repetitur qualitas masculinitatis.

Quæ consideratio eò videtur efficacior, quia potest 7
verbum *descendenti* æquè benè qualificari à verbo *nepoti*, ac à verbo *figliuoli maschi*, sed illæ erant fœminæ, ergo & de fœminis descendentibus æquè benè intellexisse Testatorem dicendum erit, cum nulla sit ratio, cur potiùs à filiis masculis, quam ab ipsis neptibus primò vocatis, qualitatem assumere debeant, nec promiscuè intelligantur, juxtà notata *in l. 1. C. de liber. præterit. l. final. C. de reb. dub. Bart. in l. talis scriptura ff. de legat. 1. Castrens. cons. 14. n. 2. lib. 2. Cravet. cons. 149. n. 8. Paris. cons. 85. n. 50. lib. 2. Menoch. cons. 56. n. 28. & Surd. decis. 192. n. 32.*

Hic verò minor erit ratio subaudiendi in descendentibus qualitatem masculinitatis, quandoquidem
testamentum vernacula lingua exaratum loquitur per 8
verbum *loro*; quod cum sit promiscuum, non cadit illa consideratio, quam multi in his terminis magnifaciunt, nempè si dixerit Testator *eorum descenden-*
tes; adjectivum enim *eorum* masculini generis videtur 9
qualificare terminum promiscuum ad solos masculos, quod inter alios plurimùm ponderat *Curt. Jun. consil. 321. in fin. lib. 3.* licèt interim hæc opinio posset videri minùs admittenda, ad tradita *per Bald. in l. 1. n. 7. C. de Jur. Emphyt. Rebuff. in l. liberorum in versic. descendentibus ff. de verbor. significat. & Corbul. in tract. quibus ex caus. Emphyt. &c. tit. de caus. privat. ob lin. finit. n. 39.*

Secundò considerabantur verba illa, *e di quelli non restassino figliuoli maschi, o descendenti maschi, restino agli altri maschi, o descendenti di chi di loro ne avesse*, in quibus duo complectuntur casus, æquè principaliter in dispositione comprehensi, primùs si extarent masculi filii: secundùs si extarent descendentes ex qualibet earum, modò essent masculi. Si ergo actores licèt non comprehendantur in primo, in secundo utique comprehenduntur, quia sunt ex descendentibus earū neptum, & sunt masculi, ergo omninò sunt admissi ex expressa Testatoris dispositione, qui per alternati-
vam *ò*, quæ exponitur pro *vel*, disjunxit non modò 10
verba, sed & sensum, *ad Bart.* doctrinam *in l. si ita ff. de aur. & arg. legat. in l. si is, qui ducenta §. utrum n. 2. ff. de reb. dub. Ruin. conf. 149. n. 13. lib. 1.* ac proinde verificabitur ejus dispositio in istis secundi, ac in illis primi gradus *l. si hæredes plures ff. de condit. & demonstr.* etenim est satisfactum voluntati, si ubi masculi non sint à filiis neptum nati, sint saltem masculi quomodocumque à neptibus descendentes, ad tradita per *Bart. & alios in l. gallus §. quidam rectè ff. de liber. & posthum. & per Ruin. dict. cons. 149. n. 13.*

Tertiò ponderabantur sequentia verba testamenti *con carico, che quando detti beni venissero nelle mie nepoti, a ne' loro figliuoli, o descendenti maschi*; ubi qualitas prædicta masculinitatis non est adjecta men-
tioni filiorum, sed solum descendentium, quocir- 11
ca, cum una pars clara testamenti alteram declaret ambiguam *Bart. in l. Centurio versic. vel quod in præcedentibus ff. de vulgar. & pupillar.* argumento *l. si fervus plu-*

rium

simm in fin. ff. de legat. 1. l. legatorum §. 1. ff. de legat. 2. l. fin. §. cui dulcia ff. de vino, & tritic. & oleo legat. Socin. Jun. conf. 185. n. 6. lib. 2. Paris. conf. 73. n. 48. lib. 2. Clar. in §. testamentum quaest. 76. reg. 3. Menoch. conf. 47. n. 5. lib. 1. certum erit intellexisse Testatorem de quocumque masculo à dictis neptibus quumodocumque descendente, nullà factà differentià,
11 an ex masculis, an verò ex fœminis nati fuerint, quam si facere Testator voluisset, cam utique expressisset juxtà text. in l. unic. § sin autem ad deficientis C. de caduc. tollend. cap. ad audientiam de elect. ut in simili post multos, quos allegat, argumentatur Mantic. dict. tract. de conjectur. lib. 6. tit. 13. n. 8. si enim casus tulisset, quod tres illæ lineæ defecissent vivente aliquâ dictarum neptum, & ex duabus aliis, vel alterâ earum nepotibus masculis ex filia superstitibus, ut hodie ex tribus superfunt, ii utiqua cum matertera magna purtionem fecissent, propter illa clarissima verba, e di quelle non restassero figliuoli maschi, a descendenti maschi, restino agl' altri maschi, a descendenti, di chi loro ne avesse. Ergo & hodie omnes debent admitti, cum nulla ratiu militet diversa, cur magis aliquâ earum vivente admitti deberent, debeant autem sapelli omnibus illis mortuis.

Exadverso autem satis efficaciter replicabatur, ne-
13 gativam opinionem esse longè veriurem, & receptiorem, quod scilicet masculi ex fœminis non succadant; Spec. enim in tit. de locato §. fin. aliàs in tit. de Emphyt.
14 quaest. 140. id asserit patentibus verbis in Emphyteusi, pru se scilicet, & descendentibus masculis, recepta, à qua masculos fœminarum repelli sine altercatione concludit. Bald. in auth. si quas ruinas n. 14. C. de Sacr. Eccles. hoc idem patenter admittit. Item Castrens. in l. Gallus §. nunc de lege sub n. 6. ff. de liber. & posthum. & ibidem Imol. in fin. necnon Jason. n. 16. idemque Castrens. in l. 1. C. de condict. infert. Ancharan. & Floran. duoque alii insignes viri inter Consil. Ancharan. 359. Alex. dict. l. sed si hac §. liberos ff. de in jus vocand. nec-
15 non conf. 65. & meliùs conf. 128. lib. 1. Hoc idem in feudo observandum tradit pulchrè Rom. consil. 1. circa med. ubi Mand. in litt. G innumeros citat concordãtes, & post illum Paul. Leo. conf. 24. n. 14. & Surd. conf. 357.
16 n. 12. & seq. Idem pariter in casu Statuti excludentis fœminas propter masculos, quod masculi feminarum, liaèt proximioras, non præferantur masculis ex masculo, licèt ramutiuribus, tradit benè Angel. conf. 283. n. 5. & Castrens. conf. 91. in princip. & per tot. part. 2. Alex. conf. 188. n. 3. & per totum lib. 6. & conf. 42. col. 2. lib. 7. Ruin. pariter fusè conf. 18. n. 5. & seq. lib. 3. Brun. de Statut. exclus. fœmin. artic. 6. n. 86. & quaest. 21. n. 93. ait Absit me esse in hac opinione, ut si removeatur filia proximior, non removeatur, & nepos.

Verùm cum Statuti hujus ratiu posita videatur in favure agnatiunis, quemadmodum, & Emphyteusis, ue ex parte actorum replicabatur, subjungi posset
17 quod immò hæc nun sit vera finalis, cum agnatæ feminæ admittantur ad exclusionem cognatorum masculorum, ut in d. conf. 188. inquit singulariter Alex. & tamen illæ sunt principium alterius cognationis: ex quo videtur cuncludendum quod vera ratiu, tam in Statu-
18 to, quam in Emphyteusi sit potiùs, quod, exclusâ samel quacumque personâ propter aliam, exclusi perpetuò sint, & ejus descandentes, juxtà doctrinam Bart. in l. 2. §. videndum ff. ad Trebell. & tradunt DD. in l. illam C. de collat. quod notat signanter Brun. in dict. num. 89.

At quidquid sit in aliis materiis, de quibus hic
19 parum cutandum, sat esse debet, quod in ultimis voluntatibus verba disponentis sunt semper intelligenda de proximâ, & immediatâ personâ, ad doctrinam Bald. in dict. l. 1. C. de condit. infert. quam
20 ibi addentes maximè probant, quin in testamento sit facta expressio masculinitatis, aliàs dicitur generaliter quod in descendentibus à fœminis qualitas masculinitatis non juvat, cum proveniat à radice exclusa, argumentu cap. vulnerato 10. quaest. 1. cap. licèt ex quadam de testament. quamadmodum dicitur de 21
immunitate, quæ concessa genari, & posteris, non extenditur ad natos ex fœminis l. 1. in fin. ff. de jur. immun. utpotè nati ab ea, per quam genus, & posteritas finem recipit. Sed & fortiùs ob impossibilitatem repræsentatiunis, ob quam decernit Jurisconsultus in l. Publius §. Titia ff. de condit. & demonstr. non esse purificatum fideicommissum legatariu factum, quia hæres decesserit antequam legati tempus cederet, & mox post hæredem ipsemet legatarius, ut hic, ubi masculi neptum primu institutarum capere nequeunt, quia ab ea descendant, quæ legati incapax ex Testatoris judiciu asat, quemadmodum eâdem ra-
tiune avus uxore defunctâ totius usumfructum dotis 22
virilem accipit cum nepotibus ex filiu emancipato præmortuu, quam filiu vivente, caperet in l. si vivu matre C. de bonis mater.

Quam quidem legem in hac quæstione omnes urgent, & circumferunt, ut notabilem, & summà val-
latam ratione, dum nempè ita in ea decernit Impe- 23
ratot, ne filii deteriuris esse conditionis nepotibus sinantur; ac iu primis Riccard. Mal. ut refert Jo: Andr. ad Spec. in rubr. de testam. in ult. quaest. versic. sub hoc titulo, & infrà concludenter versic. omnibus autem, per hæc verba: Omnibus autem rationibus ad partem contrariam facientibus Riccardus unico verbo respondet, quod licèt sit probabilis Testatoris voluntas, illi præponitur, quod excludendo fœminas, descendentes ex illis excludere volue-
rit; exclusit autem Testator noster fœminas ex nep- 24
tibus; ergo hæc interpretatio præponderat, quod omnes descendentes ab eis excludere voluerit. Efficaciter has defendit partes, quampluribus nixus juris regulis Bald. conf. 40. per totum lib. 5. rursus Fulgos.
in dict. l. 1. C. de condit. infert. vult licere exclusiunem 25
hurum arguere ex conjecturis, & ex tacita Testatoris voluntate, quidquid secus dixerit in dict. consil. 85. Alex. in l. ex facto §. fin. ff. ad Trebell. & Ripa num. 8. idem Alex. conf. 36. num. 4. vol. 5. ubi addentes citant Bertr. Castrens. Rube. & Curt. sen. conf. rursus hoc idem seutit Socin. in d. l. sed si hac § liberos ff. de in jus vocand. Ruin. conf. 167. n. 6. vol. 2. Riminald. conf. 253. col. fin. in princip. & conf. 261. n. 48. Mathes. sing. 130. Cremen. sing. 21. Capr. conf. 18. col. 2. & conf. 104. vol. 2. Guid. Pap. decis. 133. & decis. 353. necnon conf. 28. Dein de descendantibus à spuria loquutus consil. 312. col. 1. Corn. conf. 24. col. 4. versic. nam si testator, & conf. 124. n. 18. vol. 2. & alibi sæpius Grat. fusè pariter, & accuratè conf. 120. lib. 2. ejus casus nostro est valde similis, & argumentis innumeris horum exclusionem probare nititur, & apud eumdem dict. vol. 2. adest accuratum consil. Crot. 54. per tot. in longè strictioribus terminis cum Bonif. Fanino. in subscriptione Socin. Jun. conf. 124. n. 18. vol. 2. & in casu pariter consimili idem censuit conf. 69. per tot. & conf. 116. per tot. lib. 3. Patrui opinionem sequutus, de qua in conf. 151. col. 8. versic. confirmatur ista conclusio, Crav. conf. 12. n. 10. Natt. conf. 287. n. 6. Surdyn. ad Mathes. dict. sing. 129. Paul. Leo conf. 23. per tot. satis accuratè; necnon consil. seq. quod est Riminald. Jun. inter propria editum 213. lib. 3. pariter per totum; maximè verò n. 14. & seqq. Simon. de Pret. inter eadem consil. Leo. 26. & Rerzan. Cremen. consil. 27. ibidem, Menoch. consil. 172. per totum lib. 2. qui contrà Mantic. super eodem casu, scripserat, impugnando ea, quæ deinde inseruit in dict. 8. lib. tit. ult. sui tractat. de conjectur. asserens Menoch. in princ. sui consilii fuisse rogatum priùs, ut contrarias tueretur partes, at renuit, quia justitiæ semitas timuisset transcendere; habuit autem collegas duos alios doctissimos viros Cephalum nempè, cujus consilium legitur lib. 4. conf. 582. & Peregrin.

ut

ut ipsemet commemorat in suo *tract. de fideicommiss. art.* 26. *n.* 19. sed & novissimè has tuetur partes, & de communi testatur *Surd. cons.* 316. *n.* 12. quo loci cave à Typographi errore, qui inscripsit in 2. *pag. n.* 317. cum tamen ipsemet *cons. seq.* sub eodem *n.* 12. in feudo defendat contrarias partes, quando maximè non est ha-
26 bita ratio agnationis, multis relatis auctoritatibus, & præcipuè ipsiusmet *Muntice*, cujus dicta priùs audacter reprobaverat, adeò facile est hoc in præsenti sæculo, ob scribentium numerositatem, in hasce contrarietates, etiam docto cuicumque viro impingere. Benè facit pro hac parte, quod de Statuto notanter dicit *Gabriel. commun. concl. tit. de Statut. concl.* 6. *n.* 2. nempè considerari rationem agnationis in aliis personis, etiam si in una persona non possit considerari, ad quod citatur etiam *Gregor. Lopez. in l.* 3. *tit.* 13. *par.* 6. *in glosf. Mugeres col.* 7. *versic. & procedit*, & tradit in terminis majoratus *Gomez. in* 40. *l. Taur. n.* 61. ubi inter multos adducit etiam *Murt. de Lande in tract. de primogen. quæst.* 26. *Jo: de Cirier. in simili tract. quæst.* 23. & quendam *Cifuentem in dict. l.* 40. *Taur. quæst.* 2. alios plures citat, & sequitur *Pinel. in l.* 3. *n.* 19. *C. de bon. matern.* ubi dicit hanc esse receptissimam opinionem.

Quo circà numero harum partium defensores longè plures esse constat, sed & pondere plurimi faciendos, licèt aliarum non sint contemnendi; sed dum quamplurimum deferendum credidissemus *Alciato* viro doctissimo, est ejus nobis minuta fides cum in illius dicta inciderimus *in l. liberorum* 220. *n.* 10. *&* 11. *ff. de verb. sign.* ubi inquit repelli masculum ex fœmina, ut
27 in amputata radice, ramos quoque decidere cernimus, quo loci, cum conclusivè procedat, magis fortè ad proprium sensum loquitur, quam fecerit *in dict. §. nunc de leg.* ubi ex prolixa articuli examinatione paret, potiùs in viâ disputationis, & ad scholarium ingenia exercenda, illarum partium defensionem tenuisse. Eadem *Alciat.* verba *in dict. l. liberorum* usurpat *Tiraquell. in tract. de jur. primogen. quæst.* 12. *n.* 5. ubi validissimis hisce partibus addit vires, dum non modo antiquorum, hic non recensitorum addit nomina, & moderniorum quamplurium, sed etiam satis notandas rationes recenset, in tantùm, ut *num.* 16. tandem pro regula ponat, quod quando una persona prohibetur
28 succedere, prohibentur etiam descendentes ex ea, quique etiam non descendentes ea mediante attinent ad illam, de cujus successione tractatur.

Respondebatur tamen exadverso huic immensæ ità opinantium catervæ, loqui penè omnes in casibus favorem agnationis annexum habentibus, quam in casu præsenti considerandum expressè negabant, siquidem Testator palàm neptes ex sorore vocavit, per
29 quas nullo modò conservatur agnatio, nec illas tantùm, sed & eorum masculos, & descendentes; inquit
30 enim *Bald. cons.* 473. *lib.* 5. tunc censeri agnationis rationem habitam, quando perpetuo excluduntur fœminæ, nulloque casu admittuntur, ex quo jure nunquam censeri rationem agnationis habitam, ubi in aliqua dispositionis parte fœminæ vocatæ reperiantur; tradit hoc idem *Socin. in l. cum avus n.* 80. *ff. de condit. & demonstrat.* necnon *Cravett. cons.* 180. *n.* 1. cum innumeris aliis.

Quinimò subjungebatur regulam ex *l. si vivâ matre* depromptam, per se non esse sufficientem ad masculorum ex fœminis exclusionem, nisi hanc comitante
31 conjecturâ favoris agnationis, ut ex communi de qua testatur, respondet *Gabriel. cons.* 97. *n.* 15. *lib.* 1. verùm quoad hoc non facilè admitteremus istam *Gabriel.* opinionem extra terminos, in quibus loquitur, nempè quando ex exclusione filiarum, neptes quoque ex filio instituto censeantur exclusæ, quo casu regula dicta *l. si vivâ matre* non procederet absque concomitantia favoris agnationis, in quibus solis terminis loquitur *Socin. in dict. l. cum avus n.* 36. *versic. quintus casus*, & alii DD. per eum allegari; sed quando arguitur ex dicta regula ad exclusionem masculorum, quia sint nati ex radice infecta, non est aliter discutiendum de agnatione, sed solùm de inhabilitate extremi, stante inhabilitate medij.

Nec fortè ex adductis suprà erit signare multos rationem agnationis considerantes in casu exclusionis masculorum, quia à fœminis rejectis proveniant, si- 32
quidem omnes fermè hos rejiciunt, quia melioris conditionis eos esse non deceat, quam mater esset, si viveret, & similes alios, quibus in primis hæsit *Ricc.* ut inquit *Jo: Andr. in dict. Rubr. de testament. in fin. ultim. quæst.* mox *Bald. dict. cons.* 40. *per totum lib.* 3. *Castrens. dict. cons.* 91. *in princip. lib.* 2. & alij innumeri, quos, ut dixi, cum suis rationibus, quibus nituntur, accuratè recenset, nunquam vim in tali agnationis favore faciens *Tiraquell. dict. quæst.* 12. *Grat.* etiam *dict. cons.* 120. *lib.* 2. qui nullam hujus favoris mentionem facit, sed in ea præcipuè figit pedem, quæ ad casum nostrum maximè confert, quia nempè ex accurata sui testamenti lectione patebat, masculos prædilexisse fœminis, & nihilominùs hos masculos ex fœminis vult esse exclusos, ut notanter licet animadvertere in nono argumento suæ opinionis, ubi expressè determinat præsentem casum, vultque attendi præcipuè primam illam quamdam intentionem, sive propensionem Testatoris erga masculos, etiam ex prima fœmina instituta, non ex fœmina fœminæ descendentes.

Quam opinionem si admittamus, inutilis fortè erit trium casuum distinctio, quam doctè sanè Excellentiss. D. Nerettus in sua secunda informatione excitavit, nempè ut primus sine dubitatione sit, quando est expressè habita ratio conservationis agnationis. Secundus quando potest videri quodammodò considerata, vel ex natura dispositionis, ut puta quia in Statuto, in feudo, in Emphyteusi, in majoratu, vel quia substitutio sit facta filijs fratris, vel alijs de agnatione, qui casus licèt sit dubitabilis, & aliqui crediderint filios ex neptibus fratrum admittendos, tamen admitti potest, saltem quando adsint descendentes masculi à vocatis, ad tradita per *Surd.* qui plures citat *dec.* 66. *n.* 13. in quo sanè non versamur, cùm hic fuerint vocatæ fœminæ, & masculi ex ais descendentes. Tertius demum sit, quando ex fœminarum, vel ab eis descendentium admissione constat rationem agnationis conservandæ à Testatore habitam non fuisse, vel quando dispositio procedat à fœmina, & similia;
nam & si pluries de masculis mentio habita sit, tamen 33
id fieri censetur ex sola sexus prædilectione, ad tradita per *Dec. cons.* 370. *n.* 30. per *Gozzadin. cons.* 29. *n.* 7. *Socin. Jun. consil.* 6. *n.* 20. *lib.* 1. *Curt. Jun. consil.* 172. *n.* 4. *&* 5. *Cravett. cons.* 180. *n.* 1. & per alios de quibus suprà.

Plurimùm enim contrà hanc distinctionem urget, quod contra masculos ex fœminis rejectis, sed à fœmina vocata natis, & sic contra *Muntic.* per *Cephal.* & *Menoch.* per duas conformes fuerit judicio obtentum, & exequutum, ut ipsemet *Menoch.* testatur *cons.* 315. *n.* 41. *lib.* 4. *& Peregrin. dict. artic.* 26. *sub n.* 19. ex quo longè magis deferendum erit *Surd. in dict. consil.* 316. *n.* 12. quam in subsequenti, ubi nihil ad superiùs deducta respondet.. cum tamen in anteriori *num.* pariter 12. *vers. secundò respondetur* dixerit debere nos parum curare de rationibus *Muntic.* cujus argumentis subjungit haud respondere curandum cum à *Menoch.* dissolvantur.

Sed, & longè magis contra hosce masculos videbi-
tur in casu præsenti judicandum, quia de masculis 34
non conditionaliter facta sit mentio in testamento nostro, sed dispositivè, & sic non ad exclusionem alicujus, quod multum referre notat *Peregr. in dict. artic.* 26. *n.* 5. *sub n.* 17. at in *cons. Gabr.* 97. *& in dict. decis.*

cis. Surd. 66. erant positi in conditione, prout in casu
aliorum per hos allegatorum.
Rursus secundò subjungitur animadvertendum Te-
statorem nostrum non prædilexisse simpliciter sexum
masculorum, ut erat in casu *Mantic.* ad notata *ab eo*
dict. tit. ult. n. 25. ibi enim instituerat Testatur mascu-
35 los ex fœminis in casu deficientiæ lineæ agnatorum,
& tunc verè dicitur prædilexisse ipsum sexum; at hic
priùs instituit neptes ipsas, & post illas illarum ma-
sculos, hos ergo vocavit non ratione sexus, sed quia
36 sunt filij neptum prædilectarum, ob quarum amorem
extendit ad earum filios, sed masculos, ejus propen-
sionem, non autem ad fœminas: ergo nec ad earum
descendentes, qui potuerunt gigni ex familijs, & gen-
tilitatibus Testatori pœnitus incognitis, & erga quas
nulla poterat ipsius cadere affectio, ut considerat *Ca-*
strens. in dict. cons. 91. col. fin. versic. profectò dicerem, &
Grat. fusiùs *dict. cons.* 120. *col. 3. per tot.*
Rursus, & tertiò additur, quod Testator non substi-
tuit neptibus simpliciter descẽdentes masculos, sed fi-
37 lios masculos, & post eos eorum descendentes, & sic
descendentes ij masculi, qui se hodie prætendunt esse
vocatos non possunt venire, nisi per filios masculos,
quibus substituuntur ordine scilicet successivo, ad tra-
dita per *Cephal. dict. cons.* 581. *n.* 21. nomina enim col-
lectiva intelliguntur semper ordine successivo.
38 Rursus, & quartò confirmantur omnia ex eo quod
vocando filios masculos suarum neptum videtur præ-
dilexisse in illis, quodammodo neptum maritos, om-
nes enim tunc tẽporis [ut in facto præsopponitur] vi-
ros habebant, & credendum suo consensu, vel opera;
unde generos [quorum loco illos dilexisse credere
non est inconveniens] voluit honorare in filijs, in qui-
bus præcipuè repræsentantur.
Quintò demum, & ultimò fortiùs urget, quod
hisce in dispositionibus attendenda sit in primis præ-
39 cipua Testatoris intentio, quæ, ut non ambiguè ex
tota serie testamenti colligitur, fuit favere in primis
prosapiæ suæ, & antiquissimæ Gentilitati de Nellis,
quod si semel tantùm ab hac intentione digressus est,
vocando in quodam certò casu neptes, & earum ma-
sculinam prolem, ob singularem, quo illas proseque-
batur, amorem; ne nimium proinde ab ejus persona-
li intentione, favendi scilicet Gentilitati, discessisse vi-
deatur [ut haud quaquam discedere voluisse creden-
dum est] unaquæque, & levis occasio sufficit, ut ad
40 eumdem finem revertatur, ut in terminis considerat
idem *Grat. dict. cons.* 120. *n.* 36. *& seqq.*
Occasio autem hæc videtur urgens, quia ij masco-
li non sunt ex masculis ab eo in primis vocatis, ut
proindè sit locus illi vulgatæ conjecturæ de præsum-
pta Testatoris responsione, si modò interrogaretur,
an, scilicet, maluerit ijs masculis ab ignotis ipsi paren-
tibus genitis favere, an verò decori agnationis suæ;
& quod decori agnationis, non videtur ambigendum,
41 cum nulla erga incognitos consideretur affectio, &
quod magnam habuerit erga familiam propensionem,
& ad decus ejus conservandum principaliter incu-
buerit, omnia ferè ejus testamenti verba declarant.
Quod argumenti genus esse validissimum probat post
42 multos, quos allegat *Mantic. de conject. lib. 3. tit. 19.*
in princ. & n. 15.
Quibus sanè rationibus non satis utique inclinaba-
mus ad harum partium defensionem, rati facili nego-
43 tio posse responderi omnibus in contrarium deductis.
Et primò quoad distinctionem *Bald. in dict. Auth. ces-*
sante, quando nempè descendentes vellent ex pro-
pria persona succedere *Addens ibid. ad Bald. in versic.*
benè venirent satis probat ejus opinionem reprobari,
ut, & ille ei non satis tribuit in dicto *cons.* 40. *lib. 3.*
& in l. 1. ff. de condit. insert. & singulariter omnes in
regula dicta *l. si vivâ matre* pedem figentes.
Quo verò ad sequentem declarationem, ut dicta re-
gula non procedat, nisi jungatur cum favore agnatio-
nis. Nos modò probavimus favorem agnationis fuis-
se præcipuum in mente hujus Testatoris, nec quid- 44
quam nocere, quod ab eo semel recesserit, ad *Grat.*
opinionem, de qua mox suprà, stante maximè, quod
cum legato domus magnæ facto cuicumque majori de
familia Nellorum, voluerit semel conjungi legatum ho-
rum quatuor prædiorum, ut ibi: *E non essendo vivi,*
chi per questa mia legata si dispone, voglio, e lascio,
che sempre gli possegga quello possederà detta mia casa
grande, perchè intendo, e voglio, che di detti miei be-
ni ne sia disposta nel modo, ed a quelli, dopo la morte di
dette mie nepoti, in chi ha disposta di detta mia casa
grande, possegga ancora detti miei beni dopo la morte
di dette mie nepoti, &c. Sed in legato domus magnæ
majoratum instituerat possidendum à majori natu de
familia Nellorum, qui hodie est dictus reus conven-
tus de Nellis, ergo in persona illius, quia de agna-
tione est, major cadit Testatoris affectio, quàm in per-
sona quorumlibet actorum.
Cogitabam num possit defendi conclusio, etiam ubi
nullus adesset agnationis favor, nullaque illius propa-
gandæ affectio. Et sanè tot insignium authorum gravi-
tas me summoperè commovet, ut & rei judicatæ au-
ctoritas, de qua testatur *Menoch. dict. cons.* 315. *n.* 41.
verum non tamen audeo omninò tali opinioni nomen
dare, quandoquidem ab ea dissentire comperio exi-
mium Juris D. *Ludovic. de Molina in dict. peregregio*
ejus tractatu de Primogen. Hispan. lib. 3. cap. 5. n. 48.
& 49. quo loci ipse pariter testatur in judicio ita ob-
tentum in causa opulentissimi primogenii, ac pro-
inde *n. seq.* censet, quod ubicumque fœmina in ali- 45
qua dispositionis parte vocatur, nunquam censetur
habita ratio agnationis conservandæ.
Quam tamen illationem ita generaliter sumptam
valdè periculosam censeo, cum dari indubitanter pos-
sit, aliquem Testatorem, quampiam fœminam ejus- 46
que prolem prædilexisse agnationi, & post illam agna-
tionem suam cunctis viventibus; undè veriùs, & com-
mendabiliùs loquutos censemus opinantes rem hanc
totam pendere debere à dicta prædilectione, de qua ubi 47
ex verbis non constet expressè, sat erit utique con-
stare ex conjecturis, à quibus regulariter ultimarum 48
voluntatum cognitio pendere consuevit. Et in casu
sanè nostro conjecturæ sunt longè urgentiores propen-
sionis animi Testatoris erga gentilitatem, quàm sint
erga quoscumque extraneos a quacumque suarum ne-
ptum descendentes.
Neque proindè valde in contrarium urgerent tres
illæ ponderationes verborũ Testatoris exadverso con-
sideratæ, siquidem nihil promovent quoad ostenden-
dam hanc majoritatem propensionis erga hos descen-
dentes; Undè omnes concidunt, quia contrà omnem
verisimilitudinem concludunt, nempè quod hos præ-
dilexerit, cum versa vice omni conatu curaverit ostẽ-
dere se familiæ decorem in primis in universa disposi-
tione considerasse, & illi uni incubuisse, ut ex su-
prà relatis verbis patet, & ex mox dicendis clariùs
patebit.
Quod verò has partes actorum forsitan fovisset, ubi
illis ex testamenti serie aliquod jus competeret (quia
nempè descendentes neptum defectu illarum trium li-
nearum, de quo in principio diximus, vocarentur) es-
set judicio nostro, quod omnes penitus DD. quos le-
gimus in hac controversia (legimus autem plures) lo-
quuntur de exclusione, quæ talibus masculis obveni-
re posset, quia eorum loco ex voluntate Testatoris
alij admitterentur, sed hic ubi defectu masculorum
descendentium ex dictis tribus lineis non esset am-
pliùs conjungenda possessio prædiorum in persona
possessoris domus magnæ, ut ex parte actorum præ-
tenditur, reus conventus perperam quæreret hos ex-
pellere, cum certò certius esset illum nulla ratione
voca-

vocatum, licèt enim cuicumque possessori liceat uti
49 exceptione illa vulgata, quo ad te liberas ædes habeo *l. loci corpus §. competit ff. si servit. vend. l. ille à quo §. si de testamento*, ubi *Alexand. n. 2. & 3. ff. ad Trebell. cum vulgatis* tamen illa procedit, quando ni-
50 teretur actor in jure tertij, & tunc meritò dicitur litis finitæ ad *Dec. consil.* 302. *n.* 4. quia quoad se fatetur nullum jus habere, sed quando qui agit adversus nullum jus habentem, ducet simpliciter de aliquo suo interasse, etsi non liquidè, grave admodum est non esse audiendum.

Quinimò, dato hunc de Nellis esse verè comprehensum in illa exceptione: *Salvo, che quando fosse finita la linea, &c.* & sic, quod illi nullum jus in sua exceptione competat, non esset audiendus, nec potuisset allegare, quod actores nullum jus habeant, ut ex *Innocen. in cap. Abbate de verbor. significat. & ex Felin. in cap. si olim de rescript.* inquit *Marf. sing.* 280. de possidente sine titulo, & jure, cui denegatur, & adversus non habentem titulum remedium *l. diffamari C. de ingen. manu*.
51 Adversarijs enim sat est docere de colorata jurium suorum prætensione, ut in interdictis possessoriis sat esse dicitur docere de colorato aliquo titulo, licèt posset redigi ad non titulum, ut inquit *Menoch. in interdict. recup. remed.* 15. *n.* 463. *& interdict. retin. in remed.* 9. *uti possid. n.* 334.
52 In summa is, de non jure adversarij habentis aliquem sui juris colorem, non potest excipere, qui nullum jus penitus habet, ut D. Nellus hic nullum haberet, ad tradita per *Gabriel. commun. conclus. tit. de action. conclus.* 6. *n.* 37. & firmat *Rot. Rom in noviss. part.* 3. *decis* 802. *n.* 1. ad quod optimè facit singularis casus *Glos. in cap. duobus in versic. si non de rescript. in* 6. quem ibi summoperè commendat *Gemin. n.* 7. & ut notabilem recenset *Felyn. in dict. cap. olim n.* 10. *versic. limita* 4.
53 *de rescript.* ubi confessio adversarij de non suo jure, prodest actori, removendo scilicet obstaculum, quod habebat in sui dubij juris probatione.

Si ergo actores, ut descendentes masculi à neptibus vocatis jus habere in hæredem non injuria prætendunt, quod licèt reddatur dubium, quia plures DD. voluerint ex ratione *l. si vivâ matre* non esse admittendos, obstaculum tamen hujus dubij juris ipsis removetur, quoad præsens judicium contrà Nellum, quia certum sit illum esse omninò exclusum, cum in dicta exceptione *salvo, che &c.* ut prętendit, comprehendatur.

Quod, & *Fulgos.* in terminis videtur, quodammodo sensisse *dict. cons.* 83. *prope fin.* ibi, *Rursus cum non*
54 *sit*; videtur enim contrà omnem æquitatis rationem excludi illos ab eorum prætensionibus, qui tot insignes Juris Interpretes pro eorum habent defensione, & pro quorum juribus fuisse, ut diximus jam pridem, judicatum testatur *Malin. dict. n.* 49. *lib.* 3. *cap.* 5. *de Primog n.* per illum quod certò certius nullum jus excludendi quemquam tenet, cum neque suo, neque illius tertij jure uti possit. Sed hæc ex abundanti, & ad excitanda advocatorum ingenia dicta velint.

Nos enim credimus actores à judicio repellendos esse, non modo quia à linea infecta descendant, sed & quia Testatoris judicio, tum ipsi, tum eorum matres hoc caso repellantur, quandoquidem ex testamenti verbis palàm fit voluisse Testatorem neptes, vel eorum descendentes admitti ad plenam successionem horum quatuor prædiorum, solùm quando tempore mortis illarum trium neptum de Tossinghis, tres illæ primò vocatæ Nellorum lineæ defecissent, quo solo casu erat contentus disjungi legatum horum prædiorum à priori legato magnæ domos. Quod si mortuis omnibus tribus neptibus aliqui superstites essent descendentium illarum trium linearum, quas utique Testator asserit tres per errorem, cum duæ revera tantummodo sint, Laurentij nempè, & Antonij fratrum ex Victorio Nelli descendentium, quemadmodum similem errorem etiam suprà fecerat in legato parvæ domus vers. *item lascio a Giovanni*, ibi, *e mancate dette tre linee, cioè di Giovanni, d' Antonio, di Vettorio, e di Lorenzo d' Antonio, di Vettorio di Nello Nelli, &c.* ubi tres inquit lineas, quas ex propria ab ipso facta dinumeratione constat fuisse solummodo duas, legatum prædiorum erat jungendum cum legato magnæ domus, & ab illo nonquam de cætero segregandum, præter quam deficientibus omnibus de familia Nellorum, quo casu magna domus relinquitur Monasterio Sanctæ Luciæ in via Sancti Galli, & prædia remanent dispositioni ultimi decendentis. Ad quam rem demonstrandam referam breviter testamenti seriem, quà ingenuè perspectà, nullum spero futurum dubitandi locum.

In primis itaque relicto uxori suæ Lucretiæ de Castigliono omnium suorum bonorum usufructu in amplissima forma, instituit post illius mortem majoratum super quadam parva domo in familia Joannis Antonij filij, & nepotis Victorij de Nellis, sub quibusdam conditionibus. Mox secundò alium instituit majoratum super magna domo, quam ipse inhabitabat cum pictoris, & lignaminibus in eadem existentibus in familia primò Baptistæ Victorij, Laurentij filij, quem, ut ex serie testamenti patet, unicè prædilexit, quamquam sextò affinitatis gradu distaret ab eo; prædilectio autem hæc fortè, vel à nominis identitate manabat, vel quia esset ex Cassandra Giralda natus ipsius Testatoris nepte, vel quia errore ducebatur cæteros Nellorum sanguine ipsi esse magis sejunctos, ut expressè in quadam testamenti parte testatur, cum tamen Franciscus Joannis, & Joannes Baptista Caroli solùm quartò distarent gradu, ut ex arbore à Partibus concorditer nobis oblato liquet.

Sed eodem Baptista hærede instituto defuncto, nulla ejus filiorum mentione factà, vocavit ad dictum majoratum magnæ domus fratrem ejusdem Baptistæ natu majorem ex dicto Victorio, & Cassandra, & eodem ordine quemcumque alium masculum ex dictis jugalibus ortum, vel oriundum; & in eorum defectu eodem ordine majoris ætatis, vocavit alios ex Laurentio dicti Victorij patre ortos, & post illos rursus Joannis Antonij dicti Laurentij fratris descendentes, in quos majoratum fecerat parvæ domus. Quod si omnes hæ lineæ, quas tres appellat, sine masculis, ut suprà defecissent, tunc vocavit descendentes masculos majoris ætatis ex Francisco Joannis, & ex Joanne Baptista Caroli ab uno Stephano dicti Victorij primi [à quo prædictæ manaverant lineæ] fratre ex Nello Bartholomæi communi stipite, in quorum demum omnium defectu, prædictum Monasterium Sanctæ Luciæ ad dictæ domus magnæ successionem vocavit. Hactenus ergo morte Petri Pauli Equitis Hierosolymitani dicti Victorij, & Cassandræ filij nuper subsecutà, finem receperunt illæ primæ lineæ, quas tres nuncupat ipse Testator, undè sine controversia majoratus dictæ magnæ domus est purificatus in persona rei conventi, nempè præsentis Antonij ex Nello dicti Francisci filio, qui viventium vocatorum nunc majoris ætatis reperitur. Post talem suæ magnæ domus dispositionem prælegat dictis tribus ejus neptibus, seu cuicumque earum, quæ superstes reperiretur usumfructum post mortem Lucretiæ suæ uxoris; eo declarato, quod si omnes viverent, quælibet pro tertia dicti usufructus succederet, sin minùs, deficientium portiones superstiti accrescerent, ita ut ipsa dumtaxat toto usufructu potiretur. Mox deinde [& hic incipit tenor controversiæ] in versiculo: *Item morta detta Maddalena, &c.* disponit de dicto usufructu quatuor prædiorum per hæc verba [omissis tamen alijs uti longioribus, & inutilibus repetitionibus] *Item morte dette mie nepoti, e l' ultima di loro, tutti i soprascritti*

misi

16 *Impenfa funeris eft quafi debitum defuncti, & ejus hæreditatis.*
17 *Regulatur ut æs alienum Teftatoris, & in primis deducitur per gravatum.*
18 *In ære alieno Teftatoris comprehenduntur etiam dotes materuæ, vel fororum filij gravati.*
19 *In reftitutione fideicommiffi detrahitur à filio legitima, & Trebellianica.*
20 *Fœminæ fimpliciter exclufæ per Statutum ab inteftato, non faciunt partem in legitima.*
21 *Opinio prædicta recepta eft in Auditorio Florentino.*
22 *Fideicommiffum tranfmittitur in hæredem hæredis cum onere reftituendi.*
23 *Hæres hæredis, in quem tranfmittitur hæreditas gravata, detrahit Trebellianicam.*
24 *Fideicommiffum univerfale purum, etiamfi non fit agnitum, tranfmittitur ad hæredes.*
25 *Amplia, ut tranfmittatur etiam fideicommiffum conditionale, purificata conditione.*
26 *Puri, & purificati idem eft judicium.*
27 *Dominium non tranfit in fideicommiffarium, nifi is agnofcat fideicommiffum.*
28 *Fideicommiffum etiam non agnitum tranfit in fideicommiffarium, faltem revocabiliter, ad effectum tranfmiffionis.*
29 *Fideicommiffum non agnitum poteft repudiari per fideicommiffarium, atque ejus hæredem.*
30 *Furiofus tranfmittit fideicommiffum fibi delatum, licèt illud cognofcere non potuerit.*

D E C I S I O IX.

In Caufa Raffini, e Raffini.

Confolti ab admodùm Magnificis DD. Officialibus Pupillorum in caufa innumeris juris articulis referta coram eis vertente inter Auguftinum quondam Hieronymi Auguftini de Raffinis ex unâ, & filias Marci ejufdem Auguftini fenioris, ex diverfa tamen matre, parte ex altera.

Retulimus fideicommiffum injunctum in fupremo nuncupativo teftamento dicti Auguftini fenioris, per mortem ultimo loco dicti quondam Marci fine filiis, & defcendentibus mafculis, fuiffe purificatum ad favorem dicti Auguftini junioris ejus nepotis, proindeque hæreditatem, & bona ipfius Teftatoris ad eumdem Auguftinum fpectaffe, & fpectare, eique relaxanda unà cum fructibus perceptis à die litis conteftatæ citrà, & in futurum percipiendis, ufque ad actualem bonorum ipforum relaxationem.

Moti quia, ftantibus verbis illis teftamenti, in quibus Teftator inftitutis filijs, & nepote pofthumo, fi nafceretur ex uxore Andreæ unius ex ejus filijs ipfifque decedentibus fine prole mafculina, videlicet, quocùmque ex altero eorum decedente fine filijs mafculis, legitimis, & naturalibus, tali fic decedenti fubftituit vulgariter pupillariter, & per fideicommiffum alteros, vel alterum hæredes, vel hæredem fuperviventes, & filios legitimos, & naturales mafculos fuperviventes in ftirpes, non credidimus probabiliter dubitari poffe, quia fub claufula illa, *& filios legitimos, & naturales mafculos fuperviventes in ftirpes*, contineatur evidens fideicommiffum ad favorem Auguftini nepotis Teftatoris, nedum quia illa dictio *&*, quæ ponitur 1
inter hæredes, & filios, clarè præfefert diverfos effe filios ab hæredibus, juxtà tradita per *Glofs. in rubr. ff. de jur. & fact. ignor.* cum concordantibus, ficque de hæredum filijs intelligatur, cum de hæredibus proximè loquutus effet Teftator, & relatio debeat fieri ad pro- 2
ximiora *l. fi fervus plurium §. ultim. in fin. ff. de legat. 1.*

l. fi

l. si idem in ultimis verbis, ibique Gloss. & DD. ff. de
jurisd. omn. Jud.

3 Sed etiam quia copula ex sui proprietate auget sem-
per præcedentia l. ea tamen adjectio ff. de legat. 3. Dec.
cons. 7. sub n. 3. versic. & hoc in isto casu, & cons. 14.
n. 15. versic. sed tamen adhuc, Rot. decis. 329. num. 1.
tom 3. par. 1. in noviss. Surd. cons. 200. n. 16. & de-
cis. 319 n 7. & consequenter addit substitutioni etiam
4 filios hæredum, & sic nepotes, qualis est Augustinus,
in dubio enim hæc dictio accipienda est, ut stet ex-
tensivè, non restrictivè Bald. in l. 1. in princip. ff. de
instit. & substit. Butr. Imol. Feliu. & scribentes in cap.
quia plerique de Elect. Alex. cons. 9. n. 101. lib. 3. am-
plè Simon de Prat. in tractat. de interpret. ultim volunt.
lib. 2. solut. 3. n. 113. 114. & lib. 3. solut. 3. n. 11.

Alias ineptè diceremus, Testatorem substituisse
hæredes superviventes, statimque in eadem verbo-
rum conceptione addidisse inanem eorum interpre-
tationem, subijciendo hæredes, idest filios suos su-
pervenientes legitimos, & naturales. Hìc enim ne-
cessario superfluum esset unum ex dictis participijs
superviventes, prout superflueret etiam qualitas il-
la legitimorum, & naturalium, cum filios suos jam
descripsisset in institutione pro legitimis, & natura-
5 libus, & tamen certum est, superfluitatem omninò
evitandam esse l. quando ff. de legat. 1. l. si stipulans ff.
de usur. pulchrè Angel. cons. 338. sub n. 3. & novissi-
mè Zuccard. cons. 58. n. 6.

6 In tantùm, ut etiam si non extaret fideicommis-
sum, induci tamen dicatur, ut verba aliquid ope-
rentur, & significent, ut per Simon. de Prat. d. lib. 3.
solut. 3. n. 11. fol 316. ubi post alios, inquit in sub-
stitutione facta si decesserit sine filijs, & liberis, ver-
7 ba illa, & liberis importare duplicem conditionem,
nempè si gravatus decesserit sine filijs, & filij ejus
sine liberis. His accedit verisimilis mens Testatoris
desumpta ex vocatione posthumi ex uxore Andreæ, si
8 nasceretur, nam quemadmodum vocavit nepotem ex
Andrea, pari ratione credendum est vocasse etiam Au-
gustinum ejus pariter nepotem, & in eodem gradu
existentem, idque propter æqualitatem, quæ inter li-
9 beros servanda est l. inter filios C. famil. ercisciund. l. 1.
C. unde liber. l. ut liberis C. de collation. Riminald. sen.
cons. 105. n. 8. lib. 1. sicque in dubio judicandum es-
se constat l. cum pater §. pater pluribus ff. de legat. 2.
Socin. Jun. cons. 147. n. 38. & cons. 160. n. 24. lib. 2.
10 Hoc ipsum suadet etiam clausula illa in stirpes, &
non in capita, quæ ex sui proprietate verificari solet
in nepotibus, non autem in filiis §. cum filius, filia-
ve, ibique Mynsig. n. 7. 8. instit. de hered. quæ ab in-
testat. defer. propter quam solam dictionem aliàs in
11 tali fideicommisso repræsentaretur locus patris per
dictum Augustinum, juxtà tradita per Crass. in §. fi-
deicommissum quæst. 11. n. 7. ubi de communi.

Et licèt plura subtiliter contrà hanc intentionem
exadverso opponerentur, quoniam tamen omnes mu-
lierum Advocati, uno excepto, fideicommissum sem-
per admiserunt, DD. ad ulteriora potiùs progredien-
dum, quam in ijs ulterius inutiliter insistendum es-
se censuerunt.

Supposito igitur fideicommisso, brevibus fuit di-
ctum bona eidem subjecta relaxanda esse Augustino
soli superstiti ex masculis descendentibus Testatoris,
ex quo non alia de causa inducitur fideicommissum,
nisi ut bona ei supposita ad substitutum perveniant,
hodieque non ex sola fide gravati, sed ex juris ne-
12 cessitate fideicommissarijs restituuntur ad text. in §. fi-
nali inst. de fideicommis. hered. cum alijs de quibus per
Peregrin. in tractat. de fideicommis. artic. 1. n. 6. &
quidem pluribus, & in id competentibus actionibus,
& præcipue fideicommissariâ ipsâ hæreditatis peti-
tione l. 1. & per tot. tit. ff. de fideicommissaria here-
dit. petit. amplè Marzar. in epitom. part. 3. quæst. 62.
& Peregrin. ubi suprà artic. 45. num. 19. ubi de alijs
quoque similibus actionibus diligenter pertractat.

Diximus unà cum fructibus perceptis à die litis
contestatæ citra, quia hoc tempore quilibet obli- 13
gatus rem restituere dicitur in mora, proindeque
tenetur ad fructus l. Titia Seja §. usuras ff. de legat. 2.
Gloss. in l. 1. in versic. contestata C. de usur. & fruct. le-
gat. Gloss. in l. 2. in versic. civilis ff. de fideicommis. he-
red. petit. Marzar. ubi suprà quæst. 63. plenissimè Pere-
grin. artic. 49. n. 137. inquiens post litem super re
contestatam, possessores omnes pares esse quoad re- 14
stitutionem fructuum perceptorum, & percipiendo-
rum, ut per eum.

Adjecimus, detractis tamen impensâ funeris, ære-
que alieno Testatoris, de funeris enim impensa, sunt 15
text. in l. Papinianus §. quarta ff. de inoff. testam in l. in
restituenda C. de petit. hæredit. & in l. 2. §. si quid publice
ff. de hæredit. vel action. vend. Peregrin. reddens ratio- 16
nem, quia hoc est quasi debitum defuncti, & ejus hæ-
reditatis art. 35. n. 40. undè nil mirum si reguletur uti
æs alienum Testatoris, quod in primis per gravatum 17
deducitur l. irritum C. ad leg. falcid. l. à filia in prin-
cip. ff. ad Trebell. l. 1. ff. de religios. & sumpt. funer.
Alciat. cons. 139. n. 1. lib. 9. Didac. in cap. Raynaldus
§. 3. n. 11. extra de testam. Natt. consil. 255. n. 9. lib. 2.

In quo sanè ære alieno comprehenduntur etiam do- 18
tes maternæ, vel sororum ipsius gravati l. ab omnibus
§. final. ff. de legat. 1. l. lucius §. maritus ff. ad Trebel.
Castr. cons. 369. n. 9. lib. 1. Dec. cons. 51. n. 7. Alex.
cons 124. ad fin. lib. 7. Socin. Jun. cons. 170. n. 2. &
seqq. lib. 2. Natt. d. cons. 255. n. 6. Mantic. lib. 7. tit. 8.
n. 13. Crass. in §. fideicommissum quæst. 47. n. 2. Petr. de
fideicommis. quæst. 15. n. 7. & hæc quidem primo loco
deducuntur, quia æs alienum diminuit quartam l. 2.
C. ad Trebell. Natt. cons. 321. num. 3. Peregrin. dict. ar-
tic. 35. n. 39.

Secundo loco congruenter adjecimus detractionem 19
legitimæ, & Trebellianicæ debitarum dictis filiabus
Marci super bonis hæreditarijs Testatoris pro tertia
parte fideicommissi spectante ad ipsum Marcum, de
quo non est dubitandum cap. Raynutius, & Raynal-
dus extra de testam. legitimam autem censuimus esse
trientem, non semissem, quantumcumque liberi Te-
statoris, computatis filiabus, essent quinque ad Text. in
auth. ex testamento C. de inoffic. testam. ex quo receptior
videtur illa sententia, ut fœminæ per Statutum sim- 20
pliciter exclusæ ab intestato non faciant partem, ut
post alios testantur Castr cons. 246. sub n. 3. vers. bre-
viter his non obstantibus lib. 1. Dec. cons. 302. num. 7.
versic. nec obstat cum alijs per Gabriel. de legitim. con-
clus. 2. ante n. 3. cum seqq. Roland. cons. 25. n. 6. & 7.
lib. 1. Pancirol. cons. 1. n. 102. Cephal. cons. 571. n. 42.
lib. 4. Surd. de aliment. tit. 3. quæst. 1. n. 45. Menoch.
cons. 401. num. 142. & seqq. lib. 5. Crass. in §. legata
quæst. 7. n. 3. versic. tertia opinio, & hanc partem re-
ceptam quoque fuisse in hoc Prætorio docet decisio 21
DD. Trium diei 30. Julij 1597. lib. 80. Motivor. prout
fuisse, & alibi usu receptam, post Socin. Paris. & Brun.
testatur Roland. d. consil. 25. ante n 8. Trebellianicæ
verò deductionem in proposito censuimus esse in du-
plici differentia, nam quoad tertiam Marci non erat
dubitandum, quia eam unà cum fideicommisso trans-
miserit in filias.

Verùm quia Marco per diem prædecesserat Petrus
alter ex fideicommissarijs, proindeque dimidia fidei-
commissi ad eum pertinentis quæsita fuit eidem Mar-
co, alterâ dimidiâ ad Augustinum juniorem spectan-
te ex jis, quæ in primo hujus decisionis articulo di-
cta sunt, meritò dimidia hæc in filias pariter fuit tran-
smissa, cum onere tamen eam restituendi dicto Augu- 22
stino, ex traditis per Peregrin. de fideicomm. artic. 8.
n. 2. ibi quia dictam fuerit substituit sibi, vel simplici-
ter, & consequenter ad earum favorem, patitur etiam
quar-

23 quartæ ipsius Trebellianicæ detractionem *l. initium*,
l. quamquam ubi *Bart. Bald. Salycet. Castrens.* & alij *C.*
ad l. falcid. amplè *Paris. consil.* 25. *sub n.* 29. *versic. si*
autem in casu lib. 2. *& consil.* 1. *n.* 78. *cum seqq. lib.* 3.
eum alijs per *Peregrin. artic.* 3. *sub n.* 4. *versic. item*
hęres hęredis.
Idque non refragante, quod Marcus decesserit in
furore, fideicommissumque, & hæreditatem patris
prædefuncti agnoscere non potuerit, nam quemadmo-
dum fideicommissum universale purum, etiam si non
24 fuerit agnitum, transmittitur ad hæredes, ut latè
per *Peregrin. artic.* 22 *n.* 3. *& artic.* 21. *ante n.* 4. ita,
& fideicommissum conditionale, puta si sine filijs ma-
25 sculis decesserit, purificatum tamen transmittitur,
quia puri, & purificati idem est judicium, in pon-
26 cto *Surd. cons.* 253. *n.* 23. *& n.* 24. *lib.* 2.
Et licèt, ad hoc ut dominium rerum fideicom-
27 misso subjectarum acquiratur fideicommissario, ne-
cesse videatur, ut is illud primòm agnoscat, exem-
plo hæredis, qui debet priùs adire, ad hoc, ut hæ-
reditatem transmittat in hæredes, ut per *Peregrin.*
artic. 2. *n.* 63. *&* 64. Objectio tamen cessat distinguen-
do irrevocabilem acquisitionem à revocabili; revo-
28 cabiliter enim acquiritur fideicommissum purum, vel
purificatum, etiam non agnitum, immò & ante adi-
tam hęreditatem, quoad effectum transmissionis, quam-
29 vis & per fideicommissarium, & per ejus hæredem re-
pudiari possit, ex communi, de qua per *Socin. cons.* 132.
n. 4. *lib.* 4 *Cephal cons.* 223 *n.* 8. *Ruland. cons.* 46. *n.* 6.
lib 3. *& Surd. d. cons.* 253. *n.* 28. & in puncto, ut fu-
30 riosus transmittat fideicommissum sibi delatum, quan-
tumcumque illud propter furorem agnoscere non
potuerit, ex *text. in l. final* §. *sin autem in furore C. de*
curator. furios. tradunt explicitè *Bald. in l. poterit n.* 12.
C. de jur. deliber. & post eum *Marant. in repet. l. is po-*
test n. 132. *ff. de acquirend. hæredit.*

Alexander Zilocchiat.
Aloysius Soltia.
Dominicus Gualandus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Celebris quæstio illa, an filiorum appellatione veniant nepotes, latissimè discutitur, afferendo primùm circumstantias, quæ regulam confovent negativam, maximè in hac Curia receptam; deindè enumerando conjecturas pro recessu in casu contrariæ voluntatis Testatoris, varijs dissidentibus opinionibus conciliatis, & declaratis.

SUMMARIUM.

1 *Appellatione filiorum, an, & quando veniant nepotes, remissivè pro negativa, & pro affirmativa.*
2 *Regulariter filiorum appellatione non veniunt, ubi de ratione.*
3 *Et hęc opinio recepta est in Curia, & Rota Florentina, & referuntur celebriores res judicatæ, & n.* 4.
5 *Amplia, sive agatur de dispositione ascendentis, sive transversalis.*
6 *Facilius tamen stantibus conjecturis veniunt, quando agitur de descendentibus, difficiliùs si de Collateralibus.*
7 *Sed etiam in descendentibus graves requiruntur.*
8 *Fortiùs non veniunt, ubi addita fuerint verba solos filios immediatos includentia, & reliquos excludentia, & quę sint.*
9 *Vel si Testator usus fuerit dictionibus personalissimis,* sui, dicti, ejus.
10 *Aut si designatum sit nomen Patris.*
11 *Limita si tam dictiones, quàm nominis expressio, non stent taxativè, sed demonstrativè ad designandum de quibus filijs testator senserit.*
12 *Contrà quod dictiones de quibus n.* 9. *non stent demonstrativè.*
13 *Maximè si fuerint pluries geminatę, & iteratę, & num.* 14.
15 *Contrà, quod etiamsi geminatę fuerint accipi possint demonstrativè.*
16 *Concilia utramque opinionem, ut prima procedat concurrentibus conjecturis pro vocatione nepotum, secunda illis deficientibus, vel pugnantibus in contrarium.*
17 *Item Filiorum appellatione non veniunt nepotes, si in eadem, vel alia testamenti parte expressè vocati fuerint.*
18 *Declara, ut hęc circumstantia regulanda sit juxtà verisimilem mentem Testatoris, adeout possit esse conjectura vocationis, & quando.*
19 *Et generaliter, quando conjectura à discretiva habeat locum remissivè.*
20 *Item non veniunt nepotes, si filij nati erant de tempore testamenti, non verò nepotes, & de ratione.*
21 *Amplia etiamsi nepotes excluderentur à remotioribus.*
22 *Limita si Testator vocavit etiam filios non natos tempore testamenti, ubi de ratione.*
23 *Maximè si nepotes succedere deberent in locum Patris prędefuncti, ejus personam repræsentando.*
24 *Item non veniunt nepotes, si fuit filijs tributa facultas disponendi.*
25 *Limita si concessa fuerit pro faciendo meliorè investimenta in beneficium fideicommissi.*
26 *Item non veniunt nepotes, si in conditionali solùm positi fuerint filij primi gradus.*
27 *Et è converso, si in conditionali continerentur nepotes, censerentur inclusi etiam in dispositiva.*
28 *Limita, si conditionalis contineret verba indefinita, & dispositiva restricta esset ad filios.*
29 *Maximè si in conditionali apposita sit dictio* li, *quę operatur restrictionem ad filios institutos.*
30 *Regulariter tamen in conditionalibus filiorum appellatione veniunt nepotes.*
31 *Maximè si adjecta fuerit dictio universalis.*
32 *Limita stante contraria voluntate Testatoris.*
33 *Item filiorum appellatione non veniunt nepotes, si requisita fuerit in filijs certa qualitas, quę in nepotibus non reperitur.*
34 *Qualitas, an requiratur, ut sit actualiter in nepotibus, vel de tempore testamenti, vel purificati fideicommissi, remissivè.*
35 *Item non veniunt nepotes si legatum fecisset Testator filiabus in casu monacationis, & de ratione.*
36 *Et in substitutione eadem adhibuerit verba, quibus usus est in Legato.*
37 *Limita si in pręcepto dotandi apposuerit verba tractum successivum, & perpetuitatem denotantia.*
38 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, si ita suadeant conjecturę.*
39 *Amplia etiamsi versemur in fideicommissis transversalis.*
40 *Prima conjectura est, quando contemplata fuit agnatio, & familię conservatio.*
41 *Intellige quando hujusmodi votum fuerit absolutum, & independens, secùs si accessorium, & consequutivum ad fideicommissum ordinatum pro filijs.*
42 *Quando dicatur independens, & absolutum.*
43 *Contrarij quomodo declarentur, remissivè.*
44 *Agnationis conservatio ad hunc effectum, quando dicatur volita, quando non.*
45 *Maximè si cum voto agnatitio conjungatur realis prohibitio alienationis.*
46 *Limita si probibitio non esset directa ad bona, & restricta ad filios primi gradus.*

47 Amplia etiam in probibitione reali, si sit ad filios directa.

48 Et generaliter, quando probibitio alienationis operetur vocationem nepotum, quando non, remissivè.

49 Secunda conjectura est, volita perpetuitas fideicommissi, & conservationis bonorũ in hereditate, ubi de ratione.
Et è converso, si deficiat est argumentum exclusionis, n. 51.

50 Limita, at stante contraria voluntate Testatoris restringatur ad vitam filiorum, etiamsi dictum fuerit — nullo unquam tempore.

52 Tertia conjectura est, si substitutio filiorum facta fuerit in remotissimum tempus.

53 Et è converso ejus deficientia arguit exclusionem.

54 Contrà, quod non operetur, ut nepotes veniant appellatione filiorum.

55 Concilia utramque opinionem, ut prima procedat, quando Testator in utrumque casum non providit, secunda si specialiter provisum est, tam respectu temporis proximi, quam remoti.

56 Quando dicatur provisum in tempus remotum, quando non.

57 Item procedit prima, si vocati fuerint filij in perpetuũ, altera, si sola vocatio simpliciter collata in futurum.

58 Limita absolutè, ut non sufficiat mentio remotissimi temporis, si adsint verba restrictiva ad filios primi gradus.

59 Quarta conjectura est, si vocati fuerint filij nascituri.

60 Maximè si talis substitutio repetita fuerit per eadem verba indefinita.

61 Fortiùs si addita fuerint verba universalia, omnes, quicunque, quocumque tempore.

62 Limita, si vocati sint filij nascituri à primis heredibus restrictivè.

63 Vel, si vocatio nasciturorum associata non sit verbis tractum successivum importantibus.

64 Quinta conjectura est, si agatur de primogenitura, majoratu, & simili dispositione tractum successivum continente.

65 Sextam conjecturam suppeditat substitutio transversalium, quę sub tacita conditione si sine filijs facta censetur.

66 Intellige, quando fideicommissum conditum fuerit ab ascendente, secus si à transversali.

67 Dispositio l. cum avus, & l. cum acutissimi, habet locum solum in Fideicommisso ascendentis non transversalis, nisi ex certis, & urgentibus conjecturis contrarium appareat.

68 Item non habet locum, quando Testator de filijs instituti cogitavit, vel mentionem fecit.

69 Item non procedit favore fœminę, nec ejus filiorum, si Testator ad masculos se restrinxerit, & agnationem contemplatus fit.

70 Septima conjectura est, si eadem ratio dilectionis militat, tam respectu filiorum, quam nepotum.

71 Declara, ut hoc argumentum procedat quidem negativè, non affirmativè, & quomodo.

72 Dilectio æqualis, vel major ex quibus desumatur.

73 Æqualis operatur, ut vocatis nepotibus ex uno fratre, etiam illi alterius sub nomine filiorum vocati præsumantur.

74 Et è contrà exclusi censentur, si institutis pluribus filijs, constaret, respectu unius, de restrictione ad filios primi gradus.

75 Limita, ut ratio æqualis dilectionis nihil operetur, quando assignari possit diversa ratio.

76 Octava conjectura oritur ab absurdo, si descendentes à transversalibus, proximiores à remotioribus excluderentur.

77 Et ita nepotes ex propria familia vocati dicuntur, si substituti fuerint filij, & nepotes sororis.

78 Limita, si ex gravioribus circumstantijs constet Testatorem voluisse præferre remotiorem proximiori.

79 Nona conjectura est, si verbum descendentes, vel successores synonimè acceptum fuerit cum verbo filios.
Et quando hoc factum dicatur sub n. 87.

80 Contrarium qui teneant.

81 Et prima opinio procedit concurrentibus verbis tractum successivum importantibus.

82 Verbum descendentes, licèt plurium graduum collectivum, importat solum vulgarem.

83 Quę per aditionem filiorum expirat, & nepotes, aliosque descendentes excludit.

84 Ex verbis filios, & descendentes synonimè acceptis in fideicommisso particulari, cum dictionibus perpetuitatem denotantibus, argui non potest ad fideicommissum universale, in quo perpetuitas repetita non fuit.

85 Etiamsi in fideicommisso universali adjecta sit dictio, ut supra, & in quibus verificetur relatio.

86 Maximè si fideicommissum particulare sit diversum ab universali, respectu rei, personarum, & rationis.

87 Regulariter tamen per relationem ad aliam actum, in quo nepotes sub nomine filiorum continentur, appellatione filiorum veniunt nepotes.

88 Decima conjectura est, si vocati fuerint filij supervіventes simpliciter, secus si relativè ad filios primi gradus nominatim antea institutos.

89 Limita, si superviventia collata non fuerit in longissimum tempus, & exemplifica, ut ibi.

90 Undecimam conjecturam suppeditat clausula in stirpes, & non in capita.

91 Limita, si verificabilis esset in filijs filiorum, unà cum patruis ad alterius patrui successionẽ concurrentibus.

92 Duodecima oritur ex probibitione detractionis Trebellianicę.

93 Maximè si talis probibitio facta fuerit filijs, & successoribus.

94 Limita si constaret Testatorem, se restringere voluisse ad filios primi gradus, & verbum successores hoc casu de quibus intelligatur.

95 Amplia limitationem, etiamsi probibitio facta fuerit institutis, & substitutis, si filij primi gradus fuerint etiam reciprocè substituti.

96 Maximè quia detractio Trebellianicę solùm primis gravatis permissa est.

97 Conjecturę hactenus expensę fortiùs procedunt, si exclusis nepotibus, gravatus non liberatur ab onere restitutionis, secus si bona remaneant libera.

98 Et quando filij non liberantur ab onere restitutionis nomen filiorum lato modò accipitur.

99 Contrà, quod etiam hoc casu multiplicentur onera, & substitutiones, & favor nepotum considerari non possit.

100 Maximè, si extensio ad nepotes esset exorbitans, odiosa, & præjudicialis.

101 Item quia eorum admissio repugnat proprietati verborum.

102 Quę ratio viget etiam sublata prima ducta à libertate bonorum.

103 Concilia, ut distinctio procedat, quando nepotes ab intestato succederent cum filijs repræsentationis jure, & de ratione.

104 Item, quando de tempore purificatę substitutionis filij primi gradus essent præmortui, & bona libera remanere non deberent.

105 Item ad effectum succedendi per vulgarem, quatenus pater noluisset, vel non potuisset adire.

106 Quod fortiùs procedit in descendentibus, & de ratione.

107 Secus, quod distinctio non procedat, si substitutio verificata, & effectum sortita fuerit in filijs primi gradus.

108 Amplia etiamsi simus in conditionalibus, & verba collata sint in futurum, & incertum eventum.

109 Item

109 *Item nec recipitur ad effectum succedendi per fideicommissariam.*

110 *Limita si fideicommissaria sit relativa ad vulgarem, in qua filij primi, & ulterioris gradus continebantur.*

111 *Conjecturę validiores in hac materia preferri debent, & si sint ęquè validę, potiores judicantur, quę militant pro exclusione nepotum.*

112 *Contrà quos in dubio est judicandum, & pro restrictione ad filios primi gradus.*

113 *Fœminæ à Statuto exclusę, an, & quando faciant numerum ad augendam legitimam, & qualis sit consuetudo Civitatis Florentię.*

114 *Furiosus, an transmittat jus deliberandi ad heredes.*

115 *Fideicommissum, vel hereditas ab infante non adita, ad Patrem dumtaxat transmittitur.*

116 *Transmissio locum non habet in compendiosa facta post mortem heredis, & sic in diem incertum.*

117 *Fideicommissum non agnitum, quando transmittatur.*

Ad n. 1. & seqq.

1 APpellatione filiorum, an, & quando veniant nepotes, latè tractant *Buccafer. respons.* 34. 35. & & 36. in omnibus *n.* 1. *& seqq.* & pro negativa *Sacc. respons.* 118. *n.* 1. *& seqq. tom* 2. ubi pro affirmativa, infrà *dec.* 41. *n.* 6. *& seqq.* ubi pro affirmativa *dec.* 42. *n.* 1. *& seqq. dec.* 52. *n.* 1. *& seqq.* hujus voluminis, ubi pro negativa *dec.* 100. *n.* 80. *& seqq. dec.* 101. *n.* 37. *& seqq. decis.* 102. *n.* 1. *& seqq.* in omnibus pro negativa *decis.* 128. *per tot.* ubi pro affirmativa *decis.* 129. ubi pro negativa, *& decis.* 140. ubi pro affirmativa *Florentina Fideicommissi de Bucettis* 28. *Aprilis* 1719. *coram D. meo Audit. Bonfinii Seniore*, quæ infrà suis loco, & tempore apponetur, & in *decis.* 4. *coram Urceolo*, *& in Florentina Fideicommissi de Pittis coram Paciono* infrà imprimenda, *& coram Audit. Serapti impressa* penes *Saminiat. controv.* 201. *lib.* 2. *& confirmata anno* 1702. *coram Farsetto*, *& in decis. Senen.* 25. *n.* 18. *& seqq. coram me*, aliæque auctoritates inferiùs citandæ.

Filiorum appellatione in ultimis voluntatibus non veniunt nepotes, & multo minùs Pronepotes, & ul-
2 teriores descendentes, cum ex proprietate verborum, & stricta Juris interpretatione aliter filij, & aliter nepotes nuncupentur *l. quod si nepotes* 6. *ff. de testament. tutel.* §. *fin. Instit. qui testam. tut. dar. possunt*, *Castald. consult.* 123. *n.* 4. *& consult.* 114. *n.* 2. *Bonden. collect.* 33. *n.* 61. *lib.* 2. *Rodulphin.* in Causa Florentina *alleg.* 11. *n.* 23. *& seqq. Torr. de primogenit. part.* 1. *cap.* 11. *num.* 18. *fol.* 89. *& part.* 2. *quæst.* 19. *num.* 40. *fol.* 102. *Rot. Senen. apud Marc. Medic. dec.* 1. *n.* 1. *& seqq. & coram me dec.* 25. *n.* 06. *Palm. Nep. dec.* 262. *n.* 1. *Rot. Januen. apud eumdem, decis.* 489. *n.* 114. *& apud Torr. decis.* 16. *n.* 41. *Rot. Rom. apud eumdem variar. Jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 0. *de substit. & fideicommis. decis.* 19. *n.* 1. *coram Ubald. dec.* 875. *n.* 5. *Cels. decis.* 34. *n.* 4. *Merlin. decis.* 006. *n.* 10. *Dunozet. Jun. dec.* 648. *n.* 17. *Emerix Jun. dec.* 359. *n.* 7. *& dec.* 1163. *n.* 1. *Ansald. dec.* 52. *n.* 36. *Caprar. dec.* 43. *n.* 4. *decis.* 283. *n.* 1. *in recent. decis.* 378. *n.* 4. *part.* 13. *decis.* 406. *n.* 2. *decis.* 465. *n.* 4. *& decis.* 489. *n.* 1. *par.* 14. *decis.* 262. *n.* 1. *part.* 17. *decis.* 935. *n.* 1. *part.* 18. *& decis.* 199. *n.* 11. *part.* 19. *apud Palm. Nep. decis.* 497. *n.* 3. *post de Luc. de fideicommiss. in Mantiss. decis.* 22. *n.* 1. *decis.* 61. *n.* 1. *decis.* 62. *n.* 3. *decis.* 63. *n.* 6. *& seq. & decis.* 64. *n.* 3.

Et hæc opinio recepta est in Curia, & Rota Flo-
3 rentina, fuitque potissima materia celeberrimæ disputationis *in Florentina Fideicommissi de Pittis*, in qua primò scissi sunt Judices, duobus sentientibus pro nepotibus, quorum Votum est apud *Palm. decis.* 264. discordante Auditore Paciono, cujus decisio infrà imprimetur, causâque reassumptâ duo pro Nepotibus sentierunt, ipsorumque Votum legitur apud *Palm. Nep. dec.* 263. duo verò contrarium opinarunt, & horum decisio est *apud Saminiat. controv.* 201. repropositâ causâ, confirmata fuit ultimorum Sententia, rejectâ alterâ sub *die* 7. *Aprilis* 1702. *coram bo: me: Farsetto Jun. lib. Motivor.* 137. *fol.* 211. quam decisionem inferiùs impressam habebis. Instaurato hujusmodi disputatione in *Florentina Fideicommissi de Bucettis*, licèt emanaverit sententia nepotibus favorabilis *die* 29. *Aprilis* 1718. *coram D. meo Audit. Calderono*, fuit postea revocata, & responsum pro exclusione 28. *Aprilis* 1719. *coram D. meo Audit. Bonfinii*, undè patet in
hac inclyta Urbe contrariam opinionem invaluisse, 4
ut advertunt prædictæ decisiones *coram Farsetto n.* 21. *coram Bonfinio* §. *juris dispositioni*, *&* §. *propterea versic. præsertim in hac*, aliæque decisiones suprà citatæ *n.* 1. negativam opinionem amplectentes, & infrà *decis.* 91. *n.* 2. *& in Florentina Fideicomm.* 13. *Septemb.* 1720. *n.* 48. ubi plures, *& n.* 54. *coram D. meo Audit Calderoni infrà imprimenda*, & ego etiam scripsi *decis. Florent.* 31. *n.* 67. *& dec.* 57. *n.* 27. *inter impressas, coram me, & apud Magon. decis.* 71. *n.* 10. *Urceol. decis.* 4. *n.* 1. *& seqq. & n.* 60, *& in Florentina Fideicommissi de Fortiais Anni* 1671. *post tom.* 1. *Summę Sabelli cap.* 6. *fol. mihi* 35. §. *majus, impressionis Venetę Anni* 1697. *& Anni* 1707. *eod. fol. confirmata in alia decis. ibidem impressa.*

Idque procedit, sivè agatur de dispositione ascen- 5
dentis, sivè transversalis *Saminiat.* in alia Causa hujus dominij *controv.* 125. *n.* 93. & cæteris relatis *Rot. Florent. post Torr. de primogenit. decis.* 57. *sub n.* 41. repetita apud *Mans. consult.* 41. *tom.* 9. *n.* 6. *apud Saminiat. d. controv.* 201. *n.* 87. confirmata 7. *Aprilis* 1702. *coram Farsetto n.* 13. *Rot. Rom. coram Emerix Jun. decis.* 1289. *n.* 1. *Caprar. dict. decis.* 43. *n.* 5. *post de Luc. de fideicommis. in Mantis. decis.* 62. *n.* 4. *& in recent. decis.* 262. *n.* 1. *part.* 17.

Licèt difficiliùs veniant, quando agitur inter col-
laterales, in quibus urgentiores, & concludentissi- 6
mæ conjecturæ requiruntur, quàm in descendentibus, pro quibus sufficiunt leviores *Altograd. Jun. in Causa Florentina controv.* 97. *n.* 22. *Saminiat. d. controv.* 125. *n.* 13. *& seqq. Rot. Rom. coram Celso decis.* 34. *n.* 4. *coram Cerr. decis.* 231. *n.* 21. *post de Luc. de fideicommis. in Mantis. decis.* 64. *n.* 4. *& in Anconitana Fideicommissi* 3. *Martij* 1689. §. *quę regula*, *&* 22. *Junij ejusdem Anni* §. *primò, in fine, coram Hervault*, *Firmana Immissionis* 19. *Junij* 1722. §. *quoniam, coram R. P. D. meo Crispolto*, *Rot. Florent. post Torr. de primogenit. decis.* 57. *n.* 17. *&* 18. *coram Urceol. decis.* 4. *n.* 86. *&*
seqq. ubi, quod etiam in descendentibus requiruntur 7
graves *coram me d. decis. Florent.* 57. *n.* 28. *& decis. Senen.* 25. *n.* 27. *& apud Saminiat. d. controv.* 201. *n.* 89. & in illius confirmatoria, *coram Farsetto n.* 196. infrà imprimenda, *& in d. Florentina Fideicommissi de Bucettis* 1719. *coram D. meo Audit. Bonfinio sen.* §. *propterea, & seqq. fol.* 5. *&* 6. *& in citata Florentina Fideicommissi* 1720. *n.* 50. *&* 54. *coram D. meo Audit. Calderono.*

Et multo minus veniunt, quando fuerunt addita
verba *ex eorum corpore nati*, vel *ex se, & ejus legi-* 8
tima uxore, quæ solos filios immediatos includunt, ac nepotes, & reliquos omnes excludunt, in specie *Piton. de controv. patron. alleg.* 93. *num.* 22 *Rot. Rom. coram Caprar. d. decis.* 43. *n.* 8. *post de Luc. de fideicommis. in Mantis. decis.* 62. *n.* 7. *Rot. Florent. infrà decis.* 140. *n.* 16.

Vel Testator usus est dictione *sui*, *dicti*, *ejus*, vel 9
simili, quæ sunt personalissimæ, in terminis *Rodulphin. alleg.* 167. *n.* 6. *& seqq. Palm. Nep. alleg.* 291. *n.* 67. *Saminiat. controv.* 19. *n.* 17. *& d. controv.* 125. *n.* 94. *Piton. de controv. patron. d. alleg.* 93. *n.* 21. *&* 22. *de Luc. de fideicommis. disc.* 71. *n.* 6. *Rot. Rom. coram Emerix Jun.*

Jan. decis. 1163. *n.* 3. *in recent. decis.* 378. *num.* 14. *part.* 13. *decis.* 199. *n.* 16. *& decis.* 304. *n.* 8. *& seqq. part.* 19 *apud Palm Nep. decis.* 216. *n.* 3. *&* 4. *post de Luc. de fideicom. decis.* 19. *n.* 3. *& in Mantis. eodem tit. decis.* 63. *n.* 42. *& seqq.* 68. *&* 69. *decis.* 64. *n.* 25. *Rot. Florent. apud Urceol. decis.* 4. *n.* 34. *& seqq. apud Mans. d. consult.* 41. *n* 36. *repetita post Torr. de primogenit. decis* 57. *apud Saminiat. d. controv.* 201. *n.* 60. *& seqq & sub n.* 135. *confirmata Anno* 1702. *coram Farsetto §. adeunt, & seqq. fol.* 6. *& §. fortius fol.* 21. *Florentina fideicommissi* 1719. *coram Bonfinio §. comprobatur fol.* 10.

20 Vel si fuit designatum nomen patris, in individuo *Rot. Rom. coram Emerix Jun. decis.* 359. *n.* 9. *post tom.* 1. *collect. Bonden. decis.* 21. *n.* 21. *post de Luc. de fideicommiss. in Mantis. decis.* 64. *n.* 25.

Non sufficit tamen dictio *ipsius, ejus, sui, dicti*, nec verba *ex eorum corpore*, & similia, quando concurrunt conjecturæ in contrarium, tunc enim non stant taxativè, sed multoties etiam demonstrativè apponuntur ad designandam nempè personam, cui adij-
11 ciuntur; etenim, ut notum sit de quibus filijs Testator intellexerit, necesse est personam patris designare, illiusque nomen, vel expressè, vel per relationem exprimere, in terminis *Andreol. controv.* 82. *n.* 18. *Episcop. Rocc. disp.* 27. *n.* 23. *Castald. consult.* 258. *n.* 16. *&* 17. *Rodulphin. alleg.* 20. *n.* 13. ubi declarat contrarios, *alleg.* 22. *n.* 20. *alleg.* 24. *n.* 16. *alleg.* 25. *n.* 19. *Piton. de controv. patron. alleg.* 51. *n.* 18. *Risti. in l. cum avus lib.* 6. *cap.* 13. *n.* 14. *Rot. Januen. apud Palm. Nep. d. decis.* 489. *n.* 131. *& seqq. Rot. Florent. apud eamdem decis.* 263. *n.* 124. *& plurib seqq. & decis.* 453 *n.* 74. *& seqq. n.* 81. *&* 82. *cum duobus seqq. post Torr. decis.* 57. *n.* 49. *&* 50. ubi plenè repetita *apud Mans. d consult.* 41. *n.* 37. *& seqq. tom.* 9. & infrà *decis.* 119. *n.* 3. *& seqq. decis.* 140. *n.* 17. *& seqq. & n.* 21. *& seqq. Rot. Rom. coram Merlin. decis.* 206. *n.* 33. *& seqq. Dunozet. Jun. decis.* 648. *num.* 6. *& seqq. Bich decis.* 252. *n* 8. *Caprar. decis.* 722. *n.* 27. *post de Luc. de fideicommis. decis.* 51. *n.* 10. *&* 11. *& in Mantis. de fideicommis. decis.* 66. *n.* 5. *& seqq.*

Sed contrarium, quod dictiones prædictæ non stent
12 demonstrativè, in præcisis terminis tradunt auctoritates, quas refert, & sequitur *Rot. Florent. apud Saminiat. d. controv.* 201. *n.* 62.

Fortius si ultra expressionem nominis patris, simul concurrerent dictiones restrictivæ *suorum, & dictorum* geminatæ, & pluries reiteratæ, nam tunc verba stare non possunt demonstrativè, cum hoc operetur, tam verborum geminatio, quàm pronomen *suorum*, quod junctum verbo *dictorum* restringit vocationem
13 ad præcedenter nominatos, quibus illa suitas adaptatur, ut de geminatione verborum, in specie *Palm. Nep. d. alleg.* 291. *n.* 68. *Rot. Florent. apud Urceol. decis.* 4. *n.* 35. *&* 36. & de vocatione filiorum qualificata
14 cum pronominibus *meorum, suorum*, & similibus *Castil. controv. Jur. lib.* 5. *cap.* 92. *n.* 18. *& seqq. Rot. Florent. apud Saminiat. d. controv.* 201. *n.* 63. *& n.* 135. *confirmata de Anno* 1702. *coram Farsetto n.* 25. *& seqq.* ubi plures alij cumulantur *Rot. Rom. in recent. decis.* 667. *n* 6. *part* 2.

Et quamvis etiam in casu, quo adsit geminatio ver-
15 borum, & vocatio filiorum sit qualificata à dictionibus *dicti, sui*, & similibus, verba accipi posse demonstrativè, dixerit in specie *Rot. Florent. apud Palm. Nep. decis* 264. *n.* 25. ubi plures individuales auctoritates refert, quibus addimus aliàs superiùs citatas *num.* 11. & signanter *Rot. Florent. apud eumdem Palm. dict. decis* 453. *n.* 74. *& seqq. Rot. Rom. coram Dunozet. Jun. d. decis.* 648. *n.* 8.

Pugnantes tamen auctoritates facili negocio conciliantur capiendo verba, & pronomina prædicta in sensu demonstrativo, quando constat Testatorem nepotes sub nomine filiorum comprehendere voluisse, 16
secus si de hac voluntate non appareat, multoque minùs si constaret de contrario, ut se explicat *Palm. Nep. d. alleg.* 291. *n.* 67. *& seqq. Rot. Florent. apud eumdem d. decis.* 264. *n.* 26. *&* 27. *& in Florentina Fideicommissi de Pittis de Anno* 1702. *coram Farsetto n.* 27. *& seqq.* aliæque doctrinæ suprà citatæ *n.* 11.

Simili modò sub nomine filiorum nepotes non veniunt, si in eadem, vel in alia parte testamenti, & ad eumdem, vel ad alium effectum nepotes fuerunt expressè vocati, nam ex hoc disetetivo modò loquendi, arguitur illos sub nomine filiorum compre- 27
hendere noluisse *Rovit. consil.* 50. *n.* 3. *lib.* 1. & ibi *Altimar. n.* 29. *Rodulphin. alleg.* 22. *n.* 3. *& alleg.* 25. *num.* 6. *Altograd. controv.* 97. *n.* 24. *&* 29. *Caren. resol.* 103. *n.* 13. *& seqq.* ubi plenissimè rationes, & auctoritates adducit, & contrarijs abundè respondet *Palm. Nep. d. alleg.* 291. *n.* 70. *Piton. controv. Patron. d. alleg.* 51. *sub n.* 26. *Fusar. de substit. quæst.* 321. *n.* 59. *& seqq. Mart. Medic. inter decis. Senen. examinat.* 1. *n.* 29. *Rot. Januen. apud Torr. de primogenit. decis.* 18. *n.* 7. *Rot. Florent. apud Urceol. decis.* 4. *n.* 46. *& seqq. apud Saminiat. d. controv.* 201. *n.* 65. *& seqq. & n.* 120. *confirmata coram Farsetto de Anno* 1702. *§. hic accedebat, & seqq. fol.* 9. *§. & cum verbum, & seqq. fol.* 23. *& §. minus operari fol.* 35. R. P. D. *Organus* in eadem Causa scribens *in Mantis. ad de Luc. de fideicomm. decis.* 63. *n.* 25. 35. *& seqq. & n.* 46. *& in d. Florentina de Bucettis* 1719. *§. & primo, fol.* 6. *& in alia Florentina Fideicommissi* 1720. *n.* 52. *coram D. meo Audit. Calderono*, ubi plures *Rot. Rom. coram Dunozet. Jun. dict. decis.* 648. *n.* 19. *Emerix Jun. d. decis.* 1289. *n* 6. ubi allos citat *in recent. decis.* 378. *n.* 12. *& seqq. part.* 13. *decis.* 199. *n.* 13. *& seqq. & decis.* 304. *n.* 7. *part.* 19. *& post de Luc. de fideicommis. decis.* 19. *n.* 4. *& in Mantis. decis.* 21. *n.* 17. *decis.* 27. *n.* 6. *decis.* 61. *n.* 9. *& decis.* 64. *n.* 29.

Hæc tamen circumstantia regulatur etiam à verisimili mente Testatoris, & circumstantijs pro una vel altera parte militantibus, quæ dant normam, & proindè, quando conjecturæ pro vocatione nepotum sunt urgentiores ex eo quod in eadem, vel alia parte testamenti respectum habuit, & voluit nepotes, 28
& ulteriores descendentes, illos etiam voluisse dicendum est in alia testamenti parte, in specie *Rodulphin. d. alleg.* 25. *n.* 20. *Rot. Januen. apud Palm. Nep. d. decis.* 489. *n.* 117. abundè *Rot. Florent. post Torr. de primogenit. d. decis.* 57. *n.* 52. *& seqq.* repetita *apud Mans. consult* 41. *n.* 42. *&* 43. *tom.* 9. & infrà *d. decis.* 140. *n.* 24. *&* 25. *in d. Florentina de Pittis* 1702. *§. quod verò fol.* 12. *& in d. Florentina Fideicommissi de Fabbrinis* 5. *Septemb.* 1720. *§. hinc indubitanter, in fine, coram D. meo Audit. Casaregio, inferius imprimenda Rot. Rom. post de Luc. de Fideicommis. d. decis.* 52. *n.* 12. *& seqq. & in Mantis. d. decis.* 66. *n.* 8. *& seqq.*

Et quando, ac in quibus casibus habeat locum conjectura hæc à discretiva desumpta, tradunt supe- 29
riùs allegati, & signanter *Rodulphin. dict. alleg.* 20. *n.* 15. *alleg.* 22. *n.* 3. *&* 22. *d. alleg.* 25. *n.* 6. *&* 20. *Caren. Fusar. Rot. Florent. post Torr. d. decis.* 57. *apud Urceol. apud Saminiat.* & in confirmatoria *coram Farsetto, Organus* in eadem Causa scribens *post de Luc. de fideicommiss. in Mantis.* locis suprà citatis.

Prout non veniunt nepotes si filij erant nati de tempore conditi testamenti, nepotes verò non, erga quos 20
tamquam omninò incognitos Testatori, aliqua ipsius affectio considerari non potest, in specie *Saminiat.* in alia Causa hujus dominij *d. controv.* 125. *n.* 95. *&* 96. *Rot. Rom. coram Emerix Jun. dec.* 359. *n.* 10. *&* 11. ubi
quod hoc procedit, etiamsi nepotes excluderentur à 21
remotioribus, plures relati per *Rot. Florent. d. dec.* 57. *post Torr. de primogenit. n.* 55. *&* 56. ubi illos declarat.

Sed hoc non procedit, quando Testator vocavit etiam

22 etiam filios non natos tempore testamenti, nam si istos
eidem incoguitos vocavit, ita, & nepotes, quos non
cognovit, respuere noluisse credendum est, maxi-
23 mè si isti succedere deberent in locum patris præde-
functi ejus personam repræsentando, in termiois *Pi-
ton. de controv. patron. d. alleg.* 51. *n.* 19. *§. quarta quod
nepotes*.

Sic pariter non veoirent nepotes, si fuisset filijs tri-
24 buta facultas disponendi de bonis, & hæreditate eis
relicta *Rot. coram Emerix Jun. d. decis.* 1289. *n.* 5.

Si tamen facoltas alienandi fuisset concessa pro fa-
ciendo utiliori investimento, quod fideicommisso sub-
25 jacere deberet, contrarium dicendum esset, quod nem-
pè sub nomine filiorum, tunc deberent venire nepo-
tes *Rot. post de Luc. de fideicommis. in Mantis. decis.* 50.
num. 8.

Pro exclusione pariter nepotum respondendum es-
set, si in parte conditionali Testator voluisset solum
26 filios primi gradus, nam de eisdem etiam intelligere
voluisse dicendum est in parte dispositiva, in specie
Rot. Rom. apud Palm. Nep. decis. 216. *n.* 5. *& post de
Luc. de fideicommis. in Mantis. decis.* 19. *n.* 5. *Rot. Flo-
rent. in d. Florentina de Pittis* 1701. *coram Farsetto §. as-
sinem ulterius, & seqq. fol.* 24. *& seqq.*

Quemadmodum si in conditionali continerentur ne-
27 potes, illi etiam inclusi censerentur in dispositiva, in
specie *Rodulphin. d. alleg.* 25. *n.* 18.

E contrà verò, si in parte dispositiva Testator se
restrinxit ad filios primi gradus, verba indefinita in
conditionalibus ad eosdem restringi deberent, cum io
parte conditionali illæ personæ dumtaxat comprehen-
28 dantur, quæ contentæ fuerunt in dispositiva, à qua
conditionalis recipit declarationem, nisi adsit incom-
patibilitas, & resistentia mentis Testatoris, ut pluri-
bus auctoritatibus adductis, latissimè probat *Saminiat.
d. controv.* 125. *n.* 78 *& plurib. seqq. usque ad n.* 93. &
signanter *n.* 86. *& sub n.* 87. ubi quod si conditionalis
29 concepta sit per verba, *mantando li maschi*, dictio il-
la *li* restringit dispositionem ad filios primi gradus,
de quibus loquitur dispositiva.

Regulariter autem in conditionalibus sub filiorum
30 nomine veniunt nepotes, alijque descendentes, in
specie *Rovit consil.* 50. *n.* 2. 9. *&* 26. *& consil.* 52. *in
fin. lib.* 1. *Palm. Nep. alleg.* 291. *num.* 61. & in eadem
Causa scribens *Mans. consult.* 37. *n.* 28. *& consult.* 41.
n. 4. *lib.* 9. *Rodulphin. d. alleg.* 20. *n.* 6. *Sess. decis. Ara-
gon.* 64. *n.* 79. *&* 80. *Palm. Nep. decis.* 175. *n.* 6. *Rot.
Januen. apud eumdem d. decis.* 489. *n.* 58. *&* 121. *Rot.
Florent. apud Urceol d. decis.* 4. *n* 67. *&* 68. *apud Mans.
consult.* 41. *n.* 4. *tom.* 9. repetita *post Torr. de primo-
genit. d. decis.* 57. *n.* 9. *&* 40. *& in Florentina Fidei-
commissi de Fabbrinis* 5. *Septemb.* 1720. *§. præmitten-
da, & seqq. coram D. meo Audit. Casaregio*, ubi quod
31 hoc eò magis procedat, si in parte conditionali adje-
cta fuit particula universalis *Rot. Rom. post eumdem
Torr. decis.* 65. *n.* 7. *in recent. decis.* 328. *n.* 14. *part.* 19.
coram Cels. decis. 355. *n.* 13. *Benincas. decis.* 154. *n.* 3.
post de Luc. de fideicommis. decis. 51. *n.* 3.

Nisi ex conjecturis constaret Testatorem se voluis-
32 se restringere ad solos filios, nam tunc etiam in con-
ditionalibus nepotes non veoirent, in specie *Palm.
Nep. d. alleg.* 291. *n.* 63. *versic. secundò, & n.* 66. *Mart.
Medic. examinat.* 1. *n.* 36. *&* 37.

Præsumitur etiam, Testatorem noluisse vocare ne-
potes, quando certam qualitatem in filijs requisivit,
33 quæ in nepotibus non reperitur *Altimar. ad Rovit. d.
cons.* 50. *n.* 18. *lib.* 1. *Andreol. d. controv.* 82. *num.* 4.
Barbos. vot. decis. 70. *n.* 1. *tom.* 2. *Mans. tom.* 9. *con-
sult.* 38. *n.* 20. *& consult.* 42. *n.* 43. *in fin. Rodulphin.
alleg.* 167. *num.* 8. *&* 12. *Fusar. de substit. quæst.* 322.
n. 15. *Torr. variar. tom.* 2. *tit.* 2. *quæst.* 39. *n.* 13. *&
tom.* 3. *tit.* 13. *definit.* 40. *n.* 25. *fol.* 374. relati *per
Rot. Florent. post eumdem de primogenit. dict. decis.* 57.
n. 57 repetita *apud Mans. consult* 41. *tom.* 9. infrà *de-
cis.* 91. *n.* 2. *& in d. Florentina Fideicommissi de Pittis
coram Farsetto n.* 1. *&* 2. *& in d. Florentina de Bucettis
coram D. meo Audit. Bonfinio §. quia replicetur*.

An verò requiratur, ut qualitas sit actualiter in ne-
potibus, vel de tempore testamenti, vel purificati 34
fideicommissi, vide de hoc differentem *Rot. nostram
apud Torr. de majoratib. tom* 3. *dec.* 57. *n.* 58. 59. *& seqq.*

Quemadmodum non veoiunt nepotes, si ita sua-
deat subjecta materia, & qualitas dispositionis, puta
si Testator legatum fecisset filiabus in casu monaca-
tionis, quod legatum præsumitur relictum solum fi- 35
liabus primi gradus, eo quia inverisimile est dispo-
nentem relinquere voluisse dotem omnibus filiabus,
& descendentibus in infinitum monacandis *Rot. Flo-
rent.* in sæpe citata *Florentina Fideicommissi de Bucet-
tis* 1719. *§. tertiò mentem fol.* 9. infrà imprimenda.

Et si Testator in substitutione adhibuit eadem ver-
ba, quibus usus est in relicto pro monacatione, ista 36
paritèr de filijs primi gradus intelligi debent, ut pro-
sequitur *eadem Rota in dict. Florentina* 1719. *coram D.
meo Audit. Bonfinio §. tertiò mentem, & seqq. fol.* 9. ubi
objectis respondet.

Nisi Testator in præcepto dotandi usus fuisset ver-
bis tractum successivum, & perpetuitatem denotan-
tibus, quo casu cum dos, ne dum filiabus, sed etiam
neptibus, alijsque descendentibus constitui deberet, ex 37
hoc onere, & præcepto dotandi desumi deberet ar-
gumentum pro vocatione nepotum, aliorumque de-
scendentium, ut benè in individuo observant *Menoch.
consil.* 1037. *n.* 1. *& seqq. & consil.* 1039. *n. paritèr* 1. *&
seqq.* egregiè *Episc. Rocca disput.* 121. *n* 23. *cum tribus
seqq.* benè *Rot. in rec. dec.* 599. *n.* 4. *& seqq part.* 8. &
ibi *Rubeus in annot. & dec.* 125. *n.* 8. *& seqq. part.* 10.

Receditur tamen à regula exclusiva nepotum, quan-
do concurrunt conjecturæ ostendentes talem fuisse 38
voluntatem Testatoris, ut per *text. in l. justa* 201. *&
l. liberorum ff. de verborum significat. Rodulphin. alleg.* 6.
n. 9. *alleg.* 20. *n.* 2. *&* 7. *alleg.* 22. *n.* 5. *alleg.* 24. *n.* 1.
alleg. 25. *n.* 13. *& alleg.* 54. *n.* 9. *Rocca disput.* 27. *n.* 7.
Saminiat. d. controv. 125. *n.* 26. *Palm. Nep. decis.* 262.
n. 5. *Mart. Medic. examinat.* 1. *sub n.* 15. *Rot. Januen.
apud Palm. Nep. d. decis.* 489. *n.* 115. *& seqq. Rot. Flo-
rent. post Torr. de Primogenit. decis.* 57. *n.* 16. *&* 43.
repetita *apud Mans. consult.* 41. *n.* 5. *tom.* 9. *apud Ur-
ceol. d. decis.* 4. *n.* 91 *& post tom.* 1. *Summa Sabell. d.
cap.* 6. *§. quartò vocationem fol.* 39. & infrà *decis.* 140.
num. 8. *& in Florentina Fideicommissi de Bucettis* 1719.
§. assumptum fol. 22. *& in Florentina Fideicommissi* 13.
Septemb. 1720. *n.* 49. ubi innumeri concordantes *co-
ram D. meo Audit. Calderono* infrà suis loco, & tem-
pore imprimenda, ibique etiam plures aliæ decisiones
Rotæ Florentinæ adducuntur *Rot. Rom. post de Luc. de
fideicommis. decis.* 50. *n.* 2. *decis.* 51. *n.* 1. *& decis.* 69.
n. 10. *& in Mantiss. eodem tit. decis.* 17. *n.* 2. *decis.* 28.
num. 2. repetita *coram Caprar. decis.* 283. *num.* 2. *&
dec.* 307. *n.* 1. *& post eumd. de Luc.* pariter *in Mantis.
dec.* 21. *n.* 9. *decis.* 22. *n.* 1. *& decis.* 64. *n.* 6. *& in
recent. decis.* 262. *n.* 4. *part.* 17.

Etiamsi versarèmur in fideicommisso transversalis 39
Episcop. Rocca d. disput. 27. *n.* 22. *Saminiat.* in alia Cau-
sa hujus dominij *d. controv.* 125. *n.* 26. *Rot. Florent.
post Torr. de primogenit. decis.* 57. *n.* 17. *Rot. coram Ca-
prar. d. decis.* 283. *n.* 2. *& decis.* 307. *n.* 1.

Et una ex conjecturis indicantibus voluntatem Te-
statoris substituendi nepotes, & ulteriores descenden-
tes est, quando fuit contemplata agnatio, illiusque, 40
& familiæ conservatio *Rovit. d. cons.* 50. *n.* 18. *&* 19.
ibique *Altimar. n.* 27. ubi alij, idem *Rovit. d. consil.* 52.
n. 3. 6. *& n.* 16. *lib.* 1. *Rot. coram Emerix Jun. dec.* 902.
n. 4. *Caprar. dec.* 283. *n.* 3. *dec.* 285. *n.* 7. *& dec.* 307.
n. 2. *post de Luc. de fideicomm. dec.* 50. *n.* 3. *&* 4. *& de-
cis.* 69. *n.* 10. *&* 11. *& eodem tit. in Mantis. decis.* 16.
n. 3.

n. 3. & seqq. decis. 17. n. 3. decis. 18. n. 3. decis. 19.
n. 12. & seqq. decis. 20. n. 3. & 5. decis. 21. n. 29. &
decis. 22. n. 14.

Hoc tamen intelligas, quando votum conservandi
bona in agnatione, & familia est absolutum, & in-
dependens, nam si illud esset accessorium, & conse-
curivum ad fideicommissum ordinatum pro filijs, istud
41 non extenderet ultrà personas in fideicommisso con-
tentas, nec comprehenderet nepotes, aliosque de-
scendentes, in specie Rot. Rom. post de Luc. de fideicom-
mis. in Mantiss. sæpecitat. decis. 21. num. 41. & seqq.
42 ubi quando fideicommissum dicatur independens, &
absolutum, & quando non, & n. 47. & seqq. & dict.
43 decis. 21. n. 7. & seqq. ubi addocit, & declarat con-
trarios, & d. decis. 62. n. 9. Rot. Florent. apud Sami-
niat. d. controv. 2u1. n. 123. confirmata Anno 1702.
coram Farsetto §. & cum ratio, & seqq. fol. 35. & 36.
ubi materiam examinat, & objectis satisfacit.

An autem, & quando ad hunc effectum, dicatur
44 volita agnationis conservatio, vel non Rovit. d. con-
sil. 50. n. 18. & 19. lib. 1. Rot. post de Luc. de Fidei-
commiss. in Mantis. decis 19. n. 6. & 7. decis. 21. n. 29.
decis. 64. n. 14. coram Dunozet. Jun. decis. 648. n. 22.
& 23. alijque superiùs relati.

Multoque magis nepotes venirent, si pro conser-
vatione bonorum in familia, & agnatione fuit pro-
45 hibita quæcumque alienatio hæredi instituto, & fi-
lijs, & verba fuerunt directa in rem Palm. Nep. d.
decis. 261. n. 10. Rot. coram Caprar. d. decis. 283. n. 4.
post de Luc. de fideicommis. decis. 50. n. 3. & seqq. &
n. 9. & decis. 69. n. 10. & 13.

Si verò prohibitio alienationis non esset directa ad
46 bona, & restricta fuisset ad filios primi gradus, hujus-
modi prohibitio sicut extendi non potest ad nepo-
tes, aliosque descendentes ulteriores, ita nec pos-
set adduci pro conjectura illorum vocationis, ut post
plures, quos refert Rot. Rom. post de Luc. de fideicomm.
in Mantis. d. dec. 21. n. 27. & dec. 22 n. 5. Rot. Florent.
apud Palm. Nep. decis. 194. n. 29. & in d. Florentina de
Pittis 1702. §. corruebant tandem fol. 35. ubi quod hoc
47 procedit, etiamsi prohibitio esset realis.

Quando autem, & in quibus casibus ex prohibi-
tione alienationis bonorum factà filijs arguatur, vel
48 non, nepotes venire debere sub illorum nomine, ul-
trà superius citatos, vide Rot. coram Emerix Jun. d.
decis. 1289. n. 7. & seqq. apud Calderon. resolut. 57.
n. 36. & 37. post de Luc. de Fideicommis. in Mantis. de-
cis. 25. n. 18. 27. & seqq.

Sic etiam si volita fuit perpetuitas fideicommissi,
49 & conservationis bonorum in hæreditate, nepotes ve-
nirent, cum hæc perpetuitas dari non possit, si in
filijs primi gradus substitutiones terminare deberent
Altimar. ad Rovit. d. consil. 50. n. 51. lib. 1. Mans.
consult. 40. num. 10. & 11. tom. 9. Palm. Nep. dict. de-
cis. 262. num. 8. Rot. Jannen. apud eumdem dict. de-
cis. 489. n. 126. Ansald. in Causa Florentina scribens
in addit. ad decis. 52. n 37. ubi alij Rot. Florent. apud
Palm. Nep. decis. 451. n. 3. Rot. Rom. coram Merlin. de-
cis. 460. n. 55. Coccin. decis. 1162. n. 3. Caprar. de-
cis. 43. n. 7. d. decis. 283. n. 5. decis. 185. n. 4. & de-
cis. 307. n. 6. in recent. decis. 718. sub n. 3. part. 2. &
decis. 645. n. 14. part. 14. & apud Balduc. decis. &
res judicat. tit. 3. de legat. & fideicommiss. decis. 7.
n. 5. 6. 19. & 22. apud Calderon. resolt. 57. n. 34. &
seqq. post de Luc. de fideicommis. decis. 50. n. 3. & seqq.
& dict. decis. 69. n. 12. & in Mantiss. decis. 17. n. 15.
decis. 18. n. 6. decis. 21. n. 23. decis. 65. n. 1. & 3. &
decis. 66. n. pariter 5. & seqq. & n. 8.

Sed si constaret de mente Testatoris se restringen-
50 di ad filios primi gradus, nihil operarentur verba
nullo umquam tempore, aliaque perpetuitatem demon-
strantia; ista enim intelliguntur semper secundum
subjectam materiam, talique casu perpetuitas restrin-
gi deberet durante vita filiorum hæredum instituto-
rum, ut prosequitur Rot. post de Luc. de Fideicom-
mis. in Mantis. d. decis. 21. n. 28. & citata decis. 23.
n. 5. & 6.

E converso verò, si non adsint verba perpetuita-
tem, & tractum successivum præseferentia, sub nomi- 51
ne filiorum non includuntur nepotes Rot. coram Eme-
rix Jun. decis. 1289. n. 4.

Nepotes pariter sub filiorum nomine venire de-
bent, si substitutio filiorum facta sit in remotissimum
tempus, quo verisimiliter adesse non poterant filij 52
primi gradus, juxtà theoricam Imolæ in l. Gallus §. in-
stituens n. 48. ff. de liber. & posthum. Rovit. d. consil. 50.
n. 24. & consil. 52. n. 4. & seqq. lib. 1. Episc. Rocc. di-
sput. 27. num. 8. ubi plures congerit Rodulphin. dict.
alleg. 20. num. 3. alleg. 22. num. 4. & seqq. alleg. 23.
num. 4. & dict. alleg. 14. num. 3. Piton. de controv. pa-
tron. alleg. 51. num. 8. & alleg. 93. num. 20. Torr.
variar. Jur. quæst. tom. 3. tit. 13. definit. 40. num. 16.
fol. 373. Rot. Jannen. apud Palm. Nep. dict. decis. 489.
num. 122. & seqq. ubi quod hoc maximè procedit,
quando aliæ conjecturæ concurrunt Rot. Florent. post
Torr. de primogenit. d. decis. 57. n. 19. 20. & 21. ver-
sic. in quo casu, & n. 54. & 56. & infrà d. decis. 140.
n. 19. & 20. & in d. Florentina de Pittis coram Farset-
to §. vel recipienda fol. 21. Rot. Rom. coram Emerix
Jun. decis. 902. n. 5. Merlin. decis. 206. n. 16. & 24.
Bich. decis. 252. n. 13. & seqq. Caprar. decis. 721. n. 25.
& 29. apud D. meum Audit. Calderonum resol. 57. n. 34.
& seqq. post de Luc. de fideicommis. in Mantis. decis.
& in Romana Salviani 14. Maij 1723. §. nec
ad rem pertinet coram Eminentiss. D. meo Cardinali Fal-
conerio.

Et viceversa si vocatio non sit collata in tempus
remotissimum, est unà ex conjecturis pro non inclu-
sione nepotum sub nomine filiorum de Luc. de fidei- 53
commis. decis. 71. n. 8. Rot. post ipsum, eodem tit. in
Mantis. d. decis. 64. n. 26. Merlin. decis. 206. num. 16.
Emerix Jun. d. decis. 1289. n. 3.

Contrarium tamen, quod voluntas Testatoris pro-
trahendi fideicommissum in futurum incertum even-
tum imò, & in remotissimum tempus non operetur, ut 54
nepotes veniant filiorum appellatione Roman. cons. 438.
in fin. Casanat. consil. 58. n. 38. plenè Menoch. con-
sil. 115. n. 40. & n. 100. & seqq. Altograd. dict. con-
trov. 97 n. 45. Saminiat. controv. 19. num. 23. & con-
trov. 125. n. 72. Mans. consult. 364. n. 29. Rot. Rom.
coram Dunozet. Jun. decis. 648. n. 24. Bich. decis. 480.
n. 27. post tom. 1. collect. Bonden. decis. 21. n. 23. apud
Giovagnon. consil. 24. n. 73. lib. 2. in recent. d. decis. 507.
n. 14. part. 2. post de Luc. de fideicomm. in Mantis. dict.
decis. 63. num. 70. Rot. Florent. apud Urceol. decis. 4.
num. 63. & seqq. & infrà decis. 129. num. 1. & seqq.
& in dict. Florentina de Pittis apud Saminiat. dict. con-
trov. 201. num. 113. & seqq. confirmata Anno 1702. co-
ram Farsetto §. nam vel talis ubi plures concordan-
tes fol. 20.

Quæ opiniones inter se dissidentes conciliantur,
ut prima procedat, quando Testator in utrumque
casum non providit, secus si specialiter provisum
est, tam respectu temporis proximi, & filiorum pri-
mi gradus, quàm remoti, & ulteriorum descenden-
tium, nam tunc nepotes sub nomine filiorum non
veniunt, etiamsi substitutio filiorum in tempus remo- 55
tum collata legatur; cogitans enim Testator de suc-
cessoribus signum est, quod eos sub nomine filio-
rum comprehendere noluit Surd. consil. 403. sub n. 21.
Balduc. ad Ratton. observ. 17. n. 49. Altograd. d. con-
trov. 97. n. 45. Saminiat. d. controv. 125. num. 76. de
Luc. de fideicommis. disc. 71. n. 10. Piton. de controv.
patron. dict. alleg. 93. n. 21. & 22. Rot. Florent. apud
Urceol. dict. decis. 4. n. 65. post tom. 1. Summæ Sabell.
cap. 6. §. corruit quinta, & in ejus confirmatoria §. se-
cunda

tunda autem fol. mihi 36. *&* 42. *impressionis Venetæ Anni* 1697. *& Anni* 1707. *iisdem numeris apud Saminiat. d. controv.* 201. *n.* 116. *confirmata* 7. *Aprilis* 1702.
56 *coram Farsetta §. secus verò, & plurib. seqq. fol.* 20. *& seqq.* obi quando dicatur provisum in tempus remotum, & quando non, *& in Florentina Fideicommissi* 13. *Septemb.* 1720. *n.* 53. *coram D. meo Audit. Calderono* inferius imprimendæ *Rot. Rom. post de Luc. de fideicommiss. in Mantiss. dict. decis.* 63. *n.* 70. *in recent. decis.* 95. *n.* 2. *part.* 11. *decis.* 378. *num.* 16. *part.* 13. *decis.* 199. *n.* 10. *& decis.* 304. *n.* 14. *part.* 19. *& in Perusina Fideicommissi* 30. *Januarij* 1711. *§. In hac sanè, coram R. P. D. meo Crispo.*

Rorsus prima opinio locum habet, quando substitutio collata fuit in remotissimum tempus, & vocatio filiorum in perpetuum; isto enim casu cum valde verisimile sit, Testatorem credere potuisse filios primi gradus, tunc in rerum natura non extitisse, sub filiorum nomine nepotes comprehendere voluisse dicendum est; oppositum tamen, secundam nempè opinionem locum habere crederem, quando fi-
57 liorum vocatio in futurum tempus dumtaxat collata esset, cum tunc de verisimili credulitate Testatoris super non existentia filiorum dicto tempore non appareat, ut distinguunt *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 3. *n.* 9. *Fusar. de substit. quæst.* 320. *n.* 16. *versic. hęc quę sententia, & n.* 17. *Simon. de Pręt. de interpret. ultim. volunt. fol.* 153. *num.* 219. *& seqq.* optimè *Episc. Rocc. d. disput.* 27. *num.* 12. *&* 13. ubi respondet contrarijs *Rot. coram Merlin. d. decis.* 206. *num.* 17. *& seqq. Bich. decis.* 232. *n.* 13. *Dunozet. Jun. d. decis.* 648. *n.* 24.

Et si adsint verba restrictiva ad filios primi gradus, eò minùs venire possunt nepotes, non obstante, quod
58 mentio facta sit de remotissimo tempore, in nostris terminis *Rot. Florent. apud Urceol. dict. decis.* 4. *n.* 66. *& in d. Florentina Fideicommissi de Pittis* 1702. *§. fortius, fol.* 21. ubi cæteri congeruntur *Rot. Rom. post de Luc. de Fideicommiss. in Mantiss. dict. decis.* 64. *n.* 8. *& seqq. in recent. decis.* 378. *n.* 14. *part.* 13. *decis.* 406. *n.* 3. *part.* 14. *& d. decis.* 304. *n.* 15. *part.* 19.

Alia conjectura pro vocatione nepotum consistit
59 in eo, quod vocati fuerint filij nascituri indefinitè, quæ verba cum habeant tractum temporis in futurum, restrictionem ad filios primi gradus non admittentia, comprehendunt nepotes, & ulteriores descendentes, in specie *Castald. consult.* 249. *n.* 10. *& consult.* 273. *num.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 94. *n.* 28. *Mantic. de conjectur. ultimar. volunt. lib* 8. *tit.* 8. *n.* 16. *Rot. Florent. post Torr. de primogenit. decis.* 37. *n.* 32. *& sub n.* 33. *versic. signanter quia, Rot. Rom. coram Manzaned. decis.* 47. *n.* 5. *Dunozet. Jun. dict. decis.* 648. *num.* 3. *Merlin. decis.* 460. *n.* 16. *Emerix Jun. dict. decis.* 1289. *n.* 13. *Caprar. decis.* 285. *n.* 1. 2. *&* 9. *& decis.* 314. *n.* 1. *&* 11. *in recent. decis.* 169. *n.* 36. *part.* 11. *post Torr. de pact. futur. success. decis.* 213. *n.* 3. *post de Luc. de fideicommiss. in Mantiss. decis.* 19. *n.* 1. 2. *&* 8. *& decis.* 20. *n.* 1. *&* 2. *d. decis.* 63. *n.* 2. *& d. decis.* 66. *n.* 1.

60 Maximè si talis substitutio fuit repetita per eadem verba indefinita *Rot. Rom. coram Caprar. d. decis.* 285. *n.* 8. *& decis.* 314. *n.* 2.

Multoque fortiùs, si vocati essent filij nascituri
61 cum verbis universalibus *omnes, quicumque, quocumque tempore, &c. Castald. consult.* 258. *n.* 8. *Fusar. de substitut. quæst.* 320. *n.* 23. *& seqq. Rot. Florent. infrà d. dec.* 140. *n.* 17. quibus addimus *Adden. ad Rovit. d. consil.* 30. *num.* 20. *lib.* 1. ubi plures *Rovit. consil.* 32. *num.* 16. *versic. ultima, lib.* 1.

Quamquam non procedat, si vocati sint filij nascituri à primis hæredibus restrictivè, nam tunc pro-
62 priè intelligi debet de filijs, qui post conditum testamentum nasci possunt *Palm. Nep. dict. alleg.* 291. *n.* 74. *&* 73. *Rot. coram Emerix. Jun. dict. decis.* 1289. *n.* 2. *&* 13. *apud Palm. Nap. dict. decis.* 216. *n.* 6. *in recent. decis.* 262. *n.* 6. *&* 7. *part.* 17. *post de Luc. de fideicommis. dict. decis.* 19. *n.* 6. *& in Mantis. eodem tit. d. decis.* 22. *n.* 4.

Vel si vocatio nasciturorum associata non sit ver-
bis tractum successivum importantibus, & perpetui- 63
tatem denotantibus, cum illorum vocatio nepotes comprehendat solùm, quando prædicta verba & qualificationes concurrunt, ut distinguit *Rosa consult.* 41. *n.* 6. *Palm. Nep. dict. alleg.* 291. *n.* 76. *Saminiat. dict. controv.* 19. *n.* 3. *&* 20. *Rot. in recent. decis.* 262. *n.* 6. *part.* 17. *& post de Luc. de fideicommis. in Mantis. dict. decis.* 21. *num.* 11. *& seqq. citat. decis.* 22. *n.* 4. *& decis.* 64. *n.* 12.

Hæc, quæ huc usque dicta sunt de voluntate Testatoris expressa verbis tractum successivum, & perpetuitatem importantibus, & in remotissimum tempus collatis, procedunt, & locum habent in dispositionibus ex propria eorum natura perpetuitatem, & tra-
ctum successivum continentibus, quales sunt primo- 64
geniture, & majoratus, in quibus sub filiorum nomine nepotes comprehendi, scribunt *Dec. consil.* 498. *n.* 19. *vers. ad confirmationem, Socin. Jun. cons.* 108. *n.* 2. *versic. secundò hoc idem, lib.* 2. *Altimar. ad Rovit. d. consil.* 30. *n.* 6. *lib.* 1. *Riminald. Jun. consil.* 23. *n.* 31. *& seqq. Giovagnon. respons.* 38. *n.* 32. *lib.* 1. *Rustic. in l. cum avus lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 24. *Joann. Lopez in rubric. de donat. inter vir. & uxor. §.* 69. *n.* 21. *versic. sed meo judicio, Tiraquell. de jur. primog. quæst.* 40. *n.* 37. *versic. decimaquinta ratio, & n.* 37. *&* 42. *Peregrin. de fideicommis. artic.* 22. *n.* 51. *versic. idem est, & consil.* 41. *n.* 34. *lib.* 5. *Molin. de primogenit. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 28. *versic. in Hyspanorum, Castil. controv. jur. lib.* 3. *cap.* 36. *n.* 38. *propè med. Episc. Rocc. dict. disput.* 27. *n.* 10. *Covarruv. practic. quæst. cap.* 38. *n.* 6. *& seqq. Fusar. de substit. quæst.* 320. *num.* 24. *Castald. dict. consult.* 258. *n.* 12. *Palm. Nep. decis.* 262. *n.* 11.

Unam pariter ex conjecturis pro vocatione nepotum subministrat Testatoris affectio, juxtà quam nepotes veniunt, quando fuerunt substituti transversales, quorum substitutio ex præsumpta mente Testatoris, & ex benignitate *l. cum avus* 101. *ff. de condit. & demonstrat. & l. cum acutissimi* 30. *C. de fidei-
commis.* facta censetur si, & quatenus filius institu- 65
tus sine filijs decessisset, in puncto *Palm. Nep. dict. alleg.* 291. *sub n.* 63. *Rot. Florent. post Torr. de Primogenit. citat. decis.* 57. *n.* 10. *& plurib. seqq. & n.* 23. *repetita apud Mans. consult.* 41. *n.* 9. *& seqq. tom.* 9. *Rot. Rom. coram Emerix Jun. citat. decis.* 1289. *n.* 14.

An autem hæc conjectura locum habeat favore filiorum, & descendentium personæ vocatæ, nedum
quando fideicommissum conditum fuit ab ascenden- 66
te, sed etiam quando versamur in dispositione transversali, negativè in nostris terminis respondet *Saminiat. dict. controv.* 125. *num.* 14. 15. 58. 39. *& seqq. Rot. Florent. apud eum dict. controv.* 208. *n.* 112. plenissimè *in d. Florent. Fideicomm.* 13. *Septemb.* 1720. *n.* 55. *& plurib. seqq. coram D. meo Audit. Calderono*, ubi quod dispositio prædictarum *ll. cum avus*, & *cum acutissimi* habet locum solùm in fideicommisso ascendentis, non transversalis, etiamsi concurreret identitas rationis, &
solum contraria opinio amplecti posset, quando ex 67
conjecturis certis, & urgentibus ex ipso testamento desumptis, clarè apparet de mente disponentis favore transversalium, & deficientibus validis, & vehementibus circumstantiis, limitatio favore transversalium periculosa est, & non amplectenda, & plura etiam ad propositum hunc, vide infrà *decis.* 23. cum ibi adnotatis.

Prout non habet locum, quando Testator de fi-
lijs instituti cogitavit, vel mentionem fecit de filijs 68
masculis, & ad eos se restrinxit, aut agnationem
con-

contemplare professus est, nam isto casu fœminæ,
69 illorumque filij mascoli dispositione præfatarum Le-
gum juvari non possunt, ut in subjecta nostra mate-
ria, plenè *in dict. Florentina Fideicommissi de Pittis*
apud de Luc. de Fideicommis. in Mantiss. sæpe citata *de-*
cis. 63. *n.* 71. *& seqq. apud Saminiat. dict. controv.* 201.
n. 32. *& plurib. seqq. confirmata de Anno* 1702. §. *po-*
tissimum tandem, & plurib. seqq. fol. 40. *usque ad fin.*
& ad alios effectus, dictum fuit supra *in addit. ad de-*
cis. 4. *n.* 25. *& seqq.*

Ex præsumpta etiam affectione Testatoris veniunt
70 nepotes, quando eadem ratio dilectionis militet, tam
respectu filiorum, quàm nepotum, & ulteriorum de-
scendentium *Bald. consil.* 364. *in fin. lib.* 4. *Ruvit. d.*
consil. 50. *n.* 11. 14. *& seqq. lib.* 1. *& n.* 19. & ibi *Al-*
timar. n. 7. *Torr. variar. Jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *de-*
cis. 1. *n.* 4. *fol.* 423. *Piton. de controv. patron. dict.*
alleg. 51. *n.* 14. §. *octavo considerandum, Rot. Januen.*
apud Palm. Nep. citat. decis. 489. *n.* 118. *Rot. Florent.*
post Torr. de primogenit. sæpe citata *dec.* 57. *n.* 35. *re-*
petita apud Mans. consult. 41. *num.* 28. *& seqq. tom.* 9.
Rot. Rom. post de Luc. de fideicommis. decis. 51. *n.* 3.

Hoc tamen argumentum procedit quidem nega-
71 tivè, non affirmativè, quia si magis dilecti vocati non
sunt, argui potest, quod nec etiam minùs dilecti sint
vocati, sed si isti vocati sunt non arguitur Testato-
rem voluisse vocare etiam magis dilectos, nisi mens
Testatoris resistat, ut innumeris congestis, plenè
Rot. Florent. in dict. Florentina Fideicommissi de Pittis
1702. *coram Farsetto* §. *minus urgent, & seqq. &* §. *se-*
cundò argumentum fol. 26. *& seqq.* ubi ex quibus de-
72 sumatur major, vel æqualis dilectio.

Eademque pariformis dilectionis ratio operatur,
ut comprehendantur nepotes sub nomine filiorum,
73 si Testator nepotes ex uno fratre vocaverit, nam il-
los alterius fratris sub nomine filiorum vocare vo-
luisse credendum est, ad servandam inter ipsos æqua-
litatem, ut in individuo *Eugen. consil.* 94. *num.* 10.
lib. 1. *Becc. consil.* 221. *num.* 13. *lib.* 2. *Galvan. con-*
sil. 48. *n.* 64. *versic. tertia se nobis, & consil.* 49. *n.* 12.
versic. item non solum Episc. Rocc. disput. 27. *num.* 19.
Rot. Rom. coram Cels. dict. decis. 34. *n.* 12. *Merlin. de-*
cis. 206. *n.* 24. *& seqq. Rot. Florent.* alijque relati *in*
citata Florentina Fideicommissi de Bucettis 1719. §. *al-*
terum, in fin. fol. 9. *&* §. *assumptam, fol.* 22. *coram*
D. meo Audit. Bonfinio sen. inferius suis loco, & tem-
pore apponende.

Prout è contrà esset una ex conjecturis pro ex-
clusione nepotum, si Testator plures filios instituit,
& respectu descendentium unius constet se restrin-
gere voluisse ad filios primi gradus, nam ad eosdem,
etiam respectu alterius cohæredis, se restringere vo-
74 luisse dicendum est, ut ex pluribus, plenè fundat
Rot. Florent. in dict. Florentina Fideicommissi de Bucet-
tis 28. *Aprilis* 1719. §. *secundò adstipulatur, & seqq.*
fol. 8.

Sed quando assignari posset diversitas rationis qua-
re potius Testator filios voluerit ad successionem ad-
75 mittere, & nepotes non vocare, conjecturam supra-
dictam ab æqualitate dilectionis desumptam rejiciunt,
& reprobant plures auctoritates, & Rotæ nostræ De-
cisiones relatæ per *D. meum Audit. Bonfin. in dict. Flo-*
rentina Fideicommissi de Bucettis 1719. §. *hinc emergit*
fol. 12.

In oppositum autem si æqualiter dilecti, inæquali-
ter tractarentur, si descendentes excluderentur à tran-
sversalibus, proximiores à remotioribus, vel aliud
76 simile inconveniens, & absurdum resultaret, nepotes
venirent sub nomine filiorum, in specie *Ruvit. dict.*
consil. 52. *n.* 16. *versic. quinta, lib.* 1. *Episcop. Rocc. di-*
sput. 27. *n.* 16. *& seqq. Castald. dict. consult.* 258. *n.* 11.
ubi concordantes *Rodulphin. citata alleg.* 22. *num.* 12.
& 13. *d. alleg.* 24. *n.* 9. *& seqq. Altograd. controv.* 64.
n. 7. *Saminiat.* in alia Causa hujus dominij *dict. con-*
trov. 125. *n.* 57. *Piton. de controv. patron. d. alleg.* 51.
n. 13. 14. 16. 19. 20. *&* 21. *Rot. Florent. infrà dict.*
decis. 140. *n.* 10. *& seqq. apud Palm. Nep. d. decis.* 453.
n. 82. *post Torr. de primogenit. decis.* 57. *n.* 15. 22. 23.
& plurib. seqq. ubi plenissimè objectis omnibus respon-
det, *& n.* 46. *Rot. Rom. apud eumdem variar. tom.* 1.
tit. 2. *decis.* 1. *n.* 9. *fol.* 424. *post de Luc. de fideicom-*
mis. decis. 51. *n.* 3. *&* 9. *& in Mantis. dict. decis.* 63.
n. 18. *& seqq. n.* 26. *& seqq. n.* 47. *& seqq. & n.* 52.
post respons. Dyn. decis. 12. *n.* 18.

Undè si hæredibus morientibus sine filijs Testator
substituit filios, & nepotes sororis, aut personæ mi-
nus dilectæ, vel extraneæ, à fortiori dicendum est 77
voluisse vocare nepotes ex propria familia magis di-
lectos *Episcop. Rocc. disput.* 27. *num.* 16. *& seqq. An-*
dreol. controv. 73. *num.* 9. *& seqq. Castald. consult.* 66.
n. 33. *&* 34. *Piton. de controv. patron. alleg.* 51. *n.* 5.
& seqq. de Luc. de fideicomm. disc. 71. *n.* 9. *&* 14. *Rot.*
Januen. apud Palm. Nep. d. dec. 489. *n.* 119. *Rot. Rom.*
coram Merlin. decis. 206. *num.* 24. *Emerix Jun. de-*
cis. 1087. *n.* 13. *Caprar. dict. decis.* 383. *n.* 7. *& de-*
cis. 721. *n.* 29. *post de Luc. de fideicommis. in Mantis.*
dict. decis. 17. *n.* 7.

Quod si ex gravioribus circumstantijs constet, Te-
statorem voluisse præferre remotiorem proximiori,
conjectura hæc ab hujusmodi absurdo vitando pro
levi consideratur, parum concludente, immò quan- 78
doque etiam retorqueri posse, post plures, quos re-
fert, plenè firmat *Altograd. dict. controv.* 97. *n.* 32.
& seqq. usque ad num. 44. *Saminiat. dict. controv.* 125.
n. 66. *& seqq. R. P. D. Organac in celebri Florentina*
Fideicommissi de Pittis apud de Luc. de fideicommiss. in
Mantis. dict. decis. 63. *n.* 52. *versic. corruit pariter,*
& plurib. seqq. ubi latissimè *Rot. Florent. in eadem*
Causa apud Saminiat. dict. controv. 201. *n.* 93. *&* 95.
& plurib. seqq. ubi abundè hoc comprobat, confirma-
ta *Anno* 1702. § *secundò argumentum, & seq. fol.* 27.
& §. *atque ex hic, fol.* 28. *& seqq. coram Farsetto.*

Eamdem Testatoris voluntatem pro vocatione ne-
potum desumunt DD. ex quo ipse verbum, *descen-* 79
dentes, vel *successores*, synonymè accepit cum ver-
bo *filios*, *Rodulphin. alleg.* 22. *n.* 14. *dict. alleg.* 23.
n. 3. *alleg.* 24. *n.* 5. *& seqq.* ubi ex quibus hoc col-
ligatur *Rocca dict. disput.* 27. *n.* 14. *&* 15. *Rot. Januen.*
apud Palm. Nep. dict. decis. 489. *n.* 127. *Rot. Florent.*
post Torr. de primogenit. dict. decis. 57. *n.* 41. *&* 54.
ubi alios adducit *Rot. Rom. coram Cels. decis.* 141. *n.* 11.
Ansald. decis. 52. *n.* 38. *Caprar. decis.* 285. *n.* 11. *post*
de Luc. de fideicommis. in Mantis. decis. 19. *n.* 10.

Hanc tamen conjecturam alij impugnant, inter 80
quos *Rot. Florent. apud Urceol. dict. decis.* 4. *num.* 84.
& in dict. Florentina de Pittis 1702. §. *non magis, &*
seqq. fol. 22. *& seqq.* ubi latè materiam declarat, &
relato *Altograd. dict. controv.* 97. *Rot. Rom. post de Luc.*
de fideicommis. in Mantis. dict. decis. 21. *n.* 36.

Et procedere posset solum, quando adessent ver-
ba denotantia tractum temporis successivum, & per- 81
petuitatem, aliàs verbum *descendentes*, licèt plurium
personarum, & graduum collectivum, importat so-
lum vulgarem, juxtà famigeratam theoricam *Cumani* 82
in l. cum ita §. *in fideicommisso ff. de legat.* 2. *& in*
l. Gallus §. *quidam rectè n.* 8. *ff. de liber. & posthum.*
quæ per aditionem filiorum expirat, & nepotes, ul- 83
terioresque descendentes excludit, in specie *Rot. post*
de Luc. de fideicommis. in Mantis. dict. decis. 21. *n.* 13.
decis. 62. *n.* 10. *& dict. decis.* 64. *n.* 13. & meliùs *n.* 15.
ubi adducit concordantes.

Et si pro synonymis accepit verba *filios*, *& descen-*
dentes, in fideicommisso particulari, cum dictionibus
perpetuitatem importantibus, argui non potest, Te-
statorem voluisse eadem verba pro synonymis, & cum
eadem perpetuitate accipere in fideicommisso uni-
ver-

84 versali, in quo perpetuitas repetita non fuit, be-
nè Rot. post de Luc. de fideicommis. in Mantiss. sæpè
citata decis. 64. num. 15. ubi plures auctoritates re-
feruntur.
Idque procedit etiamsi in fideicommisso univer-
sali adjecta sit dictio, ut supra, vel alia similis re-
lativa, quando relatio ad modum substituendi, ad
orationem magis proximam, & ad alia similia re-
85 ferri potest præter substitutiones nepotum, aliorum-
que descendentium in infinitum in fideicommisso
particulari contentas, ut prosequitur Rota post de
Luc. de fideicommiss. in Mantis. d. decis. 64. n. 16. 18.
& seqq. ubi plenè.
Maximè si fideicommissum particulare sit diver-
sum ab universali respectu rei, personarum, & ra-
86 tionis; nam tunc disposita in particulari, eo mi-
nus repetita censentur in fideicommisso universa-
li, ut post plures, quos refert, in specie Rot. post
de Luc. de Fideicommiss. in Mantiss. dict. decis. 64.
num. 17.
Quamvis regulariter sub filiorum nomine nepo-
87 tes veniant, si sit habita relatio ad alium actum,
puta testamentum, donationem, instrumentum,
contractum, vel similem dispositionem, in quo ne-
potes continebantur sub filiorum nomine, in indi-
viduo Rot. Rom. coram Emerix. Jun. dict. decis. 902.
n. 6. & 7. & quando dicatur testatorem pro synony-
mis habuisse verbum filios, & verbum descendentes,
plenè Altograd. in Causa Florentina dict. controv. 97.
n. 23. & plurib. seqq. latissimè Rot. Florent. in dict.
Florentina de Pittis 1702. coram Farsetto §. non ma-
gis, & plurib. seqq. fol. 22. & seqq. Rot. Rom. post
de Luc. de fideicommiss. in Mantiss. d. decis. 21. n. 35.
& num. 36.
Comprehensionem nepotum suadet paritèr dispo-
sitio, in qua vocantur filij superviventes simplici-
ter, & absque ullo addito, secus si superviventes
88 vocati sint relativè ad filios primi gradus nomina-
tim antea institutos, ad quos successiva vocatio su-
perstitum restricta censetur, ut declarant Gabriel.
consil. 121. n. 22. in fine, & n. 25. lib. 1. Altimar.
ad Ravit. consil. 50. n. 21. lib 1. Peregrin. de fidei-
commis. artic. 21. n. 27. Andreol. contrav. 82. in fin.
Radulphin. dict. alleg. 20. n. 14. alleg. 21. n. 2. & seqq.
ubi plenè declarat Rot. Florent. apud Mans. dict. con-
sult. 41. n. 54. tom. 9. ubi contrarios adducit, re-
petita post Turr. de primogenit. decis. 57. & in d. Flo-
rentina de Pittis 1702. §. nec verba fol. 33. Rot. Rom.
coram Bich. decis. 279. n. 13. & seqq. post de Luc. de
fideicommis. in Mantis. d. decis. 64. n. 18.
Quod si superviventia filiorum fuisset considera-
ta respectu personæ in senili ætate constitutæ, pu-
ta si volita fuisset reversio bonorum ad hæredes ca-
su, quo filij supervinerent uxori, cum talis super-
viventia collata dici non possit in longissimum tem-
pus, quo verisimile est uxorem amplius non vive-
89 re, mentio filiorum comprehendere solum posset
filios primi gradus, non autem nepotes, & ulte-
riores descendentes, ut prosequitur Rot. Florent. in
dict. Florentina de Pittis 1702. §. nec verba, & seq.
fol. 33.
Collimat pariter ad eamdem Testatoris volunta-
tem suadendam tam clausula - in stirpes, & non in
90 capita - Socin. Jun. consil. 1. n. 44. lib. 3. Ravit. dict.
consil. 52. n. 16. versic. tertia, lib. 1. Rodulphin. ci-
tat. alleg. 24. n. 8. Castald. consult. 142. n. 16. Rot.
Rom. coram Caprar. decis. 285. n. 12.
Cum declaratione tamen, quod hoc non proce-
dat, quando prædicta clausula verificabilis est in fi-
91 lijs filiorum, qui unà simul cum patruis, concur-
rendo in stirpes, succederent alteri patruo, in spe-
cie Mantic. de conject. lib. 8. tit. 8. n. 18. Rot. Flo-
rent. apud Urceol. dict. decis. 4. n. 80. apud Saminiat.
dict. controv. 201. n. 121. confirmata Anno 1702. co-
ram Farsetta §. non prima, fol. 34. Rot. Rom. in re-
cent. decis. 507. n. 13. part. 2. & post de Luc. de fi-
deicommis. in Mantis. dict. decis. 21. n. 40.
Quàm prohibita detractio Trebellianicæ, in pun- 92
cto Rot. Rom. coram Caprar. dict. decis. 283. n. 6. &
decis. 307. n. 4. post de Luc. de fideicommiss. in Man-
tis. decis. 17. n. 6. decis. 19. n. 16. decis. 20. n. 10. &
decis. 22. n. 12.
Maximè si talis prohibitio facta sit filijs, & suc- 93
cessoribus Rot. coram Caprar. decis. 285. n. 17. & 18.
decis. 314. n. 10.
Nisi constaret Testatorem se restringere voluisse
ad filios primi gradus, nam tunc verbum succes-
sores de successoribus bonorum eorumdem filiorum 94
intelligi deberet Rot. Rom. post de Luc. de Fideicom-
miss. in Mantis. dict. decis. 21. num. 37. & seqq. &
num. 50.
Istoque casu, nec etiam officere posset prohibitio
facta institutis, & substitutis, quia si filij primi gra-
dus sint instituti, & inter se reciprocè substituti, ad
ipsos referri debent verba prædicta, non ad nepo- 95
tes, capiendo hoc modo interpretationem ad filios
primi gradus onus, & gravamen fideicommissi re-
stringentem, ut prosequitur Rot. Rom. post de Luc.
de fideicommis. in Mantis. dict. decis. 21. n. 50. & de-
cis. 22. n. 12. & 13.
Maximè quia talis interpretatio est consentanea
naturæ Trebellianicæ, cujus detractio solum primis
hæredibus gravatis permissa est, & proindè eo ma-
gis prohibitio illam detrahendi intelligi debet in-
juncta hæredibus bonorum filiorum institutorum,
& ipsismet institutis, & ad invicem substitutis abs-
que eo, quod ad nepotes, aliosque ulteriores de- 96
scendentes protrahatur, ut in individuo observat
Rot. Rom. post de Luc. de fideicommis. in Mantis. sæ-
pecitata decis. 21. n. 52. & decis. 22. n. 12. & 13.
Istaque omnia eo facilius procedunt, quando gra-
vatus non liberatur à restitutione, etiamsi ista fa-
cienda non sit nepotibus: tunc enim appellatione
filiorum nepotes veniunt, quidquid secus dicen-
dum esset, quoties per non admissionem nepotum
fideicommissum deficeret, & hæres redderetur om-
ninò immunis ab onere restitutionis, bonaque ab
eo possessa omnimodam acquirerent libertatem, ut 97
distinguunt Ravit. dict. consil. 50. n. 29. & 30. &
consil. 57. sub n. 16. lib. 1. Andreol. controv. 82. n. 16.
& 17. Rocca disput. 27. n. 26. & seqq. Rodulphin. al-
leg. 20. n. 5. alleg. 21. n. 7. alleg. 25. n. 17. alleg. 110.
n. 15. & alleg. 116. n. 9. Castald. dict. consult. 258.
n. 13. de Luc. de fideicommiss. disc. 71. n. 13. Mart.
Medic. decis. 1. n. 67. Rot. Florent. apud Mans. con-
sult. 41. n. 2. 55. & seqq. tom. 9. repetita apud Torr.
de primogenit. decis. 57. n. 2. ubi alij, & num. 8. &
n. 47. & seqq. & in Florentina Fideicommissi 10. Ja-
nuarij 1704. n. 8. infrà imprimenda.
Quoties enim sumus in odiosis, & agitur de mul-
tiplicando, & prorogando onere fideicommissi, quod
aliàs expirare deberet in filijs, strictà facienda est
interpretatio, quæ ad bonorum libertatem tendit.
Si verò onus favorabile sit nepotibus, quia agitur
de eorum vocatione activa, & nullo modo præju-
diciale filijs, qui gravati sunt restituere, solum-
que controversia vertitur inter nepotem Testato-
ris, & extraneum, vel remotiorem super restitu-
tione uni, vel alteri ex ipsis facienda, & isto casu
nomen filiorum, lato modò accipi debet, ut sit com-
prehensivum etiam nepotum, cum hæc interpre-
tatio sit magis consentanea verisimili menti Testa-
toris, qui potius nepotem, quam extraneum vo-
care voluisse dicendum est, & minus onerosa hæ-
redi gravato, cui minus dura, & gravosa redditur
restitutio facienda proprio filio, quam extraneo, 98

ut prosequutur Rocta dict. disput. 27. n. 26. & seqq.
Palm. Nep. dict. decis. 262. num. 7. ubi plures alle-
gat Mart. Medic. decis. Senen. 1. n. 33. & plurib. seqq.
plenè Rot. Florent. post Torr. de primogenit. d. decis. 57.
n. 47. & seqq & n. 62. & 63. ubi declarat contra-
rios, & n. 68. repetita apud Mans. consult. 41. n. 34.
& seqq. & n. 55. & seqq. tom. 9. ubi plurimi con-
cordantes, apud Urceol. dict. decis. 4. n. 19. repeti-
ta apud eumdem consult. 47. append. 2. eodem num.
Palm. Nep. decis. 264. num. 3. & 4. & infrà dict. de-
cis. 140. n. 1. & 26. alijque mox citati.

Sed contrarium quod etiam, quando non agitur
de libertate bonorum, præjudicium inferatur hære-
di gravato, mediante admissione nepotum, dum ob
eorum successionem multiplicantur onera, & sub-
stitutiones, & difficilior, & prolixior redditur bo-
norum libertas, & sic favor nepotum considerari
non potest sine onere gravati, proindeque distin-
99 ctionem præfatam inter casum, in quo agatur de
expiratione fideicommissi, & oneris, vel illius du-
ratione, reprobant Menoch. consil. 215. num 91. Al-
tograd. dict. controv. 97. num. 11. & seqq. Saminiat.
controv. 125. num. 40. & seqq. & post plurimos,
quos refert, plenissimè Rot. Florent. in dict. Floren-
tina Fideicommissi de Pittis apud Saminiat. dict. con-
trov 201. n 114. & 115. confirmata Anno 1702. co-
ram Farsetto §. verum nec cessat, & seqq. fol. 19. & 20.
in dict. Florentina Fideicommissi de Bucettis 28. Apri-
lis 1719. §. quoniam, fol. 15. coram D. meo Audit.
Bonfinio sen. Rot. Rom. post de Luc. de fideicommis. in
Mantis. decis. 61. n. 3. & latiùs dict. decis. 63 n. 31.
& seqq. ubi alios adducit, subdens eo minùs re-
cipiendam esse distinctionem præfatam, quando ex-
100 tensio ad nepotes esset exorbitans, odiosa, & præ-
judicialis.

Eoque magis præfata distinctio reijcienda est, si
ponderetur, quod ob duplicem rationem nepotes
non veniunt sub nomine filiorum, quarum prima
est quod onera, & fideicommissa multiplicari non
debent, & altera juri, ac proprietati verborum ma-
gis consona, in eo consistit, quod aliter filij, ali-
101 ter nepotes appellantur, & propterea inhærendo
proprietati verborum, sub nomine filiorum nepo-
res non veniunt, ut suprà dictum est num. 2.

Undè etiamsi, ubi de libertate bonorum agitur,
cesset prima ratio, subsistit tamen, & viget alte-
102 ra verborum proprietati innixa, ut pluribus rela-
tis, in individuo prosequitur Rot. Florent. in d. Flo-
rentina de Pittis 1702. §. non altera.

Recipi tamen posset distinctio præfata in fidei-
commisso ab ascendente, vel transversali condito,
in quo nepotes ab intestato succedere deberent cum
filijs repræsentationis Jure, quia in hac hypothesi
103 novum onus non imponitur, & gravamen hæredi
non augetur, nec duplicatur, cum ipso Jure per
repræsentationem, nepotibus à lege successio tribua-
tur, ut explicat Rovit. d. consil. 50. n. 22. 23. & 28.
& consil. 52. n. 12. & sub n. 16. versic. quarta, lib. 1.
Fusar. de substitut. dict. quæst. 320. n. 48. Mantic. de
conjectur. ultim. volunt. lib. 8. tit. 8. n. 15. Sess. dict.
decis. Aragon. 64. n. 57. Altograd. dict. controv. 97.
n. 17. & in eadem Causa judicans, egregiè conside-
rat Rot. Florent. post tom. 1. Summę Sabell. d. cap. 6.
§. quarta quod, impressionis Venetę Anni 1707. & apud
Saminiat. dict. controv. 201. n. 114. ubi concordan-
tes Rot. Rom. post de Luc. de fideicommis. in Mantis.
decis. 61. n. 4.

Vel quando de tempore purificatæ substitutionis
filij primi gradus essent præmortui relictis nepoti-
bus, de quorum activa vocatione quæstio sit absque
ullo hæredis gravamine, apud quem bona libera re-
manere non debent, sed controversia cadat circa
personam, cui facienda sit restitutio, nepotum nem-
pè, vel extraneorum, quo casu lata interpretatio
faciendam est, ut in vocatione nepotibus favorabi- 104
li, & hæredi gravamen non inferente, illi sub nomi-
ne filiorum veniant, ut declarant Rovit. consil. 50.
n. 12. & ibi Altimar. n. 10. & consil. 52. n. 3. & sub
n. 4. lib. 1. Venturin. consil. 25. n. 168. Andreol. dict.
controv. 82. n. 12. Saminiat. dict. controv. 125. n. 31.
& seqq. & n. 50. & seqq. Castald. consult. 258. n. 9.
& 10. Rot. Florent. post Torr. de primogenit. sæpeci-
tata decis. 57. sub n. 47. & 48. Rot. Rom. coram Cerr.
decis. 516. n. 5. & seqq.

Et quod ad effectum succedendi per vulgarem,
quatenus nempè eorum pater noluisset, vel non 105
potuisset adire, nepotes admittantur, in specie Ven-
turin. dict. consil. 25. n. 168. lib. 1. Saminiat. d. con-
trov. 125. n. 49. & seqq. Rot. Florent infrà decis. 140.
n. 1. & seqq. ubi quod hoc eo magis procedit in de-
scendentibus, quia si per mortem filij in vita patris 106
nepos sub nomine filiorum non veniret, ipse repe-
riretur præteritus, & rumperet testamentum, &
in celebri Florentina Fideicommissi de Pittis 7. Apri-
lis 1702. infrà imprimenda n. 6. coram Farsetto, &
in dict. Florentina Fideicommissi de Fabbrinis 5. Sep-
tembris 1720. §. quo verò, coram D. meo Audit. Casa-
regio, Rot. Rom. coram Cerr. decis. 516. n. 5. & seqq.
Caprar. dict. decis. 43. n. 6. post de Luc. de fideicom-
mis. in Mantis. decis. 62. n. 5.

Nullo autem modò recipi posset distinctio præ-
fata, quando conditio purificata fuit ad favorem
filiorum, qui in fideicommisso successerant, & ad
restitutionem tenentur, sed contentio cadat, an
restitutio facienda sit immediatè substituto, vel
priùs nepotibus, qui se comprehensos prætendunt
sub nomine filiorum, & isto casu, quia per admis-
sionem nepotum augeretur unus gradus substitu-
tionum, & multiplicaretur gravamen, stricta fieri de-
beret interpretatio exclusiva nepotum, quamvis post 107
filios vocatos supersint alij substitutionum gradus,
ex quo substitutio verificata, & effectum sortita
fuit in personam filiorum primi gradus, ut in pun-
cto considerant Menoch. dict. consil. 215. n. 39. & seqq.
Rovit. dict. consil. 52. sub n. 14. versic. item quando,
lib. 1. Venturin. dict. consil. 25. n. 49. Altograd. con-
trov. 64. n. 7. Andreol. citat. controv. 82. n. 16. plenè
Saminiat. in Causa hujus dominij dict. controv. 125.
n. 39. & plurib. seqq. & n. 74. & 92. ubi etiamsi si-
mus in conditionalibus, & verba collata sint in futu- 108
rum, & incertum eventum Fusar. de substit. quæst. 321.
n. 31. Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 8. n. 6. Sess. d.
decis. Aragon. 64. sub n. 84. Rot. Florent. infrà dec. 129.
n. 11. ubi alij Rot. Rom. coram Cerr. decis. 516 n. 7.
in recent. decis. 476. sub n. 24. part. 1. & post de Luc.
de fideicommis. in Mantis. dict. decis. 21. n. 7.

Nec ad effectum succedendi per fideicommissariam,
ac inducendi in filijs onus restitutionis, & fidei- 109
commissi Altograd. controv. 64. n. 9. Saminiat. dict.
controv. 125. n. 40. & seqq. & n. 50. & seqq. R. P. D.
Organus in dict. Florentina de Pittis, post de Luc. de
fideicommis. in Mantis. dict. decis. 63. n 7. Rot. Flo-
rent. in eadem Causa apud Saminiat. controv. 201.
n. 114. & in dict. Florentina Fideicommissi de Fabbri-
nis 5. Septembris 1720. §. cateræ verò, & seqq. coram
D. meo Audit. Casaregio, Rot. Rom. coram Emerix. Jun.
decis. 1163. n. 2. Caprar. dict. decis. 43. n. 6.

Verùm tamen est, si in fideicommisso apposita
fuissent verba relativa, cum ista repetant in filijs 110
easdem qualitates, quæ in vulgari fuerant apposi-
tæ, comprehendere deberent filios primi, & ulte-
rioris gradus, prout continebantur in vulgari, ut
post alios, quos refert Rot. Florent. infrà dict. de-
cis. 140. n. 3. & seqq.

Quod si in hac materia, ut sæpissimè accidere so-
let, adessent conjecturæ hinc inde pro inclusione
nem-

-nec ipè, & exclusione nepotum, præferri semper deberent illæ, quæ validiores sunt, & si æquè vali-
111 dæ sint, potiores judicari deberent illæ, quæ stant pro exclusione nepotum, tamquàm habentes regulam, & Juris assistentiam ad sui favorem, in puncto *Altograd. in Causa Florentina, dict. controv.. 97. n. 65. Piton. de controv. patron. dict. alleg. 51. n. 19. Rot. Rom. coram Cels. dict. decis. 34. n. 14. Dunozet. Jun. dict. decis. 648. n. 25. Emerix. Jun. decis. 359. n. 7. & dict. decis. 1289. n. 16. in recent. dict. decis. 199. n. 12. part. 19. post de Luc. de fideicommis. in Mantis. decis. 22. n. 16. dict. decis. 64. n. 24. Rot. Florent. apud Urceol. dict. decis. 4. n. 88. apud Saminiat. dict. controv. 201. n. 90. confirmata de Anno 1702. coram Farsetto §. cum igitur fol. 36. dict. Florentina Fideicommissi de Bucettis 1719. §. cæterę, fol. 15.* & in alia *Florentina Fideicommissi 13. Septemb. 1720. sub n. 53. §. cæterę verò, & n. 54. coram D. meo Audit. Calderono.*

Cum in dubio pro exclusione nepotum, & restri-
112 ctione fideicommissi ad filios primi gradus sit judicandum, in specie *Altograd. citata controv. 97. n. 16. Saminiat.* in alia Causa hujus dominij *d. controv. 125. n. 23. 24. & 93. Rot. Rom. coram Dunozet. Jun. dict. decis. 648. n. 25. in recent. decis. 378. num. 1. & 2. part. 13. dict. decis. 199. n. 12. part. 19. post de Luc. de fideicommis. in Mantis. dict. decis. 21, num. 26. & dict. decis. 22. n. 27. & dict. decis. 64. n. 30. Rot. Florent. apud Urceol. dict. decis. 4. n. 2.*

Ad num. 20.

Fœminæ à Statuto exclusæ, an, & quando faciant numerum, & partem ad augendam legitimam
113 favore masculorum, vide ea, quæ plenissimè scripsit *bo: me: R. P. D. Sverol. in Causa Florentina inter DD. Fratres de Feronis in ejus respons. impress. post Albit. de Inconstant. in Judic. post decis. 63. fol. 482. & seqq.* contrà eum tamen fuit judicatum à D. Senatore, & Auditore Poltri, stante contraria consuetudine judicandi vigente in Civitate, & Tribunalibus Florentiæ, ut probant plura motiva ab eo adducta in *dict. respons. n. 60. & seqq. fol. 192. & sub n. 90. & seqq.* & relatio facta ab eodem Poltri Serenissimo Magno Duci die 15. Februarij 1698. in dicta Causa fuit à C. S. approbata die 19. ejusdem Mensis, & Anni, & vide tradita per *Rot. Florent. apud Palm. Nep. decis. 266. n. 10. & seqq.* & infrà *decis. 108. n. 8. & seqq.* vide etiam ea, quæ super hac materia scripserunt *Barr. practic. observ. cent. 2. observ. 39. per tot. Rot. Rom. post de Luc. de testament. decis. 36. n. 2. & seqq. & decis. 37. n. 2. & seqq.* quarum primo est repetita post *Albit. de Inconstant. in Judic. decis. 69.* & post eumdem *de Luc. de Statutar. successs. in Mantis. decis. 2. n. 1. & seqq. decis. 3. ex n. 2. decis. 4. n. 13. decis. 5. n. 2. & seqq. decis. 6. n. 2. & seqq. decis. 7. n. 2. & seqq.* quæ omnes repetitæ leguntur post *Albit. de Inconstant. in Judic. dec. 64. dec. 65. dec. 66. decis. 67. decis. 68. & decis. 69. n. 2. & seqq. & coram Caprar. decis. 396. n. 23. & decis. 562. n. 45. coram Ansald. decis. 90. n. 2. & in addit. n. 28. & seqq.* ubi plures alios citat, *& apud Paulut. dissert. 40. decis. unic. num. 10. & seqq. & apud Palm. Nep. decis. 272. n. 2. decis. 357. n. 15. & decis. 390. ex n. 2. & in Faventina fideicomm. super domo 20. Martij 1716. §. haud attenta, coram Fossaro.*

Ad num. 24. & seqq.

114 Furiosus, an transmittat jus deliberandi ad hæredes, plenè in sequenti *decis. n. 4. & seqq.*

115 Fideicommissum, vel hæreditas ab infante non adita, ad patrem dumtaxat transmittitur, infrà *decis. 42. n. 8. & in addit. n. 10.*

116 Transmissio locum non habet in compendiosa facta post mortem hæredis, & sic in diem incertum, infrà *decis. 91. n. 3. & in addit.*

Fideicommissum non agnitum, quando transmit- 117
tatur, vide infrà *decis. 28. n. 46. & seqq. cum additione, decis. 52. n. 9. & seqq. decis. 59. num. 15. & decis. 66. n. 4.*

Eadem.

Iisdem die, & Anno.

ARGUMENTUM.

Neptis, in legatum dotis sibi ab avo relictum, imputare tenetur legitimam, & Trebellianicam, quam detrahit ex persona patris. Transmissioni hæreditatis ex æquitate *L. Pantonius ff. de acquir. hæred.* an, & quando locum non sit. Statutum excludens sororem propter fratrem, vel filium fratris, excludit à fortiori neptem ex fratre. Duplicitas vinculi quibus casibus non sit attendenda.

SUMMARIUM.

1 *Legatum dotis factum nepti ab avo, in dubio censetur factum contemplatione filij.*
2 *Præfertim si sit factum nepti nasciturę.*
3 *Neptis, cui dos ab avo legata fuit, debet legitimam, & Trebellianicam patri debitas in dotem imputare.*
4 *Furiosus jus deliberandi transmittit ad heredes, saltem ex beneficio* l. Pantonius ff. de acquir. hæred.
Declara, ut infra n. 6. & seq.
5 *Probationes omnes sunt Judici arbitrariæ.*
6 *Furor excludit aditionem, quæ animum requirit.*
7 *Hęreditas transversalis non adita non transmittitur.*
8 *Furiosus uti ignorans delatam hęreditatem, non transmittit jus deliberandi.*
Et de ratione, n. 9.
10 *Beneficium* l. Pantonius *competit ex causa cujuscumque impedimenti.*
11 *Declara non competere hęredi, quando non potuit competere ejus authori.*
12 *Nec quando cum absentia non jungitur aliud impedimentum.*
13 *Nec quando adest persona, cui debeatur major favor in bonis defuncti.*
Et de ratione, n. 14.
15 *Qualis est masculus excludens fœminas ab intestato ex forma Statuti, qui meretur majorem favorem.*
16 L. Pantonius *non habet locum, quando agitur de abducendis bonis ex agnatione.*
17 *Testatoris verba, & voluntas declarantur per testes, qui à Testatore ita dici audierunt.*
18 *Edictum successorium procedit, si pręcedens in gradu, vel repudiaverit, vel non potuerit adire hęreditatem.*
19 *Statutum Biturgiense excludit sororem à successione fratris stante alio fratre, vel filio fratris.*
20 *Statutum excludens matrem à successione filij propter nepotem ex fratre, non excludit neptem ex fratre.*
21 *Statutum excludens sororem propter fratrem, vel filium fratris excludit etiam neptem ex fratre pręmortuo; & n. 32. & 33. ubi reprobantur contrarię auctoritates.*
22 *Decisioni in puncto standum est potius, quam decisioni loquenti in diversis terminis.*
23 *Securiores sunt decisiones in puncto, quàm argumenta.*
24 *Procedere per argumenta est refugium miserorum.*
25 *Exclusâ per Statutum fœminâ proximiori propter masculos, exclusa etiam remanet fœmina remotior, & n. 37.*

 Exem-

Exemplifica, num. 26.

26 *Filius excludens matrem, à fortiori excludit aviam maternam.*

27 *Neptis in casu prædicto non potest venire ad hereditatem patrui contra patruelem, nec ex persona sua, nec ex persona patris; Et de ratione* ibi.

28 *Eadem ratio conservandæ agnationis militat in excludenda nepte, prout in excludenda sorore.*

29 *Ratio conservandæ agnationis respicit publicam utilitatem.*

30 *Ideo extenditur ad neptem, ex omnimoda mente Statuti.*

31 *Immo prædicta non dicitur extensio, sed comprehensio, & proprius intellectus Statuti.*

32 *Fœmina remotior non debet in successione esse melioris conditionis, quam fœmina proximior, & n. 33.*

34 *Ratio diversitatis, cur Statutum excludens matrem à successione filij in concursu nepotis ex fratre non excludat neptem, & illud excludens sororem excludat etiam neptem.*

35 *Mater uti caput lineæ cognationis, non habet prælationem contra neptem agnatam.*

36 *Ubi est eadem ratio, debet esse eadem juris dispositio.*

38 *Argumentum à minori ad majus validum est in jure, nec unquam fallit.*

39 *Stante Statuto exclusivo fœminarum, neptis ex filio masculo non excludit filiam avi.*

40 *Stante prædicto Statuto frater consanguineus concurrit cum utrinque conjuncto in successione fratris, & in fideicommisso paterno, n. 42.*

Amplia, ut n. 44. 45. & 46.

41 *Sorores utrinque conjunctæ excluduntur etiam à fratre solo consanguineo; Et de ratione.*

43 *Statutum Biturgiense in successione transversalium parificat consanguineum utrinque conjunctum.*

44 *Duplicitas vinculi attenditur, quando frater fratri, vel nepos patruo vult succedere, secus quando patruus vult succedere nepoti.*

47 *Stante Statuto exclusivo fœminarum legatum pro dote conditionale est, si nuptiæ sequantur, & ea conditione non impleta deficit.*

Maxime stante circumstantia, de qua, n. 49.

48 *Jus conditionale non transmittitur etiam in descendentes.*

50 *Tutor finita tutela tenetur reddere rationem administrationis.*

51 *Prout tenentur illius heredes.*

52 *Et hoc procedit etiam in quavis alia administratione.*

53 *Pupillus habet hypothecata omnia bona Tutoris pro ejus administratione.*

DECISIO X.

SUbjecimus in sententia Augustinum de portione bonorum dicti Marci sibi jure fideicommissi debita teneri ad condecenter dotandum ejus filias, secundum tempus fideicommissi per ejus mortem purificati, computata tamen in ipsis dotibus legitima, & Trebellianica, quæ ipsis ex persona patris debentur ex dictis bonis fideicommissarijs, itaut quatenus dotium competentia excedat dictas legitimam, & Trebellianicam eatenus per Augustinum ipsum suppleatur.

Movit nos in hac parte legatum dotium per Testatorem factum ad favorem fœminarum, quod etsi dubitari posset, an factum fuerit contemplatione filiorum, an verò neptum, consequenterque an bona fideicommisso subjecta attingi possent, ex quo alia multa extant bona patris, ex quibus filiæ decenter dotari possent, nihilominùs tamen tutior in proposito visa est opinio, quæ habet legatum hujusmodi in dubio factum censeri contemplatione filiorum ad *text.* 1
in l. dedit dotem, & ibi *Bart.* & scribentes *ff. de collation. bonor.* cum alijs per *Marzar. cons. 2. n. 41. & in Epitom. quæst. 78. n. 76. & Magon. decis. Florent. 13. n. 7.* quam postea confirmarunt *DD. Tres sub die 11. Januarij* 1583. ut patet *lib. Motivor.* 53. & novissimè comprobat etiam *Mascard. de probation. concl. 256. n. 3.* ubi de communi, proceditque præcipuè, quando dos 2
relicta est neptibus nasciturìs, ut in proposito, ad latè tradita per *Gabriel. de jur. dot. conclus. 5. n. 5. & n. 21.*

Et licèt nonnullæ conjecturæ in contrarium adducerentur ex *Menoch. præsumpt. 17. lib. 3. & Decian. consil. 8. per tot. lib. 2.* placuit tamen sententia *Castr. cons. 64. n. 4. versic. quinto loco lib. 2. & Cephal. consil. 105. n. 19. & 20. lib. 1.* quam in effectu sequutus est etiam *Menoch. dict. præsumpt. 17. n. 19. & Mascard. in dict. conclus. 256. sub n. 3. versic. si priorem*, ut nempè neptes istæ, priusquam attingant fideicommissum, legitimam, & Trebellianicam sibi ex fideicommisso obventam in dotibus per avum eis relictis debeant im- 3
putare, illisque non congruentibus, tot ex bonis fideicommissi, aliàs spectantis ad eorum genitorem, usque ad debitam dotium congruitatem, juxtà liquidationem in executione hujus sententiæ, per Augustinum seniorem suppleatur.

Quod verò spectat ad alia bona post mortem Testatoris per dictos ejus filios acquisita, duo tempora fuere distinguenda, quorum primum ab obitu ipsius Testatoris initium ducit usque ad annum 1581. quo Hieronymus decessit, secundùm verò ab obitu ipsius Hieronymi citra usque ad tempus mortis dictorum Petri, & Marci.

Quoad primum tempus diximus bona in communi acquisita per ipsos fratres dividenda esse in tres partes, quarum prima applicetur Augustino ex persona dicti Hieronymi ejus patris, secunda Petro, tertia Marco, quibus duabus ultimis partibus simul junctis unà cum omnibus per eos quæsitis post mortem Hieronymi mandavimus ex eis duas constitui partes, quarum prima assignetur filiabus Marci, uti relicta in ejus hereditate, altera verò spectans ad Petrum assignetur dicto Augustino, uti ejus hæredi insolidum ab intestato, & hæc quidem divisio claræ, & absque difficultate procedit respectu primi temporis, ex quo mortuo Hieronymo non potuit Augustinus quidquam prætendere in bonis per Petrum, & Marcum ejus patruos acquisitis.

Verùm quoad secundum tempus, dum portio Petri assignatur Augustino, multa, & quidem non spernenda objiciebantur pro ejus exclusione. Primò enim dicebatur, Marcum, si adivit Petri hæreditatem prout adire potuit tanquam ei superstes per diem, & noctem, in concursu nepotis non solùm dimidiam ei debitam, sed etiam integram hæreditatem ipsam in filias transmisisse, ex quo uti frater utrinque conjunctus excludebat Augustinum natum ex Hieronymo consanguineo tantum.

Si verò non adiverat, obstante prætenso furore (qui tamen prætendebatur non probatus) transmisisse sal- 4
tem jus deliberandi, vel adeundi, si non ex alio capite, saltem ex beneficio *l. Pomponius ff. de acquiren. hæredit.* Cæterum DD. ex depositione testium etiam proparte mulierum examinatorum non censuerunt dubitandum de furore Marci, & cum probationes om- 5
nes sint Judicis arbitrariæ *Bart. in l. Lucius in fin. ff. de his, qui not. infam. Castr. in l. admonendi n. 79. ff. de jur. jurand. Dec. cons. 595. n. 1.* super hoc non credidere diutius insistendum; furorem autem necessa- 6
rio excludere aditionem, quæ animum requirit *l. pro herede ff. de acquiren. hæredit.* ideoque, & transmissionem dari non posse inferebant, ex quo certum est hæreditatem transversalis non aditam non transmitti 7

l. ij-

l. liberos §. hęc verba l. sed si plures in principio ff. de vulgar. & pupillar. l. uni §. in novissimo C. de caduc. tollend. l. quam sororem, & ibi *Bald. Alex. Salycet. C. de jur. delib. Dec. cons.* 103. *n.* 45. *Aym. cons.* 42. *n.* 4. *Gabriel. cons.* 133. *n.* 1. & 2. *lib.* 2.

Non credidere etiam posse dici, Marcum transmisisse jus deliberandi, ex *l. cum antiquioribus C. de jur.*
8 *deliberand.* postquam ex eadem furoris causa non potuit scire hereditatem ad se fuisse delatam, quo casu cessare beneficium dictæ legis, scribunt, ibi *Gloss. in l. beneficium*, & post eam *Bald. post princip. Salyc. col.* 2. *in fin. Castr. col.* 1. *Odd.* pro communi *de restitut. in integr. quæst.* 50. *n.* 58. optimè *Bart. in l. qui*
9 *duos n.* 7. *ff. de reb. dub.* reddens rationem, quia ignorans deliberare non potest, undè nec transmittis ad alium jus, quod ipse non habet, & idem in puncto scribit etiam *Marant.* post alios in *d. l. is potest n.* 132. *ff. de acquirend. hered.*

Tota ergo vis consistere videbatur in remedio *d. l. Pantonius*, quod seppolito impedimento non aditionis ob furorem, & mortem subsequtam videbatur, saltem operari potuisse transmissionem juris petendi restitutionem in integrum ad adeundum in filias, ex quo beneficium dictæ legis commune est cujus-
10 cumque generis impedimento, ut per *Odd. d. quæst.* 50. *n.* 63. *versic. contrarium*, & *quæst.* 62. *n.* 3. *vers. sed contrarium* ubi de magis communi.

Sed multis omissis censuimus, neque hoc remedium
11 dictis mulieribus suffragari, quia sicuti Marcus eo fuit destitutus, ita & filiæ ejus, & hæredes, ut per *Bald.* in terminis *cons.* 213. *sub n.* 1. *versic. hic est considerandum lib.* 3. *Calcan. cons.* 33. *sub n.* 10. *versic. quod autem isti infantes*, & *Simon. de Pret. de interpret. ultim. voluntat. lib.* 3. *solut.* 4. *n.* 6. *fol.* 217. non solet enim
12 prodesse remedium *l. Pantonius*, nisi cum absentie jungatur aliud impedimentum *Bursat.* ex communi *cons.* 60. *n.* 1. & *consil.* 61. *num.* 8. sequitur *Crass. in §. transmissio quæst.* 29. *n.* 19. *versic. communiorem istam*
13 *opinionem lib.* 2. prout nec quando adest persona, cui major favor debeatur in bonis primæ personæ defunctæ, de cujus hæreditate agitur, quia tunc cessat æqui-
14 tas, super qua fundatur omnis restitutio, ut per *Alex. cons.* 168. *sub n.* 20. *lib.* 7 post *Bald. in l.* 2. *C. ad Orfitian.* sequitur *Socin. cons.* 207. *sub n.* 5. *versic. sed respondeo aliter lib.* 2. *Dec. cons.* 260. *sub n.* 5. *Bursat. dict. cons.* 61. *n.* 12. *Crass. d. quæst.* 29. *ante n.* 6. *versic. tertiò si non est*; talis autem est Augustinus, qui dotatis fœminis, procul dubio tamquam masculus ex forma
15 Statuti, illas ab intestato exclusisset ab hæreditate Testatoris, id quod expressè sensit etiam *Odd.* citans *Alex. Bursat.* & alios *d. quæst.* 50. *n.* 81. & 82. dum li-
16 mitat *d. l. Pantonius* non procedere, ubi agitur de abducendis bonis ex agnatione, qui est casus noster, qui, ubi etiam dubius dici possit, non nihil tamen fomenti recipere videretur ex ijs, quæ dicunt nonnulli ex testibus in causa examinatis, narrantes, Petrum hujus quoque fuisse intentionis, dum morti proximus, Augustinum ad se vocari fecit, dicens velle eum esse sibi hæredem, ex quo non aderant alij masculi, illique propterea suadendo, ut bonus esset, sic enim argumentari etiam posse, scribit *Hieronym. Gabriel.*
17 *cons.* 112. *n.* 23. *lib.* 2. & hæc quoad prætensa beneficie in integrum restitutionis.

Quatenus verò prætendebatur, Marcum potuisse excludere Augustinum in vim duplicitatis vinculi, hoc utique, quod spectat ad ejus personam nihil est, ex quo non adijt, nec hæreditatem, aut in integrum restitutionem transmisit.

Majus proponebatur dubium, quoad personas filiarum, nempè, an possent ipsæ ex persona propria, in vim successorij edicti, excludere patruelem à communis patrui hæreditate, & pro affirmativa allegabatur *Gabriel. consil.* 133. *n.* 1. & *per tot. lib.* 2. cui sanè *consil.* eum respondebatur successorium edictum 18
ita demum procedere, si præcedens in gradu, vel repudiavit, vel capere non potuit, in quibus terminis loquitur etiam *Gabriel.* at Augustinum, qui virtute Statuti Biturgiensis sub Rubr. *de successor. ab intestato cap.* 49. *in §. & mortuo fratre lib.* 2. habetur tamquam proximior in gradu ad exclusionem fœminarum, non repudiasse, capereque velle, & 19
posse; replicabatur ejusmodi Statutum sororem quidem excludere à successione fratris stante alio fratre, vel filio fratris, neptem tamen ex fratre non excludere à successione patrui, afferebanturque Motiva anni 1591. in Causa de Doctis, & Nutis lib. 73. à c. 47. in quibus supponebatur fuisse judicatum, Sta- 20
tutum excludens matrem à successione filij propter nepotem ex fratre, non tamen excludere neptem ex fratre ea potissima ratione, quod Statuta ejusmodi sint stricti juris, ideoque non procedant, nisi in personis nominatis.

Verùm quia hoc motivum non percutit in specie casum nostrum, ex adversoque afferebatur decisio Rotæ Romanæ in præcisis terminis nostris, qua 21
conclusum fuit, Statutum excludens sororem propter fratrem, vel filium fratris virtualiter comprehendere, atque excludere etiam neptem ex fratre prædefuncto, quam latè comprobat *Via.* inter suas cummunes opiniones 869. *per tot.*

Domini huic decisioni in puncto standum potius fuisse existimarunt, quam alijs sequentibus in diver- 22
sis terminis, ex traditis per *Caccialup. in l. omnes populi column.* 138. *ff. de justitia, & jur.* quem refert & sequitur *Brun. in tractat. quod stantibus masculis in* 6. *articulo principali* ante *n.* 112. securiores sunt enim decisiones in terminis, quàm argumenta *Bec. cons.* 25. 23
sub n. 18. inquiens post *Felin. in cap. cum ordinem sub n.* 3. *extra. de rescript.* ideò laborandum esse, ut habeatur decisio in terminis, quia procedere per argumenta est refugium miserorum, quam doctrinam 24
sequntur etiam *Menoch. consil.* 73. *num.* 12. *Nevizan. consil.* 67. *n.* 1. *Vinc. Franc. decis.* 363. ante *n.* 4. & *Magon. decis. Lucens.* 98. *n.* 27.

Maximè cum pro hac parte non desiderentur etiam rationes, & argumenta, & præsertim adsit identitas rationis non minus excludendi neptem, quam sororem; quinimmò à majori, si fœmina proximior excluderetur propter masculos, longè magis exclu- 25
di debeat remotior, ut per *Brun. dict. art.* 6. *n.* 111. Hinc videmus filium, si excludat matrem, à fortiori excludere etiam aviam maternam, & si excludat filiam, exclusam quoque censeri neptem ex filio, & nedum per ipsum filium, sed etiam per nepotem ex filio, ita notat *Joan. Andr. ad Spec. in rubric. de* 26
succes. ab intestato, col. 2. *Bart. in l. liberorum ff. de verbor. significat. Bald. in l. maximum vitium n.* 4. *C. de liber. preter.* ibique etiam *Alex. Roman. in l.* 1. *n.* 4. *C. de successor. edict. Brun.* attestans de communi *in dict. tractatu, quod stantibus masculis, artic.* 12. *n.* 234. & 235. idem scribit etiam *Alex. in l. venia, num.* 6. *C. de in jus vocand.* concludens, hanc neptem si vult venire ex persona sua, non posse, quia est in remo- 27
tiori gradu, sed & idem esse, si velit succedere ex persona patris, quia in ea non concurrit qualitas masculinitatis, quæ per Statutum consideratur, quem rationem perpendit etiam *Hieronym. Gabriel. cons.* 15. *n.* 20. *lib.* 2. *Dec. in dict. l. venia, n.* 3. *Jason. ibidem n.* 6. inquiens, hoc evenire, quia eadem ratio con- 28
servandæ agnationis, ita militat in excludenda nepte, prout in excludenda sorore. Idem firmant *Fulgos. Cuman.* & *Siguorol. inter cons. Curt. sen. cons.* 30. *n.* 10. *Rum. cons.* 140. *n.* 16. *lib.* 3. *Socin. Jun. cons.* 168. *n.* 45. *lib.* 2. *Sylvan. cons.* 1. *n.* 64. *Gabriel. cons.* 18. *num.* 10. *lib.* 2. *Alex.* in patruele contrà fœminas patrueles *cons.* 36. *n.* 8. *lib.* 6. adducens hanc ipsam rationem

tionem conservandæ agnationis, quæ cum respiciet
29 publicam utilitatem, ut per *Joan. Andr. & Bald.* in
lucis præcitatis, extenditur etiam ad nepoes ex om-
30 nimoda mente Statuti, sequitur *Socin. Jun. conf.* 10.
n. 17. *lib.* 4. *Gabriel. conf.* 1. *n.* 9. *lib.* 2. quinimmò
hanc non dici extensionem, sed comprehensionem,
31 ac proprium intellectum Statuti, pulchrè inquit *Bald.*
in l. quod verò contrà, sub n. 4. versic. item verisimile
ff. de legib. Jason. in §. ex maleficijs, n. 39. *instit. de*
action. & conf. 22. *n.* 42. *lib.* 2. *Surd. decis.* 251. n. 3.
32 & fœminam remotiorem non debere esse melioris
conditionis, quam sit proximior dicit *Jason. con-*
sil. 141. *n.* 16. *lib.* 2. quam rationem unà cum plu-
ribus alijs, egregiè in hanc sententiem considerat
etiam *Georg. Natt in tractat. de Statut. quæst.* 2 *princ.*
n. 27. *& seqq.* & latissimè *Brun. dict. artic.* 6. *num.* 89.
cum plurib. seqq. & in effectu hæc est communis opi-
nio, quicquid dixerit *Bald. in dict. l. venia*, qui
communiter reprobatur, uti testis est *Socin. Jun. d.*
consil. 168. *n.* 45. *lib.* 2. & de magis communi testa-
tur idem *Socin. Jun. dict. consil.* 10. n. 17. *lib.* 4. ubi
refert, Collegium Perusinum aliàs consuluisse pro
non exclusione neptis, Patavinum verò pro exclu-
sione, sequè consultum pro veritate, comprobasse
33 opinionem Patavinorum, uti melioribus rationibus
fulcitam; & magis communem, refert, & sequitur
Menoch. consil. 95. *n.* 86. & latius *Gabriel. consil.* 19.
n. 22. *lib.* 2. ut meritò ab ea recedendum non sit,
quicquid in dicta causa Doctia fuerit resolutum,
præsertim cum ultrà rationes, & authoritates ad-
34 ductas considerari etiam possit evidens diversitas ra-
tionis inter casum, & casum; non sequitur enim,
mater est in gradu proximiori, ergo neptem ex fi-
lio excludit, quæ est resolutio Causæ illius de Do-
ctis, minusque ergo nec frater, nec filius fratris,
quantumcumque masculi sint, excludit neptem ex
fratre, siquidem in primo casu, mater uti ascen-
dens, & caput lineæ cognationis nil habet poriori-
tatis contrà neptem ex fratre agnatam.
35 In secundò verò omnimoda ratio excludendi pro-
pter masculos concurrit in nepte, quæ in sorore,
utraque enim venit eodem jure, eadem ratione, ex
eodem capite agnationis; undè nil mirum, si dispo-
situm in unà favore masculi, censeatur etiam dis-
positum in altera, ubi enim est eadem ratio, ibi es-
36 se & debet eadem juris dispositio, vulgata *l. il-*
lud, ff. ad l. aquil. l. à Titio ff. de verbor. obligat.
Roman. consil. 411. *num.* 2. *Aymon. consil.* 183. *num.* 3.
quinimò dispositum in sorore, in qua erat minor
ratio excludendi, censetur multo magis dispositum
37 in nepte in gradu remotiori existente, juxtà regu-
lam *l. si vivâ matre C. de bonis maternis*, ad tradita
per *Bald. in dict. l. quod verò contrà, in fin. ff. de*
legibus, & latiùs per *Brun. dict. artic.* 6. *num.* 90.
& dict. artic. 12. *n.* 235. semper enim in omni ma-
teria tenet argumentum, ut quod constitutum est
38 in eo, in quo est minor ratio, censeatur constitu-
tum etiam in eo, in quo est major, ut pulchrè post
alios per *Peregrin. consil.* 103. *n.* 17. ubi post *Salycet.*
in l. 1. *C. de jur. Emphyt.* inquit hoc argumentum es-
se necessarium, nec umquam fallere, ut per eam.
Neque hic credidimus obstare vinculi duplicita-
tem deductam ex motivis editis in dicta Causa de Do-
ctis, in quibus fuit resolutum vinculum maternum
non esse impertinens, quasi Augustinus, qui Petro
non erat nisi consanguineus, videretur omninò ex-
clusus per filias Marci, utrinque conjunctas; siqui-
dem omisso, quod adsunt filiæ Testatoris, sicque
sorores utrinque conjunctæ ejusdem Petri, & per
39 consequens proximiores, quæ per filias Marci non
excluderentur, ut per *Bart. in l. liberorum*, *n.* 13. *ff.*
de verbor. significat. fuit etiam responsum ex alia de-
cisione hujus Prætorij emanata de Anno 1588. in si-
mili Statuto Politianensi, imò fratrem consangui- 40
neum concurrere cum utrinque conjuncto in suc-
cessione fratris, ex jis, quæ scribunt *Bald. in l.* 1.
C. de legit. hæred. Menoch. consil. 187. *num.* 52. *lib.* 2.
Alb. consil. 81. *n.* 4. *Gabriel. consil.* 6. ante *n.* 5. *ver-*
sic. & cum receptius sit lib. 1.
Idque ex magis communi indubitatum testatur
Gras. in §. succes. ab intestato conclus. 31. *n.* 2. & ra-
tio est, quia ubicumque Statutum favore agnatio-
nis admittit fratres exclusis sororibus, sorores ex-
cluduntur etiam à consanguineo solo, qui propriè 41
est frater, & in quo militat ratio eadem Statuti, nem-
pè agnationis conservandæ, ut per *Roman. cons.* 411.
antè *n.* 2. *& n.* 6. *Castr. consil.* 196. n. 2. *lib.* 1. *Brun.*
dict. art. 12. *quæst.* 18. antè *n.* 259. *versic. sed Romanus* 42
& in puncto, ut utrinque conjunctus non præfera-
tur consanguineo in fideicommisso paterno, scribit
Bart. in l. Lucius, *n.* 21. *ff. de vulgar. & pupillar. &*
Bart. sequti sunt *Bald. Angel. Salycet. Rom. Imol. Alex.*
& communiter scribentes omnes, ut per *Jason.* ibi
n. 31. & præclarè per *Alb. consil.* 29. *num.* 19. *& con-*
sil. 81. *n.* 13. ubi apostilla alios etiam citat.
Addebatur tamen ad tollendam omnem difficul-
tatem, nos versari in successione transversalium, in
quibus Statutum Sepulchrense parificat consangui- 43
neum utrinque conjunctis, ut ex ejus lectura patet
in dicto §. *& mortuo fratre* ibi, *ex latere paterno, &*
materno, seu saltem paterno tantum, quod ipsum ad-
verterunt, & Domini illi, qui in Causa Doctia mo-
tiva compilarunt *col.* 6. *versic. de tertia linea*, ut sic
articulus iste ex censura ipsiusmet Statuti sine ulla
prorsus remaneat difficultate.
Inter bona autem communia dictis Marco, & Pe-
tro, secundùm præmissa declaravimus adnumeran-
dam esse dotem eorum maternam, portionem hære-
ditatis Matthiæ filiæ Andreæ, de qua proximè age-
mus, illudque omne, quod capient impensa fune-
ris, æs alienum, Testatoris legitima, & Trebellia-
nica, & quicquid impensum per eos fuit in sol-
vendis legatis, & oneribus impositis à Testatore, &
in effectu quicquid pro prædictis erit detrahendum,
juxtà liquidationem in executione hujus nostræ sen-
tentiæ faciendam.
Quod verò spectat ad hæreditatem dictæ Matthiæ
ex ratione, qua diximus, in successione transversa-
lium ex municipali censura non attendi duplicita-
tem vinculi, sed consanguineos æqualiter succede-
re cum utrinque conjunctis, facile resolutus etiam
fuit articulus iste respiciens hanc successionem. An-
drea enim præmortuo patri, ac filiæ, bona, quæ
ad eam pervenerunt, puta dotes aviæ, & acquisita
per patrem delata fuere ad tres illos ejus patruos,
tunc temporis superstites, nempè Hieronymum, Pe-
trum, & Marcum, cuilibet eorum pro tertia; li-
cèt enim solus Hieronymus esset ei utrinque con-
junctus, non tamen exclusi fuere alij ejus fratres 44
consanguinei tantùm, ut suprà abundè deduximus,
quamvis informantes pro mulieribus, alio etiam pa-
cto niterentur evitare vinculi duplicitatem, quasi
non attendatur, nisi quando frater fratri, vel ne- 45
pos patruo succedere potest, non autem è contra,
quando patruus intendit succedere nepoti, juxtà
tradita per *Bart. in l.* 2. *§. legitimam ff. de suis, &*
legitim. Castr. in authent. post fratres n. 4. *C. eodem*
titulo, *Alex. cons.* 168. n. 4. *lib.* 5. cum alijs.
Cum itaque Marcus ageret de succedendo Mat-
thiæ nepti ex fratre consanguineo, non fuit cur du- 46
plicitas vinculi attenderetur, meritoque sua tertie
ei fuit adjudicata, reliquis duabus ad Augustinum
spectantibus ex persona tam Hieronymi, quam Pe-
tri, quibus ipse, ut suprà dictum est, fuit hæres
in solidum.
Non censuimus tamen, legatum florenorum 900.
per

per Teſtatorem eidem Matthiæ, cum nuberet reli-
ćtum, eiſdem regulis metiendum, ex quo puella
47 hæc deceſſit innupta, legatum enim pro dote, ſtante
Statuto fœminarum excluſivo, conditionale eſt, ſi
nuptiæ ſcilicet ſequantur, proindeque deficit, con-
ditione non impleta, ut per *Bart. in l. Titio centum*
§. Titio genero ante n. 7. ibique in terminis Statuti
Florentini *Caſtr. ſub n. 8. ff. de condit. & demonſtr.*
idem *Caſtr. conſil. 25. per tot. lib. 3.* amplè *Cephal. con-*
ſil. 145. n. 6. lib. 1. Menoch. conſil. 81. n. 4. Simon. de
Pret. lib. 3. ſolut. 4. n. 3. & 4. Craſ. pro communi
in §. legatum, quæſt. 48. n. 10. verſic. tertia igitur,
DD. Tres in Motivo *diei 13. Aprilis 1599. lib. 83.*
certum eſt autem jus conditionale etiam in deſcen-
48 dentes non tranſmitti *l. ſi poſt diem §. ſed ſi ſub condi-*
tione, l. intercidit ff. de condit. & demonſtr. l. uni §. ſed
ſi ſub conditione C. de caduc. tollend. tradit *Gloſs.* com-
muniter recepta *in l. 1.* ubi etiam *Bart. C. ſi ante apert.*
Tabul. & in l. heredes mei §. cum ita, ubi *Socin.* te-
ſtatur de communi *ſub n. 9. ff. ad Trebell. Dec. con-*
ſil. 574. n. 2. Curt. Jun. conſil. 135. n. 5. Mantic. lib. 11.
tit. 20. num. 1. & 2. Andr. Gail. practic. obſerv. lib. 2.
cap. 132. n. 1. cum ſeqq.; eo autem clarior hoc in ca-
ſu eſt conditio, ex quo Teſtator non ſolùm reliquit
pro dote, ſed formam etiam præſcripſit in ſolutio-
49 ne illius obſervandam, mandando nempè, ut ſaltem
floreni 300. ſolvi deberent tempore traductionis ſpon-
ſæ ad domum viri, & de reſiduo floreni 100. ſin-
gulis annis. Hæc enim proculdubio reſpiciunt effe-
ćtum nuptiarum, non autem potentiam ad actum
non reducibilem ob immaturam mortem neptis, ut
per ſe patet.

Hæc ergo ſumma, non uti dos Matthiæ dividen-da eſt, ſed uti remanſa in hæreditate Teſtatoris veniet in reſtitutione fideicommiſſi, in quo etiam filia Marci, ſecundum præmiſſa, aliquam habebat partem, ſed alio jure, quam prætenderet.

His ſic firmatis condemnavimus dićtas reſpective Partes ad præmiſſorum omnium obſervantiam, declarantes alienata per Auguſtinum, vel redimi, & in commune poni, vel ſaltem in ejus partem imputari debere, id quod nec ipſe detrećtabat.

Denique pro totali cauſæ deciſione ad favorem
Auguſtini, damnavimus dićtas mulieres ad ei rationem
reddendam cum reliquatu de adminiſtratis per Mar-
cum earum genitorem tempore per eum geſtæ tu-
50 telæ ipſius Auguſtini, juxtà *text. in l. 1. §. de effectu*
ff. de Tut. & ratio. diſtrahen. quam procedere etiam
51 in hæredibus tutorum non eſt quod dubitetur *l. tu-*
tela, l. omnes C. arbitr. tutel. id quod commune eſt
52 obligationibus cujuſcumque generis adminiſtratorum,
ex vulgato *text. in l. 3. §. hac autem actio C. de negoc.*
geſt. Roman. conſil. 413. col. 1. & Dec. conſil. 109. n. 7.
Damouder in ſuo pupillorum patrocia. tit. de tutor. &
curator. ration. cap. 3. n. 3. & pro hac ipſa admini-
53 ſtratione diximus, omnia bona dićti Marci fuiſſe, &
eſſe eidem Auguſtino uſque ab initio hypothecata, ad
tradita per *Gloſs. in l. pro officio C. de adminiſtr. tut.*
quam communiter receptam teſtatur *Neguſant. de*
pignor. part. 2. membr. 4. n. 2. & Damouder. dict. lo-
co tit. 1. de tutor. ac curator. liberat. cap. 1. n. 3. Par-
tes tandem ab alijs hinc inde petitis abſolvimus, cum
nihil ulterius viſum ſit invicem juridice petitum fuiſ-
ſe, pariterque ab expenſis ob probabilem juris, &
facti dubietatem.

Alexander Zilocchius.
Dominicus Gualandus.
Aloyſius Soltia.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Jus petendi reſtitutionem in integrum ad adeundam hæreditatem, quando tranſmittatur, & intra quod tempus, & quomodo reſtitutio peti debeat, ad declarationem *l. Pantonius 85. ff. de acquirend. hæredit.*

SUMMARIUM.

1 *HÆreditas non adita, regulariter non tranſmittitur ad heredes, neque ſuos, neque extraneos.*

2 *Intellige tamen, ut, concurrente minori ętate, abſentia, ignorantia, vel alia legitimo impedimento, tranſmittatur jus petendi reſtitutionem in integrum ad eam adeundam, ex diſpoſitione dictæ* legis Pantonius.

3 *An ſufficiat dubietas ſuper delatione hæreditatis.*

Et talis tranſmiſſio fit, ſive primus heres defunctus, qui non adivit fuerit ætate major, vel minor, ibidem.

Imò, & ſi fuerit extraneus, & hereditas ab extraneo provenerit, ibidem.

Et quamvis deficiat animus tranſmittendi hæreditatem ſibi delatam, ibidem.

4 *Ignorantia ſuffragatur, tam ſi conſiſtat in facto, quam in jure controverſo.*

5 *Amplia, ut non excludatur ignorans, etiam ſi fuerit in loco, ubi poterit conſulere Peritiores.*

6 *Item amplia etiamſi lapſum fuerit quadriennium ad eam petendam.*

7 *Quadriennium enim incipit ſolum currere à die ſcientiæ.*

8 *Reſtitutio in integrum, ad hunc effectum peti debet ſpecialiter, & pro ea implorari officium Judicis.*

9 *Nec ſufficienter petita dicitur ex clauſulis ſolitis, quæ ſolent in fine libelli apponi ſalitis.*

10 *Non admittitur in prejudicium perſonę prędilectę, & cui ab inteſtato debetur hereditas.*

11 *Et quando de hac prędilectione conſtare dicatur.*

12 *Exiſtentia perſonę in æquali gradu, vel conjunctę in inſtitutione, non impedit tranſmiſſionem, mediante reſtitutione in integrum tributa à* l. Pantonius.

13 *Nec prędictę tranſmiſſioni, nec reſtitutioni in integrum locus eſt, ſi hæreditas devoluta non ſit.*

Ad num. 4. 7. 10. & ſeqq.

HÆreditas non adita, regulariter non tranſmittitur ad hæredes, neque ſuos, neque extraneos, 1
ut diſponit *text. in l. 3. §. acquirere ff de bonor. poſſeſs. l. quoniam 7. & l. ſi infanti 18. verſic. ſin vero C. de Jur. delib. l. unica §. in noviſſimo, verſic. hæreditatem C. de caduc. tollend. l. unic. C. de his, qui ante apert. tabul. Gomez variar. reſol. tom. 1. cap. 9. n. 1. & ſeqq.* ibique *Aylion. n. 4. Noal. de tranſmiſs. caſ. 8. n. 1. Manſ.* in Cauſa hujus dominij *conſult. 262. n. 13.* & in eadem Cauſa *conſult. 316. n. 3. & conſult. 349. n. 56. & conſult. 463. n. 5. Franc. Palm. conſult. 94. n. 40. & 41. Rot. Lucen.* in eadem Cauſa *apud Andreol. controv. 163. n. 22. Capyc. Latr. deciſ. 84. n. 1. Rot. Rom. coram Emerix Jun. deciſ. 283. num. 1. Anſald. deciſ. 84. n. 10. & poſt de Luc. ſuper conflict. legal. in Mantiſ. deciſ. 26. n. 16. apud Palm. Nep. deciſ. 270. n. 7. in Spoletana Immiſſionis 25. Junij 1723. §. quartò adverſus, & in Romana Immiſſionis 31. Januarij 1724. §. nullumque, coram Eminent. D. meo Cardin. Falconerio, Rot. Florent. coram Magon. deciſ. 17. num. 1.* & me uno ex Judicibus *apud Palm. Nep. deciſ. 466. n. 41.*

Con-

Concurrente tamen minori ætate, abſentia, igno- 2 rantia, vel alio quocomque legitimo impedimento, ex æqoitate *l. Pantonius* 85. *ff. de acquirend. hæredit.* tranſmittitur Jos petendi reſtitutionem in integrum ad delatam hæreditatem adeundam, ut oltrà addu- ctos in hac decifione *num.* 10. firmant *Altograd. in Caufa Florentina confil.* 83. *n.* 61. *& feqq. & confil.* 94. 3 *n.* 3. *& feqq. lib.* 1. ubi, an fufficiat dubietas fuper delatione hæreditatis *Ventarin. confil.* 42. *n.* 88. *lib.* 2. *Vela differt.* 11. *n.* 112. *&* 116. *Cancer. variar. reſolut. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 19. *Bonden. collect.* 21. *num.* 12. *lib.* 1. *Altograd. controv.* 13. *n.* 11. 36. *&* 37. *Palm. Nep.* in Caufa hojus dominij *alleg.* 128. *n.* 20. *Manſ. dict. confult.* 262. *n.* 39. *& dict. confult.* 326. *num.* 11. *Noal. de tranſmiſſ. cap.* 8. *n.* 121. *Bellon. de Jur. accreſc. cap.* 7. *quaſt.* 41. *n.* 52. plenè *Fontanell. decif.* 484. *n.* 11. *& feqq. & decif.* 485. *n.* 8. *& feqq. Rot. Lucen. apud Andreol. dict. controv.* 163. *n.* 25. *Senat. Mantuan. apud Surd. decif.* 138. *n.* 10. *Rot. Rom. coram Bich. decif.* 94. *n.* 33. *& feqq. decif.* 139. *n.* 12. *& feqq. & decif.* 320. *n.* 17. *& feqq. Emerix Jun. decif.* 206. *n.* 8. *& decif.* 283. *n.* 2. *Anfald. d. decif.* 84. *n.* 19. *& in Romana, feu Florentina reſtitutionis in integrum coram Panzirolo* impreſſa, *apud de Marin. refol.* 96. *n.* 14. *lib.* 2. *apud Palm. Nep. decif.* 270. *n.* 15. *in recent. decif.* 82. *n.* 16. *part.* 9. *decif.* 308. *n.* 9. *& decif.* 637. *n.* 2. *& feqq part.* 18. *in Spoletana fucceſſionis* 15. *Aprilis* 1709. *§. bis itaque, coram R. P. D. meo Criſpo, & in Romana Domus, feu Palatij fuper fructibus, quoad reſervata* 13. *Martij* 1711. *§. tantoque magis, in fine coram eodem, in Romana Immiſſionis* 12. *Januarij* 1712. *§. prætenſus coram R. P. D. meo Foſcaro, in Spoletana Immiſſionis* 25. *Junij* 1723. *§. fed etiam, & in Romana Immiſſionis* 31. *Januarij* 1724. *§. in circumſtantijs, cum plurib. feqq. coram Eminentiſſ. D. meo Cardin. Falconerio*, ubi pleniſſimè de materia, fobdens habere locom, five primus hæres defunctus, qui non adivit, fuerit ætate major, vel minor, etiamſi foerit extraneus, & hæreditas ob extraneo provenerit, nec requiritur animus hæreditatem tranfmittendi.

Itaqoe ignorantia foffragatur nedum, quando con- 4 fiſtit in facto, fed etiam in Jure dubio, & controverſo, in fpecie *Rot. Rom. coram Emerix Jun. dict. decif.* 206. *n.* 8. *& decif.* 283. *n.* 3. *& feqq.*

A dicto beneficio non excluditur ignorans, ex qoo 5 fimos in loco, obi potuerint confuli peritiores *Altograd. confil.* 94. *n.* 42. *& feqq. lib.* 1. *Odd. de reſtit. in integr. part.* 1. *quaſt.* 8. *art.* 8. *n.* 44. *quaſt.* 10. *art.* 4. *n.* 24. *& art.* 10. *fub n.* 25. *Rot. coram Emerix Jun. dict. decif.* 283. *n.* 5. repetita *in recent. decif.* 637. *num.* 6. *part.* 18.

Nec ex qoo talis reſtitutio io integrom non fue- 6 rit petita intra qoadriennium, ut fieri debere firmant in fpecie *Franciſc. Palm. dict. confult.* 94. *n.* 43. *Rot. Lucen.* in eadem Caufa *apud Andreol. dict. controv.* 163. *n.* 25. *in fine*, *Odd. de reſtit. in integr. part.* 1. *quaſt.* 50. *num.* 60. poſito enim ignorantia, qoadrien- 7 nium non currit, quod incipit folùm decurrere à die fcientiæ, in puncto *Altograd. dict. confil.* 94. *n.* 69. *lib.* 1. *Franciſc. Palm. dict. confult.* 94. *n.* 43. *Rot. Rom. coram Emerix Jun. dict. decif.* 283. *n.* 7. *Anfald. decif.* 84. *n.* 21. *& in dict. Romana Immiſſionis* 31. *Januarij* 1724. *§. non obſtante coram Eminentiſſ. D. meo Cardin. Falconerio.*

Peti tamen debet dicta reſtitutio in integrum fpe- 8 cialiter, & pro ea implorari Judicis officium, ut ex mente, & verbis dicti *text. in l. Pantonius*, poſt alios, qoos allegat, probat *Rot. Lucen. apud Andreol. dict. controv.* 163. *n.* 25. *&* 26. *Franciſc. Palm.* in eadem Cauſa fcribens *citat. confult.* 94. *n.* 44.

Nec fofficienter petita dicitur mediantibus clau- 9 ſulis falutoribus in fine libelli appooi folitis *Rot. Lucenſ. apud Andreol. dict. controv.* 163. *n.* 26.

Sed non admittitur tranſmiſſio reſtitutionis io integrom ex æquitate dictæ *l. Pantonius* in præjudicium 10 perſonæ prædilectæ, & cui ab inteſtato debetur hæreditas, ultrà relatos hic in *decif. n.* 13. *& feqq.* firmant *Franciſc. Palm. confult.* 94. *n.* 42. *& feqq.* & in eadem cauſa fcribens *Altograd. confil.* 69. *fub n.* 36. *verfic. nec obſtat, confil.* 83. *n.* 64. *lib.* 1. *Andreol. con-* 11 *trov.* 163. *n.* 24. ubi quando dicatur conſtare de hac prædilectione *Rodulphin. alleg.* 10. *n.* 6. *Bellon. de Jur. accreſcend. cap.* 7. *quaſt.* 41. *n.* 53. *Noal. de tranſmiſſ. cap.* 8. *n.* 169. *Odd. de reſtit. in integr. part.* 1. *quaſt.* 50. *art.* 8. *n.* 81. *Peregrin. decif. Patavin.* 87. *fub n.* 7. *Fontanell. decif.* 585. *n.* 19. *&* 20. *Rot. Florent. decif.* 105. *n.* 14. *coram me*; *Rot. Rom. decif.* 407. *n.* 3. *part.* 16. *& decif.* 93. *n.* 14. *part.* 18. *recent. coram Emerix Jun. dict. decif.* 283. *n.* 9. *& in dict. Romana Immiſſionis* 31. *Januarij* 1724. *§ nec æquitas, coram Eminentiſſ. D. meo Cardin. Falconerio*, ubi tamen firmat, qood de hac prædilectione evidentiſſime conſtare debet, & quando, & in qoibos caſibus dicatur de ea conſtare, vel non.

Diverſimodè tamen dicendum eſſet, fi foperefſet perſona in æquali gradu, vel conjuncta in inſtitutione, cui hæreditatis portio accreſceret citra tranſ- 12 miſſionem, cum talis perſonæ exiſtentia non impediat tranſmiſſionem ad hæredes mediante beneficio reſtitutionis in integrum, ex diſpoſitione *l. Pantonius* 85. *ff. de acquirend. hæredit.* competente, ut profequitur in fpecie *Altograd.* in Cauſa Florentina fcribens, fæpecitato *confil.* 94. *n.* 45. *& feqq. lib.* 1. *Fontanell. dict. decif.* 484. *n.* 5. *Senat. Mantuan. apud Surd. decif.* 138. *n.* 27. *Rot. in dict. Romana Immiſſionis* 31. *Januarij* 1724. *§. nec æquitas, coram Eminentiſſ. D. meo Cardinali Falconerio.*

Prædicta tranſmiſſio, pariter admittenda non eſſet fi hæreditas devoluta non fit, qoo caſo nec de tranſ- 13 miſſione, nec de in integrum reſtitutione tractari poteſt, in individuo *Franciſc. Palm. dict. confult.* 94. *num.* 44.

FLORENTINA
Fideicommiſſi.

16. *Octobris* 1601. *ex lib. Motivor.* 84. *à t.* 101.

ARGUMENTUM.

Pluralitas reſolvitur in fingolaritates, quando cohæres non eſt perſona prædilecta, quæ ex veriſimili mente Teſtatoris excludat fubſtitutum, qualis non eſt tranſverſalis, etiam fi fit frater Teſtatoris, & afferuntur, & declarantur nonnullæ limitationes ad dictam regulam.

SUMMARIUM.

1 *Communes, & receptæ opiniones in judicando ſequendæ ſunt.*

2 *Subſtitutus pluribus, ſub conditione* ſi ſine filijs, *ſi unus ex eis ſine liberis decedat, admittitur ad illius portionem reſoluta pluralitate in ſingularitates, & n.* 30.

3 *Amplia, ſive ſubſtitutio ſit facta ſimpliciter, & indefinite, ſive copulative, & collective, vel univerſaliter, & diſtributive.*

Item amplia etiam ſi ſubſtitutio ſit facta per ablativos abſolutos, n. 29.

4 *Et præcipue locum habet concluſio, ſi ſubſtitutio ſit facta tranſverſalibus, vel extraneis, & de ratione.*

5 *Reciproca difficilius inter tranſverſales inducitur.*

6 *Perſona, quæ ex veriſimili mente Teſtatoris excludit ſubſtitutum, non dicitur ea, quæ conjuncta eſt gravato, & illi ſuccedit ab inteſtato, niſi ulterius ſit de deſcendentibus Teſtatoris.*

7 Plu-

7 *Pluralitas multo magis resolvitur in singularitates, si concurrat præsumpta voluntas Testatoris, & unde elisiatur.*

8 *Exceptio excludit, quod sub regula inclusivo continetur.*

9 *In substitutione fideicommissaria verba* succedant illis *important, ut quilibet, in cujus persona purificata est conditio, censeatur gravatus partem suam restituere.*

10 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

11 *Relatio non fit ad id, per quod inducitur correctio voluntatis.*

12 *Sed potius fieri debet juxtà mentem disponentis.*

13 *Substitutio in tota hęreditate, facta censetur ex prohibitione Trebellianica.*

14 *Non tamen ex ea oritur reciprocum fideicommissum, quando gravamen non est injunctum ultimo morienti.*

15 *Reciproca tacita ut inducatur, tria requiruntur, & quę sint.*

16 *Inter cohęredes, etiam deficiente reciproca, censetur reservata legitima successio ab intestato ad exclusionem substituti.*

17 *Sed hęc opinio reprobatur.*

18 *Vel ad summum procedit in substitutione directa pupillari, non autem in fideicommissariis.*

19 *Vel in descendentibus Testatoris, non autem in transversalibus etiam fratribus, & de ratione.*

20 *Pluralitas non resolvitur in singularitates, quando Testator substituit* in casu prædicto.

21 *Intellige si ulterius adsit dictio taxativa* tunc, *& de ratione.*

23 *Contrà, quod etiam si adsint verba* tunc, & eo casu *pluralitas resolvatur in singularitates, quando non superest persona, quę ex verisimili mente Testatoris substitutum excludat.*

Verba tunc, & eo casu *non impediunt extensionem ad casum similem, in quo sit eadem ratio, & pręsumpta mens Testatoris n. 22.*

24 *Substituti sub eadem conditione dicuntur copulati.*

25 *Conditio formam importat.*

26 *Pluralitas quando est de forma non resolvitur in singularitates.*

27 *Conditio copulativa ut purificetur, utriusque copulati concursum requirit.*

28 *Intellige quando unus tantùm est gravatus sub conditione copulativa, secus si plures.*

D E C I S I O XI.

In Causa dal Poggio, e dal Poggio.

DOminus Franciscus de Podio in ejus testamento suos hæredes universales, & particulares instituit DD. Laurentium, & Petrum fratres utrinque conjunctos in omnibus bonis, & hæreditate ipsius, postea verò nonnulla legata reliquit diversis personis, ultimò loco disposuit, quod morientibus dictis Laurentio, & Petro sine filijs legitimis, & naturalibus, quod illis succedant, & succedère debeant in hæreditate, & bonis prædictis DD. Marcus Antonius, & Silvester ex D. Joanne fratre nepotes, quos, & ipsorum quemlibet ex tunc in casu prædictu substituit hæredes. Dicti Laurentius, & Petrus hæreditatem prædictam adierunt, deindè Laurentius decessit nullis relictis filijs, superstite adhuc D. Petro, quem hæredem in suo testamento instituit, & superstitibus DD. Marco Antonio, & Silvestro; stante morte Laurentij sine filijs, prætendunt dicti Marcus Antonius, & Silvester purificatam fuisse conditionem substitutionis in portione ejusdem Laurentij, & ad eam admitti debere, dubitatum, inquam, fuit an substituti admitti possint ad eam portionem vacantem, & an ad eorumdem favorem purificatum fuerit fideicommissum, seu expectari debeat mors Petri.

Et quamvis negari non possit, quin articulus in casu proposito discutiendus per se valde difficilis, & intricatus existat, juxtà tradita per scribentes *in l. hęredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. & in l. penul. C. de impub. & alijs substit. & per Menoch. præsumpt. 62. per tot. lib. 4. & præsumpt.* 186. *num.* 66. nihilominùs sequendo communes, ac receptas DD. traditio- 1
nes, pro ut in judicando decet, teste *Jo: Andrea in cap. 1. de const. feud. Socin. in l. filius famil. §. Divi. n. 171. ff. de legat. primo, Bart. Bald. & alij in l. penult. C. de pœn. Jud. qui male judic. Dec. consil.* 28. *n.* 4. *Cravett. consil.* 91. *in fin.* nobis visum fuit purificatum fuisse fideicommissum in favorem substitutorum, eosque admitti posse ad hæreditatem petitam ex infrascriptis.

Quandoquidem si substitutio fideicommissaria fa- 2
cta fuit pluribus simpliciter sub aliqua conditione, si verificetur conditio in persona unius, admittitur substitutus ad ejus portionem, in cujus persona purificata est conditio, quamvis respectu alterius pendeat, vel deficiat ipsa conditio per *text. in l. Lucius §. Cajo ff. ad Trebell. l. fin. §. filium ff. de legat.* 2. probat hanc conclusionem *Bart. in dict. l. hęredes mei §. cum ita n. 5. versic. si vero in fideicommiss.* ubi *Alex. n. 19. Socin. sen. n. 26. Rip. num. 129.* qui testatur hanc esse communem opinionem *Bald. consil. 407. lib. 1. & consil. 271. lib. 3. Castr. consil. 14. in 3. dub. lib. 1. Alex. consil. 92. n. 6. lib. 3. & consil. 175. n. 8. lib. 5. Osasch. decis. 110. n. 2. Marzar. cons. 14. col. 1. vers. dispositio, Menoch. d. præsumpt. 186. n. 12.* post multos *Peregrin. de fideicommiss. art. 13. n. 36.* ex quibus constare videtur, quod in hac materia fideicommissariæ substitutionis, dicitur vera, ac recepta opinio, quod pluralitas resolvitur in singularitates, & quilibet ex pluribus, post quorum mortem facta est substitutio, censetur in sua portione gravatus juribus, & auctoritatibus super deductis.

Quæ conclusio procedit, nedum quando substitu- 3
tio simpliciter, & indefinite facta fuit, sed etiam si copulative, & collective, seu universaliter, & distributive, cum semper idem sit, & nulla possit constitui differentia, an uno, vel altero modo concepta fuerit secundum *Corn. in l. penul. n. 34. C. de impub. & alijs substit. Socin. Jun. consil. 185. n. 18. & 19. lib. 3. Hieronym. Gabr. consil. 121. sub num. 44. lib. 1. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 5. n. 29. Zanch. in l. hęredes mei §. cum ita in 8. parte n. 193. & 296. Bald. consil. 403. lib. 2. Ancharan. consil. 391. Ruin. consil. 125. n. 4. & 5. lib. 3. Alciat. consil. 39. n. 19. & 20. lib. 9. Cravett. consil. 109. in primo dub. Corn. consil. 93. versic. & pro concordia lib. 3. & consil. 20. n. 2. lib. 4. Bolognin. in addit. ad Anan. consil. 22. n. 6.* his additur *Alex. consil. 91. n. 5. lib. 1. Osasch. d. decis. 110.*

Coadjuvatur secundò loco opinio nostra ex alte- 4
ra juris conclusione, nempè quod ubi substitutio non est facta liberis Testatoris, sed transversalibus, & penitus extraneis, ut in casu de quo agitur, quamvis sit facta post mortem plurium collective, seu cum dictione universali, purificata tamen conditione in persona unius tantum, sive primi, sive secundi, indistincte admittitur substitutus ad illius portionem, nam tunc dici non potest, quod superfit persona,
quæ ex verisimili mente Testatoris excludat substi- 5
tutum *Salyc. in l. penul. in fin. versic. aut substitutio fideicommissaria C. de impub. & alijs substit.* ubi *Alex. n. 9. versic. sed adverte,* idem *Alex. in l. hęredes mei*

§. cum ita num. 25. ff. ad Trebell. Zanch. in 8. part. n. 217. de communi testatur Ruin. consil. 125. n. 2. versic. superest ergo, & n. 6. lib. 3. Ant. Gabr. tit. de substic. conclus. 4. n. 2. Osasch. decis. 110. sub num. 7.
3 versic. & adeo hoc est verum, substitutio enim reciproca difficilius inducitur inter transversales, ut inquit Alciat. in consil. 546. col. 2. versic. nec obstat, quod substitutio secundum impressionem Lugdunensem.

6 Confirmantur jam dicta eo quia, ad hoc ut dicatur supeŕesse personam, quæ ex verisimili mente Testatoris excludat substitutum non sat est, ut quis conjunctus sit, & succedat ab intestato gravato, sed necessario requiritur, quod sit ex descendentibus ipsius Testatoris, ita concludunt ferè omnes scribentes tam in l. penul. C. de impub. quam in §. cum ita ubi Alex. n. 20. versic. undè, qui de communi testatur Socin. ibi n. 26. versic. contrarium, latè Zanch. in dict. §. cum ita in 8. part. n. 230. & 231. Socin. consil. 94. num. 11. cum seqq. lib. 4. Ruin. consil. 125. n. 6. lib. 3. Paris. consil. 42. n. 28. lib. 2. Decian. consil. 1. n. 129. lib. 2. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 5. n. 19. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 186. n. 19 & 20. & consil. 751. n. 16. lib. 8. Crass. de success. §. substitutio, quæst. 79. ubi de communi, & quæst. 61. sub n. 12. versic. secundus est casus, Marzar. consil. 14. n. 7. qui testatur hanc esse magis communem opinionem Peregrin. de fideicomm. artic. 13. n. 46. & 48.

7 Præterea, & quartò loco tradunt DD. in d. l. heredes mei §. cum ita, ubi præcipuè Zanch. in 8. par. n. 64. qui alios refert, quod pluralitas resolvitur in suas singularitates ex præsumpta mente Testatoris, à qua potissimum pendere videtur inclusio, aut exclusio substitutorum in materia, de qua quæritur; in terminis ergo nostris mens clara Testatoris ex pluribus colligebatur, tum quia ipse Testator dictos Laurentium, & Petrum hæredes instituerat universales, & particulares, & sic quemlibet in sua portione gravavit, & dd. Marcus Antonius, & Silvester in casu suprascripto substituti fuerunt, tum etiam quia dicti Petrus, & Laurentius fuerunt hæredes instituti ut suprà præterquam quoad legata, & fideicommis-
8 sa infrascripta, de natura enim illius exceptionis est excludere, quod sub regula inclusivè continebatur, non autem includere ad l. cum Prætor, ff. de judic.
9 l. maritus C. de procurat. l. Titiæ textores in princ. ff. de legat. 1. tum etiam quia in substitutione fideicommissaria verba hæc succedant illis important, quod quilibet in cujus portione purificata fuit conditio censeatur gravatus restituere suam portionem, ut tradit Alex. in l. potest in fin. versic. ego puto, quod si ista verba, ff. de vulgar. & pupillar. Socin. consil. 69. sub n. 6. col. penult. versic. dico in primis lib. 3. Ruin. consil 126. n. 6. versic. per hoc ergo lib. 3. Alex. consil. 93. n. 2. versic. & non videtur obstare juncto. n. 3. lib. 3. Peregrin. de fideicommis. artic. 13. n. 16. versic. & cum verba gravaminis referuntur, ubi ponderat verba substituit eis. Ex verbis igitur claris, & præsumpta mente ipsius Testatoris apparere videtur unumquemque ex hæredibus institutis gravatum fuisse in sua portione ad l. Lucius §. Caja ff. ad Trebell. l. fin. §. filium ff. de legat. 2. Bart. in l. heredes mei §. cum ita, num. 5. versic. si verò in fideicommissaria ff. ad Trebell.

His sic præmissis tota difficultas consistere videtur in removendo ea, quæ in contrarium pro parte D. Petri rei conventi deducebantur.

Primò enim dicebatur, quod substitutio facta fuerat in tota hæreditate, & in omnibus bonis dicti Testatoris, cum ipse voluerit, quod substituti succederent, & succedere haberent in hæreditate, & bonis prædictis, undè virtute relativi prædictis idem est, ac si Testator expressè, ac nominatim in hac substitutione dixerit, quod in omnibus, & quibuscumque bonis, & in universa hæreditate ipsius substi- 10
tuti succederent, quia ita suprà expresserat, nam relatum dicitur esse in referente cum omnibus suis qualitatibus, ita præcisè tradunt Alex. in consil. 26. n. 1. lib. 7. Socin. consil. 77. n. 6. lib. 1. Ruin. consil. 181. col. 2. lib. 2. Alciat. respons. 567. n. 9. Socin. Jun. consil. 110. n. 32. lib. 3. Zanch. in l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. quos refert, ac sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 62. n. 14. & 16. & consil. 376. n. 26. Simon. de Præt. de interpret. ultim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dub. 4. solut. 1. n. 29. versic. succedunt, Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 5. n. 12. in fin. Decian. consil. 1. n. 267. & 276. lib. 1.

Ad hoc fundamentum responsum fuit, quod in testamento non legebatur dictio illa prædictis, sed benè aderant verba illa in hæreditate, & bonis ipsius Testatoris; ultra quamquod dato etiam, quod adfuisset hujusmodi relativum, attamen relatio non 11
fit ad id, per quod inducitur correctio voluntatis secundum Cravett. in consil. 70. n. 3. cum ipsa rela- 12
tio semper fieri soleat juxtà mentem disponentis, ita tenent Dec. in l. si idem §. ultimo, ff. de jurisd. omnium Jud. & egregiè Socin. Jun. consil. 91. n. 19. lib. 3. idem Cravett. consil. 70. n. 9. verum, ut suprà ostensum est, mens Testatoris fuit gravare quemlibet hæredem institutum in sua portione.

Secundò dictus reus conventus suam intentionem fundabat in prohibitione Trebellianicæ facta per ipsum Testatorem ibi, dum disposuit, quod non possit etiam à legatis in dicto testamento contentis aliquod detrahi, seu defalcari jure naturæ ratione Falcidiæ, & Trebellianicæ, aut pro debito honorum subsidio, ex hac enim prohibitione Trebellianicæ, seu Falcidiæ arguebat, quod totam, & integram hæreditatem, & omnia, ac singula bona Testatoris 13
ad substitutos pervenire voluerit, & sic quod substitutio in tota hæreditate, & omnibus bonis, ac ultimò morienti facta fuerit, prout sentire videtur Rimin. sen. Curt. Jun. & Zanch. quos referendo sequitur Menoch. lib. 4. præsumpt. 62. n. 16. Simon. de Præt. de interpret. ultim. volunt. solut. 1. n. 32. versic. prohibitio detractionis Trebellianicæ, Decian. consil. 1. n. 269 & 270. lib. 1.

Ad hoc enim respondebatur, quod prohibitio Tre- 14
bellianicæ non operatur reciprocum fideicommissum, quando gravamen non est injunctum ultimò morienti, ita Socin. in consil. 69. col. ultim. lib. 3. quem citat Ripa in dicta l. heredes mei §. cum ita, n. 15. ff. ad Trebell. Menoch. consil. 489. num. 4. in fin. & consil. 376. n. 311. & à superiori opinione dissentiunt quam plures alij relati ab eodem Menoch. dict. præsumpt. 62. sub n. 40. versic. cæterum à prædict.

Præterea ad hoc, ut substitutio reciproca taci- 15
ta inducatur, tria copulative requiruntur. Primò quod sint vocati illi, inter quos dicitur extare reciprocam, secundò, quod substitutio sit facta ultimò morienti, tertiò, quod sit facta in tota hæreditate, vel in omnibus bonis ita Doct. in l. penul. C. de impub. & alijs substit. Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita. 6. part. num. 181. ff. ad Trebell. Menoch. consil. 85. n. 41. & consil. 452. n. 48. & consil. 462. n. 4. & consil. 465. n. 7. & consil. 489. n. 10. Jason. consil. 143. n. 7. & 8. lib. 1. Alb. consil. 31. n. 2. & 3. & consil. 32. n. 9. & 10. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 7. tit. 5. n. 15. Simon. de Præt. de interpret. ultimar. volunt. num. 24. fol. 328. Cephal. consil. 330. n. 34. & consil. 430. n. 36. Odd. consil. 44. num. 40. & consil. 45. n. 9. Magon. decis. Florent. 71. n. 16. Socin. in dict. l. heredes mei §. cum ita n. 7. in quinto casu, ubi asserit ita judicatum fuisse Ferrariæ.

Nec

16 Nec repugnare visum est, quod dictum fuit, scilicet, quod etiam cessante reciproca inter institutos non poterat substitutus admitti ad portionem primi decedentis, in cujus persona conditio extitit, quia inter institutos saltem reservata censetur legitima sucessio ab intestato, adeo quod si unus alteri ab intestato succedit, & substituto præfertur, non potest substitutus admitti, sed expectare debet, quod purificetur conditio etiam in persona alterius, interim vero portio primi transit ad succedentem ab intestato, & stat in pendenti apud eum, donec appareat, an existat conditio etiam in persona alterius, ita tradunt scribentes in *l. penal.* ubi *Jason. n. 6. & 8. C. de impub. Alex. in dict. l. heredes mei §. cum ita n. 2. versic. unde posset intelligi. Alb. consil. 31. n. 7. 10. & 13. Ruin. consil. 134. n. 8. lib. 3. Menoch. lib. 4. præsumpt. 186. n. 43. versic. cæterum à premissis dissentiunt. Peregrin. de fideicommis. art. 13. n. 60. versic. contrarium quod omnium more. Mantic. de conjecturis ultim. volunt. lib. 7. tit. 5. n. 13. versic. secundus casus ad finem* ibi, *& hæc quidem non repugnant, Cephal. consil. 349. num. 27. Decian. consil. 26. n. 59. lib. 2. Surd. consil. 326. n. 16. versic. & si dicatur, & n. 20. lib. 3.*

17 Verùm huic objectu pluribus modis respondetur,
primò quod opinionem contrariam gravissimi auctores tenuerunt, quos refert *Menoch. dict. præsumpt. 186.
n. 43.* Et cum hæredes morientis non habeant judicium Testatoris, prout habent substituti, hæc opi-
18 nio est de jure verior, sicuti firmat *Peregrin. de fideicommis. art. 13. n. 60. versic. contrarium, in fine.*

Secundò respondetur, quod DD. quando dicunt in materia, de qua agitur, quod reservatum censetur jus legitimæ successionis inter institutos, hoc intelligunt de substitutione directa, nempè de pupillari, non autem de fideicommissaria, in qua nos versamur, ita *Castr. in l. penul. C. de impub. & alijs subst. in princ.* apertius, & clarius in *l. qui duos sub n. 3. ff. de vulgar. & pupillar.* in puncto *Ruin. in consil. 125. in fin. lib. 3.*

19 Tertiò respondetur, quod conclusio, de qua suprà, procedere potest in descendentibus à Testatore, non autem in alijs transversalibus, nec etiam in fratribus, in quibus non erit recedendum à regula communi, quod locus esse dicatur substituto per *l. Lucius §. Caja, ff. ad Trebell. & l. fin. §. filium, ff. de legat. 2. Bart. & Dat. in dict. l. heredes mei §. cum ita, & l. penul. C. de impub.* ita enim probat *Alex. in consil. 38. n. 2. lib. 1.* reprobata opinione *Imolæ*, idque ea ratione, qua moventur DD. ad excludendum substitutum ratione verisimilis prædilectionis, quæ desumitur *ex text. in l. cum acutissimi C. de fideicommis.* qui loquitur solum in descendentibus, non in transversalibus, ut ponderat *Alex. dict. loca. Osasch. dict. decis. 110. n. 7. vers. nec obstat. Cravett. consil. 328. n. 32. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 62. n. 36.* ubi ait, quod DD. omnes loquentes de persona verisimiliter magis dilecta loquuntur in descendentibus à Testatore, nempè filijs, nepotibus, & similibus, & in his descendentibus loquitur *Cephal. in consil. 114. num. 28.* ubi expressè facit distinctionem inter descendentes, & alios extraneos.

Quartò respondetur, quod si res reduceretur ab intestato D. Petrus non successisset ipse solus, sed D. Joannes pater præfatorum DD. Marci Antonij, & Silvestri, qui fuit exclusus à successione per ipsum Testatorem, quapropter male videtur applicari conclusio, de qua suprà.

20 Minus difficultatem facere videtur, quod Testator in substitutione nepotum utatur verbis illis *in casu prædicto*, per quæ censeatur se adstringere ad casum expressum, quo D. Laurentius, & D. Petrus sine liberis decederent, adeo ut necessarium sit, quod conditio in persona utriusque purificetur *Guald. de art. testandi tit. 5. cautel. 16. n. 4.*

Nam respondetur quod *Guald.* & alij, qui in il- 21
lis verbis vim faciunt, loquuntur quando adest di-
ctio *tunc* quæ habet vim taxativæ, & denotat tem-
poris extremitatem. At in casu nostro adsunt ver-
ba *in casu supradicto*, quæ non sunt taxativa, sed so-
lum demonstrativa casus expressi secundum *Cassador.
decis. 1. n. 4. de testam. Socin. Jun. consil. 145. n. 27.
lib. 3. Menoch. consil. 432. n. 35.* præterea verba præ-
dicta *tunc*, *& eo casu* non impediunt extensionem 22
ad casum similem, in quo sit eadem ratio, & con-
currat præsumpta mens Testatoris *Socin. Jun. con-
sil. 106. n. 30. lib. 2. Grat. consil. 106. n. 26. & 27.
Gozad. consil. 64. in fin. Paris. consil. 92. n. 60. ver-
sic. non obstat etiam, lib. 2. Decius consil. 227. col. fin.
versic. non obstat. idem Paris. consil. 50. n. 52. & con-
sil. 66. n. 65. lib. 3. & consil. 20. n. 36. cum seq. eod.
lib. Rubeus consil. 31. n. 5. Marzar. consil. 7. n. 11. &
consil. 6. n. 12. Surd. consil. 236. n. 46. & 47. lib. 2. &
consil. 344. n. 13. lib. 3. Rimin. Jun. consil. 23. n. 214.
Leonius consil. 27. num. 71. cum seqq. Decian. consil. 7.
n. 148. & sub n. 333. lib. 1. Vincentius de Franch. de-
cis. 299. n. 3. Magon. decis. Florent. 37. n. 39. & 41.
Surd. decis. Mantuæ 37. n. 32. Menoch. lib. 4. præsumpt. 65.
n. 28. versic. præterea*, & in materia *dict. §. cum ita*,
in qua nos versamur, non debet hoc in dubium re- 23
vocari, quia non attenditur verborum proprietas,
sed solum præsumpta mens, seu voluntas, quæ sem-
per adesse videtur pro substitutis, ubi non adest per-
sona, quæ verisimiliter excludat substitutum, & in
his terminis, non obstantibus verbis *tunc*, *& eo ca-
su*, vel similibus, quod pluralitas resolvatur in suas
singularitates determinant *Socin. Jun. consil. 145. n. 29.
lib. 3. Ruin. consil. 180. n. 8. versic. & licet ad illum
textum lib. 3. Zanch. in dict. §. cum ita part. 8. n. 206.
& 207.* & dictio *in quo casu* erat in testamento relato
per *Castr. in cons. 14. n. 2. dub. 3. lib. 1.* & dictio *tunc*, *&
eo casu* aderat in facti specie *Abbat. in cons. 58. lib. 2.*
& dictio *eo casu*, *& in casu prædicto* in testamento, de
quo per *Ruin. in consil. 126. lib. 3.* ut patet ibi in
principio consilij, & dictio *tunc* in casu *Cephal. in
consil. 711.* & in casu *Hieronym. Gabr. in consil. 121.
lib. 1.* ut constat *in princ.* & tamen omnes prædicti
concludunt ad favorem substituti. Quamobrem hu-
jusmodi verba nullius esse efficaciæ ad excludendum
actores à portione D. Laurentij manifestum reddi vi-
detur, ac ita in proposito tenuerunt DD. Tres de
anno 1588. die 8. Novembris.

Ultimò loco non videbatur refragari, quod sub- 24
stituti sub eadem conditione copulati fuerint ad tra-
dita per *Alex. in consil. 175. n. 3. & 4. lib. 5.* & quod
pluralitas decedentiæ sine filijs posita sit in conditio- 25
ne, quo circa propter conditionis naturam, quæ
14 *Amplia, ut poffit etiam quilibet non habens fupremum imperium.*

D E C I S I O XII.

In Caufa Gherardefca, Pucci, e Pucci.

ARdua, gravisque admodum fuit caufa per Sereniffimum D. noftrum Magnum Etruriæ Ducem integro huic Auditorio delegata inter Illuftriff. D. Lucretiam uxorem Illuftriff. D. Comitis Cammilli Gherardefca, & Illuftriff. D. Sibillam adhuc innuptam forores, & filias, ac hæredes Illuftriff. quondam D. Roberti D. olim Joannis Pauli de Puccis ex una, ac Illuftriff. & Reverendiff. quondam D. Alexandrinum Abbatem, & Illuftriff. D. Robertum quondam D. Pandulphi pariter de Puccis parte ex altera, idque ne dum ob qualitatem perfonarum infignis admodum nobilitatis, fed etiam ob multiplicitatem articulorum, fubtiliffima refponfa per Celeberrimos Jurifconfultos defuper reddita, egregiamque operam, quam fumma cum diligentia, vigilantia, & fide hinc inde navarunt egregij viri D. Marius Brofius DD. fororum, & D. Andreas Andreinius DD. de Puccis in caufa patroni, ut propterea fi omnia hinc inde deducta fingillatim in hac decifione perfequi vellemus, res facili negocio in ingens volumen excrefceret; brevitati igitur, ac veritati pro viribus inferviendo circa ea potiffimum verfabimur, quæ nos præcipue impulere ad judicandum, prout fecimus, contrarijsque brevius, quam fieri poterit, fuis locis refponfiones accommodabimus.

Quoniam verò ex mente etiam Sereniff. D. Noftri, articuli decem, prout propofiti, ita & refoluti fuere, idcirco nobis eundem ordinem fequentibus, præfari oportet antedictos DD. Abbatem, & Robertum prætendentes mortuo de Anno 1598. dicto D. Roberto. D. Joannis Pauli majorem partem bonorum in illius hæreditate relictorum ad fe fpectare, tum jure fideicommiffi deducti ex duabus donationibus, de quibus fuo loco non femel mentionem habebimus, tum ex quadam inveftitura emphyteutica plurium bonorum Plebis Cojani, & alijs de caufa, de quibus infrà, ejufmodi bonorum omnium poffeffionem apprehendiffe, uno dumtaxat dictis Illuftriff. fororibus relicto prædio, indeque effectum fuiffe, ut confugientibus ipfis ad Sereniff. D. Noftrum, Celfitudo Sua omnes partium differentias toti Rotæ commiferit fub his verbis:

Tutta la Magnifica Ruota in termine di 150. giorni correnti decida tutte le loro differenze per Giuftizia, e circa il poffeffo pendente il giudizio, S. A. S. l' avoca nelle fue mani a falva ragione di chi averà avere la proprietà, eccetto della cafa di Firenze, quale pendente il giudizio refti a' Pucci, e gli Clariffimi Luogotenente, e Configlieri deputino un Economo, qual tenga conto di detto poffeffo, e frutti fenza pregiudizio delle Parti ne' meriti.

Præfari etiam oportet dictas Illuftres forores in vim benigni hujus refcripti porrexiffe earum petitionem coram Rota, inftantes in effectu bona omnia tenta, & poffeffa per dictum olim D. earum genitorem,

torem, sibi, uti ejus hæredibus relaxari. E contrà verò DD. Puccios per viam excipiendi, ac etiam reconveniendi petijsse declarari eadem bona ad eos spectare ex causis ante dictis, & respectu domus de Florentia, quam ad se pertinere contendebant in vim donationis reciprocæ de anno 1591. vicissim factæ inter ipsum D. Abbatem ex unà, & dictum olim D. Robertum parte ex altera, videntes eam varijs modis impugnari, opposuisse articulum hunc non fuisse in memorata delegatione comprehensum, hincque pluribus etiam alijs hinc inde petitis, prout omnia suis locis referemus, exortum fuisse primum articulum, numquid validitas, vel invaliditas ejusmodi donationis sub memorato rescripto comprehendatur.

Quo circa licet plura pro negativa doctè, ac subtiliter fuerint considerata, facile tamen per omnes itum est in eam sententiam, ut cognitio hæc unà cum alijs partium prætensionibus delegata censeretur.

Moti fuere Domini, quia sive attendamus verba, sive verisimilem mentem supplicantium, successiveque Serenissimi rescribentis, res undique apparuit clara, & perspicua; de mente supplicantium non potuit dubitari, narrata enim universali Illustrium sororum institutione, honorumque omnium paternorum occupatione, supplicarunt pro commissione omnium suarum, Partisque adversæ prætensionum, & supervenit rescriptum mandans, omnes partium differentias terminari.

Undè sicuti verisimile est, supplicantes sensisse etiam de domo, ex quo hoc erat non leve caput bonorum paternorum, sicque serebat judicium per
1 eas propositum, nempè petitionis hæreditatis, quod sui natura est universale, comprehenditque etiam omnia jura hæreditaria, licet specialiter non ex-
2 pressa ad *text. in l. item videndum §. final. cum ll. seqq. ff. de petic. hereditat.* maxime benigne interpretando verba supplicationis, prout fieri debet, juxtà intentionem proferentis, ut per *Alb. consil.* 303. *n.* 4. *lib.* 2. ita pariter de verisimili mente Serenissimi re-
3 scribentis constare videtur, ne dum quia rescriptum à precibus, si dubium sit, declarationem recipit *cap. inter dilectos*, ubi *Felin. num.* 14. *de fid. instrum. Dec. consil.* 33. *n.* 4. *Menoch. consil.* 33. *n.* 14.

4 Sed etiam quia Celsitudo Sua usa est verbis universalibus ibi: *decida tutte le lor differenze per Giustizia*: quæ omnes prorsus prætensiones comprehendunt juxtà regulam *l. Julianus ff. de legat.* 3. *cap. solitæ de majoric. & obed.* & tradita per *Bald. in cap. in præsentia n.* 20. *de probat. Dec. consil.* 559. *n.* 2. *Aim. consil.* 308. *n.* 3. *Natt. consil.* 154. *n.* 3. omnia
5 enim includunt, quæ dici, vel excogitari possunt, etsi aliqua requireretur mentio specialis *Aym. cons.* 294. *n.* 1. *& dict. consil.* 308. *n.* 6. *versic. quintò considero. Roland. consil.* 5. *n.* 39. *& consil.* 96. *num.* 48. *lib.* 1. *Ofasch. decis.* 94. *num.* 10. *Riminald. Jun. consil.* 352. *n.* 64. *lib.* 3. & si prætensiones domus per Rotam cognosci non possent, non posset etiam cognosci de bonis Cojani, & alijs, quæ expressa non fuere, ut suo in casu arguit *Surd. decis.* 255. *num.* 8. quamvis & de domo etiam specialis facta est mentio, voluit enim Serenissimus rescribens, eam remanere pe-
6 nes DD. Puccios pendente judicio, ergo secus eo finito, si ad Illustres sorores pertineret, sumpto argumento à contrario sensu, quod procedit etiam in rescriptis *l. si procurator §. si ignorantes*, & ibi *Gloss. & scribent. ff. mandat. Curt. consil.* 16. *n.* 13. *Jason. in l.* 1. *n.* 55. *ff. de offic. ejus. Alb. consil.* 318. *n.* 2. *lib.* 2. ample *Everar. in loco à contrario sensu n.* 30. & cum commissa fuerit causa super hæreditate D. Roberti,
7 & prætensionibus DD. de Puccis respectu fideicommissi per eos recepti, utique commissa etiam censebuntur omnia ea, de quibus occasione narratorum, inter partes lis esse possit, juxtà tradita per *Roman. consil.* 343. *n.* 14. *&* 15. *Felin. in cap. reprehensibilis num.* 20. *de rescript. Becc. consil.* 21. *num.* 6. Nec mi- 8
rum, quia licet materia jurisdictionis sit stricti juris quoad vim extensivam, respectu tamen virtutis comprehensivæ latissimè venit interpretanda, ut egregie scribit *Felin. in rub. de rescript. n.* 5. *&* 7. *ad fin.* ut propterea commissio petita pro obtinendis bonis omnibus, quæ remansere in hæreditate D. Roberti, & quæ exadverso fuere occupata, subsequens delegatio omnium prætensionum juxtà verisimilem mentem & petentium, & Principis rescribentis evitari nullo modo possit ex prædictis.

Quibus visum est DD. non obstare, quod dicebatur donationem reciprocam confirmatam fuisse per aliud rescriptum, de quo nulla in secundis preci- 9
bus habita est mentio, undè secundum nullum videtur, & subreptitium *cap. cæterum* ubi *Felin. n.* 2. & ibi *Dec. n.* 3. *de rescript.* maximè cum primum fuerit obtentum ad preces utriusque partis, secun- 10
dum verò ad preces Illustrium sororum tantum, juxtà tradita per *Joan. Andr. & Butr. in cap. in nostra de rescript.* cum alijs per *Menoch. de arbitr. Judic. cas.* 202. *n.* 81.

Nam breviter fuit responsum, contraria fortè pro- 11
cedere posse, ubicumque aliud prius emanasset rescriptum delegatorium ejusmodi causarum, & ita loquuntur scribentes exadverso adducti; cæterum nullum simile hìc præcessit, & quo ad primum respiciens confirmationem donationis reciprocæ nil ei derogatur per secundum, licet suadente Justitia permittatur discuti, an donatio sic confirmata valeat
nec ne, quod est præceptum Justitiæ, ut jus suum 12
cuique tribuatur *§. juris precepta instit. de jur. natural. gen. & civil.* potestque proculdubio ne dum
per Supremum Principem concedi, cum de illius 13
potestate non sit disputandum *l. sacrilegii C. de di-
vers. rescript.* sed etiam per quemlibet alium supre- 14
mum imperium non habentem *l.* 1. *& tot. tit. C. qui pro sua jurisd. Judic. dare poss.* & quia causa, etiam super hoc donationis articulo fuit instructa, & DD. Puccij in fine ipsius causæ super viribus donationis non multum insistebant, quinimo ex precibus quibusdam in calculo ferendæ sententiæ exhibitis, caput ipsius donationis virtualiter supponebant comprehensum in delegatione, idcirco facili negocio ad secundum articulum, qui donationem ipsam respicit per DD. factus fuit transitus.

Alexander Zilocchius Pretor, & Relator.
Horatius Spannocchius.
Dominicus Gualandus.
Pompejus Contarinus.
Aloysius Soltia.
Michael de Lavagna.

ADDITIO.

PLura de rescripto delegatorio, quas causas complectatur, habentur in *decis. Senen.* 11. *coram me.* Et scripsit in hac causa *Ger. Spin. consil.* 51. *n.* 1. *& seqq.*

Eadem.

Iisdem die, & Anno.

ARGUMENTUM.

Plenè agitur in hac decisione ex quibus arguatur, vel excludatur dementia, & de testibus super ea deponentibus plura afferuntur.

SUMMARIUM.

1 *DEficere non potest, quod nunquam incepit.*
2 *Instrumentum, stante juramento, de Jure communi habet executionem paratam.*
3 *Et ex Statuto Florentino* Rubr. 42. l. 2.
4 *Voluntas, & potentia omnes actus humanos perficiunt.*
5 *Preces Principi porrectę probant contrà supplicantem.*
6 *Instrumentum publicum dicitur probatio probata, veritas apparens non egens disceptatione fori.*
7 *In re sua quilibet habet liberam administrationem.*
8 *Etiam ad effectum dilapidandi.*
9 *Limita in prodigis, quibus ex* l. duodecim Tabularum *interdicta est administratio.*
10 *Gesta tamen ante interdictionem tamquam valida sustinentur.*
11 *Prodigus quis dicatur.*
12 *Non dicitur, qui laudabiliter disposuit instituendo etiam in contractibus fideicommissa pro conservatione familię.*
13 *Provisio hec convenit homini prudenti, & n. 14.*
15 *Et respicit favorem publicum.*
16 *Et favorabiliter est interpretanda.*
17 *Licet extent filię disponentis, quę contentę esse debent successione universali, licet non excedat legitimam.*
18 *Non tenentur filijs ultrà legitimam relinquere etiam de Jure Canonico.*
19 Text. in cap quicumque 17. quæst. 4. *non de tota hereditate, sed de legitima tantum loquitur.*
20 *Quilibet præsumitur sanę mentis.*
21 *Et est præsumptio Juris, & naturę.*
22 *Instrumento donationis standum est, quousque non probetur donantem fuisse mentecaptum.*
23 *Dementia est contraria præsumptioni naturę, & ideo difficilis probationis, & n. 25.*
24 *Natura tendit semper ad melius, & perfectius.*
26 *Actus Religionis, & pietatis excludunt dementiam, cum non soleant à fatuis exerceri.*
27 *Et matrimonium contractum, quod dementes facere prohibentur.*
Et de ratione n. 28.
29 *Patres filias in uxores dementibus dare non solent.*
30 *Ex interessentia in Judicijs dementia excluditur, & de ratione.*
31 *Item ex actibus extrajudicialibus, qui numerantur.*
32 *Qui aliquem prodigum, & debilem reputavit, non potest deinde contrarium attentare.*
33 *Notoria debilitas juncta cum notoria prodigalitate reddunt donationem nullam.*
34 *Plus, & minus non varias speciem.*
35 *In ijs, quę variationem recipiunt, ex præsenti non præsumitur ad preteritum.*
Limita, quando concurrunt conjecturę n. 40.
36 *Rei veritas, non præsumptio ex præsenti ad preteritum est attendenda.*
37 *Veritas, quandocumque habeatur, semper attendi debet.*
38 *Nemo potest allegare suam turpitudinem.*
39 *Limita nisi sit jam detecta.*
41 *Testes numero majores attendi debent.*
42 *Precipuè cum sint in dignitate constituti, & magis instructi.*
43 *Et cum de eorum legalitate per alios testes doctum est.*
44 *Et cum deponunt de sanitate mentis, vel qualitate, quę inest naturaliter.*
45 *Quo casu duo testes magis probant, quam mille in contra ium.*
46 *Et quando deponunt contrà prodigalitatem, quę non præsumitur.*
47 *Et ad favorem rei, pro quo admittuntur etiam pauciores, & minus digni.*
48 *Dicta testium scindi nequeunt, sed debent recipi cum suis qualitatibus.*
49 *Testis deponens, aliquem non jactusse suum, excludit prodigalitatem.*
50 *Unicus testis plenè probat contrà producentem.*
51 *Testes inducti, qui inter se contradicunt, non probant.*
52 *Nec inter eos admitti potest concordia, ut probent, licet admittatur ad evitandum falsum.*
53 *Testes de sanitate mentis alicujus deponentes, debent reddere rationem sui dicti.*
54 *Testes de credulitate, vel de auditu deponentes probant contra producentem.*
55 *Notorium quid sit secundum* Baldum.
56 *Notorium non minus dici potest, quod heri in Civitate gestum est, quam id quod triginta, vel quadraginta ab hinc annis contigit.*
57 *Notorium, factis probationibus in contrarium, perdit vires suas.*
58 *Quidquid calore iracundię fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam de perseverantia apparuerit.*
59 *Pater, qui filio exemplariter non substituit, nec ei bonorum administrationem interdixit, aut de curatore non providit, non censetur filium prodigum putasse.*
60 *Dementia non arguitur ex commissa domus administratione uxori.*
61 *Prout nec prodigalitas.*
62 *Florentię in usu est administrationem domus uxoribus relinquere.*
63 *Parentes dulci filiarum aspectu, ac consuetudine differunt privari.*
64 *Donatio est virtus, & collata in agnatos, & benemeritos denotat prudentiam.*
65 *Quod probat Juris imperitiam, non sufficit ad arguendam dementiam.*
66 *Turpe est causas agenti, Jus in quo versatur ignorare.*
67 *Ad validitatem obligationis sufficit, quod imperiti per peritos capaces fieri possint.*
68 *Homo licet hebetis ingenij validè de rebus, & per viam contractus, & ultimę voluntatis potest disponere.*
69 *Dementia excluditur ex qualitate actus gesti, prout à Prudente viro fieri solet.*
70 *Præsertim si eidem accesserit auctoritas Principis cum previa causę cognitione.*
71 *Jura præsumunt pro facto viri Eminentissimi.*
72 *Prout pro Decreto cujuslibet Judicis.*
73 *Ex rogitu Notarij arguitur sanitas mentis contrahentis.*
74 *Cum verisimile est aliquem redditum esse capacem de vi obligationis, attenta qualitate actus, pro illius validitate judicandum est.*
75 *In dubio pro instrumento judicandum est.*
76 *Et favore rei.*
77 *Et pro opinione, quę favet conservationi agnationis.*

DE-

D E C I S I O XIII.

PRæſupoſita igitur donatione reciproca de An-
no 1591. etiam cum decreto Sereniſs. Domi-
ni Noſtri facta inter D. olim Reverendiſs. Ab-
batem perpetuo fideicommiſſo ſupponentem pro con-
ſervatione familiæ de Puccis, etiam ad favorem di-
cti Illuſtris quondam D. Roberti, ejuſque filiorum,
& deſcendentium maſculorum bona ſua di Bella ſguar-
do, quæ dicuntur eſſe inſignis valoris, ipſumque
D. Robertum è contrà eidem fideicommiſſo ſubij-
cientem domum ſuam de Florentia, quæ antiquitus
ſemper fuit penes nobiliſſimam hanc familiam, præ-
tendebant Illuſtres ſorores donationem hanc, vel
nullam eſſe, vel ſaltem ope reſtitutionis in integrum
reſcindendam, ſive quia ex parte D. Roberti noto-
rie prodigi, notorieque debilis, ac mentecapti ſub-
ſiſtere non poſſet, quantumcumque illi adhuc non
eſſet interdicta bonorum adminiſtratio, jungendo ſal-
tem ingenij debilitatem cum prodigalitate, ſive quia
magnopere læſus fuiſſet, domum, quæ fuerat ma-
jorum ſuorum, & in qua dabatur intereſſe affectio-
nis, conditionibus valde imparibus adhibitis pro-
prijs filiabus auferendo, proindeque in integrum re-
ſtitutioni etiam ad earum favorem locus eſſe poſ-
ſet. In omnem tamen caſum conſiderabatur DD. Ab-
batem, & fratres ad domum ipſam vocatos fuiſſe
ſub conditione deficientiæ omnium linearum filio-
rum, & deſcendentium maſculorum D. Roberti,
qui ſanè caſus dicebatur non contigiſſe, ex quo nul-
li ex eo maſculi, à quibus lineæ ipſæ incipere de-
bebant, in lucem prodiere, conſequenterque cum
1 id deficere non poſſit, quod nunquam incæpit, ca-
ducata dicebatur hæc donatio, meritoque res dona-
ta ad donantis hæredes ſpectare videbatur.

His tamen lariſſimè, & in ſcriptis, & oretenus
deductis minimè refragantibus, fuit reſolutum dona-
tionem ſubſiſtere, ejus caſum eveniſſe, petitæque
in integrum reſtitutioni locum non eſſe.

Potiſſimum autem fundamentum hujus reſolutio-
nis illud fuit, quia ſicuti de donatione dubitari non
poterat, cum de ea conſtiterit ex publico docu-
2 mento habente paratam executionem, tum de jure
communi ſtante juramento, juxtà tradita per Jaſon.
ex communi in l. 2. n. 10. ff. de jur. juran. & no-
viſſimè per Seraphin. de privileg. juram. privileg. 77.
3 n. 2. tum atiam attenta municipali cenſura ad Sta-
tutum ſub Rub. 42. lib. 2. ità quoque in D. Rober-
to non defuit voluntas, & potentia, ex quibus duo-
4 bus omnes humani actus perficiuntur l. cum te, ubi
Bald. C. de donat. ant. nupt. l. multum intereſt. C. ſi
quis alt. vel ſibi. cap. cum ſuper. de off. delegat. Bar-
bat. inter conſil. Alex. conſil. 123. num. 3. & 4. lib. 4.
Dec. conſil. 197. ſub n. 3. verſic. prędictis tamen non
obſtantibus. Alb. conſil. 26. num. 1. & conſil. 256. in
princ. ubi apoſtilla citat concordantes.

Quoad voluntatem res eſt expedita, cum de ea
conſtet ex precibus concorditer per Partes Sereniſs.
Domino Noſtro porrectis ad effectum, ut Celſitudo
Sua actum hunc ſuprema auctoritate roboraret, ſuc-
ceſſiveque ex inſtrumento deſuper confecto, & cum
decreto Clariſs. D. Auditoris Fiſcalis loco ipſius Se-
reniſsimi Principis donationem ipſam confirmantis,
5 quemadmodum enim preces probant contrà ſuppli-
cantem l. cum precum C. de liberal. cauſ. ita & in-
6 ſtrumentum publicum, quod dicitur probatio pro
bata, & veritas apparens non egena diſceptatione
fori l. cum precibus C. de probat. l. deſiderium C. de-
poſiti. Bart. in l. 1. in 1. quæſt. ff. de oper. nov. nunc.
Bald. in l. Imperator la 1. num. 10. ff. de ſtat. homin.
Socin. conſil. 59. ſub n. 2. lib. 3. Dec. in cap. licet eam-
dem num. 103. de probat. amplè Riminald. Jun. con-
ſil. 30. n. 28. cum ſeqq.

De poteſtate autem non eſt quid dubitetur, cum
D. Robertus eſſet ſui juris, annorum quadraginta quin-
que, liberamque bonorum ſuorum haberet admi-
niſtrationem, eſt enim trita regula quemlibet in re 7
ſua liberam habere adminiſtrationem vulgata l. in re
mandata C. mand. etiam bona ſua prodigendo l. cum, 8
& ſi §. conſuluit ff. de petic. hęredit. & ideò licet le- 9
gibus duodecim Tabularum proditum ſit remedium,
ut prodigis interdicatur adminiſtratio l. 1. ff de cu-
rat. furioſ. geſta tamen per eos ante interdictionem
tamquam valida ſuſtinentur l. is cui bonis ubi omnes 10
ff. de verborum oblignt. l. is, cui bonis ubi Aret. n. 2.
teſtatur de communi ff. de teſtament. Boer. deciſ. 23.
n. 37. Vant. de nullit. ex defect. Mand. n. 27. deciſ.
Tholoſ. 363. Burſatt. conſil. 200. n. 35. lib. 2. Kircov. in
ſuis communibus concluſ. centur. 3. concluſ. 95. Franc.
Caldas pro communi, & veriori in l. ſi curatorem in
verſic. non abſimilis ſub n. 5. verſic. cęterum prędicta
ratio C. de in integr. reſtitut. mino.

Quod ſi hæc procedunt, ubi prodigus bona ſua 11
dilapidando, & diſſipando profundit ſine delectu,
ut deſcribendo prodigum inquit Ulpian. in dict. l. 1.
ff. de curat. furioſ. longè utique magis procedere
debent, ubi diſpoſitio reſpicit cauſam honeſtam, &
laudabilem, qualia ſunt fideicommiſſa etiam in con- 12
tractibus pro conſervatione familiæ inducta Oldrad.
conſil. 139. n. 1. & 2. Angel. conſil. 179. n. 2. & 3.
Alex. conſil. 183. n. 14. lib. 7. Pariſ. conſil. 26. n. 12.
& n. 13. lib. 2. Decian. conſil. 17. n. 29. lib. 1. Oſaſch.
deciſ. 100. n. 5. Marzar. conſil. 61. ante n. 2. verſ. idque
pręcipue. ſimilis enim proviſio ſicut convenit homini 13
prudenti Pariſ. conſil. 88. n. 84. lib. 3. Cephal. con-
ſil. 753. n. 46. lib. 1. ſapientis enim eſt eligere, ut 14
bona in familia conſerventur §. cęterum inſtit. de leg.
agnat. ſucceſſ. l. 1. §. ſed & ſi ſervus ff. de ventr. in-
ſpic. ita quoque publicum reſpicit favorem Angel. 15
conſil. 68. n. 3. & 4. Decian. conſil. 17. n. 26. & ſeqq.
lib. 1. Rot. deciſ. 110. n. 12. part. 2. diverſ. meritoque 16
favorabiliter venit interpretanda cap. odia de reg. jur.
in 6. idque quantumcumque extent filiæ diſponen- 17
tis, cum ipſis ſufficere debeat ſucceſſio univerſalis,
etiam ſi non excederet legitimam Pariſ. conſil. 69.
n. 44. lib. 3. Burſat. conſil. 385. num. 8. lib. 4. Neque 18
enim ulterius ex charitate paterna obligamur, etiam
attenta cenſura legis Canonicæ juxtà conſilium Au-
guſtini in cap. quicumque 17. quæſt. 4. dum dixit qui-
cumque exhęredato filio vult hęredem facere Eccleſiam,
quęrat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum, ſic
enim exhæredationem, quoad legitimam tantum 19
intelligunt ibi gloſ. Archid. & DD. Bart. in repet. l. 1.
n. 55. C. de Sacroſ. Eccleſ. Ancharan. conſil. 46. n. 4. Butr.
conſil. 25. ante num. 6. amplè Dec. in l. licet num. 5.
C. de pact.

His ſtantibus, quod attinet ad nullitatem dona-
tionis deductam ex capite defectus judicij, fuit reſ- 20
ponſum regulam eſſe, ut quilibet præſumatur ſanæ
mentis l. nec codicillos C. de codicill. cap. final. de ſuc-
ceſs. ab inteſtat. Bart. in l. is poteſt n. 15. ubi poſt
alios Murant. n. 137. ff. de acquir. hęred. Socin. con-
ſil. 42. n. 1. lib. 1. Dec. in l. furioſum num. 19. C. qui
teſt. fac. poſſ. Menoch. præſumpt. 17. n. 7. lib. 1. Vivius
pro concord. inquiens hanc eſſe præſumptionem ju- 21
ris, & naturæ deciſ. 377. n. 12. part. 2. & ideo, quo-
uſque contrarium doceatur, inſtrumento ſtandum eſ- 22
ſe, ut in terminis donationis factæ per prætenſum
mentecaptum, ſcribunt Card. Zabarel. conſil. 56. ſub
n. 12. Dec. conſil. 448. n. 13. Feret. conſil. 207. n. 15.
lib. 1. Pariſ. conſil. 88. n. 19 lib. 3. Menoch. conſil. 683.
n. 1. lib. 7. Odd. in eodem caſu conſil. 93. n. 35.

Maximè cum hic concurrant innumeri penè actus
poſitivi ante donationem claræ mentis ſanitatem in-
ferentes in D. Roberto, ut certè ſi dementia tam- 23
quam contraria præſumptioni naturæ, quæ ſemper 24
tendit

tendit ad melius, & perfectius teste *Philos. Physic.*
35 *lib.* 8. *tit.* 48 & 56. difficilis semper est probatio-
nis ad *Boer. decis.* 23. *n.* 41. *Berò. consil.* 56. *n.* 21.
lib. 2. difficillima videatur in proposito; siquidem si
36 ad ea, quæ pertinent ad religionem respiciamus,
exploratum est D. Robertum consuevisse cousiteri
peccata sua, Sanctissimum sumere Eucaristiæ Sacra-
mentum, divina officia, & prædicationes frequen-
tare, el emosinas pauperibus, pijsque locis elargi-
ri, in confraternitatibus munia exercere, infantes
à Sacro Fonte levare, qui fane actus per fatuos nul-
latenus exercentur *Corn. consil.* 219. *col.* 2. *ante n.* 1.
versic. item Vitalis Lucę lib. 1. *Dec. dict. consil.* 448.
num. 20. & 36. *Paris. dict. consil.* 88. *sub num.* 40.
lib. 3. *Rot. decis.* 557. *in princip. part.* 1. *Decian. con-
sil.* 127. *num.* 34. *lib.* 3. *Dec. Marchię* 27. *ante n.* 3.
versic. 2.
37 Pariter si actus civiles respicimus, D. Robertus
bis matrimonium contraxit, & tamen fatui, & de-
mentes prohibentur contrahere matrimonium *cap.
nequaquam furiosus* 32. *quæst.* 7. *cap. dilectus de spon-
sal. Dec. consil.* 112. *ante n.* 1. *Socin. consil.* 47. *n.* 8.
lib. 3. *Paris. d. consil.* 88. *Mozz. in tit. de matrimon.
rubr. qui poss. contrah. matrim. n.* 5. reddens rationem,
38 quia dementes, & mentecapti carent consensu, &
consensus est de substantia matrimonij *cap. sufficiat.
cap. omnec* 27. *quæst* 2. & cum contraxerit semper
cum mulieribus nobilissimis, utique si fuisset men-
39 tecaptus, ij, ad quos spectabat, filias proculdubio
ei in uxorem non dedissent, ut latè deponunt te-
stes DD de Puccia, & ingenue fatetur etiam XIV.
Illustr. sororum, & tradunt ex nostris *Boer. decis.* 23.
n. 68. & *Menoch. dict. consil.* 683. *sub n.* 4. In judicijs,
30 & actoris, & rei prout ferebat occasio, personam
sustinebat, quod fatuis non convenit, qui nec ju-
dicio intersunt, nec citantur sine curatore *Rot. de-
cis.* 557. *n.* 5. *part.* 1. Extra judicium præsentabat
31 Clericos ad beneficia de jurepatronatus Illustris fa-
miliæ de Puccis, bona sua per se possidebat, eme-
bat, vendebat, locabat, sese obligabat etiam coram
Magistratibus, fidejussores præstabat, in fidejusso-
rem accipiebatur, pecunias mutuabat, mutuoque ac-
cipiebat, adibat hæreditates sibi delatas, credita sua,
& per selpsum, & per procuratores exigebat, &
nihilominus actus ij mentecaptis non conveniunt, ut
de sese obligante per *Cardinal. Zabarel. d. consil.* 56.
in fine. de admisso, ad se obligandum per Magistra-
tus *Corn. dict. consil.* 219. *sub num.* 4. *versic. item con-
curris lib.* 1. de adeunre hæreditatem *Paris. cons.* 99.
in princip. lib. 2. & fuit tentum per Dominos Quin-
que in hac causa de Altovitis, & Antinoribus, &
patet *ex mot. dies* 25. *Aprilis* 1579. *lib. Motivor.* 47.
fol. 679. & de alijs actibus *Corn. dict. consil.* 219. *co-
lumn.* 2. *versic. tamen non obstant*, & *column.* 4. *sub
num.* 4. *versic. & insuper sunt multi testes lib.* 1. *Car-
din. Zabarel. dict. consil.* 56. *num.* 1. *Socin. consil.* 42.
num. 9. *lib.* 1. *Feret. dict. consil.* 207. *sub num.* 1. *ver-
sic. quibus tamen. non obstantibus. Boer. dict. decis.* 23.
n. 67. *Roland. consil* 27. *n.* 2. *lib.* 3. *Menoch. dict. con-
sil.* 683. *n.* 5. *Decian. dict. consil.* 127. *n.* 34. *lib.* 3. *Ro-
ta decis* 557. *in princ. versic. primò quia part.* 1. &
hæc ultrà probata per testes DD. de Puccis depo-
nentes D. Robertum fuisse sanæ mentis plures in id
rationes afferentes, & in specie, quia peccata sua
confitebatur, Sanctissimum sumebat Sacramentum,
Ecclesias frequentabat, contrahebat, distrahebat,
rectè ad interrogata respondebat, cum nobilibus ver-
sabatur, ludebat, convivebat, forenses hospitaba-
tur, venabatur, similiaque nobilibus, ac prudenti-
bus convenientia faciebat, quæ proculdubio omnem
dementiæ præsumptionem excludunt, ut suprà la-
tè fuit deductum, & latissimè post alios comprobat
etiam *Roger.* in terminis donationis loquens *cons.* 35.
n. 23. & *seqq. lib.* 1.

Et licet Illustres sorores plura in contrarium de-
ducerent, non tamen visa fuere talia, ex quibus
posset quis mentecaptus judicari, quod tandem etiam
per Clarissimos earum Advocatos admitti visum est,
dum ad notoriam debilitatem, notoriamque prodi-
galitatem D. Roberti se totos converterunt præten-
dentes, quod ex quo DD. Pucci de anno 1594. in
precibus Serenissimo Domino Nostro oblatis narra-
vere D. Robertum ineptum esse ad regimen rerum
suarum, subsequtumque fuit rescriptum commit-
tens Clarissimis Dominis Locumtenenti, & Consilia-
rijs, ut illi ob notoriam ejus debilitatem, & pro-
digalitatem administrationem interdicerent, prout
eisdem præcise ex causis interdixere decernentes ne
quid in posterum gerere posset sine eorum decre-
to, vel cum auctoritate unius ex dictis DD. Puccis, 32
hodie ipsis non liceat contrarium attentare ex tra-
ditis per *Rot. decis.* 8. *de testam. in antiq.* & per *Dec.
consil.* 86. *sub n.* 7. & *consil.* 273. *in princip.* proinde-
que jungendo notoriam D. Roberti debilitatem cum 33
notoria ejus prodigalitate, quantumcumque non fuis-
set mentecaptus, inferri tamen posse ad nullitatem
donationis, in puncto scripsit *Franc. Cald. in d. l. si
curatorem in versic. non absimilis sub num.* 4. 5. & 6.
C. de in integr. restic. minor.

Cæterum hæc haud necessario concludentia de-
bilitatem, & prodigalitatem, saltem tempore dictæ
donationis, visa sunt Dominis; siquidem præterquam-
quod prætensa hæc confessio non fuit tam latè con-
cepta, ut prætenditur, sed ijs dumtaxat verbis *per
la poca attitudine di Roberto*, quæ tamen aliquam
supponunt aptitudinem, cum quæ differunt per plus, 34
& minus non differant specie *l. fin.* & ibi *Bart.* &
scribentes *ff. de fund. instruct. l. scapham ff. de evict.
Cephal. consil.* 300. *n.* 21. *Natt. consil.* 402. *n.* 16. *lib.* 2.
Surd. decis. 7. *n.* 21. fuit etiam animadversum, do-
nationem fuisse factam de anno 1591. preces verò
cum inde sequtis processisse de anno 1594. & per
consequens hæc non percutere tempus ipsius dona- 35
tionis, & tamen in ijs, quæ variationem recipiunt,
ex præsenti non præsumitur in præteritum *cap. te-
nor de regular. Imol. consil.* 23. *n.* 3. *Corn. consil.* 261.
num. 22. *lib.* 4. *Socin. consil.* 42. *sub n.* 6. & *seqq. lib.* 2.
Cardin. Zabarel. dict. consil. 56. *n.* 9. *Jason. consil.* 141.
n. 74. *lib.* 3. *Boer. dict. decis.* 23. *n.* 89. *Feret. d. con-
sil.* 207. *n.* 11. *Berò. consil.* 29. *n.* 12. *lib.* 1. *Odd. de re-
stitut. in integr. quæst.* 37. *artic.* 11. ut propterea non
intrent quæ inferebantur ex *dict. decis.* 8. *de testam.
in antiq.* quæ loquitur in actibus sequtis post inter-
dictionem, qui non est casus noster, in quo cum
ex testibus jam per utramque partem examinatis
constet etiam de dicta sanitate mentis D. Roberti,
rei veritas, non autem præsumptio desumpta ex 36
præsenti in præteritum est attendenda, juxtà tradi-
ta per *Roman. in l. stipulatio ista n.* 26. *ff. de verbor.
obligat. Jason. in l. patre furioso n.* 24. *ff. de his, qui
sunt sui, vel alien. jur. Paris consil.* 87. *n.* 51. *lib.* 3.
veritas enim quomodocumque habeatur semper at- 37
tendi debet *Socin. Jun. consil.* 112. *n.* 2. *lib.* 1. *De-
cian. consil.* 69. *n.* 23. *lib.* 2. sic dicimus in simili ne- 38
minem posse allegare turpitudinem suam *l. cum pro-
fitearis C. de revoc. don.* & tamen jam detecta & al- 39
legatur, & attenditur *Jason. in l. jusjurandum §. pro-
curator n.* 17. & *seqq. ff. de jur. jurand. Bernard. Diaz.
in suis regulis, in verb. turpitudo. Ancharan. Jun.
quæst.* 47. *n.* 7. *part* 1.

Nec facit, quod ubi concurrunt conjecturæ, rectè 40
de præsensi in præteritum inferri possit *Corn. cons.* 21.
n. 12. *lib.* 2. *Rot. decis.* 107. *n.* 27. *part.* 2. Hic au-
tem innumeræ adsint, & præsertim testes utrins-
que

que partis deponentes D. Robertum semper usque
ad mortem fuisse in eodem statu, quo ad animi qua-
litates, & per consequens semper fuisse notoriè de-
bilem, & notoriè prodigum, prout indubitatum sup-
ponunt rescriptum Serenissimi Principis, decretum-
que in ejus executionem factum per Clarissimos DD.
41 Consiliarios, nam sive attendamus testes DD. de Puc-
cis, prout attendi debere suadet & major numerus
ad *Text. in cap. in nostra de testib. & in l. majorem*
ff. de pactis. *Socin. Jun.* in terminis nostris *cons.* 144.
n. 50. *lib.* 2. *Bertaz. consil.* 483. *n.* 3. *lib.* 2. *crim.* &
42 quia multi ex his sunt in dignitate constituti, &
fortè melius instructi, quales sunt uterque medicus
ad *Gloss. in cap. Monachus* 77. *distinct. Felin. in dict.*
cap. in nostra n. 1. *de testib. Decian. consil.* 127. *n.* 35.
lib. 3. & de eorum legalitate fuit etiam doctum per
43 plures alios testes, juxtà consilium *Decij cap.* 1. *n.*59.
de probation.

44 Rursus quia deponunt pro sana mente, quæ na-
turaliter unicuique præsumitur inesse *Roland. cons.* 27.
n. 23. *lib.* 3. *Mascard. de probat. conclus.* 1235. *n.* 12.
45 & in qua duo testes magis probant, quam mille in
contrarium, ut ibi per *Mascard. num.* 13. & contrà
prodigalitatem, quæ non præsumitur *Imol. cons.* 102.
46 *n.* 14. *Mascard. dict. conclus.* 1235. *in princ.* Ac de-
mum, quia deponunt ad favorem reorum, pro qui-
47 bus sufficiunt etiam pauciores, & minus digni *Ber-*
tazzol. consil. crim. 251. *n.* 12. *lib.* 2. atque cum te-
stes ij explicitè deponant D. Robertum neque fa-
tuum extitisse, neque notoriè prodigum tempore
donationis, & cum eorum depositionibus assistant
tot probationes instrumentales, nulli dubium, quin
contrarijs testibus, etiam si plures essent, præfe-
rantur.

Nec est cur subtiliter ponderetur ipsos deponere
de eodem statu, certumque esse D. Robertum fuis-
se & debilem, & prodigum de anno 1594. ergo, &
48 de anno 1591. nam dictum horum testium scindi non
potest, sed recipi debet qualificate, prout loquuntur
Bald. in l. nulla n. 6. *ff. de leg. Alex. consil.* 70. *n.* 2.
in fin. lib. 1. *Cephal. consil.* 110. *n.* 26. *Bertazzol. con-*
sil. 365. *n.* 16. *lib.* 2. amplè *Tiraquell. de retract. con-*
vent. ad fin. tit. n. 4. *& seqq.*

Quinimo ubi etiam attendendi essent testes Illo-
strium sororum, idem pariter dicendum videretur,
cum secundus, decimus, undecimus, duodecimus,
decimusquartus, & decimussextus fateantur D. Ro-
bertum nunquam fuisse fatuum, vel mentecaptum,
49 prout & septimus, octavus, undecimus duodeci-
mus inquiunt ipsum nunquam jactasse suum, id
quod excludit prodigalitatem *dict. l.* 1. *ff. de curat.*
furios.

50 Certum enim est unicum etiam testem plenam fi-
dem facere contrà producentem, juxtà *vulg. consil.*
Rom. 104. *in fin.* idque non referente concordia al-
lata per informantes, ut primi excluserint demen-
tiam illius generis, quod ad furorem vergit, non
autem ad debilitatem dementiæ proximam, secundi
verò non negaverint actus prodigalitatis narratos ab
alijs testibus, licet ipsi fortè ignari ejusmodi actuum
51 fuerint; nam cum major eorum pars asserat, D. Ro-
bertum fuisse mentecaptum, & notoriè prodigum,
dum aliqui ex eis aliter dicunt, se invicem confo-
diunt, ut per *Joan. Andr.* & scribentes *in dict. cap.*
in nostra de testib. Federic. de Senis consil. 162. *n.* 2.
Alex. consil. 18. *ante finem lib.* 1. *consil.* 43. *in fin.*
lib. 4. *& consil.* 53. *n.* 10. *lib.* 7. cum alijs per *Mar-*
sil. qui testatur de communi *singulari* 488. *n.* 2.

52 Nec inter eos admitti posse videtur concordia ad
effectum, ut probent, quicquid sit quo ad effectum,
ut evitent falsum *Bart. in l.* 2. §. *creditum*, & ibi
etiam *Dec. n.* 18. *ff. si cert. pet. Felin. in cap. cum*
in num. 9. *versic. sexta conclusio de testib. Bertazzol.*
consil. criminal. 558. *n.* 11. *&* 12. *lib.* 2. *Farinacc. de*
oppos. contr. dict. test. quæst. 65. *n.*96. *& n.* 100. &
dato, ut ex rationibus per eos allegatis non proba- 53
retur concludenter sanitas mentis, vel frugalitas,
ut ex adverso deducebatur, ex traditis per *Alex.*
consil, 147. *num.* 16. *&* 18. *lib.* 7. *& Rot. decis.* 107.
n. 30. *part.* 2. non inde tamen cessaret fundamentum
DD. de Puccis, cum testibus etiam de credulitate, 54
vel simpliciter de auditu plenè credatur contrà pro-
ducentes, ut per *Roman. dict. consil.* 104. *in fin. Ja-*
son. in rub. de jure jurand. n. 9. & rursus *consil.* 57.
num. 15. *& consil.* 69. *n.* 17. *lib.* 1. *Paris. consil.* 50.
n. 60. *lib.* 2. *Socin. Jun. consil.* 69. *n.* 12. *lib.* 1. *Me-*
noch. consil. 31. *n.* 23. *Gabriel.* ex communi *de testib.*
conclus. 1. *n.* 14. *Riminald. Jun. consil.* 200. *n.* 31. *lib.* 2.
& cons. 362. *n.* 64. *lib.* 3.

Non etiam resistunt prætensæ aliæ conjecturæ, ex
quibus ex præsenti in præteritum inferri possit; nam
quod attinet ad traditionem *Bald. in cap. tua* ante
n. 13. *de cohabit. cleric. & mulier.* ut notorium non 55
dicatur, nisi apparens, & existens vetustas, quasi no-
toria debilitas, & prodigalitas, ut dicitur, detectæ
de anno 1594. fuerint veteres defectus in D. Rober-
to. Hæc illatio certè parum urget, cum non mi- 56
nus notorium possit esse in Civitate id, quod heri
gestum est, quàm id, quod 30. vel 40. ab hinc an-
nis contigit: præterea factis jam probationibus in con-
trarium, saltem respectu temporis factæ donationis, 57
prætensum hoc notorium, vel leviter offuscatum,
perdidit vires suas, ut per *Surd.* ex communi *con-*
sil. 405. *n.* 13. *lib.* 3.

Opinio Patris deducta ex quibusdam litteris uxo-
ri scriptis per D. Joannem Paulum, dum D. Robertus
juvenis esset, & fortè præceptis paternis parum obe-
diens, vel nil facit, cum ex ipsis pateat D. Joan-
nem Paulum tunc temporis fuisse cum eo admodum
irâ percitum, juxtà *Text. in l. quicquid calore ira-* 58
cundiæ ff. de reg. jur. vel saltem purgata fuit ex tra-
ctatibus subsequentibus; illi enim exinde uxorem 59
dedit, diuque supervivens nec exemplariter ei sub-
stituit, nec administrationem interdixit, minusve de
Curatore providit, quibus sanè in casibus aliquid
operari solet judicium paternum, ut per *Alciat. de*
præsumpt. regul. 1. *præsumpt.* 15. *Boer. dict. decis.* 23.
n. 80. *Surd. consil.* 89. *n.* 17. *lib.* 1. *Rovescal. ad Alex.*
consil. 54. *in apostill. magn. lib.* 1. *Mascard. dict. con-*
clus. 1235. *n* 4.

Sed & idem dicitur de prætensa opinione conjun-
ctorum; nam quod D. Robertus uxori domus admi- 60
nistrationem commiserit, hoc neque dementiam in-
fert *Paris. cons.* 88. *n.* 61. *lib.* 3. neque prodigalitatem, 61
cum & *Plato* ipse relatus per *Tiraquell. lege ejus* 10.
Connubial. num. 1. scriptum reliquerit in Memno-
ne, uxoriam virtutem esse domum rectè guberna-
re, id, quod sicuti receptum est apud varias na-
tiones, ut eo loci prosequitur *Tiraquell. num.* 3. 62
& seqq. ita & Florentiæ apud plerosque in usu es-
se testantur complures ex testibus in causa exami-
natis.

Idem dicitur de filiabus, mortuâ primâ uxore,
instantibus DD. Puccis, in Monasterium Serenissimi
Domini Nostri authoritate, educationis gratia con-
jectis; quod enim prætenditur factum, ut patri adi- 63
meretur earum regimen, rectius tribuendum vide-
tur laudabili usui civitatis, communique conjuncto-
rum desiderio, quàm injuriæ illatæ parenti id forsan
differenti, ne dulci filiarum conspectu, ac consue-
tudine privaretur argumento *text. in l. isti quidem cum*
meam ff. quod met. causa.

Frequentia donationum allegata quidem fuit, sed
non justificata, & ideo non potuit dignosci, an fue-
rint laudandæ, vel damnandæ; donatio enim virtus 64
est, & collata in agnatos, vel alios benemeritos de-
signat

signat prudentiam *Corn. consil. 69. n. 11. in fin. lib. 1.*
Menoch. consil. 683. n. 29. Odd. dict. consil. 93. n. 39.
DD. Quinque in dictis Motivis diei 25. Aprilis 1529.
versic. considerant etiam.
Literæ scriptæ ad Clarissimum Dominum Fiscalem,
ut mandaret lacerari quoddam Instrumentum, quia
volebat aliud facere, quod ei magis placeret, rur-
65 sus aliæ ad uxorem parum apte exaratæ, juris qui-
dem ignorantiam præseferunt, ac scribendi impe-
ritiam; verum non versamur nos in Servio Sul-
pitio, cui de re amici sui Q. Mutium consulenti,
cumque non semel de jure respondentem parum in-
66 telligenti ferunt dixisse, turpe esse Patritiu, & no-
bili viro causas exoranti, jus in quu versaretur igno-
rare ad *text: in l. 2. §. Servius autem Sulpitius ff. de*
Orig. jur. sed versamur in D. Roberto, qui humanio-
ribus literis parum incubuit, studijs verò legalibus
nullam prorsus uperam dedit, ut propterea mirum
non sit, nec vim ubligationis, nec rectè scribendi
artem calluisse, sed hinc tamen inferri nun potest
ipsum gerendorum negociurum fuisse penitus inca-
67 pacem, ex quu etiam imperiti capaces fieri pussunt
per peritus, quod sufficit ad validitatem obligatio-
nis, ut per *Fabr. in §. Preterea n. 2.* ibique etiam
Aretin. n. 3. inst. quibus non est permiss. fac. testam.
68 *& in §. furiosus instit. de inutil. stipul.* modica enim
aptitudo ad negocia, dummodo aliquis adsit ratio-
nis usus, non impedit, quin persuna etiam hebetis
ingenij valide de rebus suis dispunat, & per viam
contractus, & per viam ultimæ voluntatis, ut per *Corn.*
consil. 91. column. fin. & consil. 261. n. 22. lib. 4. Dec.
consil. 512. n. 1. & consil. 498. n. 21. Castr. & Jason.
in l. furiosum column. 1. in 3. limit. ibique etiam *Dec.*
C. qui testam. facere possunt idem *Dec. in l. humani-*
tatis n. 1. versic. secus in eo C. de impub. & alijs sub-
stitut. Boer. dict. decis. 23. n. 89. Paris. dict. consil. 88.
n. 37. & seqq. lib. 3. Menoch. consil. 683. n. 11. & 12.
Odd. in eodem casu *consil. 93. per totum. DD. Quin-*
que in dict. Motiv. diei 25. Aprilis 1579. ubi agebatur
de contractu eujusdam Petri, quem Serenifs. Prin-
ceps in ejus rescriptu dixerat *uomo di poco cervello*.
Huc ipsum autem & facilius in proposito locum
sibi vindicare censuerunt Domini, ex quo qualitas
69 actus talis est, ut nun nisi prudenter gestus dici pos-
sit; donavit enim D. Robertus dumum de Florentia,
ut quemadmodum ex antecessuribus suis in eum per-
venerat, ita ex eo in posteros, & nobiles de fami-
lia Puccia perveniret, perpetuòque, quoad eum fie-
ri pusset, in ea conservaretur, idque reservandu sibi
usumfructum, præferendo umnes suus filios, & de-
scendentes masculos omnibus extraneis, deinde vo-
cando propinquiores usque ad ultimum de familia,
& hoc quia è cunverso D. Abbas ex eadem causa fa-
miliæ conservandæ donavit eidem D. Robertu, &
suis post suum, & fratrum suorum obitum sine de-
scendentibus masculis, Palatium, & Tenutam *di Bel-*
lo sguardo longè majoris valoris, ut fertur, & hæc
omnia gesta fuere cum authoritate Serenifs. D. No-
stri, & decretu D. Auditoris Fiscalis supplentis om-
nes defectus, si qui fursan intervenissent, vice, ac
numine C. S. ut certè si testamentum fatui illius ju-
dicati, centumvirali judicio Romæ fuit ea ratiune
confirmatum, quod nihiluminus sapienti conveniens
in se contineret, uti in ejus opere factorum, & di-
ctorum memurabilium *lib. 7. cap. 8.* testis est *Vale-*
lerius Maximus, quem passim in hanc sententiam ci-
tant Nostrates etiam in materia donatiunis, ut post
alios per *Menoch. præsumpt. 45. n. 66. lib. 6. & dict.*
consil. 683. n. 1. lib. 7. & in simili donatione citave-
runt etiam *DD. Quinque in* sæpe dictis *Motivis diei* 25.
Aprilis 1579. *versic. considerant etiam*.
Longè utique magis confirmanda fuit præsens do-
natio, ne dum uti uil continens, quod non pru-
dentissimu cuique conveniat, sed etiam uti facta de 70
consensu, & cum auctoritate Serenifs. Principis, &
cum plena causæ cognitione, decretique interposi-
tiune per Clarifs. D. Auditorem Fiscalem confirma-
ta, pro cujus sane viri Eminentissimi factu jura sum-
mupere præsumunt, juxtà tradita per *Socin. cons. 164.* 71
n. 4. lib. 2. cum alijs per *Roger. dict. consil. 35. n. 45.*
cum plurib. seqq. lib. 1. & in decreto cujuslibet etiam 72
inferioris judicis in punctu tradunt *Corn. consil. 219.*
sub n. 4. versic. item concurrit lib. 1. Dec. consil. 448.
n. 14. Paris. cons. 88. n. 34. & 55. lib. 3. Boer. d. dec. 23.
n. 8. Aym. consil. 5. n. 2. Menoch. dict. præsumpt. 45.
n. 44. lib. 6. & dict. cons. 683. n. 7. & idem met *Franc.*
Cald. qui ex adversu allegatur *in dict. l. si curatorem*
in versic. non absimilis n. 25. quinimò argumentum
etiam sanitatis mentis desumunt communiter scriben- 73
tes ex simplici Notarij rogitu, quasi præsumatur ip-
sum nun fuisse confecturum instrumentum dementia
Socin. dict. consil. 42. n. 5. lib. 1. Cardinal. Zabarel.
dict. consil. 56. sub n. 12. Ferret. dict. consil. 207. n. 4.
lib. 1. cum concord. ut supposità etiam citra veri præ-
judicium debilitate D. Roberti, verisimile admo- 74
dum sit, ipsum de vi obligationis capacem reddi-
tum fuisse, proindeque etiam si fuissemus in dubio,
attentà præsertim qualitate actus, pro illius validi-
tate fuerit judicandum *l. quoties ff. de reb. dub. Dec.*
in l. si donatione n. 22. C. de collat. Alciat. reg. 3. pre-
sumpt. 34. n. 1. Cephal. consil. 223. n. 4. & 5. pruut
in dubiu pro instrumentu judicandum esse scribunt 75
Alex. consil. 73. n. 1. lib. 5. Menoch. præsumpt. 122.
n. 35. lib. 3. Dec. in terminis nostris *dict. consil. 448.*
n. 1. in dubio pro pussessoribus *§. commodum instit.*
de interdic. pru reis *l. favorabiliores ff. de regul. jur.* 76
& pro opiniune, quæ favet conservationi agnatio- 77
nis *Alb. consil. 484. n. 40. lib. 3.*

Alexander Zilocchius Pretor, & Relator.
Horatius Spannocchius.
Dominicus Gualandus.
Pompejus Contarinus.
Aloysius Sultia.
Michael de Lavagna.

A D D I T I O.

ARGUMENTUM.

Dementia, Amor, Ira, quandu quem privent libera retum suarum dispusitione, & ex quibus de illis constare dicatur.

SUMMARIUM.

1 *SAnæ mentis unusquisque sui natura præsumitur.*
2 *Et contrarium asserens illud plenè probare debet.*
3 *Dementia non probatur ex actibus imbecillis ingenij.*
4 *Nec qui viro non omninò sanè mentis conveniunt.*
5 *Nam actus hujusmodi peracceße non inferunt amissionem usus rationis.*
6 *Nec ex eis aliquis privari potest libera rerum suarum dispositione.*
7 *Ad hunc effectum non requiritur perfecta prudentia.*
8 *Intestabilis, ut quis dici possit, constare debet in eo totaliter deficere consensum, & voluntatem.*
9 *De tempore precisò conditi testamenti.*
10 *Dementia quę non probatur perpetua, continua, & successiva, non relevat pro testandi facultate tollenda.*
11 *Dilucida intervalla dispositionis validitatem operantur.*
12 *Dispositionem factam fuisse tempore dilucidi intervalli, potiùs quam furoris, Juris præsumptio est.*
13 *Testes, ut probent dementiam de tempore testamenti, excludere in eo debent dilucida intervalla.*

14 Di-

14 *Dilucidis intervallis exclusis, semel furiosus semper præsumitur talis.*

15 *Dummodò status dementiæ plenè probatus sit, & à parte ante, & à parte post.*

16 *Et probatio dementiæ à parte ante non sufficit per breve tempus.*

17 *Prout etiam illa à parte post per tempus considerabile requiritur.*

18 *Insania accidentalis ex infirmitate testamenti factionem non impedit.*

19 *Insaniæ probatio per testes difficilis, periculosa, & fallax est.*

20 Grossolani *in confinio dementiæ taliter sunt, ut testes facilè aberrare possint.*

21 *Testes super insania eo minùs probant, quando depositiones illorum sunt informes.*

22 *Ad hunc effectum tenentur sui dicti rationem reddere etiam non rogati.*

23 *Testes singulares admittuntur ad probandam dementiam in genere, secus in specie.*

24 *Testibus paucioribus de sana mente, potiùs quam pluribus de furore deponentibus creditur.*

25 Ramon. consil. 74. num. 6. *reprobatur.*

26 *Testes de insania deponentes, & conjecturæ pro ea militantes non attenduntur, quando adsunt conjecturæ in contrarium.*

27 *Puta si Testator benè ordinatam fecit dispositionem.*

28 *Si fecit actum coram Judice, Notario, Curatore, & Testibus.*

29 *Si admissus fuit ad receptionem Sacramentorum.*

30 *Si in Civitate munus Consiliarij gessit: Hereditatem paternam adivit cum beneficio Legis: Matrimonium contraxit: fuitque in quasi possessione contractus celebrandi.*

31 *Si Notarius in Instrumento, vel Testamento asserat disponentem esse sanæ mentis.*

32 *Si ei, qui demens prætenditur, datus non fuit Curator, & numer. seqq. de hic, alijsque conjecturis, ex quibus probata non dicitur dementia usque ad n. 35. ubi è contrà referuntur actus, ex quibus dementia probata dicitur, maximè attenta eorum præponderantia n. 36. & 37.*

38 *Testamentum calore iracundiæ conditum est nullum.*

39 *Sed necesse ad hoc est probare Testatorem ex ira mentis compotem non fuisse.*

40 *Nec sufficit matrem masculos infensos gratificari noluisse, sed potius fœminas magis benemeritas eisdem prætulisse.*

41 *Multo minùs sufficit, si testes deponunt Patrem verberasse filium sibi non obedientem.*

42 *Prout etiam ira, & odium non probantur ex declaratione, quod quis nolit quidquam de suo fratri relinquere.*

43 *Testamentum confirmatur, si post remissum iræ calorem, Testator diù superstes illud non revocavit.*

44 *Nisi perseverans in voluntate, in ira etiam perseveret.*

45 *Vel post reconciliationem testamenti pœnituit, novumque testamentum condidit.*

46 *Insania ex causa amoris an, & quando testamentum annullet, remissivè.*

SCripsit in hac Causa *Ger. Spin. consil. 11. num. 39. & seqq.*

1 Unusquisque sui natura præsumitur sanæ mentis
Socin. sen. consil. 42. n. 1. lib. 1. Caldas consil. 24. sub n. 2. Castill. controv. Jur. lib. 4. cap. 22. n. 91. & 92. & cap. 28. n. 20. Alvarez. Spec. Sum. Rom. Pont. Imp. & Reg. cap. 68. §. & sanæ mentis, & §. & in dubio. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 45. n. 19. Mascard. de probat. conclus. 824. n. 5. Mart. de success. legal. part. 4. quæst. 1. artic. 2. n. 2. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 36. n. 30. De Marin. ad Grammatic. decis. 73. Tom. I. n. 5. Rot. Rom. coram Duran. decis. 178. n. 9. Merlin. decis. 772. n. 4. Emerix. Jan. decis. 1060. n. 9. & decis. 1101. n. 17. in recent. decis. 384. n. 2. part. 1. decis. 265. n. 4. part. 9. & post Zacch. quæst. medic. legal. decis. 34. n. 2. & post Albit. de Inconstant. in Judic. decis. 52. n. 15. & in Romana Dotis, & Donationis 2. Martij 1714. §. fortiùs coram Lancetta. Rot. Florent. apud Palm. Nep. decis. 460. n. 1. & in Florentina Donationis 18. Julij 1704. §. Et quoad primum coram bon: me: Ascanio Venturino.

Ideò asserenti aliquem mentecaptum, vel demen-
tem incumbit onus plenæ, & exactissimæ probatio- 2
nis, cum habeat contrà se naturalem præsumptionem *Caldas dict. consil. 24. sub n. 2. Castill. controv. Jur. dict. cap. 22. n. 100. & 101. & cap. 28. num. 24. & 25. lib. 4. Caren. resol. 271. n. 11. Menoch. d. præsumpt. 45. n. 20. Mascard. d. conclus. 824. n. 6. & seqq. Mart. Medic. decis. 17. n. 4. Rot. Rom. coram Buratt. d. decis. 256. n. 5. in recent. decis. 384. n. 3. part. 1. decis. 232. n. 20. part. 7. & decis. 265. n. 6. part. 9. & decis. 624. n. 1. part. 19. & post Zacch. d. decis. 34. n. 2. Rot. Florent. apud Palm. Nep. d. decis. 460. n. 1. & 20.* maximè ad fundandam intentionem *Mascard. de probat. d. conclus. 824. n. 16.* & prosequitur eadem *Rot. in d. Florentina Donationis §. supr. relat. & in §. sivè ergò.*

Nec probata remanet dementia ex actibus imbe-
cillis, & debilis ingenij, qui non inferunt ad in- 3
tellectus defectum, & mentis alienationem *Caren. resol. 171. n. 13.* quem refert, & sequitur *Balducc. ad Ramon. in observat. ad consil. 74. cap. 1. num. 5. de Luc. de testament. disc. 38. n. 2. §. primus igitur casus. Rot. coram Duran. decis. 178. num. 18. Buratt. decis. 256. n. 11. & seqq. Cels. decis. 166. n. 10. & in recent. decis. 384. n. 5. part. 1. decis. 232. n. 23. par. 7. & decis. 265. n. 9. cum plurib. seqq. part. 9. & apud Palm. Nep. decis. 123. n. 5. Rot. Florent. apud eundem d. decis. 460. n. 11. & seqq. & in d. Florentina Donationis §. ubi enim.*

Actus enim, qui viro non omninò sanæ mentis
conveniunt, non arguunt dementiam *Rot. Rom. coram* 4
ritandum contractum, ut firmat præsens decisio *n.* 22. *& seqq.* & tradit etiam *Urceol. de transact. d. quæst.* 36. *num.* 12.

Nec contractus prodigi validitatem assumere posset, ex quo ille fuisset juramento munitus, cum juramentum non suppleat imbecillitatem mentis, &
judicij, & ut suum operari possit effectum tres co- 29
mites necessario habere debet, veritatem nempè, Judicium, & Justitiam, ut in specie tradunt *Simoncell. de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 8. *num.* 161. *Valasc. de Privileg. miserabil. person. part.* 1. *quæst.* 19. *n.* 21. *&* 22. *Laynez ad Gomez variar. tit. de restitut. cap.* 14. *n.* 31. *&* 32. *tom.* 2. ibique *Aylion n.* 31. *&* 35. ubi plures adducit. *Guttier. de Jurament. part.* 1. *cap.* 32. *n.* 6. *Jo: Ocla Tabor tractat. vol.* 2. *in exercit. Juridic. de refutat. feudor. cap.* 2. *sub n.* 4. *propè fin. fol.* 585. *de Luc. de contractib. dict. disc.* 36. *num.* 17. *de Angel. de confess. tom.* 1. *lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 3. *& seqq. Urceol. de transact. dict. quæst.* 36. *n.* 13. *&* 17. *Jovins de solemnitat. in contractib. minor. gloss.* 21. §. 1. *n.* 14. 24. *&* 30. *Altimar. de nullitat. sentent. tom.* 2. *quæst.* 9. *n.* 10. *& seqq. & de nullitat. contract. tom.* 6. *rubr.* 2. *part.* 4. *quæst.* 38. *n.* 405. 423. *&* 424. *Capyc. Latr. consult.* 46. *n.* 43. *Staiban. observ.* 167. *n.* 6. *&* 7. *Cirocch. discept.* 47. *sub n.* 20. *Andreul. controv.* 202. *n.* 5. *Fachin. controv. Jur. lib.* 2. *cap.* 64. *in princip. litt. B, & seqq. usque ad versic. tertia est controversia, & cap.* 65. *Mucc. ad decis. Sanfelic. decis.* 148. *n.* 6. *Franch. decis.* 672. *n.* 16. ibique *de Luc. in fin.*

Post sequtam interdictionem administrationis prodigus nullum contractum celebrare potest, cum
Juris communis dispositio quemcumque contractum 30
ab ipso gestum, & quamcumque ipsius dispositionem irritet *l. is cui bonis ff. de verbor. obligat.* §. *item prodigus instit. quibus non est permiss. facer. testam.* & firmant *Menoch. consil.* 956. *n.* 5. *Cirocch. discept.* 47. *num.* 20. *Gomez var. resolut. cap.* 14. *de restit. minor. n.* 30. *tom.* 2. ibique *Aylion. n.* 31. *Urceol. de transact. dict. quæst.* 36. *n.* 14. *& seqq. Altimar. de nullit. sentent. tom.* 2. *rubr.* 11. *dict. quæst.* 9. *n.* 9. *& de nullit. contract. tom.* 6. *rubr.* 1. *part.* 4. *dict. quæst.* 38.
n. 421. alios adducens, ubi quod nec ipse, nec ejus 31
fidejussor naturaliter obligantur, *& in addit. ad Rovit. consil.* 75. *sub n.* 16. *versic. & ille tom.* 3. *Antunez de donat. Reg. tom.* 2. *cap.* 15. *n.* 33. *Scalon. de testament. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 27. *& seqq. Jov. de solemnit. tom.* 1. *gloss.* 21. §. 1. *n.* 31. *Joan. Octa Tabor tract.*

vol. 2.

vol. 2. tit. de refutat. feud. cap. 2. ſub num. 4. fol. mihi 584.

Verum tamen eſt, quod ſi prodigus ex contractu
acquireret, vel actum ſibi utilem faceret, iſte ſubſi-
ſtentiam haberet, tunc enim prodigus æquiparatur
pupillo pubertati proximu, aut puberi minuri vi-
ginti quinque annis Curatorem habenti, qui incon-
32 ſultis etiam Tutoribus, aut Curatoribus propriam
conditionem meliorem facere poſſunt, non autem
deteriorem *dict. l. is cui bonis ff. de verbor. obligat. l. certi conditio ff. de reb. credit. Caldas in l. ſi curatorem verb. non abſimilis n. 22. Aylion ad Gomez variar. tom. 2. cap. 14. num. 31. Arnold. Vinn. de pact. cap. 14. n. 4. Paſſarell. de donat. lib. 5. quæſt. 51. n. 14. verſic. & propterea*, aliique, quos refert, & ſequitur *Urceol. de tranſact. dict. quæſt. 36. n. 18. Altimar. de nullitat. ſentent. tom. 2. rubr. 11. dict. quæſt. 9. n. 19. & de nullitat. contract. tom. 6. rubr. 1. part. 4. dict. quæſt. 38. n.* 414. ubi plures refert. *Jov. de ſolemnitat. tom. 5. gloſſ. 21. §. 1. n. 12. & 32.*

33 Quidquid in contrarium dixerint *Staiban. reſol. 160. n. 20. Hieronym. de Roſis obſervat. 35. n. 5. Altimar. de nullit. contract. tom. 6. rubr. 5. part. 4. d. quæſt. 38. n. 408. Mucc. ad deciſ. Sanfelic. d. deciſ. 148. n. 11.*

In caſibus autem, in quibus prodigi contractus
irritatur, quamvis talis nullitas facilius inducatur
34 in prodigo minore, ut firmatur in hac *deciſ. n. 17. & 18.* tamen etiam in majore procedit, quia cum
nullitas proveniat ab imbecillitate mentis, & judi-
cij, quæ dilapidationem, & diſſipationem bonorum
35 operatur, hæc inficit contractum tam majoris, quam
minoris *Altimar. de nullitat. contract. tom. 6. dict. quæſt. 38. n.* 417. ubi plures referuntur, & conſe-
runt ſuperius deducta *n. 17. & ſeqq.*

Sed quomodo, & quando conſtare dicatur de pro-
digalitate ad effectum privandi aliquem ſuarum re-
36 rum adminiſtratione, vide apud *Altimar. de nullitat. ſentent. tom. 2. rubr. 11. dict. quæſt. 9. num. 22. & ſeqq. & de nullit. contract. tom 6. dict. rubr. 1. part. 4. quæſt. 38. n. 412 & ſeqq. & n. 428. Jov. de ſolemnit. in contract. minor. dict. gloſſ. 21. §. 1. n. 16. cum ſeqq. Anſald. in annot. & addit. ad deciſ. 44. à n. 28. & per tot.* alioſque ſuperius citatos.

Eadem.

Iiſdem die, & Anno.

ARGUMENTUM.

Subſtitutio facta in defectu omnium linearum locum habet, etiam lineis non inceptis, & magiſtraliter diluuntur contraria.

SUMMARIUM.

1 *Quod non incœpit, non poteſt deſinere.*
Contrà n. 10. & 12. & ſeqq.
Declara ut n. 4. 23. & ſeqq. & n. 34.

3 *Non dicitur purificata conditio deficientiæ lineæ, ſi linea non incœpit non natis filijs, à quibus incipere debebat.*
Præſertim ſi in alia parte diſpoſitionis verbum deficere *fuit acceptum in ſenſu, quo linea incæpiſſet, & poſtea defeciſſet n. 6.*

5 *A proprietate verborum non eſt recedendum.*

7 *Subſtitutio facta in caſu nativitatis, & mortis alicujus, habet locum etiam in caſu non nativitatis.*

8 *Ratio eſt, quia præſumitur Teſtatorem de caſu non nativitatis non cogitaſſe, quod ſi cogitaſſet, idem diſpoſuiſſet.*

9 *Extenſioni locus eſſe non poteſt, cum ceſſat ejus ratio finalis.*

10 *Subſtitutioni ſecundæ locus eſſe non poteſt, deficiente conditione primæ adjecta.*

11 *Extende, ut requiratur purificatio conditionis adjectæ ſecundæ.*
Declara ut n. 43.

12 *Conditio, quæ non extitit, vel dicitur defeciſſe, impleta non eſt.*

14 *Probationes, quæ non adſunt, dicantur deficere.*

15 *Item actiones, quæ numquam fuerunt.*

16 *Item conſuetudo, quæ numquam inducta fuit.*

17 *Conditio* deficientibus maſculis *verificatur, licet maſculi non extiterint, & n. 21.*

18 *Subſtitutio ſub conditione, ſi hæres non erit, comprehendit caſum impotentiæ, & voluntatis, & ſic caſum nativitatis, & non nativitatis.*

19 *Ordo in ſtipulatione feudi concepta primo pro maſculis, deinde pro fœminis, dupliciter eſt accipiendus, nempè vel non natis maſculis, vel eis natis, & præmortuis.*

20 *Idem in emphyteuſi.*

21 *Idem in fideicommiſſis.*

22 *Inter verbum* deficere, & deſinere *adeſt differentia.*

24 *Verbum* habere, & pertinere *ſignificat habitum, & acquiſitionem.*

25 *Privatio præſupponit habitum.*

26 *Verbum* finire *ſupponit principium, & de ratione.*

27 *Diſſolvi non poteſt, quod non fuit ligatum.*

28 *Verbum* deficere *generaliter latum carentiam ſignificat.*

29 *Verba generalia capi debent in tota lata eorum ſignificatione.*

30 *Verba* ſi nullus reperiatur *comprehendunt caſum non nativitatis, & præmorientiæ.*

31 *Dictio* adeo quod *non eſt ampliativa præcedentium.*
Contrà num. 32. & 33.
Et ſtat declarative n 34.

35 *Subſtitutus in caſu nativitatis, & mortis, fortiùs cenſetur ſubſtitutus in caſu non nativitatis.*

36 *Maximè ſtante ratione conſervandi bona in familia importante compendioſam, in qua ineſt vulgaris.*

37 *Mens diſponentium in contractibus præcipue attendenda eſt.*

38 *Et potiùs quam verborum conceptio.*
Et de ratione n. 39.

40 *Subſtitutio in unum caſum extenditur ad alium, quando ſubeſt eadem ratio.*

41 *In donatione ratio expreſſa, non tacita attendenda eſt.*

42 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*

44 *Conditio deficientiæ linearum, non ſuſceptis filijs, redditur impoſſibilis, & de ratione.*

45 *Conditio impoſſibilis vitiat contractum.*

46 *Limita in contractu habente privilegia ultimæ voluntatis.*

47 *Fideicommiſſum impoſitum in contractu ſecundùm regulas ultimarum voluntatum eſt judicandum.*

48 *In dubio pro validitate, & efficacia ſubſtitutionis eſt judicandum.*

DECISIO XV.

SEd nec validius fuit fundamentum noviſſimè excogitatum, ut conditio, ſub qua vocati fuere Domini de Puccis, nempè quatenus deficerent omnes lineæ filiorum, & deſcendentium maſculorum D. Roberti naſciturorum, nullis natis filijs maſculis, non fuerit purificata, ex quo impoſſibile fuit lineam eorum incipere, qui nunquam fuere in rerum natura, cum non deſinat, quod non-
quam incœpit *l. non poteſt videri ff. de reg. jur. l. Ti-* 1
tio uſufructus ff. de cond & demonſtr. l. ſi extraneus ff.

de condit. cauf. dat. & in terminis finitæ , vel defi-
cientis lineæ, ut conditio non fit purificata, fieque
2 fubftitutio locum non habeat, filinea illius non in-
cœpit, non natis filijs, à quibus linea incipere de-
bebar, citsbantur *Parif. confil.* 74. *column.* 1. *& feqq.*
lib. 3 *Ruin. confil.* 4. *col.* 1. *lib.* 3. *Alciat. confil.* 46.
lib. 9. *Riminald. Jun. confil.* 117. *n.* 54. *lib.* 2.

Et licèt *definere*, vel *deficere* quandoque dicatur,
3 etiam quod nunquam incœpir *l.* 3. *§. omnes ff. ufu-
fruct. quemad. cave. Dec. in dict. l. non videtur* , *& in
l. Marcellus n.* 2. *ff. de reg. jur.* id tamen procedere
4 dicebatur improprio , & largo quodam modo *Glofs.
in dict. l.* 3. *Bart. in dict. l. Titio ufusfructus . Dec. in
ll. precitatis* , verùm per nos à proprietate verborum
5 recedi non poffe *vulg. l. non aliter ff. de legat.* 3. ma-
ximè cum D. Robertus in pluribus locis donationis
ufus fuerit ejufmodi verbo *deficere* in eum fenfum,
6 quo lineæ filiorum nafciturorum incœpiffent , prout
hoc modo in terminis arguendo concludunt *Menoch.
confil.* 326. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 4. *Alciat. dict. confil.* 46.
n. 24. *lib.* 9. *Rimin. Jun. d. confil.* 117. *n.* 58. *lib.* 2.

Et fi diceretur DD. Puccios , fi non ex propria
fignificatione verborum ,faltem ex verifimili , ac præ-
7 fumpta mente D. Teftatoris admittendos effe , etiam
in cafu , quo dictæ lineæ non incœperunt , exem-
plo ejus, qui fubftitutus fuit pofthumo nafcituro,
ex fententia *J.C. Cruffi* de qua poft alios amplè per
Decian. confil. 1. *lib.* 1. *Menoch. præfumpt.* 65. *lib.* 4.
Mantic. lib. 11. *tit.* 6. *Surd. confil.* 236. *lib.* 2. *& con-
fil.* 347. *lib.* 3. & vidimus proximis menfibus in cau-
8 fa Cajetana . Refpondebatur rationem extenfionis,
de cafu mortis ad cafum non nativitatis confiftere
non folùm in præfumpta mente Teftatoris, fed etiam
in identitate rationis, quia femper præfumitur Te-
ftatorem non cogitaffe de cafu non nativitatis, quod
fi cogitaffet, idem fuiffet difpofiturus in cafu non
nativitatis , quod in cafu mortis . *Mantic. dict. loc.
n.* 1. *verfic. fed fi diligenter* , & ante *n.* 2. *Gabr. con-
fil.* 95. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 1. *Menoch. dict. præfumpt.* 65.
n. 31. *verfic. & hujus declarationis . Surd. dict. con-
fil.* 347. *n.* 8. At in propofito perpendebatur, D. Ro-
bertum cogitaffe de utroque cafu , fubeffeque ra-
tionem probabilem, propter quam non eodem mo-
do fuiffet fubftituturus in cafu non nativitatis, pro-
ut fubftituit in cafu mortis; quia nempè natis filijs
mafculis , quatuor ejus filiabus nullum intuliffet
præjudicium, quippe quæ per mafculos ipfos fuif-
fent in vim Statutorum Civitatis exclufæ, quod fe-
cus fuiffet, mafculis non natis, ipfæ enim DD. Puc-
cios tranfverfales exclufiffent; extenfioni ergo non
9 videri locum, cum ceffet ratio finalis ipfius exten-
fionis, prout ita etiam per nos firmatum fuit in me-
morata caufa Cajetana .

Hæc, & multa alia doctè quidem , ac fubtiliter
in hanc fententiam adducebantur , ex quibus præ-
tendebant excludi, nedum extenfionem de cafu mor-
tis ad cafum non nativitatis , fed etiam dicebatur
DD. de Puccis per viam fubrogationis in locum non
natorum affequi non poffe gradum primæ fubftitu-
10 tionis caducatæ , ex quo ad hoc ut fecundo , vel
ulteriori gradui locus fit , oportet , ut conditio
primo gradui adjecta fuerit purificata, alioquin pri-
mo perempto , pereunt etiam omnes fubordinatæ,
ficque prætendebant intelligi debere doctrinam *Bart.
in l. quandiu in* 2. *ff. de acquirend. hæredit.* addendo
11 etiam ex fententia *Gabriel. d. conf.* 95. *n.* 18. *lib.* 1. fa-
tis non efse, fi conditio adjecta primo gradui exiftat,
nifi purificetur etiam adjecta fecundo .

Verùm ampla hæc difputatio vifa eft Dominis fa-
cili negocio evitari pofse , cenfuerunt enim verba
illa *deficientibus omnibus fuprafcriptis lineis* , non mi-
nus propriè comprehendere id, quod nunquam in-
cœpit , quam illud , quod aliquando fuit in rerum
natura, & poftea efse defiit , non fecus , ac fi quif-
piam diceret deficere fibi Imperium Conftantinopo-
litanum, intelligeretur enim illud fibi deefse , five
id nunquam habuifset , five habuifset quidem, fed
poftea habere defiifset ; & quia propria fignificatio
in primis defumitur ab authoritate , cum dubium
non fit id prudentium authoritati tributum, ut quo 12
dicendi modo ufi fint , & nos uti valeamus , pro-
prieque dicere videamur, ut poft *Bart. in l. omnes
populi n.* 59. *ff. de juft. & jur.* fcribit *Alciat. lib.* 1.
de verbor. fignific. col. 3. *in princip. verfic. fed quando
propriam fignificationem dignofcimus* , idcircò DD. ad
majorum authoritatem confugientes advertebant in
primis, conditionem in jure noftro dici defeciffe , 13
quia non extitit , vel impleta non eft , ut probant
text. in l. 1. *C. de indic. vidu. toll. in l. nam & fi
fub conditione* , ibi : *poft defectum autem conditionis
ff. de injuf. irrit. teftament. in l. cum tale §. fi ar-
bitratu*. ibi : *licet conditio deficiat. in l. cum pupillus
§. final.* ibi : *conditionibus fcriptis alteram defeciffe non
oberit ff. de condict. & demonftrat. in l. unic. §. &
cum triplici* , *& §. fin autem aliquid C. de caduc. tol-
lend. in l. in Lege aquilia* , *& in l. id quod fub con-
ditione ff. de conftit. pecu. in l. ultim. §.* 1. *ff. de vul-
gar. & pupillar. & in l. fi quis cum ff. de fuis, & le-
gitim.*

Sic etiam dici deficere probationes , quæ num- 14
quam adfuere in *l. tutor pupilli in princip. ff. de
jur. jurand.* legem deficere, quæ numquam fuit *l. fi* 15
vero §. de viro ff. folut. matrimon. fic deficere no-
mina actionum , quæ numquam fuerunt *l.* 2. *ff. de
præfcript. verb.* fic & deficere actionem, quæ non da-
tur *l. ex facto §. quid ergo ff. de pecul. l. quoties ff.
de præfcript. verb.* fic confuetudinem deficere, quæ 16
nunquam fuit inducta *l. de quibus* ibi : *& fi qua in
re hoc deficeret ff. de legib.* & in conditione concepta
per verba *deficientibus mafculis*, ut verificetur etiam 17
in cafu , quo mafculi non extiterint eft *text. in
cap.* 1. *de inveft. quam Titi. accep. à Sempr. in ufib.
feud.* ubi Inveftitura, quam Titius accepit , ut ha-
beret ipfe , & hæredes legitimi mafculi, ijfque om-
nibus deficientibus, fœminæ, mortuo Titio , fuper-
ftite tantum filia, ad eam feudum dicitur pertine-
re, idque five filij nunquam extiterint, quia nulli
nati fint, five nati quidem fuerint , fed prædecef-
ferint , ut ibi fcribunt *Bald. in ultim. verbis . Af-
flict. n.* 3. *in* 2. *notabil.*

Hæc ergo verba , *deficientibus mafculis* , propriè
verificantur , five mafculi nati fuerint , five non ,
quia non minus dicitur deficere , qui natus eft , &
deceffit, quàm qui nunquam natus eft ; verbum enim
deficere uti generale poteft complecti plures cafus
fingulares , & inter alios cafum non nativitatis, &
cafum mortis, ficuti in fimili dicimus de fubftitu- 18
tione facta fub conditione, fi hæres non erit, quæ
duos cafus comprehendit , quia noluerit , & quia
non potuerit, fucceffiveque tam cafum nativitatis,
quam non nativitatis *l. cum proponas C. de hæred. in-
ftit. Bart. in l.* 1. *n.* 9. ibique omnes *ff. de vulgar.
& pupill. Cruf.* pro communi *in §. fubftitutio quæft.* 7.
fub n. 7.

Et quia cafus nofter eft valde fimilis cafui *text. in
dict. cap.* 1. *de inveftit. quam Tit. accep. à Sempr.* in
quo ex ftipulatione patris ordine fucceffivo, primo 19
mafculis, deinde fœminis jus quæfitum fuit , non
eft dubitandum , quin hic ordo fucceffivus dupli-
citer accipiendus fit, vel non natis, & non extan-
tibus filijs , vel eis natis , fed præmortuis, ut tra-
dunt poft *Caftrenf.* fcribentes *in l. Gallus §. quidam
rectè ff. de lib. & pofth.* latè *Peregrin. de fideicommiff.
artic.* 18. *n.* 3. undè ficuti verba illius textus *& illis
deficientibus* referuntur etiam ad cafum, quo non ad-
fuerint mafculi, fecundum *Bald. & Afflict.* ibi , &
idem

20 idem in terminis emphytheusis docent *Bart. in l. ut jus jurandi* §. *si liberi n.* 5. *ff. de oper. lib. & consil.* 60. *n.* 1. *lib.* 1. *Alex consil.* 44. *n.* 2. *lib.* 1. *Clar. in* §. *feudum quest.* 73. *versic. & in hoc proposito*, utentes
21 clausula illa, fœminæ admittantur demum *deficientibus masculis*; ita quoque hoc in casu verba, *deficientibus omnibus suprascriptis lineis*, intelligi de defectu etiam contingente propter non nativitatem, & non existentiam masculorum.

Sed in terminis præcise nostris, ut conditio in
22 casu deficientiæ contingens verificetur in casu non nativitatis filiorum, & sic lineæ non inceptæ, scribunt *Dec. consil.* 227. *n.* 2. *versic. circa primum*, & *n.* 3. *Berò. consil.* 66. *n.* 76. & *consil.* 102. *n.* 18. *lib.* 2. *Alciat. consil.* 41. *n.* 10. & *consil.* 119. *n.* 7. *lib.* 9. ubi quod ita se habet communis usus loquendi, & ita etiam loquuntur Jurisconsulti *Socin. Jun. consil.* 110. *n.* 11. & 12. *lib.* 2. ubi deficere dicuntur masculi, quando tempore, quo agitur de succedendo non reperiuntur, & magis in terminis *consil.* 181. *n.* 23. & 24. *lib.* 2. ubi *n.* 22. inquit verbum *deficere* secundum propriam vim, & significationem verificari etiam in non natis, optimè *Marzar. consil.* 28. *n.* 36. *Decian. consil.* 3. *num.* 46. *lib.* 2. ubi quod verbum *deficientibus* verificatur etiam in non natis. *Simon. de Prçt. lib.* 3. *interpret.* 3. *dubit.* 3. *solut.* 11. *n.* 45. & *seqq. Surd. consil.* 336. *n.* 4. & 5. *lib.* 3. & *decis.* 37. *n.* 26. addens *Veg. consil.* 66. *n.* 46. ample *Laderch. consil.* 72. *num.* 9. & *consil.* 31. *n.* 4. & *seqq.* inquiens receptissimam esse sententiam, ut substitutio facta filijs nascituris, & descendentibus sine filijs, habeat locum etiam illis non natis.

Quibus stantibus licet adducta in contrarium cessent evidenter, ad ea tamen etiam singillatim non deest responsum.

Et in primis, quod attinet ad *text.* primo loco
23 allegatum in *l. non potest videri ff. de reg. jur.* respondetur *text.* illum loqui in verbo *desinere*, quod necessario præsupponit principium; at secus est in verbo *deficere* ut per *Alciat. dict. consil.* 119. *num.* 7. *lib.* 9. & probant *text.* & authoritates suprà adductæ, quæ nos docent hujus verbi proprietatem, & ab eis, non autem à verbo *desinere*, desumenda est, cum ex diversis rectè non inferatur. Quinimò, & ille textus, & illi consimilis in *dict. l. Titio usufru-*
24 *ctus* habent etiam annexum verbum *habere*, & verbum *pertinere*, quod cum significent habitum, & acquisitionem, non mirum si verbum *desinere* illis junctum non potest referri ad id, quod nunquam
25 extitit, cum privatio præsupponat habitum *l. manumissiones ff. de just. & jur. l. decem ff. de verbor. oblig.* & in terminis illarum legum ita scribunt *Alciat. dict. consil.* 119. *n.* 7. & *Simon. de Prçt. in dict. solut.* 11. *num.* 50. *fol.* 291. Et *text. in dict. l. Titia usufructus* non posse allegari in materia substitutionis docet *Laderch.* post multos per eum relatos *dict. consil.* 72. *n.* 6. similiter nec *text. in dict. l. si extraneus ff. de condit. caus. dat.* quicquam facit, cum lo-
26 quatur in verbo *finire*, quod proculdubio præsupponit principium, quia finire non dicitur, quod principium non habuit, & finis tanquam extremum necessarium de necessitate principium respicit *Ruin.* post *Specul.* quem allegat *cons.* 4. *n.* 2. *lib* 3. & finitum matrimonium dissolutum inquit *Rebuff. in l. pronunciatio* 193. *col.* 2. *ff. de verbor. signif.* Dissolvi autem
27 non potest, quod non fuit ligatum.

Eadem prorsus ratione non resistunt authoritates *Ruin. Alciat. & Paris.* cum loquantur in verbo *finire*, & *Alciat. in* verbo *deficere* contrarium scripserit *in consil.* 41. *n.* 10. *dict. consil.* 119. *n.* 7. *lib.* 9. & *in l. commodissime num.* 16. *ff. de lib. & posth.* ut non immeritò authores ij in specie fuerint reprobati per *Simon. de Prçt. dict. solut.* 11. *n.* 48. & *Laderch. dict. consil.* 72. *num.* 9. ubi inquit rationes *Dec. Socin.* & *Berò.* quæ ob eo pro parte nostra citantur, esse & solidiores, & æquiores, & quod valde refert pro opinione *Dec.* fuisse judicatum.

Quinimo nec *Riminald. Jun.* multo effundens *in dict. consil.* 117. *n.* 53. *cum seqq.* ausus est negare *in consil.* 412. *sub n.* 94. *versic. idem plane lib.* 4. verbum *deficere* prolatum à contrahentibus in materia favorabili, qualis est donatio, maxime facta ratione conservandæ agnationis, referri posse etiam ad personas non natas, & certe cum tot Text. & Doctores, immo, & ipsemet M. Tullius hoc verbo usi fuerint in hunc sensum, non est cur & nos eodem modo, & propriè quidem eo uti non valeamus; leguntur enim apud Tullium *lib. de univers.* præcise hæc verba: *Sed quia nondum omne animal in mundo intus incluserat, ex parte deficiebat ad propositum exemplar imaginis similitudo.* rursus in oratione pro Cluent. *Mulier abundat audacia, consilio, & ratione deficitur*, & *Ambrosius Calepin.* & *Nizzol.* optimè callentes verborum naturam, ac proprietatem, verbum *deficere* exponunt per deesse, quod utique significat etiam id, quod nunquam fuit, ut colligitur ex Tullio ad Quintum fratrem in verbis illis *Huic convivio Quintus tunc deficit*, & licet verbum *deficere* appositum juxta id, quod aliquando fuit, ejus privationem denotet, ut suprà de verbo *desinere* junctis verbis *habere*, vel *pertinere* dictum est, quia ad illum casum restringitur,
& subjecta materia id patitur, non est tamen dubi- 28
tandum, quin generaliter prolatum carentiam, &
defectum significet, cum in quacumque materia etsi
pœnam irroget, eatenus verba generaliter capi de- 29
beant, quatenus sermonis proprietas ferre potest *l. cum Lege ff. de testament. Alciat.* loquens in fideicommisso *decedentibus, seu deficientibus filijs Titij* facto, ut comprehendat etiam casum non nativitatis filiorum in *d. l. commodissime sub n.* 16. *versic. sic & in fideicommissa ff. de lib. & posthum.*

Præsertim verò ubi concurrit etiam verisimilis mens disponentis, ut in proposito clare elicitur ex verbis illis immediatè subsequentibus, *adeo quod nullus ex eis, aut eorum* (sive etiam earum, intelligendo de lineis, ut exadverso supponebatur) *descendens*
masculus legitimus, & *naturalis*, & *per lineam ma-* 30
sculinam reperiatur, quæ proculdubio comprehendunt utrumque casum, & non existentiæ ab initio, & privationis ex post facto, cum semper verum sit dicere, & non natos, & natos, sed prædefunctos non extare, prout hæc verba in puncto ponderant *Dec. dict. consil.* 226. *n.* 6. *Berò. d. consil.* 102. *n.* 17. *lib.* 2. *Socin. Jun. consil.* 181. *n.* 24. *lib.* 2. ubi quod hæc verba sunt declarativa mentis disponentis in præcedentibus, præcedentiumque expositivo, quic-
quid enim dici possit de dictione illa *adeo quod*, 31
quæ non videtur ampliativa præcedentium, juxtà tradita per *Alciat. consil.* 44. *n.* 30. *lib.* 9. *Paris. consil.* 74. *n.* 33. *lib.* 3. *Ruin. consil.* 175. *n.* 5. & 7. *lib.* 2.
& *Menoch. consil.* 326. *n.* 2. & *n.* 37. & 38. cujus ta- 32
men contrarium colligitur ex *Curt. Sen. consil.* 49. *n.* 40. *Paris. consil.* 90. *n.* 27. *lib.* 2. & *consil.* 1. *n.* 24. *lib.* 3. *Riminald. Jun. consil.* 739. *n.* 41. *Decian. consil.* 33. *n.* 94. *lib.* 1. & *consil.* 84. *n.* 27. *lib.* 3. *Simon. de Prçt. consil.* 110. *n.* 9. & *de interpret. ultim. volunt.*
lib. 3. *dubit.* 4. *solut.* 3. *n.* 53. *fol.* 47. nobis sufficit, si 33
stet declarative, ut concludunt *Dec. Socin. Jun.* & *Berò.* proximè citati, & tradit etiam idem *Berò. consil.* 77. *n.* 16. *lib.* 2. & *Hieronym. Gabr.* citans *Dec. in dict. consil.* 227. *consil.* 111. *n.* 23. & 24. *lib.* 1.

Stante vero verisimili mente disponentis verbum *deficere*, etiam si impropriè comprehenderet id, quod
nunquam fuit, in bona quoque sensum recipien- 34
dum esset ad *text. in l.* 3. §. *omnes ff usufruct. quemadmodum caveat*. *Dec.* & *Cagn. in l. non videtur rem*

amittere ff. de regul. jur. Alciat. in dict. l. commodissime num. 16. & dict. consil. 219. n. 7. lib. 9. Simon. de Pret. dict. solut. 21. n. 50. fol. 291. Decian. dict. consil. 3. n. 46. lib. 2. Menoch. consil. 106. n. 343. lib. 2. Marzar. dict. consil. 28. n. 36. & in Epitom. fideicommiss. quæst. 13. Laderch. dict. consil. 72. n. 9. Nam licet, qui non vivit, non moriatur, ut dicebat Oldrad. in consil. 142. cum potentia moriendi considerari non possit in eo, qui natus non est Natt. consil. 667. n. 13. lex tamen, ut inquit idem Laderch. dict. consil. 32. sub n. 8. versic. viget quarto, non est tam superstitiosa, ut qui substituit, si filij nati fuerint, & prædecesserint, ex præsumpta mente disponentis non complectatur etiam casum, quo quis natus non sit, licet is inspecta verbi proprietate non dicatur decedere.

Quinimò ad detegendam mentem disponentis, ea
35 passim adducitur ratio, quia si substituit in casu nativitatis, & mortis filiorum, fortius substituisset in casu, quo non nascerentur, ut per Jason. consil. 148. sub n. 10. lib. 2. Dec. dict. consil. 227. n. 12. Socin. Jun. consil. 181. n. 45. versic. quartò lib. 2. Alciat. de verbor. significat. lib. 3. col. 16. in fine fol. 83.

Quæ sane mens in proposito optimè deducitur
36 ex verbis insertis in supplicatione Serenis. Domino Nostro porrecta, antequam partes sibi invicem reciproce donarent ibi: *Narrano a Vostra Altezza, come avendo l' uno, e l' altro, desiderio di legare con reciproco fidecommisso alcuni beni, acciò restino perpetuamente nella famiglia de' Pucci* junctis verbis donationis ibi: *Sed ad hoc, ut bona per eum, ut infra donata, semper, & perpetuo permaneant in dicta domo, & familia ordine infrascripto*, & ibi etiam: *quia voluit, dicta bona perpetuo permanere in dicta familia.* Ex ijs enim verbis præclare elicitur partium intentio, ut bona semper, ac perpetuo conservari debeant in familia. Unde referendo verba illa *deficientibus omnibus lineis* ad utrumque casum nativitatis, & non nativitatis filiorum, ac descendentium, prout ex vi compendiosæ ex eis desumptæ referenda sunt, ob vulgarem in ea comprehensam casum utrumque complectentem, juxtà late tradita post alios per Laderch. consil. 3. n. 9. & 10. & dict. consil. 72. versic. 4. ubi loquitur in substitutione facta, lineâ Testatoris finitâ, & in totum deficiente, sicuti melius conservationi, ac perpetuitati consulitur, ita facilius, atque efficacius conservatur mens disponen-
37 tium, quæ potissimum in contractibus attendenda est l. semper in stipulationibus ff. de regul. jur. l. si tibi in fine ff. si cert. pet. Alex. consil. 34. n. 3. lib. 2. Rip. in l. heredes mei §. cum ita n. 31. ff. ad Trebell.
38 Natt. consil. 34. n. 1. in tantum, ut justum esse voluntatem contrahentium magis, quam verborum conceptionem inspicere, dixerit Imperator in l. fin. C. quando res pign. oblig. possunt, & Gloss. in l. si in venditione ff. communia prædior. dixerit causam verborum, & mentem inspiciendam esse, non autem verborum significationem tantum, & in conventionalibus voluntatem contrahentium magis, quam verba spectari, inquiunt Bart. & scribentes in l. in conventionibus ff. de verbor. obligat. & rem magis, quam verba, intuendam esse text. in l. promittendo ff. de Jur. dot.

39 Idque, ne propter nimiam subtilitatem verborum, latitudo voluntatis contrahentium impediatur, inquit Imperator in l. fin. C. ut actio ab hered. & contr. hered. Quod certè contingeret hoc in casu, si ex verbis illis: *& deficientibus omnibus suprascriptis lineis* ex vi relationis, seu repetitionis desumptæ ex dictione *suprascriptis* fuisset resolutum, uti resolvendum prætendebatur axadverso, verbum illud *lineis* additum verbis *suprascriptis* adeo restringere subsequens verbum *deficientibus*, ut conditio ejusmodi deficientiæ intelligi nullo modo posset, nisi quoad lineas inceptas, ita ut illis nunquam inceptis, frustra agatur de vocatione Dominorum de Puccis ex ipsius conditionis defectu; & tamen, quicquid verba sonent, clara est mens disponentis fideicommissum super domo inductum fuisse, ut semper, & perpetuo maneat in familia de Puccis, idque utique non contigisset, si expectandæ fuissent lineæ, quæ nunquam inceperunt.

Ex ijs dicebant Domini non esse opus ingredi articulum extensionis de casu nativitatis, & decedentiæ sine filijs, ad casum non nativitatis, ex quo verbum *deficere*, vel ex propria ejus significatione, vel saltem ex impropria utrumque casum complectitur attenta verisimili mente disponentis.

Verum ubi etiam agendum fuisset de extensione, cum causa finalis donationis mox relata, ut scilicet memorata domus perpetuo conservaretur in familia de Puccis, semper militet, sive conservetur in filijs, & descendentibus Domini Roberti, sive in proximioribus, quales tunc temporis erant Dominus Abbas, & ejus fratres, & sic sive filij Domini Roberti nascerentur, ex eisque descendentes,
sive non, utique ex hac rationis identitate extensioni de casu ad casum ex receptissima omnium sententia efficiebatur locus, ut optimè post alios declarat Laderch. consil. 3. n. 14. versic. sed libet etiam, & consil. 71. n. 4. & seqq. & d. consil. 72. n. 7. quem pro multis allegare sufficiat. 40

Nec resisteret, quod subtiliter dicebatur, immo subesse rationis diversitatem, quia natis filijs masculis, nullum filiabus jam in vim Statuti Florentiæ exclusis inferebatur præjudicium, quod secus est masculis non natis, tunc enim ipsæ exclusis Do- 41
minis donatarijs etiam in hac domo successissent, siquidem non tacita hæc ratio, sed expressa in do- 42
natione attendenda est l. expressa nocent cum simil. ff. de reg. jur. propositum enim in mente retentum nihil operatur l. si repetendi C. de condict. ob causam.

Prout nec resisteret, quod pariter dicebatur, immò perempto primo, & secundo gradu substitutionum, ob defectum conditionis adjectæ, peremptos etiam fuisse omnes illi subordinatos juxtà con- 43
sil. 152. Castr. & consil. 95. Gabriel. lib. 1. siquidem hæc forte procederent, ubi conditio fuisset apposita favore hæredum Domini Roberti, cæterum tantum abest, ut conditio filiorum, ac descendentium masculorum ex Domino Roberto nasciturorum fuerit apposita favore Illustris. DD. Lucretiæ, & Sibillæ, ut potius aperte adjecta fuerit ad earum exclusionem, ex quo si domus ad eas pervenisset, voluntas disponentis, ut perpetuo in familia Puccia conservaretur, nullo modo adimpleri potuisset; cum ergo adjecta fuerit favore filiorum masculorum D. Roberti, & ab eis descendentium, non possunt hodie filiæ ejus heredes allegare, non evenisse conditionem illam, quæ si evenisset illas exclusisset, ut præclare docet Alciat. consil. 88. n. 6. lib. 9. Quem in terminis refert, & sequitur eum etiam alijs in locis allegando Laderch. ita hanc materiam, & dicta per Castr. & Gabriel. declarans, alijsque etiam modis respondens huic objecto dict. consil. 3. num. 13. cum seqq.

Hinc etiam cessaret absurdum, quod deducebatur ex eo, quod conditio deficientiæ linearum Domini Roberti reddita sit impossibilis, quippe quia, 44
non susceptis per eum filijs masculis, impossibile erat ex non natis alios nasci, à quibus eorum lineæ inciperent, juxtà tradita per Castr. consil. 394. n. 4. lib. 1. Surd. consil. 236. n. 44. lib. 2. & Decian. consil. 1 n. 138. lib. 1. Proindeque conditio impossi- 45
bilis, quæ in contractibus vitiat l. impossibilis ff. de verbor. obligat. l. certi condictio §. quam ff. si cert. pet.

§. si

§. *fi impoffibilis inft. de inutil. ftipul.* nullam reddebat donationem.

Nam argumentum hoc videtur poffe retorqueri, fiquidem in contractu quidem verfamur, fed habente tamen eadem privilegia ex partium conventione, quæ habent ultimæ voluntates, & ideo quatenus verfaremur in conditione impoffibili, conditio ipfa vitiaretur, & non vitiaret §. *impoffibilis inft. de hered. inftit.*

Quinimo etiam fine hoc pacto fideicommiffum in contractu appofitum fecundum regulas ultimarum voluntatum fuiffet judicandum, ut in puncto docet *Peregrin. confil.* 65. *n.* 16. & licet hæc videantur fatis perfpicua, ubi tamen aliquam paterentur difficultatem, & in dubio verfaremur, in dubio fuit refolvendum, fubftitutionem non fuiffe nullam, aut inefficacem, ut per *Signorol. confil.* 173. *Parif. confil.* 99. *n.* 16. *lib.* 2. *Gozad. confil.* 89. *num.* 12. *in fin. N ui. confil.* 37. *n.* 15. *&* 16. *Mantic. de conject. lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 44.

Alexander Zilocchius Pretor, & Relator.
Horatius Spannocchius.
Dominicus Gualandus.
Pompejus Contarinus.
Aloyfius Sultia.
Michael de Lavagna.

A D D I T I O.

ARGUMENTUM.

Subftitutio facta in cafum deficientiæ habet locum etiam in cafu non exiftentiæ contrà *Oldrad. confil.* 177. & quid concurrentibus dictionibus reftrictivis. Expenduntur plures conjecturæ hanc opinionem confoventes, & fignanter, quando ratio finalis, & motiva Teftatoris fuum plenarium effectum confequitur, quæ extenfio non operatur ab expreffo ad non expreffum in pluribus cafibus latiffimè enumeratis.

SUMMARIUM.

1 GEr. Spin. *fcribens in cafu hujus decif.* confil. 12. *fuccubuit, indicantur alij illum, reprobantes, & ubi ille fe defendat.*

2 *Subftitutio facta in cafu quo filij defiterent, vel obitus fine filijs habet locum etiamfi illi nati non fint, & de ratione.*

3 *Item facta in defectum lineę, vel defcendentię, habet locum etiamfi linea nunquam inceperit.*

4 *Reiciuntur contrarij, & precipuè* Oldrad. conf. 177. *tanquam loquentes contrà communem opinionem, & Tribunalium praxim.*

5 *Declara, ut* Oldrad. *fententia procedat in fubftitutione fideicommiffaria, fecus in directa.*

6 *Limita etiam in Fideicommiffaria ftantibus conjecturis.*

7 *Contrà, quod hęc diftinctio fit communiter reprobata, & five in fideicommiffaria, five in directa fubftitutione, à cafu deficientię ad cafum non exiftentię extenfio admittatur.*

8 *Limita fi Teftator cogitavit cafum non exiftentiæ, & in eo non fubftituit.*

9 *Et de cafu non nativitatis quando cogitatum dicatur.*

10 *Item limita fi adfint dictiones* tunc, & eo cafu, *vel fimiles reftrictivę.*

11 *Sublimita in fubftitutione facta* deficiente linea, *vel fimili.*

12 *Et ad quot cafus verba taxativa tunc referantur.*

13 *Maximè fi deficiant alia verba* dumtaxat, non aliter, nec alio modo, *fine quibus dictiones* tunc, & eo cafu *nihil operantur.*

14 *Fortius fi nulla fit affignabilis diverfitatis ratio inter cafum deficientię, & non exiftentię.*

15 *Amplia etiamfi dictiones reftrictivę effent geminatę.*

16 *Identitas rationis extendit fubftitutionem in cafu deficientię ad cafum non exiftentię.*

17 *Item fubftitutionem factam in cafu mortis ad cafum non nativitatis.*

18 *Reprobatur diftinctio inter fubftitutionem in cafu deficientię, feu non nativitatis, & aliam in cafu obitus.*

19 *Nifi conftet de reftrictione.*

20 *Subftitutio facta in cafu quo aliquis non fupervivat, verificatur fi ille natus non fit.*

21 *Subftitutus pofthumo, feu filio nafcituro, admittitur etiam pofthumo non nato, & de ratione.*

22 *Amplia etiamfi fubftitutio facta fuiffet pofthumo in pupillari ętate decedenti.*

23 *Quamvis Teftator longo tempore fupervixerit à die conditi Teftamenti.*

24 *Finis, & effectus à Teftatore contemplatus probat comprehendiffe cafum non exiftentię in fubftitutione in cafu obitus.*

25 *Amplia, five conditio fuerit affirmativa, five negativa.*

26 *Subftitutus in cafu quo hęres decederet Presbiter, admittitur eo defuncto fine filijs, quamvis Prębiter non fuerit, & de ratione.*

27 *Contrarium tenentes referuntur.*

28 *Fundantur in hoc, quod fit conditio voluntaria, quę non poteft impleri per ęquipollens.*

29 *Sed prima opinio verior, fi Teftator ad Pręsbiteratum non refpexit, fed ad carentiam filiorum, quę ex eo promanat.*

Quamvis fit conditio voluntaria fub n. 29.

30 *Et quamquam Sacerdos, ante adeptum Pręsbiteratum poffit filios fufcipere, & de ratione.*

31 *Limita, fi Teftator in Pręsbitero ad deficientiam filiorum non refpexerit.*

32 *Effectus Pręsbiteratus, an Teftator confideraverit nec ne, remittitur arbitrio Judicis.*

33 *Voluntas admittendi fubftitutum tam in cafu obitus fine filijs, quam fi vocatus fiat Pręsbiter, probata per teftes, vel alio modo, unicè attenditur.*

34 *Subftitutio facta in cafu, quo filij per mortem Patris fui juris evaferint, habet locum in cafu illorum emancipationis.*

35 *Item facta poft mortem uxoris fub conditione viduitatis, habet locum ftatim ac uxor fecundas nuptias contrahit.*

36 *Maximè fi non adfint dictiones taxativę.*

37 *Legatum annuum factum fub conditione obfequij, & cohabitationis in domo uxoris ipfius Legantis, debetur etiam Legatario non habitante, fi obfequia prę ftare paratus fit.*

38 *Vulgaris alicui facta fub conditione, fi fieret religiofus, vel filios non habuerit, habet locum in cafu, quo ob prępmorientiam fuccedere non poffit.*

39 *Subftitutio facta decedenti fine filijs verificatur, etiamfi adfit filius fpurius, & incapax hereditatis.*

40 *Vocatis filijs nafcituris poft mortem Teftatoris ex fua nepte tunc temporis innupta, fi hęc matrimonium contrahat Teftatore adhuc vivo, & filios fufcipiat, ifti ad primogenituram admittuntur.*

41 *Senex, & ętate provectus, qui plures habeat filios, eligi poteft, ubi mandata fuit electio Juvenis, qui ducere debeat uxorem pro filiorum procreatione, & facta renovatione familię.*

42 *Item ad fideicommiffum admittitur Vidua jam fenex, quę plures habeat filios, fi vocatę fuerint fęminę fub lege nubendi.*

43 *Le-*

43 *Legatum filiæ relictum sub conditione, si nupserit, habet locum etiamsi nupta sit.*

Et præfertur innuptæ, quamvis hæc sit proximior, ibidem.

44 *Item factum Monasterio construendo, & recipiendis in eo Monialibus, assignari potest jam constructo, & dictas Moniales recipienti.*

45 *Item factum in opus novum, converti potest in conservationem operis jam incboati.*

46 *Favor Piæ causæ non operatur extensionem fideicommissi conditionalis de casu ad casum.*

47 *Limita in extensione de persona ad personam.*

48 *Fortius non admittitur, si adsint verba limitativa, & restrictiva.*

49 *Limita, si res evadat dubia ex circumstantijs hinc inde militantibus, quo casu favor piæ causæ prævalere debet.*

50 *Substitutio in casu deficientiæ, extenditur ad casum non nativitatis, si sequeretur absurdum, & exemplifica,* ut ibi.

51 *Substitutio facta in defectum filiorum* nati, e da nascere *operatur, at deficientia intelligatur post actualem existentiam, & nativitatem.*

52 *Admittitur tamen substitutus etiam in casu non nativitatis, stante identitate rationis inter casum existentiæ, & subsequtæ deficientiæ, & casum non existentiæ.*

1 SCripsit in casu hujus decisionis, & succubuit *Ger.*
Spin. consil. 12. n. 1. & pluribus seqq. dictumque
consilium reprobat *Saminiat.* in alia Causa Florenti-
na *controv. 101. num. 37. & 63.* sed scripta per eum
iterum reassumit *Ger. Spin. in consil. 15. num. 19.*
& seqq. ubi se defendere conatur à contraria deci-
sione, & sententia emanata in casu *dict. consil. 12.*
& consil. 80. n. 17. & seqq.

Ad num. 1. & seqq.

Substitutio facta in casu, quo filij deficerent, vel
quod aliquis decedat sine filijs, habet locum etiam si
illi nati non sint, ex regula, quod substitutio facta
in caso deficientiæ locum habeat etiam in casu non
2 existentiæ, & viceversa, cum utroque casu verifi-
cetur filiorum defectus, quamvis proveniat ex diver-
sa causa, ut reprobata sententia *Oldradi in consil. 177.*
Ger. Spin. consil. 89. n. 1. & seqq. Altograd. consil. 71.
n. 1. lib. 2. Balducc. ad Rumon. consil 29. n. 25. Rodul-
phin. in Causa Florentina alleg. 70. n. 6. & per tot.
alleg. 71. num. 13. 14. & seqq. & alleg. 72. num. 16.
& seqq. Saminiat. in Causa Florentina controv. 101.
n. 18. & plurib. seqq. usque ad fin. ubi reprobat con-
trarios, *& controv. 102. n. 37. & seqq. Capyc. Latr.*
consult. 76. n. 28. Jo: Otto. Tabor. tractat. vol. 1. de
substit. respons. 7. n. 21. fol. 884. Fusar. de substitut.
quæst. 64. n. 54. & quæst. 460. n. 50. de Luc. de fidei-
commiss. disc. 91. num. 6. Hodiern. ad Surd. decis. 37.
n. 8. Rota Januen. apud Palm. Nep. decis. 438. n. 15.
& 16. Senat. Mantuan. apud Balducc. ad Rumon. tom. 4.
decis. 104. num. 34. repetit. apud *Mans. consult. 777.*
tom. 8. Rot. Florent. suprà decis. 4. n. 5. & seqq. & in
addit. n. 22. & seqq. & in Florentina Immissionis 2. Octo-
bris 1725. artic. 4. §. quandoquidem coram me. Rot.
Rom. coram Baratt. decis. 379. n. 2. Bich. decis. 480.
n. 10. 11. & seqq. Dunozet. Jun. decis. 814. n. 1. in
recent. decis. 453. n. 6. part. 2. decis. 149. n. 2. part. 7.
decis. 12. num. 9. & seqq. part. 10. decis. 196. n. 15.
part. 11. decis. 358. n. 13. & seqq. part. 15. decis. 104.
n. 16. decis. 163. num. 7. & seqq. part. 16. decis. 134.
n. 14. & decis. 189. n. 7. part. 17. post de Luc. de fi-
deicommiss. decis. 64. n. 3. & seqq. apud Castald. con-
sult. 191. n. 30. fol. 137. & post tom. 1. collect. Bon-
den. decis. 21. n. 9. & seqq. idem *Bonden. in notis ad*
dict. decis. n. 2. ubi plures concordantes, impressa post
miscell. juridic. fol. 62.

Sic etiam substitutio facta in casu, quo masculi, 3
linea, vel descendentia deficiat, finiatur, seu ex-
tinguatur, habet locum, etiamsi linea nunquam in-
ceperit; & masculi nati non sint, *Palm. Nep. al-*
leg. 127. num. 15. & alleg. 342. n. 3. Saminiat. con-
trov. 101. n. 23. & 24. controv. 102. n. 37. & seqq. &
controv. 103. n. 2. ubi plures. *de Luc. de fideicommiss.*
disc. 90. n. 3. Torr. de primogenit. par. 2. quæst. 31.
num. 14. fol. 143. & var. jur. quæst. tom. 1. tit. 1.
quæst. 6. n. 1. fol. 26. Balducc. ad Rumon. consil. 28.
n. 26. & consil. 29. n. 25. Rot. post eum decis. 7. n. 2.
ubi plures, *& n. 10. & decis. 27. n. 14. tom. 2. co-*
ram Bich. decis. 480. n. 11. & seqq. Caprar. decis. 241.
n. 4. & decis. 266. n. 1. in recent. decis. 149. num. 2.
part. 7. decis. 233. num. 3. part. 14. decis. 358. n. 12.
& seqq. part. 15. decis. 134. n. 14. par. 17. post de Luc.
de fideicommiss. in Mantiss. decis. 7. n. 12. post tom. 1.
collect. Bonden. dict. decis. 21. n. 10. & post dissert. 91.
Paulut. decis. 5. n. 1. & seqq. & in hac nostra *decis.*
n. 12. & seqq. & suprà *in addit. ad decis. 4. n. 23.*

Quidquid contrarium dixerit *Ger. Spin. dict. con-* 4
sil. 12. n. 3. & consil. 80. n. 12. & seqq. Castald. con-
sult. 103. n. 1. & 2. fol. 304. & 305. & consult. 248.
n. 3. fol. 354. tom. 2. conantes ostendere, *consil. 177.*
Oldradi esse communiter receptum, cum contrà
ipsos adsit communis opinio Doctorum, & incon-
cussa Tribunalium praxis, & judicata.

Minus obesse potest, quod supradicta *Oldradi* sen-
tentia saltem admissa, & recepta sit in substitutio-
ne fideicommissaria, quidquid dici posset in substi- 5
tutione directa, ut prosequitur *Ger. Spin. dict. con-*
sil. 80. num. 2. & 3. ubi quod contraria procedunt,
quando ex conjecturis constat de voluntate Testato- 6
ris *Castald. dict. consult. 103. num. 2. & 3. & dict. con-*
sult. 248. n. 6. fol. 355. tom. 2.

Quoniam hæc distinctio est communiter reproba-
ta, cum verior opinio sit, quod sivè versemur in
substitutione directa, sivè fideicommissaria, substitu-
tio facta in casu, quo filij, vel linea deficeret, ha-
bet locum etiam si illa non inceperit, & filij nati 7
non sint, ut observant *Rodulphin. alleg. 71. num. 23.*
& seqq. ubi *n. 26. & 27.* reprobat contrarium sen-
tientes. *de Luc. de fideicommiss. disc. 91. num. 6. Rot.*
Rom. apud Bonden. decis. 21. n. 11. impressa post Mi-
scellan. Juridic. ejusdem Auctoris *fol. mihi 60 coram*
Bich. decis. 480. n. 14. & in recent. decis. 149. n. 14.
part. 7. decis. 12. n. 12. & seqq. part. 10. decis. 196.
n. 17. part. 11.

Declara tamen supradictam regulam, quod sub-
stitutio facta in casu deficientiæ habeat locum, e-
tiam in casu non existentiæ, procedere, quando
Testator non cogitavit casum non nativitatis, & non
existentiæ, tunc enim præsumendum est, quod si ip-
se in mente habuisset dictum casum, eo eveniente
substitutionem fecisset; sed locum non habet, quan-
do Testator dictum casum cogitavit, & tamen in eo
non substituit, nam tunc censetur unum casum sub 8
alio comprehendere noluisse, & substitutio facta in
casu decedentiæ ad casum non nativitatis non ex-
tenditur *Ger. Spin. dict. consil. 12. num. 9. & seqq. &*
consil. 80. n. 21. & seqq. & ex n. 23. Altograd. con-
sil. 462. n. 39. & seqq. lib. 1. Mans. consult. 58. n. 56.
tom. 9. de Alexin ad consult. Capyc. Latr. observ. 76.
num. 27. versic. limitatur secundò. Torr. variar. Jur.
quæst. tom. 1. tit. 2. de substit. & fideicomm. quæst. 15.
n. 18. fol. 273. & quæst. 41. n. 44. & 45. fol. 549.
Rot. Lucen. apud Palm. Nep. decis. 15. n. 9. Rot. Flo-
rent. suprà decis. 4. n. 6. & seqq. & num. 15. & seqq.
ubi quando dicatur cogitatum de casu non nativi-
tatis. *Ger. Spin.* in eadem causa scribens *d. consil. 89.* 9
n. 4. & plurib. seqq. ubi latè, & in hac nostra deci-
sione *n. 8. & in Florentina Legati de Pecoris 4. Ju-*
lij 1635. n. 48. & seqq. infra imprimenda.

De-

Declara secundò, ut non procedat, si adsint di-
ctiones tunc, & eo casu, vel similes, quæ sunt arcta-
10 tivæ, & restringunt dispositionem ad casum expres-
sum, & interpretationem extensivam ad alium ca-
sum excludunt Ger. Spin. consil. 12. num. 18. & con-
sil. 89. n. 20. & post plures individuales auctorita-
tes, quas refert Castald. dict. consult. 103. n. 3. 4.
& 5. & dict. consult. 148. n. 4 fol. 355. tom. 2. Tabor
tract. vol. 1. de substic. fol. 857. §. quę verba. Rot.
Florent. apud Saminiat. controv. 201. n. 34 35. & 78.
ubi plurimi referuntur, & coram me decis. 89. n. 37.
Sed si dictiones istæ adjectæ sint substitutioni fa-
ctæ deficiente linea, vel simili, cum sub hac defi-
cientia censeatur comprehensus etiam casus, quo
linea non inceperit, verba restrictiva, quæ operan-
11 tur, quod substitutio de casu ad casum non exten-
datur, non excludunt casum non nativitatis, & non
existentiæ comprehensum sub generalitate verborum,
in specie Menoch. consil. 1088. sub n. 16. versic. res-
pondetur. Saminiat. dict. controv. 102. n. 39. Rodul-
phin. dict. alleg. 70. n. 8. de Alex ad consult. Capyc.
Latr. observ. 76. ex n. 26. Fusar. de substit. quæst. 64.
n. 41. Rot. Rom. coram Caprar. dict. decis. 241. n. 7.
& decis. 266. n. 3. & 4. ubi quod verba taxativa tunc
12 eo casu, &c. referuntur ad alios casus, personas,
& effectus. in recent. dict. decis. 12. n. 17. part. 10. &
decis. 226. n. 6. part. 16.
Maximè si deficiant alia verba dumtaxat, non aliter,
nec alio modo, aliaque similia, sine quibus etiamsi non
agatur de comprehensione, sed extensione de casu
13 ad casum, nihil operari possunt verba tunc, & eo ca-
su, illisque similia, ut in specie considerant Sami-
niat. dict. controv. 102. n. 40. ubi plures auctoritates,
& Rotæ decisiones adducit. Episcop. Rocc. disput. 25.
n. 50. Fusar. de substit. quæst. 460. n. 14. Rodulphin.
alleg. 72. n. 12. Rot. in recent. dict. decis. 12. n. 17.
& 18. par. 10. & dict. decis. 226. n. 6 par. 16.
Quod eo fortius procedit, quando nulla assigna-
ri potest ratio diversitatis, quare potius in casu de-
ficientiæ per mortem, quam non existentiæ Testa-
tor disponere voluerit; in his enim terminis, con-
14 currente identitate rationis, & verisimili mente Te-
statoris, dictiones prædictæ casum non nativitatis non
excludunt, sed dicuntur stare demonstrativè Me-
noch. dict. consil. 1088. n. 17. Surd. consil. 236. n. 46.
& seqq. Galvan. consil. 33. n. 36. Balducc. ad Ramon.
consil. 28. n. 39. & seqq. & n. 48. & seqq. ubi am-
pliat. Actolin resol. 12. n. 1. Episcop. Rocc. disput. 15.
n. 50. ubi alij adducuntur. Saminiat. dict. controv. 102.
n. 40. & seqq. ubi etiamsi dictiones restrictivæ essent
15 geminatæ. Fusar. de substitut. citat. quæst. 64. n. 40.
& quæst. 460. n. 11. & seqq. Rot. Januen. apud Palm.
Nep. decis. 438. n. 16. & 21. Rot. Rom. coram Bu-
ratt. decis. 379. n. 7. Bich. decis. 548. n. 19. & seqq.
in recent. decis. 12. n. 11. & 18. part. 10. decis. 104.
n. 24. & seqq. & decis. 226. n. 5. & seqq. part. 16.
Et hoc argumentum ab identitate rationis resul-
tans, est una ex circumstantijs ostendentibus volun-
16 tatem Testatoris, substitutionem factam in casu exi-
stentiæ, & successivæ deficientiæ locum habere de-
bere etiam in casu non existentiæ, ut ultrà indivi-
duales auctoritates mox relatas Rot. Rom. coram Bich.
decis. 480. sub num. 14. & seqq. in recent. decis. 358.
n. 15. part. 15. & post dissert. 91. Paulut. dict. decis. 5.
num. 6.
Undè cum ratio, quæ movit Testatorem ad sub-
stituendum in casu mortis alicujus, militet etiam in
17 casu, quo ille natus non sit, substitutus in primo ca-
su admitti debet etiam in secundò, in specie Bal-
ducc. ad Ramon. consil. 29 n. 23. & seqq. ubi repro-
18 bat distinctionem inter substitutionem in casu defi-
cientiæ, seu non nativitatis, & aliam in casu obitus,
adducitque concordantes. Cyriac. controv. 269. n. 51.
de Luc. de fideicommiss. disc. 253. n. 6. & in hac no- 19
stra decis. n. 7. & 35. nisi constet de restrictione,
ut suprà dictum est decis. 5. n. 10. 11. 17. & seqq.
Substitutio facta in casu, quo aliquis non super-
vivat, verificatur si ille natus non sit, Balducc. ad Ra- 20
mon. consil. 28. n. 24. & seqq. ubi plurimi concor-
dantes.
Substitutus posthumo, seu filio nasciuturo, admit-
titur etiam posthumo non nato, tunc enim Pater
censetur principaliter considerasse mortem, & de-
ficientiam filij sui, quæ ab identitate rationis, imò 21
à fortiori verificatur si filius natus non sit, Ger. Spin.
consil. 12. n. 8. & consil. 80. n. 21. Altograd. consil. 76.
sub n. 28. lib. 1. Fachin. controv. Jur. lib. 4 cap. 48.
Capyc. Latr. consult. 76. n. 29. & seqq. Saminiat. con-
trov. 101. n. 19. & seqq. Bonden. collect. 50. num. 115.
tom. 1. Menoch. præsumpt 65. sub n. 2. & seqq. lib. 4.
& consil. 1088. n. 24. & seqq. Peregrin. de fideicom-
miss. artic. 15. n. 15. & seqq. ibique Censal. in ad-
not. in princip. Fusar. de substit. quæst. 64. per tot.
& quæst. 469. n 96. Cancer. var. resolut. part. 1. cap. 1.
n. 63. & seqq. Murt. de success. legal. part. 4. quæst. 12.
n. 59. & seqq. Paschal. de Patr. potestat. lib. 1. cap. 9.
num. 44. Bottilier de success. tom. 2. theorem. 72. sub
n. 10. Laurent. decis. Avenionen. 4 per tot. Rot. Ja-
nuen. apud Palm. Nep. dict. decis. 438. n. 16. Senat.
Mantuan. post Balducc. ad Ramon. decis. 104. num. 37.
tom. 4. repetita apud Mansf. consult. 777. n. 17. tom. 8.
ubi concordantes. Rot. Rom. in recent. decis. 222. n. 9.
& seqq. part. 5. decis. 149. n. 2. part. 7. coram Buratt.
decis. 379. n. 1. & 2. Dunn. decis. 267. sub n. 4.
Etiamsi substitutio facta fuisset posthumo in pu-
pillari ætate decedenti, nam nihilominus substitu-
tus admittitur, etiamsi posthumus non nascatur Surd. 22
consil. 236. n. 26. & consil. 347. n. 8. & seqq. & de-
cis. 37. n. 27. Balducc. ad Ramon. consil. 29. n. 26. de
Alexio ad consult. Capyc. Latr. observ. 76. n. 18. & 23.
Peregrin. de fideicommiss. artic. 15. n 15 & seqq. ibi-
que Censal. in addit. ad n. 3. versic. at de substitutio-
ne fol. 15. col. 1. impress. Lugduni anni 1672. Fusar.
de substit. quæst. 64. n 54. Bottilier. de success. ab in-
test. theorem. 72. n. 10. Capon de pact. quæst. 60. sub
num. 30. Senat. Mantuan. post Balducc. ad Ramon. de-
cis. 104 n. 35. tom. 4 repetita apud Mansf. consult. 777.
num. 16. tom. 8. Adden. ad Rot. in recent. decis. 420.
n. 118. & seqq. part 9. Rot. coram Buratt. decis. 379.
n. 1. & seqq. Bich. decis. 480. n. 13. & post tom. 1.
collect. Bonden. d. decis. 21. sub n. 10.
Quamvis Testator longo tempore supervixerit à
die conditi testamenti, Mantic. de conjectur. ultim. 23
volunt. lib. 5. tit. 4 n. 10. Bottilier. de succes. d. theo-
rem. 72. sub num. 10. ubi alios citat. Senat. Man-
tuan. apud Balducc. ad Ramon. tom. 4. dict. decis. 104.
num. 36.
Alia conjectura demonstrativa mentis Testatoris
comprehendendi casum non nativitatis, vel non exi-
stentiæ in substitutione facta in casu deficientiæ,
desumitur ex fine, & effectu, quem in mente ha-
buit; quando enim ratio finalis, & motiva Testa-
toris suum plenarium consequitur effectum, nedum
unus ex dictis casibus sub alio comprehenditur, sed
fit etiam extensio à casu expresso ad non expres- 24
sum, si per illum effectus à disponente considera-
tus, & volitus eveniat, & assequatur, Mansf. con-
sult. 522. n. 7. & seqq. consult. 796. n. 19. ubi plures.
Ciarlin. controv. 11. sub num. 37. Episcop. Rocc. dis-
put. 25. n. 31. & seqq. & plenè disput. 194. n. 145.
& seqq. Fusar. de substit. quæst. 460. n. 28. de Luc.
de fideicommiss. disc. 33. n. 21. disc. 45. n. 4. disc. 163.
n. 3. & disc. 204. n. 17. Senat. Mantuan. post Balducc.
ad Ramon. decis. 104. n. 37. ubi concordantes tom. 4.
repetita apud Mansf. dict. consult. 777. n. 17. Bonden.
in eadem causa scribens Miscell. Juridic. docum. 83.
n. 45.

n. 45. & optimè *n.* 99. *& seqq. & n.* 58. *& seqq.* ubi
plures, *& num.* 85. *&* 86. *Rot. Florent. in Florenti-
na Electionis 6. Martij* 1704. §. *præterea*, *&* §. *hinc.*
Rota coram D. meo Aud. Bellutio.

Nulla habita consideratione, an conditio fuerit
affirmativa, vel negativa, utraque enim eamdem
25 virtutem, rationem, & substantiam continet *Senat.
Mantuan. post Balduc. ad Ramon. decis.* 104 *num.* 39.
tom. 4. repetita apud *Mans. dict. consult.* 777. *n.* 17.

Proindeque substitutus datus in casu, quo hæres
decederet Præsbiter, admittitur eo defuncto sine fi-
lijs, quamvis Præsbiter non fuerit, cum Testator
considerasse præsumatur unum ex effectibus Præ-
26 sbiteratus, qui regulariter consistit in obitu Præ-
sbiteri sine filijs, juxtà originalem theoricam *Ale-
xand. consil.* 100. *n.* 7. *versic. conferendo*, *& num.* 8.
lib. 4. quam sequuntur *Dec. consil* 227. *n.* 12. *Gra-
vett. consil.* 59 *n.* 5. *Cephal. consil.* 166. *n.* 49. *& con-
sil.* 269. *n.* 49. *Fusar. consil.* 555. *n.* 37. *Decian. con-
sil.* 1. *n.* 91. *lib.* 2. *& consil.* 34. *n.* 26. *lib.* 3. *Rodoer.
consil.* 18. *n.* 16. *Berò. consil.* 102. *n.* 13. *Cyriac. con-
trov.* 478. *num.* 87. *Episcop. Rocc. disput.* 25. *num.* 44.
ubi plures. *Tepat. variar. tom.* 2. *tit. de fideicommis-
saria substitutione fol.* 391. *col.* 4. *versic. si dicat sub-
stituo. Simon de Prçt. de interpret. ultim. volunt.
fol.* 76. *n.* 15. *& seqq. Paschal. de Patr. potestat. par.* 1.
cap. 9. *n.* 48. *Bottilier. theorem.* 72. *n.* 9. *Camarel. de
legat. fol.* 579. *col.* 1. *n.* 2. *Mantic. de tacit. lib.* 14.
tit. 43. *n.* 11. *Boer. decis.* 354. *sub n.* 13. *versic. secun-
dò quod si Testator. Senat. Mantuan. apud Surd. de-
cis.* 37. *num.* 19. *& post Balduc. ad Ramon. dict. de-
cis.* 104. *n.* 32. *tom.* 4. repetita apud *Mans. dict. con-
sult.* 777. *num.* 15. *Rot. Bononien. in consil. post decis.
Barz. num.* 189. *Rot. Rom. coram Coccin. decis.* 2181.
num. 3.

27 Et quamvis contrariam sententiam substinuerint
Jason. in l. Gallus §. *& qui si tantum sub n.* 42. *& seqq.*
& ibi *Ruin. num.* 68. *ff. de liber. & posthum.* Auctor
damnatæ memoriæ in *addic. ad Alexand. d. consil.* 100.
litt. A. lib. 4. *Menoch. consil.* 243. *n.* 34. *præsumpt.* 73.
n. 4. *in fin. & præsumpt.* 185. *n.* 33. *versic. cæterum
lib.* 4. *Gracian. discept.* 815. *n.* 21. *Tondut. resolut. be-
neficial part.* 1. *cap.* 45. *n.* 3. *Caren. resol.* 181. *n.* 12.
Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 11. *tit.* 16. *n.* 9.
Intrigliol. de substit. cent. 3. *quæst.* 76. *n.* 6. *Burrij de
success. lib.* 17. *tit.* 17. *n.* 4.

Eo quia conditio voluntaria, qualis est ista, im-
pleri non potest per æquipollens, sed in forma spe-
cifica adimplenda est, & carentia filiorum non est
28 effectus, qui necessario sequitur ex clericatu, ut in
nostris terminis tradunt *Jason. in l. Gallus* §. *& quid
si tantum n.* 43. *ff. de liber. & posthum.* & ibi *Ruin.
num.* 68. *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 11.
tit. 16. *sub n.* 9. *versic. sed adverte.*

Prima tamen opinio verior, & receptior est, &
à Tribunalibus amplexa, eamque admittunt etiam
contrariæ sententiæ sequaces, quoties concurrunt
circumstantiæ ostendentes Testatorem non habuisse
respectum ad Præsbiteratum, sed ad effectum ex eo
29 promanantem, ad carentiam nempè filiorum, ut con-
siderat *Berò. dict. consil.* 102. *n.* 13. *lib.* 2. *Cyriac. con-
trov.* 478. *num.* 87. *Episc. Rocca disput. select. dict.
cap.* 25. *num* 44. *versic. & licet*, *Bottilier. de success.
theorem.* 72. *sub num* 9. *Camarel. de legat. dict. lib.* 8.
fol. 579. *col.* 1. *n.* 2. *Rot. Rom. coram Coccin. dict. de-
cis.* 2181. *n.* 3. *&* 4

Etiamsi conditio sit voluntaria, quæ extenditur
de casu ad casum, quando Testator consideravit ef-
fectum, in specie *Decian. dict. consil.* 1. *n.* 89. *& seqq.
& num.* 111. *& seqq. lib.* 1. *Cephal. citat. consil.* 166.
n. 49. *& seqq. Menoch. dict. consil.* 432. *n.* 27. *& seqq.*
plenè *Bottilier. de success. dict. theorem.* 72. *sub n.* 9.
& 12. *Surd. dict. decis.* 37. *n.* 31.

Et licet filiorum carentia non sit effectus neces-
sarius ex clericatu proveniens, cum ante adeptum
Præsbiteratum possit Sacerdos filios suscipere, ta-
men eum ex communiter accidentibus præsbiteri de-
cedere soleant sine filijs legitimè procreatis, & Te-
stator in tali substitutione censeatur considerasse ef-
fectum Præsbiteratus; ille enim, qui ad Sacerdo-
tium ascendit non potest nubere, & filios legitimè 30
suscipere, ideo hoc modo substitutus succedere de-
bet mortuo sine filijs, non obstante deficientia Præ-
sbiteratus *Camarel. de legat. d. lib.* 8. *fol.* 579. *col.* 2.
n. 2. *Bottilier. de success. d. theorem.* 72. *sub n.* 9. *Rot.
Bononien. in consil. unic. post decis. Barz. n.* 189.

Verum tamen est, quod si ex circumstantijs in fa-
cti specie cadentibus constabit, Testatorem in Præsbi-
tero ad deficientiam filiorum non respexisse, tunc
locum habebunt ea, quæ firmantur ab auctoritati-
bus suprà citatis §. *& quamvis n.* 27. nec substitu-
tus poterit succedere, si is, cui substitutio facta est,
Sacerdotium non est adeptus; totam enim hanc 31
materiam regulat verisimilis, & conjecturata Testa-
toris voluntas, ut in specie prosequitur *Adden. ad
Alexand. dict. consil.* 8. *litt. A. lib.* 4. *Mantic. de con-
jectur. lib* 11. *dict. tit.* 16. *sub n.* 9. *versic. sed adver-
te. Fusar. de substit. quæst.* 463. *n.* 13. *Camarell. de le-
gat. lib.* 8. *fol.* 579. *n.* 2. *col.* 2. *Episcop. Rocc. dict.
disput.* 25 *sub n.* 44.

Plurimumque operari poterit arbitrium Judicis,
cujus religioni, & prudentiæ remissum est ex conje-
cturis desumere, & determinare, an verisimile sit Te-
statorem considerasse defectum filiorum, & effectum 32
ex Præsbiteratu derivantem, vel non, in specie *Gal-
liaul. in l. Gallus* §. *& quid si tantum n.* 29. *ff. de li-
ber. & posthum. Gratian. disceptat.* 5. *n.* 6. *Fusar. de
substitut. citat. quæst.* 463. *n.* 12. *in fin.*

Et propterea si probaretur per testes, vel alio
modo, Testatorem declarasse mentem suam ad suc-
cessionem invitandi substitutum, non solum si voca-
tus fiat Præsbiter, sed etiamsi decesserit sine filijs,
tunc declarata voluntas unicè attendenda est, in in- 33
dividuo *de Luc. ad Gratian. dict. discept.* 5. *n.* 16. *Fu-
sar. de substit. d. quæst.* 463. *n.* 14. ubi alios citat.

Confirmatur supradicta veritas de extensione fa-
cienda etiam de casu ad casum, quando sequitur
effectus à Testatore consideratus pluribus alijs exem-
plis, substitutionis nempè factæ à matre, casu quo
ejus filij per mortem patris sui Juris evaserint, quæ
habet locum etiam in casu emancipationis illorum,
cum per emancipationem sequatur effectus à Testa- 34
tore consideratus in casu obitus patris, juxtà egre-
gium, & memorabile responsum *Ulpiani in l. mu-
lier* 22. *ff. ad Trebellian.* quod laudant, & extollunt
Episc. Rocc. dict. disput. 25. *n.* 46. & latius *disput* 34.
n. 2. *&* 3. *& disput.* 194. *n.* 153. *Bottilier. de success.
dict. theorem.* 72. *n.* 7.

Et substitutionis factę post mortem Uxoris sub
conditione viduitatis, in qua admittitur substitutus,
statim ac Uxor secundas nuptias contraxit, absque 35
eo quod necesse sit expectare ejus mortem *Cephal.
consil.* 391. *n.* 1. *Decian. consil.* 1. *n.* 89. *lib.* 1. *Grat.
consil.* 124. *n.* 14. *& seqq. lib.* 2. *Surd. consil.* 46. *n.* 17.
de Ponte cons. 20. *n.* 19. *vers. hinc legatum factum lib.* 1
Ciarlin. controv. 33. *n.* 223. ubi quod hoc eo magis pro-
cedit, si non adsint dictiones taxativæ. *Episcop. Rocc.* 36
disput. 34. *n.* 1. *& plurib. seqq.* ubi contrarias aucto-
ritates, & rationes adducit, illisque latè respondet.
Peregrin. de fideicommiss. artic. 11. *n.* 46. *& consil.* 51.
n. 17. *lib.* 5. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 3.
tit. 19. *n.* 19. *Simon de Prçt. de Interpret. ultim. vo-
lunt. fol.* 70. *n.* 5. *Cavalcan. de usufruct. n.* 70. *Me-
noch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 185. *n.* 31. *Fusar.
de substit. quæst.* 464. *n.* 6. *& per tot. & consil.* 50.
n. 12. *Camer. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 65. *versic.*
ubi

ubi per predicta determinat. Fontanell. de pact. nuptial. claus. 5. glos. 8. part. 11. n. 23. Bottilier. de success. dict. theorem. 72. n. 11. Senat. Mantuan. post Balducc. ad Ramon. decis. 104. *n.* 44. *&* 45. *tom.* 4.

Et ex hoc eodem principio promanat, quod le-
gatum annuum sub conditione obsequij, & coha-
bitationis in domo Uxoris ipsius legantis, debetur
etiam legatario non habitante, si obsequia præstare
37 paratus sit, ex quo effectus à Testatore considera-
tus fuit potius obsequiorum præstatio, quam præ-
cisa habitatio *Episcop. Rocca* sæpecitata *disput.* 25.
n. 45. *Senat. Mantuan. post Balducc. ad Ramon.* citata
decis. 104. *n.* 27. *tom.* 4.

Vulgaris substitutio alicui facta sub conditione si
fieret religiosa, vel filios non habuerit, habet lo-
cum in casu, quo ipse ob præmorientiam succede-
re non potuit, cum utroque casu idem resultet ef-
38 fectus impotentiæ succedendi, quam in mente ha-
buit Testator, quamvis non sequatur ingressus in
religionem *Venturin. consil.* 46. *n.* 15. *tom.* 2.

Substitutio facta decedenti sine filijs verificatur,
39 etiamsi adsit filius spurius, & incapax hæreditatis,
Senat. Mantuan. post Balducc. ad Ramon. d. decis. 104.
n. 33. *tom.* 4. repetita apud *Mans. dict. consult.* 777.
n. 16. *tom.* 8.

Vocatis filijs nascituris post mortem Testatoris ex
sua nepte tunc temporis innupta, si hæc matrimo-
40 nium contrahat Testatore adhuc vivente, & filios
suscipiat, isti ad primogenituram admittuntur *Ciar-
lin. controv.* 33. *n.* 119 *&* 122. *Senat. Mantuan. post
Balducc. ad Ramon.* sæpecitata *decis.* 104. *n.* 31. *tom.* 4.
repetita apud *Mans. dict. consult.* 777. *n.* 14. ubi alij
referuntur.

Sic etiam mandante Testatore, quod eligatur ju-
venis, qui Uxorem ducere deberet pro filiorum
procreatione, familiæque ficta renovatione, & con-
servatione, cum qualitas juventutis contemplata præ-
sumatur ad certum effectum, ut mediante susceptio-
ne prolis, familia, & agnatio conservaretur, dicitur
Testatoris voluntati consultum spectato fine, & ef-
41 fectu ab ipso volito, si eligatur senex, & ætate pro-
vectus uxoratus, qui plures habeat filios, ut ex
magistrali *decisione Rotæ* 417. *num.* 6. *coram Dunozet.
Jun.* repetita *in recent. decis.* 95. *part.* 7. observat
Card. de Luc. de fideicommiss. disc. 33. *n.* 21. *disc.* 45.
n. 4. *&* 5. *disc.* 204. *n.* 17. *& in Conflict. leg. & ra-
tion. observ.* 87. *Episc. Rocc. dict. disput.* 194. *n.* 150.

Et Testatore vocante fœminam sub ea lege, ut
nuberet viro condigno, nomen, & insignia ipsius as-
sumenti, dicitur satisfactum ejus voluntati, si in fi-
deicommisso succedat fœmina vidua jam senex, &
inhabilis ad novam prolem suscipiendam, quæ plu-
42 res habeat filios, ex eadem ratione, quod quando
qualitas, seu forma à Testatore requisita respicit
certum effectum, tunc necessarium non est imple-
mentum præcisum, sed sufficit, quod per æquipol-
lens habeatur effectus à Testatore volitus *Card. de
Luc. de fideicommiss. disc.* 45. *n.* 4. *& per tot. Episc.
Rocc. dict. disput.* 194. *n.* 151. *De Alex. ad Capyc. Latr.
observ.* 76. *n.* 21.

Factoque legato filiæ si nupserit, habet locum etiam
si nupta sit, quando enim effectus alicujus rei at-
43 tenditur, nihil interest si finis præcedat, vel actus
sequatur *l. si quis heredem ff. de instit. & substit. l. hæc
conditio ff. de condit. & demonstr. Casanat. consil.* 35.
n. 7. *& seqq. Capyc. Latr. consult.* 17. *n.* 14. *& seqq. &
per tot.* ibique *de Luc. n.* 5. ubi quod præfertur in-
nuptæ, quamvis hæc sit proximior in gradu, *Episc.
Rocc. dict. disput.* 194. *n.* 152. *de Luc. de fideicommiss.
dict. disc.* 45. *n.* 5.

Pariter facto legato pro construendo Monasterio,
& recipiendis in eo Monialibus, illud consequi po-
terit à Monasterio jam alterius expensis constructo,
& idoneo ad recipiendum in eo dictas Moniales, 44
prout à Testatore dispositum fuit, plenè *Mans. con-
sult.* 522. *per tot.*

Legatque pecunia in opus novum, converti po-
test in conservationem operis jam inchoati *l. pecu-* 45
niam 7. *ff. de oper. public.* ibi -- *Pecuniam, quæ in ope-
ra nova legata est, potius in tutelam eorum operum,
quæ sunt, convertendam, quam ad inchoandum opus ero-
gandam D. Pius rescripsit.*

Tertiam subministrat conjecturam pro Testatoris
voluntate eruenda favor, & privilegium piæ causæ,
licet enim favore piæ causæ non fiat extensio fidei- 46
commissi conditionalis de casu ad casum, *Balducc.
ad Ramon. dict. consil.* 29. *num.* 32. *Mans. consult.* 58.
n. 55. *tom.* 9. plenissimè *Rodulphin. alleg.* 138. *n.* 1. *&
per tot.* ubi abundè examinat *text. in l.* 2. *ff. de ma-
numiss. testam. Vinciol. decis.* 78. *n.* 14. *Rot. Rom. co-
ram Priol. decis.* 138. *num.* 25. ubi quod secus est, si
ageretur de extensione relicti de persona ad perso- 47
nam, quæ favore piæ causæ permittitur, & in hac
nostra decisione *n.* 26.

Maximè si adsint verba limitativa, & restrictiva, 48
in specie *Rodulphin. dict. alleg.* 138. *sub n.* 2. *Vinciol.
decis.* 78. *n.* 15. ubi quando dicantur adjecta verba,
& clausulæ restrictivæ.

Nihilominus, si ex circumstantijs hinc inde mi-
litantibus res evadat dubia, & multo magis si con-
stet Testatorem voluisse comprehendere tam ca-
sum, quo filij non nascantur, quam alium, quo na-
ti decedant, favor piæ causæ, & suffragium animæ
Testatoris operatur, ut proclivior sit Judex in ju- 49
dicando pro ea parte, qua animæ saluti consulitur,
ut in propria nostra materia *Calcan. consil.* 103. *cir-
ca fin. versic. sed in proposito casu. Castald. consult.* 103.
sub num. 2. *&* 3. *Rot. Rom. apud eundem consult.* 191.
num. 31. *coram Duran. decis.* 267. *n.* 2. *in recent. de-
cis.* 149. *sub n.* 6. *& seqq. & n.* 19. *part.* 7. & sæpe-
citata *decis.* 12. *n.* 15. *&* 16. *part.* 10. *& decis.* 226.
n. 8. *part.* 16.

Et demum una ex conjecturis pro Testatoris men-
te assequenda consistit in absurdo, quod alias seque-
retur, puta si persona extranea proprios filios, & 50
descendentes à successione repelleret, ut in specie
considerant *Balducc. ad Ramon. consil.* 75. *n.* 27. *Ger.
Spin. dict. consil.* 12. *n.* 17. *Bonden. collect.* 12. *n.* 22.
& seqq. lib. 2. *Mans. consult.* 774. *n.* 25. *tom.* 8. *Fu-
sar. de substit. quæst.* 31. *n.* 47. *& seqq.* optimè *Rot.
Rom. coram Caprar dict. decis.* 241. *n.* 6. *& decis.* 266.
n. 6. *in recent. dict. decis.* 358. *n.* 16. *part.* 15.

Supradictaque intelligentia ab identitate rationis,
& conjectura voluntate disponentis desumpta, lo-
cum habet, etiam quando Testator adhibuisset ver-
ba *nati, e da nascere*, quæ licet directa ad filios vo- 51
catos operentur, ut deficientia intelligatur post
actualem existentiam, & nativitatem, & non in ca-
su, quo filij nati non sint, ut considerant *Menoch.
consil.* 326. *n.* 4. 5. *&* 12. *& consil.* 864. *n.* 1. *& seqq.
Fusar. de substit. quæst.* 435. *n.* 11.

Concurrente tamen identitate rationis, & verisi-
mili mente Testatoris substituendi in utroque casu,
existentiæ nempè, & subsequutæ deficientiæ, & non
nativitatis, substitutus admitti debet in utroque ex
dictis casibus, non obstantibus verbis superius rela- 52
tis, ut declarando auctoritates in objecto allegatas,
prosequitur *Rot. post tom.* 1. *collect. Bunden. dict. de-
cis.* 21. *n.* 12. *&* 13. repetita coram *Bich. decis.* 480.
n. 16. *&* 17.

Eadem.

Iisdem die, & Anno.

ARGUMENTUM.

Extensio in fideicommissis non admittitur stante diversitate personarum, rerum, & rationis, prout nec repetitio, non obstantibus dictionibus repetitivis, vel relativis, quæ ad alia referuntur.

SUMMARIUM.

1 Dictio item *repetit omnes precedentes qualitates.*
Contrà n. 52. & 53.
2 *Dictio* ut suprà *repetit omnia precedentia.*
3 *Et non solum qualitates, sed etiam modum suprà expressum.*
4 *Et refertur ad fideicommissum precedens.*
5 *Et ad filios, nepotes, & alios supranominatos.*
6 *Et ad prohibitionem alienationis, & pœnam contrafacienti impositam.*
7 *Et ad omnes qualitates in precedentibus substitutionibus, & in alia parte dispositionis expressas.*
8 *Quę continentur in termino relato, continentur verè, & propriè & in referente.*
9 *Maximè stante clausula* in omnibus, & per omnia, *quę comprehendit omnem partem dispositionis, etiam minimam.*
10 *Et continet omnes modos, & effectus precedentes, nullo excepto.*
11 *Et eam ad unum tantum caput referre, esset divinare.*
12 *Repetitio fideicommissi facilius inducitur favore agnationis.*
13 *Ratio conservandę agnationis ita militat in filijs, & descendentibus fratris consanguinei, uti in filijs, & descendentibus fratris utrinque conjuncti.*
14 *Fideicommissum ex identitate rationis extenditur de persona ad personam, & de re ad rem.*
15 *Id quod disponens interrogatus esset responsurus, pro dispositione habetur.*
16 *Quelibet res in dubio præsumitur libera, & ab omni onere exempta.*
17 *Et signanter à fideicommisso, quod utè consistens in facto non præsumitur.*
18 *Fideicommissum alleganti incumbit onus probandi.*
19 *Excipienti verò contrà illud sufficit obijcere,* substitutio hoc casu non loquitur.
20 *Tacita intentio disponentis non sufficit, nisi certo modo disponat.*
21 *Limita, quando ex conjecturis constat de voluntate.*
22 *Stante bonorum, & personarum diversitate, non infertur de primo fideicommisso ad secundum.*
23 *In contractibus nihil subauditur, sed habetur pro omisso quidquid non legitur.*
24 *Quod procedit, & in ultimis voluntatibus.*
25 *Iniquum est contrà disponentis voluntatem, illius bona novis oneribus subijcere.*
26 *Quod nec ad favorem pię causę fieri potest.*
27 *Totum instrumentum, non unica clausula inspici debet.*
28 *Verbum* suprascripta *refertur solum ad precedentia.*
29 *Neglecta videntur, quę cum sint speciali nota digna, non exprimuntur.*
30 *Repetitio unius qualitatis tollit præsumptionem repetitionis aliorum.*
31 *Verba semper referenda sunt ad proximiora.*
32 *Clausula uni tantum capitulo apposita illud solum qualificat.*
33 *Maximè cum stat consecutivè, & continuativè.*
34 *Præsumptio repetitionis cessat, quando res non est clara.*
35 *Repetitio ex tribus causis inducitur, & quę sint.*
36 *Fideicommissum est stricti juris, & in eo non fit extensio de persona ad personam, & injunctum filijs non extenditur ad nepotes.*
37 *Prout nec extenditur de re ad rem.*
38 *Nec de casu ad casum.*
39 *Maximè in capitulis separatis.*
40 *Et in fideicommisso particulari, quod est minus favorabile.*
41 *Extensio difficilius admittitur in fideicommisso inducto per contractum, quam per ultimam voluntatem.*
42 *Filius quibus modis patri succedere possit.*
43 *Qualitas in una parte instrumenti expressa, non censetur in aliâ repetita.*
44 *Præsertim deficiente identitate rationis.*
45 *Conjunctus ex utroque latere, de Jure communi excludit conjunctos ex uno tantum.*
46 *Repetitio cessat ubi apparet major causa dilectionis.*
47 *Agnationis favor non egreditur terminos per Testatorem expressos, & n. 56.*
48 *Prohibitio alienationis non egreditur personas alienare prohibitas.*
49 *Fideicommissum favore agnationis in una parte testamenti factum, non extenditur ad bona in alia parte testamenti uni ex heredibus prelegata.*
50 *Verba* dicta, & supradicta *restringunt dispositionem ad ea, ad quę referuntur.*
51 *Agnationis favor in dispositione quorumdam bonorum expressus, ad ea tantummodo refertur.*
52 *Dictio* item *regulariter est continuativa.*
54 *Repetitio non admittitur, quando orationes sunt separatę, & fit mutatio rerum, vel personarum.*
55 *Argumentum à repetitione ad relationem valet.*
56 *Relatio non fit ad precedentia, ubi ratio suadet, ut ad proximiora referatur.*
57 *In relatione eadem servanda est regula, quę in repetitione.*
58 *Relatio non habet locum, ubi dispositio favorabilis restringeretur.*
59 *Item, quando dispositio odiosa, utè fideicommissum, extenderetur.*
60 Decian. consil. 102. lib. 2. *in quibus terminis loquatur.*
61 *Diversa ratio reformat pactum, & diversum Juris effectum inducit.*
62 *Argumentum ab æquiparatis non procedit nisi in casibus, in quibus æquiparatio loquitur.*
63 *Dictio* ut supra, *referri potest ad aliqua superius expressa, absque eo, quod referatur ad omnia.*
64 *In dubio pro non repetitione fideicommissi est judicandum.*

DECISIO XVI.

TErtius subsequitur articulus respiciens possessionem, & bona Cojani per Illustriss. Dominum Robertum tempore ejus vitæ, & mortis tenta, & possessa; prætendentibus enim Illustribus sororibus, hæc bona, uti reperta in ejus hereditate, tanquam libera sibi esse relaxanda, obijciebant DD. Abbas, & Robertus imo ad se spectare tanquam subjecta fideicommisso per Illustriss. olim Dominum Cardinalem Laurentium de Puccis in donatione per eum usque de anno 1522. de insigni bonorum quantitate facta ad favorem familiæ; Idque deducebant præcipue ex eo, quod quemadmodum non

non poterat dubitari, quin super bonis Cassignani, Castrinovi, & Castrii Oliveti per eum donatis pro tertia parte filijs, ac descendentibus masculis legitimis, & naturalibus Domini Alexandri ejus fratris, Domini Joannis Pauli eju nepotis ex Domino quondam Francisco filio prædefuncto, pro alia tertia filijs, ac descendentibus, ut suprà, Domini Roberti etiam ejus fratris postea Cardinalis, & pro alia tertia filijs, ac descendentibus Domini Petri etiam ejus fratris prædefuncti, reciprocum, perpetuumque inter eos inductum fuerit fideicommissum, itaut, omnibus masculis aliarum linearum per mortem Domini Roberti è medio sublatis, hodie evenerit casus ipsius fideicommissi ad favorem eorumdem DD. adversariorum ex dicto Domino Roberto Cardinali legitimè descendentium; idem quoque dicendum videbatur respectu bonorum Cojani, quæ per Illustriss. Dominum donantem in secunda donationis parte, reservato sibi eorum usufructu durante ejus vita, in omnibus, & per omnia ut supra, donata fuere iisdem filijs masculis, legitimis, & naturalibus dicti Domini Alexandri, & dicto illius nepoti ex filio prædefuncto, & cuilibet eorum pro æquali portione, absentibus, Notario pro eis, & cujuslibet eorum descendentibus masculis, legitimis, & naturalibus recipiente, stipulante, & acceptante.

Cum enim secundum hoc caput donationis inci-
1 piat per dictionem *item*, quia de natura ejusmodi dictionis est repetere omnes præcedentes qualitates, consequenterque etiam fideicommissum in præcedenti capite inductum, non solum ad favorem filiorum, & descendentium Alexandri, & Joannis Pauli, sed etiam aliarum duarum linearum Domini Cardinalis, Domini Roberti, & Domini Petri, juxtà *text. in l. 1. in princ. ff. de public. & vectig.* & tradita per *Bart.* & scribentes in *l. in repetendis ff. de legat. 3. Castr. consil.* 88. *n.* 1. *lib.* 1. *Fulgos. consil.* 40. *colum.* 2. *versic. nam conditis illa. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 6. *n.* 12. & 13.

2 Idem suadere etiam dicebantur dictiones *ut supra*, quæ eamdem vim habent omnium præcedentium repetitivam, *Bart. in l. 1. §. hoc edicto n. 2. ff. de postul. Alex. consil.* 19. *sub n.* 21. *lib.* 3. *Dec. consil.* 181. *n.* 13. & *consil.* 226. *num.* 6. *Aym. consil.* 88. *n.* 3. *Honded. consil.* 78. *n.* 2. *lib.* 1. *Osasch. consil.* 21.
3 *post n.* 20. & repetunt non solum qualitates, sed etiam modum su, expressum *Berò. quæst.* 104. *n.* 7. *Riminald. Jun. cons.* 313. *n.* 22. *lib.* 3. & *consil.* 371.
4 *n.* 60. & 75. *lib.* 4. referunturque in specie ad fideicommissum præcedens, *Dec. consil.* 226. *sub n.* 3. *Paris. consil.* 19. *n.* 66. *lib.* 2. *Cephal. consil.* 153. *sub n.* 18.
5 ad filios, nepotes, & alios supranominatos, *Dec. consil.* 181. *sub n.* 1. & 13. *Decian. consil.* 84. *num* 14.
6 *lib.* 3. ad prohibitionem alienationis, & pœnam impositam contrafacienti, *Paris. dict. consil.* 19. *n.* 74. & 75. *lib.* 2. *Crot. consil.* 13. *n.* 45. & demum ad om-
7 nes qualitates, & circumstantias expressas in præcedentibus substitutionibus, & in alia parte dispositionis, *Dec. dict. consil.* 226. *n.* 3. *Berò. dict. quæst.* 104. *sub n.* 7. *Menoch. dict. consil.* 144. *n.* 14. *lib.* 2. *Decian. consil.* 101. *n.* 18. *lib.* 2. ubi ex ejusmodi dictionibus determinat repetitum prælegatum scutorum 10000. in substitutione, quod in institutione superius fue-
8 rat expressum. Quia ea omnia continentur in termino rescreote, quæ habentur in relato, & quidem verè, & propriè, *Bart. in l. si quis servum §. fin. n. 5. ff. de legat. 2. Bart. & Castr. in l. si ita scripsero ff. de condict. & demonstr. Rip. in l. ait Prætor §. si Judex n. 1. ff. de re jud. Berò. consil.* 110. *n.* 58. *lib.* 2. *Gabriel. consil.* 240. *n.* 2. *consil.* 187. *n.* 13. *lib.* 1. & *consil.* 84. *n.* 4. *lib.* 2.

9 Maximè adjecta clausula *in omnibus, & per omnia*, quæ comprehendit omnem partem præcedentis dispositionis, etiam minimam, scribentes in *l. 1.* ubi in specie *Rip. n. 1 ff. de legat. 1. Ruin. consil.* 54. *n.* 5. *lib.* 3. *Roland. consil.* 60. *n.* 21. *lib.* 1. *Rot. decis.* 2. *n.* 7. *par.* 2. *in novissim. Bursat. consil.* 186. *num.* 69. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 36. *n.* 89. & tanquam 10
universalis, & geminata continet omnes modos, & effectus præcedentes, nullo prorsus excepto *l. à procuratore* ubi *gloss. C. mand. Dec. consil.* 90. *num.* 1. *versic. quartò hoc. Riminald. Jun. consil.* 811. *n.* 16. & 17. *lib.* 7. *Decian. consil.* 5. *n.* 53. *lib.* 1. ut sic divinatio videretur, verba tam ampla ad unum tantum 11
caput referre, nempè ad reservationem ususfructus, ut exadverso prætendebatur *Decian. consil.* 126. *n.* 13. *lib* 3. *Peregrin.* ubi suprà *artic.* 29. *n.* 17. *Riminald. Jun. consil.* 544. *n* 196. *lib.* 5. *Odd. consil* 91. *n.* 61. quantumcumque enim donatio præcedens esset jam perfecta, quo casu repetitio difficilius admittitur, 12
attamen difficultas cessat, ubi agitur de inducenda repetitione favore agnationis *Curt. Jun. consil.* 111. *n.* 12. *consil.* 156. *n.* 7. *Alb. consil.* 234. *n.* 12. *Cephal. consil.* 137. *n.* 40. *Menoch. consil.* 95. *post num.* 94. & *consil.* 97. *num* 117. *Mantic. de conject. lib.* 10. *tit.* 6. *n.* 15. *Ancharan. Jun. quæst.* 53. *per tot. lib.* 2. quæ ratio conservandæ agnationis, cum ita militet in fi- 13
lijs, ac descendentibus fratris consanguinei, sicuti in descendentibus ex utrinque conjuncto, eo etiam facilius videbatur induci posse repetitio præcedentium *Mantic.* ubi suprà *n.* 12. & 13. *Alb. d. cons.* 234. *num.* 12. & ubi etiam pro inducendo fideicommisso 14
agendum fuisset de extensione de persona ad personam, seu de re ad rem, identitas rationis id per se efficere posse videbatur *Gratus consil.* 21. *num.* 32. *lib.* 2. id quod quinque subtilissimis rationibus comprobabat *Clarissimus Dominus Joseph de Rusticis in altero ex consilijs per eum in præsenti causa editis*, neque credendum videbatur Dominum Cardinalem, qui in prima donatione non solum bona, quæ tunc temporis possidebat, fideicommisso subjecit, sed etiam acquirenda, si de hoc fuisset interrogatus, aliter 15
fuisse responsurum, undè hoc etiam pro disposito habendum esse contendebatur, juxtà notata per *Gloss. in l. tale pactum § final. ff. de pact.* & tradita per *Gabriel. consil.* 123. *n.* 31. *lib.* 1. & per *Mant. d. lib.* 10. *tit.* 6. *n.* 15.

Hæc etsi pro fideicommisso non parum urgere viderentur, Domini tamen unanimiter censuerunt possessionem, & bona hæc Cojani, uti non comprehensa in fideicommisso contento in prima parte dictæ donationis anni 1522. ad dictas Illustres sorores libere pertinere, illisque propterea per Oeconomum ad eorum custodiam deputatum, facta clariori eorum liquidatione, relaxanda esse una cum fructibus inde perceptis, & percipiendis, seu illorum valore, sine tamen præjudicio jurium, quæ ad Dominos Puccios spectare possent occasione aliorum bonorum in ipso loco Cojani per Illustriss. Cardinalem Laurentium post dictam donationem acquisitorum, & non aliter.

Moti fuere potissimum Domini, quia pro eisdem 16
Illustribus sororibus stat vulgata juris regula, ut quælibet res in dubio præsumatur libera, & ab omni onere exempta *l. altius C. de servitut. & aqua l. cum ea ff. de servitut. urba. præd. Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 89. maximè fideicommissi, quod uti con- 17
sistens in facto non præsumitur *l. in bello §. capta ff. de captiv. & postlim. reverf.* ideoque fideicommis- 18
sum alleganti incumbit onus illud probandi *l. cohæredi §. cum filia ff. de vulgar. & pupillar. Cardin. Mantic. de conject. lib.* 8. *tit.* 1. *num.* 24. *Peregrin. art.* 1. *n.* 33. 39. & 40. *Honded. consil.* 49. *n.* 72. *lib.* 2. suf- 19
ficit enim excipienti si objiciat, *substitutio hoc casu non loquitur Oldrad. consil.* 21. *Bart. in l. Titia Textores n.* 21. *ff. de legat.* 2. *Bald. Salic. & DD. in l. fin.*

C. de reb. cred. Socin. consil. 62. n. 4. ad fin. lib. 3. Roland. consil. 23. n. 1. lib. 4. Gabriel. consil. 127. n. 7. lib. 2. Menoch. consil. 85. n. 87. lib. 1. consil. 211. n. 30. lib. 3. & præsumpt. 67. lib. 4. nec sufficit tacita in-
20 tentio disponentis, nisi certo modo disponat *Aymon consil. 161. n. 6. cum seqq. Mantic. lib. 5. tit. 1. n. 18. Peregrin. consil. 11. num. 37. Honded. consil. 25. n. 22. consil. 56. n. 6. lib. 2.*

21 Et licet ab hac præsumptione recedatur etiam ex
conjecturis, si de voluntate constet *l. in conditionibus primum locum. l. semper in conditionibus. l. cum avus ff. de condit. & demonstr. Mantic. dict. lib. 8. tit. 1. ante n. 25. versic. sed tamen: Rot. decis. 640. n. 15. part. 1. in novissimis*, in proposito tamen dictum fuit, tales colligi non posse conjecturas, ex quibus concludi possit mentem Illustriss. Cardinalis Laurentij fuisse bona hæc gravandi onere fideicommissi ad favorem linearum, tam D. Roberti postea Cardinalis, quam D. Petri ejus fratrum consanguineorum; licet forte dubitari posset, prout nonnulli ex Dominis considerabant, an saltem respectu descendentium masculorum D. Alexandri inductum censeretur ex clausula illa *pro illis, & cujuslibet eorum descendentibus, &c.* circa quod tamen nil fuit resolutum, cum non esset præsentis speculationis.

Supposito igitur dubio respectu lineæ dicti D. Roberti Cardinalis, qui præcisè est casus noster, pro comperto habitum fuit instrumentum donationis, licet esset unicum, duas tamen principales donationes complecti, primam bonorum Casignani cum alijs supra expressis, secundam verò bonorum Cojani, quæ sane donationes, sicuti bonorum, ita & personarum, & conditionum, sive onerum diversitatem continent.

Prima enim quoad personas diversa est, quia facta filijs Alexandri, & Joanni Paulo ejus ex filio nepoti, eorumque descendentibus masculis legitimis, & naturalibus pro una tertia parte, pro alia tertia filijs, ac descendentibus D. Roberti postea Cardinalis, & pro alia tertia filijs, & descendentibus masculis dicti Domini quondam Petri, quibus omnibus deficientibus, novissimo loco vocati etiam fuere proximiores de domo, & familia Puccia masculi legitimi, & naturales ex linea masculina nasci turi, additâque clausulâ: *quia voluit ea semper esse, & esse debere penes illos de familia de Puccis masculos legitimos, & naturales ordine successiva tunc extantes*. Secunda verò fuit facta filijs masculis dicti Alexandri, & Joanni Paulo ejus nepoti, eorumque descendentibus legitimis, & naturalibus masculis, Notario, prout suprà, pro eis recipiente, stipulante, & acceptante.

Bonorum autem diversitas patens est; quia in prima donatione disponitur dumtaxat de bonis Casignani, Castrinovi, Castri Oliveri, & de quibusdam livellis; in secunda verò de bonis positis in communi, & confinibus Cojani, prout latè describuntur in versic. *Item quia dictus Illustriss. donator solvit certam pecuniarum quantitatem, &c.*

Diversitas pariter conditionum, & onerum patet, quia prima facta est cum reservatione ususfructus omnium bonorum in ea contentorum ad vitam D. Cardinalis, excepto tamen usufructu bonorum Casignani, qui donatus fuit Alexandro cum onere manutenendi Hospitale construendum propè Granajolum, cum particulari prohibitione filijs DD Roberti, & Petri, ne respectu dotium molestiam inferre possent filijs, ac nepotibus D. Alexandri in bonis Oliveti, & ut dictum est, cum perpetuo fideicommisso, nedum ad favorem dictarum trium linearum; sed etiam proximiorum de familia; secunda autem donatio fuit facta cum absoluta reservatione usus-fructus durante vita D. Donatoris; & cum hoc; quod secundi Donatarij non possent quicquam prætendere à filijs DD. Roberti, & Petri respectu bonorum emphyteuticorum in prima donatione comprehensorum; de filijs verò, ac descendentibus DD. Roberti, & Petri, & longè minùs de proximioribus de familia in perpetuum vocatis ad ejusmodi bona in secunda donatione ne verbum quidem.

Hac stante, & bonorum, & personarum, ac one- 22
rum diversitate, dicebatur frustra ex primo fideicommisso inferri ad secundum, juxtà juris regulam in *l. Papinianus exuli ff. de minor. l. cum autem ff. de*
neg. gest. & l. final. ff. de calumniat. maximè cum ver- 23
semur in contractibus, in quibus nihil prorsus subauditur, sed pro omisso habetur quicquid in eis non legitur ad *text.* omnibus notum in *l. quicquid astrin-*
genda ff. de verbor. obligat. Id quod procedere etiam 24
in ultimis voluntatibus ex communi scribit *Alciat. consil. 44. n. 14. lib. 9.* nam nec in ultimis voluntatibus includitur casus contingens præter ordinationem Testatoris, quoad conditiones voluntarias, ut per *Ancharan. consil. 356. n. 3. Dec. consil. 258. n. 11. & consil. 291. n. 7. Aymon. consil. 161. n. 10. Gabriel. consil. 95. n. 17. lib. 2. Natt. consil. 678. n. 16. Hon-*
ded. consil. 49. n. 62. lib. 2. & iniquum esse, præter 25
voluntatem disponentis, subijcere illius bona novis oneribus scribit *Mantic. de conjectur. lib. 3. tit. 19.*
n. 11. inquiens, id nec ad favorem quidem piæ cau- 26
sæ fieri posse.

Nec visum est, subauditionem ejusmodi velari potuisse sub prætextu repetitionis præcedentium substitutionum, siquidem non inspiciendo unicam clau-
sulam illam *in omnibus, & per omnia*, sed instrumen- 27
tum totum, prout sic fieri debere, scribunt *Bald. consil. 136. column. 2. versic. nec debemus lib. 3. & Ang. in l. cum ex filio n. 3. ff. de vulgar. & pupillar.* comperiemus Illustriss. D. Donatorem, postquam disposuit in prima donatione de bonis Casignani, Oliveti, & Castrinovi ad commodum comprehensorum, in ea subjunxisse hæc verba: *Et dictam donationem, & omnia, & singula suprascripta fecit cum infrascriptis reservis, pactis, modis, & conditionibus, &c.* ut infrà latius apparebit.

Ex quibus verbis satis apertè colligitur, ipsum voluisse, ut onus fideicommissi, de quo agitur, inferius appositum censeretur solum respectu bonorum suprascriptorum, hoc est comprehensorum in prima ea donatione, quam adhuc non perfece-
rat; verbum enim *suprascripta* refertur tantum ad 28
præcedentia *Gabriel. consil. 43. n. 5. lib. 1. Decian. consil. 86 n. 24. & 25. lib. 3.* potuisset enim, si aliter intellexisset, dicere, *& prædicta omnia suprascripta, & infrascripta*, non dicit, ergo de subsequentibus non sentit *l. unica §. sin autem ad deficientis C. de caduc. tollend. cap. inter temporalia post med. de translat. Episc. cap. ad audientiam de Decim. Aymon in consil. 261. in secundo dubio n. 8. Menoch. consil. 221. num. 30. & consil. 220. num. 64. lib. 3. Simon de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib. 2. interpret. 3. solut 3. n. 126. cum seqq. fol. 149.* sicuti dum dixit in secunda donatione, *& prædictam donationem fecit, & omnia suprascripta cum infrascriptis modis, & reservis*, si perpetuum fideicommissum ad favorem familiæ inducere voluisset, id verisimiliter expressisset inter reservationes postea factas, non expressit, sed de aliquibus tantum loquutus est, ergo de ulteriori fideicommisso non sensit juribus, & auctoritatibus prædictis; & certè si de levioribus, prout erat reservatio ususfructus [quæ fortè poterat etiam comprehendi sub clausulis antecedentibus] non semel loquutus est in specie, cur non idem fecisset de fideicommisso, si illud inducere voluisset? Ne-
glecta utique videntur, quæ speciali nota digna 29
sunt, nisi exprimantur, inquit *text. in l. item apud*
Labeo-

Labeonem §. ait Prætor ff. de injur. cum concord.
de quibus per Alexand. consil. 135. n. 4. lib. 2. & per
Crot. consil. 35. n. 6. lib. 1.
Quinimò cum in prima donatione ultrà reserva-
tionem usufructus appositæ fuerint tot vocationes,
substitutiones, prohibitiones, causæ prohibitionum,
& hujusmodi, & in secunda de sola usufructus re-
30 servatione facta fuerit mentio, hæc sola qualitas re-
petita, quoad alias omnem repetitionis præsumptio-
nem tollit Mantic. de conject. post alios lib. 10. tit. 6.
n. 30. Riminald. Jun. consil. 112. n. 60. 61. lib. 2. Surd.
consil. 200. n. 23. quamvis ergo magna sit vis clausu-
læ illius in omnibus, & per omnia ut suprà, atta-
men cum regatur à verbis præcedentibus, dum di-
ctum fuit, totum dictum creditum, & omnia bona præ-
dicta, & alia quæcumque, si quæ sunt ultra donata po-
sita in dicto Communi Cojani, salva donatione suprascri-
pta, cum omnibus, & singulis eorum juribus, cum re-
servatione usufructus omnium dictorum bonorum, &
jurium durante vita ipsius donatoris, in omnibus, &
per omnia ut suprà, ex titulo donationis inter vivos
dedit, & donavit, &c. unanimiter dicebatur clausu-
lam in omnibus, & per omnia ut supra, non posse
juridice ad aliud referri, quam ad reservationem
usufructus in prima donatione pariter factum, ver-
31 ba enim semper ad proximiora referenda sunt Gloss.
in l. si idem cum eodem ff. de jurisdict. omn. Judic.
Silvan. consil. 49. n. 21. Rot. decis. 8. n. 11. part. 2. in
noviss. & clausula apposita ad unum capitulum, il-
32 lud tantum qualificat Bald. in l. fin. ff. de reb. dub.
Decian. consil. 44. n. 42. lib. 3. Peregrin. de fideicom-
33 miss. artic. 16. num. 45. & num. 103. Quod vel maximè
procedit hoc in casu, ex quo hæc clausula venit
consecutive, & continuative ad reservationem im-
mediate præcedentem, consequenterque ad hoc
dumtaxat caput restringitur l. filius familias in prin-
cip. ff. quando dies legati cedat. Bart. in l. fin. ver-
sic. si enim illa clausula ff. de reb. dub. Bald. in l. 1.
n. 1. C. de legit. hæred. Rot. decis. 666. & 667. n. 2.
part. 1. in noviss.
Et licet multa circa regulas repetitionis, vel re-
lationis ad præcedentia doctè quidem addoceren-
34 tur, attamen cum materia hæc tota pendeat à ve-
risimili mente disponentis, & ubi res non est pror-
sus clara, præsumptio repetitionis cesset, ut per
Mantic. dict. lib. 10. tit. 6. num. 15. Decian. consil. 9.
n. 17. lib. 3. Peregrin. dict. artic. 16. num. 53. prout
contrarijs conjecturis excluditur Ossasch. decis. 52.
n. 15. Riminald. Jun. consil. 112. n. 48. Peregrin. dict.
artic. 16. n. 38. & n. 53. Domini verissimam existi-
mantes doctrinam Bald. in consil. 153. lib. 1. quem
in specie referunt, & sequuntur Menoch. præsumpt. 180.
35 n. 4. lib. 4. Riminald. Jun. consil. 544. n. 96. lib. 5. &
Peregrin. dict. artic. 16. n. 12. nempè, ut omnis ta-
cita repetitio inducatur ex tribus causis, vel ratio-
ne conjunctionis, & connexitatis, vel ratione ver-
bi regentis, & determinantis totam orationem, vel
per rationis identitatem, nulla ex ijs in proposito
concurrente, frustrà ex antedicta clausula censue-
runt agi de fideicommisso repetendo; non concur-
rit enim connexitas dispositionis, quia versamur in
dispositionibus separatis, in diversis rebus, in di-
sis personis; non concurrit ratio verbi totam ora-
tionem determinantis, quia sumus in orationibus
perfectis, & quæ peculiariter reguntur à suis ver-
bis; non identitas rationis, quia in D. Alexandro
fratre utrinque conjuncto Illustriss. Donatori, dum
alij erant tantum consanguinei, militabat duplex
vinculum, sicque major occasio fraternæ dilectio-
nis, & charitatis, ut propterea contra regulas ju-
ris non fuerit eodem tempore facienda repetitio
36 de persona ad personam, de re ad rem, & de casu
ad casum, supplendo non unicam qualitatem præce-
dentis dispositionis, sed quamplures clausulas inte-
gras, juxtà tradita per Menoch. post alios consil. 327.
n. 38. lib. 4. de persona enim ad personam in mate-
ria fideicommissaria, quæ stricti juris est, regulari-
ter non fit extensio, etiam si aliter sublata signifi-
catione contineretur, & ideo fideicommissum in-
junctum filijs non porrigitur ad nepotes l. quid si
nepotes ff. de testament. tutel. §. fin. inst. qui testa. tut.
dar. poss. Bartol. in l. liberorum sub n. 3 ff. de verbor.
signific. Castrens. consil. 97. & consil. 131. n. 2. lib. 2.
Dec. consil. 218. num. 12. & consil. 287. col. 1. & 2.
Menoch. consil. 117. num. 45. & 46. lib. 2. Natt. con-
sil. 191. n. 10. latè Peregrin. artic. 1. n. 27. prout,
nec quando agitur de diversis rebus Riminald. Jun. 37
consil. 112. n. 39. Menoch. dict. præsumpt. 180. n 13.
lib. 4. Decian. loquens in diversitate personarum, &
rerum, & in diverso modo succedendi consil. 34.
n. 112. lib. 3. & denique nec de casu ad casum, ut 38
per Angel. consil. 51. & consil. 93 n. 5. Roman. con-
sil. 131. antè n. 2. Alex. consil. 188. n. 2. lib. 2. cum
alijs per Alciat. consil. 44. n. 14. lib. 9. & Peregrin.
dict. artic. 1. num. 36. maximè in capitulis separatis 39
Bald. consil. 58. sub n. 2. lib. 2. Jason. qui de com-
muni in l. in repetendis sub num. 50. ff. de legat. 3.
Menoch. consil. 117. n. 42. lib. 2. consil. 500. num. 8.
lib. 5. & consil. 585. n. 7. lib. 6. Peregrin. artic. 16.
n. 98. & in fideicommissu particulari, quod longè 40
minus favorabile est, quam universale Bald. in auth.
ex causa n. 34. C. de liber. præterit. Alciat. dict. con-
sil. 44. ante n. 25. lib. 9. Mantic. de conjectur. ultim.
volunt. lib. 7. tit. 3. in princip. & inducto per viam
contractus, in quo difficilior semper est repetitio, 41
vel extensio, quam per viam ultimæ voluntatis So-
cin Jun. consil. 142. n. 25. 30. & 31. lib. 1. Berò. con-
sil. 120. n. 73. lib. 2. Menoch. consil. 86. n. 52. con-
sil. 183. n. 22. & n. 29. & consil. 222. n. 82. Riminald.
Jun. consil. 112. n. 40.
Et ubi diceretur Alexandrum, ejusque descen-
dentes fuisse in utraque donatione honoratos, di-
versis tamen respectibus haberi deberent tanquam
personæ diversæ, ut patet ex Decian. dict. consil. 34.
n. 112. lib. 3. & ex successione filio delata, qui li- 42
cet sit semper idem filius, diversimode tamen pa-
tri succedere potest, & primo quidem per unde li-
beri, secundo per unde legitimi, tertio per unde co-
gnati l. 1. §. sed videndum ff. de success. edic. quini-
mò ubi etiam daretur identitas personarum, & re-
rum (quod in proposito, respectu rerum est pror-
sus impossibile) qualitas tamen expressa in una par-
te instrumenti, non censeretur repetita in alia Rimi- 43
nald. sen. consil. 152. n. 19. lib. 1. Paris. consil. 38.
n. 25. consil. 87. n. 47. & 48. & consil. 95. n. 31. lib. 2.
Riminald. Jun. loquens in duabus donationibus eo-
dem tempore factis dict. consil. 112. n. 38. lib. 2. fa-
ciunt latè tradita per Peregrin. dict. artic. 16. n. 11.
præsertim cum non eadem ratio militet in utroque 44
casu Menoch. dict. consil. 220. n. 80. lib. 3. Peregrin.
dict. artic. 16. n. 38.
Alexander enim, tanquam utrinque conjunctus
Illustriss. Donatori, ab intestato in omnibus fuisset
successurus, exclusis prorsus Dominis Roberto, & 45
Petro ex uno tantum latere conjunctis Auth. post
fratres C. de legitim. hæred. undè nil mirum si respe-
ctu bonorum Cojani magis dilectus fuit, & magis
honoratus, quasi id factum dici debet in compen-
satione injuriæ sibi quodammodo illatæ ex vocatio-
ne consanguineorum tantum in ejus concursu ad bo-
na in prima donatione contenta, ut in similibus ter-
minis considerat Decian. consil. 10. n. 8. & 9. lib. 2.
ubi enim apparet major causa dilectionis, ibi cessat
repetitio, idem Decian. dict. consil. 34. n. 70. cum duo- 46
bus seqq. & n. 86. & 112. lib. 3. neque enim est cur
desumamus rationem secundi hujus fideicommissi ex
præ-

prætenso favore agnationis conservandæ, prout in
hoc multum elaborabat Consultiss. *D. Rusticus* siqui-
dem non tam favor agnationis, quam amor erga
fratrem utrinque conjunctum, & nominatos in se-
cunda donatione fuit in causa, ut Donator usus fue-
rit hac distinctione in bonorum donatorum distri-
butione; quinimò supposita etiam aliqua inclinatio-
ne ad favorem agnationis, tritum est tamen favo-
rem agnationis non egredi terminos per Testatorem
47 expressos *Alex. consil. 59. n. 21. lib. 3. & consil. 139.
n. 3. lib. 6. Socin. Jun. consil. 13. n. 34. lib. 3. Man-
tic. de conject. ultim. volunt. lib. 6. tit. 15. n. 6. &
lib. 7. tit. 1. sub n. 46.* amplè *Peregrin. artic. 29. n. 39.*
48 quemadmodum nec prohibitio alienationis egredi-
tur bona, vel personas alienare prohibitas *Alex. d.
consil. 139. n. 5. Cephal. consil. 57. n. 18. Gabriel. con-
sil. 97. n. 7. lib. 1. & consil. 88. n. 7. lib. 2. Honded. con-
sil. 57. n. 62. lib. 1.*

Confert optimum simile, de quo per *Peregrin.
artic. 7. n. 63. & 65.* firmantem fideicommissum fa-
49 vore agnationis in prima parte testamenti factum,
non extendi ad bona uni ex hæredibus instituris in
alia parte ejusdem testamenti prælegata; cum ita-
que, & substitutiones, & prohibitiones ad favorem
agnationis factæ in prima donatione, fuerint restri-
ctæ ad bona in eâ expressa, ut clare præseferunt
verba illa *dicta*, & *supradicta bona* non semel in eâ
repetita, de quorum natura est restringere dispo-
50 sitionem ad ea dumtaxat, ad quæ dictiones ipsæ re-
feruntur *Corn. consil. 9. n. 6. lib. 1. Dec. consil. 217.
n. 9. versic. & ista conclusio. Paris. consil. 86. num. 36.
lib. 2. Silvan. consil. 49. n. 21. Roland. consil. 34. n. 31.
lib. 4. Menoch consil. 86. n. 41. & Rot decis. 49. n. 3.
part. 1. in noviss.* consequens est etiam, ut favor
agnationis expressus circa dispositionem ipsorum bo-
norum, ad ea tantum, & non ad omnia referatur,
51 sicque cessat omnis prorsus extensio, juxtà tradita per
*Socin. Jun. consil. 4. num. 10. versic. & per hoc lib. 3.
Menoch. dict. consil 86. n. 93. Bursatt. consil. 13. n. 3.
Surd. consil. 96. n. 40. & Peregrin. artic. 11. n. 55.*

Quibus sic se habentibus, dicebant Domini non
obstare argumentum desumptum ex vi dictionis *item*
52 *quia*, quæ videtur repetitiva præcedentium, quia imo
dictio *item* regulariter est continuativa *l. item illa ff.
de constit. pecun. l. si quis vinum*, ubi pluries de hac di-
ctione *ff. de tritic. vin. oleoque. lega.* amplè *Rebuff.
in l. Labeo §. item si Dominus col. 3. in princ. ff. de verb.*
53 *signific.* quatenus quandoque fit repetitiva, qualita-
tes tamen præcedentes non repetit, sed actum ver-
bi, ut per *Bart. in dict. l. in repetendis column. 2. ver-
sic. quandoque est identitas personarum ff. de legat. 3.*
latè *Decian. consil. 34. num. 123. lib. 3. Menoch. præ-
54 sumpt. 180. n. 20. lib. 4.* regulariterque, ubi oratio-
nes sunt separatæ, repetitio non admittitur *Bart. in
dict. l. in repetendis*, ibique *Jason* attestans de com-
muni *n. 50. Bald. consil. 58. sub n. 2. lib. 2. Menoch.
consil. 117. num. 47. lib. 2. Riminald. Jun. consil. 112.
num. 35.* prout nec quando fit mutatio rerum, vel
personarum *Bart. consil. 39. num. 1. lib. 1. Paris. con-
sil. 87. n. 40. lib. 3. Menoch. consil. 500. num. 8. & 9.
lib. 5.*

Et quod dicitur de repetitione, procedit e-
tiam in prætensa relatione deducta ex clausula *ut*
55 *supra*, cum ab uno ad aliud teneat argumentum *Ja-
son. in l. talis scriptura n. 40. ff. de legat. 1. & in l.
si ita stipulatus §. Crisogonus n. 35. ff. de verbor. obli-
gat. Riminald. Jun. consil. 112. num. 33. & 34. lib. 2.
Gabriel. consil. 98. n. 21. & 22. lib. 1. Peregrin. ar-
tic. 36. n. 39. & seqq. Menoch, præsumpt. 181. lib. 4.*
ubi *n. 16.* inquit, relationem non fieri ad præceden-
56 tia, ubi ratio suadet, ut ad proximiora tantum re-
feratur, prout supra fuit ostensum clausulam *in
omnibus, & per omnia* referendam esse ad usufru-
ctus reservationem, & *sub n. 17. & 18.* ubi adest di-
versa, vel major ratio [ut pariter diversam hic
subesse suo loco comprobavimus] & ut eadem re- 57
gula servetur in relatione, quæ in repetitione do-
cet *Riminald. Jun. consil. 112. n. 33. & 34. lib. 2.* &
generaliter sicuti impeditur relatio, quando dispo- 58
sitio favorabilis restringeretur, ita è converso im- 59
peditur, quando odiosa [quale est fideicommissum]
extenderetur, prout hanc consequentiam in puncto
facit *Menoch. dict. consil. 120. n. 83. lib. 3.*

Neque hic resistit *consil. 102. Decian. lib. 2.* dum
sub *numer. 18.* voluit prælegatum 50000. floreno- 60
rum, & cujusdam domus, ac prædij, quod fue-
rat expressum in institutione, censeri repetitum in
substitutione virtute relationis desumptæ ex dictio-
ne *ut supra*, quia resolutio illa tota pendet à præ-
dilectione filiæ primogenitæ, cui Testator ea om-
nia in institutione reliquerat, præcipue in concur-
su trium ejus sororum, si masculus non nasceretur,
& quatenus nasceretur, & decederet sine liberis,
tunc ei substituit dictas ejus filias, consuluit *De-
cian.* nato masculo, & mortuo in pupillari æta-
te, prælegatum illud deberi primogenitæ, tum quia
partes datæ in institutione, censentur repetitæ in
substitutione, seu relicta ab instituto censentur
etiam relicta à substituto, tum etiam quia Testator
prædilexit in dictis bonis primogenitam ratione pri-
mogenituræ, & si eam prædilexit in prima institu-
tione facta de filiabus casu, quo non nasceretur
masculus, sed fœmina, quo casu fuissent quinque
filij, immò potuissent esse etiam plures, si plures
filiæ natæ essent, longe magis censetur eam prædi-
lexisse in substitutione post mortem filij nascituri,
tunc enim minus præjudicij inferrebatur alijs filia-
bus, ac demum quia Testator expresse se retulit ad
institutionem, prout hæc omnia latè eo loci dedu-
cit *Decian. à n. 9. usque in fin. consil.* nullum autem
ex ijs concurrit in proposito, cum regulæ deductæ
ab institutione ad substitutionem huic casui adapta-
ri non possint, & argumentum prædilectionis pri-
mogenitæ jure optimo retorquetur, ex quo hic agi-
tur de onerando magis dilectos, nempè D. Alexan-
drum fratrem utrinque conjunctum Illustriss. Do-
nantis, dum in casu *Decian.* agitur de onerando so-
rores ad favorem primogenitæ magis dilectæ, & pro-
pterea totum contrarium fuerit resolvendum, cum
diversæ immo, & contrariæ prorsus vigeant ra-
tiones; sicuti enim contrariorum eadem est disci-
plina *l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur.* sic 61
& diversa ratio reformat pactum inquit *text. in l.
interpositas C. de transact.* diversumque inducit juris
effectum *l. inter stipulantem §. sacram rem versic. sed
hæc dissimilia ff. de verbor. obligat. Alexand. cons. 46.
n. 6. lib. 2. Roland. consil. 25. n. 32. lib. 4.* & ad di-
versam interpretationem cogit *Mantic. de conject. ult.
volunt. lib. 5. tit. 6. n. 20.*

Cessantibus igitur fundamentis, ne dum dictionis
item quia, sed etiam clausulæ *in omnibus, & per om-
nia*, quæ relata ad reservationem usufructus vere
omnimodam præcedentis reservationis adæquationem
operabitur, & in omni ejus parte etiam minimâ,
nempe cum facultate de eo disponendi, percipien-
di, & faciendi voluntatem suam libere, finitâque
ejus vitâ libere consolidetur cum proprietate, &
pertineat cum bonis suprà donatis dictis ejus dona-
tarijs, prout hæc, & alia disertè leguntur in pri-
ma donatione circa hoc caput usufructus, nec ali- 62
ter procedit argumentum ab æquiparatis, nempè
nisi quoad casus, in quibus æquiparatio loquitur
*l. Stichus ff. de manumiss. testam. cap. postquam sca-
licet de electione in 6. gloss. in l. omnes dies ff. de fer.
Geminian. in cap. 1. de tempor. ordinat. in 6.* Prout,
& clausula *ut supra* optimè referri potest ad easdem
pro-

63 provisiones super ipso usufructu in præcedenti dispositione factas juxtà tradita per *Cephal. consil.* 125. *n.* 6. *Decian. consil.* 86. *n.* 24. *&* 25. *lib.* 3. *Peregrin. artic.* 16. *sub num.* 23. meritò pro non repetitione
64 fideicommissi fuit resolutum, prout in dubio etiam fieri debere post *Bald.* & relatos testis est *Rot. decis.* 698. *n.* 18. *part.* 1. *in noviss.* consequenterque, & pro bonorum petitorum relaxatione, facta tamen clariori eorum liquidatione in executione sententiæ; quia etsi adhuc sufficienter non constaret quænam essent bona, quæ prætendebantur acquisita per dictum Cardinalem Laorentium post donationem, nihilominus tamen certum erat inter bona Cojani adesse etiam antiquitos per D. Antonium Seniorem de Puccis, ut mox dicemus, conducta ab Ecclesia Cojani, & ideo ne unà cum liberis dimitterentur etiam emphytheutica, quæ hodie ad D. Robertum Domini Pandulphi in vim sententiæ nostræ in solidum spectant, non nisi opportuna visa est conditio hæc clarioris liquidationis ipsorum bonorum in executione sententiæ.

Alexander Zilocchius Prætor, & Relator.
Horatius Spannocchius.
Dominicus Gualandus.
Pompejus Contarinus.
Aloysius Soltia.
Michael de Lavagna.

A D D I T I O.

ARGUMENTUM.

Latissimè agitur de extensione facienda in substitutionibus, & primo, quod vulgaris non extendatur de persona ad personam, nec de tempore ad tempus, benè tamen de caso ad casum, & plura afferuntur exempla. Secundò de fideicommissaria, quod regulariter non extendatur de casu ad casum, nec de tempore ad tempus; afferuntur tamen plures utriusque regulæ limitationes, & signanter in tempore tacito, ubi iterum de vulgari contenta in pupillari, an ultra pubertatem extendatur.

SUMMARIUM.

1 GEr. Spio. consil. 13. *scribens in causa succubuit.*
2 *Extensio de persona ad personam in Fideicommissis non admittitur.*
3 *Maximè si substitutio sit limitata ad certas personas.*
4 *Limita in parte conditionali, quę sit amplior dispositiva.*
5 *Amplia regulam, ut procedat etiam in substitutione directa, & vulgari, quæ non extenditur de persona ad personam.*
6 *Extenditur tamen de casu ad casum, & ubi plures casus enumerentur remissivè.*
7 *Precipuè si agatur de extendenda vulgari ad casum similem.*
8 *Extenditur de casu unius speciei, puta impotentiæ, ad alium casum ejusdem specie.*
9 *Amplia, ut à casu unius speciei, puta impotentię, extendatur ad casum alterius speciei, voluntatis nempè, & viceversa.*
In favorabilibus tamen, non in pœnalibus, & odiosis, ibidem.
10 *Sic substitutio facta in casu, quo institutus Testatori præmoriatur, extenditur ad casum quo supervivat, & hereditatem repudiet.*
11 *Item substitutio facta, si heres vivo Testatore decesserit, habet locum, si post Testatorem moriatur, sed ante aditionem hereditatis.*
12 *Vulgaris facta in casu impotentię, vel voluntatis, comprehendit omnes alios casus, licet non expressos.*
13 *Amplia, sive agatur de vulgari facta in hereditate universali.*
14 *Quam de illa facta in fideicommissis, & legatis.*
15 *Item amplia, sive versemur in simplici vulgari, sive in vulgari contenta in compendiosa.*
16 *Subamplia, ut extendatur ad omnem casum, in quo vulgaris verificari potest.*
17 *Fideicommissaria de casu ad casum non extenditur.*
18 *Limita concurrente verisimili mente Testatoris, & num.* 20.
19 *Amplia etiam in conditione voluntaria.*
21 *Vel si concurrat identitas rationis.*
22 *Contrarium sentientes referuntur.*
23 *Fideicommissum ordinatum favore Posthumi ex una Uxore, extenditur ad nascentem ex altera, si Testator de certo ventre non intellexit, & quando hoc factum dicatur.*
24 *Item substitutio facta in casu, quo quis filios non suscipiat, extenditur ad omnem casum, quo gravatus sine prole decedat.*
25 *Et specialiter ad casum, quo ille non nubat.*
26 *Item substitutio facta sub conditione, si non nupserit, nec filios susceperit, trahitur ad casum quo nubat, filios suscipiat, qui tamen tempore mortis Testatoris obierint.*
27 *Maximè si Testator consideravit manutentionem, & propagationem familię.*
28 *Fideicommissaria non extenditur de tempore ad tempus.*
29 *Sicuti nec directa.*
30 *Conditio ad certum tempus restricta, extra illud purificari non potest.*
31 *Substitutio si heres intra vigesimum annum decesserit sine liberis, eo obeunte post dictum annum nullis relictis filijs, expirat.*
32 *Pupillaris facta filio si decesserit infra decimum annum, non habet locum si decesserit post decimum, & intra decimum quartum.*
33 *Substitutio Titij, si filius vivo Testatore decedat, eo post mortem Testatoris obeunte expirat.*
Peregrin. de fideicommiss. *laudatur*, ibidem.
34 *Etiamsi adjecta fuerit clausula vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.*
35 *Substitutio extenditur de tempore ad tempus stante verisimili mente Testatoris.*
36 *Primum indicium oritur, si post fideicommissum ad certum tempus restrictum, addita fuerit ratio aliorum temporum comprehensiva.*
37 *Ut in prohibitione alienationis facta usque dum filius pervenerit ad vigesimum quintum annum, addita ratione, ut bona in perpetuum in familia conserventur.*
38 *Substitutio facta usque ad certam ætatem, durat etiam post illam, quando appareat talem fuisse mentem Testatoris.*
39 *Secundum indicium est, si causa finalis, quam habuit Testator, viget in toto tempore.*
40 *Tertium resultat ex ipso tempore, quod incertum sit.*
41 *Quartò, limita in tempore tacito, & sic vulgaris in pupillari non cessat adveniente pubertate.*
42 *Contrà, quod vulgaris tacita in pupillari expressa contenta, finiatur pubertate, non minus ac ipsa pupillaris.*
43 *Declara, ut primo opinio procedat in pupillari simpliciter, & absque ulla temporis præfinitione facta, & exemplifica, ut ibi.*
Altera in pupillari restricta ad tempus pubertatis

tis num. 45. & exemplifica pariter, ut ibi.

44 *Contrarium etiam hoc casu sentientes referuntur.*

46 *Quomodo concilientur remissivè.*

47 *Vulgaris in pupillari non expirat pubertate, si pupillaris protracta sit usque ad vigesimum annum, vel aliud majus tempus ultra pupillarem ętatem.*

48 *Quinta conjectura est, si non facta extensione, fideicommissum suum sortiri non posset effectum, & exemplifica, ut ibi.*

49 *Sextum conjecturam suppeditat favor pię causę.*

50 *Verba* semper, & in infinitum *substitutionem de tempore ad tempus non operantur, & quomodo sint intelligenda.*

51 *Facilior est extensio de casu ad casum, quam de tempore ad tempus, & de ratione disparitatis.*

1 SCripsit super articulo præsentis decisionis *Ger. Spin. consil.* 13. *n.* 5. *& seqq.* & succubuit.

Ad num. 14. 36. *& seqq.*

Extensio de persona ad personam in fideicommis-
2 sis non admittitur, ut per *text. in l. si quis ita §. penult. ff. de testament. tutel.* observat *Gloss. in l. Titius verb. oportere ff. de liber. & posthum. Merlin. Pignatell. controv.* 72. *n.* 10. *&* 15. *cent.* 1. *Castald. consult.* 155. *num.* 1. *fol.* 20. *tom.* 2. *Torr. variar. tom.* 1. *tit.* 1. *quęst.* 14 *n.* 28. *fol.* 79. *& tit.* 2. *quęst.* 32. *n.* 1. *& quęst.* 43. *n.* 7. *&* 9. *fol.* 328. *& tom.* 2. *Miscellan. part.* 1. *tit.* 12. *quęst.* 29. *n.* 63. *fol.* 349. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 19. *n.* 8. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 1. *n.* 27. *&* 30. *Menoch. de pręsumpt. lib.* 4 *prasumpt.* 73. *n.* 3. *Intrigliol. de substit. cent.* 3. *quęst.* 76. *n.* 8. plenissimè *Fusar.* qui plores casus, & declarationes adducit, *de substitut quæst.* 458. *num.* 1. *& seqq. & per tot. Bersan. de ultim. volunt. cap.* 1. *quæst.* 5. *num.* 10. *Surd. decis.* 85. *n.* 2. *& decis.* 319. *n.* 2. *Cavalcan. decis.* 81. *n.* 14. *& decis.* 93. *num.* 33. *part.* 3 *Rot. Florent. apud Accaris. decis.* 38. *n.* 12. *&* 13. *Rot. Rom. coram Merlin. decis.* 263. *n.* 2. *Gregor. decis.* 493. *n.* 13. *post de Luc. de fideicommiss. in Mantiss. decis.* 43. *n.* 12. *in Romana Fideicommissi de Goris* 9. *Maij* 1701. *§. & quidem coram Ansaldo. in Romana, seu Reatina Fideicommissi de Vincentinis* 6. *Februarij* 1702. *in princip. coram Eminentiss. D. meo Card. Scotto. in Camerinen. Fideicommissi* 20. *Junij* 1707. *§. iterum coram Omanna.* plores relati *in Romana Salviani* 14. *Maij* 1723. *§. cogitavit coram Eminentiss. D. meo Cardin. Falconeria.*

Maximè si substitutio sit limitata ad certas per-
3 sonas, nam tunc eo minus ad alias potest extendi, ut pluribus Doctoribus, & Rotæ decisionibus relatis *Samiatat. controv.* 125. *n.* 64. *&* 65. ubi ampliat. *Pignatell. dict. controv.* 72. *n.* 10. *cent.* 1. & ibi *Scoppa n.* 15. *Rot. apud Torr. variar. lib.* 1. *tit.* 2. *decis.* 14. *n.* 17. *fol.* 476. *& in dict. Romana de Vincentinis §. hinc Domini.*

Quod tamen limitatur, si pars conditionalis sobstitutionis esset amplior, quo casu extenderetur ad
4 novas personas in dispositione non comprehensas *Rot. post de Luc. de fideicommiss. in Mantis. decis.* 2. *n.* 6. *decis.* 26. *n.* 9. *&* 10. *& seqq. & decis.* 27. *n.* 4.

Supradictaque regula in fideicommissis recepta procedit etiam in substitutione directa, & vulgari,
5 quam de persona ad personam non extendi firmant *Odd. consil.* 12. *n.* 31. *Honded. consil.* 31. *n.* 65. *lib.* 2. *Intrigliol. de substit. cent.* 1. *quęst.* 17. *n.* 43. plenissimè *Fusar. de substit. quęst.* 32. *n.* 1. *& per tot.* ubi limitationes, & declarationes adducit.

Quamvis substitutio directa extendatur de casu
6 ad casum, ut tradunt *Gabriel consil.* 93. *n.* 3. *& consil.* 104. *n.* 2. *lib.* 1. *Altograd. consil.* 76. *num.* 26. ubi plures citat *lib.* 1. *Menoch. consil.* 243. *num.* 1. *consil.* 432. ubi plenissimè, *& consil.* 621. ubi plures casus extensionis infert, quod pariter facit in *tract. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 63. *Intrigliol. de substit. cent.* 1. *quæst.* 17. *Fusar. de substit. quæst.* 31. *n.* 1. *& per tot.* ubi latissimè. *Rot. coram Gregor. decis.* 338. *sub n.* 3.

Præcipuè si agatur de extendenda sobstitutione
vulgari facta in uno casu ad alium casum similem 7
Venturin. consil. 46. *num.* 14. *tom.* 2. *Fusar. de substit. quæst.* 31. *n.* 1. *& seqq.*

Quod locum habet, nedum quando agitur de extendenda substitutione de casu unius speciei, puta
impotentiæ, ad alium casum ejusdem speciei *Decian.* 8
consil. 1. *n.* 98. *versic. ex pręmissis lib.* 1. *Venturin. citat. consil.* 46. *sub num.* 14. *tom.* 2. *Torr. variar. Jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 41. *n.* 69. *fol.* 521. *Tabor tract. vol.* 1. *de substit. respons.* 5. *n.* 13. *fol.* 874. *Senat. Mantuan. post Balducc. ad Ramon. decis.* 104. *n.* 41. *tom.* 4. repetita *apud Mans. consult.* 777. *sub n.* 17.

Verumetiam si ageretur de extendenda substitutione de casu unius speciei, puta impotentiæ, ad ca-
sum alterius speciei, voluntatis nempè, & vicever- 9
sa *Paris. consil.* 19. *num.* 174. *lib.* 2. *Surd. consil.* 236. *n.* 23. 23. 27. *&* 36. *Altograd.* in Causa hujus Dominij *consil.* 76. *n.* 13. *lib.* 1. *& n.* 24. *& seqq. & sub n.* 41. *versic. respondetur secundo*, ubi quod hoc procedit in savorabilibus, non in pœnalibus, & odiosis *Venturin. dict. consil.* 46. *n.* 14. *tom.* 2. *Intrigliol. de substit. cent.* 1. *quæst.* 17. *n.* 9. *Tabor tract. vol.* 1. *de substit. dict. respons.* 3. *n.* 15. *Bossilier. de successi. dict. theorem.* 72. *n.* 13. *Torr. variar. Jur. quæst. tom.* 1. *dict. quæst.* 41. *n.* 69. *fol.* 321. *Rot. Januen. apud Palm. Nep. dict. decis.* 438. *n.* 18. *Senat. Mantuan. post Balducc. ad Ramon. dict. decis.* 104. *n.* 42. *tom.* 4. repetita apud *Mans. consult.* 777. *sub n.* 17.

Undè substitutio vulgaris facta sub conditione, si institutus Testatori pręmoriatur, comprehendit etiam
casum, in quo institutus sopervivat, & hęredita- 12
tem repudiet *Mans. consult.* 721. *n.* 1. *& consult.* 775. *n.* 12. *Bonden. collect.* 41. *n.* 12. *lib.* 2. *Rot. Florent. infrà decis.* 38. *per tot. & decis.* 39. *n.* 1. *& seqq.*

Sobstitutio facta caso, quo hęres vivo Testatore decesserit, habet locum, si filius hæres moriatur post
patrem ante aditam hæreditatem, nam fit locus vul- 11
gari *Socin. Jun. consil.* 114. *n.* 27. *lib.* 1. *Menoch. con-
sil.* 621. *in princip. & consil.* 1062. *n.* 16. *versic. &* 12
specie, & num. seqq. Altograd. consil. 76. *num.* 28. *&* 78. *lib.* 1. *Fusar. de substit. dict. quæst.* 31. *n.* 1. *in fin. & n.* 3. *&* 17. *Rot. Florent. apud Magon. decis.* 4. *in fin.*

Substitutio vulgaris facta in casu impotentiæ, vel
noluntatis, comprehendit omnes alios casus, licet non 13
expressos *Rot. Florent. infrà dict. decis.* 38. *num.* 10. *& seqq. & n* 26. ubi latè de materia.

Talisque extensio in volgari de casu ad casum
procedit, tam in vulgari facta in hæreditate univer- 15
sali *Venturin. dict. consil.* 46. *n.* 15. *tom.* 2.

Quam si vulgaris in fideicommissis, & legatis fa- 14
cta sit *Decian. dict. consil.* 1. *num.* 78. *& plurib seqq. lib.* 1. *Venturin. cit. consil.* 46. *n.* 15. *tom.* 2. *Altograd. dict. consil.* 76. *num.* 33. *lib.* 1. *Fusar. de substitut. dict. quæst.* 31. *n.* 15. *Rot. Januen. apud Palm. Nep.* citata *decis.* 438. *n.* 18.

Et substitutus vulgaris admittitur, sive versemur in simplici vulgari substitutione, sive etiam in vul-
gari contenta in compendiosa, in qua extensionem 15
fieri de casu ad casum firmant *Decian. dict. consil.* 1. *n.* 98. *lib.* 1. *Altograd. dict. consil.* 76. *n.* 32. *lib.* 1. *Venturin.* sæpeallegato *consil.* 46. *sub n.* 15. *versic. & procedit, & n.* 18. *tom.* 2. *Rodulphin. alleg.* 71. *n.* 20. *& seqq. dict. alleg.* 72. *n.* 18. *& alleg.* 116. *num.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 63. *num.* 23.

Fusar.

Fuſar. de ſubſtit. citata *quaſt.* 31. *n.* 14. *Senat. Man-*
tuan. poſt Baldacc. ad Ramon. deciſ. 104. *n.* 64. *tom.* 4.
16 ubi quod extenditur ad omnem caſum, in qoo vul-
garis verificari poteſt, repetita apud *Manſ. conſult.* 777.
n. 23. *&* 24. *tom.* 8.
Hæc quæ hoc uſqoe dicta ſunt de extendenda
ſubſtitutione vulgari de uno ad alium caſum, non
17 procedunt in ſubſtitutione fideicommiſſaria, in qua
recepta eſt regula, quod de caſo ad caſum non ex-
tenditor, ut firmatur in hac noſtra *deciſ. num.* 38.
& ſeqq. & ultra ibidem relatos tradunt *Fuſar. de*
ſubſtit. quaſt. 460. *n.* 1. *& ſeqq. & per tot. Intrigliol.*
de ſubſtitut. cent. 3. *quaſt.* 76. *n.* 2. *Gall. de exception.*
tit. 4. *exception.* 24. *n.* 10. *part.* 2. *Simon de Prę. de*
interpret. ultim. volunt. fol. 150. *n.* 137. *& ſeqq. &*
fol. 168. *n.* 116. *Tabor tract. vol.* 1. *de ſubſtit. cap.* 3.
n. 25. *fol.* 839. *Paulut. diſſert.* 91. *n.* 89. *&* 90. *Torr.*
variar. Jur. quaſt. tom. 1. *tit.* 2. *queſt.* 8. *n.* 6. *fol.* 243.
queſt. 32. *n.* 2. *& queſt.* 41. *n.* 29. *fol.* 518. *Berſan.*
de ultim. volunt. cap. 1. *queſt.* 16. *n.* 7. *Milanen. deciſ.*
Sicil. 1. *n.* 142. *lib.* 1. *Cavalcan. deciſ. Fivizan. par.* 3.
deciſ. 81. *num.* 14. *in fin. & deciſ.* 95. *n.* 45. *& ſeqq.*
Raudenſ. deciſ. Piſan. 28. *num.* 123. *Surd. deciſ.* 228.
n. 6. *Rot. Florent. apud Magon. deciſ.* 134. *n.* 1.
Verom tamen eſt, qood io quacumque ſubſtitu-
tione verſemur, in qua locus non eſt extenſioni,
vel de perſona ad perſonam, vel de caſu ad caſum,
18 illi locus eſſet quoties concurreret veriſimilis mens
Teſtatoris id ſuadens, in ſpecie *Cravett. conſil.* 155.
n. 7. *Pariſ. conſil.* 92. *n.* 42. *& ſeqq. lib.* 1. *conſil.* 50.
n. 55. *&* 60. *lib.* 2. *Peregrin. conſil.* 49. *n.* 99. *lib.* 1.
Venturin. conſil. 46. *n.* 6. *tom.* 2. ubi quod hoc proce-
19 dit etiam in conditione voluntaria. *Ciarlin. contr.* 11.
ſub n. 37. *Epiſcop. Rocc. diſput.* 25. *n.* 41. ubi plures
referuntur. *Manſ. conſult.* 775. *num.* 12. *tom.* 8. *&*
conſult. 60. *n.* 162. *&* 163. *tom.* 9. *Mantic. de conject.*
ultim. volunt. lib. 3. *tit.* 19. *num.* 9. *& lib.* 8. *tit.* 2.
num. 20. *Fuſar. de ſubſtit. dict. queſt.* 458. *num.* 6. *&*
queſt. 460. *n.* 4. 6. *&* 7. *Tabor tract. vol.* 1. *de ſubſtit.*
cap. 2. *n.* 25. *fol.* 839. *& reſponſ.* 5. *num.* 8. *fol.* 874.
Senat. Mantuan. apud Surd. deciſ. 228. *n.* 6. *&* 14. *&*
poſt Balduce. ad Ramon. dict. deciſ. 104. *n.* 19. *& ſeqq.*
& n. 47. *& ſeqq. tom.* 4. & in eadem cauſa ſcribens
Bonden. Miſcell. Juridic. dict. docum. 83. *n* 49. *& ſeqq.*
& n. 58. *Rot. Florent. apud Magon. deciſ.* 37. *n.* 41.
& ſuprà *deciſ.* 5. *n.* 5. *&* 6. *Rot. Rom. in recent. dict.*
deciſ. 12. *n.* 12. *& ſeqq. part.* 10. obi plures indivi-
duales auctoritates refert, ſubdens hoc procedere ne-
20 dum in ſubſtitutione directa, ſed etiam in fideicom-
miſſaria, idemque repetit coram *Bich. deciſ.* 480.
n. 14. *poſt de Luc. de fideicommiſſ. in Mantiſſ. dict. de-*
ciſ. 45. *n.* 12. *coram Coccin. deciſ.* 2181. *n.* 2. *& ſeqq.*
poſt tom. 1. *collact. Bonden. deciſ.* 21. *n.* 21.
21 Vel identitas rationis *Altograd. dict. conſil.* 76. *ſub*
n. 27. *lib.* 1. *& n.* 66. *Manſ. dict. conſult.* 775. *n.* 12.
tom. 8. *& conſult.* 60. *n.* 159. *& ſeqq. tom.* 9. *Bonden. Mi-*
ſcell. Juridic. docum. 83. *n.* 27. 36. *& ſeqq. De Alex.*
ad conſult. Capyc. Latr. obſerv. 76. *n.* 17. *&* 19. *Torr.*
variar. tom. 1. *tit.* 2. *quaſt.* 41. *n.* 27. *fol.* 518. *Pic-*
chard. Inſtit. de pupill. ſubſtit. lib. 2. *tit.* 15. *n.* 12.
& dicitur hic in *deciſ. num.* 14. & ſuprà *deciſ.* 15.
n. 40. *Rot. Rom. coram Coccin. dict. deciſ.* 1281. *n.* 2.
& ſeqq.
Quamvis contrarium, quod non fiat extenſio ul-
tra perſonas in teſtamento expreſſas, etiamſi concur-
22 rat identitas, ſeù majoritas rationis, dixerit *Dec.*
conſil. 218. *n.* 11. *Balduce. ad Ramon. conſil.* 61. *ſub*
n. 74. *Peregrin. de fideicommiſſ. artic.* 11. *n.* 47. *Me-*
noch. de preſumpt. lib. 4. *preſumpt.* 185. *n.* 5. *Manſ.*
conſult. 774. *n.* 24. *Rot. Rom. poſt de Luc. de fideicom-*
miſſ. in Mantiſſ. deciſ. 7. *n.* 6.
Ac propterea in fideicommiſſo ordinato favore
poſthumi ex una Uxore, quod ad illud ſuccedere
debeat poſthumus ex altera Uxore, quando Teſta-
tor de certo ventre, ſeu poſthumo taxativè non
intellexit, ſed nulla facta ſpecificatione certæ Uxo- 23
ris, deſumitur illam demonſtrativè nominaſſe, ut per
text. in l. placet, & ſeqq. ff. de liber. & poſthum. ple-
nè examinata materia *de Luc. de fideicommiſ. diſc.* 116.
& in Summa num. 210. *Fuſar. de ſubſtitut. queſt.* 64.
n. 66. *& ſeqq. de Alexio ad conſult. Capyc. Latr. ob-*
ſerv. 76. *n.* 20.
Subſtitutio facta ſub conditione, quod quis filios
non ſuſciperet, extenditur ad omnem caſum, in quo 24
gravatus ſine prole decedat, cum in omnibus ea-
dem militet ratio *Bonden. Miſcell. Juridic. dict. do-*
cum. 83. *n.* 36. *Rot. Rom. poſt de Luc. de fideicommiſ.*
deciſ. 76. *n.* 2. *deciſ.* 77. *n.* 4. *& ſeqq. deciſ.* 78. *n.* 2.
& ſeqq.
Et ſpecialiter ad caſum, quo talis perſona non 25
nubat *Bonden. Miſcell. Juridic. citat. docum.* 83. *n.* 36.
Rot. poſt de Luc. de fideicommiſ. dict. deciſ. 76. *n.* 3. 5.
& 9. *dict. deciſ.* 77. *n.* 4. *& ſeqq. & deciſ.* 78. *n.* 2.
& ſeqq.
Subſtitutus ſub conditione, ſi aliquis Uxorem non
duxerit, & filios non ſuſceperit, admittitur, etiamſi
hæres Uxorem duxerit, & filios ſuſceperit, qui 26
tempore mortis Teſtatoris obierint *Emanuel Coſta in*
cap. ſi pater part. 1. *verb. ſi abſque liberis n.* 19. *de*
teſtament. in 6. *Rodulphin. alleg.* 125. *n.* 12. *Fuſar. de*
ſubſtitut. queſt. 414. *n.* 3. ubi auctoritates hinc inde
adducit.
Maximè ſi Teſtator conſideravit manutentionem,
& propagationem familiæ, qood præceptum adim- 27
pleri non poteſt à filijs, qui vivo patre deceſſerunt
Rodulphin. dict. alleg. 125. *ſub n.* 12. *verſic. precipuè.*
Subſtitutio pariter certo tempore facta, ad aliud
tempus trahi, & extendi non poteſt, ſivè verſemur 28
in ſubſtitutione fideicommiſſaria *Riminald. Jun. con-*
ſil. 279. *n.* 90. *&* 217. *& conſil.* 531. *num.* 12. *&* 32.
Menoch. conſil. 679. *n.* 6. *& conſil.* 751. *n.* 2. *& lib.* 4.
praſumpt. 65. *ſub n.* 19. *& num.* 39. *& praſumpt.* 73.
num. 7. *Gall. de exception. tit.* 4. *except.* 24. *num.* 11.
& ſeqq. & except. 27. *n.* 54. *part.* 2. *Mantic. de con-*
ject. lib. 3. *tit.* 19. *n.* 12. *Manſ. conſult.* 774. *n.* 14.
obi concordantes *tom.* 8. *& in Cauſa Florent. con-*
ſult. 32. *n.* 12. *tom.* 9. *Joannes Otto Tabor tract. vol.* 1.
de ſubſtit. in reſponſ. 2. *§. quę verba fol.* 857. *col.* 1.
& reſponſ. 5. *n.* 15. *fol.* 874. *Peregrin. de fideicommiſ.*
artic. 15. *n.* 8. *& artic.* 52. *n.* 2. ibiqoe *Cenſal. verſic.*
obſervo fol. 333. impreſs. Lugduni anni 1672. *Fuſar.*
de ſubſtit. quaſt. 457. *ex n.* 1. *Torr. variar. Jur. quaſt.*
tom. 1. *tit* 2. *de ſubſtit. fideicommiſſ. quaſt.* 41. *n.* 69.
Antonell. de tempor. legal. lib. 1. *cap.* 5. *n.* 5. *Raudens.*
deciſ. Piſan. 28. *n.* 123. *in fin. Burgnin. Cavalcan. de-*
ciſ. 95. *n.* 45. *part.* 3. *Caſtill. deciſ.* 153. *n.* 2. *& plu-*
rib. ſeqq. ubi latè. *Altograd. in celebri Cauſa Floren-*
tina Pecori, e Riccardi conſil. 46. *n.* 7. 13. *& ſeqq. &*
n. 43. *& ſeqq. lib.* 1. *Rot. Florent. in eadem Cauſa ju-*
dicante die 4. *Julij* 1635. *n.* 7. *& ſeqq. num.* 17. 51.
& ſeqq.
Sive in directa, quæ oce de tempore ad tempus 29
extenditur *Bart. in l.* 1. *n.* 15. *ff. de vulgar. & in l.*
Gallus num. 9. *ff. de liber. & poſthum. Socin. ſen. con-*
ſil. 140. *n.* 8. *&* 9. *lib.* 1. *Ruin. conſil.* 83. *n.* 2. *&* 12.
conſil. 97. *n.* 4. *conſil.* 102. *n.* 5. *conſil.* 152. *n.* 3. *lib.* 2.
Ruland. à Valle conſil. 31. *n.* 13. *lib.* 4. *Pariſ. conſil.* 72.
n. 19. *lib.* 3. *Honded. conſil.* 49. *n.* 46. *lib.* 2. *Gozzadin.*
conſil. 104. *n.* 4. *&* 7. *Cravett. conſil.* 904. *n.* 10. *Ri-*
minald. Jun. conſil. 279. *n.* 87. *Rot. apud eum conſil.* 531.
n. 41. *Altograd. dict. conſil.* 76. *n.* 76. *& ſeqq. lib.* 1.
ubi multipliciter limitat. *Odd. in prelud. de compend.*
part. 2. *quaſt.* 3. *verſic. limitatur tertio. Mantic. de*
conjectur. lib. 3. *tit.* 19. *num.* 12. *Menoch. lib.* 4. *pre-*
ſumpt. 65. *n.* 39. *Trentacinq. de ſubſtit. part.* 1. *cap.* 1.
n. 38. *Intrigliol. eodem tract. cent.* 1. *quaſt.* 17. *n.* 27.

Simon de Pręt. de interpret. ultim. volunt. fol. 150.
n. 41. *in fin. Fusar. de substit. quæst.* 33. *n.* 1. *de Luc.*
de lin. legal. tom. 1. *respons.* 31. *n.* 2. *fol. mihi* 381.
impress. Neapoli anni 1716. *Rot. coram Gregor. de-*
cis. 338. *num.* 3. *in recent. decis.* 19. *n.* 1. *part.* 1. *de-*
cis. 168. *num.* 1. *& seqq. & decis.* 348. *n.* 1. *& seqq.*
part. 6.

Tempus enim certo modo determinatum, fun-
30 ctionem alterius temporis non recipit, & conditio
ad certum tempus restricta, extra illud purificari
non potest *Riminald. Jun. dict. consil.* 279. *num.* 91.
& 94. *& consil* 531. *n.* 17. *Consistorium Regni Siciliç*
apud Castill. dict. decis. 153. *n.* 6. *& seqq. Rot. coram*
Gregor. dict. decis 338. *n.* 4. ibique *Addent. num.* 15.
aliique mox allegati.

Et proindè substituto Cajo, si hæres intrà vigesi-
mum suæ ætatis annum decesserit sine liberis, eo ob-
eunte post dictum annum vigesimum nullis relictis
filijs, fideicommissum expirat, & evanescit, nec ex-
31 tenditur ad aliud tempus post ætatem annorum vi-
ginti *Fusar. de substit. quæst.* 457. *n.* 1. *& seqq. Pere-*
grin. de fideicommiss. artic. 15. *n.* 8. *propè fin. versic.*
undè substitutio, & artic. 52. *n.* 3. *Antonell. de tem-*
por. legal. lib. 1. *cap.* 5. *n.* 5. *&* 6.

Factaque substitutione pupillari filio si decesserit
infrà decimum annum, non habet locum, si decesse-
rit post decimum, & intra decimum quartum an-
num, licet illud tempus medium sit tempus ordi-
32 narium pupillaris ætatis, & substitutionis pupillaris,
ut disponit *text. in l. si ita quis* 21. *ff. de vulgar. &*
pupillar. ibique *Zas. Brunneman.* & alij. *Riminald. Jun.*
consil. 279. *n.* 92. *& dict. consil.* 531. *n.* 15. *Mantic. de*
conjectur. lib. 5. *tit.* 3. *num.* 21. *Menoch. lib.* 4. *præ-*
sumpt. 65. *n.* 39. *Crass. §. substitutio quæst.* 16. *n.* 1.
Trentacinq. de substitut. part. 1. *cap.* 28. *versic. quar-*
tus casus. Vasq. de success. creat. §. 21. *n.* 46. *Intri-*
gliol. de substit. cent. 1. *quæst.* 56. *n.* 3. *Fusar. de sub-*
stit. quæst. 67. *n.* 10. *Bersan. de pupill. cap.* 4. *quæst.* 14.
n. 9. *& seqq.*

Et si disponens instituit filium, istoque vivo Te-
statore decedente, substituit Titium, si filius post Te-
statorem moriatur, Titij substitutio expirat, quia
33 ipsius substitutio collata in unum tempus, ad aliud
non extenditur, ut per *text. in l. si quis ita ff. de*
vulgar. ibique *Bartol.* & alij *idem Bartol. in l. si ma-*
ter §. 1. *in fin. ff. eodem.* Fideicommissarijsta Maxi-
ximus *Peregrin.* qui verè peregrinum opus exaravit
de fideicommiss. artic. 15. *num.* 8. *Fusar. de substit.*
quæst. 33. *n.* 6. *Menoch. lib.* 4. *dict. præsumpt.* 65. *sub*
n. 39. *Torr. variar. Jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *de sub-*
stit. & fideicommiss. dict. quæst. 41. *n.* 69. *versic. & in*
terminis. Altograd. dict. consil. 46. *num.* 7. *& seqq. &*
n. 47. *lib.* 1. *& sub n.* 59. *versic. secundò quia in fine.*
Rot. Florent. in eadem Causa Florentina Legati de Pe-
corie 4. *Junij* 1635. *n.* 8 infrà imprimenda.

Idque locum habet etiam in substitutione facta
cum clausula vulgariter, pupillariter, & per fidei-
34 commissum, quæ restricta ad casum decedentiæ in
vita Testatoris, non extenditur ad aliud tempus, Te-
statoris morte sequta, etiam in substitutione fidei-
commissaria. *Berò. consil.* 63. *n.* 9. *lib.* 2. *Menoch. con-*
sil. 399. *n.* 3. *Peregrin. de fideicommiss. dict. artic.* 15.
sub n. 8. *versic. & hęc Bartoli. Fusar. de substit. dict.*
quæst. 33. *n.* 6.

Si tamen constaret de verisimili mente Testatoris
in contrarium, extendendi nempè substitutionem de
35 tempore ad tempus, ista unicè attendi deberet, cum
tamquam lex in testamentarijs dispositionibus sem-
per dominetur. *Menoch. dict. præsumpt.* 73. *num.* 7.
in fin. lib. 4. *Mans. consult.* 60. *n.* 162. *& seqq. tom.* 9.
Fusar. de substit. dict. quæst. 457. *n.* 9. *Censal. ad Pe-*
regrin. de fideicommiss. artic. 52. *versic. observo fol.*
mihi 333. impressionis Lugdunen. anni 1672. *de Luc.*
de lin. legal. tom. 1. *dict. respons.* 31. *num.* 3. *&* 4.
fol. 381. impressi. Neapolit. anni 1716. *Castill. decis.*
Sicil. 153. *ex num.* 38. 41. *& seqq.* aliique mox al-
legati.

Oppositę autem voluntatis Testatoris indicium pri-
mum desumitur, ex quo post ordinatum fideicom-
missum ad certum tempus restrictum, Testator ad-
didit rationem comprehensivam aliorum temporum
ultrà expressum, quo casu cum ratio amplior dicto
illud ampliet, & extendat ad tempus, personas, &
casus in ratione comprehensos, ad omnia illa tem-
pora, ad quæ ratio progreditur, fideicommissum de- 36
beret extendi *Peregrin. de fideicommiss. d. artic.* 21.
n. 54. *Petr. eodem tract. quæst.* 5. *num.* 43. *post prin-*
cip. & num. 93. *& seqq. Fusar. de substit.* sæpecitata
quæst. 457. *n.* 7.

Undè facta à Testatore prohibitione alienandi fi-
lio, usque dum pervenerit ad vigesimum quintum
annum, additaque ratione, quia vult bona in per-
petuum manere, & conservari in tota, & universa
familia, & agnatione, quamvis alienandi prohibitio
ad solum tempus annorum vigintiquinque sit coar-
ctata, & restricta, ratio tamen, quæ est amplior di-
cto, & comprehensiva omnium temporum quous- 37
que familia, & agnatio Testatoris duraret, fideicom-
missum ad ista tempora extenderet, illudque eva-
deret successivum, & perpetuum agnatione duran-
te *Bart. in l. pater filium §. fundum ff. de legat.* 3.
Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 6. *tit.* 14. *n.* 21.
Fusar. de substit. quæst. 457. *sub n.* 7.

Ex quod facta substitutione usque ad certam æta-
tem, substituti admitti debeant etiam post transa-
ctam dictam ætatem, quando colligitur ex circum- 38
stantijs, talem fuisse mentem Testatoris, in specie
Decian. consil. 34. *sub n.* 63. *lib.* 3. *de Luc. de lin. le-*
gal. tom. 1. *dict. resp.* 31. *n.* 3. *&* 4. *fol.* 381. impres-
sionis Neapolitanæ anni 1716. *Consistorium Regni Si-*
ciliç apud Castill. sæpecitata *decis.* 153. *num.* 48. ubi
alias individuales auctoritates citat.

Alia conjectura eruitur, ex quo eadem militat ra-
tio in tempore expresso, & in non expresso, & cau- 39
sa finalis, quam habuit Testator, viget in toto tem-
pore *Grat. consil.* 125. *num.* 25. *lib.* 2. *Menoch. de præ-*
sumpt. lib. 4. *præsumpt.* 65. *n.* 41. *Fusar. de substitut.*
dict. quæst. 33. *n.* 7. *& dict. quæst.* 457. *n.* 8. *Cavalcan.*
decis. 95. *n.* 45. *part.* 3.

Tertia desumitur conjectura ab incertitudine; ve-
titum enim est extendere substitutionem de tempo-
re ad tempus, quando istud certum est, secus si sit 40
incertum *Socin. Jun. consil.* 186. *num.* 30. *lib.* 1. *Fusar.*
de substit. dict. quæst. 33. *n.* 3.

Quarto loco limitatur regula, de qua supra *num.* 28.
ut non procedat in tempore tacito à lege subintel-
lecto, puta si Testator filio impuberi pupillariter sub-
stituit Titium, quæ expressa pupillaris adveniente
pubertate expirat, sed non expirat vulgaris tacita
in ea contenta, ideoque tempus pupillaris ad tem-
pus vulgaris protenditur, ex quo tempus vulgaris in 41
pupillari tacitè inerat, ut declarat *Bart. in l.* 1.
§. penult. n. 56. *ff. de vulgar. & pupillar.* ibique *Ruin.*
n. 43. *versic. ultimò limitatur. Altograd. dict. consil.* 76.
num. 79 *lib.* 1. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *dict. præ-*
sumpt. 65. *num.* 42. *Fusar. de substit. dict. quæst.* 33.
num. 9.

Et quamvis substitutio vulgaris tacita in pupilla-
ri expressa contenta finiatur pubertate, non minus 42
ac ipsa pupillaris. *Brunneman. in l. jam hoc jure* 4.
n. 10. *ff. de vulgar. & pupillar. Mantic. de conjectur.*
ultim. volunt. lib. 5. *tit.* 6. *n.* 2. *& seqq.*

Distinguendi tamen sunt in hoc proposito plures
casus; aut enim pupillaris substitutio simpliciter,
& absque temporis præfinitione facta fuit, veluti si
Testator dixisset, quisquis mihi hæres erit impube-
ri

ri filio meo hæres esto, talique casu quamvis adve-
43 niente pubertate finiatur pupillaris substitutio, nihilominus tacita vulgaris non expirat, juxtà doctrinam *Bartol. in l. 1. n. 56. ff. de vulgar. Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius in materia vulgaris n. 138. de testam. Intriglial. de substit. cent. 1. quæst. 56. n. 7. Vasq. de success. creat. §. 21. n. 144. & de succes. progress. lib. 2. §. 11. num. 46. Trentacinq. de substitut. part. 1. cap. 21. num.* 2. qui hanc esse communem opinionem asserit. *Ayllon ad Gamez tom. 1. cap. 3. de substit. vulgar. n. 40. Gall. de except. tit. 4. except. 18. n. 26. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 5. tit. 6. num. 2. versic. aut vero subjungit. Bart. Crass. de success. §. substitutio quæst. 16. n. 1. Fusar. de substitut. dict. quæst. 67. n. 2. Bersan. de pupill. cap. 4. quæst. 14. num.* 13.

Si verò substitutio pupillaris restricta est ad tempus pubertatis, videlicet si dixerit Testator: si filius meus intrà pubertatem decesserit substituo &c. & isto casu plures sunt, qui sequuntur opinionem, quod adveniente pubertate expiret tam substitutio pupillaris, quam tacita vulgaris, ex quo præsumi-
44 tur Testatorem ultrà illud tempus providere noluisse, *Crass. §. substitutio quæst. 16. num. 1. Intrigliol. de substit. cent. 1. quæst. 16. n. 3. quæst. 56. n. 2. & quæst. 88. n. 29. Fusar. de substit. dict. quæst. 67. n. 4. & seqq. Hunn. Encycloped. Jur. part. 4. tit. 19. n. 12. Bersan.* qui de veriori testatur, *de pupill. cap. 4. quæst.* 14. *num.* 11.

Sed contrariam sententiam alij sequuntur, eam-
45 que relictis antiquioribus, ex professo sustinent *Covarruv. in sup. Raynutius §. 5. n. 9. de testam. Vasq. de success. creat. §. 21. dict. limit. 10. num 244. & lib. 2. de success. progress. §. 11 n. 46.* ubi de communiori, & veriori opinione testatur. *Menoch. præsumpt. lib. 4. præsumpt. 43. n. 3. usque ad fin. Odd. de compend. in prælud. part. 2. quæst. 6. versic. aut facta fuit. Trentacinq. de substit. part. 1. cap. 21. n. 2.* ubi quod hæc est opinio communior. *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 5. tit. 3. n. 18. & 21.* & plenissimè *tit. 6. n. 2. & plurib. seqq.* ubi Jura, & auctoritates in contrarium adducit, illasque conciliat, & declarat. *Gall. de except. tit. 4. except. 18. n. 61. & seqq. part. 1. Gomez. variar. resolut. tom. 1. cap. 3. de substit. vulgar. n. 30.* ibique *Soarez. in addit. & Ayllon n. 16. & 40. Molin. de Just. & Jur. tom. 1. disput.* 184 *n.* 26.

46 Pugnantes tamen inter se auctoritates ad concordiam reducuntur à *Fusar. de substit. dict. quæst. 67. n. 6. & seqq.*

Quandoque autem substitutio pupillaris facta est in longius tempus, quam sit pupillaris ætas, veluti si dictum sit, si filius meus pupillus intra vigesimum ætatis annum decesserit, Titius hæres esto, & tunc usque ad vigesimum annum vulgaris protrahitur, nec expirat pubertate, quia apparet hanc fuisse Testatoris voluntatem, qui censetur voluisse tacitam
47 vulgarem in pupillari contentam durare intra omne tempus, ad quod voluit trahere pupillarem *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 5. dict. tit. 6. n. 2. versic. aut verò subjungit. Fusar. de substit. d. quæst. 67. n. 3. & quæst. 159. n. 3. Bersan. de pupill. dict. cap. 4. quæst. 14. n.* 14.

Alia depromitur conjectura, quando dispositio non facta extensione corrueret, & fideicommissum sortiri non posset effectum, puta si constaret de certa, & indubitata mente Testatoris fideicommissum ordinandi, qui simul, & semel substituisset, si hæres in vita ipsius decessisset, cum enim decedente hærede in vita Testatoris ei substitui non possit per fideicommissum, quia conditio mortis in vita Testatoris substitutioni vulgari adaptatur, non autem fideicommissariæ, quæ aditionem hæreditatis requirit, hine ut fideicommissum suum sortiri possit ef- 48
fectum, substitutio facta si hæres decesserit in vita Testatoris, extendi debet ad tempus, quo ille moriatur adita hæreditate post mortem Testatoris, abundè *Ruin. consil. 170. lib. 2. Dec. consil. 294. num. 4. versic. quinto hoc idem, & sub n. 8. versic. successivè, & seqq. Fusar. de substit. dict. quæst. 457. n. 5. & 6.* & comprobat *Altograd. dict. consil. 76. n. 34. lib. 1. & n. 78. Bonden. Miscell. docum. 83. n. 46.*

Prout unam ex conjecturis subministrat favor piæ causæ, quæ in dubio operatur, ut ea capi debeat interpretatio, per quam animæ saluti consulitur, in 49
specie *Altograd. dict. consil. 76. n. 67. lib. 1.* ubi plures. *Mans. dict. consult. 60. n. 162. & seqq. tom. 9.*

Non est tamen sufficiens conjectura pro extendenda substitutione de tempore ad tempus appositio verborum *semper, in infinitum*, & similium, quia ista restringuntur, quando evenerit casus intra tem- 50
pora expressa in substitutione, in specie *Fusar. de substit. dict. quæst. 457. n. 4. Rot. Florent. in dict. Florentina de Pecoris 4. Junij 1635. n. 56.* ubi concordantes *Rot. Rom. diversf. decis. 490. n. 3. part. 4.* ubi plures referuntur, *& n. 5. & seqq.*

Adverte hic, quòd extensio de casu ad casum facilior est quam de tempore ad tempus, nam extensio de casu ad casum non fit contrà, sed præter voluntatem disponentis; illa verò de tempore ad tempus non solum fit præter, sed etiam contrà Testatoris mentem, dum enim iste se ad certum tempus restringit, post illud tempus prohibere voluisse 51
credendum est *Riminald. Jun. dict. consil. 531. n. 15. & seqq. Consistorium Regni Siciliæ apud Castill. dict. decis. 153. n. 3. Altograd. in celebri causa Florentina Legati de Pecoris consil. 46. n. 7. lib. 1. Rot. nostra in eadem causa*, secundum scripta per eam judicans *4. Junij 1635. n. 94. & seqq.* infrà imprimenda.

Eadem.

Iisdem die, & Anno.

ARGUMENTUM.

Vocatis descendentibus in Emphytheusi Ecclesiastica, stante Statuto exclusivo fœminarum, veniunt masculi per prius, & fœminæ per posterius; & an in hac materia attendatur proximitas ultimi decedentis, vel primi acquirentis.

SUMMARIUM.

1 *Emphyteusis contractus naturam assumit ex conventionibus in eo appositis.*

2 *Fœminæ ex conventione admitti possunt ad Emphyteusim Ecclesiasticam.*

3 *Fœminæ comprehenduntur in Emphyteusi pro descendentibus stipulata.*

4 *Prout sub nomine liberorum.*

Limita stante Statuto fœminarum exclusivo num. 10. *& seqq. & n.* 27.

5 *Distinctio inter verba* ex linea, *&* per lineam *est verbalis.*

6 *Neptis ex filio comprehenditur sub verbis* ex virili sexu, *vel* per virilem sexum.

7 *Paria sunt dicere* per lineam, *vel* ex linea masculina.

8 *Neptis, vel proneptis ex filio, & nepote sicuti non possunt dici descendere* per lineam, *vel* ex linea fœminina, *ideo dici debent descendere* ex linea, *vel* per lineam masculinam.

9 *Distinctio procedere potest in filia stipulantis, non in nepte.*

10 *Stante Statuto fœminarum exclusivo, fœminæ non ad-*

mittuntur ad Emphytheusim, licet essent expressè vocatę.

11 *Idem in feudo, & fideicommisso.*

12 *Declara conclusionem procedere favore masculorum, qui excludunt fœminas ab hereditate ultimi decedentis.*
Contrà num. 21.

13 *In Emphytheusi stipulata per masculum* pro se, & suis descendentibus ex linea masculina in perpetuum, *præsumitur habita ratio agnationis.*

14 *Quando in mentione de descendentibus semper adhibitum est signum masculini generis, probabiliter censetur de masculis cogitatum.*

15 *Verba masculini generis restringunt significationem verbi* descendentes.

16 *Vel saltem operantur prelationem masculorum in concursu fœminarum.*

17 *Presertim cum stipulans filias proprias non vocaverit, sed potius excluserit.*

18 *Testator presumitur se velle conformare cum Statuto, & n. 20.*

19 *Et fœminas excludere ob rationem agnationis, quam considerat Statutum.*

21 *In Emphytheusis successione non attenditur, an fœmina excludatur ab hereditate ultimi decedentis, sed primi acquirentis.*

22 *Presertim si agatur de Emphytheosi Ecclesiastica, in qua proximitas primi acquirentis attenditur.*

23 *Idem est in Emphytheusi, quod in feudo, nisi militet diversa ratio.*

24 *Facultas affrancandi bona Emphytheutica per acquirentem stipulata operatur solum, ut fœminę non arceantur ab eorum successione, non autem tollit prerogativam masculorum.*

25 *Agnationis favor quando est consideratus, ut quis ad masculorum exclusionem admittatur, debet esse masculus ex linea masculina.*

26 *Statutum fœminarum exclusivum non illas reddit successionis incapaces, sed illis præferi masculos, ita ut masculus sit in primo gradu, & fœmina in secundo.*

DECISIO XVII.

NUnc descendendo ad quartum articulum, qui respicit dicta bona emphytheutica, supponendum est Nobilem olim D. Antonium seniorem de Puccis usque de anno 1481. à Reverendo Rectore Plebis Cojani plura bona dictæ Plebis in emphytheusim conduxisse *pro se, suisque descendentibus ex linea masculina in perpetuum*, pro annuo canone aureorum quadraginta de Camera, quæ sæpe bona sicuti à dicto tempore citra semper in familia Puccia permansere, & ultimo loco devenere in dictum olim D. Robertum, ita quoque per DD. Abbatem, & Robertum prætendebatur hodie ad eos fuisse devoluta, contendentibus ex adverso Illustribus sororibus, imo & ipsas in dicta investitura fuisse comprehensas, uti ex linea masculina ejusdem D. Antonij primi acquirentis legitime descendentes, meritoque in bonis ipsis esse præferendas, uti proximiores ultimo morienti.

Quo circa licèt non videretur dubitandum, quin, ex quo contractus emphytheuticus naturam assumit
1 ex conventionibus in eo appositis ad *text. in §. adeo instit. de locat. & conduct.* cum alijs, de quibus per *Kalasc. de jur. emphyteutic. quęst. 4. n. 9.* & per *Riminald. consil. 59. n. 5.* etiam fœminæ, si ita conve-
2 niatur, ad emphytheusim etiam Ecclesiasticam admittantur *§. emphytheusim autem in auth. de non alien. aut permut. reb. Ecclesię*, & tradit *Glos. in §. emphytheusis quęst. 28.* & *Riminald. dict. consil. n. 8.* prout sa-
3 ne in proposito etiam pro fœminis stipulatum videtur stante verbo communi *descendentium*, sub quo tam masculi, quam fœminæ comprehenduntur *l. cognoscere §. 1. ff. de verb. significat. l. final. C. de suis, & legitim. Alex. consil. 160. num. 2. & per tot. lib. 2. Rot. decis. 225. n. 34. par. 2. in noviss.* & habetur latè in *Motiv. diei 26. Januarij 1589.* de more exhibitis *col. 1. versic. quo jure cum seqq.* non secus atque
comprehenderentur sub nomine liberorum, ut per 4
Rebuff. in l. liberorum §. preter hęc omnia col. 2. versic. notandum esse ff. de verbor. significat. non referente subtili differentia, quam *Alciat. in l. Gallus §. nunc de lege n. 8. ff. de liber. & posthum.* & nonnulli alij constituunt inter verba *pro se, & descen-* 5
dentibus à linea, ex linea, seu *per lineam masculinam*, cum verbalis prorsus sit, ut per *Berò. consil. 77. n. 29. lib. 2. Menoch. consil. 205. n. 23. versic. respondetur lib. 3. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 6. sub n. 38. Mattencc. de legat. & fideicommis. lib. 2. cap. 11. n. 1.* veritas enim videtur esse, ut quemadmodum
neptis ex filio dicitur descendens *ex virili sexu*, seu 6
per virilem sexum §. item vetustas instit. de hered. quę ab intestato defer. l. Lege 12. tabul. versic. hujusmodi C. de legit. hered. §. nos verò instit. de legit. agnat. succ. ideoque sub dicta concessione comprehenditur, ita
pariter comprehendatur, si dictum sit *per lineam*, vel 7
ex linea masculina, cum hæc duo parificentur in jure, ut post *Bart. n. 3. Bald. n. 4. Alex. n. 3. Jason. n. 9. & 10. Socin. n. 1. & 2. in dict. §. nunc de lege* tradunt *Castr. consil. 91. num. 4. in fin. lib. 2. Alex. consil. 53. n. 9. lib. 6. Socin. consil. 51. n. 6. lib. 4. Curt. Jun. de feud. part. 3. n. 25. Gozzadin. consil. 87. n. 7. Berò.* in emphytheusi Ecclesiastica *quęst. 18. n. 1. Nov. consil. 1. n. 40. Menoch. consil. 379. n. 26. & 27.* & de communi testantur *Alciat. dict. §. nunc de lege n. 11. Gabriel. consil. 90. n. 33. lib. 1. Cephal. consil. 413. n. 21. lib. 3. Molin. dict. lib. 1. cap. 6. n. 37. Motiv. totius Rotę diei 29. Maij 1545. & DD. Trium diei 5. Februarij 1589.* & facit quia, si neptis, vel proneptis ex filio, & nepote masculo [quales sunt Illustres sorores] non possunt dici descendere *ex linea*, vel *per lineam fœmininam*, consequens est, ut necessario di-
ci debeant descendentes *ex linea*, vel *per lineam ma-* 8
sculinam, ut in terminis arguit *Castr. in dict. consil. 91. n. 4. lib. 2.* qui licet prætendatur contrarium tenuisse in *l. maritum n. 5. C. de Procurat.* ut per *Alciat. dict. §. nunc de lege n. 11. Menoch. dict. consil. 208. n. 39. & Peregrin.* qui alios citat *artic. 26. à n. 29. usque in fin.* vera tamen resolutio videtur, ut dicta
per *Castr.* procedant in filia, quæ non est de linea 9
stipulantis, sed finis lineæ masculinæ, & principium fœmininæ, at secus in nepte ex filio, qui jam lineam incepit, sicque ex linea masculina vere, & propriè descendit, ut pulchrè deducitur in dictis Motivis.

Hæc inquam etsi videantur inferre, filias D. Roberti non injuria dici posse ex comprehensis in investitura Cojani, prout pluries firmatum videtur in hoc auditorio, ut ex Motivis antedictis, nihilominus tamen Domini, præsupposito hoc etiam admisso, censuerunt ipsas pro nunc, idest durante vita D. Roberti, qui hodie solus ex masculis D. Antonij superstes est, ad ejus exclusionem nullatenus admitti posse, siquidem ubicumque etiam fœminæ descendentes ex masculis specialiter, ac nominatim fuissent vocatæ, ne dum tacite ut hic, non tamen vocatæ censerentur ad exclusionem masculorum, quo- 10
usque aliquis ex eis superest, præsupposito Statuto Civitatis exclusivo fœminarum propter masculos; hoc enim in casu censetur primus acquirens stipulari primo pro masculis, & deinde in defectum masculorum pro fœminis *Bart. in l. jusjurandi §. fi. libert. n. 5. ff. de oper. libert.* & rursus *consil. 60. ante n. 2. lib. 1.* quem sequuntur *Ancharan. consil. 125. ante*

te

te n. 7. & in Clem. 2. de jur. patronat. Imol. in cap.
potuit sub n. 69. versic. item adverte, extra de locat.
Alex. consil. 44. n. 2. consil. 127. lib. 1. & in l. here-
des mei §. cum ita sub n. 9. versic. benefacit etiam ff.
ad Trebell. Jason in l. 2. n. 187. C. de jur. emphytheu-
tic. Curt. Jun. pro communi consil. 171. n. 3. lib. 2.
Brun. in tractat. quod stant. masc. artic. 8. quæst. 22.
Beroi. consil. 95. n. 8. & consil. 97. n. 2. lib. 1. Didac.
var. resol. lib. 2. cap. 18. ante n. 2. versic. secunda con-
clusio. Cephal. consil. 11. in fin. Clar. in §. emphytheu-
sis quæst. 32. versic. sed pone. Valasc. de jur. emphyt.
quæst. 41. n. 4. Peregrin. artic. 25. n. 51. Riminald.
Jun. consil. 38. n. 33. & seqq. Roland. consil. 84. n. 17.
lib. 4. amplè Menoch. consil. 974. per tot. lib. 10. ubi
consuluit, fœminas, quæ aliquo modo vocatæ di-
11 ci possunt, non venire in concessione feudi, quando
adsunt masculi descendentes à primo acquirente,
ibique multas adducit rationes, & authoritates idem
concludentes in materia livellaria, & fideicommissa-
ria, & contrarijs respondet, ostendens per assigna-
tionem bonorum factam uni ex condividentibus, non
præjudicari nec primæ concessioni, nec masculis,
quominus fœminis præferantur, qui videtur casus
noster.

Et licet contrà hanc conclusionem videretur sa-
tis urgere authoritas aliquorum asserentium, præsum-
ptionem desumptam ex Statuto fœminarum exclu-
12 sivo non concludere, nisi extent masculi, qui ex-
cludant fœminas ab hæreditate ultimi decedentis,
quod non convenit casui nostro, in quo filiæ non
possunt per DD. Puccios excludi ab hæreditate pa-
tris, ad Socin. consil. 65. lib. 3. n. 1. Ruin. consil. 144.
num. 14. lib. 2. Cephal. consil. 45. num. 9. & 14. &
consil. 46. n. 21. Honded. consil. 57. n. 58. lib. 1.

Domini tamen pro hujus contrarij resolutione
considerabant, emphytheusim in proposito fuisse sti-
13 pulatam per masculum pro se, & suis descendenti-
bus ex linea masculina in perpetuum, ideoque præsu-
mi per eum habitam fuisse rationem agnationis con-
servandæ, ut in terminis scribunt Cephal. consil. 185.
n. 26. & 27. Decian. consil. 46. n. 66. lib. 2. & Rimi-
decis.* 14. *n.* 8. *& seqq.* impressionis Genevæ anni 1717.
& coram Coccin. decis. 574. *sub n.* 39. *& seqq.* & post
plurimos, quos refert *R. P. D. meus Calcagnin. de Em-
phyth. & Feud part.* 2. *observ.* 5. *n.* 37.

Eoque validius etiam in emphytheusi Ecclesiasti-
ca locum habebit Statutum, de quo agitur, si quæ-
stio sit de emphytheusi hæreditaria, quæ cum ac-
quisita sit pro hæredibus, in ea succedere non po-
38 test fœmina exclusa per Statutum, hæreditaria qua-
litate carens, ut prosequitur in specie *Actolin.
dict. resol.* 14. *n.* 22. & 23. *Rot. coram Coccin. dict. de-
cis.* 574. *n.* 39.

Ad effectum autem, ut fœminæ in emphytheusi
excludi possint à masculis, sola ipsorum existentia
non sufficit, sed necesse est, quod masculi actuali-
ter succedant, quando enim exclusio volita fuit fa-
vore masculorum, si isti non succedant, cessat fœ-
minarum exclusio, cum non supersit Persona, ad
39 cujus favorem fœminæ exclusæ remanent, in puncto
pleuissimè *R. P. D. meus Calcagnin. de Emphyth. &
Feud observ.* 5. *n.* 1. *& plurib seqq.*

Requiritur etiam ad hoc, ut fœminæ à masculis
excludantur, quod sint ejusdem lineæ, nam si li-
neæ diversæ sint, exclusio præfata non procedit, quia
fœminæ unius lineæ non excluduntur per masculos
40 alterius lineæ in successione emphytheutica, in pun-
cto *Altograd. dict. consil.* 25. *n.* 14. 30. *& seqq. lib.* 1.
Actolin. resol. 14. *n.* 24. *Fulgin. de Jur. Emphyth. tit.
de success. in bon. Emphyth. quæst.* 11. *n.* 3. & 4.

Et quamvis contrariam partem, quod nempè etiam
41 fœmina de linea ultimi possessoris excludatur à ma-
sculis alterius lineæ per *text. in cap.* 1. *de natur. suc-
cess. feud. & cap.* 1. *tit. de duobus fratrib.* in specie
sostinet *Custald. consult.* 184. *n.* 25. & 26. *fol.* 109.
tom. 2. ubi plures.

Conciliantur tamen oppositæ auctoritates, ut pri-
ma opinio procedat, quando concessio ab initio fa-
cta fuit duobus, vel pluribus, tunc enim emphy-
theusis in tot lineas diffunditur, quot à primis ac-
quirentibus emanarunt, nec illi de unâ linea exclu-
dunt fœminas ultimi possessoris; si verò ab initio
emphytheusis ab uno tantum acquisita, & stipula-
ta fuit pro se, & suis hæredibus, tunc cum respe-
ctu primi investiti omnes dicantur de unâ, & ea-
42 dem linea, masculi descendentes ab uno columuel-
lo fœminis descendentibus ab alio præferuntur, ex
præsumpta voluntate primi acquirentis, ut benè in
individuo distinguunt per *text. in cap.* 2. *de eo, qui
sibi, & hæredib. suis. Gabriel consil.* 70. *per tot. lib.* 2.
Menoch. consil. 974. *num.* 2. *& seqq.* optimè *Altograd.
dict. consil.* 25. *n.* 30. *& seqq.* & melius *num.* 35. *&
seqq. & n.* 41. & 42. *lib.* 1. *Censal. consil.* 4. *n.* 1. *&
seqq.* impress. post ejus *decis. Lucens.* plenè *Actolin.
dict. resol.* 14. *n.* 26. *& seqq. Caldas de potest. eligend.
& nominat. revoc. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 39. *in fin. versic.
idemque obtinet. Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 18. *n.* 36.
& lib. 23. *tit.* 34. *n.* 15. *Hartman. Pistor. quæst. Jur.
lib.* 2. *quæst.* 35. *n.* 5. *& seqq. num.* 16. 17. 21. 22. *&
per tot.* relati per *Cirocch. discept.* 58. *num.* 30. & 31.
ubi quod eadem militat ratio in prælatione mascu- 43
lorum concessa à Statuto, vel in investitura. *D. meus
Auditor Casareg. ad Statut. Januen. de success. ab in-
test. n.* 114. & 117. *fol.* 133. & 134. *Cutel. decis.* 28.
n. 18. *Cornazan. decis.* 121. *n.* 5. *Rot. coram Cavaler.
decis.* 625. *n.* 1. *& seqq. coram Caprar. decis.* 642. *n.* 1.
& seqq. ubi respondet objecto concessionis factæ à 44
principio pluribus investitis in solidum.

Et juxtà hanc distinctionem intelligi debent ea,
quæ scribunt Doctores, quod emphytheusis ingres-
sa lineam unius ex comprehensis in ea perseverare
debet, donec aliquis superest, nec illi de altere li-
nea admitti debent, quamvis sint de descendentibus, 45
& de comprehensis, *cap.* 1. *in fin. de natur. success.
feud. Fulgin. de Emphyth. tit. de success. in bon. Em-
phyth. quæst.* 2. *n.* 28. *Panimol. in addit. ad decis.* 128.
n. 26. ubi plures refert. *Rot. Lucens. apud Mans. con-
sult. tom.* 10. *de Emphyt. consult.* 31. *n.* 16. 17. & 18.
repetita apud *Censal. decis. Lucens.* 9. *& dict. decis.* 90.
sub n. 30. *& seqq. & n.* 38. *& seqq. & n.* 59. & 60.
Rot. Florent. apud Munach. decis. 54. *n.* 1. *Rot. Rom.
coram Merlin. dict. decis.* 699. *n.* 12. ubi etiamsi illi 46
de alia linea essent proximiores primo acquirenti,
post *Salgad. labyrint. creditor. decis.* 35. *n.* 30. *& de-
cis.* 38. *n.* 21. *& seqq. & n.* 24. *& seqq.* relati per *Ci-
rocch. discept.* 58. *n.* 29.

Quod procedit etiamsi ingrediatur lineam com-
prehensi titulo divisionis, nam in ea continuare de- 47
bet, donec linea totaliter evacuetur *Honded. con-
sil.* 36. *n.* 35. *lib.* 1. ubi de Emphytheusi Ecclesiasti- 48
ca. *Cirocch. discept.* 58. *n.* 1. & 5. *& n.* 29. *& seqq.*
ubi plures refert, & adducit etiam contrarios, il-
losque declarat. *Panimoll. in addit. ad dict. decis.* 128.
n. 27. ubi pariter de Emphytheusi Ecclesiastica. *Cen- 49
sal. decis. Lucens.* 90. *n.* 11. & 12. ubi plurimi, &
n. 41. *& seqq.* repetita apud *Mans. tom.* 10. *de Em-
phyth. consult.* 27. *& dict. consult.* 31. *n.* 16. *& seqq.
Rot. Rom. post Salgad. labyrinth. creditor. decis.* 38.
n. 21. *& seqq.* relati ab *Altograd. consil.* 25. *num.* 31.
lib. 1.

Et sive in totum, sive in partem uni ex compre- 50
hensis provenerit *Cirocch. discept.* 58. *sub num.* 31.
versic. imò hoc idem esse. Panimol. decis. 128. *n.* 28.

Præcipuè, quando emphytheusis per divisionem,
vel alio modo ad plures non devenit, sed tota fuit
in personam unius consolidata, ut benè distinguen- 51
do in individuo firmant *Cirocch. dict. discept.* 58.
n. 31. *& discept.* 78. *n.* 127. *& seqq.* ubi plures citat.
Rot. coram Cavaler. decis. 622. *n.* 3. *in fine.*

Sed hoc intelligitur, quando inter filios, vel de-
scendentes primi acquirentis, fuit facta solemnis di-
visio cum amplissimis clausulis, & renunciationibus,
quæ operentur, ut emphytheusis consolidata dica-
tur in eo, in quem illa per divisionem obvenit, qui
haberi debet pro primo stipite, sed nullo modo pro-
cedit, quando post acquisitam à Patre emphytheu-
sim, fratres illam inter se simpliciter diviserunt; per
hanc enim simplicem divisionem nullum censeri po- 52
test factum præjudicium jus habentibus ex investi-
tura, in puncto *Altograd. dict. consil.* 25. *n.* 39. *&
seqq. lib.* 1. *Cirocch. discept.* 58. *n.* 31. *in fine, versic.
neque adversatur. Rot. Lucens. apud Censal.* citata *de-
cis.* 90. *n.* 48. *& seqq. Rot. in recent. decis.* 176. *n.* 14.
& 15. *part.* 5. repetita *coram Coccin. decis.* 1771.

Au

An autem, & quando per divisionem censeatur
53 renunciatum Juribus Emphytheusis plenè differit
Mans. consult. tom. 10. de Emphytheus. consult. 19. n. 3.
& seqq. & consult. 20. n. 4. abundè. Cirocch. discept. 60.
n. 2. & plurib. seqq. ubi plurimos congerit, & di-
scept. 61. n. pariter o. & seqq. Rot. Florent. apud Ma-
gon. decis. 62. n. 3 Rot. Rom. in recent. citata decis. 176.
num. 10. & seqq. part. 5. repetita coram Coccin. de-
cis. 1771. & coram Emerix Jun. decis. 589. per totam,
& post Fulgin. de Emphyth. decis. 8. num. 2. & seqq.
impress. Genevæ anni 1717. & in Pisauren. Emphy-
theusis 19. Januarij 1712. per totam coram Ansalda,
2. Decembris ejusdem anni, §. scrutatis coram Eminen-
tiss. D. meo Cardin. Scotto.

Necesse tamen est ad hunc effectum, quod bo-
na emphytheutica ingressa sint in lineam titulo em-
54 phytheusis, nam si ingrediantur ex alio titulo pi-
gnoris, vel simili, non procedunt ea, quæ huc us-
que dicta sunt, in puncto Rot. post Salgad. labyrint.
credit. decis. 35. n. 30.

Prout privilegium concessum lineæ, in qua Em-
phytheusis ingressa sit non habet locum, quando
primus acquirens respexit ad conservationem agna-
tionis, nam quoties emphytheusis stipulata fuit ad
hoc, ut bona in familia, & agnatione semper re-
55 maneant, & conserventur, masculus alterius lineæ
excludit fœminam ultimi gravati, in specie R. P. D.
meus Calcagnin. de Emphyth. & feud. part. 2. dict. ob-
56 serv. 5. n. 9. & in terminis fideicommissi. Rot. post
eum decis. 10. n. 20. & 21.

Idemque procedit ubi adest Statutum exclusivum
fœminarum, cum quo primus acquirens præsumi-
tur se conformare voluisse, nam tunc si masculi de-
57 ficiant, fœminæ lineæ jam ingressæ non succedunt ad
exclusionem masculorum alterius columnelli. Alto-
grad. dict. consil. 25. n. 33. circa finem lib. 1. Ansolin.
dict. resolut. 14. sub num. 25. alijque superius citati
n. 03. & seqq.

Et quando concurreret observantia, quæ decla-
ret, an in successione emphytheusis illi de una li-
58 nea præferri debeant alijs de linea possessoris, & è
contrà in specie Rot. Lucen. apud Censal. dict. de-
cis. 90. n. 48. & seqq. & n. 53. repetito apud Mans.
consult. tom. 10. de Emphyth. citato consult. 27.

Unum hic non omittam, quod non resistente le-
ge investituræ, vel Statuto fœminarum exclusivo
59 fœmina succedit, & est capax emphytheusis etiam
Ecclesiasticæ. §. emphytheusim Auth. de non alienand.
Bardellon. consil. 63. n. 16. Bursat. consil. 80. n. 7. Al-
tograd. consil. 22. n. 2. & seqq. ubi quod hoc proce-
dit etiamsi de fœminis nihil nihil dictum sit. Gob.
consult. 67. n. 6. tom. 1. & consult. 8. num. 26. tom. 2.
Cirocch. discept. 58. n. 6. & seqq. Paulut. dissert. 91.
n. 125. Clar. recept. sentent. §. emphytheusis quæst. 30.
Fulgin. de Jur. Emphyth. tit. de success. quæst. 9. n. 20.
Episcop Rocc. disput. 64. n. 11. Mart. de success. le-
gal. part 1. quæst. 12. artic. 2. n. 39. Ludovis. decis.
Lucens. 29. n. 2. & seqq. Senat. Mantuan. apud Surd.
decis. 95. n. 12. & seqq. Rot. Florent. apud Monac.
decis. 50. n. 8. & seqq. & decis. 53. n. 1.

Maximè, quando Emphytheusis fuit à fœmina ac-
60 quisita, & sic originem ducit ab alia fœmina. Ci-
rocch. dict. discept. 58. sub n. 10. versic. nisi ageretur
de emphytheusi Ecclesiastica, & post plures, quos refert
Senat. Mantuan. apud Gob. consult. 102. n. 15. tom. 1.

Et quod quoties emphytheusis à fœmina originem
habet, mulieres in emphytheusi comprehendantur,
cum mulier stipulans emphytheusim proprium se-
61 xum odio habere voluisse non præsumatur, sed imò il-
lum respicere, & favore prosequi, in specie. Marescot.
variar. resolut. lib. 1. cap. 2. n. 16. Gratian. discept. 813.
num. 29. & 30. ubi quod hoc procedit, sivè emphy-
theusis concedatur per fœminam, sivè concessio fiat 62
fœminæ, ibique de Luc. n. 10 in fin. versi. fœminæ
veniunt. Castald. consult. 280. num. 3 fol 467. tom. 2.
Mantic. de Tacit. lib. 2. tit. 14. n. 25. Mart ff. noviss.
tom. 3. tit. de Emphyth. cap. 23. fol. 124 Fulgin. de
Jur. Emphyth. tit. de success. in bon. Emphyth. quæst. 9.
n. 8. Caldas de Jur. Emphyth. lib. 3. cap. 15. n. 03.
in fin. Benintend. decis. Bonon. 52. n. 1. versic. contra-
rium tamen. Franch. decis. 30. sub n. 1. Rot. in re-
cent. decis. 420. n. 19. part. 4. tom. 2. decis. 737. n. 1.
& seqq. part. 4. tom. 3. ubi de emphytheusi recepta 63
à fœmina pro se, & filijs, & n. 8. & 9.

Ad num. 02. & seqq.

An Statutum Testatoris, vel gravati pro inter-
pretatione voluntatis sit attendendum. Quod re-
curri debeat ad Testatoris affectionem, & sic gravan-
tis, non gravati Statutum esse considerandum, &
attendendum, magistraliter resolutum fuit in Rota 64
Florentina in celebri Florentina Fideicommissi de Ber-
nighellis 10. Septembris 1723. n. 66. & pluribus seqq.
ubi auctoritates de hac materia tractantes cumulat,
illasque examinat, & declarat, casus distinguit, &
de materia fideicommissaria, feudali, & emphytheu-
tica differit, & deductis in decis. 451. inter recollect. 65
per Palm. Nep. in eadem causa emanata, & in dict.
decis. anni 1703. revocata abundè satisfacit, ideo-
que ad eandem decisionem nos remittimus, prout
etiam fecimus suprà in addit. ad decis. 7. ad n. 24.
& seqq. & dixit eadem Rot. decis. Florentina 14. n. 29.
inter impressas coram me, ubi plures referuntur.

Regula autem est in hac materia, quod proximi-
tas ultimi possessoris, & gravati attendatur, sivè 66
agatur de successione in bonis emphytheuticis So-
cin. Jun. consil. 106. num. 27. & 29. lib. 2. Roland. à
Valle consil. 100. num. 16. lib. 1. Altograd. consil. 13.
n. 52. lib. 2. Ansolin. dict. resolut. 14. num. 43. & seqq.
Amat. resolut. 10. n. 19. Cirocch. discept. 58. sub n. 5.
ubi plures alios citat, & discept. 78. num. 129. ubi
n. 125. adducit contrarium tenentes. Castald. con-
sult. 280. n. 6. fol. 467. tom. o. Gabriel. commun. con-
clus. lib. 3. de Jur. Emphyth. conclus. 1. n. 27. Pere-
grin. de fideicommiss. art. 51. num. 59. Panimol. de-
cis. 126. n. 1. & in addit. ad decis. 128. n. 24. & 25.
Rot. Rom. in recent. decis. 166. num. 15. part. 15. ubi
concordantes. decis. 235. per tot. par. 12. post de Luc.
de servitut. in Mantiss. decis. 10. n. 9. & seqq. & de-
cis. 11. num. 26. & 36. & in Ariminen. Fideicommissis,
quoad portionem Emphytheuticam 16. Decembris 1704.
§. dicebatur, & §. quibus coram R. P. D. meo Crispol-
to, & in puncto consuetudinis judicandi in Civitate
Florentiæ. de Luc. de lin. legal. lib. 2. artic. 52. n. 9. 67
Mans. consult. tom. 10. de Emphyth. consult. 31. n. 10.
13. & 14. Rot. Florent. apud Palm. Nep. dict. de-
cis. 453. n. 53. apud Manas. decis. 53. n. 2. & seqq. &
decis. 54. n. 7.

Sive simus in successione feudali. cap. 1. de natur.
success. feud. Thesaur. quæst. Forens. lib. 2. quæst. 21. 68
num. o. & seqq. Giurb. de success. feud. cap. 218. §. 2.
gloss. 12. n. 35. Jo: Otto Tabor tractat. vol. 2. de re-
fatat. feud. cap. 3. num. 10. ante med. versic. ita illud
difficultate non caret fol. 587. col. 2. propè med. ubi de
veriori. de Luc. de lin. legal. lib. 2 artic. 52. num. 8.
versic. in success. feud. ubi de veriori testatur re-
probans contrarios, & loquitur in successione feu-
di ex pacto, & providentia, & artic. 91. n. 7. Rot. 69
Lucens. apud Censal. dict. decis. 90. n. 47. Rot. Florent.
apud Palm. Nep. decis. 453. n. 50.

Sive in materia fideicommissi, & majoratus, ut
tradunt auctoritates plena manu à me recensitæ su- 70
prà in addit. ad decis. 7. ad n. 24. & seqq.

Quæ auctoritates de feudis, & fideicommissis lo-
quentes habent etiam locum in emphytheusi, cum

ab uno ad aliam valeat argumentum, quando non
71 reperitur diversimodè dispositom, & viceversa, ut
in subjecta nostra materia prosequntur *Altograd. con-
sil.* 25. *n.* 43. *lib.* 1. *Cirocch. discept.* 58. *n.* 1. *& di-
scept.* 78. *n.* 118. *D. meus Audit. Casareg. ad Statut. Gen.
de success. ab Intest. in princ. n.* 125. *fol.* 135. *Lopez
de Quindenniic cap.* 28. *n.* 11. *cap.* 41. *n.* 26. *cap.* 42.
n. 9. *cap.* 47. *n.* 27. *Buscol. post Card. de Luc. de feud.
artic.* 2. *n.* 113. *& seqq. Actolin. resol.* 14. *n.* 9. 10.
& 35. *Mans. consult. tom.* 10. *de Emphyth. dict. con-
sult.* 29. *n.* 3. & citata *consult.* 31. *n.* 12. ubi alij, re-
petita apud *Censal. decis. Lucens.* 9. *n.* 17. *&* 21. *Rot.
Rom. coram Buratt. decis.* 338. *n.* 9. & in hac nostra
decis. n. 23.

Prout loqueotes de fideicommissis, majoratibus,
72 & ultimis voluntatibus habent locum etiam im em-
phytheusi, ut in nostria termiois *Gabriel. consil.* 70.
n. 1. *lib.* 2. *Cirocch. dict. discept.* 78. *n.* 122. *Actslin.
dict. resolut.* 14. *n.* 11. *& seqq. & n.* 31. *&* 35. *Lo-
pez de Quindenn. cap.* 41. *n.* 22. *Mans. consult. tom.* 10.
dict. consult. 29. *n.* 4. *& consult.* 31. *num.* 11. *&* 12.
repetita apud *Ce⁊sal decis.* 9. *Rot. Florent. apud Mo-
nac. decis.* 53. *n.* 16. *&* 17.

Verum super hoc puncto fideicommissorum, &
majoratuum considerari potest rationis diversitas,
quando fit transitus de una linea ad aliam, vel de
uno genere personarum ad aliud: In fideicommis-
so enim tunc Testatoris proximitas attenditur ra-
tione præsumptæ affectionis, qoæ ardentior, & ef-
ficacior censetur erga sibi proximiores, quam erga
remotiores; sed hæc ratio in emphytheusi locum
non habet, cum enim emphytheusis non accipiatur
à primo acquirente, sed ab investiente, & conce-
dente, in isto considerari non valet potentior affe-
ctio erga proximiores primi investiti, quam ultimi
decedentis, proindeque non præsumitur concessa
secundum ordinem suceedendi habito respectu ad
primum stipulatorem, sed ad eum, in cujus per-
73 sonam conditio, seu casos successionis passivæ eve-
nit, in specie *Gabriel. consil.* 46. *n.* 12. *lib.* 1. *Acto-
lin. dict. resol.* 14. *num.* 46. *Mantic. de Tacit. lib.* 22.
tit. 18 *n.* 38.

Eoque magis ultimi decedentis proximitas atten-
denda est, quando versamur in bonis emphytheu-
74 ticis hæreditariis, de quibus liberè disponi potest,
tunc enim non attenditur proximitas primi acqui-
rentis, sed ultimi sueeessoris *Ruin. consil.* 166. *n.* 10.
lib. 1. *Corn. consil.* 190. *n.* 3. *versic. hoc præsupposita,
& n.* 4. *&* 5. ubi quod hoc procedit, quando sumus
in descendentibus stipulsntis *lib.* 3. *Honded. consil.* 36.
75 *n.* 35. *lib.* 1. ubi de Emphytheusi Ecclesi stica. *Me-
noch. consil.* 124. *num.* 53. *Mantic. de Tacit. lib.* 22.
tit. 17. *num.* 38. *Caldas de renovat. Emphyth. lib.* 1.
quæst. 9. *n.* 20. *Fulgin. de Jur. Emphyth. tit. de suc-
cess. in bon. Emphyth. quæst.* 2. *n.* 18. *de Luc. eodem
tract. disc.* 11. *n.* 3. *Pacion. de locat. cap.* 62. *n.* 75.
Episc. Rocc. dict. disput. 64. *num.* 2. *& seqq. & n.* 27.
& 28. *Rot. coram Merlin. decis.* 699. *n.* 12. repetita
in recent. decis. 741. *eodem n. part.* 4. *tom.* 3. *& de-
cis.* 230. *n.* 20. *part.* 11.

In Emphytheusi verò ex pacto, & providentia, pri-
mi acquirentis proximitatem spectandam esse, distin-
76 guendo unam speciem emphytheusis ab alia, tradunt
Menoch. consil. 124. *n.* 42. *& consil.* 507. *n.* 11. *Rot.
Lucens. apud Ludovic. decis.* 29. *num.* 38. & plurimi,
quos adducit, licet non sequatur, eadem *Rot. Lucens.
apud Mans. consult. tom.* 10. *de Emphyth. consult.* 27.
n. 3. & faciunt tradita per *Monac. decis. Florent.* 53.
num. 11.

Sed contrarium, quod etiam in emphytheusi ex
pacto, & providentia ultimi decedentis proximitas
77 attendator, in specie *Gabriel. consil.* 86. *n.* 9. *& con-
sil.* 90. *n.* 22. *&* 23. *lib.* 1. *Altograd. consil.* 25. *n.* 20.
& seqq. lib. 1. *Gratian. discept.* 347. *n.* 8. *Cirocch. di-
scept.* 78. *num.* 118. *& seqq. Mantic. de Tacit. lib.* 22.
tit. 18. *n.* 38. *in fine. Panimol. decis.* 126. *n.* 2. *Rot.
Lucens. apud Mans. consult. tom.* 10. *de Emphyth. con-
sult.* 27. *n.* 4. *& seqq.* ubi quod ita fuit judicatum 78
in Civitate Florentiæ. *consult.* 29. *ex n.* 5. *& seqq.
& n.* 10. *& consult.* 31. *n.* 13. *& seqq.* ubi adducit,
& reijeit contrarios repetita apud *Censal. dec.* 9.

Stat euim benè simul, quod in emphytheusi suc-
cedatur primo acquirenti, & quod attendatur pro- 79
ximitas ultimi gravati circa ordinem succedendi,
quia gravato semel adeunte, bona evaserunt patri-
monium illius *Giovagnon. consil.* 24. *num.* 30. *&* 40.
lib. 2. *Rot. Lucens. apud Mans. tom.* 10. *de Emphyth.
dict. consult.* 27. *sub num.* 5. repetita *apud Censal. de-
cis.* 90. *n.* 9. *& consult.* 29. *sub n.* 7. *versic. responde-
tur, dict. consult.* 31. *sub n.* 14. repetita apud *Censal.
decis.* 9.

Idque eo validius procedit, si emphytheusis con-
cessa fuit ex mera gratia, & liberalitate investien-
tis, qui cum non præsumatur habuisse magis affe-
ctionem ad unum, quam ad alium, in dubio se con-
formare voloisse præsumitur cum Statuto, & legi-
bus de successione ab intestato disponentibus proxi- 80
miori ultimi investiri successionem deferentibus, ut
in puncto emphytheusis *Gabriel. consil.* 86. *num.* 53.
lib. 1. *Cirocch. discept.* 78. *n.* 120. *Censal. dict. decis.
Lucens.* 90. *n.* 61. *& seqq.* ubi quando vocati dican- 81
tur ad emphytheusim ex mera gratia concedentis.

Idemque procedit in emphytheusi recepta ab Ec-
clesia, in qua cum non possit considerari major af-
fectio erga proximiores primi receptoris, quam ul- 82
timi successoris, istius proximitas inspicienda est in
individuo *Bald. in l.* 2. *n.* 5. *C. de Jur. Emphyt. So-
cin. Jun. consil.* 126. *n.* 4. *lib.* 1. *& consil.* 34. *n.* 16.
lib. 3. *Gabriel. consil.* 116. *n.* 10. *& seqq. lib.* 1. *Man-
tic. de Tacit. lib.* 22. *tit.* 18. *n.* 38. *Mart. de success.
legal. part.* 1. *quæst.* 12. *artic.* 2. *n.* 9. *versic. idem in
Emphytheusi. Gabriel. commun. conclus. tit. de Jur. Em-
phyth. conclus.* 1. *n.* 27. *Rot. Lucens. apud Magon. de-
cis.* 59. *in addit. litt. B. versic. quo verò ad materiam
Emphytheusis, & apud Mans. consult. tom.* 10. *de Em-
phyth. consult.* 29. *n.* 1. *& seqq. & consult.* 31. *n.* 10.
& plurib. seqq. ubi plenè materiam examinat, repe-
tita apud *Censal. dict. decis. Lucens.* 9. *n.* 15. *Panimol.
in addit. ad dict. decis.* 128. *n.* 24. *&* 25. *Rot. Rom.
post Paitel. expedit. Civil. decis.* 32. *n.* 2. ubi concor-
dantes.

Sed quid dicendum, si emphytheusis suir obtenta,
tam ex gratia conced·ntis, quam ex beueficio, &
stipulatione primi acquirentis, qui stipuletur pro se,
filijs, & descendentibus, & tunc si constat de men-
te disponentium, quod intellexerint de proximio-
ribus primi acquirentis, etiam ex conjecturis elicita,
eorum voluntas attendenda est, in puncto *Rot. Lu- 83
tens. apud Censal.* sæpecitata *decis.* 90. *n.* 65. *& seqq.
& n.* 71. repetita apud *Mans. consult.* 27. *tom.* 10. *de
Emphyth.*

Si verò de tali voluntate non constat, cum regulis
in subjecta materia à Doctoribus receptis proceden-
dum est, & si primus acquirens emphytheusim ob-
tinuit pro pluribus personis vocatis sub nomine col-
lectivo plurium personarum, & graduum, puta si
stipulatus sit pro se, filijs, & descendentibus; tunc
cum respectu plurium sub nomine collectivo com-
prehensorum non censeatur habita consideratio po-
tius ad unum, quam ad alium, in tali emphytheusi
vocati admittendi sunt ordine successivo eo modo,
quo ab intestato succederetur ultimo possessori, 84
non primo acquirenti, ut prosequitur, in specie.
Rot. Lucens. apud Censal. sæpecitata *decis.* 90. *num.* 68.
& seqq. repetita apud *Mans. consult. tom.* 10. *de Em-
phyth. dict. consult.* 27. & generaliter, quod quando
in

in emphytheusi plures vocantur per nomen colle-
ctivum, & comprehensivum plurium, & diverso-
rum graduum, & personarum, puta descendentes,
liberi, familia, agnatio, generatio, semper censen-
85 tur vocati ordine successivo non habito respectu ad
vocantem, sed ad eum, in cujus personam eve-
nit casus successionis passivæ, in specie *Corn. con-
sil.* 22. *n.* 18. *lib.* 2. *& consil.* 42. *sub n.* 5. *lib.* 4. *Ci-
rocch. discept.* 58. *n.* 5. *& discept.* 78. *n.* 127. *Consul.
dict. decis. Lucens.* 90. *num.* 41. *& seqq. Rot. Florent.
apud Monac. dict. decis* 53. *n.* 12. *& seqq. & decis.* 54.
n. 2. *& seqq.*

Quando autem emphytheusis ex liberalitate Do-
mini concedentis, vel ex beneficio primi acquiren-
86 tis obtenta dicatur, plenè *Rot. Lucen. apud Consul.*
sæpecitata *decis.* 90. *n.* 61. *& seqq.* repetita apud *Mans.
consult. tom.* 10. *de Emphyth. consult.* 27. *Lopez de
Quindenn. cap.* 45. *num.* 46. *Rot. Rom. in recent. de-
cis.* 741. *n.* 33. *& seqq. part.* 4. *tom.* 3. repetita *coram
Merlin. decis.* 699. *n.* 32.

Eo modo, quo in continuatione investituræ ul-
timi possessoris proximitas attenditur, ita etiam in
renovatione emphytheusis ista debetur proximiori ul-
87 timo loco investiti in concursu alterius proximio-
ris primi acquirentis *Gabriel. de Jur. Emphyth. con-
clus.* 2. *n.* 27. *Mantic. de Tacit. lib.* 22. *tit.* 18. *n.* 38.
& seqq. Bonden. collect. 34. *n.* 102. *lib.* 2. ubi plures
citat. *Rot. coram Merlin. dict. decis.* 699. *n.* 12. re-
petita *in recent. decis.* 741. *n.* 11. *&* 12. *part.* 4. *tom.* 3.
& decis. 381. *n.* 5. *part.* 15.

Primi acquirentis tamen, & non ultimi investiti
proximitas esset inspicienda in casu, quo linea unius
ex fratribus dividentibus totaliter esset extincta, nam
tunc cum transeundum sit ad alias lineas, præferri
88 debet is, qui primo acquirenti est proximior, cum
ipse omnium remanentium linearum sit caput, & ori-
go, ut declarant *Menoch. consil.* 124. *n.* 54. *Cephal. in
Causa Florentina consil.* 493. *n.* 42. 46. *&* 47. & post
plures, quos refert *Rot. Lucens. apud Consal. dict. de-
cis.* 90. *n.* 31. *& seqq.* alijque superius citati, *n.* 73.

Et hoc ipsum procedit, quando tota linea mascu-
lina esset extincta, & esset faciendus transitus ad li-
89 neam fœmininam, nam tunc etiam fœminæ proxi-
miores primo acquirenti succedere deberent, ut ul-
trà relatos suprà *n.* 33. in specie *Berò. consil.* 95. *n.* 8.
lib. 1. *Altograd. dict. consil.* 25. *n.* 19. *in fine, & per
tot. lib.* 1. *Rot. Lucens. apud Consal. d. decis.* 90. *n.* 36.
& 37. cum limitatione tamen, de qua in terminis
90 fideicommissi *Rot. Florent. decis.* 6. *n.* 12. *& decis.* 14.
n. 34. *& decis.* 57. *n.* 23. inter impressas coram me,
& me honorificè citato apud *Palm. Nep. d. decis.* 453.
n. 46. *&* 47.

Eadem.

Iisdem die, & Anno.

ARGUMENTUM.

Facultas recuperandi bona per alios empta, soluto tamen prius pretio, ex quibus dicatur persona-lis, non obstante stipulatione Notarij pro hæredibus, & successoribus, & quanto tempore præscribatur.

SUMMARIUM.

1 *STipulatio Notarij in principio Instrumenti apposita influit in sequentes ejus partes.*

2 *Notarius de jure communi potest stipulari pro absentibus, & non natis.*

3 *Item vigore Statuti Florentini* Rubr. 39. lib. 2.

4 *Perpetuitas arguitur ex verbis* si ullo umquam tempore, *quæ omnem casum, & tempus comprehendunt.*

5 *Item ex verbis* per aliquem ex Donatarijs, *quæ omnes nominatos, & comprehensos complectuntur.*

6 *Dictis* aliquis *æquipollet dictionibus* quilibet, quicumque, *quæ sunt universales.*

7 *Fideicommissum perpetuum arguitur ex prohibitione alienationis facta pro conservatione agnationis.*

8 *Verba* modo, & forma suprascriptis *relationem habent ad caput præcedens, quoad qualitates, & modum.*

9 *Fideicommissum favore familiæ inductum, est perpetuum, & reale.*

10 *Fideicommissum reale potest à quocumque avocari, & de ratione.*

11 *Donans potest gravare Donatarium in bonis propriis.*

12 *Et ex acceptatione donationis gravamen in ea injunctum dicitur acceptatum.*

13 *Verbum* dictis *est personale.*

14 *Contractus verba cui non conveniunt, nec ejus dispositio potest convenire.*

15 *Actio personalis non datur contrà singularem successorem.*

16 *Amplia etiamsi competeret respectu rei, vel pro re, quæ in eum transivit.*

17 *Rei vindicatio non datur contra eum, in quem non fuit translatum dominium.*

18 *Hypotheca non cadit in bonis alienis.*

19 *Bona hæredum non veniunt in generali obligatione.*

20 *Amplia etiam quando expresse nominata sint, nisi adsint requisita, de quibus remissivè.*

21 *Hypotheca non inducitur nisi ex conventione, vel legis dispositione.*

22 *Officium Judicis aliquando ex æquitate conceditur, quando alia deficit actio.*

23 *Non auditur qui petit id, cujus contrarium non esset petiturus.*

24 *Augmenti commodum, & beneficium pertinet ad eum, ad quem spectat periculum donationis.*

25 *Jus redimendi triginta annis præscribitur, & de ratione.*

26 *Amplia licet additum sit verbum* quandocumque, *seu* ullo umquam tempore.

27 *Jus retractus triginta annis præscribitur.*

28 *Item jus offerendi.*

29 *Licet adsit verbum* quandocumque.

30 *Actio quælibet, & quodcumque jus ex Statuto Florentino* Rubr. 73. lib. 2. *triginta annis, præscribitur, & n.* 59.

31 *Ante pretij oblationem à retrahente factam, præscribens jus offerendi dicitur in bona fide.*

32 *Retrotractio fieri non potest in tertij præjudicium.*

33 *Cautelæ ad impediendam alienationem quæ sint, remissivè.*

34 *Argumentum à facultate alienandi ad facultatem præscribendi valet.*

35 *Disponens præsumitur voluisse infinitatem evitare.*

36 *Publicæ utilitati repugnat bona semper stare in suspensu.*

37 *Dictis* dummodo *importat modum, non conditionem.*

38 *Limita, quando implementum fieri debet antequam actus perficiatur.*

39 *Respectu tertij nil refert an agatur de modo, vel conditione, quia utroque casu deficit dispositio, nisi modus, vel conditio impleatur.*

40 *Clausula* non aliter, nec alio modo *reddit actum conditionalem.*

41 *Et denotat formam præcisam, sine qua actus in esse deduci non potest, & aliter factus est nullus.*

42 Con-

42 *Conditio debet impleri non solum secundum mentem disponentis, sed etiam prout verba sonant.*
43 *Dictio talis est personalissima.*
44 *Et est demonstrativa, & restrictiva ad personam, ad quam refertur.*
45 *Conditio potestativa deficit ex mora non adimpleatis.*
46 *Mora dicitur committi, cum primam conditio impleri potuit dando, vel faciendo.*
47 *Conditio vere, & non ficte impleri debet.*
48 *Conditio voluntaria non extenditur ad casum similem.*
49 *In conditione potestativa satis est, ut ea non deficiat ex facto honorati.*
50 *Dicitur tamen deficere ex facto honorati, sive fecerit, quod facere non debebat, sive quod facere debebat non fecerit.*
51 *Facultas implendi conditionem potestativam non præscribitur in institutione, secus in legatis, & aliis dispositionibus.*
52 *Verba perpetuitatem importantia si referantur ad personam, restringuntur ad ejus vitam.*
53 *Juxta subjectam materiam.*
54 *Maximè stante verisimili mente Testatoris, & unde hęc desumatur.*
55 *Fideicommissum in bonis alienis non subsistit.*
56 *Potentia differt ab actu, & ea quę sunt in potentia non sunt in actu.*
57 *Tempus implementi, non contractus inspicitur, quando implementum à creditore oriri debet.*
58 *Tunc enim cessat ęquitas, in qua fundatur retrotractio.*
60 *Fideicommissarijs non currit pręscriptio, nisi eo die, quo agere potuerunt.*

DECISIO XVIII.

QUintus erat articulus resultans ex donatione anni 1522. dum in versiculo *ac etiam cum hac lege, & conditione apposita* voluit Illustris. Donator, ut si ullo unquam tempore contingeret, aliquem ex dictis Donatarijs emere aliqua bona intra bona, confinia, & demonstrationes suprascriptas, & tam Casignani, quam Oliveti, Castrinovi, & aliorum soprascriptorum in prima donatione contentorum, intelligerentur, & essent communia, & ad commune empta, & ad eosdem pertinerent modo, & forma, & pro ratis, & partibus suprascriptis, dummodo restituerent partem pecuniarum, & pretij soluti dicto tali emptori, & qui acquisivit primo, & ante omnia, alias non, & non aliter, nec alio modo; prætendentibus enim DD. Abbate, & Roberto hodie sibi licere consequi pro eodem pretio complura bona empta per DD. Raphaelem, & Robertum Domini Joannis Pauli in loco Casignani, quæ in hæreditate ejusdem D. Roberti remansere, eaque de causa pretium solutum offerentibus, ex adverso contendentibus Illustribus sororibus tale jus Dominis adversarijs nullo modo competere, quærebatur, quæ nam ex partibus melius etiam in hoc articulo jus foveret.

Pro Dominis Puccis dicebatur in primis ex clausula, & stipulatione Notarij in principio donationis apposita sub ijs verbis: *Et mihi Bernardo Notario infrascripto, ut publicę personę præsenti, & pro eis, & quolibet eorum, & cujuslibet eorum filijs, & descendentibus masculis, legitimis, & naturalibus, omnibusque alijs infrascriptis, & quorum interest, interrit, vel interesse poterit recipienti, stipulanti, & acceptanti.*

1 Quæ influere videntur in partes omnes subsequentes instrumenti ad *Castr. & Alex. in l. postulante in princip. ff. ad Trebell. Jason. consil.* 117. *n.* 18. *lib.* 2.
Bursatt. consil. 131. *n.* 14. & in specie ad dictam clau-
sulam *ac etiam, & cum hac lege, & conditione ap-
posita*, in qua signanter donatarijs omnibus concedi-
tur facultas recuperandi bona per alios empta, so-
luto tamen prius pretio, dicebatur inquam neces-
sario inferri successivis omnibus pro tempore Dona-
tarijs fuisse perpetuu acquisitum jus hoc offerendi, 2
tum de jure communi, juxta tradita per *Osa'ib. de-
cis.* 13. *per tot.* etiam non natis. *Decian. consil.* 1.
n. 24. *lib.* 3. *Thesaur. decis.* 70. *n.* 2. *per text. in l. si
quis operas ff. de oper. libert.* tum etiam ex jure mu- 3
nicipali ad Statutum sub *rubrica* 39. *lib.* 2.
Perpetuitas autem deducebatur ex illis verbis *si* 4
ullo umquam tempore, quæ important omni casu, &
omni tempore *cap. possessor. de regal. jur. in 6. Paris.
consil.* 52. *n.* 24. *& consil.* 92. *n.* 37. *lib* 2. *Roland. con-
sil.* 23. *n.* 18. *&* 19. *& consil.* 87. *n.* 12. *&* 13. *lib.* 4.
rursus ex verbis illis *per aliquem ex dictis donatariis*,
quæ complectuntur omnes nominatos, & compre- 5
hensos in donatione, & sic tam primos, & immediatos,
quam alios ulteriores donatarios; dictio enim *aliquis* 6
æquipollet dictionibus *quilibet*, *quicumque*, quæ sunt
universales. *Rebuff. in l. creditor. col.* 2. *ff. de verbor.
significat.* maximè juncta cum verbis stipulationis an-
tecedentibus *& pro eis, & quolibet eorum, & cujus-
libet eorum descendentibus*, additâque prohibitione
alienationis pro conservanda agnatione, ex qua per-
petuum arguitur fideicommissum ad *Ruin. consil.* 164. 7
n. 3. *&* 4. *lib.* 3. *Didac. Covarav. variar. resolut. lib.* 3.
cap. 5. *num.* 4. *versic. secundò, quod ex dicto. Roland.
consil.* 70. *num.* 39. *lib.* 3. quod sanè fideicommissum
etiam in bonis emendis inductum dicebatur ex ver-
bis illis *& eisdem pertineat modo, & forma, & pro
ratis suprascriptis*, verba enim *modo*, & *forma su-* 8
prascriptis, relationem habent proculdubio ad præ-
cedens caput, quoad omnes qualitates, & quoad mo-
dum, sicque etiam quoad onus fideicommissi, quod
cum negari non posset factum favore familiæ, non 9
tantum perpetuum videtur, sed etiam reale *Bald.
in l. quod vero contra sub n.* 3. *ff. de legib. Jason in
l. filius familias §. divi in* 2. *lect. n.* 146. *ff. de le-
gat.* 1. *Molin. de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 5. *n* 25.
Rimінald. Jun. consil. 739. *n.* 48. *& consil.* 744. *n.* 42.
lib. 7. Reale autem fideicommissum à quocumque
avocari potest, cum ad quemcumque res transit, 10
transeat semper cum onere suo, ut latè post alios
per *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 12. *n.* 81. neque
est cur dicatur bona non fuisse in bonis donantis,
ex quo ei licuit omnes prorsus donatarios gravare, 11
etiam in bonis proprijs *l. ab eo* à contrario sensu
C. de fideicommiss. prout gravamen ipsum ex agnitio-
ne emolumenti statim ab eis fuit acceptatum *l. Im-* 12
perator §. si centum ff. de legat. 2. *l. quoties in* 1. *C.
de fideicommiss. Menoch. consil.* 206. *n.* 95. *lib.* 3.

Istis tamen, & similibus minimè refragantibus DD. censuerunt ejusmodi oblationi nullum amplius esse locum, moti potissimum, quia sive respiciamus ad personas petentium, sive ad personas, à quibus petitur, sive ad tempus ipsius petitionis D. Puccij omni ex capite excluduntur.

Quoad personas petentium res est perspicua, ex
quo verba donationis sunt concepta in personis pri-
morum donatariorum, & restricta ad tempus, quo
bona essent communia, ut ibi -- *si contigerit per ali-
quem ex dictis donatariis emi aliqua bona, intelligan-
tur, & sint communia, & ad commune empta, eidem-
que pertineant modo, & forma, & pro ratis, & par-
tibus suprascriptis, soluto tamen prius pretio dicto ta-
li emptori, & qui acquisivit, &c.* At D. Puccij non
sunt ex dictis Donatariis, strictè sumendo vocem
illam *dictis*, quæ est personalis, & refert præcisè il- 13
los, quibus donatum fuit, ut per *Bursat. consil.* 13.
n. 35. *& Odd. consil.* 56. *n.* 5. Sed verius dici possunt

ex

ex fideicommissarijs vocatis ordine successivo post
primos donatarios; rursus bona non sunt ad com-
mone, ergo huic intentioni non conveniunt verba
14 contractus, consequenterque nec ejus dispositio *l. 4.*
§. toties ff. de damn. infect. Surd. consil. 179. n. 41.
Menoch. consil. 143. *n.* 24.

Quo verò ad personas, contrà quas agitur, ipsæ
quoque non sunt ex donatariis, quibus impositum
fuit onus communicandi, & ideo nulla contrà eas
competit actio; non personalis, quia in ijs bonis
15 singulares sunt successores, & actio personalis con-
tra singularem successorem non datur *l. 1. §. si he-*
res ff. ad Trebell. l. fin. §. fin. ff. de contrahen. empt.
16 etiam quando competit respectu rei, & ad rem, vel
pro re, quæ in eum transivit *Alex. consil.* 92. *n.* 7.
lib. 1. *Jason consil.* 149. *n.* 14. *lib.* 4. *Tiraquell. de re-*
tract. lign. §. 8. Gloss. 5. n. 7. & in l. si unquam in
verb. revertatur n. 325. *C. de revoc. donat. Natt. con-*
sil. 589. *n.* 2. Non rei vindicatio, quia in secundos,
17 vel posteriores donatarios nullum transferri potuit
dominium per Illustr. donantem, qui nullum habe-
bat *l. traditio ff. de acquir. rerum dom. l. nemo plus*
juris ff. de regul. jur. Jason d. consil. 149. *num.* 13.
& 14. *lib.* 4. *Decian. consil.* 21. *num.* 13. *lib.* 2, non
etiam hypothecaria, quia bona nunquam fuere in
bonis donantis, & hypotheca non cadit super bo-
18 nis alienis, ut per *Cephal. consil.* 189. *n.* 18. *lib.* 2,
etiamsi futura essent hæredum, nisi expressè obli-
gentur per Testatorem, in generali enim obligatio-
19 ne non veniunt bona hæredum *l. Paulus ff. de Pi-*
gnorat. actio. Et quando etiam obligata fuissent ex-
20 pressè, non tamen concurrerent requisita, de qui-
bus per *Negusant. de pignorib. in 3. membr. 2. par.*
n. 55. *& seqq.*

Verum in donatione nullibi legitur, bona emen-
21 da fuisse donatarijs hypothecata, hypotheca autem
non inducitur, nisi ex conventione, vel ex legis
dispositione *§. item serviana instit. de actio. Coman.*
in l. privilegia num. 6. ff. de priv. cred. Cephal. con-
sil. 555. *num.* 3. *lib.* 4. Sed nec ratio aliqua subest
æquitatis, ex qua prætendi possit officium Judicis,
22 quod quandoque, ubi alia deficit actio, conceditur
de æquitate ad *Surd. de aliment. tit. 3. quæst. 1. n.* 15.
Siquidem si bona empta cursu temporis fuissent de-
teriorata, utique noluissent Domini Puccij ea redi-
mere solvendo pretium numeratum per emptores,
iniquum ergo esset si possent redimere eodem pre-
tio post cursum quinquaginta, & sexaginta anno-
rum, dum facta sunt meliora, longeque majoris æsti-
23 mationis, cum non audiatur, quis petens id, cu-
jus contrarium non esset postulaturus *l. pen. C. de*
solut. l. si ea pactione C. de usur. Soccin. in cap. 1. sub
n. 106. *extra eod. tit.* cum alijs per *Roger. consil.* 6.
n. 50. *lib.* 1. & ratio tam civilis, quam naturalis di-
24 ctet, ut ad quem pertinet periculum diminutionis,
spectet etiam commodum, & beneficium augmen-
ti *l. secundum naturam* cum concord. *ff. de regul.*
Jur. faciunt tradita per *Menoch.* in simili casu *con-*
sil. 142. *n.* 11. *& seqq. lib.* 2. quem sequtus est *De-*
cian. consil. 87. *lib.* 2. & iterum idem *Menoch. con-*
sil. 607. *post n.* 10. *cum seqq. lib.* 7.

Quod si respiciamus ad tempus, intra quod li-
ceret uti hac facultate offerendi, aut volumus eam
assimilari pacto de redimendo, aut facultati retrahen-
di, aut juri offerendi, & quocumque modo capia-
tur, semper comperiemus illi præscriptum esse, fa-
cultas enim redimendi præscribitur spatio triginta
25 annorum, quia eam pariat solam personalem, ut
per *Alex. consil.* 10. *n.* 1. *lib.* 2. hæc, sicuti evenit in
omnibus personalibus, tanto tempore præscribitur
Cagnol. ex communi in l. 2. n. 2. C. de pact. inter empt.
& vendit. Gabriel de præscript. conclus. 6. *num.* 11.
26 etiam si additum esset verbum: *Quandocumque, seu*
ullo unquam tempore. Balb. de præscript. in 4. part.
5. part. quæst. 3. Cagnol. dict. l. n. 73. *Socin. Jun. con-*
sil. 145. *n.* 36. *lib.* 1. & idem pariter dicitur de ju-
re retrahendi, ot concludunt communiter scriben- 27
tes teste *Tiraquell. de retr. lign. §. 1. Gloss.* 10. *n.* 15.
Sed & quoad jus offerendi dependens ab actione 28
competitura pro jure aliquo acquirendo, ut in pro-
posito pro reducendo ad commune bona per ali-
quem ex donatarijs, empta idem concludunt *Bart.*
in l. pignori ff. de usur. Bald. in l. cum notissimi n. 14.
C. de præscript. 30. *annorum*. *Gabriel de præscript.*
conclus. 7. *n.* 6. etiamsi adesset verbum *quandocumque.* 29
Vegg. consil. 33. *per tot. Socin. Jun. dict. consil.* 145.
n. 37. *lib.* 1. inquiens conclusionem illam, ot facul-
tas nunquam præscribatur, procedere in simplici fa-
cultate, non in ea, quæ ab aliqua actione, seu ju-
re in judicium deducibili proficiscitur, & in jure
offerendi proveniente ex contractu, ita clarè post
alios concludit *Gabriel dict. conclus.* 7. *n.* 6. *& con-*
clus. 10. *n.* 11. & Florentiæ extat Statutum sub *Ru-*
brica 33. *lib.* 2. per quod tanto tempore quodcum- 30
que jus, & actio præscribitur.

Nec est cur in proposito dubitetur de bona fide
præscribentiom, cum nihil implere tenerentur, 31
nisi oblatione pretij sibi facta per habentes huius-
modi facultatem, seu jus offerendi. ut clare osten-
dunt verba illa *primo, & ante omnia, & non aliter,*
ondè si permisere labi tempus offerendi, non ideò
tamen dicuntur induxisse malam fidem in possesso-
ribus ad tradita post alios per *Socin. consil.* 64. *n.* 7.
lib. 1. Quinimò condonatariis offerre negligentibus
non impediebatur interim rem emptam in alios trans-
ferre *l. in re mandata C. manda.* nec ad præjudi-
cium acquirentis ab eo potuisset fieri retrotractio in
vim prioris dispositionis Illustriss. Cardinalis *Dict. in* 32
l. quod balneum, & in l. qui potior. ff. qui potior. in pign.
habeant. optimè *Decian. consil.* 11. *n.* 85. *lib.* 1. maxi-
mè cum nec alienationem quidem prohibuerit, &
ubi prohiboisset non fuerit usus cautelis, quæ in 33
similibus ad impediendam alienationem adhiberi so-
lent, de quibus post alios per *Gabriel. consil.* 66. *n.* 4.
lib. 1. ut sic non prohibita alienatione non censea- 34
tur etiam prohibita præscriptio, cum rectè argui
possit à facultate aliemandi ad facultatem præscri-
bendi *l. alienationis verbo.* ubi *Gloss. & scribentes*
ff. de verbor. significat. & certè si verum amamus,
plusquam verisimile est, ot suprà etiam attigimus,
Illustriss. Donantem ad evitandum infinitatem, ju- 35
xtà *text. in l. Fidejussor. §. si quis decem ff. de le-*
gat. 3. & in cap. ex multis de rescript. in sext. & ne
bona empta perpetuo starent in suspenso, quod pu-
blicæ utilitati repognat *l. 1. in princip. ff. de usu-*
capi. memoratam offerendi facultatem restrinxisse ad
primos illos donatarios, id quod necessario colli-
gitur ex clausula illa *dummodo alij restituant partem* 36
pretij dicto tali emptori, & qui acquisivit primo, &
ante omnia, alias non, nec aliter, nec alio modo, &c.

Nam etsi regulariter dictio *dummodo* importet mo- 37
dum, non conditionem *Bart. in l. quibus diebus*
§. Termilius n. 4. ff. de condit. & demonstr. Decian.
consil. 8. *n.* 75. *lib.* 1. Attamen quando implemen- 38
tum fieri debet antequam actus perficiatur, ut hoc
in casu ibi *primo, & ante omnia*, tunc conditionem
importat, non modum *Bart. in dict. §. Termilias*
n. 6. *Alex. consil.* 119. *n.* 1. *lib.* 1. *Aymon consil.* 10.
n. 14. *Cephal. consil.* 218. *num.* 29. *lib.* 2. *Menoch. con-*
sil. 60. *n.* 47. *Gabriel consil.* 5. *n.* 3. *lib.* 1. *Surd. de-*
cis. 209. *n.* 4. Et si somus in conditione, quod non
videtur negari posse, maximè cum restitutio pre-
tij fieri deberet ad favorem tertij, nempè empto- 39
ris, quo casu sive simus in modo, sive in condi-
tione, dispositio semper deficit tanquam conditio-
nalis, ut per *Peregrin. artic.* 25. *n.* 125. *& artic.* 43.
n. 14.

n. 14. *&* 15. utique plura joridiee inferri poſſunt;
& primo bona non potuiſſe dici eommunia, uiſi prius
ſoluta eſſet pars pretij, ſie enim clarè loquitur
Illuſtriſs. Donator, idque confirmat elauſula & *non*
40 *aliter, nec alio modo*, quæ & ipſa reddit actum eon-
ditionalem *Ruin. conſil.* 180. *n.* 1. *lib.* 1. formamque
41 præciſam denotat *Bart. in l. de his in princip. ff. de
tranſact. Gazzadin. conſil.* 3. *n.* 23. *Menoch. conſil.* 185.
n. 1. ſine qua actus in eſſe deduei non poteſt, & alli-
cet factus nullus eſt, ut plenè per *Roland. conſil.* 63.
n. 29. *&* *n.* 31. *lib.* 4. *Oſaſch. deciſ.* 165. *n.* 13. *Simon.
de Pret. conſil.* 31. *n.* 6. *Gabriel. conſil.* 186. *n.* 1. *lib.* 1.
Surd. conſil. 268. *n.* 9. *lib.* 2. ſecundò inſerri poteſt
42 eonditionem debuiſſe impleri, non ſolum in ſorma
ſpecifica, & ſecundum mentem donantis, ſed etiam
ſecundum ſonum verborum, & prout ruditer fue-
re prolata *Cephal. conſil.* 649. *n.* 62. *Rot. deciſ.* 433.
n. 2. *part.* 1. *in noviſs. Surd. deciſ.* 202. *n.* 6. ſieque
ſolvendo partem pretij dicto tali emptori, & qui
aequiſivit, non autem habentibus poſt adeò longum
temporis curſum eauſam ab eo, idque ne dum ex
natura ipſius eonditionis, ſed etiam, quia vox illa
43 *dicto* perſonalis eſt, ut ſuprà diximus, & dictio *ta-
li* eſt perſonaliſſima *Socin. conſil.* 57. *ſub n.* 7. *verſic.
tertiò principaliter lib.* 3. *Dec. conſil.* 38. *col. finat.* ubi
agentes de Statuto Florentino loquente de filijs *ta-
lium ceſſantium*, inquiunt, ejus diſpoſitionem re-
ſtringi ad filios eorum, qui verè eeſſantes fuerunt;
nee procedere in filijs eorum, qoi ex diſpoſitione
44 ejuſdemet Statuti habentur pro eeſſantibus, opti-
mè *Ladercb.* inquiens ejuſmodi dictionem eſſe de-
monſtrativam, & reſtrictivam ad perſonam, ad quam
refertur *conſil.* 88. *n.* 23. prout reſtrictivum pariter
eſt relativum illud *qui acquiſivit l. ea tamen ad-
jectio ff. de legat.* 3. *Bart. in l. cunctos populos in* 2.
appoſit. C. de Summ. Trinitat. & Fid. Catholic. quod
ſi ſulutio hæc ſaeienda erat emptori, & non alijs,
otique conditio hæc cogendi emptorem ad com-
municandum evideoter deficit ex ejus non imple-
45 mento, natura enim eonditionis poteſtativæ ea eſt,
ut ex mora non implentis deficiat *l. penult.* §. 1.
*ff. de condit. & demonſtrat. Peregrin. de fideicommiſ.
artic.* 16. *numer.* 126. & dieitor committi mora,
46 cum primum poſt mortem diſponentis potuit im-
pleri dando, vel faciendo *l. hæc conditio in* 2. *ff.
de condit. & demonſtrat l.* 1. §. *item ſi ita ff. ad
leg. falcid. Peregrin. dict. artic.* 16. *n.* 126. *&* 127.
& ideo non eſt cur, none omnibus, qui acquiſive-
re, jam extinctis, tractetur de ſolvendo alteri etiam
eorum ſucceſſori, quia hoc non eſſet ſolvere dicto
tali emptori, ſieque eonditio ficte impleretur in per-
47 ſona ſucceſſorum, quod fieri non poteſt, cum eaſus
hic aceiderit præter intentionem Donantis, ot per
Ruin. in l. Gallus § *& quod ſi tantum n.* 6. *& n.* 112.
ff. de liber. & poſthum. & voluntaria conditio non ex-
48 tendator etiam ad eaſum ſimilem, ut ex communi
per *Roland. conſil.* 56. *n.* 22. *lib.* 2. *Cephal. conſil.* 640.
n. 60. *& Decian. conſil.* 2. *n.* 58. *lib.* 2.

Et licet dici ſoleat in eonditione poteſtativa ſa-
49 tis eſſe, ſi non deficiat ex facto honorati *Bart. in
l.* 1. *in* 2. *appoſit. C. de inſt. & ſubſtit. Mantic. de con-
ject. lib.* 11. *tit.* 16. *n.* 14. hodieque defectus impu
taretur Illoſtriſs. ſororibus pretium oblatum recipe-
re recuſantibus, attamen non poteſt diei in propo-
ſito non ſtetiſſe per honoratos, nam ex quo pre-
tium non fuit oblatum emptoribus, dum erant in
humanis, quod ſtatim fieri poterat, per non offe-
50 rentes dieitur ſtetiſſe, ita *Bart.* oſtendens attendi
non ſolum factum honorati, ſed etiam non factum
in *dict. l.* 1. *ſub n.* 1. *verſic. aut deficit caſu fortuito,
& tunc aut ille, in cujus erat poteſtate, fuit in mora C.
de inſtit. & ſubſtit.* ſequitur ibi *Bald. ante n.* 126.
& 127. ubi diſtinguit legata, & diſpoſitiones inter
vivos ab inſtitutione, concludens in inſtitutione poſ-
ſe expectari quandoque etiam ad ultimom vitæ ſpi-
ritum honorati, in quo ſane caſu nos non verſamur.
Similem differentiam ſenſit etiam poſt alios *Gabriel* 51
de præſcript. concluſ. 11. *n.* 4. *&* 5. inquiens faculta-
tem implendi conditionem poteſtativam non præſeri-
bi in inſtitutione, ſecus in legatis, & alijs diſpoſi-
tionibus, ut per eum.

His ſtantibus dieebant Domini non obſtare ea,
quæ ex adverſo adducebantur; in primis enim, ubi
etiam non negaretur Notarium potuiſſe ſtipulari pro
donatarijs etiam naſcituris, itaut aliquo ex nomina-
tis ullo umquam tempore bona inter dicta confinia
emente, teneretur ea, ſoluto prius ſibi pretio, etiam
alijs communicare, hine tamen neceſſario non inſe-
rebatur præceptum hoc perpetuum eſſe, cum re-
ſtrictivè dicto tali emptori ſolvendum eſſet, & non
alijs, ot ſuprà dictum eſt, neque enim novum eſt
verba alioquin importantia infinitatem, prout ta-
lia videntur verba illa *ſi ulla umquam tempore* [quæ
tamen exemplificari poſſunt in duobus temporibus
nempè durante vita donantis, & poſt ejus mortem,
dum bona erant communia ad evitandum infinita-
tem] ſi ad perſonam referantur [ut hic] reſtringi 52
ad eorum vitam *l.* 1. *ubi gloſſ.* & ſeribentes *ff. pro
Soc. Gloſſ. in l. & in perpetuum ff. de procurator. Ruin.
conſil.* 135. *n.* 6. *lib.* 2. *& conſil.* 143. *n.* 10. *lib.* 4. &
ad terminos ſubjectæ materiæ *Ruin.* in verbis *ſi ullo* 53
umquam tempore conſil. 23. *num.* 4. *lib.* 5. *Decian. con-
ſil.* 13. *n.* 13. *lib.* 2. *Surd. conſil.* 298. *n.* 21. *lib.* 2. quæ
profecto ſuadet mentem Illuſtriſs. Donantis non fuiſ-
ſe ut donatarij, quos invitabat ad emendum propè
bona donata, ut fideicommiſſum ab eo inductum am-
plificaretur, perpetuò moleſtiam pati poſſent, &
per ſe, & per ſucceſſores ſuos in bonis emptis, &
quidem cum evidenti perieulo futuri damni, ſi vo-
luiſſet ea etiam poſt longiſſimum tempus poſſe re-
dimi pro pretio ſoluto tempore primæ aequiſitionis,
prout donationis verba ſonant; quis enim non vi-
det, data hac intelligentia, neminem ex donatarijs
fuiſſe empturom aliqua bona, ne ſubjaceret pericu-
lo perpetuæ facultatis redimendi, caſu quo melio-
ra efficerentur, paſſurus tamen damnum ſi forte ef-
ficerentur deteriora, verba igitur etiam quantum- 54
cumque generalia, & ampla jure optimo juxtà ve-
riſimilem mentem diſponentis, naturamque, &
æqualitatem diſpoſitionis fuere reſtringenda, ad tra-
dita per *Bart. in l. omnes populi n.* 58. *ff. de juſt. &
jur.* eom alijs per *Decian. conſil.* 13. *n.* 53. *lib.* 2. *&
Socin. Jun. conſil.* 128. *n.* 132. *lib.* 1.

Sed nec ex eo, quod donator voluerit bona ſic
empta, & per condonatarios recuperata ad eos ſpe-
ctare modo, & forma ſupraſcriptis, & ſic jure fidei
commiſſi, & quidem realis, ſtante prohibitione alie-
nationis in præcedenti donatione adjecta, viſum eſt
neceſſario inferri ſuper eis inductum fuiſſe fideicom-
miſſum, cujus virtute conveniri poſſint etiam ter-
tij poſſeſſores, ſiquidem hæc fortè procederent fa-
fuerit intimata ceſſio juris redimendi facta primo .

Maximè ſi in inſtrumento ad favorem primi ce-
lebrato adſit claoſola *conſtituti* , vel alia tranſlativa
actionum utilium , in puncto *Rot. coram Emerix Jun.* 87
dict. deciſ. 769. *n.* 2. *& ſeqq.*

Etiamſi is, cui ſecondo loco ceſſio facta fuit poſ-
ſideat bona redimenda , quia nihilominus ille , in
quem prius Jus redimendi translatum fuit per clau-
ſulam conſtituti , vel ſimilem præferri debet , cum
Jus redimendi ſit diſtinctum , & ſeparatum ab ipſis 88
bonis venditis , in ſpecie *Amat. reſol.* 54. *n.* 26. *Ci-
rocch. diſcept.* 69. *n.* 40. *de Marin. variar. reſolut.
lib.* 2. *cap.* 117. *n.* 12. *&* 18. *& cap.* 161. *num.* 4. *&
ſeqq.* egregiè *Rot. coram Emerix Jun.* ſæpecitata *de-
ciſ.* 769. *n.* 3. *& ſeqq. & deciſ.* 807. *n.* 7. *in recent.
deciſ.* 502. *n.* 1. *& ſeqq. part.* 2.

Quod ſi in inſtrumento venditionis fuit promiſſum
emptori , ipſum præferri debere omnibus in pari con-
ditione , ſub hac obligatione non cadit ceſſio Juris re- 89
dimendi merè gratuita , in ſpecie *Rot. coram Eme-
rix Jun. deciſ.* 581. *num.* 1. *& ſeqq.* ubi plures con-
cordantes .

Sed hoc non procedit , quando promiſſio eſt am-
pla , & generalis præferendi emptorem in quocum-
que contractu ceſſionis , aut alienationis , nam tunc 90
non poteſt promittens in præjudicium emptoris
jus redimendi alteri gratuito cedere , ſeu in alium
transferre , in individoo *Rot. coram Emerix. Jun.
deciſ.* 587. *num.* 1. *& ſeqq.* ubi alios allegat .

Hæc

Hæc omnia procedunt cum supposito venditionis factæ ab una, eademque persona, vel à pluribus, qui concurditer eamdem instantiam, & petitionem faciant, sed si plures sint venditores, ad quorum fovorem pactum de retrovendendo oppositum sit, aut plures sint hæredes unius venditoris, & unos tantum ex illis urgeat pro redimenda re, ipse ogere potest in solidum pro re vendita recupe-
91 randa, præstita tamen cautione de tradendo partem olijs, qui postea velint reemere *Cabal. consil.* 159. *n.* 5. *lib.* 1. plenè *Gratian. discept.* 330. *per tot. Tiraquell. de retract. convent.* §. 1. *glos.* 6. *n.* 38. *Ricc. collect.* 2641. *Christin. decis. Belgic.* 88. *num.* 4. *tom.* 3. *Sanfelic. decis.* 122. ibique *Mucc. n.* 1. *& seqq.* ubi declarat. *Rot. Florent. apud Magon. decis.* 28. *per tot. Rot. Rom. in recent. decis.* 301. *n.* 1. *part.* 18.

Et si unus tantum ex eis vellet partem suam redimere olijs recusantibus, emptor partem illam reven-
92 dere non tenetur, quia ab initio non emisset, nisi totum fundum esset habiturus *Ronchegal. in l. eadem n.* 64. *ff. de duobus reis. Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 137. *in fine. Christin. decis. Belgic.* 88. *num.* 3. *lib.* 3. *Sanfelic. dict. decis.* 122. *num.* 4. *&* 5. ubi limitat si plures vendidissent separatim, nam unusquisque ad-
93 mitteretur ad suæ partis luitionem *Mucc. in dilucid. ad dict. decis.* 122. *n.* 4. ubi qood emptor, cui cessum est Jus redimendi ob uno ex cohæredibus non
94 potest compelli ab altero cohærede ad rem retrovendendam.

Unum hic pro coronide addam, quod pactum de retrovendendo, quando est conceptum in rem, vel res ipsa fuit hypothecata pro illius observantia con-
65 tra secundum, vel olium ulteriorem emptorem, & possessorem exerceri potest *Cravett. consil.* 12. *n.* 7. *Novar. ad Pragmat. Regni collect.* 186. *Tiraquell. de retract. convent.* §. 1. *glos.* 2. *n.* 3. *&* §. 3. *glos.* 1 *in princ. Mantic. de tacit. lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 44. *& plurib. seqq. Boer. decis.* 182. *n.* 48. *Rot. Florent. apud Cabal. decis.* 96. *per tot. lib.* 1.

Eadem.

Iisdem die, & Anno.

ARGUMENTUM.

Per divisionem, præsertim factam ab arbitris non censetur fideicommisso fuisse renunciatum, non obstante promissione evictionis, clousula ad habendum, juramento, & alijs clausulis, & contrariæ ouctoritotes declarantur.

SUMMARIUM.

1 *EVictio proveniens ex natura rei, vel ordinatione authoris regulariter non debetur, nisi in casum, in quem fuit specialiter stipulata, & num.* 39. *&* 40.

2 *Limitu si verbis universalibus, & pregnantibus promissa fuerit, & quę sint verba ista, & n.*41.

3 *Item limita concurrentibus conjecturis.*

Intellige, ut conjecturę debeant esse apertę, præcisę, & concludentes, n. 47.

Et unica non sufficit, n. 49.

4 *Remissio fideicommissi futuri inducitur ex clausulis* renunciantes &c. obligantes &c. in forma Cameræ &c. joramento, &c.

Contrà n. 18. *& n.* 31. *& seqq. & n.*42.

5 *Clausula* renunciantes *juxtà formularium Florentinum extensa importat renunciationem Juris competentis, & competituri.*

6 *Juramento renunciari potest* l. de his C. de transact.

7 *Facultas alienandi dicitur concessa ex clausula* constitutionis Procurotoris in rem propriam.

8 *Quando renuncitum est fideicommisso, an fideicommissarius agere possit ad pretium. remissive.*

9 *Quando in divisione bona vinculata fuerunt considerata tanquam libera venit evictio etiam ex natura rei, & n.*66.

10 *Et dicuntur considerata tanquam libera, si fuerint divisa, ut hereditaria, & n.*58.

Declara, ut n. 62. *&* 63.

11 *Potest simul stare non esse fideicommisso renunciatum, & tamen condividentes teneri de evictione, & per viam exceptionis repelli à fideicommisso.*

12 *Fideicommissum inter descendentes constitutum, si unicus superfit, illi indubitanter debetur.*

13 *Remissio fideicommissi nondum purificati non inducitur per simplicem divisionem.*

14 *Præsertim, si agatur de divisione facta per viam laudi, & n.* 21. 22. *&* 23.

15 *Fortius cum jam fideicommissum est acceptatum.*

16 *Et ubi non concurrit scientia testamenti, & qualitatis fideicommissi, & mentis juris futuri.*

17 *In dubio pro non remissione fideicommissi est judicandum.*

19 *Propter decisiones externas à stylo, & consuetudine Patriæ non est recedendum.*

20 *Actum non dicitur, quando aliquid superest addendum.*

24 *Ex mentione instrumenti non infertur ad scientiam omnium in eo contentorum.*

25 *Scientia ratificantis laudum non supplet scientiam Arbitri.*

26 *Jus non censetur prius remissum, quam natum.*

27 *Emologatio Laudi referri solum potest ad ea, quæ per arbitros decidi poterant, non ad ea super quibus lis non aderat.*

28 *Sententia continere solum potest negotia prçterita, non futura.*

29 *Ratificatio fieri non potest de his, quę in compromisso non sunt contenta.*

30 *Extensio clausularum fieri debet secundum tempus, & stylum modernum.*

31 *Clausulę generales non referuntur ad fideicommissum de futuro.*

32 *Amplia licèt sit renunciatum omni juri presenti, & futuro, & n. seq.*

33 *Clausulę, quę ad aliud trahi possunt non important remissionem fideicommissi.*

35 *Clausulę positę in executivis instrumenti non possunt alterare principalem dispositionem.*

36 *Remissio fideicommissi nullam habet proportionem cum divisione.*

37 *Censeri debet facta cum suis oneribus, & honoribus.*

38 *Renunciatio fideicommissi non præjudicat venienti ad illud ex Jure proprio.*

43 *Auctoritates contra regulam, de qua supra, num.* 1. *declarantur, & n. seqq. & n.*48.

44 *Arbitri facultas non extenditur ad id, quod in compromisso dictum non est.*

45 *Contractus divisionis ęquiparatur emptioni, & venditioni.*

46 *Clausulę in contractu divisionis appositę, accipiendę sunt potius ad exprimendum divisionis effectum, quam ad ipsum augendum.*

50 *Promissio evictionis contra quemcumque, comprehendit molestias, quę à tertijs inferri possint, non à promittente, & de ratione.*

51 *Restricta ad unum casum ad alium extendi non potest.*

52 *Cedens, promittens defensionem, non intelligitur cedere, nec promittere contra seipsum.*

53 Menoch. præsumpt. 115. n. 17. lib. 1. *declaratur.*

54 *Ver-*

54 *Verbum* invicem *includit perſonam loquentis.*
55 *Hęres eſt una, & eadem perſona cum defuncto.*
56 *Tertius non eſt, qui habet cauſam ab illo, qui implere tenetur.*
57 *Evictio debetur, cum mutuum periculum in ſpecie promiſſum non eſt.*
59 *Clauſulę* ad habendum, conſtitutionis procuratoria, & ceſſionis jurium *in diviſione appoſita juxta ejus naturam regulari debent.*
60 *Et durat eorum vis quouſque durat diviſio; & de eatione.*
61 *Clauſula acceſſorię regulantur ſecundum naturam contractus principalis.*
62 *Verba enunciativa non inducunt diſpoſitionem, nec probant quando contrarium apparet.*
63 *Et quanda de veritate enunciatorum tractatur.*
64 *Alienatio contra prohibitionem Legis, & hominis facta, eſt nulla ipſo jure.*
65 *Et contra ipſam etiam alienans venire poteſt.*
67 *Dolus, & fraus mutua non poteſt a committentibus, vel eorum heredibus apponi.*
68 *Fideicommiſſarii, qui inventurium non fecerunt, non poſſunt ad invicem inventarii omiſſionem apponere.*

DECISIO XIX.

SExtus erat articulus, an exceptio evictionis ex
regula *l. vindicantem ff. de evictiou.* per Illo-
ſtres Sorores oppoſita circa bona Caſignani,
quæ ſine dubio fuere per D. Cardinalem Laureu-
tium perpetuo fideicommiſſo ſubjecta ad favorem
familiæ in dicta donatione anni 1522. efficaciter ob-
ſtaret Illuſtribus DD. de Puccis, ex quo commu-
nes partium authores uti hæredes donantis de an-
no 1531. dividentes inter ſe bona, & hæreditatem
ejuſdem D. Cardinalis in laudo diviſorio per eos
emologato permiſere apponi clauſulam ſequentem.
*Et quod dicti hęredes alter alteri reſpective ſint obli-
gati ad evictionem trium partium bonorum ſupraſcrip-
torum exiſtentium in dominio Florentino, & cujuſli-
bet eorum a quocumque, qui quacumque cauſa, vel quo-
cumque prętextu, ſeu colore dicta bona in totum, vel
in parte moleſtaret, atque convinceret.*
Prætendebatur enim per dictas Illoſtres Sorores,
admiſſa etiam opinione *Riccard. Malumbr. in l. ſi fa-
milię C. famil. Erciſcund.* ut evictio proveniens ex
1 natura rei, vel ordinatione authoris regulariter non
debeatur, niſi in eventum, in quem ſpecialiter fue-
rit ſtipulata, hunc tamen caſum in vim dictæ clau-
ſulæ verſari extra omnem difficultatem, ex quo ad
evitandam opinionem illam ſat eſt, ſi evictio fue-
2 rit promiſſa verbis univerſalibus, & prægnantibus,
qualia videntur ea, quæ in memorata clauſula le-
guntur ad *Gloſs. in l. cum pœna ff. de arbitr.* quam
communiter receptam teſtatur *Tiraq. de retract. ligu.
ad fin. tit. n. 98. Dec. conſil. 55. n. 91. lib. 3. Burſatt.
conſil. 173. n. 75. Honded. conſil. 3. n. 75. lib. 1. Me-
noch. praſumpt. 115. n. 17. lib. 3. Petr. de fideicomm.
quaſt. 24. n. 35. Rot. deciſ. 152. n. 5. part. 2. in noviſs.
Cavalcan. deciſ. 36. n. 8. & ſeqq. part. 2.* & in *cauſa
de Capponibus* firmarunt *DD. Tres ſub die 19. Augu-
ſti* 1599. Confirmabaturque hæc ſententia ex dif-
ferenti promiſſione evictionis reſpectu bonorum agri
Florentini [quæ pro majori parte ſunt livellaria,
& ſubjecta fideicommiſſo] a promiſſione reſpecto bo-
norum Romæ extantium, quod non videbatur fa-
ctum ſine miſterio, ut ſcilicet omiſſa dici poſſet re-
ſpectu livellariorum, & fideicommiſſo ſubjectorum
opportuna cautio de evictione, concurrentibus au-
3 tem conjecturis evictio debetur etiam in ſpecie non
promiſſa, etſi ſequatur ex natura rei, vel ex præ-
ordinatione communis authoris, ut poſt alios per
*Caballin. de evict. §. 5. n. 35. Burſatt. d. conſil. 173.
n. 31. Petr. dict. quęſt. 14. n. 51. Cavalcan d. dec. 36.
n. 9. & n. 33. cum ſimil.*
Quinimo dicebatur ex clauſulis *Renunciantes,
&c. Obligantes, &c. In forma Camerę juramento, &* 4
conſtitutione Procuratoris in fine compromiſſi adhibi-
tis per condividentes præclarum videri remiſſionem
fideicommiſſi etiam futuri, cum clauſula *renuncian-
tes* extenſa juxta Formolarium Florentinum impor- 5
tet remiſſionem juris competentis, & competituri
ad tradita per *Soccin. Jun.* poſt *Bart. Alexand. Are-
tin. Jaſon. Dec. & Crot.* quos allegat *conſil. 126. n. 50.
lib. 1.* cum aliis per *Menoch. praſumpt. 85. num. 76.
lib. 3. Petr. dict. quaſt. 24. n. 63. & Peregrin. ar-
tic. 52. n. 33.*
Nec intrare difficultatem, an Arbitri haberent
facultatem remittendi fideicommiſſum, vel ne, quia
Partes ipſæ, non Arbitri hanc clauſulam appoſuerunt,
& cum ſtatim juraverint, ceſſare etiam difficultatem 6
l. de his C. de tranſact. quæ ſemper communiter tol-
litur per juramentum *Peregrin. d. artic. 52. n. 49.
Surd. conſil. 267. n. 11. lib. 2.* idemque etiam dice-
batur importare clauſulam *conſtitutionis procuratoris* 7
in rem propriam, ex quo per eam conceditur facul-
tas alienandi *Peregrin. d. loc. n. 43. & 46 in fin.* &
licet dubitari poſſit, an fideicommiſſarius tunc age-
re valeat ad pretium ex eodem *Peregrin. conſil. 161.* 8
n. 47. adverſarios tamen id non petiiſſe, ut propte-
rea ad ſummum in hoc ipſis jura reſervari poſſent.
Perpendebatur inſuper in hoc propoſito doctrina
Bald. in l. ſi familię n. 7. C famil. Erciſc. ubi quæ- 9
rens, an in diviſione veniat evictio, ſpectandum eſ-
ſe inquit qualiter fuerit contractum, ſi enim bona
vinculata fuerint diviſa, & aſſignata tanquam libe-
ra, tunc debebitur evictio etiamſi proveniat ex na-
tura rei. Quare ſi advertamus, quomodo fuerint
diviſa bona in caſo noſtro, comperietur ea diviſa
fuiſſe tanquam bona hæreditaria D. Cardinalis Lau- 10
rentii, ſic enim loquitur inſtrumentum diviſionis,
ſic compromiſſum, ſic laudum, at certum eſt tan-
quam hæreditaria fuiſſe libera, non autem ſuppoſita
fideicommiſſo, quia fideicommiſſum non præſumitur,
niſi probetur; ergo ſumus in doctrina *Bald.* ubi ſu-
pra, & in terminis, ut quando bona vinculata di-
viduntur tanquam hæreditaria, tunc debentur evi-
ctio, etſi ſequatur ex natura rei, tenuit expreſſe *Rip.
in 3. reſponſ. n. 56. tit. de jur. gent.* quem ſequuti
ſunt *Menoch. conſil. 87. num. 89. & Surd. conſil. 15.
num. 12.*
Partes igitur, quæ ad invicem tenentur pro om-
nibus contentis in diviſione, & in laudo, tenebun-
tur etiam manutenere dicta bona tanquam hæredita-
ria: & ideo ſi evincunt tanquam donata, & non tan-
quam hæreditaria, utique non ſervatur diviſio, er-
go tenentur de evictione, idque etiamſi ex dictis
clauſulis fideicommiſſo non fuiſſet renunciatum; poſ-
ſunt enim hæc duo ſtare ſimul, ut non fuerit re- 11
nunciatum fideicommiſſo, & tamen condividentes,
& eorum hæredes teneantur de evictione, & per viam
excipiendi repellantur a fideicommiſſo, & ad hoc
citabatur in puncto *Borgnin. deciſ. 36. n. 7. verſic. etſi
non eſſet remiſſum.* Hæc erant, quæ principaliter,
multis omiſſis, pro hac parte in medium afferе-
bantur.
Quibus tamen minime obſtantibus DD. cenſue-
runt bona etiam Caſignani, uti memorato fideicom-
miſſo ſubjecta hodie ad D. Robertum D. Pandul-
phi ſpectare, & pertinere, eidemque relaxanda eſ-
ſe una cum fructibus perceptis, & percipiendis, re-
ſervatis tamen hinc inde juribus prætenſorum me-
lioramentorum, & reſpective deteriorationum, ut
in ſententia.

Moti potissimum, quia supposito perpetuo fidei-
commisso, de quo sopra ad favorem dictarum trium
linearum, non erat quid dobitaretur, quin dictus
12 D. Robertus, qui hodie solus est superstes ex pri-
mis descendentibus masculis Illustriss. Cardinalis Ro-
berti, duabus aliis lineis masculorum D. Alexandri,
& D. Petri in totum defectis, ad fideicommissum ip-
sum ordine successivo vocatus censeretur, vulg. *l.
cum ita §. in fideicommisso*, ibi: *nisi specialiter de-
functus ad ulteriores voluntatem suam extenderit ff. de
legat.* 2. ample *Socin. in l. si cognatis n.* 30. *ff. de reb.
dub. & consil.* 51. *n.* 41. *lib.* 4. *Mantic. de conjectur.
lib* 8. *tit.* 12. *n.* 15. *Peregrin. artic.* 22. *n.* 77. & ideo
tota vis præsentis disputationis in eo consistebat, an
opposite exceptiones huic intentioni refragarentur.

Et quidem quod attinet ad fideicommissi remis-
sionem DD. parum in hoc duxere elaborandum, cum
viderint aliquos ex Clarissimis Advocatis DD. Soro-
rum non persistere in prætensa hac remissione, quæ
optime excludebatur ex deductis in dubiis; quia
nempe communis sic sententia per simplicem divi-
13 sionem non induci remissionem fideicomissi adhuc
non purificati *Gabriel. de fideicommiss. conclus.* 1.
in princ. id, quod maxime procedit, ubi divisio fuit
facta per viam laudi, tunc enim quibuscumque clau-
sulis usi sint Arbitri, non potest operari aliquam fi-
14 deicommissi remissionem, ut plene per *Socin. conf.* 251.
n. 18. *lib.* 2. cujus opinionem post concordantes ad-
ductos communem, imo & sine contradictore testa-
tur *Odd. consil.* 49. *n.* 8. & 10. & longe magis post-
quam fideicommissum fuit semel acceptatum, illi
enim non dicitur postea per quascumque clausulas
15 renonciatum in divisione, ut per *Grat. in l. qui Ro-
mæ §. duo fratres n.* 54. *ff. de verbor. obligat.* & per
Odd. d. loc. n. 16 maxime ubi non concurrunt scien-
tia testamenti, scientia qualitatis fideicommissi (re-
16 ciproci nempe) & mentio juris futuri *Socin. Jun.
d. consil.* 116. *n.* 10. *lib.* 1. *Gabriel. d. conclus.* 1. *n* 43.
17 ac demum quia in dubio pro non remissione fidei-
commissi judicandum esse docent *Bart. in d. l. qui
Romæ §. duo fratres in 6. quæst. Grat. consil.* 17. *n.* 47.
& consil. 22. *n.* 27. *lib.* 1. *Cephal. consil.* 171. *n.* 15.
Odd. d. consil. 49. *n.* 23. *Peregrin. d. artic.* 52. *ante
n.* 25. *Simon. de Prat. de interpret. ult. volunt. lib.* 3.
interpret. 3. *dub* 6. *solut.* 5. *n.* 20. *fol.* 374.

Idque non refragantibus multis, quæ per non-
nullos alios pro remissione deducebantur, ex quo
supponebant multas clausolas in vim Formularii Flo-
rentini in ipsis divisionibus extendi, seu verius sub-
audiri posse, quod certe convenire non potest di-
visionibus in alma Urbe sexaginta ab hinc annis,
18 & ultra factis: Prout nec videtur ex clausulis, quæ
tunc temporis erant in usu extra Provinciam Thu-
sciæ inferri posse ad remissionem fideicommissi in-
ducti in Civitate Florentiæ, ubi jam diu receptum
est, ut per similes divisiones non intelligatur re-
nunciatum fideicommisso conditionali, prout clare
ostendunt allegatæ decisiones in *causa de Fabronibus
de anno* 1590. *& de Venturis de anno* 1596. a quibus
19 tanquam indubitatis, & a stylo, & consuetudine Pa-
triæ comprobatis, non fuit cur ex prædictis clausu-
lis, vel etiam decisionibus exteris recederetur, ju-
xta notum *consil. Rom.* 367. *n.* 11. & plene tradita per
DD. in *Mot. in d. causa de Venturis col.* 2. *vers. sextò fa-
cit*, & certe, si remissionem fideicommissi deducimus
ex prima scriptura diei 11. Novembris 1531. in qua
prætenditur contineri divisiones ante compromissum,
id nihil est prorsus, cum conventio illa fuerit præpa-
ratoria, non autem inductiva divisionum, prout com-
promissum, laudumque subsequutum præclare osten-
dunt; si enim scriptura illa importasset divisiones,
frustra per plura factum esset, quod fieri poterat per
pauciora, factum ergo fuit compromissum, & sub-
sequutum laudum, quia nihil actum intelligebatur,
donec aliquid supererat addendum, vulg. *l. cum Sil-* 20
lanianum in fin. C. de his, quibus, ut indig. si vero
remissionem ipsam deducimus ex compromisso, uti-
que cum nulla lis penderet super eo nondum puri-
ficato, & tunc clausulas etiam universales non suf- 21
ficere ad ejus remissionem, testes sunt *Bald. conf.* 84.
sub n. 1. *lib.* 1. *& consil.* 191. *n* 3. *lib.* 2. *Roman. con-
sil.* 403. *n.* 5. & 6. *Fulg. consil.* 41. *n.* 5. *Socin. con-
sil.* 251. *n.* 18. *lib.* 2. *& consil.* 13. *lib.* 3. *Rain. consil.* 16.
n. 24. *lib.* 2. *Gozzad. consil.* 36. *n.* 13. *Curt. consil.* 89.
n. 8. *Paris. consil.* 24. *n.* 107. *lib.* 2. *Rip. in d. §. duo
fratres n.* 80. *Alb. consil.* 29. *n.* 16. *Roland. consil.* 34.
n. 76. *lib.* 4. *Petr. quæst.* 14. *n.* 90. *Peregrin. dict. ar-
tic.* 52. *ante n.* 80. *Odd. d. consil.* 49. *n.* 8.

Consequenterque Arbitri, qui nullam remit-
tendi fideicommissi habebant facultatem, ex quo de
ea non constat, verisimiliter non fuissent transgressi 22
auctoritatem sibi concessam *Roman. d. consil.* 403. *in* 2.
dub. Alex. consil. 208. *n.* 5. *lib.* 6. *Socin. d. consil.* 251.
n. 14. & 15. *Gozzadin. consil.* 36. *num.* 15. *Dec. con-
sil.* 11. *n.* 25. *Nevizan. consil.* 32. *post n.* 12. *Rip. dict.
§. duo fratres n.* 8. *Decian. consil.* 3. *n.* 85. *lib.* 3. DD.
Tres *in causa de Venturis col.* 1. *versic. tertiò quia*, ma-
xime cum non haberent notitiam fideicommissi saltem 23
specificam, prout requiritur *Aym. consil.* 193. *n.* 8.
Franc. Becc. consil. 111. *n.* 20. *versic. rursus. Odd. ubi
supra n.* 9 *Peregrin d. artic.* 52. *n.* 79. DD. Tres in
loco præcitato *col.* 2. *versic* 3. *quia dicti Arbitri*.

Non referente, quod in præcedenti instrumen-
to fuerit facta mentio dictæ donationis, quia non 24
inde infertur Arbitros habuisse scientiam omnium
contentorum in ea *Pute. decis.* 397. *n.* 13. *lib.* 3. nec
scientia ratificantium suppleret *Petr. Jo: Anguisc. con-* 25
sil. 2. *lib.* 3. Quod si dicamus, remissionem fuisse in-
ductam ex verbis laudi, neque hoc juridice firma-
ri potest, cum in eo de remissione ne verbum qui- 26
dem, & tum alio non docto, jus nunquam censere-
tur prius remissum, quam natum *Alex. consil.* 208.
n. 7. *lib.* 6. Idem pariter dicitur de emologatione,
nam & emologatio referenda est tantum ad ea, quæ 27
per arbitros decidi poterant, non autem ad fidei-
commissum de futuro, super quo nulla poterat lis
consistere, ita *Socin. d. consil*, 251. *sub n.* 21. *Odd. d.
consil.* 49. *n.* 20. qui post *Bald.* relatum in *l. omnes
populi ff. de just. & jur.* id confirmat ratione, quia
nempe sententia nunquam continere potest nisi nego- 28
cia præterita, futura vero minime, & quoad non con-
tenta in compromisso nil erat, quod ratificari posset 29
Socin. ubi supra n. 21. *Berò. consil.* 30. *n.* 19. & 20. *lib.* 3.

Nec resistunt clausulæ generales, quia præter-
quamquod non fuere extensæ, & extensio fuisset fa-
cienda non secundum tempora antiqua, sed secun-
dum hodierna, ex quo omnia variantur ex tempo- 30
re, præsertim vero stylus Curiæ, qui modo niger
est, modo albus, ut per *Lap. alleg.* 51. *Cassador. de-
cis.* 2. *num.* 4. *de rescript.* & *Lancellott. de attentat.
part.* 2. *cap.* 20. *num.* 208. clausulæ etiam generales 31
nunquam referuntur ad fideicommissum de futuro
Peregrin. ex communi *d. artic.* 52. *n.* 26. *versic. quin-
to quia*, quinimmo non desunt etiam qui dicant, hoc 32
procedere, etiamsi expresse renunciatum sit omni ju-
ri præsenti, vel futuro *Gabriel de fideicommisso. con-
clus.* 1. *n.* 11. & 12. ubi de communi, & de verbis,
omne jus, quod habent, vel habere sperant in futurum
ample *Surd.* inquiens hæc verba esse intelligenda de
jure futuro ex causa de præsenti, vel de præterito
consil. 25. *n.* 28. optime *Bald. consil.* 191. *n.* 3. *lib.* 2.
& consil. 440. *sub n.* 2. *& seqq. lib.* 3. ubi loquitur
etiam in verbis geminatis *quavis occasione, vel causa.
Gozzadin. consil.* 37. *n.* 24. *Odd. d. consil.* 49. *n.* 13. &
de verbis, *quæ habere potuerunt, quovis modo Ro-
man. dict. consil.* 403. *n.* 3. & 4. & *num.* 14. *Gabriel
dict.*

dict. conclus. 1. *n.* 6. *&* 8. *Anguisc. d. consil.* 2. *lib.* 3.
Alb. consil. 74. *n.* 7. ubi levem dicit conjecturam, qua
nonnulli utuntur, quod generalis remissio non pos-
sit verificari, nisi in remissione fideicommissi, quip-
pe quod sit contra proprietatem sermonis, contra
naturam materiæ subjectæ, & contra alias regulas ju-
ris, ponderatque alium actum post divisiones factum
in contrarium, *&* *num.* 10. considerat fideicommis-
sum esse semper ultimum, cui renuncietur, & ve-
risimile non esse id fuisse renunciatum per habentem
filius; addimus nos in proposito, & longe minus
per scientes prohibitam esse alienationem [quæ ex
remissione fideicommissi, & facultate alienandi cen-
seretur concessa] ex qua bona condividentibus es-
sent auferenda, & locis piis applicanda, prout sic
in donatione providit D. Cardinalis Laurentius, cæte-
rum cum clausula hæc *renuntiantes* ad aliud inserri
33 possit, quod remissionem fideicommissi, ut optime
in facto deducebatur per informantes, cessat præsum-
ptio remissionis *Gabriel d. concl.* 1. *n.* 7. *Menoch. præ-
sumpt.* 115. *n.* 34. *lib.* 3. *Curt. Jun. consil.* 16. *n.* 10: *con-
sil.* 23. *per tot. & consil.* 101. *Grat. consil.* 17. *n.* 45. *lib.* 1.
Quod vero dicebatur de juramento, id certe
remissionem fideicommissi non importat, si enim
remissum non intelligitur ex clausula *renuntiantes*,
ita pariter non censebitur remissum in vim jura-
34 menti *Alex. consil.* 31. *column. fin. lib.* 2. *& dict. con-
sil.* 208. *ante n.* 7. *lib.* 6. *Nevizan. consil.* 32. *num.* 14.
Curt. Jun. qui de communi *consil.* 23. *num.* 5. *Alb.
consil.* 29. *n.* 16. *Laur. a Pin. consil.* 73. *n.* 20. *Rimi-
nald. Jun. consil.* 204. *n.* 87. *Petr. d. quæst.* 14. *n.* 91.
Non omittebatur etiam memoratas clausulas uti
positas in partibus executivis instrumenti non pos-
35 se alterare principalem dispositionem, ut late in
puncto scribit post alios *Peregrin. d. artic.* 52. *ante
n.* 44. Quæ sane fuit dividere, non autem remittere
fideicommissum adhuc non purificatum, remissio
36 autem fideicommissi nullam habet proportionem
cum divisione *Bald. d. consil.* 191. *n.* 4. *lib.* 2. *Alex.
d. consil.* 208. *n.* 7. *Ruin. consil.* 10. *n.* 5. *l.* 4. *Dec.* pro
communi *consil.* 86. *n.* 4. *Crescent. dec.* 227. *n.* 8. unde
37 non est cur divisio non censeatur facta cum suis ho-
noribus, & oneribus, & sic etiam cum onere fidei-
commissi, ut inquiunt *Bald. & Ruin.* in locis prædictis.
Sed & illud ex abundanti non omittebatur, qua-
tenus vis harum clausularum talis esset, quæ fidei-
commissi remissionem importare posset, hoc tamen
intelligendum esse, & restringendum ad ipsos con-
dividentes, ex quo renuntiatio unius non præjudi-
38 cat hæredibus ex jure proprio venientibus ad fidei-
commissum, ut post *Glos. in l. jubemus la* 2. *in princ.
versic. scientes in verb. consentiant. C. de sacrosanct. Ec-
cles.* tradunt *Bald. in l. qui se Patris n.* 20. *& seqq. C.
unde libe. Ruin. consil.* 138. *n.* 10. *lib.* 2. *Alb. consil.* 74.
n. 1. *Natt. consil.* 470. *n.* 13. *Peregrin. d. art.* 52. *n.* 92.
& seqq. & tenuerunt DD. in dicta causa de Ventu-
ris *col.* 2. *versic. quinto in omnem eventum*, & ante eos
DD. Tres *in causa de Rayneriis, & Mazinghis sub
die* 7. *Maii* 1586. citantes *Grat. consil.* 22. *num.* 21.
lib. 1. *Aretin. consil.* 138. *n.* 10. ubi de fideicommissi
remissione *Cephal. consil.* 771. ubi sub *num.* 32. inquit,
dividentem non censeri renuntiare fideicommisso,
nisi pro juribus suis non autem pro juribus futuris
filiorum, & descendentium, & merito cum ex sim-
plici consensu, seu renunciatione non absorbeatur
jus creandum per mortem Patris ad favorem filio-
rum, vel descendentium, ut egregie per *Bald. in
dict. l. qui se patris num.* 3. & latissime per infor-
mantes in allegat. incipien. verissima esse videtur;
quam non trascribimus.
Exclusa hac prætensa fideicommissi remissione,
facile etiam evitabatur fundamentum, quod con-
stituebatur super promissione evictionis, cum pro-
missio hæc non intret ubicumque res evincitur ex
natura rei, vel ex facto communis Authoris juxtà 39
communem theoricam, de qua per scribentes om-
nes in *l. si familiæ C. famil. Ercisc.* & tradita per
Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres quæst. 13. *versic. se-
cundò casu ff. de verbor. obligat. Alexand. consil.* 21.
n. 6. *&* 7. *lib.* 4. *Ruin. consil.* 137 *ante n.* 14. *lib.* 2.
& consil. 92. *n.* 28. *versic. non obstat etiam promissio
l.* 3. *Franc. Becc. consil.* 24. *n.* 11. *& n.* 31. *&* 32. *De-
cian. consil.* 41. *n.* 158. *lib.* 1. *Surd. consil.* 15. *num.* 24.
Menoch. consil. 418. *n.* 10. *& præsumpt.* 118. *num* 11.
lib. 3. *Riminald. Jun. consil.* 204. *n.* 90. *lib.* 2. nisi ad-
hibita fuerit specialis promissio evictionis in casum 40
purificati fideicommissi, juxtà tradita per *Gloss.* com-
muniter receptam *in d. l. si familiæ C. famil. Erci-
scund. Alexand. d. consil.* 21. *n.* 7. *lib.* 1. *Becc. d. con-
sil.* 24. *n.* 32. *Surd. d. consil.* 15. *n.* 24. *Menoch. d. præ-
sumpt.* 118. *n.* 12. *lib.* 3. *Handed. consil.* 3. *n.* 74. *lib.* 1.
Peregrin. d. artic. 52. *n.* 69. & late fuit tentum de
anno 1581. in causa de Niccolinis: Quæ opinio, li-
cet secundum aliquos videatur restringi posse, ut
non procedat, quando evictio promissa est cum clau- 41
sulis universalibus, ut per *Gloss. in d. l. cum pœna
ff. de arbitrar.* cum aliis per *Decian. consil.* 55. *n.* 91.
lib. 3. *Bursatt. consil.* 173. *n.* 75. *Rot. Rom. decis.* 152.
n. 5. *part.* 2. *in noviss. Cavalcan. d. decis.* 36. *n.* 7. *&
seqq.* & ad hoc etiam allegarentur Motiva DD. Trium
diei 19. Augusti 1599. in causa DD. de Capponibus,
magis tamen communis sententia est, ut clausulæ 42
etiam universales non sufficiant, ut supra etiam at-
tigimus, optime *Bald.* loquens in evictione promissa
respectu cujuscumque personæ *consil.* 440. *per tot.
lib.* 3. *Alexand. consil.* 40. *n.* 3. *lib.* 4. *Dec. consil.* 491.
n. 18. *&* 19. ubi *n.* 20. considerat inverisimilitudi-
nem, quando aliquis ex condividentibus habet fi-
lios. *Gozzadin.* attestans communem *consil.* 36. *n.* 12.
& seqq. Riminald. Jun. omnibus fere respondens *d.
consil.* 204. *n.* 72. *& seqq lib.* 2. *& Gloss. in d. l. cum
pœna* potest procedere in casu sequutæ evictionis ali- 43
ter, quam ex natura rei, vel præordinatione autho-
ris, vel saltem ubicumque est compromissum de evi-
ctione, quocumque modo res evincatur, secus si sic
compromissum simpliciter, ita præcise *Bald. in d. l.
si domus §. de evictione ff. de legat.* 1. *& in d. l. cum
pœna versic. in Gloss. ut quia*, ibique & *Claud. in
apostil. ad Bart. ff. de arbitrar.* in proposito autem
non fuit in compromisso apposita hæc facultas, quan- 44
do ea uti non potuere Arbitri, quia hoc in compro-
misso dictum non est inquit. J. C. in *l. non distin-
guemus §. quæsitum versic. item si jubeat ff. eodem tit.*
aliter etiam ad *dict. Gloss.* respondet *Didac. var. re-
solut. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 7. sed non referimus eum ab
omnibus videri possit. *Bursat. consil.* 173. *lib.* 2. *sub
n.* 58. firmat regulam, quam sub *num.* 20. proposue-
rat ex communi omnium sententia, nempe in divi-
sione feudi, emphiteusis, & fideicommissi non ve-
nire evictionem, nisi ita expresse cautum fuit inter
partes, & licet determinet idem esse, quando ex
conjecturis apparet singulos dividentes voluisse te-
neri pro eorum portione, prout conjecturas octo
suo in casu deduxit in hanc sententiam a *num.* 32.
usque ad *num.* 46.
Attamen hæ conjecturæ in proposito non affe-
runtur, imo plures in contrarium supra fuere addu-
ctæ *Decian. consil.* 55. *n.* 91. *lib.* 3. supponit clausu-
las ampliores, & fundat se super *d. Gloss. in dict. l.
cum pœna ff. de arbitrar.* cui jam fuit responsum, &
responsio illi allata communis est etiam omnibus,
qui illam sequuntur *Rot. Rom. decis.* 152. *num.* 5.
part. 2. legitur in promissione evictionis verbis uni-
versalibus facta in contractu venditionis, qui longe
differt a contractu divisionis, ut in puncto docet *Pe-
regrin. artic.* 52. *n.* 57. & licet contractus divisionis

45 æquipararetur contractui emptionis, & venditionis *l. 1. C. communia utr. Jud.* & utrique contractui æque congruant clausulæ cessionis, renunciationis jurium competentium, & competiturorum, & de evictione. Nihilominus ejusmodi in contractu divisionis appositæ accipiendæ sunt magis ad exprimendum divisio-
46 nis effectum, quam ad ipsum augendum, efficiendumque, ut divisio exorbitet a sua propria natura, ita post *Bald. consil. 367. in fin. lib. 5. & consil. 558. lib. 3.* egregie scribit *Simon de Prat. d. lib. 3. solut. 5. n. 53. fol. 373.* inferens sub *n. 59.* signa remissionis fideicommissi per pacta, & clausulas divisionis, debere esse expressa, aperta, præcisa, & concludentia, non
47 autem generalia, & obscura, & ideo Judicem semper debere esse procliviorem pro non remissione fideicommissi, doctrinam hanc *Simon de Prat.* comprobat *Odd. d. consil. 49. n. 18.* inquiens ex mente *Ruin. consil. 97. lib. 3.* & *Marzar. consil. 39. n. 5.* ejusmodi clausularum nullam habendam esse rationem, nisi quando a partibus speciali pacto fuere stipulatæ, & consequenter bene intellectæ. Verum, ut dictum est, clausulæ non leguntur in divisionibus, de quibus agitur.

Ejusdem naturæ etiam fuit [ut ad rem redeamus] causa Dominorum de Capponibus. Quia licet, ibi non verteretur casus divisionis, in ea tamen ad-
48 bibita fuerat clausula *de evictione in forma plenissima secundum stylum amplissimum in venditionibus juxta stylum notariorum Civitatis Florentiæ*, quæ verba ita prægnantia hic non leguntur, nec legi etiam possent, quia divisio non fuit facta Florentiæ, nec in ejus Comitatu, quinimmo supponunt etiam Domini, eo in casu adfuisse violentissimas conjecturas, quasi necessario inferentes evictionem deberi etiam in casum in specie non deductum in stipulatione, hic autem unica, & quidem levis adducebatur desumpta ex prætensa distinctione territoriorum almæ Urbis, & Civitatis, ac Ditionis Florentiæ, quæ etiam cessabat, ex quo æque promissum fuerat de evictione respectu bonorum Urbis, prout respectu existentium in Ditione Florentina, licet non prorsus per eadem verba, & in omnem casum unica conjectura non sufficit
49 in hac materia, ex quo DD. plures requirunt, ut post alios per *Gabriel. de fideicommiss. conclus. 1. n. 35.* & pluribus etiam suo in casu utitur *Cavalcan. dict. decis. 36.* cujus authoritas evitari etiam potest eisdem rationibus, quibus *decis. Rot. Rom. 152.* & Motiva DD. Trium in causa de Capponibus, nempe quia bona suo in casu fuerint æstimata, sicque [ut ipse inquit] constituta erat emptio, & venditio. Aderantque amplissimæ renuntiationes, & clausulæ *ad habendum, vendendum, & alienandum*, resque erant traditæ liberæ, exemptæ, & immunes a quibuscumque oneribus impositis, & imponendis cum clausulis ibi enumeratis *num. 6.* ex quibus jure optimo pendere poterat ne dum evictio, sed & fideicommissi ipsius remissio, diversum in casu nostro, in quo non legitur ampla hæc clausularum multiplicatio, & verba illa universalia *quacumque causa, vel quocumque prætextu, seu colore, &c.* juxta subjectam materiam intelligi possunt, excepta evictione illa, quæ proveniret ex natura rei, vel præordinatione communis authoris, ex quo evictio hæc specificam requirit promissionem, ut supra diximus; quinimo cum promissio de evictione in proposito fuit facta contra quemcumque, qui dicta bo-
50 na molestaret, dicebant Domini superfluam prorsus esse quamcumque dubitationem, ex quo evictio intelligitur promissa dumtaxat pro molestia, quæ quoad dicta bona divisa possidentibus per tertiam personam inferretur, non autem per condonatarios, & successive ad fideicommissum invitatos, certum est enim sub verbo illo generali *quemcumque* non comprehendit personam loquentis *l. 1. C. de Senator. l. inquisitio C. de solution.* ita *Ruin.* in terminis terminantibus *consil. 137. n. 13. lib. 2. Riminald. Jun.* ex mente aliorum communiter *d. consil. 204. ante n. 92. lib. 2. Peregrin. d. artic. 12. n. 69.* & plenius *consil. 92. n. 14.* inquiens hanc *Ruin.* conclusionem esse verissimam, & illam pluribus rationibus confirmans *Laur. a Pin. consil 73. num. 55. Simon de Prat. consil. 137. n. 95.* & ita per DD. Tres in effectu fuit etiam resolutum in dicta causa Ventura *col. antepen. versic. non obstat*, licet tunc temporis non darentur tot authoritates in puncto, quinimo *dict. consil. 93. Peregrin.* approbarunt etiam nonnulli ex Clariss. DD. Advocatis Illustr. Sororum in hac causa, dum scripsere super articulo tacitæ evictionis, de quo statim agendum erit. Restricta quando est promissio ad molestiam illatam per tertium, ut denotat etiam illud relativum, qui *l. omnes populi*, ubi omnes *ff. de Justit. & Jur. l. cunctos populos C. de summa Trinit. & fid. Catholic.* late *Surd. consil. 1. n. 100. & Decian. consil. 7. n. 94. lib. 1.* Et ideo extra casum suum ex- 51
tendi non potest, facit optime quod dicimus de promittente alium defendere contra quemcumque, & 52
de cedente, qui non intelligitur promittere defensionem, nec cedere contra seipsum, ut in dubiis deducebatur, & tradit in terminis *Peregrin. d. consil. 93. ante n. 55. versic. non persuasibile est.*

Neque hic resistebat *Menoch. d. præsumpt. 115. n. 17. lib. 3.* faciens mentionem *d. consil. Ruin. 137. lib. 2.* qui inquit contra eum stare communem opinio- 53
nem, siquidem casus ibi propositus per *Menoch.* non respicit hoc fundamentum evictionis, sed remissionis fideicommissi, ut constat ex rubrica illius præsumptionis, quæ est, *divisione bonorum inter coheredes facta, an, & quando præsumatur remissum jus fideicommissi*, præterea non loquitur etiam *Menoch.* in casu, in quo possit dubitari, an evictio esset promissa pro facto tertii tantum, vel etiam pro facto condividentium, ibi enim promissio erat concepta per hæc verba, *invicem promiserat de evictione ex quacumque causa, vel modo subsequuta*, unde vox illa *invicem*, quæ importat ego tibi, & tu mihi *l. si* 54
tibi ff. de usufruct. earum rerum, quæ usu consum. & notat *Alberic. in dict. suo in versic. invicem non videtur excludere*, quin potius includere personam loquentis, ut sic huc usque non constet *Ruin.* habere in hoc puncto contradictorem, licet plures, & quidem graves habeat sectatores.

Nec fuit cur hæredes condividentium, & vo- 55
cati ad fideicommissum haberentur pro tertiis, cum hæres eadem persona dicatur cum defuncto *§. 1. in authent. de jur. juran. a moriente præstit.* & tertius non
fit, qui habet causam a gravato, seu ab illo, qui 56
implere debebat *l. Dolia §. 1. ff. de contrahen. empt. Alciat. consil. 53. ante n. 4. lib. 4. Aym. de antiquitat. temp. part. 1. section. ampliat. modo n. 22. Surd. decis. 206. n. 8.*

Minusque intrabant declarationes allatæ ad regulam *l. 1. ff. de Senator. cum Simil.* nam prima, quod tantundem fuit hinc inde promissum tollebatur ex
mutuo periculo, cui cum non fuerit promissum in 57
specie, nulla prætendi potest evictio *Menoch. præsumpt. 158. n. 25. lib. 3. Peregrin. d. consil. 93. n. 54.* prout nec secunda, quod eadem ratio militet hinc inde, quia verum, & ideo hinc inde erat providendum de specifica evictione in hunc casum; tertia, & quarta, quod materia divisionis suadeat, ut in promissione de evictione comprehendatur etiam persona loquentis tollitur ex tot authoribus contrarium in puncto consulentibus, præterea ubi hoc etiam admitteretur, reciperet tandundem declarationem, dummodo non versemur in evictione, quæ provenit ex natura rei, & ex preordinatione communis authoris

thoris, quia tunc neque pro aliis intelligitur pro-
missa evictio, nisi interveniat specifica promissio in
illum casum, ut supra diximus.

Addebatur exadverso bona in proposito fuisse
divisa, tanquam hæreditaria D. Cardinalis Lauren-
58 tii, proindeque intrare evictionem, etiam si prove-
niat ex natura rei, juxtà doctrinam *Bald. in dict. l.
si familiæ n. 7. C. famil. Ercifcund.* quem in specie
sequuti sunt *Rip. Menoch. & Surd.* supra allegati.

Verum in facto non videtur verificari præten-
sa hæc qualitas, Arbitri enim licet in proemio lau-
di supposuerint ea, quæ per Partes narrabantur, nem-
pe ipsos esse hæredes, agique de hæreditate D. Car-
dinalis Laurentii dividenda in corpore, tamen ipsius
laudi usi sunt iis præcisis verbis -- *Quia de bonis præ-
dicti olim Reverendiss. Laurentii Cardinalis in Thu-
scia, & territorio Florentino extantibus damus, &
assignamus, &c.* sicque portiones omnes bonorum de-
scripsere, prout legebantur in cedulis manu Illustriss.
Cardinalis Antonii unius ex condividentibus sub-
scriptis, ad eas [in quibus de bonis hæreditariis di-
videndis ne verbum quidem] sese referentes, &
ideo cessare videtur objectum.

Prout cessat etiam respectu prædictarum clau-
sularum *ad habendum, cum constitutione procuratoris,
& cessione jurium*, quæ pariter in laudo non legun-
tur, quamvis ubi etiam fuissent adhibitæ, non
tamen obessent, ut ait *Bald. in d. consil. 440. lib. 3.*
59 inquiens hujusmodi clausulas in divisione appositas
intelligi debere secundum naturam divisionis per *text.
in l. per diversas §. exceptis C. manda*: & tamdiu du-
60 rare earum vim, quamdiu durat divisio, & non ul-
tra, quia destructo principali destruuntur appendi-
ces, & facta restitutione fideicommissi, id quod erat
divisum in plures personas redit in unicam perso-
nam, sicque confunditur divisio, ut per eum, &
per *Gozzadin. d. consil. 37. n. 14.* Nec mirum, cum
61 communis sit regula, ut clausulæ accessoriæ regulen-
tur secundum naturam principalis contractus ad *Gloss.
in l. si patronus §. patronum ff. quæ in fraud. patron.
Bald. in l. si absentis n. 21. ff. si cert. pet. Alex. con-
sil. 21. n. 9. lib 5. Socin. consil. 66. n. 6. & consil. 103.
sub n. 2. versic. item si quirtatio*, ubi loquitur in ter-
minis generalis renuntiationis juratæ *lib. 3.* ample
*Tiraquell. de Jur. constitu. possess. part. 3. limit. 7.
n. 28. cum plurib. seqq.* unde licet in compromisso
fuerit enuntiatum, condividentes hæredes D. Car-
dinalis Laurentii velle dividere ejus bona hæreditaria,
non tamen legitur per eos quicquam fuisse dispo-
situm super ea qualitate; certum est autem verba
62 enunciativa non inducere dispositionem, nec pro-
bare quando contrarium apparet, ut in proposito
ex donatione anni 1522. constat bona hæc fuisse
donata, non autem remansisse in hæreditate Cardi-
lis, nec quando principaliter de veritate enuntia-
torum tractatur, juxtà late tradita per *Aym. de an-
tiquit. temp. part. 1. sectio. propositum, & sectione am-
pliatur per tot.* & ipsos non fuisse intentionis mu-
tandi naturam ejusmodi bonorum apparet ex con-
textu totius instrumenti, ubi nulla clausula, nullum
verbum, per quod possit colligi mentes Partium
fuisse bona hæc, ut libera tractare, non clausula *ad
habendum*, non clausula *constituti*, non facta stipula-
tio pro hæredibus, non cessio jurium, non denique
aliud, quod ullo modo id indicet, sola est promis-
sio evictionis, atque ea non admodum lata, & quod
ad extraneos tantum, non sic in casibus *Rip. dict.
respons. 3. num. 56. de jur. gent. & civil. Menoch.
dict. consil. 87. numer. 89. & Surd. dict. consil. 15.
num. 12.* exadverso allegatorum; apud *Ripam* enim
63 tradita erant bona, ut hæreditaria, & id quidem
ignaro qualitatum oneris, quinimo & accepta-
ta pro hæredibus, & successoribus, etiam extraneis

prout *Rip.* ibi ponderat; apud *Menoch. consil. 87.* erat
clausula *ad habendum, &c.* ut ibi *num. 20.* & alia, ex
quibus concludit remissum fideicommissum, imo
& bonorum naturam immutatam; apud *Surd.* bo-
na erant vendita expresse, ut allodium liberum,
& francum, unde in rationibus dubitandi ea de-
ducit *Surd.* Quibus tamen non obstantibus contra-
rium resolvit, & licet formaliter non respondeat
huic objectioni, eam tamen re ipsa confutat, mul-
taque deducit *num. 21.* ex quibus egregiè tolli-
tur, quinimo ubi etiam partes voluissent bonorum
naturam immutare, id tamen eis non licuisset re-
pugnante dispositione Illustriss. Donatoris, qui id
expresse prohibuit alios vocando, quo casu etiam
si fecissent, actus tamen fuisset nullus stante duplici
prohibitione, legis nempe, & hominis, ut post alios 64
docet *Rot. decis. 110. num. 3. & 4 part. 2. in no-
viss.* cui addi potest *Odd. d. consil. 49. n. 18. versic.
quinto, & respondetur*, & per consequens non solum
condonatarii successivi, sed etiam ipsimet condivi- 65
dentes non censentur prohibiti contra actum ipsum
venire ad *Gloss. in princip. tit. inst. quib. alienar. li-
cet vel. & in l. unica §. & cum lex. C. de rei. uxor.
act. Castr. in l. filius famil. §. Divi num. 3. in fin.
ff. de legat. 1.* cum aliis per *Pinell. in l. 1. part. 3.
n. 73. C. de bon. matern.* & per *Rot. dict. decis. 110.
n. 1.* ubi testatur ex communi, unica hac ratione
tolli objectum regulæ *l. cum a matre C. de vindic. &
num. 2.* idem resolvit de regula *l. vindicantem ff.
de evict.*

Sed, ut omnis prorsus cesset dubitatio, ad prin-
cipale objectum mutationis status bonorum ex sub-
jectis fideicommisso, ut prætenditur consignatorum
pro liberis, inferendo præterea deberi evictionem
etiam quando sequatur ex natura rei ad *Surd. dict.* 66
*consil. 15. n. 18. per text. in l. apud Celsum §. item
labeo scribit ff. de doli except.* & tradita per *Gloss.
in l. ea quod in verbo stipuletur ff. de contrahen. empt.*
duplex in hoc proposito afferebatur responsio, qua-
rum altera erat, tantum abesse, ut allegata per *Surd.*
nobis officerent, ut potius contra eum retorque-
rentur, supposita enim communi conclusione, ut evi-
ctio proveniens ex natura rei non debeatur, nisi in
specie in eum casum fuerit stipulata, certum est casu
dict. §. item labeo evictionem fuisse specialiter pro-
missam in casu, de quo ibi, nempe servum non esse
fugitivum, vel non habere lumina offensa, ita ex-
presse inquit ille *text.* & ponderat ibi *Gloss. in ver-
sic. quia hoc convenit* inquiens, *emptorem ibi expres-
sim fuisse stipulatum de ipso vitio*, contrarium pror-
sus corrigit in terminis *dict. l. ea*, quæ ut ibi de-
clarat *Gloss.* inquiens evictionem non deberi eo in
casu, quia fuit stipulata generaliter, secus inquit
Gloss. si emptor nominatim fuisset stipulatus ser-
vum illum videre, quod ipsum clarius etiam docuit
Gloss. magistralis in l. quod venditur ff. de dol. quam
Gloss. Bart. ibi in omnibus approbat, & sequitur di-
cens ad eam semper esse recurrendum, & ut requi-
ratur specialis stipulatio, tradit *Ang. in d. §. item
labeo*, expressamque stipulationem in eum casum sup-
ponit *Alberic. in d. l. ea quæ*, & in istis terminis lo-
qui *Gloss. in d. §. item labeo* exponens, *convenit.* idest
promisit, stipulationem pariter supponit *Fulgos. in d.
l. ea quæ*, prout & *Cuman. in d. §. item labeo*, cum
itaque in dictis casibus fuerit expresse conventum
de speciali evictione, nil mirum si debeatur quan-
tumcumque proveniat ex natura rei.

Idem & nos hoc in casu admitteremus, si spe-
cialiter promissa fuisset in casu purificati fideicom-
missi, cæterum quia promissio fuit simplex, & ge-
neralis, merito remanemus in meris terminis *dict.
l. ea quæ*, & consequenter ex intentione jurium
per *Surd.* ad novam suam illam opinionem compro-
bau-

probandam allegatorum nolla debetur evictio. Se-
cunda erat responsio, quod etsi daretur, ea bona
fuisse tradita tanqoam libera, & dolum adsuisse in
contrahentibus, qoam sopponunt *Rip. & Menoch. &*
Surd. sois in casibus, attamen exceptio hæc Illustribus
Sororibos non competeret, prout nec suis autho-
ribus competiisset, cum enim condividentes omnes
optime scirent bonorum qualitatem, utique in ea im-
motanda, aut per errorem processere, aut per do-
lom, & fraudem, si per errorem, error neque pri-
mis, neque posterioribus prajudiciom intulit, si per
67 fraodem, & dolum fraus hæc, & dolus per commit-
tentes, vel eorum hæredes opponi non potest, ex
quo omnes versati sunt in fraude, & mutua deli-
cta motua compensatione tolluotur *l. apud Celsum*
§. Marcell. ff. de dol. except. l. si duo ff. de dol. pul-
chre *Lauren. a Pinu consil. 5. sub n. 36.* ubi loquens de
duobus fideicommissariis, qui pariter omiserant con-
68 ficere inventarium, concludit unum contra alterum
non posse opponere hanc inventarii omissionem,
quia si dolose id fecerunt, nil dolosus doloso, ut ibi
num. 36. si per errorem, error non obest, ut *num.* 22.
& hæc quoad sextum hunc articulum.

Alexander Zilocchius Pretor, & Relator.
Horatius Spannocchius.
Dominicus Gualandus.
Pompejus Contarinus.
Aloysius Soltia.
Michael de Lavagna.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Latissime expenditur quæstio, an, & quando per divisionem fideicommisso dicatur renunciatum, pluribus discordantibus opinionibus conciliatis, & declaratis. De scientia ad renunciationem requisita, ex quibus resultet, & ex quibus ignorantia. De vi, & potestate clausolarum, juramenti, promissionis evictionis, facultatis alienandi, aliorumque pactorum, quæ in instrumentis divisionum apponi solent. De divisione facta a Patre, a Minore, a Procuratore, ab Judice, & earum effectibus. De observantia divisionis, & præservativa fideicommissi, & an divisio facta inter vocatos præjudicet succedentibus ex propria persona.

SUMMARIUM.

1 GEr. Spin. consil. 13. *Scripsit super articulo decisionis contra resolutionem.*
2 *Divisio inter gravatos communionis dissolutionem importat, sed non fideicommissi remissionem, & de ratione n. 4. & seqq.*
3 *Et pro non remissione qualibet possibilis capienda est interpretatio.*
4 *Remissio fideicommissi, vel exprese fieri debet, vel mediante actu contrario, & cum fideicommisso incompatibili.*
5 *Incompatibilis non est actus divisionis, uti directus ad separanda bona communia.*
6 *Maxime si in illius instrumento nulla facta fuerit expressa mentio fideicommissi.*
7 *Renunciatum fideicommisso non præsumitur data ignorantia.*
8 *Sive agatur de purificato, sive de purificando.*
9 *Amplia etiamsi quæcumque clausulę concurrant.*
10 *Præsertim si renuntians esset minor.*
11 *Scientia ad hunc effectum probari debet clare, & manifeste in eo, qui pretenditur renunciasse.*
12 *Alias, ea non probata, præsumitur ignorantia.*
13 *Scientia non desumitur ex generali, & vaga mentione testamenti.*
14 *A qua non infertur ad scientiam contentorum in illo cum suis qualitatibus.*
15 *Maxime, si mentio testamenti facta sit generaliter, & incidenter absque ulla specificatione diei, & anni.*
16 *Limita, si aliæ conjecturæ, & circumstantię concurrerent ad scientiam concludendam.*
17 *Scientia ad hunc effectum debet esse specifica, certa, & indubitata.*
18 *Declara tamen, ut non requiratur præcisa scientia verborum, nec clausula* visis, cognitis, & inspectis, &c. *si scientia plene concurrat.*
19 *Amplia, ut scientia hujusmodi etiam ex conjecturis probata remaneat.*
20 *Maxime, in divisione fideicommissi reciproci, in quo non cadit fraus, & læsio.*
21 *Verba* visis, cognitis, &c. *juxta dispositionem* l. de his ff. de transact. *magis rigide requiruntur in transactione, quam in divisione.*
22 *Scientia resultat a solutione legatorum, & implemento onerum in testamento relictorum.*
23 *Amplia, etiamsi solutiones facta fuerint a procuratore, si implicite, vel explicite approbata fuerunt a principali.*
24 *Referuntur contrarium sentientes, & reiciuntur tanquam loquentes contra communem.*
25 *Procedunt in minore, in quo a scientia legati, vel alterius rei particularis non infertur ad scientiam totius testamenti.*
26 *Item scientia eruitur ex copia testamenti ab herede, vel fideicommissario dividentibus obtenta.*
Unde sufficiens non esset clausula pro se, heredibus, & successoribus quibuscumque, quæ renuncia-
155 tionem non importat, si fideicommissi non sit facta mentio, in specie Cyriac. sæpecitata controv. 323. n. 15. Rot. in recent. d. decis. 601. n. 23. part. 19. ubi quod hoc procedit etiamsi adjectum esset — in perpetuum — repetita post Constantin. ad Statut. Urb. citat. decis. 41. n. 19. & 20.

Nec si dividentes omni Juris, & Legum auxilio renunciaverint, cum clausula hæc ad plura referri possit, & consequenter fideicommissi renuncia-
156 tionem importare non valeat, in terminis Fusar. de substitut. citat. quæst. 593. n. 135. & 136. ubi adducit, & reiicit contrarios, & de veriori, testatur Knipschildt de fideicommiss. allegato cap. 16. n. 248.
157 Quidquid contrarium vigore hujus clausulæ tenuerint Cyriac. d. controv. 283. n. 55. aliique, quos refert, & reprobat Fusar. de substitut. sæpeallegata quæst. 593. n. 135. & 136.

Neque si aliis verba, & clausulas supra recensitas adhibuerit, ut ostensum est, considerari tamen posset pro una ex circumstantiis arguentibus remissionem fideicommissi; si uni ex dividentibus fuerunt tradita bona libera, & alteri bona fideicommisso subjecta, & bona utriesque speciei æqualiter æstimata, & valutata nulla habita ratione vinculi fideicommissi, quæ divisio injusta fuisset, quia is, cui obvenerunt bona fideicommissaria considerata diminutione valoris bonorum propter tale onus valde minus recepisset, dum loco bonorum liberorum condividenti libere, & in proprietate assignatorum, fruitionem vitalitiam super bonis fideicommissi obtinuisset, & ob id ad injustitiam, & inæqualitatem
158 evitandam dicendum est, condividentes bona omnia tanquam libera reputasse, & vinculum fideicommissi adimere voluisse, in individuo de Luc. de fideicommiss. d. disc. 178. n. 12. & citat. disc. 179. n. 10.
159 ubi ex quibus talis læsio excludatur, & in Summa n. 282. & 285. Mans. consult. tom. 9. de legat. & fideicommiss. allegata consult. 20. n. 15. versic. in dictis. & num. 16. Episcop. Rocc. dict. disput. 21. n. 28.
160 29. & 31. ubi quod saltem competit actio ad pretium, & n. 32. Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fideicommiss. d. quæst. 28. num 6. & d. quæst. 34. n. 31. & seqq. fol. 375. & pluribus relatis, bene Rot. apud Castald. dict. consult. 142. sub n. 19. fol. 444. tom. 1. post de Luc. de fideicommiss. citat. decis. 100. num. 3. & 4. in recent. decis. 352. n. 24. & seqq. part. 9. decis. 174. in fin. part. 13. decis. 391. n. 14. & decis. 434. n. 9. part. 14. d. decis. 128. n. 4. part. 16. decis. 790. n. 19. part. 18. & d. decis. 601. n. 20. part. 19. coram Emerix Jun. d. decis. 25. n. 2. & 12. in Camerinen. Bonorum 17. Aprilis 1711. §. & si adhuc, & seqq. coram Ansaldo. 27. Junii 1712. §. validius, & 6. Februarii 1713. §. incalescit coram Lancetta, & in Romana Immissionis 12. Januarii 1714. §. eoque potissimum coram eodem, ubi allegantur præcedentes decisiones ejusdem causæ, & in Faventina fideicommissi de Pasis 17. Februarii 1713. §. subsequitur, & 25. Februarii 1715. §. nec minoris coram eodem. Pisauren. Emphyteusis 29. Januarii 1712. §. deficiente, & seqq. coram Molines, & 2. Decembris ejusdem anni §. frustatis coram Eminentiss. D. meo Cardinali Scotto, & in Perusina Emphyteusis 14. Julii 1717. §. ceterum coram Foscaro.

Nisi bona fideicommisso gravata utrique dividenti æquis portionibus data fuerint; isto enim casu, cum æqualis supersit spes futuri commodi, vel incommodi ab eventuali extinctione prius unius lineæ, quam alterius dependentis, sicut ab hoc exclusa remanet læsio, ita & præsumpta remissio fideicommissi 161
in læsione, & inæqualitate fundata, in individuo de Luc. de fideicommiss. d. disc. 178 n. 11. & disc. 179. n. 12. Castald. d. consult. 141. n. 18. fol 443. tom. 1. Palm. Nep. d. alleg. 278 num. 6. 9. & 11. D. meus Audit. Calderon. citat. resol. 2. n. 11. Torr. var. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fideicommiss. dict. quæst. 28. n. 5. & 6. fol. 344. & quæst. 34. n. 35.

Vel nisi alia ratione divisio fuisset æqualis, puta si condividens, qui bona fideicommissi onere gravata, vel majorem partem illorum recepit, recompensationem habuisset, vel in pecunia, vel in alio æquivalenti, cum quo divisio reddita fuisset æqua- 162
lis, in specie Menoch. consil. 87. n. 91. Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 39. num. 23. & seqq. Episcop. Rocc. d. disput. 21. num. 32. Rot. Senen. apud Palm. Nep. d. decis. 379. n. 13. ubi etiam, quod hoc non desumitur ex libris Gabellæ, qui probant affirmativam solutionis pro quantitate denunciata, sed 163
non convincit quantitatem non fuisse majorem Rot. Florentin. infra d. decis. 31. n. 21.

Quod si divisio, & spes æqualis non fuisset, quia uni ex dividentibus major pars bonorum liberorum, & alteri major pars illorum fideicommisso subjectorum tradita fuerit, nulla huic data coæquatione, vel quia purificatio fideicommissi facilius verificari poterat ad favorem unius, quam alterius, tunc sicut dici potest præjudicium illatum ei, qui plura bona vinculata recepit, & ad cujus favorem purificatio fideicommissi remotior est, & magis incerta, ita resurgit motivum læsionis, & inæqualitatis, quod fideicommissi remissionem operatur, ut exemplificando in fideicommisso reciproco, in quo adest major spes sobolis procreandæ in uno, quam in alio, puta quia unus sit senior sine liberis, habens uxorem sterilem, alter junior cum liberis, & spe alios procreandi cum uxore juvene, si unus esset immediate substitutus alteri decedenti, alter vero mediate, & post mortem plurium ante eum vocatorum, aliisque pluribus casibus, & circum- 164
stantiis, plene in individuo Ger. Spin. in hac causa scribens consil. 15. n. 65. & plurib. seqq. Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fideicommiss. d. quæst. 34. n. 35. Rot. Rom. in recent. citat.

tat. decis. 601. *num.* 30. *part.* 19. *& in Interamnen. fideicommissi* 25. *Januarii* 1715. §. *hęc ipsamet coram Eminentiss. D. meo Cardin. Falconerio*, ubi plures concordantes.

Non obstantibus contrariis auctoritatibus firmantibus, quod acceptans bona vinculata cum scien-
165 tia fideicommissi sibi imputare debet, & ad nihil teneatur dividens, nec ratione læsionis, nec ratione inæqualitatis *Cyriac. dist. controv.* 323. *n.* 22. *& seqq. Gayll observ.* 139. *num.* 15. *lib.* 2. *Torr. apud Bonden. d. collect.* 33. *n.* 141. *& seqq. tom.* 2. *Peregrin. de fideicommiss. citat. artic.* 52. *n.* 60. 63. 66. *& 69. Fusar. de substitut. quæst.* 599. *num.* 15. ubi plures alias auctoritates refert.

Quia scripta per auctores præfatos procedunt, quando certum est fideicommissum per renunciationem fuisse remissum, non verò quando res remanet dubia, & concurrunt clausulæ fideicommis-
166 si renunciationem præseferentes, quia tunc interpretatio fumi debet, per quam inæqualitas inter fratres dividentes sublata remanet, ut in puncto prosequitur *Episcop. Rocc.* sæpeallegata *disput.* 21. *num.* 34.

Censeretur etiam renunciatum fideicommisso, si in divisione respectu bonorum emphyteuticorum qualitas emphyteutica expressa est; tali enim casu, si respectu bonorum fideicommissariorum talis qualitas fuit reticita, hoc evenisse præsumitur ex quo fideicommissum per divisionem fuerit de medio sublatum, nam alias sicut onus, & vinculum respectu qualitatis emphyteuticæ expresserunt di-
167 videntes, ita illud respectu qualitatis fideicommissariæ pariter expressissent *Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. citat. artic.* 52. *versic. quartò declaratur. Mans. consult. tom.* 9. *de fideicommiss. & legat.* allegata *consult.* 12. *n.* 8. *versic. quod eo magis. Ger. Spin.* in hac causa scribens *d. consil.* 13. *sub n.* 1.

Multum etiam pro dignoscendo, an fuerit in divisione renunciatum fideicommisso nec ne, opi-
168 tulari posset observantia, actusque gesti post divisionem, ut in specie considerant *Bonden.* sæpecitata *consult* 17. *n.* 64. *& seqq. tom.* 2. *Fusar. de substitut. d. quæst.* 593. *n.* 48. ubi concordantes. *Mans. consult. tom.* 9. *supplement. de legat. & fideicomm. citat. consult.* 22. *n* 4. *Rot. Rom. coram Bonatt.* relata *decis.* 89. *n.* 14 *Emerix Jun. d. decis.* 845. *n.* 6. *in recent. citat. decis.* 272. *sub num.* 15. 27. *& seqq. part.* 10. *& d. decis.* 607. *n.* 13. *part.* 19. *post Constantin. ad Statut. Urb. d. decis.* 42. *n.* 11. *& citat. decis.* 44. *n.* 18. *in Interamnen. fideicommissi* 17. *Junii* 1709. §. *quibus argumentis coram Molines*, in sæpeallegata *Maceraten. legatorum, & fideicommissi super prędio della Cimarella, & domuncula cum apotheca* 23. *Junii* 1710. §. *huc usque, & seqq. coram Ansaldo, in dict. Pisauren. Emphyteusis* 29. *Januarii* 1712. §. *nec deerat coram Molines, in Romana immissionis* 9. *Junii* 1713. §. *quibus demum coram Reverendiss. D. meo Crispo, &* 15. *Januarii* 1714. §. *omnemque coram Lancetta, in citat. Faventina fideicommissi de Pasiis* 27. *Februarii* 1713. §. *subsequitur, &* 25. *Februarii* 1715. §. *nec minoris coram Lancetta, in d. Perusina emphyteusis* 14. *Junii* 1717. §. *cęterum coram Fusaro*, & observat nostra decisio *sub n.* 32.

Unde si ex clausulis prægnantibus in divisione appositis censeretur remissum fideicommissum, si ex postea gestis, vel dictis constaret dividentes præsupponere fideicommissum adhuc existere, dicendum esset per clausulas quamvis prægnantissi-
169 mas illud non fuisse remissum, & viceversa, in individuo *Ruin. consil.* 147. *n.* 15. *in fin. lib.* 2. *Ger. Spin. consil.* 79. *n.* 17. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *citat. præsumpt.* 115. *n.* 62. *Fusar. de substitut. dict. quæst.* 593. *n.* 259. *& seqq. Mans. in supplement. de fideicommiss. & legat.* allegata *consult.* 20. *num.* 5. *& d. consult.* 22. *n.* 4. *tom.* 9. *Rot. coram Bonatt. d. decis.* 89. *n.* 13. *Emerix Jun. d. decis.* 845. *n.* 6. *in recent. d. decis.* 272. *sub n.* 15. *&* 17. *part.* 10. *in dict. Maceraten. legatorum, & fideicommissi super prædio della Cimarella, & domuncula cum apotheca* 23. *Junii* 1710. § *huc usque, & seqq. coram Ansaldo, in dict. Pisauren. emphyteusis* 29. *Januarii* 1712. §. *nec deerat coram Molines, in d. Interamnen. fideicommissi* 25. *Januarii* 1715. §. *verum profectò coram Eminentiss. D. meo Cardinali Falconerio, in d. Faventina fideicommissi de Pasiis* 27. *Februarii* 1713. §. *subsequitur, &* 25. *Februarii* 1715. §. *nec minoris coram Lancetta, in dict. Perusina emphyteusis* 14. *Junii* 1717. §. *cęterum coram Fusaro*.

Itaque theorica retenta jure merito decisum fuit, non censeri renunciatum fideicommisso in casu, quo post sequutam divisionem petita, & obtenta fuit derogatio, & licentia alienandi bona fideicommissi a dividentibus, vel a Principe, sub conditione tamen subrogandi alia bona pro illius reintegratione; Hæc enim alienandi licentia petita non fuisset, nec acceptatum onus investiendi pretium
rei alienatæ, si fideicommissum per divisionem fuis- 170
set remissum, ut prosequitur *Rot.* sæpecitata *decis.* 272. *n.* 17. *part.* 10. *recent.* ubi quod hoc exclu-
dit, etiam quod licentia prædicta fuerit petita pro 171
cautela emptorum.

Si tamen assertiones, & gesta a dividentibus post divisionem collusiva appareant, & facta ad alium finem afferenti proficuum, remissionem fideicommissi non inducerent, quando ex conjecturis constaret dividentes noluisse recedere a fideicommisso, proindeque si sequuta divisione dividens alienaverit bona fideicommisso subjecta, illa hypothecaverit, vel censum super ea imposuerit, aut quid simile, & asseruerit bona esse libera, fideicommisso non præjudicat, quia talis assertio facta præsumitur ad hoc, ut facilius emptores reperirentur,
& creditores de hypotheca super illis imposita essent 172
contenti, in specie *Rot. coram Cerr. decis.* 286. *n.* 18. repetita *in recent. d. decis.* 272. *part.* 10. *Priol. dict. decis.* 222. *n.* 22.

Hæc, quæ huc usque dicta sunt procedunt quidem in divisione facta per contractum inter partes, ex quorum consensu renunciari potest juribus fideicommissi, sed nullo modo locum habere possunt in divisione facta a Peritis, a Judice, vel ab Arbitro,
qui non habent facultatem a partibus remittendi 173
fideicommissum *Ger. Spin. d. consil.* 13. *n.* 45. *versic. primò quod, & n.* 48. *Berò consil.* 130. *num.* 14. 39. *& seqq. lib.* 2. *Bondeu. d. collect.* 17. *n.* 19. *tom.* 2.
ubi etiamsi divisio amplissimis clausulis munita sit 174
Peregrin. de fideicommiss. d. artic. 52. *n.* 43. *versic. hac autem. Fusar. de substitut.* sæpecitata *quæst.* 593. *n.* 153. *& seqq. Knipschildt de fideicommis. d. cap.* 16. *n.* 256. *Decis. Florentin. apud Caball. consil.* 75. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 1. & firmatur in præsenti decisione *n.* 14. *&* 22. & in sequenti decisione *n.* 1. *Rot. Rom. coram Buratt. decis.* 89. *n.* 17. *in recent.* pluries citata *decis.* 272. *n.* 8. *part.* 10. *& in dict. Interamnen. fideicommissi* 25. *Januarij* 1715. §. *tanto magis, & §. verum coram Eminentiss. D. meo Cardin. Falconerio, &* 26. *Junij ejusdem anni* §. *ast in hypothesi, & §. a verbis coram eodem*.

Idemque, quod de Peritis, Judice, & Arbitro dictum est, procedit in Procuratore habente mandatum generale ad dividenda bona absque speciali facultate remittendi fideicommissum; istud enim remittere non potest, etiamsi divisio quibuscumque clausulis prægnantibus, & amplissimis concepta sit, nam tali casu non attenduntur clausulæ, nec amplitudo divisionis, sed facultates Procuratoris desumptæ

fomptæ ex mandato in ejus perfonam facto, eujus
175 limites ipſe egredi non poreſt, in ſpecie *Caſtald.*
prædicta *conſult.* 173. *n.* 10. *Fuſar. de ſubſtitut. dict.*
quæſt. 593: *n.* 153. *Torr. de pact. futur. ſucceſ. lib.* 2.
d. cap 40. *n.* 49. *Rot. Bononien. apud eumdem variar.*
Jur. quæſt. tom. 1. *tit.* 1. *de majoratib. & primogenit.*
decif. 13. *num.* 76. *fol.* 192. *Rot. Rom. coram Buratt.*
d. decif. 89 *n.* 16. *& poſt Torr. de pact. futur. ſuc-*
ceſs. citat. decif. 141. *n.* 11. *& ſeqq.* repetita *coram*
Priol. decif. 192. *& decif.* 197. *num.* 5. *& ſeqq.* ubi
176 qood non dicitur tributa talis facultas ex permiſ-
ſione dividendi data Procuratori, prout ſibi vide-
bitur.

Quod ſi in compromiſſo adjectæ legantur clau-
ſulæ fideicommiſſi renunciationem importantes, ſed
177 illæ repetitæ non ſint in laudo, remiſſionem fidei-
commiſſi arguere non valent, maximè ſi laodom
non fuit a partibus acceptatum *Bald. conſil.* 191. *n.* 3.
lib. 2. *Fuſar. de ſubſtitut. d. quæſt.* 593. *n.* 155. *Decif.*
Florent. apud Caball. d. conſil. 75. *n.* 5. *& ſeqq. lib.*
1. *& decif.* 92. *n.* 4. *coram me.*

Taliſque acceptatio, & ratificatio expreſſa, vel
tacita deſumpta a poſſeſſione a dividentibus capta
de bonis euique in portionem obventis, vel ab aliis
ſimilibus actibus, nihil opitulari poſſet, niſi io ap-
probante ſcientia nullitatis, exceſſos mandati, &
juriſdictionis concurreret; dicta enim ſcientia de-
ficiente approbatione cenſeretur reſtricta ad ea, quæ
178 valide, & cum ſufficienti facultate a Peritis, Proco-
ratore, Judice, vel Arbitris geſta fuerunt, in puncto
Socin. Sen. d. conſil. 251. *n.* 21. *lib.* 2. *Odd. dict.*
conſil. 49. *n.* 10. *Turret. conſil.* 77. *n.* 35. *lib.* 1. *De-*
cif. Florentin. apud Cabal. citat. conſil. 75. *n.* 8. *&* 9.
lib. 1. *Rot Rom. in recent. dict. decif.* 272. *n.* 10. *&*
17. *part* 10. *& poſt Torr. de pact. futur. ſucceſſ. cit.*
decif. 141. *n.* 14 *&* 15.

Proot non juvaret talis acceptatio, ſi facta fuiſ-
ſet cum clauſula pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus
qoibuſcumque appoſita in executivis, nam tunc oon
179 operaretur renunciationem fideicommiſſi, in ſpecie
Rot. Rom d. decif. 272. *n.* 9. *part.* 10. *Decif. Florent.*
apud Caball. d. conſil. 75. *n.* 14. *lib.* 1.

Nec ſuffragaretor, ſi fideicommiſſum eſſet con-
ditionale, & purificandum, quod comprehenſum
180 non cenſeretur io laudo, & in acceptatione, niſi
de eo expreſſa mentio facta ſit *Rot. in recent. dict.*
decif. 272. *n.* 11. *part.* 10. *& poſt differt.* 35. *Paulut.*
d. decif. unic. n. 9. *Decif. Florent. apud Cabal. dict.*
conſil. 75. *num.* 4. *& ſeqq.* & firmat præſens deciſio
n. 21. *&* 27.

Quodeo validius procedit, ſi in alia parte ex-
preſſe fuit declaratum bona fideicommiſſo ſubjecta in
diviſione fuiſſe comprehenſa, nam ſi in ratificatio-
181 ne ejuſdem diviſionis hæc declaratio facta non ſit,
ex hoc deſumitur fideicommiſſum non fuiſſe re-
miſſum, in individuo *Rot. in recent. citat. decif.* 272.
n. 13 *part.* 10.

Sicut etiam ratificatio prædicta intelligi ſolum
poſſet de jure dividentium, non filiorum, aliorum-
182 que ſucceſſorom ex propria perſona venientium *Rot.*
Rom. in recent. ſæpecitata *decif.* 272. *n.* 12. *part.* 10.
Decif. Florent. apud Caball. dict. conſil. 75. *num.* 10.
& ſeqq. lib. 1. *& coram me citat. decif.* 92. *n.* 6. *&* 7.

Et quod diviſio facta inter vocatos ad fidei-
183 commiſſum non præjodicet ſuccedentibus in illo ex
propria perſona, & independenter a dividentibos,
in individuo *Rip. in d. l. qui Romæ* 122. *§. duo fra-*
tres n. 101. *ff. de verbor. obligat. Mandell. Alb. con-*
ſil. 34. *n.* 1. *& ſeqq. Odd. d. conſil.* 49. *n.* 20. *&* 22.
Torr. apud Bonden. d. collect. 33. *num.* 157. *& plurib.*
ſeqq. tom. 2. *Fuſar. de ſubſtitut. d. quæſt.* 593. *n.* 165.
Manſ. conſult. tom. 9. *de fideicommiſ. & legat. dict.*
conſult. 21. *n.* 4. *il* 2. *§. verum omiſſa. Peregrin. de*
fideicommiſſ. d. artic. 51. *num.* 90. *& ſeqq. Conſtant.*
ad Statut. Urb. d. annot. 21. *n.* 279. *Knipſchildt de*
fideicommiſſ. d. cap. 16. *n.* 264. *Gallerat. de renun-*
ciat. lib. 1. *cap.* 11. *num.* 29. *Rot. poſt eum decif.* 2.
n. 43. *& ſeqq.* repetita *poſt Torr. de pact. futur. ſuc-*
ceſſ. decif. 4. *& in recent. decif.* 265. *part.* 13. *coram*
Peutinger. decif. 214. *n.* 2. *&* 4. *coram Priol. d. de-*
cif. 222. *n.* 14. *& ſeqq. in recent. decif.* 597. *num.* 15.
& 16. *part.* 5. *& d. decif.* 272. *n.* 21. *part.* 10. *&*
poſt differt. 35. *Paulut. decif. unic. n.* 6. & obſervat
præſens deciſio *n.* 38.

Hoc tamen non procederet, ſi portio alicui ex
dividentibus obventa aſſignata fuiſſet, & ſtipulata
pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſoccesſoribus, nam
tunc cum ſtipulatio favore hæredum, & ſucceſſo-
rum locom habere non poſſet, ſi per mortem unius
ex dividentibos fideicommiſſum devolvi deberet ad
ſobſtitutum, ex hoc emergit validiſſimum argu-
mentum pro remiſſione fideicommiſſi, nedum in vi- 184
ta dividentium, ſed etiam illius obito ſequutu, in
ſpecie *Palm. Nep. d. alleg.* 278. *n.* 20. *Peregrin. de*
fideicommiſſ. d. artic. 52. *ſub n.* 44. *verſic. ego autem.*
Fuſar. de ſubſtitut. citat. quæſt. 593. *n* 31. optimè
Manſ. conſult. tom. 9. *ſupplement. de fideicommiſſ. &*
legat. d. conſult. 22. *n.* 5. egregiè *Rot. in recent. d.*
decif. 240. *n.* 19. *& plurib. ſeqq. part.* 9. repetita *co-*
ram Bich. d. decif. 158.

Ampliatur aotem ſupradicta concluſio, quod
diviſio non afficiat ſucceſſores ex propria perſona
venientes, ot locum habeat etiamſi deſcendentes
ex propria perſona vocati eſſent hæredes dividen- 185
tium, ut in ſpecie proſequitur *Mandell. Alb. dict.*
conſil. 1. *num.* 1. *& ſeqq. Torr. apud Bonden. d. col-*
lect. 33. *n.* 157. *&* 159. *tom.* 2. *Decif. Florent. apud*
Caball. d. conſil. 75 *n.* 11. *lib.* 1. *& coram me* allega-
ta *decif.* 92. *n.* 8. ubi concordantes. *Rot. Rom. coram*
Priol. dict. decif. 222. *num.* 14. *& ſeqq. in recent.*
dict. decif. 607. *num.* 19. *part.* 19. *Paulut. dict. de-*
cif. unic. n. 7.

Non obſtante regula, qood licitum non ſit hæ-
redi impognare factum defuncti, illique contra- 186
venire, ad *text. in l. cum a matre ff. de rei vin-*
dicat.

Quoniam diſpoſitio præfati textus locum ha-
bet in Juribos hæreditariis, non quando agitur de
jure derivante a facto, & proviſione aſcendentium
independenter ab operatione Patris; iſto quippe ca-
ſu deſcendentes ſuccedunt ex propria perſona, & 187
propterea uti poſſunt Jure eis competente, non
ex perſona parentum dividentiom, ſed ex perſo-
na propria, non obſtante, quod ipſi ſint dividentium
hæredes *Decian. reſponſ.* 52. *n.* 21. *lib.* 2. *Peregrin.*
de fideicomm. d. artic. 52. *n.* 95. & benè proſequi-
tur *Torr. apud Bonden. collectat.* 33. *n.* 160. *&* 161.
tom. 2. *Decif. Florent. apud Caball. d. conſil.* 75. *n.* 11.
& ſeqq. lib. 1. *Rot. Rom poſt differt.* 35. *Paulut. dict.*
decif. unic. n. 7.

Rurſos cum renunciatio fideicommiſſi a Patre
dividente facta intelligatur reſpectu ſui ipſius, non
reſpectu filiorum, & deſcendentium ex propria per-
ſona venientium, ſucceſſores ad fideicommiſſum vo-
cati, qui petunt ſucceſſionem in bonis fideicom-
miſſariis non dicuntur venire contra factum Patris, 188
qui Juribus filiorum non renunciavit, in individuo
Torr. apud Bonden. d. collect. 33. *n.* 162. *& ſeqq.* ubi
latiſſimè quando dicatur dividentes voluiſſe renun- 189
ciare nedum juri proprio, ſed etiam filiorum, &
quando non. *Decif. Florent. apud Caball. dict. con-*
ſil. 75. *n.* 12. *lib.* 1. *Rot. Rom. in recent. d. decif.* 265.
n. 28. *part.* 13. *& poſt Gallerat. de renunciat. decif.* 2.
n. 28.

Niſi dividentes in renunciatione deduxerint ne-
dum Jus proprium, ſed etiam filiorum, & hære- 190
dum

redum, in individuo *Peregrin. de fideicommiſs. artic. 52. n. 97. Menoch. de præſumpt. lib 3. dict. præſumpt. 115. n. 59. Gallerat. de renunciat. lib. 5. dict. cap. 11. n. 28 & 29.* egregiè *Rot. in recent. d. deciſ. 206. n. 55. & 16. part 9.* ubi ex quibus dicatur
191 voluiſse in renunciationem deducere jus hæredum, quod latius *dict. deciſ. 240. num. 19. & ſeqq. eadem part. 9* repetita *coram Bich. deciſ. 134. & deciſ. 158. & poſt differt. 35. Paulut. dict. deciſ. unic. num. 7. & num. 24. & ſeqq.* ubi pariter quando di-
192 catur deductum jus hæredum, *& d. deciſ. 92. n. 6. & 7.* inter hactenus impreſsas *coram me.*

Quemadmodum jus etiam filiorum comprehenderet, & ſucceſſivè vocatos ex propria perſona di-
193 viſio afficeret, ſi illa per viam tranſactionis facta fuerit ad tollendas lites, & controverſias, in individuo *Rot. in d. Romana Immiſſionis 16. Januarii 1713. §. magnificatum coram bo: me: Lancetta, 9 Junii ejuſdem anni §. exigitur coram Reverendiſs. D. meo Criſpo, & 12. Januarii 1714. §. conſtabilita coram Lancetta*, ubi plures auctoritates referuntur. *in Firmana primogenituræ ſuper tranſactione 5. Februarii ejuſdem anni §. & ſane, & ſeqq. coram eodem*, & in ſæpecitata *Faventina fideicommiſſi de Paſiis 25. Februarii 1715. §. fortius verò coram eodem.*

Eadem.

Iiſdem die, & Anno.

ARGUMENTUM.

Bona emenda, & melioramenta facienda ſuper bonis fideicummiſsariis de mandato Donantis, an efficiantur fideicommiſsaria. Et an fideicommiſsarius condividens ex ſuperveniencia tituli agat de evictione contra ſemetipſum, ſaltem ad effectum conſequendi pretium.

SUMMARIUM.

1 *Fideicommiſſum non præſumitur, niſi probetur.*
2 *Augumentum rei fideicommiſſariæ efficitur fideicommiſſarium.*
Contra num. 5.
3 *Appellatio rei eſt generalis, & plura comprehendit.*
4 *Melioramenta ſuper palatio facta ſunt inſeparabilia.*
6 *Subrogatio locum habet etiam in particularibus.*
7 *Cauſa una quando eſt expreſſa, non eſt de alia divinandum.*
8 *Quando in diviſione uni bona libera, alteri fideicommiſſaria traduntur, pecunia quæ pro coæquatione datur non efficitur fideicommiſſaria.*
9 *Bona libera loco feudalium ſubrogata non evadunt feudalia.*
10 *Datum pro adæquatione partium non inducit fideicommiſſum, ſed coæquationem ejus, cujus cauſa datum eſt.*
11 *Subrogatum ſapit ſubrogati naturam primordialem, non accidentalem.*
12 *Subrogatum non aſſumit naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, quando adeſt diverſa ratio.*
13 *In diviſione ſat eſt æqualitatem ſervatam eſſe in principio, & n. 17.*
14 *Et præſumitur ab initio ſervata æqualitas, ſtante nobilitate, & conjunctione dividentium.*
Item ex acceptatione diviſionis n. 16.
15 *Periculum evictionis reddit rei pretium minus tertia, vel quarta parte.*
17 *Inæqualitas ſuperveniens non attenditur pro retractanda diviſione æquali ab initio, & de ratione.*
18 *In dubio contra fideicommiſſum eſt pronuntiandum.*
19 *Maximè cum non agitur de declarando fideicommiſſo jam inducto, ſed de novo inducendo.*
20 *Evictio tacita competit illi, qui prius ex unà cauſa poſſidebat, ſi ex alia poſtea incipiat poſſidere.*
21 *Acquirens bona ſibi ſub conditione reſtituenda, poteſt purificata conditione, ſibi evincere, & agere ad intereſſe.*
22 *Mutatur poſſeſſio ſola animi declaratione.*
23 *Amplia etiam ſine animi declaratione, quando ſupervenit novus titulus.*
24 *In emptione, & venditione rei fideicommiſſariæ per ſcientem facta venit evictio ſaltem ad reſtitutionem pretii, licet non veniat ad intereſſe, & num. 39.*
25 *Contra in diviſione, in quà nec agitur ad pretium, & de ratione, & n. ſeq.*
Contrariæ auctoritates reprobantur, n. 27.
Aliæ declarantur, n. 33. & 37.
26 *Agere de damno vitando, & de lucro captando valde inter ſe differunt.*
28 *Evictio, quam ex ſuperveniencia novi tituli ſibi facit, eſt ficta, & impropria.*
29 *Nec ſub generali promiſſione evictionis continetur.*
30 *Amplia licet ſit concepta verbis univerſalibus, ubi de ratione.*
31 *In promiſſione evictionis non venit evictio, quam quis ſibi ipſi facit, & de ratione.*
32 *Evictio ficta non poteſt plus operari, quam vera.*
33 *Favorabilius eſt jus excipiendi, quam jus agendi.*
34 *Tacita evictio provenit ex mera Legis diſpoſitione, nec requirit factum hominis.*
35 *Lex licet quandoque deneget auxilium, tamen non tollit proviſionem, quà quis uſus eſt.*
36 *In diviſione quandoque venit evictio, & quando.*
38 *Evictio ſibimetipſi non datur niſi reduplicatis perſonis, & concurrente utraque qualitate evicti, & evincentis.*
40 *Ad dignoſcendum qualis contractus fuerit celebratus, tenor, & forma verborum principaliter attenditur.*
41 *Solutio alicujus ſummæ in contractu diviſionis ſoluta pro coæquatione non facit illum mutare naturam, & evadere contractum emptionis, etiam pro parte, & de ratione.*
42 *Contractus, in quo ſit admixta emptio, & permutatio, quam naturam retineat.*
43 *Hypothecaria, vel ſola perſonalis, an competat pro evictione tacita.*

DECISIO XX.

SEptimus ergo erat articulus reſpiciens tacitam quamdam evictionem, quam adverſus hæreditatem D. Roberti prætendebant Illuſtres DD. Puccij præſupponentes in memoratis diviſionibus anni 1531. plura bona obveniſse in portionem D. Roberti poſtea Cardinalis, & D. Petri eorum Auctorum, qui in portionem Cardinalis Antonij, Raphaelis, & Joannis Pauli ad ſummam florenorum 2400. qui eiſdem etiam ſoluti fuere ad effectum, ut per eos, juxtà præceptum Arbitrorum, in alijs bonis partim reinveſtirentur, & partim erogarentur in meliorando Palatium Caſignani, quare cum hodie purificato fideicommiſso per mortem D. Roberti ſine filijs, & deſcendentibus maſculis, nullibi conſtet de aliquo præmiſsorum adimplemento, contendebant ijdem DD. Puccij ſibi ex nova ſuperveniente cauſa ipſius fideicommiſſi permiſsum eſse ratham dictorum bonorum penes ſe ex cauſa ipſius fideicommiſſi exiſtentium ſibi ipſis evincere, mutando cauſam, & titulum poſſidendi, ſucceſſiveque agere de evictione ad pretium,

pretium, & ad interesse passum, ob non factum ipsum adimplementum.

Et quoniam hæc quæstio divisa fuit in duas inspectiones, quarum prima erat, numquid bona ex dictis pecunijs emenda, & melioramenta facienda respective censenda essent uti fideicommissaria, prout erant alia comprehensa in donatione anni 1522. altera vero numquid ratione partis obventorum DD. de Puccis, quæ mutato titulo, & causa divisionum hodie ad eos spectat ex causa fideicommissi, locus sit tacitæ, seu fictæ evictioni, ut prætenditur.

Domini quod attinet ad primum steterunt pro negativa, siquidem, ut latè dictum fuit in resolutione articuli respicientia bona Cojani, fideicom-
1 missum non præsumitur, nisi probetur, in proposito autem nec Illustr. Donator id constituit, neque Arbitri id constituere potuerunt, cum nulla eis super hoc tributa fuerit potestas, neque condividentes, qui potuissent, si voluissent, id expressserunt, ergo dicendum eos noluisse.

Neque enim solidum aliquod deduci poterat fundamentum ex subtili argumento, quo dicebatur flor. 400. erant impendendi in melioramentia
2 Palatij Casignani, unde sicuti Palatium erat subjectum fideicommisso, ita pariter & ejus augumentum, ne una, & eadem res diverso jure censeretur ad regulam *l. jam hoc jure ff. de vulgar.* siquidem non erat absolute verum dictam quantitatem necessario erogari debuisse in melioramentis dicti Palatii, sed alternativè, seu in alia re, quæ eis commodior videretur, ut in divisionibus, rei autem appellatio
3 generalis est, & apta comprehendere domum, fundum, & similia *l. rei appellatio ff. de verbor. significat.* & cum dispositio posset verificari etiam in aliis rebus, quam in augumento Palatij, non rectè infertur ab onere Palatio injuncto ad incorporationem
4 melioramentorum. Præsertim quia, etsi supponamus melioramenta inseparabilia, prout arguebatur *ex l. Seia §. Tiranna ff. de fund. instr. & l. prędij §. Titio ff. de legat. 3. cum alijs per Angel. consil. 147. n. 1. & consil. 179. n. 5. versic. contrarium credo, & per Brun. de augum. conclus. 4. num. 2. & conclus. 5. n. 7. & seqq.* non tamen tenet consequentia, Palatium est subjectum fideicommisso, ergo & augumentum, seu melioramenta ab eo inseparabilia, cum eo
5 in casu non melioramenta, sed eorum æstimatio melioranti, seu ejus hæredibus sit restituenda, ut in terminis scribunt *Ruin. consil. 14. num. 1. lib. 1. Viac. Franc. decis. 109. n. 12. & Peregrin. artic. 50. num. 62.* cessat quoque regula *l. jam hoc jure ff. de vulgar. & pupilar.* cum diversa militet ratio inter Palatium, & melioramenta, & fideicommissum palatij deducatur ex voluntate Cardinalis Laurentij, melioramenta verò ex conventione partium.

Non etiam subsistebat argumentum a prætensa subrogatione Prædij *de Bargelli*, & Molendini Castrinovi, in defectu solutionis dictorum florenorum 2400. quasi bona ejusmodi acquirenda deberent eidem fideicommisso subiacere, cui duo hæc capi-
6 ta bonorum subjacent citra aliquam difficultatem ex regula subrogationis, quæ videtur habere locum etiam in particularibus *l. si donata §. si sponsus ff. de donat. inter vir. & uxor. Jas. in l. si grege in 9. not. ff. de legat. 1. Tiraq. de retract. lign. §. 32. Glos. 1. n. 10. Decian. cons. 35. n. 65. & cons. 52. n. 53. & seqq. lib. 1.*

Fuit enim responsum, bona acquirenda ex memoratis pecunijs non posse considerari uti subrogata loco Prædij *de Bargelli*, & dicti Molendini, sed loco pecuniæ datæ pro coæquatione, quæ erat libera, & hæc res tanquam principalia attendi debet, non divinari fideicommissum, vel quæri alia
7 causa, quam expressa, ad tradita per *Rip. in rub. ff. solut. matrimonio num. 62. & per Surd. consil. 373. n. 44. & consil. 420. n. 4. lib. 3.* Præsertim cum non inconveniat, ut uni in divisione obveniant bona libera, & alij subjecta fideicommisso, deturque pecunia pro coæquatione, quæ tamen non efficiatur fi- 8
deicommissaria, ut in puncto scribunt *Ruin. consil. 14. n. 5. lib. 1. consil 152. num. 32. lib. 2. & consil 311. n. 53. lib. 3.* dicentes, pecuniam, vel bona libera 9
subrogata loco feudalium non effici feudalia, & subrogationem intelligi solum respectu negotij, de quo agitur, non autem quoad alia non expressa. Datum ergo pro adæquatione partium non potest operari fideicommissum, sed coæquationem tan- 10
tum, cujus causa datum est, ut per *Surd. consil. 53. n. 14. lib. 1. & consil. 152. n. 32. lib. 2.* & cum regula subrogationis concedat tantum quoad primor- 11
dialem naturam, non quoad accidentalem, ad *Glos. in l. certi conditia in princip. versic. ex communi causa ff. si cert. petat.* cum concord. de quibus per *Berò. consil. 71. n. 43. lib. 1.* utique onus fideicommissi non potest considerari uti qualitas primordialis in dictis bonis, cum in divisionibus non agatur de fideicommisso, ut ad sensum patet, adest etiam diversa ratio inter pecuniam, & prædicta bona, quia bona expressim fuere fideicommisso subjecta per Cardinalem Laurentium, qui nunquam cogitavit de tali augumento a dividentibus excogitato, pecunia vero fuit assignata per Arbitros pro coadæquatione partium, unde de uno ad aliud non tenet argu- 12
mentum, sicque omni ex capite cessat fundamentum subrogationis *Cephal. consil. 615. n. 111. lib. 5. Surd. consil. 31. n. 42.*

Prout virtualiter etiam cessat apparens illa æquitas deducta ex eo. quod potuisset evenire casus, ut DD. Puccij deficiente eorum linea masculina, restituendoque ex causa fideicommissi bona ipsa in divisionibus consignata, privarentur & bonis ipsis, & pecunijs per eos condividentibus, pro coæquatione traditis, unde æquum videtur, ut in casu converso, & bona condividentibus assignata, & pecunias datas pro coæquatione a gravatis, seu ab eorum hæredibus consequantur, ne alioquin in magnam incidant inæqualitatem. Tollitur enim prætensa hæc inæqualitas, quia sat est æqualitatem ab initio servatam fuisse, prout in proposito creden- 13
dum est ab initio servatam fuisse inter personas, adeò conjunctas, & tam egregiæ nobilitatis, habita 14
ratione æstimationis bonorum, & periculi, quod 15
solet esse pro tertia, vel quarta minus, ut per *Menoch. consil. 87. num. 94. & per Cavalcan. decis. 36. n. 5. part. 1.* Idque præsumitur ex quo dividentes, partes sic sibi consignatas acceptando, eas æquales 16
fassi videntur, unde non est attendendum, an ex casu postmodum superveniente res ad inæqualitatem redigatur, cum divisio ab initio recte facta non 17
debeat ex eventu retractari, ut per *Bald. in dict. l. si familię C. famil. Ercifcund Berò consil. 108. num. 23. lib. 1. Roland. consil. 51. n. 19. in fin. lib. 4. Becc. d. consil. 24. n. 37. Burfatt. consil. 237 n. 24. & seqq. lib. 3.* Debuit enim ab initio dividens advertere id evenire posse, quod si non fecit, non est cur de inæqualitate conqueratur, ut in terminis dicunt *Ruin. consil. 7. n. 19. lib. 3. Berò d. consil. 184. in fin. lib. 1. Becc. consil. 24. n. 37.* & sensit *Alex. d. consil. 21. n. 6. lib. 5. Socin. Jun. consil. 119. n. 28. lib. 3.*

Concidunt etiam pleraque alia, quæ inducebantur pro conjectura fideicommissi, idque unico verbo, nempe quia uti conjecturæ dubiæ necessario non concludunt, in dubio autem pronuntiandum 18
est, fideicommissum non extare, ut sæpius dictum est, & tradit post alios *Peregrin. artic. 31. n. 33. 39. & 40.* maximè dum agitur non de declarando fideicommissum jam inductum [quod hic impossi-
bile

19 bile est prorsus, cum D. Cardinalis Laurentius num-
quam potuerit præcogitare hunc casum] sed de no-
vo inducendo Riminald. Jun. consil. 602. num. 30.
lib. 6. Alb. consil. 32. n. 22. Menoch. consil. 83. n. 87.
& hæc quoad primam hujus articuli inspectionem.
Quod verò spectat ad secundum DD. & si admit-
terent conclusionem in genere, dari nempe taci-
tam evictionem ei, qui ex una causa prius possi-
20 debat, si ex alia posset incipere possidere juxtà text.
& in l. si vendideris, in l. si ei cui, & in l. non ta-
men ff. de evict. in l. in fundo ff. ad leg. falcid. &
in l. Julianus §. si fundum ibique. Odofr. Alb. Castr.
& alii ff. de actio. empt. Glos. & scribentes in l. si
a substituto ff. de legat. 2. optimè Bart. in l. hu-
jusmodi §. qui servum versic. declara ff. eodem tit. in-
quiens eum, qui acquisivit bona sibi sub condi-
21 tione restituendi, purificata conditione, possit mu-
tando causam possidendi sibi ipsi evincere, & age-
re ad interesse. Bart. ibi sequuntur Castr. Alex.
Jas. & communiter alij, tradunt etiam idem Bart.
& scribentes in dicta l. qui Romæ §. duo fratres
quæst. 12. ff. de verbor. obligat. cum consil. 33. Ruin.
consil. 146. n. 3. & 4. lib. 1. Lucbin. de Curte in ter-
minis nostris consil. 108. sub n. 6. & 9. lib. 1. ult. vo-
lunt. Gabriel cons. 129. n. 14. lib. 1. Caballin. de evict.
22 §. 5. in princip. & pro ejusmodi mutatione facien-
da ad effectum evictionis solam animi declaratio-
nem sufficere inquit Socin. consil. 171. n. 7. lib. 1. &
in l. 3. §. ex plurib. ubi Alex. Jason & alij declarant
ff. de acquirend. possess. Gabriel consil. 51. n. 2. & 3.
lib. 1. ubi inquit animum mutandi etiam sine aliqua
23 declaratione sufficere, constito de supervenientia
novi tituli.
Prout non negabant etiam in emptione, &
venditione rei fideicommisso subjectæ, etiam si fa-
cta esset per scientem, venire etiam evictionem, sal-
24 tem ad restitutionem pretij, licet non ad interes-
se, juxtà text. in l. final. §. emptor C. communia de
legat. & tradita per Socin. consil. 16. num. 27. versic.
sed posito lib. 3. Ruin. consil. 146. n. 4. versic. & ubi
etiam l. 1. Peregrin. artic. 40. num. 83. versic. hoc ta-
men casu.
Nihilominus tamen in applicatione hujusmo-
di conclusionum considerabant eas procedere, pro-
ut jura allegata, & DD. loquuntur in emptione,
& venditione, at in divisionis contractu data scien-
tia inter dividentes, ut res ex natura rei, seu ex
præordinatione communis Authoris evinci posset,
vel verè, & propriè, vel fictè, & impropriè, non
solum de evictione ad interesse invicem non tenen-
tur, sed nec etiam ad pretium, vel æstimationem
rei sic evictæ, vel ad id, quod loco ipsius datum
est, idque ea ratione, quia cum scirent rei quali-
25 tatem, est quid eis imputetur cur rem huic pericu-
lo suppositam acceperint in portionem suam, & si-
bi de evictione specialiter in hunc casum non pro-
spexerint, & quia scienter eam recipiendo censen-
tur omne periculum, & omnem casum in se suscee-
pisse, prout ita ijs præcisè rationibus tradunt Castr.
in d. l. si familia n. 3. & Solicet. num. 2. Cort. Sen.
consil. 63. n. 19. versic. secus tamen in fratribus divi-
dentibus. Dec. consil. 411. n. 4. Ruin. consil. 146. n. 2.
& 3. lib. 1. & consil. 7. n. 18. lib. 3. Alciat. qui de
communi in d. §. duo fratres n. 36. Aym. consil. 211.
n. 6. & 7. Berò. consil. 108. in ult. dub. lib. 1. Socin.
Jun. consil. 119. num. 2. lib. 3. Pancirol. consil. 139.
n. 20. Franc. Bec. etiam pro communi d. consil. 24.
n. 34. & seqq. Decian. consil. 41. n. 164. lib. 1. Surd.
consil. 15. n. 19. Menoch. præsumpt. 118. n. 14. lib. 3.
consil. 87. n. 8. lib. 1. & consil. 418. n. 14. lib. 5. Pe-
regrin. d. artic. 52. n. 66. & 68. Quæ quidem ratio-
nes cum non militent in emptione, & venditione,
26 ex quo emptor agit de damno vitando, fideicommis-
sarius vero de lucro captando, quæ duo inter se val-
de differunt l. sinus 12. §. licentia C. de Jur. delib. Dec.
consil. 64. n. 8. & consil. 410. n. 3. & 4. nil mirum
si ad pretium saltem emptori agere liceat dict. l.
final. §. emptor, & dict. l. hujusmodi §. qui servum,
quæ ut dictum est procedunt solum in emptore, se-
cus vero in dividente, ut præcisè dicunt Castr. in
dict. l. si familiæ sub n. 3. versic aliud fore in empto-
re. Ruin. d. consil. 14. n. 2. versic. nec obstat præmis-
sis lib. 1. Pancirol. d. consil. 139. n. 21. Decian. dict.
consil. 41. num. 164. versic. non obest secundum, &
num. 165. lib. 1. & secundum istam distinctionem
quæ fuit etiam Bartol. in dict. l. si familiæ n. 1. &
in d. §. duo fratres quæst. 11. num. 25. junctis di-
ctis per eum quæst. 13. num. 26. & eum sequuntur
communiter DD. ut testatur Peregrin. d. artic. 52.
n. 57. & Pancirol. d. consil. 139. num. 21. sæpius in
hoc foro fuit judicatum, ut patet ex Motiv. D.
Francisci Marzarij diei 29. Novembris 1566. in cau-
sa de Nerlis, & in Motiv. diei 29. Aprilis 1581.
in causa de Caffarecciis, & Benvenutis, in qua DD.
Tres eodem modo judicarunt confirmando senten-
tiam, & Motiva prædicta, ut propterea quidquid
in contrarium videatur sensisse Lucbin. de Curt. d.
consil. 108. n. 6. & 9. lib. 1. ult. volunt. qui in ali- 27
quibus Motivis exadverso exhibitis contra hanc sen-
tentiam allegabatur, parum ei videatur deferen-
dum, tamquam loquenti contra communes, & in
praxi receptas opiniones. Et certè cum evictio,
quam quis sibi ipsi facit ex supervenientia novi ti- 28
tuli, ficta sit, & impropria Bart. in l. servum Titii
n. 2. ff. mandat. & in l. fundo legato ff. ad l falcid.
nec comprehendatur sub generali promissione evi- 29
ctionis Bart. in d. l. servum Titij. Ruin. d. consil 7.
num. 18. lib. 3. etiamsi verbia universalibus fuisset
concepta, cum verba illa intelligantur de vera, &
propria evictione, quæ fit per rei ablationem, non 30
de ficta, & impropria, ut late deduxere Domini
in Motivis causæ Recafulana diei 28. Martij 1578.
quæ per DD. Tres eorum in officio successores in
omnibus fuere confirmata sub die 3. Januarij 1580.
ex regula l. quicquid astringenda ff. de verbor obli-
gat. & quia in promissione evictionis regulare est,
ut non veniat evictio, quam quis sibi ipsi facit,
quia in quacumque dispositione semper intelligitur 31
excepta persona loquentis, ut in terminis per Ruin.
consil. 137. num. 13. lib. 2. & per Peregrin. artic. 52.
n. 69. cum aliis per nos allegatis in præcedenti ar-
ticulo, non nisi juridice firmatum fuit non posse
prætensam hanc fictam evictionem plus operari, quam 32
veram ex regula, de qua in §. sin autem constante in
Auth. de Sanctiss. Episc. & ibi notat Gloss. in ve-
ra autem evictione proveniente ex natura rei, &
præordinatione communis authoris, jam resolu-
tum est non deberi evictionem, etiam si fuerit pro-
missa verbis universalibus, ergo multo minus de-
bebitur in casu fictæ, & quæ nullo modo fuit pro-
missa.
Nec præmissa refragatur text. in d. l. fundo le-
gato ff. ad l. falcid. cum similibus allegatis per Pe-
regrin. artic. 40. ante n. 84. qui loquuntur in hæ-
rede fideicommissario, vel legatario, & tamen ex
supervenientia novi tituli, licet eis mutare sibi cau-
sam possidendi; quia hoc verum est, quoad effe-
ctum retentionis, quæ sibi parat exceptionem: at
secus quoad effectum contra tertium agendi ad pre-
tium, longe enim favorabilius est jus excipiendi, 33
quam sit jus agendi vulgatâ l. favorabiliores ff. de
regul. Jur. l. in utroque §. cui damus ff. eodem tit.
unde de uno ad aliud minus rectè infertur l. Pa-
pinianus exuli ff. de minor. l. inter stipulantem §. sa-
cram, versic. sed hæc dissimilia, ff. de verborum
obligat.

34 Huc etiam tendit, quod dicebatur tacitam evi-
ctionem provenire ex mera legis dispositione, pro-
indeque in ea uon requiri factum hominis, quia hoc
concedi potest, verum negatur legem majus privi-
legium tribuere tacitæ huic suæ evictioni, quam
expressæ hominis, ut supra dictum est, & ideo im-
putatur ei, qui sola legis provisione nititur; lex
enim suum quandoque denegat auxilium, provisio-
35 nem autem, quam unusquisqoe sibi fecerit nomquam
tollit § *fuerat*, & ibi *Glos. in versic. creditoribus. inst. de actio. Salicet. in l. 2. post num. 2. C. de usur. rei judicat. Decian. consil.* 207. *ante n.* 8. lex ergo quæ
voluit evictionem venire in contractu divisionis, ju-
36 xtà tradita per *Cabalin. de evict.* §. 4. *n.* 52. iotel-
ligitur secundom terminos evictionis, quæ expres-
se promittitur, uempe dummodo non sequatur ex
natura rei, & ex præordinatione communis autho-
ris, ot supra non semel diximus.

Non ergo resistebat, quod dicebatur hoc pacto
legis auxilium reddi inutile, nisi fideicommissario
detur actio saltem ad protium, quidqoid diei pos-
set in evictione expressa proveniente ex facto ter-
tij, quæ non ex eo proficiscitur, quod jus patientis
evictionem auctum fuerit ex caosa supervenienti,
37 ut in proposito, sed potius è cootra, ut subtiliter
dicebatur colligi ex *consil. Ruin.* 156. *num.* 5. *&* 6.
lib. 5. quia *Ruin.* loquitur in emptore, cui æquum
est, ut jus superveniens prosit, quia alias amis-
sionem pretij pateretur; at secus in fideicommis-
sario, qoi agit de locro, & qui præsumitur ab ini-
tio æqualem partem consecutus, etiam habita ra-
tiooe prætensi hujus damni ex jam dictis.

Distinctio verò personarum evictæ, & evincen-
tis, quæ ad evitaudam traditionem *Glos. in dict. l. si familiæ* constituebatur, ex eo quod *Glos.* suppo-
nat suo in caso duas personas, evincentis nempè, &
cui evincitur, ideoque respectu personæ evincentis
verificanda esset mens *Glos.* in DD. de Poccia; il-
lisque permittendum agere ad pretium, ex quo rem
consequi non poterant, quia jam penes eos erat; re-
spectu verò Illustriom Sororum, quæ personam evi-
ctam referunt denegaretur actio evictionis adversus
tertiom, ea ratione, quod non fuerit earum autho-
ribus promissa in hunc casum, subtilis quidem vi-
sa est, verum menti *Glos.* & scribentium parum con-
sentanea, ex quo in DD. de Puccis concurrit ju-
ris fictione utraque qualitas, evincentis scilicet, &
38 coi evincitur, alioquin enim non posent dici sibi
evicisse, & ideo in hac parte optimè satisfit præ-
supposito *Glos.* cum non desit concursus duarum per-
soonarum, juxtà *text. in l. si Consul, cum leg. seq. ff. de adoption. in l. ne contra C. ne filius pro patre. in cap. per venerabilem qui fil. sint legit.* at supposita
evictione sibi ipsi facta, ut actio ad pretium compe-
tat in materia divisionis, hoc est, quod expresse
negant *Glos. & Doctores* communiter, nisi speciali-
ter super ea fuerit conventum.

Denique non fuit visum obstare, quod novissi-
me dicebatur evictionem respectu horum bonorom,
quorum contemplatione soluta fuit summa scuto-
rum 2400. deberi ex eo, quia versemur in emptio-
ne, & venditione bonorum, non in divisione, ex
quo dicta summa non fuit soluta de pecuniis hære-
ditariis, sed de proprijs, ideoque videantur dicti
condividentes cum dictis pecunijs proprijs emisse por-
tionem bonorum, quam receperunt, ultra quod pro
eorum rata ipsis deberetur, in emptione autem, &
39 venditione rei fideicommisso subjectæ etiam si facta
sit per scientem, venire evictionem saltem ad resti-
tutionem pretij per *text. in dict. l. final.* §. *emptor C. communia de legat.*

Foit enim responsum, nos revera noo versari
in emptione, & venditione de qua loquitur *text. in d.* §. *emptor*, sed in contractu divisionis, prout tam
instrumentum ab ioitio celebratum inter condividen-
tes, qoam compromissum postea subsequutum, &
laudum postea latum apertissimis verbis demonstrant,
ad dignoscendum enim, qoi nam contractus fuerit
celebratus, tenor, & forma verborum principaliter
attenditur, & ideo cum ubique divisionis contra- 40
ctus nuncupetur, talis proculdubio judicandus est,
ot egregiè scribunt *Ancharan. consil.* 72. *num.* 3. *& Jason.* qui concordantes citat *consil.* 45. *column.* 2.
lib. 1.

Et licet in dicta divisione admixta etiam fuerit so-
lutio pecuniæ, quæ communis noo erat inter condi- 41
videntes, ex hoc tamen contractus uon desijt esse
divisionis, nec in totum, uec in parte denominari
potest contractus emptionis, & venditionis, sed ab-
solutè contractus divisionis remansit, & juxtà divi-
sionis regulas de eo est judicandum, quia cum prin-
cipaliter intenderent partes divisionis contractum
celebrare, non attenditur, an aliqoid in eo actum,
vel conventum fuerit, qood principaliter per se con-
sideratum non posset sub specie ipsius contractus prin-
cipalis cadere, sed io aliam speciem contractus trans-
migraret, & quia denominatio fit ab eo, quod prin-
cipaliter agitur, & a potentiori, ut optimè in pro-
posito scribunt *Alex. consil.* 7. *in princ. lib.* 7. *Corn. consil. ultim. lib.* 1. *consil.* 45. *col.* 3. *lib* 4. *Socin. con-
sil.* 4. *column.* 2. *lib.* 3. *& consil.* 22. *column.* 1. *lib.* 4.
Aretin. in l. continuus §. *si ab ea ff. de verbor. obli-
gat.* & ideo ad rem nostram pulchrè dixit *Bart. in l.* 42
Aristo n. 2. *ff. de donation.* si pro fundo tuo ego de-
dero tibi centum, & equom, licet in hujusmodi
conventione videatur admixtus contractus emptionis,
& contractus permotationis, tamen si principaliter
emitur, solus erit cootractus emptionis, non ob-
stante, quod aliqua species pro specie fuerit da-
ta, & è cooverso, si principaliter permutetur to-
tum erit permotatio, licet etiam pretium pro par-
te intercesserit; in dubio autem subdit ibi *Bart.*
denominabitur contractus ab eo, quod plus valet,
ut si plus valeat res, quæ datur pro re, quam pe-
cunia, sit permutatio; si vero è contra emptio, &
venditio sit, & ideo juxtà regulas illius contractus,
a quo denominatio fit, & qui principaliter agitur
de eo erit judicandum, ut ibi per *Bart.* & post eum
Castr. Imol. & alij; quia ergo in proposito negari
non potest, quod principalis contractus fuerit, &
sit divisionis, & summa illa respective ad bona,
quæ in divisione obveniunt, sit quid minimum, non
fuit dubitandum nos in contractu venditionis non
versari, sed in divisione, consequenterque totam
divisionem censendam esse, & juxtà divisionis regu-
las de ea judicandum, secundum quas intrare non
potest *text. in dict.* §. *emptor*, ut supra abundè fuit
deductum.

His stantibus non censuerunt DD. examinan-
dum esse articolum actionis, vel personalis, vel hy- 43
pothecariæ, quæ in hoc proposito Dominis Puccis
competere posset, de quo respectu personalis latè
per *Menoch. consil.* 204. *num.* 66. *lib.* 1. respectu
verò hypothecariæ, quæ non est de natura contra-
ctus, sed oriri tantum potuisset ex expressa con-
ventione, sub qua uon comprehenditur virtus ta-
citæ evictionis, ut per *Bart. in l. servum Titii n.* 2.
ff. mandat. & per Ruin. dict. consil. 7. *num.* 29. *ver-
sic. & hoc est verum lib.* 3. habetur latissimè in *Mo-
tiv. causa Ricasulana*, de quibus suprà habita fuit
mentio; nam denegata Dominis Puccis tacita hac
per eos prætensa evictione, superfluom fuisset di-
sputare, quanam actione per eos agendum esset,
prout idem fuisset quærere, an Illustres Sorores ex
retentione quorumdam librorum censendæ essent
hæredes Domini olim Raphaelis in vim Statuti

Rubr.

Rubr. 29. *lib.* 2. ex quo non fuit doctum, ipsas fuisse requisitas ad dimittendum, juxtà Statuti ipsius censuram, nec discussum, an alio Jure, quam hæreditario detinerentur.

Alexander Zilocchius Prętor, & Relator.
Horatius Spannocchius.
Dominicus Gualandus.
Pompejus Contarinus.
Aloysius Soltia.
Michael de Lavagna.

A D D I T I O.

ARGUMENTUM.

Evictio in divisione, an, & quando præstanda sit, quando non, & de differentijs inter emptionem, & divisionem in materia evictionis. Evictioni quando est locus, quomodo præstari debeat tam quoad damna, & interesse, quam quoad valorem, & æstimationem rei evictæ.

SUMMARIUM.

1 GEr, Spin. consil. 13. *scripsit in casu decisionis, & succubuit.*
2 *Evictio quamvis non promissa in divisione debetur.*
3 *Amplia, tum in divisione extrajudiciali facta inter partes, quam in judiciali facta ministerio Judicis.*
4 *Limita in divisione facta a Testatore, & de ratione.*
5 *Intellige, ut non possint hęredes per viam actionis agere de evictione, sed per viam exceptionis possunt se defendere ab alijs hæredibus.*
6 *Sublimita si contrarium conventum fuerit.*
7 *Limita secundo, ut evictio non debeatur in divisione, quoties quis scienter rem evictioni subjectam recepit.*
8 *Sublimita, si expressè evictio in pactum deducta fuerit.*
9 *Sublimita secundò in contractibus permutationis, venditionis, in quibus debetur evictio, sive concurrat scientia, sive ignorantia.*
10 *Limita tertio, ut evictio non præstetur, si provenit ex natura rei, & ex facto, & preordinatione fideicommittentis communis Autboris.*
11 *Promissio enim evictionis includit eam solum derivantem ex facto tertij, vel facto dividentium.*
12 *Sublimita, si evictio specialiter promissa fuerit in casu fideicommissi, aut similis.*
13 *Item si stipulata fuisset verbis, & clausulis amplissimis universalibus tractum successivum habentibus.*
14 *Item si altera pars fuisset in damno.*
15 *Intellige promissionem evictionis operari respecta evictionis verę, & propria, non ficta, & improprię, & quę sit evictio ficta, & impropria.*
16 *Evictio ex natura rei non præstatur data scientia fideicommissi in recipiente, secus concurrente ignorantia.*
17 *Quod signanter procedit in divisione.*
18 *Amplia, ut evictio præstetur etiam data scientia, si bona fideicommissaria, vel alio oneri subjecta assignata fuerint tamquam libera.*
19 *Item si habita scientia conventa fuisset evictionis prę stantia.*
20 *Evictio ex natura rei non debetur, si ęqualis utrique ex dividentibus portio bonorum fideicommissorum assignata sit, secus si inæqualis.*
21 *Evictio ex natura rei provenire dicitur, quando promanat ex jure fideicommissi, qualitatis emphytheutica, & similis.*
22 *Item proveniens ex facto Principis.*
23 *Evictio non debetur ementi rem fideicommissariam, vel emphytheuticam, sed competit actio ex empto ad liberationem, vel quanti minoris, & de ratione.*
24 *Limita stante scientia emptoris de obligatione bonorum.*
25 *Sublimita, ut evictio semper debeatur, si sequatur culpa condividentis, vel venditoris.*
26 *Evictio ubi debetur, præstari debet cum damnis, & interesse.*
27 *Et inspecto valore rei non de tempore divisionis, sed evictionis.*
28 *Et ita cum melioramentis, & augumento, quod usque ad illud tempus ea receperit.*
29 *Limita in melioramentis ex solo beneficio temporis provenientibus, & n. 30.*
31 *Item limita in evictione ficta, & impropria in qua datur solum actio ad repetendum pretium, vel traditum loco pretij bonorum receptorum.*
32 *Amplia non obstante scientia oneris.*
33 *Venditor in casibus, in quibus non tenetur de evictione, tenetur ad restitutionem pretij.*
34 *Intellige de pretio exbursato, non quod res tempore sequuta evictionis æstimetur, & n. 35.*
36 *Amplia, ut teneatur restituere, etiamsi protestatus sit se nolle teneri de evictione.*
37 *Dividens superveniente jure fideicommissi a semetipso evincit.*
38 *Sed ad differentiam emptoris, non agit ad rei æstimationem, & pretij restitutionem, vel damnorum refectionem, ubi de ratione differentia, & num. antecedenti.*
39 *Maximè concurrente scientia.*
40 *Natura divisionis exigit, ut partes sint æquales.*
41 *Et reduci debet ad æqualitatem, etiamsi inæqualitas se contineret intra dimidium.*
42 *Amplia, ut hoc procedat etiam in divisione facta per sortes.*
43 *Declara, ut æqualitas servanda sit a principio, sed inæqualitas superveniens non retractat divisionem.*
44 *Sicuti non retractat evictio ex natura rei.*
45 *Item nec proveniens ex facto Principis.*
46 *Rejicitur* Castald. *contrarium sentiens.*
47 *Emens, vel dividens habens scientiam oneris, seu periculi evictionis non potest prętendere restitutionem pretij.*
48 *Declara, ut non sufficiat scientia præsumpta, sed requiratur clara, & specifica.*
49 *Limita, si non obstante scientia, evictionis præstatio conventa fuerit.*
50 *Amplia, ut sufficiat si evictio generaliter promissa sit saltem pro restitutione pretij, licet promissor adstringi non possit ad pœnam evictionis.*
51 *Limita, ut emptor habens scientiam oneris non possit agere de evictione in illa proveniente ex natura rei.*
52 *Item si quis promiserit evictionem pro dato, & facto suo tantum, non tenetur ad pretij restitutionem, si evictio sequatur ex facto alterius.*
53 *Fortius si emptor rem evictam non emit justo pretio, & de ratione.*

SCripsit in casu hujus decisionis, & succubuit
Ger. Spin. consil. 13. *n.* 40. *& seqq. & n.* 45. *ver-* 1
sic. quia quoad, & seqq. assignat differentiam
præsentis decisionis ab antecedenti.

In divisione debetur evictio, quamvis promissa
non sit, cum divisio sit species permutationis, vel 2
emptionis, & venditionis *l. si familię* 14. *C. famil.*
Ercisund. l. fratres 7. *C. commun. utriusq. Judic.* abundè *Cyriac. controv.* 196. *n.* 9. *& seqq. & controv.* 514. *num.* 1.

num. 1. & per tot. Amat. resolut. 77. n. 14 & seqq. Saminiat. controv. 77. n. 44. Capon. discept. 112. n. 8. & 9. Castald. consult. 190. num. 1. Paulut. dissert. 72. n. 9. Mangil. de evict. quæst. 114. n. 2. de Luc. de hæred. dist 27. n. 2. Trombet. de societat. cap. 9. n. 30. & 31. Christin. decis. Belgic. 179. n. 12. & seqq. lib. 2. Rot. Florentin. apud Accarij. decis. 71. num. 1. & præsens decisio n. 36. Ger. Spin. in hac causa scribens d. consil. 13. n. 39. Constantin. ad Statut. Urb. annot. 21. artic. 4. n. 232. Rot. Rom. post eum decis. 37. n. 3. & decis. 63. n. 1. & 14. coram Emerix Jun. decis. 988. num. 1.

Talisque evictio debetur nedum in divisione extrajudiciali facta inter partes, sed etiam in judi-
3 ciali facta ope, & ministerio Judicis dict. l. si familiæ 14. C. famil. Ercisc und. Amat. citat. resol. 77. n. 16. Trombet. de societat. d. cap. 9. n. 32. Constantin. ad Statut. Urb. d. annot. 21. artic. 4. n. 135.

Non deberetur tamen evictio in divisione, si ista facta fuisset a testatore, cum talis divisio habeat
4 vim prælegati, & ab ea recedere non possint hæredes Urceol. consult. 27. n. 13. Trombet. de societat. d. cap. 9. n. 35. Hermosill. ad Lopez glos. 1. l. 32. tit. 5. part. 5. artic. 6. num. 108. & seqq. ubi quod tali casu non possunt hæredes per viam actionis agere de evi-
5 ctione, sed per viam exceptionis, & retinendo poterunt se defendere ab alijs hæredibus. Constantin. ad
6 Statut. Urb. dict. annot. 21. artic. 4. n. 240. & 241. & seqq. ubi dicit non procedere si contrarium conventum sit. Alderis. de hæreditar. action. part. 2. cap 6. n. 46. Christin. citat. decis. Belgic. 179. n. 14. versic. si vero divisio lib. 2.

Sicut etiam evictio non debetur in divisione, quoties quis scienter rem alienam, vel fideicommissariam, emphytheuticam, vel feodalem rece-
7 pit, ex quo recipiendo scienter rem tali oneri obnoxiam, omne periculum, & omnem casum in se suscepisse censetur, plenè Peregrin. consil. 93. lib. 1. Constantin. ad Statut. Urb. d. annot. 21. art. 4. n. 237. Torr. de primogenit. tom. 2. dict. quæst. 34. num. 33. & seqq. fol. 161. & firmat præsens decisio num. 25. & seqq. Rot. Rom. in Romana, seu Albanen. bonorum 10. Maij 1706. §. verum coram Caffarello.

8 Quod limitatur, si expressè promissio evictionis conventa sit Amat. d. resolut. 77. n. 20. & seqq. Trombet de societat. d. cap. 9. n. 39. Torr. de primogenit. tom. 2. d. quæst. 34. num. 33. & seqq. fol. 161. Constantin. ad Statut. Urb. citat. annot. 21. artic. 4. num. 248.

Secundò limitatur, ut procedat in contractu divisionis, non verò in contractibus permutationis, vel venditionis, in quibus debetur evictio,
9 sive recipiens sciverit, sive ignoraverit fideicommissum, ut distinguendo in specie tradunt Torr. apud Bonden. d. collect. 33. n. 145. tom. 2. repetita apud eumdem Torr. de primogenit. d. quæst. 34. n. 36. Castald. consult. 127. n 3. & seqq. ubi adducit concordantes, & reiicit, & declarat contrarios fol. 126. tom. 2. Guzman. de evict. quæst. 30. num. 135. Costa de scient. & ignorant. dist. 32. num. 7. & 8. Mangil. de evict. d. quæst. 114. num. 10. Magon. decis. Lucens. 7. n. 41. & 42. & declarando contrarias auctoritates optimè Rot. in recent. dict. decis. 607. n. 28. & seqq. part. 19.

Prout evictio præstari non deberet, si proveniret ex natura rei, & ex facto, & præordinatione
10 fideicommittentis communis Authoris, ut per Glos. Bald. Angel. & Salycet. in l. si familia C. famil. Erciscund. affirmant Ger. Spin. in hac causa scribens d. consil. 13. n. 40. & seqq. Redenasc. consil. 29. num. 33. Amat. resolut. 77. n. 30. Actolin. resolut. 54. num. 8. Castald. consult. 161. n. 4. fol. 36. consult. 184. n. 27. & consult. 190. num. 7. fol. 127. tom. 2. Mans. consult. 336. n. 14. tom. 4. & consult. 46. n. 13. & 14. tom. 10. consult. 12. n. 67. tom. 11. Peregrin. de fideicommis. artic. 52. n. 67. Torr. apud Bonden. collect. 33. n. 137. tom. 2. ubi plures, & n. seqq. idem Torr. variar. Jur. quæst. lib. 1. tit. 2. quæst. 28. n. 26. fol. 346. & quæst. 34. num. 34. fol. 375. & lib. 3. definit. 5. tit. 13. num. 1. fol. 293. & de primogenit. tom. 1. cap. 36. n. 246. fol. 325. & tom. 2. quæst. 34. n. 18. & seqq. fol 160. Ansald. de commerc. disc. 60. n. 17. de Luc. de fideicommis. disc. 175. num. 2. & 3. Joseph Ludovic. decis. Lucens. 29. num. 7. Manent. decis. 17. n. 49. & 54. Sac. Consil. Neapolit. apud Capyc. Latr. decis. 126. n. 3. Palm. Nep. decis. 92. num. 25. & 26. Rot. Senen. apud. eumdem decis. 379. n. 2. Rot. Florentin. apud Monac. decis. 63. n. 9. & seqq. Accarij. decis. 103. n. 8. & supra decis. 3. n. 24. & infra dict. decis. 31. num. 16. & decis. 119. n. 45. & coram me decis. 93. n. 44. Rot. Rom. post Constantin. ad Statut. Urb. decis. 42. n. 17. ubi concordantes, & decis. 44. num. 15. quarum prima est repetita, in recent. decis. 607. part. 19.

Promissio enim evictionis includit solum evictionem ex facto tertij, sive ex dato, & facto proprio dividentium derivantem, non autem eam, quæ provenit ex natura rei, & bonorum, in specie Rot. 11
Rom. d. decis. 601. n. 26. & seqq. ubi plures concordantes, & citat. decis. 607. n. 21. part. 19. ubi alij referuntur.

Hoc tamen declaratur non procedere, quando promissa fuit evictio specialiter in casum fideicom- 12
missi, aut similem, in puncto Mans. consult. 336. n. 14. Fusar. de substitut. quæst. 593. n. 69. Odd. de fideicommis. quæst. 6. artic. 3. n. 39. 56. & 68. Peregrin. eodem tract. artic. 59. n. 69. Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fideicommiss. dict. quæst. 28. n. 26. & 27. tom. 3. tit. 13. d. definit. 5. num. 1. fol. 293. & de primogenit. tom. 1. cap. 36. n. 247. fol. 325. & tom. 2. d. quæst. 34. n. 32. fol. 161. repetita apud Bonden. d. collect. 33. num. 140. & seqq. ubi plures tom. 2. Rot. Senen. apud Palm. Nep. citat. decis. 379. n. 18. & 22. Rot. Rom. apud eumdem decis 463. n. 3. Rot. Florentin. infra d. decis. 31. n. 16. & n. 21. & citat. decis. 119. n. 45. Ger. Spin. in causa hujus decisionis scribens dict. consil. 13. num. 42. & 44.

Vel quando evictio stipulata fuisset verbis, & clausulis amplissimis, universalibus, & tractum successivum habentibus, quæ includit etiam evictio- 13
nem ex natura rei provenientem, secus verò si illa promissa fuisset simpliciter, & in forma communi, in specie Altograd. consil. 15. num. 27. & 18. lib. 1. Amat. citat. resolut. 77. num. 34. Cirocch. discept. 60. num. 84. Actolin. d. resolut. 54. n. 9. Palm. Nep. citat. alleg. 278. n. 33. Torr. de primogen. tom. 1. d. cap. 36. n. 247. fol. 325. & variar. tom. 3. tit. 13. citat. definit. 5. n. 14. fol. 294. D. meus Audit. Calderon. resolut. 64. n. 48. Castald. d. consult. 161. num. 8. & d. consult. 190. num. 9. fol. 127. tom. 2. ubi plures alios refert, & adducit aliam limitationem, quan- 14
do altera pars esset in damno. Rot. Senen. apud Palm. Nep. dict. decis. 379. num. 14. 16. & seqq. Rot. in recent. decis. 275. n. 15. & 16. part. 15. & decis. 607. n. 23. & 24. ubi adducit contrarium tenentes, & num. 25. & seqq. part. 19. repetita post Constantin. ad Statut. Urb. decis. 42. n. 18. & seqq. post Salgad. labyrint. creditor. decis. 38. n. 13. post Urceol. de transact. decis. 13. n. 8. & seqq. & post de Luc. de testament. in Mantiss. decis. 11. n. 6. ubi plures adducit concordantes, & firmat præsens decisio num. 30.

Quod intellige procedere in evictione vera, & propria, quæ fit per rei ablationem, & avocationem, non de ficta, & impropria, quam quis sibi ipsi facit ex novi tituli supervenientia; tum quia verba

ba quantumvis smpla, & generalia, propriè, & strictè in contractibus intelligi debent, & relata ad evictionem de quacumque evictione vera, & propria intelliguntur, non de ficta, & impropria, tum etiam quia in promissione generali non comprehenditur evictio, quam quis sibimetipsi facit, cum in generali
15 sermone numquam inclusa censeatur persona loquentis, ut in nostris præcisis terminis ponderant *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 52. *num.* 69. egregiè *Ger. Spin. d. consil.* 13. *n.* 60. *& seqq.* & præsens decisio in eadem causa emanata *n.* 28. *& seqq.*

Rursus supradicta conclusio de non præstanda evictione promanante ex natura rei intelligitur data fideicommissi scientia in recipiente bona vinculata, cum enim acceptando bona fideicommisso supposita scienter, illa cum suis causis, & oneribus acceptare voluisse censeatur, conqueri non potest si bona ab eo avocentur eveniente casu fideicommissi,
16 cujus periculum prævidendo in se suscipere voluit, secus vero dicendum esset, si concurreret in recipiente ignorantia qualitatis rei assignatæ *l. si fundum sciens* 27. *C. de evict. Bald. in l. non dubitatur n.* 2. *C. eodem. Gob. consult. decis.* 141. *n.* 27. *tom.* 1. *Rocc. disput. Jur. cap.* 91. *n.* 17. *D. meus Audit. Calderon. d. resol.* 64. *num.* 44. ubi plurimi concordantes. *Burgund. de evict. cap.* 14. *num.* 5. *Mangil. eodem tract. cap.* 114. *n.* 8. *& seqq. Ansald. de commerc. disc.* 59. *n.* 28. *& d. disc.* 60. *n.* 19. *Rot. Senen. apud Palm. Nep. citat. decis.* 379. *n.* 19. *& seqq. Rot. Florent. apud Magon. decis.* 51. *n.* 7. *& decis.* 80. *n.* 2. *Accaris. dict. decis.* 103. *num* 9. *Venturin. decis.* 35. *num.* 21. & supra *dict. decis.* 3. *num.* 25. *Rot. Rom. in recent. decis.* 397. *n.* 13. *decis.* 453. *num.* 10. *part.* 9. *decis.* 323. *n.* 40. *part.* 11. *& decis.* 97. *num.* 12. *part.* 18. repetita *post Constantin. ad Statut. Urb. dict. decis.* 42. *& decis.* 44. *n.* 16. *apud Palm. Nep. decis.* 423. *n.* 16. *in Romana prætensa evictionis* 1. *Junij* 1698. §. *quæ conclusio*, *in Spoletana bonorum* 4. *Junij ejusdem anni* §. *haud refragante coram dell'Olmo*, *in Romana locorum Montium* 30. *Januarij* 1702. §. *& quamvis coram Lancetta*, *in Avinionen. Officij Fiscalatus* 20. *Decemb.* 1711. § *dum autem coram Priolo*, *& in Romana Secretariatus Apostolici* 13. *Aprilis* 1714. §. *denique prætermissis coram An-*
17 *salda*, & in puncto divisionis *Bald. in l. si familiæ n.* 3. *&* 4. *versic. istud debet intelligi inter scientes C. famil. Ercisciund. Alexand. consil.* 21. *num.* 13. *lib* 5. *Ger. Spin.* in hac causa scribens *d. consil.* 13. *n.* 64. *& seqq. Peregrin. de fideicomm. citat. artic.* 52. *n.* 56. *Michalor. de fratrib. part.* 3. *dict. quæst.* 39. *num.* 3. *& seqq. Fusar. de substit. d. quæst.* 599. *n.* 26. *Bellon. de Jur. accrescend. cap.* 10. *quæst.* 29. *n.* 41. *de Luc. de fideicommiss. d. disc.* 175. *n.* 2. *Torr. apud Banden. d. collect.* 33. *n.* 141. *& seqq. tom.* 2. *Rot. in recent. d. decis.* 607. *num.* 25. *& seqq. part.* 19. *post de Luc. de Testament. in Mantis. decis.* 12. *n.* 4. *&* 5. & in præsenti decisione *n.* 25. *& seqq. & d. decis.* 93. *num.* 44. *&* 45. *coram me*.

Quod tamen declaratur, ut locum non habeat si bona fideicommisso, vel alio simili oneri subjecta, fuerunt assignata alicui tamquam libera, & ab eo tamquam talia recepta, quo casu evictio præstanda est non obstante, quod qualitas fideicommissaria innotuisset recipienti; præsumptio enim illa, quod recipiens scienter rem fideicommisso subjectam, illam
18 cum suo onere recipere voluisse censetur, cessat ex declarata partium voluntate in contrarium illa assignandi, & recipiendi tamquam libera, ut post plures individuales auctoritates, quas refert, egregiè firmat *Castald. dict. consult.* 190. *n.* 6. *fol.* 127. *tom.* 2. *Mans. consult.* 46. *n.* 14. *tom.* 10.

Aut si emptor informatus qualitatis emphytheuticæ, vel fideicommissariæ reportaverit a venditore promissionem evictionis, quippe ea mediante
sibi prospicere voluisse censetur etiam in casu, quo 19
evictio, ex natura rei, & cum scientia promanaret, ut per *text. in l. apud Celsum* §. *item Labeo ff. de dol. mal.* in specie tradunt *Altograd. d. consil.* 15. *n.* 27. *lib.* 1. *Castald. consult.* 7. *num.* 5. *Cyriac. controv.* 196. *n.* 17. 19. *&* 66. *Michalor. de fratrib. part.* 3. *dict. cap.* 39. *n.* 21.

Prout evictio ex natura rei non debetur, quando divisio, & bonorum assignatio fuit æqualis, quia singulis dividentibus omnia bona fideicommisso supposita, vel illorum portio æqualis tradita fuerunt, secus vero si uni bona libera, & alteri bona omnia, vel illorum pars vinculata fuerunt assignata, cum enim isto casu non adsit mutuum reciprocum periculum, & æqualitas divisionis, quia is, qui accepit bona libera, de illis disponere potest tam in vita, quam in morte ad sui libitum, quod non accidit respectu illius, cui bona fideicommissaria, vel alio simili vinculo subjecta obvenerunt, de quibus nullam habet potestatem disponendi, nisi quoad fructus ejus vita durante, hinc portiones remanent inæquales, & proinde præstanda est evictio etiamsi
illa veniat ex natura rei nulla habita consideratio- 20
ne scientiæ, vel ignorantiæ oneris, & fideicommissi, in individuo *Amat. d. resol.* 77. *n.* 23. *&* 24. *Castald. dict. consult.* 190. *n.* 3. & post plures, quos refert *Torr. var. Jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *de substit. & fideicomm. dict. quæst.* 34. *num.* 35. *& seqq. fol.* 375. *Hermosill. ad Lopez glos.* 1. *l.* 32. *tit.* 5. *part.* 5. *artic.* 6. *n.* 114. *fol.* 579. *Impress. Lugduni anni* 1675. *de Luc. de fideicommiss. dict. disc.* 175. *n.* 3. *Rot. Senen. apud Palm. Nep.* allegata *decis.* 379. *n.* 7. ubi plures concordantes *Rot. Florentin. supradict. decis.* 3. *n.* 26. *Rot. Rom. post Constantin. ad Statut. Urb. decis.* 37. *num.* 4. *&* 5.

Evictio autem dicitur provenire ex natura rei, nedum quando promanat ex Jure fideicommissi conditionalis postea purificati, vel ex qualitate emphy-
theutica bonorum, quæ ad comprehensos in inve- 21
stitura deveniunt, aut ad Dominum directum revertuntur, aut ex alia simili causa *Castald. consult.* 161. *n.* 4. *fol.* 36. *tom.* 2. *Rot. in recent. d. decis.* 601. *n.* 27. *&* 28. & sæpecitata *decis.* 607. *n.* 22. *part.* 19. ubi plures concordantes.

Sed etiam quando provenit ex facto Princi- 22
pis *Rot. post de Luc. de testament. in Mantis. decis.* 12. *num.* 4.

Pariter non deberetur evictio, si quis emit rem fideicommissariam, vel emphytheuticam, quam putabat esse liberam, quia tunc vendens tenetur solum ad id, quod emptori interest rem non esse obligatam; Ea ratione quia de evictione tunc solum tenetur venditor, quando res fuit a possessore ablata, sed quando illa reperitur tantum alteri obligata, tunc solum
datur actio ex empto, ut res liberetur, vel solva- 23
tur quanti minoris res valet propter onus, ei infixum, & si pretium integrè solutum sit, illud habita eadem consideratione, & proportione repeti valet *l. creditor fundum* 54. §. *prædium æstimatum ff. de action. empt. Bart. in l. cum stipulatus* 113. §. *cum venderet ff. de val. oblig. Mangil. de evict. quæst.* 112. *n.* 20. *& seqq. Rot. Rom. in Romana Dotis, & fructuum* 21. *Aprilis* 1692. §. *ex natura versus fin. coram Herwault*, *& in Romana, seu Albanen. Bonorum* 10. *Maij* 1706. §. *quæ eo libentius*, *& seqq. coram Caffarello*,
ubi quod hoc non procedit stante scientia empto- 24
ris de obligatione bonorum, quod etiam affirmat *Mans. consult.* 88. *n.* 15. *& seqq. tom.* 11.

Semper tamen, & in omnibus casibus præstari
deberet evictio, si res fuisset evicta culpa condivi- 25
dentis, vel venditoris, ad quam tenentur ipse, ejusque hæredes *Ciroccb. discept.* 61. *n.* 18. *Castald. dict. consult.* 7. *n.* 7. *& consult.* 71. *n.* 2. *Mans consult.* 12. *n.* 67.

n. 67. tom. 11. Fusar. de subftitut. dict. quæst. 699. n. 4.
Constant. ad Statut. Urb. citat. annot. 21. art. 9. n. 240.
ubi plures refert. Torr. de primogen. tom 2. d. quæst. 39.
n. 28. fol. 160.

Et in casibus, in quibus debetur evictio, illa
26 præstari debet cum damnis, & interesse l. evicta,
l. venditor ff de evict. l. si controversia §. fin l. non
dubitatur C. eodem, l. titulus §. fin. ff. de action. empt.
Bonden. allegata collect. 33. n. 145. tom. 2. Saminiat.
controv. 57. n. 44 & controv. 65. n. 10. & 11 Episcop.
Rot. disput. 137. n. 26. & seqq Mans. consult. 319.
n. 14. tom. 4. consult. 15 n. 20. & 21. tom. 11. Pau-
lut. dict. differt. 45. n. 18. & differt. 72. n. 4. & seqq.
Constantin. ad Statut. Urb. citat. annot. 21. artic. 4.
num. 233. Rot. post eum dict. decis. 63. num. 3. Torr.
variar. Jur. quæst. tom. 2. tit. 12. miscell. part. 1.
quæst. 28. n. 4. fol. 541. & tom. 3. tit. 13. d. definit. 5.
n. 16 fol. 294. definit. 37. n. 1. & 16. fol. 365. Barz.
decis. 24. n. 5. & 6. Christin. dict. decis. Belgic. 179.
n. 12. & seqq. lib. 2. Rot. Florent. apud Accarif de-
cis. 33. n. 7. Urceol. decis. 29. n. 1. Rot. Rom. coram
Emerix Jun. decis. 176. n. 1. decis. 196. n. 1. & de-
cis. 1015. n. 1. Caprar. decis. 343. n. 1. & seqq. ubi
declarat, & decis. 512. n. 1. post de Luc. de Testament.
in Mantis. dict. decis 11. n. 1 & de Judic. decis. 18.
n. 1. & seqq. ubi plures, & apud Palm. Nep. decis 400.
n. 5. & in Romana Secretariatus Apostolici super fru-
ctibus 8. Martij 1706. §. verum, & seqq. & super re-
stitutione in integrum iisdem die, & anno §. justitia,
& seqq. coram Caffarello, & 13. Aprilis 1714. §. de
cætero, & seqq. coram Ansaldo, & in Romana resti-
tutionis pretii domus 25. Junij ejusdem anni §. præbuit
coram Eminentiss. D. meo Cardinali Scotto.

Inspecto valore rei, non de tempore divisionis,
27 sed evictionis Mangil. de evict. quæst. 200. num. 84.
optimè Constantin. ad Statut. Urb. citat. annot. 21. ar-
tic. 4 num. 233. Rot. post eum citat. decis. 63. n. 60.
Christin. citat. decis. Belgic. 179. n. 12. & seqq. lib. 2.
Rot. Senen. apud Palm. Nep. d. decis. 379. n. 9. Rot.
Florent. infra d. decis. 31. num. 28. Rot. Rom. coram
Caprar. d. decis. 512. num. 2. post de Luc. de Judic.
in Mantis. d. decis. 18 n. 4.

Proindeque debetur evictio unà cum meliora-
28 mentis, & augumento, quod res evicta recepit us-
que ad tempus evictionis Constantin. ad Statut. Urb.
d. annot. 21. n. 233. ubi, quod limitatur in meliora-
mentis ex solo beneficio temporis provenientibus,
29 & quod non debetur incrementum valoris post tem-
pus evictionis. Christin. allegata decis Belgic. 179. n 12.
& seqq. lib. 2. Rot. Florentin. infrà dict. decis. 31.
30 n. 38. ubi, quod non procedit in melioramentis cu-
ctis, & factis solo beneficio temporis.

Et tale interesse præstatur quidem in evictio-
ne vera, & propria, non in ficta, & impropria, in
31 qua solum datur actio ad repetendum pretium, vel
id, quod fuit traditum loco pretij bonorum rece-
ptorum, & quæ evictionem passa sunt Castald. dict.
consult. 7. n. 2. & 3. ubi quod hoc locum habet non
32 obstante scientia oneris. Rot. Florentin. infrà d. de-
cis. 31. n. 22.

In casibus autem, in quibus in contractu em-
33 ptionis, & venditionis venditor de evictione non te-
netur, adstrictus est ad pretij restitutionem l. em-
ptorem 12. §. final. ff. de action. empt. Knipschildt de fi-
deicommiss. cap. 13. n. 80. Mangil. de evict. quæst. 4.
num. 79. quæst. 5. n. 20. & quæst. 57. n. 3. Ansald. de
commerc. dict. disc. 60. n. 26. Torr. variar. Jur. quæst.
tom. 3. tit. 13. citat. definit. 5. num. 12. fol. 294. Ur-
ceol. consult. 2. num. 65. Mans. consult. 256 num. 15.
34 & seqq. ubi quod intelligitur de pretio exbursato,
non quod æstimaretur tempore sequutæ evictionis,
& consult. 309. n. 38. ubi idem firmat. Gob. consult. 79.
num. 81. lib. 1. Bonden. miscellan. Juridic. docum. 63.
n. 17. Mart. Medic. examinat. 26. n. 37. & seqq. Vio.
decis. 152. n. 2. & 3. Leoncil. decis. Ferrar. 193. n. 3.
& seqq. Mastrill decis. 240. n. 6. Thomat. decis. Mar-
chiæ 81. num. 11. Rot. Rom. apud Palm. Nep. d. de-
cis. 400. n. 6. & seqq. ubi quod attenditur pretium 35
solutum tempore venditionis, & d. decis. 423. n. 17.
& coram Ubald. decis. 156. sub num. 8. tom. 1. in re-
cent. decis. 525. n. 8. part. 1. decis. 453. n. 14. part. 9.
& in Romana liberationis a molestiis 12. Maij 1710.
§. respectu coram Lancetta, in Romana pecuniaria 1.
Decembris 1710. §. certè coram Ansaldo, & in Ro-
mana Secretariatus Apostolici 4. Decembris 1713. §. ad-
dito coram eodem, & 13. Aprilis 1714. §. de cætero,
& seqq. coram eod. & in præsenti decisione num. 24.
& decis. 93. n. 40. coram me.

Etiamsi venditor expressè protestatus sit se nul-
le teneri de evictione Harman. Pistor. lib. 2. quæst 10. 36
num. 21. Bonden. miscell. Juridic. docum. 63. n. 17.
Knipschildt de fideicomm. dict. cap 13. n. 80. Ansald.
de commerc. d. disc 60. n. 24. & seqq. Rot. in Roma-
na Secretariatus Apostolici 26. Aprilis 1709. §. 1. in
fin. coram Eminentiss. de Polignac 7. Februarij 1710.
§. sed ascendendo coram Reverendiss. D. meo Crispo,
14. Februarij 1711. coram dell' Olmo, & 4. Decem-
bris 1713. §. firmo itaque coram Ansaldo, & 13. Apri-
lis 1714. §. de cætero coram eodem, & d. decis. 93.
n. 40. coram me. ubi plurimi concordantes.

Hoc tamen non procedit in divisione, in qua,
nec rei æstimatio, nec pretij restitutio, neque da-
mnorum refectio sub prætextu læsionis prætendi po-
test, interveniente in utroque casu duplici differen-
tiæ ratione, prima quia, quando agitur de divisio-
ne possunt bona fideicommisso, & evictioni subje-
cta utrinque dari, & recipi habita consideratione ad
mutuum periculum, quod divisionem ab inæquali-
tate, & læsione immunem reddit, & secunda quia
dividens, qui ex Jure fideicommissi superveniente 37
a semetipso evincit, prout facere posse probant Ger.
Spin. in hac causa scribens d. consil. 13. n. 63 Man-
gil. de evict. quæst. 1. num. 15. Guzman. eodem tract.
quæst. 38. n. 3. de Luc. de societat. offic. disc. 5. sub
n. 5. & de dote disc. 177. in princip. Caren. resol. 146.
n. 8. Mart. Medic. decis. 8. sub n. 29. versic. quia fin-
gitur. Rot. Florent. apud Magon. decis. 48. num. 4. &
decis. 62. n. 2. & lib. Motiv. 50. fol. 525. § alteram
autem, & in præsenti decisione n. 20. & seqq. & in-
frà decis. 31. num. 17. & seqq. Rot. Rom. decis. 290.
n. 8. part. 15. recent. agit de lucro captando, quæ
rationes non verificantur in emptore, qui pretium
venditori exbursavit, & agit de damno vitando, nec
in eo cadere, & considerari potest compensatio mu- 38
tui periculi, ut appositè in terminis ponderant Ger.
Spin. d. consil. 13. n. 64. & seqq. Burgund. de evict.
cap. 14 n. 5. Guzman. eodem tract. quæst 30. n. 35.
Torr. apud Bonden. d. collect. 33. n. 143. & 145 ubi
alij tom. 2. repetita apud Torr. de primogenit. tom. 2.
dict quæst. 34. n. 34. & seqq. fol. 161. ubi quod eo
magis procedit concurrente scientia, & variar. Jur. 39
quæst. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fideicommiss. citat.
quæst 34. num. 37. ubi concordantes fol. 375. & pro-
bat nostra decisio n. 25. & seqq. 33. & 37.

Minime refragante, quod si in divisione non
esset facienda restitutio pretij, illa remaneret inæ-
qualis, quod Jura abhorrent, & non est permitten-
dum, cum sit de natura divisionis, ut partes sint 40
æquales l. 3. C. commun. utriusq. Judic. Peregrin. con-
sil. 19. sub n. 47. lib. 4. Bardellon. consil. 58. num. 91.
Cyriac. controv. 191. n. 28. & controv. 478. num. 49.
& seqq. Ciarlin. controv. 118. n. 10. Gob. consult. 7.
n. 5. tom. 1. Baron. de effectib. minor. ætat. circa con-
tract. effect. 18. n. 50. Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1.
tit 2. de substit. & fideicommiss. d. quæst. 34. num. 33.
fol. 375. Fusar. de substitut. citat. quæst. 599. n. 14.

Muta

Muta decis. Sicil. 53. *n.* 5. *Baldac. decis. & res Judicat. tit.* 3. *decis.* 13. *n.* 32. *&* 36. aliàs reduci debet
41 ad æqualitatem, etiamsi inæqualitas se contineret intra dimidium *Bartol. in l. societatem* 77. §. *arbitror num.* 25. *ff pro socio. Socin. Jun. consil.* 48. *num.* 40. *& seqq. lib.* 1. *Besold. consil.* 85. *n.* 19. *& seqq. Andreol. controv.* 265. *n.* 1. *& controv.* 366. *n.* 6. *Mel. observ.* 132. *sub n.* 26. *& seqq. Ciarlin.* allegata *controv.* 118. *n.* 45. *&* 46. *Fachin. controv. Jur. lib.* 8. *cap.* 36. *vers. quare ergo. Gob. dict. consult.* 7. *num.* 6. *tom.* 1. *Baron. de effect. minor. ætat. circa contractus citat. effect.* 18. *n.* 53. *Gizzarel. decis.* 57. *per tot.* & ibi *Adden. Balducc. decis. & res Judicat. tit.* 3. *de legat. & fideicommis. d. decis.* 13. *num.* 37. *& seqq.* ubi
42 quod hoc procedit etiam in divisione facta per sortes, sufficit enim æqualitatem fuisse servatam ab initio de tempore divisionis, ad hoc ut inæqualitas superveniens pro illa retractanda in considera-
43 tione habenda non sit, in specie *Paulut. dict. dissertat.* 72. *ex n.* 1. *& ex n.* 13. *Torr. de primogenit. tom.* 2. *d. quæst.* 34. *n.* 36. *fol.* 161. *Magon. decis. Lucen.* 7. *n.* 42. *Ger. Spin. d. consil.* 13. *num.* 66. *&* 67. ubi plures individuales auctoritates refert. *Rot. Florentin.* in hac nostra decisione super dicto consilio edita *n.* 13. *&* 17.

44 Nec procedit in evictione ex natura rei provenientе *Torr. variar. Jur. quæst. tom.* 3. *tit.* 13. *citat. definit.* 5. *num.* 1. *fol.* 293. *& dict. decis.* 93. *num.* 46. *coram me.*

Cujus naturæ cum dicatur etiam illa evictio, quæ provenit ex facto Principis, ut supra dictum est *num.* 22. in ea venditor, vel condividens nec ad relevandum possessorem, nec ad pretium restituen-
45 dum obstrictus est, imò si pretium integrè solutum non fuisset, illud venditor petere, & consequi posset, ut est Textus rotundus in *l. L..ius Titius* 11. *ff. de evict.* quem extollunt *Thesaur. lib.* 4. *quæst.* 10. *n.* 5. *Rosa consult.* 7. *n.* 89. *& seqq. Tondut. resolut. civil.* 49. *n.* 54. *& seqq.* plenissimè *Episcop. Rocc. dict. disput.* 91. *num.* 6. *& seqq. Mans. consult.* 625. *num.* 1. *Caldas de empt. & vendit. cap.* 31. *n.* 101. *Guzman. de evict. quæst.* 52. *num.* 69. *& seqq. Castill. controv. Jur. lib.* 4. *cap.* 42 *num.* 68. *Mangil. de evict. quæst.* 17. *num.* 8. *& seqq. & quæst.* 200. *n.* 30. *& seqq. Olea de cess. Jur. tit.* 7. *quæst.* 3. *n.* 34. *Ansald. de commerc. disc.* 48. *n.* 10. *& d. disc.* 60. *n.* 14. *Rot. coram Pute. decis.* 381. *per tot. lib.* 3. *Cavaler. decis.* 618. *num.* 23. *in recent. decis.* 18. *n.* 6. *& seqq. part.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 143. *n.* 10. *& seqq. part.* 6.

46 Quidquid contrarium dixerit *Castald. dict. consult.* 7. *n.* 8.

Neque restitutio pretij prætendi posset, si emens,
47 vel dividens scientiam habuit oneris, seu periculi evictionis *d. l. si fundum sciens C. de evict. Natt. consil.* 181. *n.* 8. *Covarruv. variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 17. *sub n.* 2. *Episcop. Rocc. disput.* 91. *n.* 17. *& seqq. & disput.* 130. *num.* 13. *& seqq.* ubi quod non sufficit
48 scientia præsumpta, sed requiritur clara, & specifica. *Gomez variar. resol. tom.* 2. *resol.* 2. *n.* 45. *versic. septimus casus. Marescott. variar. resol. lib.* 2. *cap.* 19. *n.* 17. *& seqq. & cap.* 55. *n.* 1. *& seqq. Fachin. controv. Jur. lib.* 2. *cap.* 40. *in princip. Caballin. de evictiion.* §. 3. *n.* 166. §. 4. *num.* 50. *&* §. 5. *n.* 31. *Vulte. de feud. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 96. *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 12. *glos.* 1. *n.* 11. *Caldas de empt. & vendit. cap.* 11. *sub n.* 4. *&* 6. *& cap.* 31. *num.* 105. *& seqq. Knipschildt de fideicommiss. citat. cap.* 13. *num.* 81. *& seqq.* ubi conclusionem hanc plenè examinat, & declarat. *de Luc. de regalib. disc.* 31. *num.* 7. *de Marin. ad Reverter. decis.* 170. *n.* 4. *Surd. decis.* 243. *num.* 1. *Rot. Rom. coram Mantic. decis.* 109. *num.* 8. *Gregor. decis.* 90. *n.* 9. *& seqq.* ibique *Adden. n.* 16. *Duran. decis.* 341. *n.* 2. *in recent. decis.* 453. *n.* 14. *versic. nec urget, & seqq. decis.* 457. *n.* 2. *& seqq. & decis.* 469. *n.* 16. *& seqq. part.* 9. repetitæ *coram Cerr. decis.* 4. *decis.* 13. *& decis.* 30. *n.* 3. *& seqq. apud Palm. Nep. decis.* 465. *n.* 5. *& citat. decis.* 93. *n.* 46. *coram me.*

Quoties tamen non adsit conventio contraria promissionis, nempè evictionis specificè facta, nam tunc, non obstante scientia emptoris, eveniente casu evictionis, favore ipsius dicitur commissa stipulatio 49
ad terminos *text. in d. l. si fundum sciens* 27. *C. de evict.* ibi — *neque quidquam de evictione convenit* — ibique *Glos. verb. convenit. Staiban. Jun. resol.* 100. *n.* 26. *& seqq. lib.* 1. *Episcop. Rocc. dict. disput.* 130. *n.* 14. *& seqq. Larrea decis. Granaten.* 74. *n.* 19. *Surd. decis.* 208. *sub n.* 14.

Imò sufficeret, si evictio generaliter promissa fuisset, nam tali casu ad restitutionem pretij teneretur promittens, licet adstringi non posset ad præstandum integrum interesse, idest ad pœnam evi- 50
ctionis *Castald. d. consult.* 7. *n.* 2. *&* 3. ubi declarat contrarios. *Rot. in recentior. decis.* 281. *num.* 6. *&* 8. *part.* 4.

Nisi ageretur de evictione ex natura rei, in qua si emptor habuit scientiam oneris, non potest petere evictionem, quando illa generaliter promis- 51
sa fuit, ut post plures auctoritates, quas refert *Episcop. Rocc. d. disput.* 91. *n.* 20.

Quemadmodum venditor, vel condividens non posset adstringi ad restitutionem pretij, si ab eo fuit promissa evictio pro dato, & facto suo tantum, nam tunc cum promissio evictionis sit ad certam causam restricta, si evictio ex facto alterius sequatur, nec restitutio pretij, nec quidquam aliud prætendi po- 52
test a promissore *Surd. consil.* 36 *n.* 22. *Episcop. Rocc. d. disput.* 91. *n.* 14. *& seqq. Mangil. de evict. quæst.* 11. *n.* 27. *d. decis.* 93. *n.* 47 *coram me.* non attenua contrariae auctoritate *Castald. consult.* 91. *n.* 4. *fol.* 273. *tom.* 1.

Quæ omnia eo facilius procedunt, si emptor rem evictam non emit justo pretio, sed valde viliori, vel si propter illud onus fuit in divisione assignata aliqua alia res, seu quantitas oneris compensativa, quia tali casu emptor ob lucrum, quod facit emendo rem pretio inferiori, vel aliter recipiendo rem oneris compensativam, videtur se subijcere voluisse fortunæ, & incertitudini, ideoque nulla ei 53
debetur evictio, nec pretij restitutio, ut benè in specie considerat *Natt. d. consil.* 181. *n.* 8. *versic. postremò considero, & seqq. Surd. consil.* 36. *n.* 6. *Episcop. Rocc. d. disput.* 91. *n.* 21. *Rot. apud Palm. Dec. d. decis.* 92. *n.* 27. *& seqq.*

Eadem.

Iisdem die, & Anno.

ARGUMENTUM.

Prædium esse de pertinentijs alicujus Castri, vel possessionis ex quibus arguatur, & respectivè excludatur.

SUMMARIUM.

1 *Custodia ejusdem villici probat quid esse de pertinentijs Castri, vel alterius capitis bonorum.*
2 *Sub nomine Castri venit universitas prædiorum, quæ sub custodia ejusdem villici retinentur, non autem aliquod prædium particulare.*
3 *Idem sub nomine possessionis.*
4 *Emptio unico pretio facta Castri, & prædij ostendit eorum unionem.*
5 *Libri Decimarum probant possessionem, & dominium.*
6 *Amplia etiam in præjudicium tertij.*

7 *Præ-*

7 *Præsertim quando præcessit justa causa possidendi, & quæ sit.*

8 *Testes probant quid esse de pertinentiis Castri, vel possessionis.*

9 *Confessio non solum probat inter dividentes, sed & inter habentes causam ab eis.*

10 *Mutatio non præsumitur, quando status præsentis temporis potest concurrere cum veritate antecedentis, & n. 15.*

11 *Contra, quando adsunt præsumptiones, & quæ sint num. seq.*

12 *Testes, de quorum legalitate constat, contrarijs præferuntur.*

13 *Item testes numero plures.*

14 *Et verisimiliora deponentes.*

16 *Prædium præsumitur de pertinentiis possessionis proximioris.*

17 *Testes de auditu, & de publica voce, & fama non probant nisi in antiquis, & quale in subjecta materia dicatur tempus antiquum, & num. 18. & 19.*

20 *Aut saltem in antiquis transferunt onus probationis contrariæ in adversarium.*

21 *Decem testes sufficiunt ad probandam famam, licet formiter non deposuerint, & de ratione.*

22 *Traditio resultat ex reservatione ususfructus.*

23 *Argumentum in partium enumeratione valet.*

24 *Enunciativa in divisionibus dicitur certissima dividentium confessio.*

25 *Gravati possunt permittere labi tempus præfixum ad redimendum in præjuditium fideicommissariorum, quando id quod est redimendum ad eos non pervenit.*

26 *Verba enunciativa in contractibus non disponunt.*

27 *Dictio* pro *adjecta causæ de futuro importat causam finalem.*

28 *Aliquando tamen infertur causæ impulsivæ.*

29 *Omnis causa impulsiva ex voluntate contrahentium potest effici finalis.*

Prout in dubio est præsumendum n. 30.

31 *Verba* pro redimendo *sunt enunciativa, seu designativa, non adstrictiva.*

32 *Quando obligatio est correspectiva, ante adimplementum pro parte sua agi non potest, & n. 34.*

33 *Interesse sine mora non debetur.*

35 *Mora censetur remissa per receptionem sortis.*

36 *Recepta præsumitur facta eo tempore, quo quis recepisse confitetur, & non ante.*

37 *Mora nolenti non fit.*

38 *Emptor retinens rem, pretio non soluto, tenetur ad fructus.*

39 *Creditor non exigens a suo debitore non dicitur moram facere, sed diligentiam omittere.*

40 *Dilatio ad solvendum præsumitur facta gratia debitoris.*

41 *Amplia etiamsi sit conventum de interesse, stante conjunctione, & amicitia debitoris.*

42 *Quilibet administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis.*

43 *Periti calculatores eligi debent ad effectum reddendæ rationis administrationis.*

44 *Compensatio operatur, ut quilibet suum creditorem submoveat.*

45 *Iniquum est compensationem recusare.*

DECISIO XXI.

TRansfeundo igitur ad octavum articulum quærebatur [præsupposito ad favorem DD. de Puccis fideicommisso inducto super Castro *Oliveti* cum omnibus, & quibuscumque bonis simul cum ipso Castro, tempore donationis per D. Cardinalem Laurentium tentis, & possessis in quocumque populo, & infra quæcumque confinia existerent] utrum prædium *del Pino*, & *di Bagnolo*, nec non etiam Hospitium Castri Florentini, tamquam de pertinentijs dicti Castri sub ipso fideicommisso comprehenderentur, qua in re DD. omnibus diligenter examinatis unanimiter censuerunt, & prædium *Bagnoli*, & Hospitium prædictum fuisse in dicta donatione comprehensa.

Moti potissimum, quia ex antiquissimis scripturis constitit hæc bona fuisse in bonis Illustris hujus familiæ, successiveque semper in ea continuasse, ut mox deducetur; in primis enim veritas hæc concludentissime desumebatur ex laudo anni 1485. producto ex parte Illustrium Sororum, in quo apparet filijs D. Antonij Puccij senioris devenientibus ad divisionem ejus hæreditatis, in una parte positum fuisse Castrum *Oliveti* cum omnibus suis prædijs, & bonis a Castro Florentino usque ad Castrum *Oliveti* inclusivè, inter quæ duo Castra non est qui dubitet duo hæc capita bonorum comprehendi.

Secundò ex libris computorum de bonis *Oliveti* a dicto anno 1485. usque ad annum 1490. tentorum per eosdem filios D. Antonij, ex quibus clare colligitur eadem bona fuisse sub custodia ejusdem villici tamquam membra, & de pertinentijs bonorum *Oliveti*, in hac enim materia custodiæ ejusdem
villici ad probandum aliquem esse de pertinentijs 1
Castri, vel alterius capitis bonorum ponderant DD. *text. in l. patronus §. Sempronius*, & ibi notat *Bart. in princ. ff. de legatis* 3. *Bald. in l. emptorem n. 14. & 15. C. locat. Alexand. consil. 140. num. 11. lib. 5. Rain. consil. 71. num. 3. & 4. lib. 2. Alciat. consil. 45. n. 2. lib. 9. Rube. consil. 95. n. 12. in fin. Cephal. consil. 144. n. 20. lib. 2.* neque enim dubium est, quin
Castrum *Oliveti* in donatione positum fuerit pro uni- 2
versitate prædiorum, & bonorum, quæ sub custodia ejusdem villici retinebantur, non autem pro particulari nomine alicujus prædij, sicuti in *l. 1. ff. de reb. dub. & in l. Cajus §. Seius ff. de legat.* 2. fundus Mævianus consideratur, uti quid plura prædia sub unica denominatione continens. *Bald. in Rubr. C. de verbor. significat. Fulgos in dict. l. 1. § dum ergo*, ibique etiam *Alberic. ff. de rebus dubijs*, ubi quod signum illud *Mævianus* est nomen totius possessionis,
cui alia prædia accedunt. *Socin. Jun. consil. 61. n. 28.* 3
lib. 1. Natt. consil. 446. n. 3. pulchrè per *Surd. decis. 241. n. 11. & seqq.* & de legato possessionis *de Villanova Alexand. consil. 150. num. 1. lib. 7. Mantic. lib. 9. tit. 2. num. 12.* & de possessione vocata *la Pellegrina Menochius consil. 337. n. 16. & n. 22.*

Tertiò deducebatur hæc bonorum qualitas ex laudo anni 1505. in quo apparet D. Cardinalem Laurentium memoratum Castrum acquisivisse ab ejus Fratribus una cum dicto Hospitio, & prædio *Bagno-*
li eodem tempore, & unico pretio, argumentum 4
evidens unionis ipsorum bonorum ad *text. in l. prædijs §. final. ff. de legat.* 3 *in l. Seia. §. Tyranna ff. de fund. instruct.* & tradita per *Castr. in l. Olympico n. 2. ff. de servitut. urb. præd. Alex. consil. 223. n. 1. & 2. lib. 2. Jason in l. final. n. 14. ff. de constit. Princ. Alciat. consil. 45. n. 1. & 2. lib. 2.* cum alijs per *Tiraquel. de jurib. primog. quæst. 73. n. 4. versic. videt enim. Cephal. consil. 144. n. 15. & Mantic. d. lib. 9. tit. 2. n. 12.*

Quarto ex libris Decimæ, in quibus hæc bo-
na descripta reperiuntur sub nomine ipsius D. Car- 5
dinalis; Decima enim non solum probat possessum ad notata per *Socin. in l. 1. n. 27. ff. de acquirend. possess.* & rursus *consil. 89. n. 12. lib. 1. Alb. consil. 6. n. 8. & Festas. de æstim. & collect. part. 1. n. 40. &*
seqq. sed etiam dominium, etiam ad præjudicium 6
tertij, ut ibi *per eum n. 67.* præsertim quando præ-
cessit justa causa possidendi, qualis est tributus da- 7
tionis

tionis in solutum, ex qua, ot in venditione, si dans
in solutum est Dominus, dominium statim transfer-
tur, sin minus transfertur usucapiendi conditio, ut
per *Fabian. de Mont. de emption. & vendition. quæst. 5.*
n. 33. Papien. in forma exception. rei in versic. præ-
scriptiones n. 8. & Menoch. consil. 37. n. 12. lib. 1.
8 Quinto ex viginti testibus, & ultra in hac cau-
se examinatis deponentibus, sese talia audivisse ab
eorum majoribus, qui eadem audierant a mejoribus
suis, quorom aliqui fuerant laboratores prædij *di*
Bagnolo, & in specie asserebant redditus omnes de-
ferri consuevisse ad palatium *Oliveti*, pensioneſque
dicti Hospitij ab eodem villico exigi, & publicam
semper famam extitisse hæc bona fuisse, & esse de
pertinentijs *Oliveti*, & præsertim tempore, quo po-
stea fuere penes dictum D. Cardinalem; Testea autem,
similesqoe probationes plurimum deservire ad osten-
dendum, quod essent de pertinentijs Castri, vel pos-
sessionis, constat ex traditis per *Glos. in §. præterea*
in versic. longiori, instit. de rer. divis. per Socin. in
d. l. 1. n. 10. ff. de reb. dub. & Simon. de Pręt. lib. 4.
interpræt. 1. dubit. 7. n. 48. fol. 168. & publicam fa-
mam probare in antiquis docet inter alios *Dec. con-*
sil. 638. n. 9 Jason consil. 114. sub num. 5. lib. 1. Sil-
van. consil. ultim. n. 116. Paris ex commun. *consil. 52.*
n. 50. lib 3. Crot. consil. 29. sub n. 10. lib. 2.
Sexto deniqoe ex instrumento divisionum, in
quo hæredes, & donetarij dicti D. Cardinalis hæc
bona oti ex ejus bonis inter se diviserunt, tuncque
ex illius Decima, & ex possessione *Oliveti* sublata
fuere, & posita in parte possessionis *Casignani* de
anno 1533. ubi elera confessio donatariorum appa-
ret *ad Socin. consil. 46. num. 1. lib. 3. Alb. consil. 6.*
n. 10. lib. 1. Socin. Jun. consil 135. n. 24. lib. 2. quæ
9 sanè confessio non solum inter dividentes probet, sed
etiam inter habentes causam ab eis *Socin. dict. con-*
sil. 46. n. 1. Natt. consil. 235. sub n. 23. lib. 2. Riminald.
Jun. consil. 23. n. 281. Marzar. in epitom. fideicomm.
quæst. 58. Decian. consil. 76. n. 9. lib. 3. Mascard. de
probat. conclus. 778. n 22. Peregrin. artic. 44. n. 5.
His sic se habentibus dicebatur nonnulla, quæ
in contrarium afferebantur nil prorsus refragari;
dum in primo loco ponderebatur imo de dicto an-
no 1537. bona hæc non fuisse de pertinentijs *Oli-*
veti, sed *Cojani*, ideoque præsumi idem etiam fuis-
se tempore donotionis, sicque de anno 1522. & ideo
10 cum status illius temporis possit concurrere cum ve-
ritate antecedentis, mutationem non præsumi, juxtà
tradita per *Menoch. de presumpt. quæst. 24. num. 41.*
lib. 2.
Fuit responsum, præsumptionem hanc corruere
11 ex contrarijs præsumptionibus, juxtà *l. divus ff. de*
in integr. restitut. & quidem futuris *cap. suam cum*
glos. de sponsalibus. Bero. quæst. 14. n 4. Socin. Jun.
consil. 128. n. 88. lib. 1. saltem ex eo, quod plures sint
Mantic. lib. 12. tit. 17. n. 16. præsumptiones autem
pro hac parte erent illæ, quæ colligebantur ex jam
dictis divisionibus antiqoioribus, libris filiorum D.
Antonij, acquisitione D. Cardinalis, appositione ad
Decimam, torque contrariorum testium depositio-
nibus, qoibus licèt nonnulli ex testibus Illustrium
Adversariarum repugnare dicerentur, quippe qui
deponere videantur de vera scientia, & de visu,
attamen, aut in æquivoco lapsi sunt respectu tem-
poris, cum indubitanter contigerit post annum 1532.
& in nomine Cardinalis, loquendo de D. Cardinale
Antonio, non autem de Cardinale Laurentio, prout
sigillatim io facto adnotavit diligentissimus D. An-
dreinius, aut si ad annum 1522. referendi sint, nul-
lo modo illis credendum sit, tum quia repugnant
testes DD. de Puccis numero superiores, & magis
probatæ fidei, tum ex dispositione testium soper
capitulo, circa eorum legalitatem per eos facto, tum
ex dictis aliorum testium ipsarummet Illustrium So-
rorum, qui omnes uno ore offirmant, testes DD. de
Puccis juridicos esse, ac fide dignos, unde pro hac
parte deponentes procul dubio contrarijs veniunt 12
præferendi, & ut magis fide digni *cap. licet ex qua-*
dam de testibus. Gabriel de testibus conclus. 3. num. 8.
& conclus. 4. n. 34. & uti numero plures *l. ob car-* 13
men §. si testes, & ibi *Glos. ff. de testib.* amplè *Ga-*
briel d. conclus. 4. n. 13. & demum uti verisimilio- 14
ra depooentes *d. l. ob carmen §. si testes, cap. licet*
causam, de probation. Gabriel d. conclus. 4. num 28.
verisimilitudo aotem deducebatur tum ex præcedenti
statu rei, nempe anni 1485. quo tempore hæc bona
detinebantur uti membrum *Oliveti*, & citra, vel ex
libris filiorum D. Antonij. & ex laudo, & acquisi-
tione anni 1505. sic enim præsomuntur etiam in po-
sterum fuisse detenta cum mutatio non præsumatur 15
l. cum hic status, & ibi *Bart. ff. de donation. inter vir.*
& uxor. l. cum tacitum ff. de probat. Menoch. de pre-
sumpt. d. quæst. 24. n. 41. lib. 1. tum etiam ex vici-
nitate loci; neque enim dubium, quin bona hæc vi-
cioiora sint Castro *Oliveti*, quam possessioni *Coja-* 16
ni, ut ex mensuratione facta super loco differentiæ
ex ijs, quæ tradont *Bald. in cap. cum olim, de præscript.*
Hieron. de Mont. in tractat. fin. regun. cap. 8. num 2.
post *Martin. Laud. in tractat. de castell. quæst. 7. Pa-*
ris de Pat. de Feud reintegr. cap. an si Dominus Ba-
ronia n. 4. Alex. ad Bart. in l. si convenerit § si eun-
dem n. 3. in versic. Guglielm. de Cun. ff. de pignorat.
action.
Nec dicatur hosce testes, qui tantopere extol-
luntur, ut plurimum loqui de auditu, & de publi- 17
ce voce, & fama, quibus non creditur, nisi in an-
tiquis *d. cap. licet ex quadam de testib. Bald. in l. 2.*
§. idem labeo ff. de aqua pluvia arcen. Alex. consil. 1.
n. 6. lib. 3 Socin consil. 47. n. 16. lib. 4. Roland. con-
sil. 24. n. 86. lib. 1. Surd. consil. 94. n. 76. & sic ultra
metam annorum centum *Innoc. in cap. veniens de ver-*
bor. significat. Alex in l. cum aliquis in fin. num. 5.
ibique etiam *Jason sub n. 7. C. de Jur. deliber.* idem
Jason consil. 81. n. 9. lib. 1. ubi quod non sufficiunt an-
ni octuagintaquinque. *Dec. consil. 13. n. 8. Aymon de*
antiq. temp. part. 1. in princ. n. 4. Afflict. dec. 276. sub
n 3. Decian. pro communi, & magis communi *con-*
sil. 21. n. 28. lib. 1. A die eotem donationis non de-
correre nisi annos octuaginta, & ubi etiam essemus
in antiquis, non concurrere cum eis famam, alia-
que adminicula, de quibus per *Aymon. dict. part. se-*
ction. viso de fama num. 3. cum alijs per *Surd. con-*
sil. 135. n. 100. lib. 1. quæ etiam fama plura requirit,
de quibos per *Clar. in prax. §. final. quæst. 6. ver-*
sic. postremo scias, cum alijs plenè per Excellentiss.
DD. Advocatos recensitis.
Nam quicquid sit in alia materia, illud certum
est in materia probationum tempus dici antiquum,
non solum ubi agitur de annis octuaginta, ut per
Aymon. d. tractat. de antiq. tempor. in princip. n. 2.
sed etiam ubi agitor de sexaginta *Socin. consil. 89.*
n. 7. lib. 1. & consil. 39. num. 2. & de quinquaginta,
immo etiam quadraginta *Marzar.* alios citans *con-*
sil. 20. num 20. in antiqois autem simplicem famam
sufficere ad probationem, scribunt *Dec. consil 638. n. 9.* 18
Jason consil. 114. sub n. 5. lib. 1. Paris. pro commu-
ni *consil. 52. n. 50. lib. 3. Crot. consil. 29. sub n. 10.*
Silvan. consil. ultim. n. 116. prout probant & testes
de auditu *l. si arbiter*, & ibi *Glos. ff. de probation.* 19
Corn. consil. 78. n. 3. lib. 3. Jason consil. 114. num. 6.
lib. 1. Aretin. consil. 37. n. 1. Cassador. decis. 3. num. 9.
& 10. de probation. Natta consil. 170. n 4 saltem ad
effectum transferendi onus probandi contrarium in 20
adversarium *Bald. consil. 219. sub n. 3. lib. 4. Roman.*
sing. 345. Dec. consil. 271. n. 3. Thob. Non. consil. 5.
num. 14. Nec resistit magnus comulus eorum, quæ

dicuntur requiri ad probandam famam, quia ubi- 21 cumque decem homines deponunt super fama semper probant, licèt formiter non deposnerint, quia decem faciunt populum *Bald. in auth. quod locum n.* 13. *C. de collation.* amplè *Gramat. consil. crimin.* 57. *n.* 19. multo ergo magis, ubi numerus excedit viginti testes, totque alia concurrunt, de quibus supra.

Non omittebatur tamen, testes DD sororum in eorum dictis nullo modo percutere tempus donationis, sed ad summum referri posse ad annum 1528. & 1529.

Quod huic resolutioni, non obesset, cum satis sit, si bona hæc tenerentur pro pertinentijs *Oliveti* de anno 1522. quo fuere per Cardinalem donata, quicquid enim inde fuerit sequutum, etiam ex speciali consensu ipsius Cardinalis, cum donatio esset irrevocabilis, jusque donatarijs esset quæsitum 22 etiam mediante traditione, quæ resultat ex reservatione usufructus ad *l. quisquis C. de donation.* certum est, nullum in eis memoratis donatarijs inferri potuisse præjudicium.

Hæc quidom constanter fuerunt resoluta non solum respectu prædij *di Bagnuolo*, quod vix ex adverso denegabatur, sed etiam respectu Hospitij Castri Florentini.

Cæterum respectu prædij *del Pino*, licèt ex parte DD de Puccis prætenderetur illud pariter esse de pertinentijs *Oliveti*, tum ex depositiona eorum testium, tum ex dictis trium ex testibus Illustrium Adversariorum, nempè decimiseptimi fol. 330. decimi octavi fol. 345. & decimi noni fol. 362. ac demum quia prædium *del Pino* non est inter confinia *Cojani*, nec de ejus pertinentijs, prout *Casignani*, ergo ar- 23 guendo a sufficienti partium enumeratione ad *text. in l. Patre furioso*, ubi omnes *ff. de his, qui sunt sui, vel alien. Jur.* necessario continetur inter bona Castr. *Oliveti*. DD. tamen censuerunt super hac difficultate non multum esse insistendum, tum quia multa ex adverso ad ejusmodi prætensas probationes elidendum haud prorsus contemnenda adducebantur, tum quia posito etiam illud fuisse antiquitus de dictis pertinentijs *Oliveti*, & comprehensum in donatione, prout pro tali venit in divisione anni 1531. & ut de bonis D. Cardinali & tamquam tale habitum etiam in divisionibus anni 1533 quę certissima videtur confes- 24 sio partium ad *Rui. consil.* 72. *n.* 12 *lib.* 5. *Natt consil.* 235. *n.* 12. *lib.* 2 & *Marzar.* qui alios citat *in epit. fideicomm. quæst.* 49 attamen, cum per eundem D. Cardinalem, dum adhuc esset in humanis, exinde alienatum fuerit pro exolvendo ære alieno D. Petri ejus fratris, licet cum pacto resolutivo annorum quinque, deindeque in divisionibus anni 1531. assignatum Illustriss. Cardinali Antonio, & DD. Raphaeli, & Joanni Paulo, ut redimendum ex summa floren. 500. ipsis infra annum persolvenda per filios dicti D. Petri, qui, & supponebantur soluti, in quæstione venit, an petitio DD. de Puccis de jure præcedere posset, dum non redempto prædio contendunt exadverso sibi deberi interesse, ob ejusmodi non factam redemptionem per dictos DD. Cardinalem Antonium, Raphaelem, & Joannem Paulum, idcirco cæteris omissis fuit latè super hoc disputatum, & tandem non sine aliqua opinionum varietate resolutum interesse hujusmodi minus juridice prætendi.

Primo quia, circumscripto pacto apposito in divisionibus de redimendo prædium *del Pino*, perspicuum dicebatur licuisse authoribus Illustrium Sororum permittere, ut tempus præfixum ad redimendum laberetur ad præjudicium fideicommissariorum, ex quo prædium ad eos non pervenit, & allegaba- 25 tur in puncto *Cart. Jun. consil.* 200. *n.* 42. & in ultimis verbis *lib.* 3. & ideo si pactum illud nullam ejusdem redimendi necessitatem imposuisset, prout credebatur, nulla etiam DD. Puccijs competeret actio ad interesse; hoc ipsum autem justificabatur ex eo, quia ex verbis illis laudi *pro redimendo dictum Prædium* nulla resultat obligatio, eum sint verba enunciativa, quæ in contractibus non disponunt, ut per 26 *Bart. in l. ex hac scriptura n.* 16. *ff. de donation. Bald. Angel. Jason* & scribentes *in l. ex his verbis C. de testam. Milit. Castr. consil.* 234. *num.* 3. *lib.* 1. *Decian. consil.* 33. *n.* 8. *lib.* 3. *Aymon. consil.* 29. *num.* 7. *Ruin. consil.* 71. *n.* 10. *lib.* 1. & licèt dictio *pro* adjecta cau- 27 sæ de futuro dicatur importare causam finalem *l. pen. §. final. ff. de aliment. & cibar. legat. Decian. consil.* 7. *sub n.* 14 *lib.* 1. sicque ex laudo emologato resultare videatur mutua obligatio, uni ex partibus solvendi floren. 500. alteri vero prædium redimendi, replicabatur tamen dictionem *pro* inservire etiam 28 causæ impulsivæ *Glos. in l. Dominus sticho ff. de pecul. leg. Bald.* disputans super ijs præcisis verbis *pro redimendo*, an importent necessitatem *consil.* 340. *n.* 2. *& 3. lib.* 3. *Dec. consil.* 46. *n.* 4 *versic. item, & n.* 2. *Ancharan. consil.* 21. *versic. nec obstat verbum pro necessitatibus* inter *consil. Calderin. tit. de testament. Corn. consil.* 187. *n.* 8. *lib.* 2 & ideo non tenere consequentiam, Dictio *pro* importat quandoque causam finalem, ergo & hoc in casu, siquidem, ut inquit *Bald. in dict. consil.* 340. *circa medium versic. porrò* omnis causa potest esse finalis, si contrahentes volunt, 29 quando scilicet non fecissent aliter contractum, sicque tali in casu causa impulsiva converti potest in finalem, & è converso juxtà *text. in l.* 2. *§. final. ff. de donation.* ita in proposito dicebatur considerandа non esse verba contrahentium, sed an flor. 500. verisimiliter attentâ naturâ actus fuissent soluti dictis DD. Cardinali Antonio, & condividentibus, etiam circumscripta facultate redimendi prædium *del Pino*, & affirmativè respondendo dicebatur, quia filij D Petri erant debitores communi hæreditati in tanta summa; portio varo obventa dictis DD. Cardinali Raphaeli, & Joanni Paulo erat minor alijs duabus partibus in eademmet summa, & ideo vel eam, vel aliam rem æquivalentem pro adæquatione consequi debebant. & sic non redemptio prædij *del Pino* fuit causa finalis solutionis dictorum floren. 500 sed adæquatio, ut sic optimè intrent Textus præallegatus, & DD. *Bald. in d. consil.* 340. & quatenus versaremur in dubio, in dubio causa ju- 30 dicatur impulsiva, non finalis *Glos. ult. in l.* 2 *§. final. ff. de donation. Oldrad. consil* 224. *num* 18. *Socin. consil.* 83 *in fin. lib.* 3. *Tiraquell. in tract. cess. caus. limitat.* 1. *n.* 30. maximè ubi dividentes poterant clarius loqui, si volebant alios obligare ad redimendum, juxtà regulam *l. veteribus cum vulg. ff. de pact.* verba ergo *pro redimendo*, non sine probabili ratio- 31 ne videntur interpretanda uti enunciativa, seu designativa, non autem uti adstrictiva, ut inquit *Bald. d. consil.* 340. *n.* 4. *lib.* 3.

Secundo ubi etiam dicta verba censenda essent obligatoria ad redimendum, subijciebatur tamen huic obligationi correspectivam fuisse obligationem filiorum D. Petri, qui debebant intra annum solvere dictos floren. 500. & antequam solverent non debebant, nec poterant Cardinalis, nec nepotes redime- 32 re, juxtà tradita per *Socin. consil. ultim. n.* 3. *lib.* 3. *Berò consil.* 200. *in fin. lib.* 1 *& consil.* 136. *n.* 7. *&* 8. *lib.* 2. in puncto *Cephal. consil.* 48 *n.* 38. filij autem D. Petri non solverunt intra annum, sicque alij non fuere in mora, & per consequens ad nullum, nec ipsi, nec eorum successores tenentur interesse, quod 33 sine mora non debetur *l. lecta versic. sed cum fortis ff. si cert. pet. Bald. in l* 1. *ante n.* 6 *C. de bon. matern.* amplè *Surd decis.* 262. *num.* 5. & licèt factum filiorum D. Petri non debeat nocere dominis fideicommissarijs, multo minus tamen debet nocere D.

Car-

Cardinali Antonio, & nepotibus, qui ad fummum
34 cenfentur promififfe factum hoc redemptionis, fi pe-
cunia fibi folveretur, non fequuta ergo folutione,
non cenfentur etiam ex tali promiffione obligari, ut
per *Socin.* & alios fupra relatos, & pulchrè tradit
etiam *Roman. confil.* 204. *n.* 10.

Neque hic obftat, quod dicebatur, moram fi-
liorum D. Petri non fuiffe concludenter probatam,
35 vel faltem remiffam fuiffe per receptionem fortis
Jafon in l. final. ante n. 2 *& num.* 3. *ff. de eo quod
cert. loc.* quia præterquam quod hoc fatis juftifica-
batur ex dilatione ad folvendum per dictos filios ob-
tenta a Cardinali Antonio, & tempore, quo facta
fuit fides de recepto, præfumitur enim quis præ-
cife recepiffe eo tempore, quo fe recepiffe confi-
36 tetur, & non ante, ut poft *Bart. in l. poft dotem
n.* 20. *ff folato matrimonio* ex communi fcribit *Surd.
dec.* 246. *n.* 13. fatis etiam fuit Illuftribus Sorori-
bus, fi excludant moram D Cardinalis Antonij, &
aliorum in redimendo, qui licèt diceretur diftuliſ-
fe folutionem pro majore eorum utilitate, dum ex
pecunijs perciperent ad rationem decem, prædio *del
Pino* non reddente nifi ad rationem quatuor, vel
37 quinque pro centenàriu, quafi ipfis volentibus non
potuerit fieri mora *l. nemo fraudari ff de regul. Jur.
cum fimil.* refpondebatur tamen ex receptione inte-
reffe non inferri neceffario ad conceffionem dila-
tionis; fuit enim juftum, ut filij D. Petri, fi vel
non potuerunt, vel noluerunt folvere pecuniam de-
bitam pro æquatione; & pro redemptione prædij *del
38 Pino*, faltem folverent intereffe, juxtà regulam *l. cu-
rabit C. de action. empti.* Nec funt audiendi DD. Puc-
cij fi objiciant, cur Cardinalis, & alij non coege-
rint filios D. Petri ad folvendum, argumento *l. fi ex-
39 traneus ff de jur. dotium*, id enim effet non accu-
fare moram, fed arguere cur omiferint exactam di-
ligentiam, ob quam omiffionem non poffunt teneri
ad intereffe, quia pactum ad hoc eos non adftrin-
xit, imò etfi etiam Cardinalis, & alij confenfiffent
40 prædictæ huic dilationi, præfumeretur tamen fa-
ctum gratia debitoris tantum *l. cum tempus ff. de re-
gul. jur. l. eum, qui Kalendis §. quoties*, & ibi *Ja-
fon n.* 4. *ff. de verbor. obligat.* idque etiam fi suppo-
namus conventionem fuper intereffe, ftante fangui-
41 nis conjunctione, imò & amicitia tantum debitoris,
juxtà tradita per *Caftr. in l. qui Romæ in princip.
verfic. ego dies*, ibique etiam *Alexand. fub n.* 9. *ver-
fic. & per jura ff. de verbor. obligat.*

Nonus erat articulus, an fententiæ alias latæ
contra Illuftrem olim D. Laurentium de Puccis præ-
tendentem hoc ipfum prædium *del Pino*, fuiffe di-
cto fideicommiffo fubjectum, & ad fe tunc tempo-
ris pertinere, uti ad filium, & defcendentem dicti
D. Petri officerent in præfenti judicio per Illuftri-
ftribus DD. Abbati, & Roberto, in quo fanè ar-
ticulo licet multa hinc inde doctè, ac fubtiliter fuif-
fent deducta, Domini tamen ftante refolutione fa-
cta in proximè præcedenti articulo ab hujufmodi la-
bore fuperfedendum fuiffe cenfuerunt.

Et ideo tranfeuntes ad decimum, in quo præ-
fuppofito in facto (quod non negabatur) multa per
dictum olim Reverendiffimum Abbatem, dum vive-
ret, fuiffe pertractata, & gefta circa adminiftratio-
nem bonorum, & negociorum dicti olim D. Rober-
ti, petebatur per Illuftres ejus filias fibi, ut hære-
dibus prædictis reddi rationem ejufmodi adminiftra-
tionis, breviter fuit pro affirmativa unanimiter re-
folutum, ex regula, quæ habet, quemlibet admini-
42 ftratorem teneri ad fuæ adminiftrationis rationem
reddendam *l.* 2. *ff. de negoc. geft. l.* 1. *§. de offic.* ubi
omnes *ff. de tutel. & ration. diftr.* qui *text.* licèt lo-
quatur in tutore, procedit tamen in quolibet alio
rerum alienarum adminiftratore, ut declarant *Ro-
man. confil.* 413. *n.* 2. *& confil.* 494. *num.* 1. *Menoch.*
poft alios *de Arbitr. cafu* 209. *in princip.* & omnium
pleniffimè *Rebuff. in l. Boves §. inter reddere ff. de
verbor. fignificat.* ubi hoc firmat in tutore, cura-
tore, & eorum hæredibus, in filio curatore pa-
tris furiofi, in fratre majore, in matre, in pa-
truo, in executore, actore, inftitore, factore, ne-
gociorum geftore, thefaurario, procuratore ad ne-
gocia, focio, fequeftratario, hofpitalario, admi-
niftratoribus Civitatum, curato, & generaliter in
quocumque alio, qui negociorum, ac rerum alie-
narum adminiftrationem gefferit, ut per eum.

Ad effectum autem, ut perfectè reddi poffet
hæc ratio, mandavimus eligi calculatores, qui in
calculo, & faldo ponant omnia computa hanc ad rem 43
pertinentia, & nobis referant, juxtà *text. in l. fi re-
fiduum*, & quæ ibi notat *Bart* & DD. *C. de diftra. pi-
gn.* tradunt Idem *Bart. confil.* 149. *n.* 5. *lib.* 1. & latè
Pedroc. confil. 4. *n.* 50. *&* 51.

Diximus in his computis habendam effe ratio-
nem creditorum, quæ in proprio cum hæredibus
dicti olim D. Roberti habet alter D. Robertus ho-
die hæres dicti quondam D. Abbatis ad hujufmodi
redditionem condemnatus, quia hoc operatur vir-
tus compenfationis, unufquifque enim creditorem 44
fuum, eumdemque debitorem petentem fummovet,
fi paratus eft compenfare, ut inquit J. C. *in l.* 2.
ff. de compenfat. Unde iniquitatis reprehenditur, qui 45
compenfationem recufat, ut per *Gallef ad formul.
Cameralis obligationis part.* 2. *principali ad quartam
particul.* §. 2. *incipien fecundò quæritur num.* 8. *pag.
mihi* 67. & in coordinatione penes *Zacchiam quæft.* 18.
pariter *num.* 8. facta verò compenfatione ex nunc
debitorem ad creditoris favorem condemnavimus,
fic dictante natura negocij, cujus liquidatio depen-
det a calculis faciendis, juxtà *text. in l. fi non for-
tem §. fi decem ff. de condic. indebit. & in l. qui res
§. fi rem ff. de folution.*

Partes ab expenfis abfolvimus ob mutuam vi-
ctoriam, probabilia Juris dubia, Excellentiffimo-
rumque Advocatorum fubtiliffima confilia.

Alexander Zilocchius Prętor, & Relator.
Horatius Spannocchius.
Dominicus Gualandus.
Pompejus Contarinus.
Aloyfius Soltia.
Michael de Lavagna.

A D D I T I O.

ARGUMENTUM.

Appellatione prædij, & pertinentiarum veniunt ter-
ræ vulgo *fpezzate*, ex quibus conftitutum fue-
rit, veniunt prata ad illius ufum deftinata, ve-
nit domus, feu ædificium in eo exiftens, fe-
cus appellatione agri, & terræ. De probatione
librorum Decimarum, & Æftimi, quoad pof-
feffionem, dominium, valorem, & quoad tertios.

SUMMARIUM.

1 *APpellatione prædij, & pertinentiarum veniunt terrę vulgo* fpezzate, *quando ex deftinatione patris familias fuit ex illis conftitutum unum prædium.*
2 *Et ex quibus talis deftinatio probetur, & n.* 3.
4 *Probatur pręfumptionibus, & conjecturis.*
5 *Deftinatio Patrisfamilias prędium, feu fundum conftituit, dilatat, & reftringit.*
6 *Indivifibilem, & infeparabilem facit fundum, quę alias feparationem, & divifionem reciperet.*
7 *Operatur, ut terrę, quę funt de juribus, & per-*

tinentijs alicujus prædij, reputari non possint de juribus, & pertinentijs alterius.

8 *Legato fundo veniunt prata ad illius usum destinata, quamvis a fundo separata sint.*

9 *Item vendito prædio veniunt ex destinatione illi annexa, maximè si venditio facta fuerit cum juribus, & pertinentijs.*

10 *Amplia etiamsi numerus stariorum expressus in venditione ita fieret major, dummodo venditio facta fuerit ad corpus, non ad mensuram.*

11 *In venditione facta cum omnibus juribus adiacentijs, & pertinentijs competentibus etiam ratione solius possessionis, sufficit possessio venditoris, sive de jure, sive de facto, sive justa, vel injusta.*

12 *Venit in ea solum portio spectans ad venditorem, vel donantem, quamvis facta generaliter, & amplissimè.*

13 *Appellatione prędij, seu fundi, & pertinentiarum illius, venit domus, seu ędificium in prędio existens.*

14 *Amplia, sivè ædificia sint rustica ad usum coloni, sive Domini.*

15 *Quid ad effectum læsionis remissivè.*

16 *Contessa immissione super prædio, præcipuè cum juribus, & pertinentijs, comprehenditur domus in prędio existens.*

17 *Et ex quibus probetur existentia domus in prędio.*

18 *Limita in dispositione facta de agro, & de terra, cujus appellatione proprie, non venit fundus cum domo, & hęc est consuetudo Civitatis Florentię.*

19 *Et ita fideicommissum indultum super agro, & terris non comprehendis fundos habentes domum, seu villam.*

20 *In venditione facta cum juribus, & pertinentijs in dubio interpretatio sumenda est pro comprehensione contra venditorem.*

21 *Libri Decimarum Civitatis Florentię, & libri Æstimi, seu Catastri probant possessionem, & dominium, præsertim si sint adminiculati, & versemur in antiquis.*

22 *Maximè si de eo tempore prædium descriptum non reperiatur ad Decimam, vel Æstimum alterius.*

23 *Item ex dictis libris probatur identitas.*

34 *Fortius si non reperiantur descripta ad Æstimum alterius.*

25 *Exemplifica in libris Decimarum Civitatis Florentię.*

26 *Præsertim contra exhibentem partitas dictorum librorum, eisque utentem contra quem plenè probant.*

27 *Limita prædictis circumstantijs non concurrentibus, ut probent solum præsumptivè, translato probandi onere contrarium in adversarium.*

28 *Item exulantibus adminiculis non probant possessionem, & dominium contra tertium.*

29 *Exemplica in libris Decimarum hujus Civitatis.*

30 *Sublimita, si Æstimum adminiculetur a depositionibus testium, vel alijs circumstantijs.*

31 *Vel si agatur contra tertium, qui descriptioni consensit.*

32 *Confessio in dictis libris emissa nullo pacto impugnari potest.*

33 *Limita in eo, qui non fuit præsens descriptioni, eique consensum non præstitit.*

34 *Contra eum possessio plenè probanda est, & ex quibus ejusdem probatio excludatur.*

35 *Libri Æstimi, Catastei, Decimarum non probant quantitatem bonorum, nec valorem, & de ratione, secus in ijs non factis ad effectum collectandi, sed sciendi valorem bonorum.*

36 *Declara, ut probent valere tanti quanti fuerunt appretiata, & de estione.*

37 *Exemplifica in Æstimo Civitatis Asculi.*

38 *Limita, ut non excludant majorem valorem.*

39 *Sublimita concurrentibus adminiculis, ut valorem probent.*

Ad num. 1. & seqq.

SUb nomine prædij, & pertinentiarum illius, veniunt agri, & terræ, quæ dicuntur vulgo *spezzate*, etiam inter se distantes, interfecatæ, & divisæ, quando ex istis per destinationem Patrisfa- 1
milias fuit constitutum unum prædium, ut per *text. in l. Seja 20. §. Tiranne ff. de fund. instruct.* firmant *Menoch. cons. 337. n. 19. Saminiat.* qui plures congerit *controv. 49. n. 45. & 46. Bonden. miscell. Jurid. docum. 6. n. 1. & seqq. Episcop. Rocc. disput. 33. n. 17. & 18.* ubi plures alios citat. *Leiser. de prędijs lib. 3. cap. 1. n. 4.* plenissimè *Rot. Senen. decis. 21. num. 2. & plurib. seqq. coram me*, ubi ex quibus probetur talis destinatio Patrisfamilias, & comprehensiu sub 2
nomine predij, aliaque plura ad materiam *Rot. Rom. coram Ansald. decis. 69. n. 7. & seqq.* ubi pariter ex quibus talis probatio eruatur, & in illius confir- 3
matoria *coram Caprar. decis. 515. n. 2. & seqq.* ubi latè, & *decis. 614. n. 6. & 7. & in Tiburtina bonorum 26. Februarij 1706. §. nequaquam coram Molinee & §. hujusmodi*, ubi quod destinatio probatur præsumptionibus, & conjecturis, & ex actibus, qui il- 4
lam concludunt.

Sola enim destinatione Testatoris, vel Patrisfamilias prædium, seu fundus constituitur, dilata- 5
tur, vel restringitur, ut prosequitur *Menoch. dict. consil. 337. n. 24. Odd. consil. 21. n. 42. & seqq. Episcop. Rocc. d. disput. 33. n. 7. & seqq.* alijque superius citati.

Redditurque inseparabile, & indivisibile ex Patrisfamilias destinatione id, quod alias separationem, & divisionem reciperet, in specie *Saminiat. contro-* 6
vers. 41. n. 10. & seqq. Castill. de conjectur. ult. volunt. lib 5. cap. 62. n. 11. & seqq.

Et si terræ ex destinatione Patrisfamilias sint de juribus, & pertinentijs alicujus prædij reputa- 7
ri non possunt de juribus, & pertinentijs alterius, in specie *Rot. Senen. d. decis. 21. num. 39. coram me*, & melius *Rot. Rom. in Romana, seu Portuen. tenutarum quoad Vicarellum 26. Martij 1708. §. pręcise autem coram Ansaldo, & 17. Aprilis 1722. §. final. coram Lancetta, & 20. Januarij 1723. §. praterea coram R. P. D. meo Crispolto*, ubi citat individuales auctoritates *Abbatis, Spadę, & Afflicti*.

Unde legato fundo, seu prædio veniunt prata ad illius usum a Testatore destinata, quamvis a prædio separata, & distantia *Bart. in dict. l. Seię §. Ti-* 8
ranna ff. de fund. instruct. alijque plures adducti per *Episcop. Rocc. dict. disput. 33. n. 27. & seqq. Bonden. miscell. Jurid. d. docum 6. n. 7.*

Et vendito prædio maximè cum juribus, & pertinentijs, comprehendi bona ex destinatione illi an- 9
nexa, in specie firmant *Bonden. miscell. Juridic. d. docum 6. n. 1. & seqq. & n. 9.*

Etiamsi in venditione fuisset expressus numerus stariorum, qui major esset, si bona annexa prædio ex destinatione in venditione comprehensa fuissent, quando versamur in venditione facta ad corpus, non ad mensuram, in qua numerus stariorum stat demonstrative, non taxativè, & error mensuræ in mino- 10
ri, vel majori quantitate considerari non debet, plenè in puncto *Bonden. miscell. Juridic. dict. docum. 6. n. 4. & seqq.* ubi alios adducit.

Quod si venditio facta sit cum omnibus juribus, adjacentijs, & pertinentijs, quæ venditori competebant, & competere poterant etiam ratione solius possessionis, & detentationis, ac qualitercumque, & quomodocumque, sufficit quod de tempo-

re

re venditionis, vel paulò ante possiderentur a venditore, sive de jure, sive de facto, sive justè, sive injustè, nec sat est probare, quod antiquis tempo-
11 ribus terrenum non esset de pertinentijs prædij ad venditorem spectantis, ut post plures quos refert Rot. in dict. Tiburtina Bonorum 26. Februarij 1706. §. ex quo ampla, §. secunda, & seqq. & §. cæterum, & §. ex omnibus, & seqq. coram Molines, & benè conferunt firmata per Rot. Senen. d. decis. 21. n. 6. & seqq. coram me.

Vendito tamen, vel donato prædio cum omnibus juribus, & pertinentijs totum prædium non venit, sed pro parte spectante ad venditorem, vel donantem, nec comprehendit portionem, quam in prædio haberet donatarius, etiamsi adsint verba ge-
12 neralia, & amplissima, quia semper restringuntur ad partem prædij ad donantem, vel venditorem spectantem, plenissimè Rot. Florent. decis. 70. n. 13. & plurib. seqq. ubi plures adducit concordantes coram me.

Pariter sub nomine prædii venit domus, seu ędificium in dicto prædio existens, cum illud com-
13 prehendatur etiam sub denominatione prędij, seu fundi, & pertinentiarum illius l. cum fundus 21. ff. de fund. instruct. ibique Glos. l. fundi 8. ff. quibus mod. ususfruct. Rot. coram Merlin. decis. 449.
14 n. 3. & seqq. ubi sive ædificia sint rustica ad usum Coloni, sive Domini. in recent. decis. 5. n. 1. & per tot. part. 16. alijque plures adducti in Lauretana spolij 24. Januarij 1724. §. & sanè coram R. P. D. Rovault de Gamaches, & infrà decis. 77. n. 9. & seqq. quibus addimus eamdem Rot. post Constantin. ad Status. Urb. decis. 160. n. 7. & in celebri Asculana dotis post eamdem decis. 169. n. 15. & seqq. aliasque decisiones in eadem causa pręcedenter editas, quas laudat Constantin. ad Statut. Urb. annot. 46. num. 104. & seqq. in quibus locis ad alium, & diversum effectum læsio-
15 nis fit differentia inter domos rurales, & palatium ad usum Domini.

Et propterea concessa immissione super prædio, præcipuè cum Juribus, & pertinentijs, comprehen-
16 di domos in prædio existentes, post plures, quos refert, in puncto Rot. coram Merlin. dict. decis. 449. num. 3. & seqq. in d. Lauretana spolij 24. Januarij 1724. §. & sanè, & seqq. coram R. P. D. Ro-
17 vault de Gamaches, ubi plenissimè ex quibus probetur existentia domus in prædio.

Diversimode tamen procedis in dispositione facta de agro, seu terra, sub cujus nomine, licet impropriè loquendo venire possit etiam prædium, seu fundus cum domo, retenta tamen propria significa-
18 tione denotat terram sine domo, tam de jure, quam de consuetudine Civitatis Florentiæ, ut plenè examinat Rot. Florent. infrà decis. 77. n. 7. & plur. seqq.

Et ob id inducto fideicommisso super agro, seu
19 terris, sub eo non comprehenduntur prædia, & fundi habentes domum, seu villam Rot. Florent. infra d. decis. 77. n. 12. & seqq.

In dubio autem pro comprehensione sub nomine prædij, & pertinentiarum judicandum est, capiendo interpretationem contra venditorem, cui imputandum est, si in instrumento venditionis se cla-
20 rius non expressit, ut relatis punctualibus auctoritatibus Carenæ, & Marciani Rot. in d. Tiburtina bonorum 26. Februarij 1726. §. ex omnibus coram Molines.

Ad num. 5. & seqq.

Libri Decimarum Civitatis Florentiæ, & libri Æstimi, seu Catastri aliorum locorum probant pos-
21 sessionem, & dominium, præsertim si sint adminiculati, & versemur in antiquis Altograd. in alia causa hujus dominij consil. 74. n. 26. lib. 2. Menoch. de retinend. remed. 3. n. 570. Urceol. consult. 92. n. 28. Rot. coram Ansald. decis. 92. n. 2. & n. 24. & seqq. coram Caprar. decis. 261. num. 3. decis. 450. n. 5. & decis. 464. n. 7. in recent. decis. 166. n. 19. part. 15. decis. 232. n. 12. & decis. 270. n. 2. part. 19. in Avenionen. fideicommissi super manutentione 20. Januarij 1700. §. etenim, & seqq. coram Muto, in Ariminen. manutentionis 10. Decembris 1708. §. imò coram Eminentiss. D. meo Cardin. Scotto, in Asculana dotis, & & legitimæ 2. Junij 1710. §. non refragante coram Lancetta, in Camerinen. bonorum 6. Februarij 1713. §. quoniam coram eodem, in Perusina fideicommissi 9. Decembris 1715. §. atque hinc coram Eminentiss. D. meo Cardinali Althan, & in Perusina immissionis super reservatis 5. Martij 1723. §. hæc autem coram Fosiaro, Rot. Florent. apud Urceol. decis. 5. n. 3. & 4. & infrà decis. 125. n. 27. & 36. & in Florentina cautionis 1697. n. 1. infra imprimenda, ubi aliæ decisiones huius Rotæ recensentur, & post plures, quos refert in Florentina fideicommissi de Giachis 1701. artic. 3. n. 219. paritar infrà imprimenda, decis. Florent. 17. n. 4. & 5. coram me, & dec. 86. n. 3. & 14. & dec. 96. n. 20. & dec. 109. n. 20. & seq. pariter coram me.

Maximè si de eo tempore prædium descriptum
non reperiatur ad Decimam, vel Æstimum alterius 22
Rot. coram Cerr. decis. 3. n. 7. & in dict. Perusina fideicommissi 9. Decembris 1715. §. atque hinc coram Eminentiss. D. meo Cardin. Althan.

Prout probant identitatem Episcop. Rocc. di- 23
sput. 30. n. 51. & seqq. D. meus Audit. Calderon. resolut. 100. n. 17. Peregrin. de fideicommiss. artic. 44. n. 7. Rot. coram Cerr. d. decis. 3. num. 6. decis. 190. n. 10. & decis. 782. n. 5. in recent. decis. 205. n. 6.
part. 8. ubi quod hoc eo magis procedit, si bona 23
non reperiuntur descripta ad Æstimum alterius, & decis. 166. n. 27. part. 17. & in Perusina reintegrationis 12. Decembris 1710. §. quapropter coram Priolo, in Camerinen. immissionis 28. Aprilis 1713. §. jam enim coram Ansaldo, in Perusina fideicommissi super Prædio della Macaja 9. Decembris 1725. §. identitas coram Eminentiss. D. meo Cardin. Althan, & in Perusina immissionis 6. Junij 1721. §. sic itaque coram
Fosiaro, & in puncto libri Decimarum Civitatis Flo- 25
rentiæ Rot. Florent. supra decis. 3. n. 27. & seqq. & ibi ego in addit. n. 41. & apud Urceol. decis. 15. n. 4. Rot. Rom. coram Emerix. sen. decis. 142. n. 3. repetita in recent. decis. 452. n. pariter 3. part. 14.

Idque fortius procedit contra exhibentem par-
titas dictorum librorum, eisque utentem, contra 26
quem plenè probant, ut in d. decis. Florent. 17. n. 16. coram me.

Sed prædictis circumstantiis non concurrentibus probant solum præsumptivè, quod sufficit, quia
hæc præsumptio operatur, ut qui habet descriptio- 27
nem pro se, transferat onus probandi contrarium in Adversarium, ut prosequitur Menoch. de retinend. remed. 3. n. 570. Urceol. dict. consult. 92. n. 27. Ansald. in addit ad d. decis. 92. ex n. 26. & 33. & in d. Asculana dotis, & legitimę 2. Junij 1710. §. non refragante coram Lancetta, & citat. decis. Florent. 109. n. 9. coram me.

Et probationem non facerent si ageretur contra tertium, contra quem libri præfati sufficientibus
adminiculis destituti, nec dominium, nec possessio- 28
nem concludunt, ut pluribus auctoritatibus relatis dixi ego citata decis. Florent. 17. n. 18. & 19. coram me. Menoch. de retinend. citat. remed. 3. num. 570. Ansald. in addit. ad d. decis. 92. num. 28. & seqq. &
n. 34. & 39. ubi de libris Decimarum Civitatis Flo- 29
rentiæ.

Plenè tamen probant etiam contra tertium, si Catastrum, vel Æstimum adminiculum recipiat a
depositionibus testium, vel aliis circumstantiis, ut 30
firmat Altograd. d. consil. 74. num. 26. lib. 2. Afflict. decis. 303. n. 3. & 4. Rot. coram Seraphin. decis. 1077. n. 2.

n. 2. *Buratt. decis.* 690. *n.* 2. *Ansald. citat. decis.* 92.
n. 24. *in recent. decis.* 227. *n.* 13. *part.* 8. *& in Imo-*
len. Salviani 28. *Martij* 1707. §. *alienatio coram Emi-*
nentiss. D. meo Cardinali Scotto, in Verulana Salvia-
ni 6. *Junij* 1708. §. *etenim, & seqq. coram Priolo,*
in Perusina immissionis 6. *Junij* 1721. §. *sit itaque co-*
ram Foscara.

31 Vel si agatur contra tertium, qui descriptio-
ni consensit, ut in *dict. decis.* 109 *n.* 10. *coram me.*
Ansald. in addit. ad d. decis. 92 *n.* 30.

Adeout confessio in dictis libris emissa nullo pacto
32 impugnari possit *Altograd. citat. consil.* 74. *num.* 26.
& 27. *lib.* 2. *& in decis.* 110. *n.* 33. *&* 40. *coram me.*

Sed contra possessorem, qui non fuit præsens
descriptioni, eique consensum non præstitit, nul-
33 lam facit probationem, ut supra dictum est, & plu-
ribus congestis prosequitur *dict. decis.* 109. *n.* 7. *co-*
ram me, & n. 8. ubi quod ad hunc effectum consta-
re debet plenarie de possessione eorum, qui non con-
34 senserunt, & ex quibus talis possessio non probe-
tur, imo excludatur, quibus addo *Rot. Florent. apud*
Venturin decis. 20. *n.* 20.

Liber Æstimi, Catastri, & Decimarum non pro-
bat quantitatem bonorum, nec valorem; dicti enim
libri respiciunt solum onus bonis impositum, pro
cujus restitutione plerumque bona in minori quan-
titate describuntur, & minori pretio æstimantur,
licet secus sit in Æstimis, & Catastris factis nedum
35 ad effectum collectandi, sed ad effectum sciendi va-
lorem bonorum cum præcedenti æstimatione illo-
rum facta a Peritis, optimè *Rot. Florent.* me uno
ex Judicibus apud *Palm. Nep. decis.* 466. *num.* 46.
Rot. Rom. in recent. decis. 390. *num.* 12. *part.* 17. *&*
decis. 703. *n.* 3. *part.* 28. *& in Nucerina supplementi*
legitima 28. *Julij* 1706. §. *quantitas verò coram Prio-*
lo, in Perusina immissionis super reservatis 5. *Mar-*
tij 1723. §. *objectum coram Foscaro.*

Declara tamen, ut probent, bona ad tantam
36 quantitatem ascendere, & tanti valere quanti fue-
runt appretiata in Catastro, quia illa semper in mi-
nori quantitate describi, & æstimari solent *Rot. in*
Faventina manutentionis, seu reintegrationis super da-
tione in solutum quoad fructus 26. *Januarij* 1710. §. *de-*
nique coram Reverendiss. D. meo Aldrovando, & de
37 Catastro, seu Æstimo Civitatis Asculi eadem *Rot.*
in nullius, seu Asculana Emphyteusis super fructibus
11. *Februarij* 1724. §. *nullaque coram R. P. D. meo*
Corio, & de Catastro Civitatis Perusiæ *in d. Perusi-*
na immissionis super reservatis 5. *Martij* 1723. §. *obje-*
ctum coram Foscaro.

Sed non probat, bona prædicta non esse majoris
38 valoris, & quantitatis, ut post plures, quos refert,
prosequitur eadem *Rot. in dict. Perusina immissionis*
super reservatis 5. *Martij* 1723. §. *abiectum enim co-*
ram Foscaro, aliique supra relati.

Si tamen hujusmodi libri adminiculati sint ab
39 aliis circumstantiis, valorem probare dixit *Rot. Rom.*
in recent. decis. 703. *n.* 1. *& seqq. part.* 19. *& in Re-*
cineten. bonorum 1. *Martij* 1720. §. *quandoquidem co-*
ram Corio.

PISCIEN. SEU FLORENTINA Fideicommissi.

17. *Maij* 1602. *Ex lib. Motiv.* 84. *à c.* 604.

ARGUMENTUM.

Firmatur in hac Decisione filios in conditione positos non censeri dispositivè vocatos, non obstantibus undecim conjecturis ad hunc effectum ponderatis, quæ reijciuntur, & reprobantur.

SUMMARIUM.

1 OPinio Glos. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. institut. *est Florentiæ receptissima.*
2 *Fideicommissum ex conjecturis concludentibus, claramque Testatoris mentem præseferentibus inducitur.*
3 *In dubio ex conjecturis, & præsumptionibus non extare pronunciandum est.*
4 *Mens testatoris totum facit.*
5 *Fideicommissum ex verbis testamenti deduci debet.*
6 *Agenti ad fideicommissum obstat exceptio*, substitutio de te non loquitur, *nisi contrarium concludenter demonstret.*
7 *In descendentibus facile admittitur, ut positi in conditione censeantur dispositivè vocati.*
8 *Prædicta conjectura communiter reijcitur.*
9 *Digressus ad plures substitutionum gradus est conjectura ad vocationem positorum in conditione inducendam.*
10 *Sed & hæc quoque communiter reprobatur.*
11 *Verbum* instituit *quamvis directum, in institutione fœminarum sub conditione mortis masculorum substitutionem importat, & de ratione.*
12 *Conjecturæ pro vocatione positorum in conditione est, cum extranei essent melioris conditionis, quam descendentes, contra num. seqq. & de ratione, num.* 13.
14 *Reipublicæ interest familiarum honestatem, & dignitatem conservari.*
15 *Testator in dubio censetur minus voluisse gravare heredem, quam fieri possit.*
16 *Amplia etiam si dispositio redderetur inhabilis.*
17 *Argumentum desumptum a majori prædilectione concludit negativè, non autem affirmativè.*
18 *Conjectura desumpta pro filijs in conditione positis ex clausula codicillari*, & omni meliori modo, *est admodum levis.*
19 *Nam potius dictæ clausulæ sunt argumentum contra* glos. in l. Lucius, *quam conjectura.*
20 *Sine his clausulis nullum testamentum conficitur.*
21 *Et si non adessent, haberentur pro appositis, & ex Notariorum incuria prætermissis.*
22 *Nihil operantur cum deficit voluntas testatoris.*
23 *Doctores pro dictis clausulis adducti, in quibus terminis loquantur.*
24 *Fuerunt adinventæ, ut testamentum aliquo modo valeret, si non jure testamenti.*
25 *Testamentum quando valet jure testamenti, alio modo valere non potest.*
26 *Dispositio* si sine filijs decesserit *compendiosè continet vulgarem, & debet interpretari etiam de fideicommissaria.*
27 *Ex hoc argumento non hinc infertur vocatio positorum in conditione, cum non sit conjectura.*
28 *Et si esset conjectura, ab ea cavendum esset, utpote admodum peregrina.*
29 *A novitatibus est cavendum.*
30 *In conditione si sine filijs masculis, vel fœminis comprehenduntur etiam posthumi, sed conclusio non est pacifica n.* 34.
31 *Qui ad sui commodum habentur pro natis.*

32 *Ex*

31 *Ex vocatione posthumorum oritur conjectura pro vocatione natorum in conditione positorum.*

33 *Hujusmodi conjectura, utpote peregrina, & argumentum contra* Glos. l. Lucius *reprobatur.*

35 *Verba* quibus omnibus decedentibus sine filiis masculis, vel fœminis, *important idem, ac* ultimo morienti.

36 *Substitutio* post mortem omnium, *importat idem quod facta* ultimo morienti.

37 *Ex verbis predictis reciproca non inducitur.*

38 *Ut reciproca inducatur tria requiruntur, & quæ sint* ibi

39 *Ex anniversario perpetuo pro anima testatoris elicitur conjectura pro vocatione positorum in conditione.*

40 *Limita, quando dictum onus non est injunctum omnibus descendentibus, sed tantummodo hæredibus scriptis.*

41 *Verba* infrascriptos hæredes *indicant onus nominatim injunctum, quod hæredis personam non egreditur.*

42 *Contraria auctoritates quando procedant.*

43 *Qualitas legitimitatis est conjectura pro vocatione positorum in conditione, sed reprobatur, n. 45.*

44 *Præsumptio præsumptionis non datur, nec servitus servitutis, nec tacitum taciti, nec expensa expensarum, nec officium mercenarium officij mercenarij.*

46 *Positio in conditione fœminarum a Statuto exclusarum, est conjectura pro vocatione positorum in conditione, & de ratione.*

47 *Statutum Pistiense præfert masculum infra quartum gradum omnibus fœminis.*

48 *Hujusmodi Statutum est exorbitans, & correctorium Juris communis.*

49 *Nec comprehendit fœminam ab intestato decedentem, & de ratione.*

50 *Masculinum in Statuto correctorio non comprehendit fœmininum.*

51 *Dictio* si quis *simpliciter prolata comprehendit etiam fœminas.*

52 *Limita, quando predicta dictio est conjuncta cum adjectivo masculino, quia comprehendit solum masculos.*

53 *Extensio non admittitur in Statutis, præsertim exorbitantibus.*

54 *In fideicommissis est attendendus casus, qui evenit, non quò eventurus est.*

55 *Unita determinatio respiciens plura determinabilia, ea pariformiter non determinat, quando adest diversitatis ratio.*

Declara, ut procedat in dispositione legis, non autem in dispositione hominis num 60.

Contra, quod procedat tam in dispositione legis, quam hominis n. 61.

56 *Non videtur inconveniens, masculos positos in conditione solum ab intestato preferri, fœminas vero esse vocatas, & de ratione* vers. ant.

57 *Res una diverso jure censeri potest, ubi diversæ interveniunt partes, vel adest juris diversitas.*

58 *Et ubi urget necessitas diversorum temporum.*

59 *Compèndiosa facta verbis directis intra pubertatem, valet ut directa, post pubertatem trahitur ad fideicommissariam.*

62 *Statutum exclusivum fœminarum, non censetur prohibere earum successionem ex testamento.*

63 *Masculis, & fœminis in conditione positis gravatus potest sibi eligere quem vult hæredem ab intestato.*

64 *Positis in conditione sub nomine liberorum idem importat, ac expressa positio masculorum, & fœminarum.*

65 *Dictio* vel *importat ordinem successivum.*

66 *In alternativis verificato primo capite alterum evanescit.*

67 *Conditio* si sine liberis *deficit per superventientiam filiorum, nec interest, an hæredes extiterint, &* num. *seq.*

68 *Exclusio substituti non a filijs in conditione positis, sed a defectu conditionis procedit.*

69 *Filius naturalis deportatus, vel religiosus incapax bonorum positus in conditione excludit substitutum.*

70 *Fœmina posita in conditione, quamvis Statuto non admittatur, attamen substitutum excludit.*

71 *Pro exclusione fideicommissi ex conjecturis, sufficit eas esse dubias, & de rationibus.*

72 *Conjecturę, quæ singulę non prosunt conjuncta juvant.*

73 *Intellige, quando sunt concludentes in genere suo, & inducentes animum Judicis ad ita credendum.*

74 *Licet essent viginti, aut triginta, & etiam mille non sufficerent, nisi sint probabiles, & ex expressis in testamento inferantur.*

DECISIO XXII.

In Causa Ricci, Consorti di lite, e Oradini.

Michael de Nuccis usque de anno 1526. condidit testamentum, in quo hæredes fecit omnes ejus filios masculos legitimos, & naturales orituros ex se, & Domina Apollonia, vel alia quacumque ejus uxore æquis portionibus, deinde adjunxit hæc verba:

Si verò decesserit sine filijs masculis, tunc, & eo casu instituit ejus hæredes universales Floram ejus filiam legitimam, & naturalem natam ex se, & dicta Domina Apollonia ejus uxore, & quascumque alias filias legitimas, & naturales orituras ex se, & dicta D. Apollonia, quibus omnibus decedentibus sine filijs masculis, vel fœminis, substituit filios masculos legitimos, & naturales Bartholomæi Antonij de Nuccis olim fratris carnalis dicti Testatoris, exceptis tamen Presbytero Peregrino, & Laurentio filijs dicti olim Bartholomæi.

Decessit Testator nullis relictis masculis, vel fœminis, nisi sola dicta D. Flora, quæ successit in omnibus ejus bonis, & in progressu temporis nupsit D Francisco de Oradinis, ex quo suscepit Antonium Benedictum, deinde mortuo D. Francisco ex alio matrimonio contracto cum D. Cosmo de Riccis suscepit Beatricem uxorem Joannis de Bertis.

Decessit pariter D. Flora relicta ejus hærede universali dicta D. Beatrice; unde Antonius Benedictus, cui D. Flora suam tantum reliquit legitimam, prætendens Michaelem ejus avum maternum in dicto ejus testamento induxisse fideicommissum ad favorem masculorum ipsius D. Floræ ex verbis illis -- *Quibus omnibus decedentibus sine filijs masculis, vel fœminis substituit filios masculos legitimos, & naturales Bartholomei de Nuccis ejus fratris* -- instituit Judicium fideicommissariæ hæreditatis petitionis adversus diversos possessores bonorum dicti quondam Michaelis, primamque sententiam obtinuit juxtà petita, detractis tamen de jure detrahendis, qua sanè sententia per D. Judicem appellationis revocata, reque ex appellatione dicti Antonij Benedicti ad Tribunal nostrum delata, Nos post diuturnam causæ discussionem secundam sententiam duximus confirmandam cum victoria expensarum hujus ultimæ instantiæ, juxtà Legem anni 1502. qua quotidie utimur.

Mo-

1 Movit nos potissimum, quia supposita opinione *Glass. in l. Lucius la 2. ff. de hered. instit.* uti veriori in communi, & usu forensi in hac Inclyta Civitate receptissima, uti testantur *Motiva DD. Trium Judicum secundarum appellationum diei primę Septembris* 1589. ubi alia etiam citantur *diei* 15. *Februarij* 1581. proindeque, & hoc in casu admittenda, ex quo agitur de testamento condito Florentiæ per personam Florentiæ degentem, nempe ut positi in conditione [qualis est Antonius Benedictus] non censeantur ex testamento vocati, sed relictum eis tantum ex Statuto jus succedendi ab intestato, dubitabilis admodum visa est sententia dicti primi Ju-
2 dicis deducentis fideicommissum ex conjecturis, quod ipsum sicuti non negamus Juri consonum, ubicumque conjecturæ concludentes sunt, claramque Testantis intentionem præseferunt ad *text. in l. cum proponebatur* cum materia *ff. de legat. 2. in l. fideicommisso* 50. §. *item si quis, in l. quisquis ff. de legat.* 3 *& in l. pen. ff. de legat.* 1.

Ita quoque vidimus communem omnium esse sententiam, in dubio præsumi fideicommissum, sub-
3 stitutionis onera, vocationum, primogenituram, & similia nec extare, nec induci ex conjecturis, vel præsumptionibus, nisi ex verbis Testantis probabiliter, certè, & concludenter constituatur, ut egregiè per *Castr. consil. 28. n. 2. lib. 1. Socin. in l. Lucius §. tres heredes ff. ad Trebell. Jason. consil. 228. n. 11. lib. 2. Socin Jun. consil. 19. num. 2. lib. 4. Ceph. consil. 269. in fin. Curt. Jun. consil. 3. n. 5. consil 113. n. 9 Decian consil. 34. num. 14. & consil. 44. n. 10. & 11. lib. 3. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 1. n. 13. Vasq. in l. si quis in suo num. 28. C. de inoffic Test.* latissimè *Bursatt. consil. 52. num. 9. lib. 1. consil. 337. a num. 1. usque ad 6. & n. 7. lib. 3. &*
4 *consil. 354. n. 1. lib. 4.* Quamvis enim mens Testatoris totum faciat *l. in conditionibus primum locum ff. de condit. & demonstrat. l. ex facto la grande §. rerum autem Italicarum ff. de hered. instit.* fideicom-
5 missa tamen ex verbis testamenti deduci debent ad *text. in l. epistolam.* ibi -- *Sempronium non proponi rogatum* -- & in *dict. l. Lucius §. tres heredes*, ibi -- *non proponi heredem rogatum* -- *ff. ad Trebell.* ad idem est *text. in l. uxorem §. sorore* ibi -- *verbis fideicommissi non contineri* -- *ff. de legat. 3. in l. prædia §. fin.* ibi -- *id tamen cedere legato, quod verbis comprehendisset* -- *ff. de fund. instruct. & in l. Titia cum testamento in princ.* ibi -- *nec possit fideicommissum utile putari, quod datum non est* -- *ff. de legat. 2.*

6 At in testamento, de quo agitur, de substitutione filiorum Dominæ Floræ nec verbum quidem, merito ergo intrare videtur communis regula, qua dicimus, substitutio hoc casu non loquitur, & qui contrarium asserit, id concludenter demonstret, ut post *Jo: Andr. Dec. Jason.* & complures relatos ex communi scribit *Bursatt. d. consil. 337. n. 4. lib. 3.*

Hæc etsi vera sint, prætendebat tamen Actor ex undecim conjecturis doctissimè, ac subtilissimè per Clarissimos ejus Advocatos [qui plures, ac plures fuere] hoc ipsum cumulatissimè præstitisse.

7 Prima autem hujusmodi conjecturarum illa fuit, quia ipse est unus ex descendentibus Testatoris mediante dicta D. Flora, quo casu facile admodum admittitur, ut positi in conditione censeantur vocati ad *Puteum decis. 215. n. 1. lib. 3. Crass. in §. fideicommissum quæst. 13. num. 2. & Honded. consil. 65. n. 4. lib. 1.*

Verum omissa allegationum pompâ, conjectura
8 hæc communiter reijcitur, ut per *Jason.* post antiquos attestantem de communi *consil. 143. num. 12. lib. 2. Curt. sen. consil. 42. n. 14. Ripa in l. centurio num. 159. ff. de vulgar. & pupillar. Paris. consil. 44. n. 14. & consil. 86. n. 17. lib. 3. Boer. decis. 155. ante num. 21 Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 3. num. 1. Clar. in §. testamentum quæst. 79. versic. tertia conjectura, Rustic. in tract. an, & quando liber. in condit. posit. lib. 3. cap. 3. per tot & DD. Sex in Motiv. diei primæ Decemb. 1569. lib. 67.*

Secunda erat conjectura, quia Testator digressus fuit ad plures gradus substitutionum, quo ca- 9
su positi in conditione censentur vocati *Ancharan. consil. 74. n. 2. Paris. consil. 57. n. 37. lib. 2. Cephal. consil. 114. n. 26. Crass. d. §. fideicommissum quæst. 14. num. 3.*

Sed & hæc quoque communiter reijcitur *Rip.* 10
in d. l. centurio n. 165. Ruin. consil. 14. n. 11. in fin. lib. 2. & consil. 128. num. 19. lib. 3. Paris. consil. 31. n. 29. lib. 2. Roland. consil. 51. num. 9 in fin. lib. 3. Clar. in d. §. testamentum quæst 79. versic. quarta allegatur conjectura. Bursatt consil. 1. n. 9. & consil. 51. n. 31. lib. 1. Et hanc sequuti sunt *DD. Sex in dd. Motiv. diei 1. Decemb. 1589. column. 6. versic. quarta erat, & Rot. Florent. penes Mugon. decis. 75. n. 6.* Quinimò ex intentione reorum videbatur etiam negari posse prorsus hic digressus ad plures gradus substitutionum, ex quo institutis masculis, non eis substituit fœminas, sed eas directo instituit, ibi, *tunc, & eo casu instituit D. Floram, & omnes alias ejus filias fœminas*, & ideo unicus dicebatur gradus substitutorum, ibi -- *Quibus omnibus decedentibus sine filijs masculis, vel fœminis substituit filios masculos Bartholomæi de Nuccis.*

Verum fundamentum hoc dubitabile visum fuit, 11
siquidem cum Testator non fuerit usus nisi semel verbo *substituendi*, cum institutio fœminarum fuerit facta sub conditione mortis masculorum sine filijs, verbum *instituit*, quamvis directum, substitutionem importat, quippe quia est secunda institutio, ut in puncto scribit *Rustic. in dict. ejus tractat. lib. 1. cap. 2. n. 53.*

Tertia conjectura deducebatur ex eo, quod si 12
actor nepos ex filia Testatoris non esset vocatus, absurdum videretur, ut filij fratris, & sic extranei essent melioris conditionis, quam descendens, juxtà tradita post alios per *Riminald. consil. 40. num. 4. & consil. 49. n. 14. lib. 1. consil. 198. n. 6. lib. 2. Curt. Jun. consil. 16. n. 7. Aymon. consil. 326. n. 3. Menoch. consil. 397. n. 28. Rustic.* ubi supra *lib. 5. cap. 7. n. 22. Honded. consil. 54. n. 38. lib. 2.*

Verum hæc pariter conjectura parum suffraga- 13
ri posse visa est, tum quia videtur eadem cum prima, ex quo tenentes positos in conditione, si sint de descendentibus, censeri vocatos, non alia ratione moventur, nisi quia Testator censetur eos magis diligere, quam extraneos: proindeque ex dictis circa primam conjecturam, & hæc quoque videtur reprobata; tum etiam quia cessat absurdum, ex quo filij fratris, quantumcumque extranei, erant de familia Testatoris, cujus honestatem, & dignitatem conservari Reipublicæ interest *l. 1. §. quamvis ff. de* 14
ventr. inspic. filij verò filiæ de familia aliena, nempè de Oradinis, ideoque potuit Testator vocare potius transversales, qui eveniente casu substitutionis poterant conservare agnationem, quam filiæ, in qua familia terminabatur, prout ita ex simili rationis diversitate arguit *Socin. consil. 227. n. 7. versic. nec etiam primum obstat lib. 2.* Præterea amor Patris erga filiam forte passus non est, ut eam gravaret duplici onere fideicommissi, quorum alterum esset ad favorem filiorum, alterum verò ad favorem nepotum ex fratre; materia enim fideicommissi restringenda est tamquam odiosa, in dubioque censetur Testator minus voluisse gravare hæredem suum, quam fieri possit, ut in his terminis pulchrè deducit *Cephal. consil. 517. num. 39. & seqq. lib. 4.* ubi sub *n. 43.* ad hoc præcisè adducit *text.* quem dicit

Nat.

Not. in l. Titia la 1. §. quam invitn prope fin. ff. de
legat. 2. in l. uxorem §. testamento, ff. de legat. 3. &
16 in l. pen. ff. de dot. preleg. hoc ipsum amplians sub
n. 44. post Aymon. consil. 32. num. 3. consil. 86. n. 10.
consil. 149. n. 15. & consil. 167. n. 14. ut procedat
etiamsi dispositio alias redderetur inutilis, & Ceph.
ad hanc subvertendam conjecturam in ijsmet termi-
nis sequuti etiam fuere DD. Sex in dictis Motivis
diei primę Decembris 1584. versic. potest etiam respon-
deri, ubi alijs etiam modis huie fundamento respon-
dent, prout egregiè etiam respondit Dominus se-
cundus Judex.

Addimus nos objectum etiam cessare, quando
aliud ex verbis Testatoris concipi potest, ut hic,
ubi extranei expressè vocati fuere, descendentes
verò minimè, ita Mantic. de conject. lib. 6. tit. 11.
n. 15. ubi etiam n. 16. post Rimiuald. consil. 306. n. 5.
in fin. & n. 6. generaliter etiam inquit argumen-
17 tum concludere negative hoc pacto, proximior non
admittitur, ergo multo minus remotior, ut sit me-
lioris conditionis, quam proximior, affirmativè ve-
rò, seu positivè nequaquam, ut per eum.

18 Quarta conjectura desumpta ex clausula codicil-
lari, & quinta ex clausula omni meliori modo leves
admodum visæ sunt, quod nec DD. Informantes pro
Ordinis diffitebantur, licet in id adducerentur Au-
thores gravissimi, nempè pro prima clausula Dec.
consil. 241. column. 2. & Rustic. lib. 6. cap. 4. n. 3. & 4.
& pro secunda Socin. consil. 12. n. 19. lib. 3. Curt.
Jun. consil. 73. & 114. Rustic. lib. 5. cap. 6. n. 23. Si-
mon de Prét. de interpret. ultim. voluntat. lib. 3. so-
lut. 3. Thesaur. decis. 60. cum alijs.

19 Siquidem admissis ijs pro conjecturis, quæ ta-
men non sunt, sed potius argumenta contra con-
clusionem Glos. in d. l. Lucius, nullum comperietur
testamentum, in quo positi in conditione non in-
20 telligantur vocati, ex quo sine eis clausulis nullum
hodie conficitur testamentum, ut experientia re-
rum magistra docet cap. quod si de elect. in 6. qui-
21 nimò, & si non legerentur in testamento, haberentur
tamen pro appositis, ut per Curt. Jun. consil. 114.
n. 9. & consil. seq. Mandos. ad Lap. alleg. 29. litt. N,
& Coler. de aliment. cap. 3. n. 38. quasi ex Notario-
rum incuria prætermissæ; hoc autem quam sit ab-
surdum nemo non videt.

Accedit clausulas hujusmodi nihil operari, ubi
22 deficit Testatoris voluntas Dec. consil. 290. n. 4. un-
de an de mente Testatoris fuerit, ut positi in con-
ditione intelligantur vocati, aliunde quam ex ipsis
clausulis quærendum erit.

23 In omnem tamen eventum certum est Dec. Rustic.
Peregr. & Thesaur. qui cum alijs ad earum vim pro-
bandam allegantur, loqui solum in terminis vulga-
ris substitutionis, nempè quando primus heres in-
stitutus decessit ante mortem Testatoris, quia tunc
ejus filij in conditione positi excludunt substitutum
ex ratione dict. l. Lucius la 2 ff. de hered. institut.
l. conficiuntur in princ. ff. de jur. codicill. & l. si pa-
ter impuberis ff. de vulgar. & pupillar. cum simili-
bus, sed an ex testamento, an ab intestato succe-
dant, hoc quærere parvi refert, sat enim est su-
perviventia excludi substitutum ob prudens consi-
lium Testatoris, qui ijs voluit jus legitimarum suc-
cessionum intactum relinquere.

Socin. Jun. in consil 12. lib. 3. non meretur al-
legari, quia suo in casu inductum fuerat fideicom-
missum, filiique dispositivè vocati, ut ipse ibi di-
cit ante num. 20. & firmat Ruin. qui dict. consil. sub-
scripsit in suo consil. 74 n. 13. lib. 2.

24 Rursus accedit clausulas hujusmodi adinventas
fuisse ad sustinendum testamentum in vim codicil-
lorum, vel omni alio meliori modo, ubicumque ut
testamentum valere non possit Curt. Jun. consil. 73.
n. 23. At non dubitatur, quin testamentum de quo
agimus, valeat tamquam testamentum, ergo non
est cur ad virtutem dictarum clausularum confugia-
mus, ut illud per se validum, & quod uti tale suam
jam habuit executionem ad diversam speciem vo-
luntatis transferamus contra expressam mentem, &
verba ipsius Testatoris, qui dixit hanc esse suam
ultimam voluntatem, quam voluit valere jure te-
stamenti, & si non valeret jure testamenti, voluit
valere jure codicillorum, & omni alio meliori mo-
do, consequens igitur est, ut si valeat jure testa- 25
menti, non possit valere jure codicillorum, vel ali-
quo alio modo, quam testamenti, ut per Bart. in
l. 1. n. 10. ff. de jur. codicill. & in l. ultim. num. 4.
C. de codicill. Angel. consil. 203. circa fin. inter con-
sil. Ancharan. Corn. qui de communi consil. 168. n. 9.
lib. 2. & consil. 44. n. 6. lib. 3. Curt. Jun. consil. 73.
n. 23. Menoch. præsumpt. 32. num. 3. & 4. lib. 4. Alb.
consil. 266. n. 24. lib. 2. Odd. consil. 58. n. 18. ubi de
communi, & consil. 95. n. 36. cum alijs, qui allega-
ri possent.

Sexta erat conjectura, quia simplex dispositio 26
si sine filijs decesserit compendiò sui continet vulga-
rem, ergo interpretari etiam debet de fideicom-
missaria, ut per Theob. Non. consil. 31. n. 14. & con-
sil. 32. n. 12.

Verum & hoc est argumentum ad defenden- 27
dum opinionem contra Glos. in d. l. Lucius, quæ ta-
men Glos. opinio canonizata est Florentiæ, & si ad-
mitteretur pro conjectura, quod omninò negamus 28
ex quo Authores, qui integros tractatus fecere in
hac materia, eam inter conjecturas non adnumera-
vere, quo argumento usi sunt etiam DD. Sex in dd.
Motiv. anni 1589. column. 4. versic. licet per quam-
plures; attamen esset admodum peregrina, & ideo
ab ea cavendum, prout a novitatibus cavendum 29
esse inquit Aymon consil. 238. ante n. 14. lib. 2.

Septima deducta ex Mantic. de conjectur. lib. 11. 30
tit. 2. n. 16. ut in conditione illa, si Flora decesse-
rit sine filijs masculis, vel fœminis comprehendantur
etiam posthumi ipsius Floræ l. jubemus §. fin autem
C. ad Trebell. & cum posthumi pro natis habeantur 31
ad eorum commodum l. quod dicimus ff. de verb.
signif. consequens sit, ut & ipsi censeantur voca- 32
ti, cum magnum videatur commodum, si per fidei-
commissum vocentur, data vero eorum vocatione,
longe magis censebuntur vocati filij Floræ jam ve-
rè, ac naturaliter nati.

Eamdem recipit responsionem, ut nova sit, ac 33
peregrina, potiusque argumentum contra Glos. quam
conjectura; & cum Glos. sit communiter recepta,
non sit agendum argumentis, sed conjecturis per
scribentes receptis. Accedit conclusionem Mantic. 34
non carere maxima difficultate, ut ipsemet fatetur
dict. n. 26. versic. & si aliquis contradixerit, & eam
in specie respuit Rustic. in dict. ejus tractat. lib. 1.
in 2. part. 2. capitis sub n. 54. versic. fundamentum
istud, optimeque etiam diluitur per D. Judicem in
ejus Motiv. column. 4. versic. simili, ad quem nos
referimus.

Octava ex qua Domini ex adverso Informantes 35
videbantur deducere reciprocam ex verbis illis,
quibus omnibus decedentibus sine filiis masculis, vel fœ-
minis substituit, quasi importent idem, ac si dictum
esset, ultimo morienti Ancharan. consil. 74. ad fin.
Honded. consil. 54. num. 56. lib. 2. Surd. consil. 334.
n. 18. & substitutio post mortem omnium importat,
quod facta ultimo morienti Surd. consil. 344. n. 17. 36
Alb. consil. 581.

Poterat fortè omitti, quia nemo unquam ex 37
nostris dixit reciprocam substitutionem induci ex
verbis Quibus omnibus decedentibus sine filiis masculis,
vel fœminis substituit, &c. quinimò certum est ad 38

hoc ut inducatur, reciproca tria necessario requi-
ri. Primò ut expressè fiat ultimo morienti, & post
mortem omnium: secundò in tota hæreditate: ter-
tio, ut illi inter quos reciproca inducitur, sint a
Testatore honorati, ut post alios scribunt *Menoch.*
consil. 85. *num.* 41. *versic. quia ut reciprocum lib.* 1.
& consil. 328. *num.* 48. *lib.* 4. *Alb. consil.* 31. & 32.
plenè *Mantic. de conjectur. lib* 7. *tit.* 5. ferè *per tot.*
ubi *sub n.* 15. testatur de magis communi, idem pa-
riter post complures relatos testatur *Bursatt. con-*
sil. 354. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 4.

39 Nona adijciebatur conjectura desumpta ex an-
niversario in perpetuum faciendo pro anima Testa-
toris, & ejus uxoris, &c. & in id allegabatur *Gri-*
bald. inter consil. Port. Imol. consil. 40. *sub num.* 3. *&*
consil. 46. *sub num.* 13. cum alijs per *Menoch. præ-*
sumpt. 36. *n.* 71. 72. *lib.* 4.

40 Verum hoc quoque visum fuit leve argumen-
tum; nam onus ejusmodi anniversarij in perpetuum
faciendi non est impositum nisi hæredibus scriptis,
ibi: *Item per infrascriptos ejus hæredes fiat anno quo-*
libet in perpetuum Officium unum mortuorum in Cap-
pella Sancti Petri ad Vincula pro anima ipsius Testato-
ris, & Dominæ Apolloniæ ejus uxoris, in quo expen-
dantur libræ octo, & sic, & tantum videlicet libras
octo jure legati reliquit dictæ Cappellæ pro anniversa-
rio prædicto.

Hæredes autem Testatoris nulli fuere nisi D.
Flora, unde licet relictum Cappellæ possit durare
etiam post mortem hæredis scripti, onus tamen hæ-
41 redi impositum non excessit ejus vitam, ex quo per
verba illa *infrascriptos ejus hæredes* unus nominatim
inductum dicitur, perindeque nominati hæredis per-
sonam non egreditur. *Corn. consil.* 315. *n.* 10. *lib.* 1.
consil. 61. *n.* 6. *lib.* 2. *consil.* 279. *n.* 9. *lib.* 3. *Ruin. con-*
sil. 181. *n.* 2. *lib.* 2. *Socin. Jun. consil.* 22. *n.* 30. *lib.* 3.
Aymon consil. 98. *n.* 8. *Menoch. consil.* 86. *n.* 44. Di-
42 versum est in casibus *Port.* & relatorum per *Me-*
noch. in quibus præterquamquod Ecclesiæ fuit fa-
ctum relictum pro hujusmodi onere adimplendo,
onus etiam ipsum fuit impositum universis descen-
dentibus, ideoque extenditur usque in infinitum
l. fin. C. de suis, & legit. hæred. amplè *Menoch. præ-*
sumpt. 91. *n.* 7. *lib.* 4. ut mirum non sit, si illis in
casibus argui potuerit fideicommissum.

43 Decima erat conjectura, quia supponebatur fi-
lios D. Floræ fuisse positos in conditione cum qua-
litate, ut sint de legitimo matrimonio, quo casu
vocatos censeri tradunt relati per *Rustic. lib.* 3.
cap. 3. *Mantic. de conjectur. lib.* 11. *tit.* 5. *n.* 7. *Bur-*
satt. consil. 102. *n.* 17. *Simon de Prat. lib.* 3. *solut.* 3.
n. 12. *& seqq. Menoch. consil.* 325. *n.* 10. 348. *num.* 2.
& præsumpt. 76. *n.* 48. *lib.* 4. *Surd. decis.* 162. ferè
per totam cum concordantibus.

Verùm qualitas hæc non legitur in dicto testa-
mento, unde cessare videtur vis, qualiscumque sit,
hujusmodi præsumptionis, ut per *Rot. Florentin. in*
impressis penes Magon. decis. 73. *a num.* 9. *versic. sed*
hæc consideratio.

Velle autem præsumere sic sensisse Testatorem
nil aliud est, quam elicere præsumptionem ex præ-
sumptione: In primis nempè subaudiendo qualitatem
hanc ex mente Testatoris, secundo ex ea sic sub-
audita inferendo etiam per viam præsumptæ illius
mentis ad vocationem positorum in conditione, præ-
44 sumptio autem præsumptionis non datur, sicut nec
servitus servitutis, nec tacitum taciti, nec expen-
sæ expensarum, nec officium mercenarium officij
mercenarij, ut per *Bald. in l.* 2. *in fin. C. de fruct.*
& lit. expens. Grat. consil. 3. *num.* 25. *lib.* 1. *Hypol.*
Rim. consil. 23. *num.* 244. *lib.* 1. *& Decian. consil.* 1.
45 *n.* 108. *lib.* 2. quinimò ubi etiam qualitas hæc *de le-*
gitimo matrimonio legeretur in dicto testamento,
conjectura tamen non careret difficultate, cum eam
in specie reprobent *Jason Dec. Ruin. Rip. Zanch.*
Ceph. Gabr. & relati per *Petr.* qui testatur de ma-
gis communi in dicto ejus *tract. de fideicomm. quæst.* 9.
sub n. 201. *versic. hæc tamen conjectura.*

Undecima denique afferebatur conjectura desum- 46
pta ex Statuto Pisciæ exclusivo fœminarum *Rubr.* 44.
lib. 3. sic arguendo; Testator ponendo in conditio-
ne filias Floræ, necessario eas censetur vocasse, quia
alioquin si eis jus legitimarum tantum successionum
reservasset, filij fratris Testatoris eas a matria suc-
cessione exclusisset in vim dicti Statuti, sicque ne-
dum ipsæ non exclusi ent substitutum, prout san-
citum est in dicta *l. Lucius la* 2. *ff. de hæred. instit.*
quin potius ipsæ exclusæ remansissent, ita in ter-
minis vocationem arguunt *Ruin. consil.* 142 *sub n.* 13.
versic. quæ ratio lib. 3. *& consil.* 160. *ante num.* 14.
lib. 2. *Socin. Jun. consil.* 158. *num.* 73. *& consil.* 173
n. 4. *lib.* 2. *Rustic.* alios etiam allegans *lib.* 3. *cap.* 4.
n. 4. *Menoch. consil.* 173. *num.* 53. *lib.* 2. *consil.* 393.
n. 70. *lib.* 4 *& præsumpt.* 76. *n.* 49. *lib.* 4. Ubi verò
filiæ Floræ præsupponantur vocatæ, utique vocatus
etiam dicetur Antonius Benedictus æque cum illis
positus in conditione, ut una determinatio determi-
nans plura determinabilia ea æqualiter determinet
vulgata *l. jam hoc jure ff. de vulg. & pupill.*

Huic conjecturæ, quæ omnibus alijs fortior vi-
debatur, pluribus modis ex adverso fuit respon-
sum.

Et primo quidem dictum fuit, verum non esse
suppositum factum ex adverso, quod mortuâ ab in-
testato D. Florâ, per substitutos exclusæ fuissent fi-
liæ fœminæ, nedum quia aderat frater, qui eas ex-
cludebat; verum etiam quia licet Statutum Pisciæ
præferat masculos infra quartum gradum omnibus 47
fœminis, cum tamen id disponat per hæc verba *si*
quis intestatus decesserit, tamquam exorbitans, & cor- 48
rectorium juris communis ad *text. in l. maximum vi-*
tium C. de liber. præterit. non videtur comprehen- 49
dere fœminam ab intestato decedentem, ex quo ma-
sculinum in Statuto exorbitanti, & correctorio non 50
comprehendit fœmininum, ut plenè per *Honded.* de
magis communi attestantem *consil.* 8. *num.* 4. *lib.* 2.
Et licet dictio *si quis* simpliciter prolata compre- 51
hendat etiam fœminas *l.* 1. *ff. de verb. signif.* atta-
men terminus ille *intestatus*, qui merè masculinus 52
est fœminas nullo modo complecti videtur, ut per
Alex. consil. 135. *sub n.* 4. *versic. alia ratione lib.* 1.
ubi concludit, quod etsi terminus communis, ut
homo, qui ex sui proprietate fœminam æquè, ac
masculum comprehendit non alteret naturam dictio-
nis *si quis*, attamen quando adiectivum cum suo sub-
stantivo sonant in masculino tantum, ut exempli
gratia, *si quis filius*, *si quis servus*, *si quis furiosus*,
si quis fur famosus, *quicumque laborator*, tunc adje-
ctivum inquit *Alex.* alterat naturam dictæ dictionis
si quis, itaut fœmininum nullatenus comprehendat,
quia id non potest contingere, nisi quia masculi-
num si comprehenderet fœmininum, id non esset,
nisi per extensionem, quod non admittitur in Sta- 53
tutis maximè exorbitantibus, ut per eum, & ple-
nè per *Tiraquell. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 9.
n. 182. cum aliis per *Gabr. de reg. jur. conclus.* 6.
n. 42. ubi *n.* 49. *& seqq.* alias etiam affert declara-
tiones, quæ ad conclusionem hanc adaptari possent.

Secundo loco fuit dictum, conjecturam vocatio-
nis desumptam ex eo, quod positi in conditione
non possint succedere ab intestato, non adaptari
præsenti casui, in quo adest masculus, quia ubi Flo-
ra decessisset ab intestato, substitutos procul dubio
exclusisset, meritoque attendendum esse casum, qui 54
evenit, non qui evenire potuisset, ut per *Peregrin.*
de fideicommiss. artic. 28. *num.* 24. & sic cessare ne-
cessi-

cessitate inducendi vocationem fœminarum ad substitutorum exclusionem, cesset etiam illatio, quæ ratione æqualis determinationis fieri videbatur, ut vocatis fœminis vocati etiam censeantur masculi ad *Menoch. d. præsumpt.* 76. *n.* 5. *lib.* 4. *& Rustic. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 3. *versic. ampliatur hæc conclusio*, siquidem argumentum videtur posse retorqueri, quia si fœminæ non sunt vocatæ, ergo nec masculi, ut per *Zanch. in d. §. cum ita part.* 7. *num.* 69. *in fin.* cui etsi replicetur per *Menoch. & Rustic.* in locis præcitatis, attamen tuta non videtur eorum replicatio,
55 quia regula *l. jam hoc jure*, super qua fundatur argumentum, non procedit quando inter plura determinabilia militat diversa ratio, tunc enim nihil prohibet quominus fieri possit inæqualis determinatio *Angel. in §. hinc nobis in fin. in authent. de hered. & falcid. Zanch. d. loc. part.* 10. *n.* 53. *Ostast. decis.* 20. *n.* 5. *Menoch. consil.* 76. *n.* 13. *Surd. consil.* 426. *n.* 41. *versic. & per hoc ipsum*, quamvis ergo, & masculi, & fœminæ æqualiter dicerentur in conditione positi, non tamen inconveniret, ut fœminæ si solæ extitissent dicerentur vocatæ ex testamento, ne alioquin excluderentur ab intestato per substitutos, masculi verò non dicerentur vocati, ex quo ab intestato per se ipsos succedere poterant.

Probari videtur hæc conclusio ex dicta *l. Lucius* juncta ibi *Gloss.* Eo enim in casu commendat J. C. prudens consilium Testatoris, qui non solum fratrem, sed etiam ejus liberos prætulit substituto, ex quibus verbis J. C. parificat fratrem, & ejus liberos ad prælationem, & consequenter videbatur inferri posse, ut quemadmodum frater fuit a testatore vocatus ex testamento, ita & ejus liberi ex regula dictæ *l. jam hoc jure*, quo argumento utuntur multi contra interpretationem *Gloss.* ut per *Menoch. d. præsumpt.* 76. *n.* 3. *&* 4. & tamen contraria opinio est receptissima, ut inæqualis fiat ibi determinatio, intelligaturque frater vocatus ex testamento, ejus verò liberi in conditione positi ab intestato, ut post alios testatur *Alciat. consil.* 117. *n.* 4. *lib.* 9. confunditur ergo consequentia *Menoch.* & *Bur-*
56 *sat.* ex quo non videtur inconveniens, ut masculi ab intestato prælati dicantur, fœminæ verò ex testamento ob rationis diversitatem, prout dicimus
57 unam, & eamdem rem posse diverso jure censeri, ubi diversæ interveniunt partes *l. si quis quid perferendum §. si unus ff. de furt.* ubi adest juris di-
58 versitas *Socin. reg.* 742. *in septima fall.* & ubi viget necessitas diversorum temporum *l.* 3. *§. qui fideicommissariam ff. de hered. instit.* quæ omnia in proposito concurrunt, diversæ enim sunt personæ positæ in conditione, masculus non exclusus per substitutus, & fœmina, ut ex adverso firmabatur, exclusa, qua supposita exclusione, necessario etiam inter has ipsas personas sequitur diversitas Juris resultans ex dispositione Statuti Pisciensis, diversa etiam possunt considerari tempora, quia aliud dicendum erit de tempore, quo substituti successionem prætenderent, aliud quando de eorum successione non agitur, prout dicimus de compendiosa verbis directis facta, quæ intra ætatem pupillarem valet ut
59 directa, & post pubertatem trahitur ad fideicommissariam, ut per scribentes communiter in *l. centurio ff. de vulg. & pupill. Berò.* qui de communi *consil.* 113. *num.* 8. *lib.* 2. *Menoch. præsumpt.* 55. *sub n.* 7. *lib.* 4. *Peregrin. artic.* 34. *num.* 73. *& Crass. in §. substitutio quæst.* 61. *in princ.*

Neque hic refragatur sublimitatio, quæ afferebatur ad dictam limitationem *l. jam hoc jure ex Alex.* ibi *ante n.* 6. *versic. præterea dicendum puto.*

60 Quasi limitatio possit procedere in dispositione *legis*, secus autem in dispositione hominis, siqui-
61 dem contrarium colligitur ex traditis per *Socin. consil.* 91. *sub num.* 4. *ante med. lib.* 5. *Alex. consil.* 179. *n.* 13. *lib.* itidem 5. *Dec. consil.* 303. *num.* 4. *& consil.* 416. *n.* 16. & ut relata limitatio ad *l. jam hoc jure* procedat tam in dispositione hominis, quam in dispositione legis præclare docet *Gribald. in tractat. de mod. studend. in V. determin. fol.* 219.

Tertio loco ad Statutum loci fuit responsum, id fortè procedere posse, ubi D. Beatrix prætenderet successionem matris ab intestato, verum ex quo per eam fuit hæres instituta, cessare objectum, quia 62
etsi fœminæ per masculos in vim dicti Statuti excludantur ab intestato, non tamen censentur prohibitæ succedere ex testamento *Socin. consil.* 182. *column.* 2. *lib.* 4. *& in l. cum avus sub num.* 96. *versic. sed iterum ff. de condit. & demonstrat. Ruin. consil.* 152. *n.* 3. *lib.* 2. *& consil.* 126. *sub num.* 11. *versic. & fortè melius lib.* 3. *Alciat. in l. inter stuprum §. fin. num.* 16. *ff. de verb. signif. Corn. consil.* 1. *sub num.* 28. *versic. & alias in simili casu*, *& sub n.* 30. *versic. quia illud regulariter lib.* 4. *Mantic. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 9. *Peregrin. artic.* 25. *sub n.* 37. *&* 41. dicentes, facto testamento per gravatum ad commodum fœminarum positarum in conditione, deficere substitutionem, neque enim gravato prohibitum videtur, masculis, 63
& fœminis una positis in conditione, ex eis sibi hæredem eligere quem velit, ut per *Guid. Pap. quæst.* 148. *sub n.* 3.

Et licet in casu *Cornei* adesset nomen *liberorum*, 64
sub quo fœminæ tacitè tantum comprehendebantur, sicque non erant expressè positæ in conditione, attamen *Socin. in d. consil.* 182. quem alij communiter sequuntur, ut ibi per *Franc. Rip. in fin. consil.* 2. tenuit positionem in conditione sub nomine liberorum idem importare, quod expressa positio masculorum, & fœminarum.

Quarto fuit responsum Statutum nullum solidum præbere argumentum ad vocationem masculorum, quasi fœminæ nisi censerentur vocatæ per substitutos excludi possent, quia hoc etiam admisso sine veri præjudicio, in proposito tamen non potuissent dici vocatæ, cum positæ fuerint in conditione, *filijs, vel filiabus Testatoris sine masculis, vel fœminis decedentibus*, ponderando dictionem *vel*, quæ im- 65
portat ordinem successivum, ut per DD. *in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & posth. Ruin. consil.* 63. *n.* 4. *lib.* 3. *Riminald. Jun. consil.* 40. *n.* 12. *lib.* 4. unde masculus proculdubio censeretur primo loco vocatus, proindeque verificato primo capite conditionis [quia Flora non decessit sine mas- 66
culis] evanuisset secundum, nempè vocatio fœminarum, ut per *Decian. consil.* 42. *n.* 10. *lib.* 1. *& Simon. de Prat. lib.* 3. *solut.* 9. *n.* 20. ut sic illatio, quæ fit vocatis fœminis, pari ratione masculos vocatos censeri, non concludat, quia ex formula positionis masculorum, & fœminarum in conditione excluditur evidenter vocatio fœminarum ob masculi existentiam.

Quinto loco dicebatur casum hunc decidi per 67
text. in l. filius famil. §. cum quis ff. de legat. 1. *cum quis* [inquit J. C.] *rogatus erit si sine liberis decesserit per fideicommissum restituere, conditio defecisse videbitur, si patri supervixerint liberi, nec quæretur an heredes extiterint* -- ex hoc *text.* inferebatur conditionem, sub qua D. Flora fuerat rogata restituere, nempè *si decederet sine filijs masculis, vel fœminis*, evidenter defecisse, ex quo decessit relictis liberis utriusque sexus; proindeque ulterius quærendum non esse, an masculus, vel fœmina heres extiterit nec ne, & ratio est, ut in *dict. §. cum quis*, inquit *Bart.* quem alij omnes sequuntur teste *Hieronym. Gabr. consil.* 97. *n.* 22. *lib.* 1. quia ad hoc, ut liberi excludant substitutum non requiritur de necessitate, ut sint hæredes ejus, cui facta est substi-

tutio, fed fat eft fi fuit poffibile, ut illi vel ex teftamento, vel ab inteftato potuerint fuccedere. Hoc ipfum exprefsè etiam tenuit *Alex. in l. ex facto §. fi quis rogatus il primo, fub num. 7.* ubi *Ripa n. 24.* teftatur de communi *ff. ad Trebell. Socin. dict. confil. 182. n. 1. lib. 2. Caftr. Vint. Hercul.* & relati per *Didac.* qui pariter teftatur de communi *in cap. Raynald. §. 3. n. 7. verfic. quarto ex opinione Glof. de teftament. Zauch. in d. §. cum ita fub num. 778. Decian. confil. 12. num. 33. & 37. lib. 1. Peregrin. artic. 25. n. 37.*

68 Et quidem cum non filij pofiti in conditione excludant fubftitutum, fed defectus conditionis, in qua merum factum attenditur, nempè an gravatus decedat fine liberis, vel ne, ut per *Bart.* poft antiquos in *dict. §. cum quis n. 2.* cum aliis per *Rip. in l. centurio n. 159. ff. de vulgar. & pupillar.* ubi præclare inquit, quod fi filij in conditione pofiti excluderent fubftitutum, fequeretur, ut fi teftator te fubftituat fub conditione, *fi Titius conful non erit*, Titius factus conful hoc pacto dici poffet fubftitutus, quod falfum eft, quia non Titius factus conful te excluderet, fed defectus conditionis, ut per eum, quem in fpecie fequuti fuere DD. Sex in fæ-
69 peallegatis Motivis *anni 1589. verfic. tertia eft.* Quemadmodum ergo filius naturalis, deportatus, fratres minores, & fimiles pofiti in conditione fubftitutum excludunt, licèt fuccedere non poffint, ea dumtaxat ratione, quod gravatus non dicatur deceffiffe fine liberis, ut plenè per *Socin. d. confil. 182. column. 2. verfic. quinimo dicit lib. 4. & per Gabriel. dict. con-*
70 *fil. 97. n. 21.* Ita quoque filij fratris Teftatoris in propofito etiam per folam fœminam excludi poffe videntur, quantumcumque ipfa per Statutum non admitteretur, quia non ipfa fœmina, fed defectus conditionis fubftitutum excludit, ut fæpius dictum eft, & hoc eft, quod ex communi poft *Imol.* & relatos dixit *Socin. Jun. confil. 118. num. 11. lib. 1.* non effe inconveniens, ut fubftitutus excludatur, licèt pofitus in conditione non fuccedat, ut fic fruftra allegetur exclufio fœminarum per Statutum loci inducta ad effectum inducendi earum vocationem.

Non latuit tamen Dominos *Mantic. lib. 11. tit. 3. n. 16.* non fuiffe aufum [ut ipfe dixit] fubfcribere *Didaco* in loco mox citato atteftanti de communi, quafi *Didac.* non enumeraverit DD. per ipfum *Mantic.* adductos in contrarium. Cæterum cum neque *Mantic.* enumeraverit fuperius adductos, rationefque per nos relatas ad evitandum conjecturam Statuti non perpenderit, Domini ab hujufmodi fententia nullatenus recedendum fuiffe cenfuerunt, maximè cum compertum etiam fuerit, idem aliàs per DD. Tres fecundarum appellationum in *Motiv. diei 30. Novembris 1595. lib. 77. fol. 504.* tentum fuiffe in fimili caufa, in qua dum pro feptima conjectura vocationis mafculorum allegaretur mafculos, & fœminas fuiffe vocatos, quia etiam ibi aderat Statutum fœminarum exclufivum citando *Ruin. d. confil. 160. lib. 2. & Gabriel. de fideicommifs. conclus. 4. num. 52.* fuit ijs non obftantibus per DD. illos refolutum ex ejufmodi Statuto nullum folidum defumi poffe fundamentum ftante contraria voluntate Teftatoris, qui nominando fœminas una cum mafculis clarè oftendit fe non inhærere difpofitioni ftatutariæ, quæ ita demum operatur vocationem mafculorum, fi fœminæ per Teftatorem excludantur, ut per eos.

Ex ijs cenfuerunt DD. claram refultare poffe caufæ hujus Decifionem pro fideicommiffi exclufione. Nam etfi non omnia adducta contra conjecturas ingeniofiffimè per Clariffimos Antonij Benedicti Advocatos cumulatas prorfus fubfifterent, fat tamen eis vifum eft, fi dubiæ faltem remanferint, omnefque probabilem aliquam recipere poffent refponfionem. Tunc enim, ut in præcifis terminis vocationis defumptæ ex conjectura Statuti, quam in præfenti caufa erat potiffima, fcripfit *Peregrin. d. ar-*
tic. 25. ante n. 43. parce pro fideicommiffo agendum 71
effe conftat. Primo quia prætendens fideicommiffum nititur conjectura præfumptæ voluntatis, quæ fallax effe poteft.

Secundò quia obftat conditio non verificata, quia nempè gravatus non deceffit fine filijs.

Tertiò quia objici poteft *fubftitutio hoc cafu non loquitur.* Ultimo quia contra fideicommiffum facile præfumendum eft, ut per eum.

Nec facere vifum eft, quod dicebatur conjecturas effe multiplices, & fingula, quæ non pro-
funt, fimul juncta juvare poffe ad *Gabriel. dict. con-* 72
clus. 4. n. 49. Honded. confil. 65. n. 43. lib. 1. Thefaur. decif. 96. n. 9.

Si quidem hoc procedit, quando fingulæ con-
jecturæ funt concludentes in genere fuo, & tales 73
quæ inducant animum Judicis ad credendum ita Teftatorem voluiffe, ut per *Clar. in d. §. teftamentum quæft. 79. in fin.* nam etfi viginti, & triginta cu-
mularentur, non fufficerent tamen, fi Judex illis non 74
acquiefceret, ut per *Roland. confil. 43. fub num. 49. lib. 4.* ubi citat *Turnisl. confil. 43. num. 12. inter confil. Part.* dicentem mille conjecturas non poffe effe efficaces, nifi fint neceffariæ, & probabiles, & ex expreffis in teftamento inferantur, & concordant *Colleg. Papien. confil. 99. n. 68. inter confil. Montepic. Jafon confil. 143. n. 3. lib. 2. Alciat. confil. 117. n. 12. lib. 9. Alb. confil. 31. n. 10. Cephal. confil. 269. in fin. Petr. de fideicommif. quæft. 9. num. 143. 190. & 223.* & alios etiam adducunt *Thefaur. dict. decif. 96. num. 9.* DD. Sex *in dd. Motivis anni 1589. prima Decembris*, & DD. Tres in fequentibus anni 1595. 30. *Novembris* in quibus clarè refolvitur, nullam ferè in hac Inclyta Civitate haberi rationem conjecturarum, nifi in teftamento ultra inftitutionem mafculorum adfit exclufio fœminarum, prohibitio alienationis, ut bona remaneant in familis, appareatque in effectu Teftatorem præcipuam agnationis confervandæ habuiffe rationem; Id quod certè in propofito non concurrit, ex quo licèt filij Bartholomæi de Nuccis, qui funt de familia Teftatoris, fuerint fubftituti Floræ, fi decederet fine filijs mafculis, vel fœminis, attamen ubi etiam evenisset cafus fubftitutionis, ratio agnationis non excedebat perfonas filiorum, ut poft alios per *Gabriel. confil. 97. n. 26. lib. 1.*

Alexander Zilocthius.
Dominicus Gualandus.
Aloyfius Soltia.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Opinio *Glof. in l. Lucius la 2. verb. liberos ff. de hæred. inftitut.* quod pofiti in conditione non cenfeantur vocati, oftenditur femper recepta in Rotæ Florentinæ Auditorio, & in Rota Romana. Quales conjecturæ requirantur pro receffu, & plures earum examinantur, fequendo ordinem conjecturarum, quæ in cafu decifionis concurrebant, & in decifione enumerantur.

SUMMARIUM.

1 *Confirmatur in hac decifione decifio fupra in ordine la 2.*

2 *Opinio* Gloffæ in l. Lucius la 2. verb. liberos ff. de hæred.

hæred. in instituen. *semper recepta fuit, & canonizata in Rotę Florentinę Auditorio.*

3 *Sicuti eam semper amplexa est Rota Romana.*

4 *Amplia, ut hujusmodi opinio, quod liberi in conditione positi non censeantur vocati, procedat etiamsi agatur de filijs, & descendentibus Testatoris, & quid hujusmodi qualitates in hac materia operentur.*

5 *Contrarium sentientes referuntur.*

6 *Declaratur procedere alijs conjecturis concurrentibus.*

7 *Digressus ad plures gradus substitutionum quando vocationem operetur, quando non.*

8 *Non est conjectura sufficiens pro vocatione, quod extranei essent melioris conditionis descendentibus, & remotiores proximioribus, & de ratione numer. seqq.*

9 *In casu* l. Lucius *substituti erant nedum extranei, sed servi Testatoris.*

10 *Referuntur contrarium sentientes, quod vocatio minus dilectorum, & remotiorum arguat vocationem proximiorum, & magis dilectorum.*

11 *Declarantur procedere alijs gravioribus, & concludentibus conjecturis concurrentibus.*

12 *Conjectura desumpta ex clausula codicillari levis est.*

13 *Sicuti desumpta ex clausula* omni meliori modo.

14 *Contrarium qui senserint in casu utriusque clausulę.*

15 *Eorum opinio attendenda non est, nisi alia urgentes, & efficaciores conjecturę concurrant.*

16 *Fortius, si constet clausulas prędictas non fuisse appositas favore filiorum in conditione positorum, sed loci Pij substituti, vel alterius.*

17 *Alias semper filij in conditione positi essent vocati, cum tales clausulę in nullo testamento ferè deficiant.*

18 *Filij in conditione positi censentur vocati in casu substitutionis compendiosę, & de ratione.*

19 Decisio Rotæ Florent. apud Torre variar. tom. 1. tit. 2. decis. 10. *est votum unius Judicis alijs discordantibus.*

20 *Ejus tamen opinio, & sententia quamvis ab alijs discordans fuit confirmata.*

21 *Compendiosam non importare vocationem in conditione positorum, in contrarium qui teneant.*

22 *Horum opinio est receptior, & verior, & prima procedit solum alijs conjecturis concurrentibus.*

23 *Compendiosa respiciens tempus mortis primorum hæredum operari potest vocationem inter ipsos, non inter filios, & nepotes.*

24 *Vocatio posthumorum est conjectura vocationis jam natorum in conditione positorum.*

25 *Contrarium deciditur hic a* Rot. *&* Mantic. *author primæ opinionis reijcitur.*

26 *Reciproca importat vocationem in conditione positorum.*

27 *Contra, quod reciproca volita inter primos non operetur quoad alios non reciprocatus.*

28 *Imo, quod sit conjectura non vocationis, & quomodo argumentum retorqueatur.*

29 *Prima opinio est contra* Text. in l. hæredes mei 57. §. cum ita ff. ad Trebell. *in quo aderat reciproca inter primos.*

30 *Procedit, quando est unita alijs conjecturis efficacibus, & convincentibus, secus si inefficacibus, & minus validis.*

31 *Item procedit, quando quæstio est inter descendentes, secus inter transversales.*

32 *Item procedit, si deficiente uno ex filijs sine filijs, nedum substitutus fuerit alter, sed etiam illius filij, & de ratione.*

33 *Positi in conditione censentur vocati ex onere illis injuncto, & exemplifica in pluribus onerum speciebus.*

34 *Contrarium sentientes referuntur.*

35 *Afficiunt hujusmodi onera bona hæreditaria, & transeunt in quemcumque cum illis, sed fideicommissum non inducunt.*

36 *Concilia discordantes opiniones, ut prima procedat concurrentibus alijs conjecturis, alia ijsdem deficientibus.*

37 *Item procedit prima, quando agitur de fideicommisso jam inducto prorogando, sed non ad inducendam vocationem in conditione positorum.*

38 *Oneris injunctio ut sit conjectura vocationis, requiritur quod personaliter positis in conditione injunctum fuerit, secus si impersonaliter.*

39 *Directum ad personas earum vocationem operatur.*

40 *Non dicitur nominatim facta substitutio, si ordinata sit post mortem plurium.*

41 *Contrarię authoritates declarantur procedere in reciproca, & de ratione differentię remissivè.*

42 *Item non dicitur onus nominatim appositum, si adjectum sit ultimò vocato, & quomodo hoc intelligatur.*

43 *Item, si adjectum fuerit hæredi, & successoribus, quorum appellatione non veniunt filij in conditione positi.*

44 *Quid si Testator verbum* successores *pro descendentibus acceperit, dum posuit filios in conditione.*

45 *Positi in conditione veniunt sub nomine hæredum, si verba ampla sint, & generalia, & filij in conditione positi sint in alia parte substituti.*

46 *Onus non censetur adjectum positis in conditione, si injunctum fuerit institutis, & substitutis.*

47 *Maximè, si substituti vocati sint per vulgarem, & quomodo hoc casu onus adjectum dicatur.*

48 *Prohibita positis in conditione alienatione alicujus rei particularis, arguitur eorum vocatio respectu universæ hæreditatis, & fideicommissi.*

49 *Vocati censentur, si volita fuit qualitas legitimitatis.*

50 *Contra quod hæc sit levis conjectura.*

51 *Et de Stylo notariorum communiter soleat apponi, & n. 53.*

52 *Amplia ut non admittatur, etiamsi essemus inter descendentes, & n. 54.*

55 *Limita, ut hujusmodi conjectura operetur juncta cum alijs, digressu ad plures gradum substitutionum, contemplatione agnationis, vel alijs similibus, secus ijs deficientibus.*

56 *Item limita, quando non solum fuerit adjecta qualitas legitimitatis, sed volita etiam nativitas ex vero, & legitimo matrimonio.*

57 *Contrarium sentientes referuntur.*

58 *Declarantur procedere in transversalibus, non in descendentibus Testatoris.*

59 *Sicuti solum in descendentibus procedit conjectura desumpta ex volita qualitate legitimorum, & naturalium.*

60 *Item admittitur, si legitimati fuerint exclusi, & solum in defectum legitimorum vocati, & de ratione.*

61 *Item si una cum legitimis positi fuerint in conditione etiam naturales, ubi pariter de ratione.*

62 *Positi in conditione censentur vocati in casibus, in quibus non verificatur ratio* Glos. in l. Lucius *quod ab intestato succedant.*

63 *A regula, quod positi in conditione non censeantur vocati, non receditur nisi ex concludentibus conjecturis, non ex ambiguis, & frivolis.*

64 *Leves admittuntur concomitantibus solum efficacibus, & validis, alias secus.*

65 *Amplia quamvis versemur in descendentibus, in quibus licet leviores sufficiant, debent tamen concludere voluntatem eos vocandi.*

1 HÆc decisio est confirmatoria alterius præce-
dentia, quæ habetur supra decis. 2.
Opinionem, quam communem, & recep-
tam in hoc Rotæ Auditorio testatur bæc decis. n. 1.
& seqq. & n. 28. semper talis permansit successivis
2 temporibus, in quibus constanter recepta, & ca-
nonizzata fuit opinio Gloss. in l. Lucius la 2. verb.
liberos ff. de bæredib. instituend. ut plenè testantur
decisiones Rotæ Florentinæ relatæ in decis. 60. n. 3.
inter impressas coram me, infrà decis. 45. num. 1.
& seqq. decis. 62. n. 14. decis. 73. n. 2. & seqq. in Flo-
rentina fideicommissorum de Albizis 24. Septemb. 1721.
§. idemque coram D. meo Audit. Bonsinia, & plenius
in Florentina fideicommissi 9. Septembris 1719. artic. 1.
n. 2. & seqq. cor. me, ubi ex quibus conjecturis ex re-
cedatur a dicta regula, & opinione Gloss. fusè exami-
natur, & latè etiam in Florentin. Immissionis 28. Septemb.
1725. in causa Albizi, e Buontalenti artic. 1. & per tot.
pariter coram me, in tertio mearum decisionum volu-
mine, Deo dante, imprimendis, quibus addimus Ro-
land. Cavagnol. decis. tom. 2. decis. 72. n. 23. & seqq.
Rota Romana pariter sententiam dictæ Glossæ
semper amplexa est, ut antiquioribus relatis videre
3 est in Tarentina Immissionis 26. Februarij 1706. §. Si-
stebat coram Ansalda, in Sutrina Immissionis super fi-
deicommisso 19. Aprilis 1709. §. de existentia & seqq.
coram bo: mei Molines, & in Asculana successionis 8.
Maij 1713. coram Eminentiss. D. mea Cardinali Fal-
conerio, & 5. Martij 1714. §. posito, & seqq. & per tot.
coram eadem, & primo Aprilis 1715. §. insus coram Re-
verendiss. Crispo impress. post præsentem addit. ap-
pend. 1. n. 3. append. 2. n. 2. & append. 3. n. 1. in Sutrina
fideicommissi 17. Januarij 1718. §. arduam coram Her-
rera, in Bononien. fideicommissi Antonij Galeatij de
Bargellinis 4. Februarij 1718. §. at quod, & seqq.
coram R. P. D. meo Cerro, in Romana prætensa Immis-
sionis 13. Maij 1720. §. quamquam, & seqq. & 27.
Januarij 1721. coram R. P. D. Rovault de Gamaches,
in Romana, seu Neapolitana successionis 10. Maij 1723.
§. quin talem coram R. P. D. mea Cerra, in Fanen. Im-
missionis 18. Februarij 1724. §. absque eo quod coram
Reverendiss. D. mea Aldrovanda.

Ad num. 7. & seqq.

Non censentur vocati, quamvis quæstio sit in-
ter filios, & descendentes Testatoris; qualitas enim
descendentiæ operatur quidem, ut leviores conje-
cturæ sufficiant pro inducenda vocatione, sed de
per se vocationem non inducit, alias quando quæ-
stio est de filijs, & descendentibus in conditione po-
sitis non esset opus descendere ad examen conjectu-
rarum pro desumenda illorum vocatione, prout fa-
4 ciunt omnes DD. & Tribunalia nemine excepto, si
sola filiatio, & descendentia sufficeret pro voca-
tione, ut reprobatis contrarijs benè explicat bo: me:
Concivis, & olim Collega meus Constantin. ad Statut.
Urb. annot. 36. num. 131. & seqq. Rot. Florent. apud
Torr. var. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de substit. & fi-
deicomm. decis. 10. num. 111. & supra decis. 2. n. 27.
& seqq. & in præsenti decisione num. 8. Rot. coram
Manzaned. decis. 514. num. 8. & 9. & in Fanen. im-
missionis 18. Februarij 1724. §. absque eo quod coram
Reverendiss. D. mea Aldrovando.
Et quamvis contrariam partem, quod qualitas
descendentiæ operetur vocationem positorum in con-
5 ditione, ne filij excludantur a paterna hæreditate,
post plures, quos adducunt, in specie tueantur Pau-
lat. dissert. 69. num. 23. Torr. de primogenit. tom. 2.
quæst. 32. n. 4. fol. 145. Sess. decis. Aragon. 65. n. 7.
Rot. Florentin. infra decis. 45. n. 5. apud Palm. Nep.
decis. 419. n. 8. Rot. Rom. coram Seraphin. decis. 1329.
n. 2. & apud Actolin. resol. 73. n. 99.
Hæc tamen secunda opinio solum procedere
6 posset, quando aliæ concurrerent conjecturæ, qui-
bus qualitas personæ descendentis a Testatore pos-
set aliquam efficaciam tribuere, ut declarat Rot.
Florentin. supra dict. decis. 2. n. 27. & 28. alijque su-
perius relati n. 1.

Ad num. 9. & seqq.

Digressus ad plures gradus substitutionum quan-
do operetur vocationem filiorum in conditione po-
sitorum, & quando non, vide ea, quæ plenè scripta 7
fuerunt in decis. Florentin. 60. n. 10. & seqq. coram
me, & latius in Florentina fideicommissi 9. Septem-
bris 1719. artic. 1. n. 5. & plurib. seqq. pariter co-
ram me in tertio volumine mearum decisionum im-
primenda.

Ad num. 12. & seqq.

Non est conjectura sufficiens evitatio absurdi,
quod extranei essent melioris conditionis, quam de-
scendentes, & quod remotiores, & minus dilecti
præferantur proximioribus, & magis dilectis, in spe- 8
cie Venturin. consil. 2. n. 282. & seqq. tom. 1. Mell.
alleg. 121. n. 26. & alleg. 122. n. 12. & seqq. lib. 3.
Castald. consult. 34. n. 13. Constantin. ad Statut. Urb.
d. annot. 36. n. 271. & seqq. ubi de veriori. Thomat.
decis. Marchiæ 23. n. 15. & seqq. relati in d. Floren-
tina immissionis 1725. artic. 1. n. 41. coram me, &
supra d. decis. 2. n. 9. & seqq. & apud Palm. Nep.
decis. 478. n. 38. Rot. Rom. in recent. decis. 79. n. 12.
part. 8. decis. 383. n. 27. & seqq. part. 15. in Mele-
vitana fideicommissorum 22. Junij 1714. §. subseque-
bantur, & 8. Aprilis 1715. §. similiter coram Emi-
nentiss. D. meo Cardinali Scotto, & in Firmana im-
missionis 28. Junij 1717. §. levioris, & seqq. coram
R. P. D. meo Insiara, ubi quod alias actum esset de
dispositione Gloss. in d. l. Lucius, in cujus casu sub-
stituti fuerunt nedum extranei, sed etiam servi Te-
statoris, & tamen dictum fuit, quod filij in condi- 9
tione positi non censebantur vocati, sed solum eis
reservata successio ab intestato.
Contrarium tamen, quod ex vocatione Colla-
teralium remotiorum, vel extraneorum, qui mi-
nus dilecti sunt, præsumendum sit Testatorem vo-
care etiam voluisse filios descendentes, & proxi-
miores, erga quos civilia, & naturalia Jura de ma- 10
jori affectione dubitare non sinunt Altograd. contr. 36.
n. 55. & 56. Actolin. resolut. 73. n. 15. & seqq. ubi
respondet objectis, & plenè examinat materiam,
ibique Rot. Rom. n. 102. Castald. consult. 52. num. 6.
Rodulphin. alleg. 52. n. 9. & seqq. & alleg. 56. n. 6.
Paulat. dissert. 69. n. 21. D. meus Audit. Calderon. re-
sol. 94. n. 13. Leo decis. Valent. 209. num. 40. Capyc.
Latr. decis. 110. n. 20. & 22. Rot. Florent. apud Torr.
variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fidei-
comm. d. decis. 10. n. 54. fol. 458. & infra decis. 130.
n. 57. apud Palm. Nep. d. decis. 429. num. 17. & in
dict. Florentina fideicommissi 9. Septembris 1719. ar-
tic. 1. n. 63. coram me, & in Florentina fideicommissi
de Fabbrinis 5. Septembris 1720 §. sexto modo, &
seqq. coram D. meo Audit. Casaregia, & in d. Flo-
rentina immissionis 28. Septemb. 1725. artic. 1. n. 24.
& seqq. ubi plenè coram me. Constantin. ad Statut. Urb.
dict. annot. 36. num. 191. & 202. & seqq. Rot. Rom.
post eum decis. 106. n. 9. coram Rembold. decis. 487.
n. 5. Buratt. decis. 385. n. 10. & decis. 387. num. 6.
Dunozet. Jun. decis. 418. n. 5. & decis. 501. num. 11.
Cels. decis. 181. n. 13. Priol. decis. 213. n. 5. Eme-
rix decis. 251. n. 4. decis. 336. num. 8. & decis. 976.
n. 10. in recent. decis. 16. n. 6. part. 14. decis. 345.
n. 19. part. 16. decis. 276. n. 21. & seqq. & num. 33.
& decis. 481. n. 5. part 18. & in Asculana successio-
nis 1713. & 1715. impressa post præsentem addi-
tionem append. 1. n. 16. & append. 3. n. 7. & 16.
Et hæc secunda opinio dumtaxat procedit,
quando est associata alijs conjecturis gravioribus
concludentibus, & quæ fuerunt a Doctoribus, & 11
Tri-

Tribunalibus receptæ, & approbatæ *Rot. Florent. apud Palm. Nep.* ſæpeallegata *deciſ.* 478. *num.* 36. *& ſeqq. & n.* 44. *& in d. Florentin. immiſſionis* 28. *Septembris* 1725. *artic.* 1. *num.* 44. *& ſeqq. coram me* alijque ſupra allegati.

Levis eſt conjectura deſumpta ex clauſula co-
12 dicillari, in ſpecie *Cyriac. controv.* 302. *n.* 7. *Palm. Nep. alleg.* 254. *n.* 10. *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 473. *n.* 227. *Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annot.* 36. *n.* 253. *& ſeqq.* ubi adducit, & reprobat contrarios, *& n.* 267. *Torr. variar. Jur. quæſt. tom.* 1. *tit.* 2. *de ſubſtitut. & fideicommiſs. quæſt.* 29. *n.* 80. *& ſeqq. fol.* 356. *& de primogenit. part.* 2. *quæſt.* 55. *n.* 67. *verſic. ſecundò firmat Rot. Rom. coram Zarat. deciſ.* 63. *num.* 17. *in recent. deciſ.* 383. *n.* 26. *part.* 15. *Rot. Florent. ſupra deciſ.* 2. *n.* 3. *& ſeqq. deciſ.* 60. *n.* 31. ubi plures referuntur *coram me, & apud Palm. Nep. d. deciſ.* 478. *n.* 36. *& ſeqq. & n.* 44. *& ſeqq.* ubi plures concordantes.

13 Et ex alia clauſula omni meliori modo, in puncto *Cyriac. controv.* 302. *n.* 7. *Seminiat. controv.* 53. *n.* 63. *Palm. Nep. d. alleg.* 254. *n.* 10. *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 473. *n.* 227. *Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annot.* 36. *n.* 256. ubi plures refert, *& num.* 267. *Torr. variar. Jur. quæſt. tom.* 1. *tit.* 2. *de ſubſtitut. & fideicommiſs.* ſæpecitata *quæſt.* 29. *num.* 80. *& ſeqq. fol.* 356. *& de primogenit. part.* 2. *quæſt.* 55. *n.* 67. *verſic. ſecundò firmat, Rot. Florent. ſupra d. deciſ.* 2. *n.* 3. *& ſeqq. Rot. Rom. coramBoratt. deciſ.* 385. *n.* 7. *in recent. deciſ.* 200. *in fin. & deciſ.* 385. *n.* 26. *part.* 15.

Et quamvis plures in contrarium ſenſerint pro vocatione filiorum in conditione poſitorum vigore
14 hujus clauſulæ, & alterius clauſulæ codicillaris, in individuo *Paulut. d. differt.* 69. *n.* 22. *Rot. Florent. apud Palm. Nep. d. deciſ.* 429. *n.* 21. *& apud Torr. variar. Jur. quæſt. tom.* 1. *tit.* 2. *de ſubſtit. & fideicommiſs. dict. deciſ.* 10. *n.* 60. *Rot. Rom. coram Dunozet. Jun. deciſ.* 487. *n.* 19. *Emerix. Jun. deciſ.* 251. *num.* 18. *in recent. deciſ.* 133. *n.* 7. *part.* 1. *deciſ.* 61. *n.* 11. *part.* 7. *deciſ.* 28. *n.* 2. *part.* 8. *dict. deciſ.* 481. *n.* 22. *& deciſ.* 690. *num.* 13. *part.* 18. *& apud Adolin. dict. reſolut.* 73. *n.* 104.

Attamen hæc ſecunda opinio nec vera, nec recepta eſt inter DD. ſolumque ambo iſtæ conjecturæ poſſent eſſe operativæ, ſi aliæ plures urgentes, & efficaciores concurrerent, nam ſi ceteræ leves
15 eſſent, generales, & indifferentes, non eſſent attendendæ, nec in aliqua conſideratione habendæ, ut declarant in puncto *Cyriac. d. controv.* 302. *n.* 7. *Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt.* 473. *n.* 227. *Conſtantin. ad Statut. Urb. citat annot.* 36. *n.* 254. *Torr. de primogen. part.* 2. *d. quæſt.* 55. *n.* 67. *verſ. ſecundò firmat, variar. Jur. quæſt. tom.* 1. *tit.* 2. *citat. quæſt.* 29. *num.* 80. *& ſeqq. fol.* 356. *Rot. Florent. apud Palm. Nep. dict. deciſ.* 478. *n.* 36 *& ſeqq. & n.* 44 *Rot. Rom. coram Emerix Jun. d. deciſ.* 251. *n.* 18. *&* 19.

Tantoque magis ſi conſtet clauſulas prædictas non fuiſſe appoſitas favore filiorum in conditione
16 poſitorum, ſed reſpiciat ſubſtitutionem loci Pij, vel alterius, in ſpecie *Seminiat. d. controv.* 53. *n.* 62.

Quod ſi iſtæ conjecturæ recipiendæ eſſent ſemper, & in omnibus caſibus, filij in conditione poſiti cenſeri deberent vocati, cum nullum ferè adſit teſtamentum, in quo hujuſmodi clauſulæ appoſitæ,
17 & inſertæ non ſint, ut bene in ſpecie conſiderant *Fuſar. de ſubſtitut. dict. quæſt.* 473. *n.* 227. *Conſtant. ad Statut. Urb. d. annot.* 36. *n.* 55. *Torr. de primogen. tom.* 2. *quæſt.* 55. *n.* 67. *verſic. ſecundò firmat, variar. Jur. quæſt. tom.* 1. *tit.* 2. ſæpeallegata *quæſt.* 29. *n.* 81. *&* 82. *fol.* 356. *Rot. in recent. deciſ.* 281. *num.* 16. *part.* 5. *deciſ.* 200. *n.* 18. *&* 25. *part.* 15. & poſt plures, quos refert proſequitur *Rot. Florent. dict. deciſ.* 60. *n.* 32. *coram me, & ſupra d. deciſ.* 2. *num.* 3. *& ſeqq.*

Ad num. 26. *& ſeqq.*

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi verſemur in ſubſtitutione compendioſa, nam ſicut reſpectu vulgaris ſubſtitutionis in ea contentæ illi
dicuntur vocati, ita eodem modo vocati dici de- 18
bent reſpectu fideicommiſſariæ, ne duplex ſubſtitutio in eadem compendioſa contenta diverſo jure cenſeatur, in ſpecie *Socin. Jun. conſil.* 174. *num.* 24. *& ſeqq. lib.* 2. *Giovagnon. d. conſil.* 79. *num.* 24. *&* 25. *lib.* 1. *Cyriac. controv.* 96. *n.* 73. *Adolin. d. reſol.* 73. *num.* 21. *& ſeqq. Conſtantin. ad Statut. Urb. dict. annot.* 36. *n.* 263. *&* 264. *Sperell. deciſ.* 151. *num.* 31. *Rot. Rom. coram Dunozet. Jun. deciſ.* 487. *num.* 12. *&* 13. *Emerix Jun. d. deciſ.* 251. *num.* 10. *&* 11. *in recent. deciſ.* 355. *num.* 8. *part.* 5. *deciſ.* 484. *n.* 10. *part.* 9. *deciſ.* 481. *n.* 12. *&* 13. *part.* 18. *Rot. Florent. apud Palm. Nep. d. deciſ.* 429. *num.* 12. *Torr. de primogenit. tom.* 2. *quæſt.* 55. *n.* 38. *fol.* 381. *eadem Rot. Florent. apud eum variar. Jur. quæſt. tom.* 1. *tit.* 2. *de ſubſtit. & fideicommiſs. d. deciſ.* 10. *n.* 49. *&* 50. ubi plures alios refert *fol.* 457. & quamvis hæc de-
ciſio ſit votum unius tantum ex Judi[illegible] contra ſen- 19
ſum aliorum duorum, inter quos Clariſs. J. C. Petrus Pacionus, ut in eorum deciſione ibidem impreſſa *fol.* 461. *& ſeqq.* ſententia tamen unius Judicis ab
iſtis diſcordantis confirmata fuit, ut dixi ego ipſe 20
in Florentina fideicommiſsi 9. *Septembris* 1719. *artic.* 1. *n.* 14. *& Rot. Rom. in Aſculana ſucceſſionis* impreſſa poſt præſentem additionem *append.* 3. *n.* 13. *&* 14.

Contra quod ſubſtitutio compendioſa non im-
portet vocationem filiorum in conditione poſito- 21
rum, in puncto *Zanch. in l. heredes mei §. cum ita n.* 71. *ff. ad Trebellian. Anel. Amat. conſil.* 91. *n.* 17. *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 473. *n.* 221. *Conſtantin. ad Statut. Urb. d. annot.* 36. *n.* 262. *& ſeqq. Rot. Bononien. ap. d Giovagnon. conſil.* 72. *n.* 172. *lib.* 1. *Torr. variar. Jur. quæſt. tom.* 1. *tit.* 2. *de ſubſtit. & fideicommiſs. d. quæſt.* 29. *n.* 52. *fol.* 354. *& de primogenit. part.* 2. *quæſt.* 55. *n.* 67. *Rot. Rom. poſt eum deciſ.* 61. *n.* 9. *coram Royas deciſ.* 115. *n.* 10. *in recent. deciſ.* 222. *num.* 15. *part.* 5. *deciſ.* 200. *n.* 21. *& ſeqq. part.* 15. ubi adducit rationem, *& deciſ.* 79. *num.* 16. *part.* 18. *Rot. Florent. deciſ.* 60. *n.* 30. *coram me, & ſupra d. deciſ.* 2. *n.* 14. *& ſeqq.* & in hac noſtra deciſione *n.* 27. *& ſeqq.*

Iſtaque ſecunda opinio verior, & receptior eſt, & prima ſolum recipi poſſet, ſi pro vocatione aliæ
conjecturæ, & circumſtantiæ concurrerent, ut pro- 22
ſequuntur mox citatæ auctoritates, & ſignanter *Conſtantin. ad Statut. Urb.* ſæperelata *annot.* 36. *n.* 264.

Quod ſi compendioſa reſpiciat tempus mortis primorum hæredum operari ſolum poſſet inter ip-
ſos vocationem, non inter filios, & nepotes, in ſpe- 23
cie *Rot. apud Paulut. differt.* 69. *deciſ.* 2. *n.* 10. *cum duob. ſeqq.* ubi alios citat.

Ad num. 30. *& ſeqq.*

Conjectura deſumpta ex vocatione poſthumorum, quaſi quod ſi Teſtator voluit iſtos vocare, multo magis vocare voluiſſe dicendum ſit jam natos poſitos in
conditione tanquam ſibi cognitos, & veriſimiliter ma- 24
gis dilectos, licèt approbetur a *Mantic. de conjectur. lib.* 11 *tit.* 2. *n.* 16. reprobatur tamen a *Rot. Florent. ſupra d. deciſ.* 2. *n.* 18. *& ſeqq.* ubi reſpondetur rationi-
bus adductis a *Mantic.* & dicitur in hac *deciſ.* quæ 25
eſt illius confirmatoria *n.* 34. *&* 35.

Ad num. 35. *& ſeqq.*

Cenſentur vocati facta ſubſtitutione reciproca,
quæ importat, ut ultimo morienti ſuccedatur *Al-* 26
tograd. controv. 36. *n.* 35. *D. meus Audit. Calderon. reſol.* 39. *num.* 6. *& reſol.* 94. *n.* 7. *Rot. Rom. coram Dunozet. Jun. deciſ.* 518. *n.* 6. *Royas deciſ.* 481. *n.* 6. *Merlin. deciſ.* 447. *n.* 3. *& ſeqq. Emerix Jun. dict. deciſ.* 251. *num.* 8. *dict. deciſ.* 471. *n.* 3. *& deciſ.* 976. *n.* 11.

n. 11. Caprar. decis. 250. n. 6. & decis. 649. num. 5. in recent. decis. 481. num. 9. part. 18. & decis. 328. num. 11. part. 19. post Constantin. ad Statut. Urb. decis. 106 n. 6. decis. 111. n. 4. & decis. 117. n. 10. & decis. 118 n. 10. & seqq. post de Luc. de fideicommiss. decis. 18. n. 9. Rot. Florent. apud Palm. Nep. citat. decis. 429. n. 14 in Florentina fideicommissi de Fabbrinis 5. Septembris 1720. §. secunda desumitur coram D. meo Audit. Casaregio, & in d. Florentina fideicommissi 9. Septembris 1719. artic. 1. n. 36. 65. 70. & 71. coram me, & in citata Florentina immissionis 28. Septembris 1725. artic. 1. n. 3. & seqq. ubi de ratione, & plurimi referuntur concordantes pariter coram me.

Contrariam tamen opinionem plures sustinent,
quia reciproca inter primos volita non operatur,
27 quod alij non reciprocati censeantur vocati jure,
& titulo fideicommissi, in specie Palm. Nep. d. alleg. 254. sub n. 7. & seqq. ubi plures refert, & respondet rationi, in qua fundatur contraria opinio Hodiern. controv. 10. n. 12. & seqq. Conciol. alleg. 41. n. 29. Castald. consult. 34. n. 11. Constantin. ad Statut. Urb. dict. annot. 36. n. 211. & seqq. ubi adducit, & reijcit contrarios. Grivel. decis. 125. n. 56. Turr. variar. Jur. quaest. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fideicommiss. citat. quaest. 29. num. 50. fol. 353. Rot. post eum de primogenit. decis. 61. n. 8. coram Peutinger. decis. 258. n. 13. Royas decis. 110. num. 14. Bich. decis. 205. n. 7. Zarat. decis. 63. n. 13. in recent. decis. 425. n. 9. part. 9. post discept. Contr. decis. 71. num. 5. in Tarentina immissionis 26. Februarij 1706. §. reciprocam, & seqq. coram Ansaldo, in d. Sutrina fideicommissi 17. Januarij 1718. §. arduam coram Herrera, in d. Romana, seu Neapolitana successionis 10. Maij 1723. §. quin talem coram Cerro, & in Faven. immissionis 18. Februarij 1724. §. & quamvis coram Reverendiss. D. meo Aldrovando Rot. Florent. d. decis. 60. n. 29. coram me, ubi reprobat contrarium tenentes, relati in dict. Florentina immissionis 28. Septembris 1725. artic. 2. num. 36. pariter coram me.

Imò potius retorquetur hæc conjectura, quia
si inter primos institutos apposita fuit reciproca, ex
28 hoc eruitur præter eosdem personas nullum aliud
volitum fuisse gravamen Rot. in dict. Romana, seu Neapolitana successionis 1723. §. quin talem.

Quæ secunda opinio verior, & receptior est, ut ostendunt nedum auctoritates mox recensitæ, sed etiam consideratio, quod prima opinio est contra
Textum expressum in l. hæredes mei 57. §. cum ita
29 ff. ad Trebellian. in quo disponitur filios in condi-
tione positos vocatos non censeri, quamvis adesset substitutio reciproca inter primos, ut patet ex lectura dict. leg. & in individuo observat Palm. Nep. d. alleg. 254. sub n. 8.

Et tunc solum a substitutione reciproca desumi posset argumentum, & una ex conjecturis pro vocatione positorum in conditione, quando cum ea
essent unitæ aliæ efficaciores conjecturæ, non verò
30 quando istæ sunt ejusdem qualitatis, nempe minus
validæ efficaces, & convincentes, ut distinguendo in nostris terminis, declarant Torr. variar. Jur. quaest. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fideicommiss. d. quaest. 29. n. 51. Rodulphin. d. alleg. 51. n. 14. & d. alleg. 55. n. 12. Mans. supplement. fideicommiss & legat. tom. 9. consult. 73. n. 2 & 3. bo: me: Concivis, & olim Collega meus Constantin. ad Statut. Urb. sæpecitata annot. 36. n. 215. & seqq. Rot. Rom. post eum decis. 56. n. 14. & d. decis. 111. n. 6. decis. 118. n. 11. & coram Bich. decis. 605. in fin. Rot. Florent. in sæpecitata Florentina immissionis 28. Septembris 1725. artic. 1. n. 44. & seqq. coram me.

Vel quando versaremur in descendentibus, non
si quæstio sit cum transversalibus, in individuo Ru- 31
dulphin. d. alleg. 51. n. 14. & citat. alleg. 55. n. 12. Constantin. ad Statut. Urb. d. annot. 36. n. 214. Rot. Rom. apud Paulut. dissert. 69. decis. 2. n. 13.

Vel quando post ordinatam reciprocam inter
primos, deficiente uno ex eis sine filijs, nedum fuit
substitutus superstes, sed etiam illius filij, nam si
Testator voluit substituere nepotes patruo defun- 32
cto, multo magis vocare, & substituere voluisse dicendum est filios in conditione positos in portione proprij parentis, ut relatis pluribus Rotæ decisionibus prosequitor Constantin. ad Statut. Urb. allegata annot. 36. n. 217.

Ad num. 39. & seqq.

Censentur etiam vocati filij, qui in conditione positi sunt ex onere in perpetuum faciendi pro anima Testatoris unum anniversarium, perpetuæ manutentionis lampadum, celebrationis alicujus festivitatis in perpetuum, distribuendi dotes quolibet anno, prout ex jure nominandi ad Cappellaniam ejus hæredibus, & descendentibus in perpetuum relicto, & ex gravamine restituendi bona, alioque simili, ea ratione, quia cum gravari non possit, qui non fuit honoratus, ex substitutione alicui facta, vel grava-
mine eidem injuncto modis mox relatis infertur ad 33
vocationem positorum in conditione Conciol. allegat. 13. n. 23. & seqq. Rot. Florent. apud Palm. Nep. citat. decis. 429. n. 18. & seqq. & in dict. Florentina fideicommissi de Fabbrinis 5. Septembris 1720. §. nihilque, & seqq. coram D. meo Audit. Casaregio, citata decis. 60. n. 17. coram me, & in d. Florentina immissionis 28. Septembris 1725. artic. 1. num. 15. & seqq. & n. 27. & seqq. coram me Rot. Rom. coram Emerix Jun. d. decis. 251. n. 16. & 17. & coram Caprar. decis. 250 n. 1. & 9.

Hanc tamen conjecturam plures reprobant, ut 34
in specie considerant Redemisc. consil. 30. num 54. & seqq. Altograd. consil. 60 num. 121. lib. 1. Saminiat. d. controv. 53. n. 59. D. meus Audit. Calderon citat. resol. 61. n. 29 & seqq. Fusar. de substitut. quaest 480. n. 18. Constantin. ad Statut. Urb. d. annot. 36. n. 265. Rot. Florent. apud Palm. Nep. dict. decis. 478. n. 36. & seqq. 40. & seqq. & num. 58. & seqq. & infra decis. 73. n. 3. decis. 112. n. 21. & seqq. & decis. 130. num. 52 & 57. Rot. Rom. coram Baratt. decis. 385. n. 4. & decis. 387. n. 8. Royas decis. 110. n. 12. & decis. 123. n. 10. Cerr. decis 945. num. 1. in recent. decis. 385 n. 45. part. 9. d. decis. 200. n. 8. & decis 383. n. 10. part. 15 & decis. 287. n. 12. part. 19. & post Paulut. dissert. 69. d. decis. 2. num 14. & in d. Firmana immissionis 28. Junij 1717. §. quemadmodum coram R. P. D. meo Foscaro.

Hujusmodi enim onera afficiunt quidem bona
hæreditaria, ut in quemcumque transeant, tali one-
re affecta sint, sed fideicommissum non inducunt, in 35
puncto Constantin. ad Statut. Urb. relata annot. 36. n. 265. Saminiat. d. controv. 53. sub n. 59. Rot. Lucen. apud eumdem controv. 55. n. 27. Rot. Rom. in recent. d. decis. 200. n. 8. & citat. decis. 383. num. 10. part. 15. in Romana fideicommissi 22. Junij 1716. §. ac non dispari coram Cerro, & in d. Firmana immissionis 28. Junij 1717. §. quemadmodum coram R. P. D. meo Foscaro.

Sed contrariæ auctoritates, & opiniones ad concordiam redocuntur, ut prima procedat, quando concurrunt aliæ conjecturæ pro inducenda vocatio-
ne positorum in conditione, & secundæ opinioni lo-
cus sit, si aliæ circumstantiæ hanc conjecturam coa- 36
djuvantes deficiant, ut exemplificant, & declarant Constantin. ad Statut. Urb. citat. annot. 36. n. 266. Dyn. decis. civil. 31. n. 58. & seqq. Rot. Rom. coram Caprar. d. decis. 250. n. 2. & 3. Rot. Florent. apud Palm. Nep. d. decis. 478. n. 36. & seqq. 40. & seqq.

& in-

frà d. decis. 112. *n.* 22. *& in d. Florentina immissionis* 28. *Septembris* 1725. *artic.* 1 *n.* 28 *coram me.*

Vel procedit prima opinio, quando ista con-
jectura adducitur pro fideicommisso jam inducto pro-
rogando, sed ex hoc non infertur, quod admitti de-
37 beat pro suadenda vocatione filiorum in conditio-
ne positorum, in quibus talis qualitas non concur-
rit, ut plenè ad rem observat *Rot. Florent. decis.* 1.
n. 21. *& seqq. coram me.*

Et ad hoc, ut conjectura prædicta sit operati-
va vocationis, requiritur, quod onus nominatim sit
injunctum personis conditionaliter nominatis, nam
si Testator impersonaliter loquutus sit, & dubium
remaneat, an ipsius voluntas fuerit injungere onus
38 in conditione positis, vel hæredibus, illud nunquam
censetur impositum conditionaliter nominatis, egre-
giè *Rustic. olim Rotæ Florentinæ Auditor in tractat. an, & quando liberi, &c. lib.* 4 *cap* 5. *in princip. Peregrin. de fideicommiss. artic.* 12. *n.* 12. *in fine*, &
post plurimos, quos adducit plenè *Rot. Florentin. apud Palm. Nep. d. decis.* 478. *num.* 60. *& seqq. & in d. Florentina immissionis* 28. *Septembris* 1725. *artic.* 1. *n.* 19. *& seqq & n.* 28. *coram me in* 3. *volumine mearum decis.* imprimenda, & infrà *d. decis.* 112.
num. 24. ubi plures concordantes, *& n.* 26. *& decis.* 130. *n.* 52. *sub n.* 58.

Quodque onus prædictum, quando non est rea-
le, nec impersonaliter injunctum, sed præcisè di-
39 rectum ad personas operetur vocationem positorum
in conditione *Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 36.
num. 266. *Rot. Florent. penes Palm. Nep. d. decis.* 429.
num. 18. *&* 19 *& coram me decis.* 1. *n.* 14. *& seqq. & infrà dict. decis.* 130. *sub n.* 57. *&* 58. *& in dict. Florentina fideicommissi de Fabbrinis* 5. *Septemb.* 1720.
§. nihilque coram D. meo Audit. Casaregis. Rot. Rom. in recent. decis. 468. *n.* 8. *& seqq. part.* 13.

Nec substitutio dicitur nominatim facta, si or-
40 dinata sit post mortem plurium, ut prosequitur
Rot. Florentin. apud Palm. Nep. sæperelata *decis.* 478.
n. 64. ubi declarat contrarias auctoritates procede-
re, quando versamur in substitutione reciproca, in
41 qua verum est substitutionem ordinatam post mor-
tem plurium ultimo morienti factam censeri, ratio-
nemque differentiæ assignat, & infra *dict. decis.* 112.
num. 28.

42 Quinimo nec etiam si onus impositum sit ulti-
mo vocato, quia tunc intelligitur quatenus hære-
ditas ad eum perveniat, & vocationem non induci-
cit *Concisl. d. alleg.* 13. *n.* 24. *Rot. coram Bich. decis.* 424. *n.* 6.

Prout onus non diceretur nominatim adjectum,
si illud fuisset injunctum hæredi, ejusque successo-
ribus, sub quorum nomine veniunt hæredes bono-
43 rum, non filij in conditione positi, ut prosequuntur
in specie *Redenasc. d. consil.* 30. *n.* 53. plenè *Saminiat. d. controv.* 53. *n.* 50. *& plurib. seqq.* ubi respondet
objecto, quod si Testator verbum successores pro
descendentibus accepit, dum posuit filios in con-
44 ditione, in eodem sensu accipi debeat, dum illos
gravavit onere perpetuo.

Si tamen verba ampla, & generalia sint, & fi-
lij in conditione positi sint in alia parte substituti,
45 tunc sub nomine hæredum venirent etiam positi in
conditione, ut pluribus adductis, plenè in *d. Florentina immissionis* 28. *Septembris* 1725. *artic.* 1. *n.* 19.
& seqq. coram me.

Quid si onus fuit injunctum institutis, & sub-
46 stitutis, tali casu non adaptatur positis in condi-
tione pro illorum vocatione *Rot. Florent. citat. decis.* 60. *n.* 18. *coram me*, & infrà sæpeallegata *decis.* 112. *n.* 37. *&* 38.

Præcipuè si substituti vocati sint per vulgarem;
in tali enim hypothesi gravamen dicitur impositum
eveniente solum casu substitutionis vulgaris, & non 47
aliter *Rot. Florent.* sæpecitata *decis.* 60. *n.* 19. *coram me*, & me honorificè citato *in d. Florentina fideicommissi de Albizis* 24. *Septembris* 1721. *§. vel quatenus coram D. meo Audit. Bonfinio sen.* ubi plures con-
cordantes.

Nec desunt, qui teneant, quod si gravamen,
& onus respiciat domum, vel aliam rem particu-
larem, validum desumi non possit argumentum pro
vocandis in conditione positis in tota hæreditate,
vel fideicommisso universali. Sed contrarium, quod
ordinato universali fideicommisso super omnibus bo-
nis, si postea filiis positis in conditione injun-
cta sit specialis prohibitio alienandi aliquam rem
particularem, quod ex hoc oriatur præsumptio
illorum vocationis quoad omnia bona, quia cum
hæc prohibitio supponat antecedentem vocationem,
quæ ex alio fonte desumi non potest, quam ex quo
filij fuerunt positi in conditione, illique in condi-
tione positi fuerunt respectu universæ hæreditatis, 48
& fideicommissi, tali casu in tota hæreditate, & fi-
deicommisso vocati censeri debent, ut pluribus ad-
ductis auctoritatibus, & Sacræ Rotæ Romanæ deci-
sionibus benè fundat *Rot. Florent.* in sæpeallegata *Florentina fideicommissi de Fabbrinis* 5. *Septembris* 1720.
§. nihilque refert coram D. meo Audit. Casaregis in-
fra suis loco, & tempore imprimenda.

Ad num. 43. *& seqq.*

Censentur vocati si fuit volita qualitas legiti-
matis, in specie *Altolin. d. resol.* 73. *n.* 8. *& seqq.* 49
ibique *Rot. Rom. n.* 100. *Saminiat.* in causa Floren-
tina *controv.* 106. *n.* 7. *&* 8. *& controv.* 107. *n.* 17.
Torr. de primogenit. tom. 2. *dict. quæst.* 32. *num.* 5.
fol. 145. *Sess. decis. Aragon.* 65. *n.* 3. *Surd. decis.* 162.
per tot. Camuncul. decis. Bononien 58 *n.* 16. *Constantin. ad Statut. Urb. d. annot.* 36. *n.* 139. *& seqq. Rot. post eam decis.* 112. *num.* 5. *coram Gregor. decis* 319.
n. 6. *Merlin. decis.* 359. *n.* 5. *Dunozet. sen. decis.* 309.
n. 4. *Dunozet. Jun. decis.* 487. *n.* 10. *&* 11. *Cels decis.* 181. *n.* 12. *Emerix Jun. dict. decis.* 251. *n.* 7. *& decis.* 471. *n.* 5. *Caprar. d. decis.* 250. *n.* 5 *& dict. decis.* 649. *n.* 5. *in recent. decis* 526. *n.* 8. *part.* 13 *in Romana immissionis* 3. *Junij* 1709. *§. verbis coram Molines, in d. Asculana successionis* 1713. *&* 1. *Aprilis* 1715. *§. cæterum cor. Reverendiss. Crispo* impressis post
præsentem additionem *append.* 1. *n.* 11 *& append* 3.
num. 19. *& in Melevitana fideicommissorum* 22. *Junii* 1714. *§. subsequebantur, &* 8. *Aprilis* 1715 *§. similiter coram Eminentiss. D. meo Cardinali Scotto*, &
innumeris congestis *Rot. Florent. apud Palm. Nep. decis.* 429. *n.* 10. *&* 11. *apud Torr. variar. Jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *de substitut. & fideicommiss. dict. decis.* 10. *n.* 36. *& infra d. decis.* 130, *sub num.* 57. *in Florentina immissionis* 28. *Septembris* 1725. *artic.* 1.
n. 11. *coram me*, relati in præsenti nostra decisione
num. 43.

Contra quod hæc sit levis conjectura, in spe- 50
cie *Cirocch. discept.* 61. *num.* 56 *&* 57. *Caren. resolut.* 91. *n.* 25. *& seqq. & resolut.* 147. *n.* 9. *&* 10.
Mell. allegat. 122. *n.* 14. *&* 15. *lib.* 3. *Conciol. allegat.* 41. *n.* 30. *Castald. consult.* 34. *num.* 16. *&* 17.
Fusar. de substitut. quæst. 473. *n.* 75. *&* 76. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *glos.* 24. *n.* 13. *Torr. variar. Jur. quæst. tom* 1. *tit.* 2. *de substitut. & fideicommiss. quæst.* 29. *num.* 45. *& seqq. fol.* 353. *Saminiat. controv.* 53. *num.* 48. & pluribus adductis *Palm.*
Nep. alleg 254. *n.* 7. ubi quod hæc qualitas de sty- 51
lo Notariorum communiter solet apponi. *Zuccar. decis. Lucens.* 65. *n.* 13. *Sperell. decis.* 151. *n.* 21. *Senat. Pedemontan. apud Thesaur. decis.* 96. *n* 6. *Rot. Rom. coram Buratt. decis.* 385. *n.* 8. *Cels. decis.* 145. *n.* 11.
Arguel. decis. 32. *n.* 21. *Royas decis.* 110. *n.* 10. *in recent. decis.* 221. *n.* 12. *part.* 5. *decis.* 160. *num.* 16.
part. 10.

part. 1n. decis. 244. n. 10. & 11. part. 11. ubi quod
52 non admittitur etiamsi simus inter descendentes, decis. 244 n. 10 part. 12. decis. 231. n. 12. decis. 383.
n. 8. & 9. part. 15. decis. 79. n. 6. part. 18. & post
Paulut. differt. 69. d. decis. 2. n. 15. & in Firmana
immissionis 28. Junij 1717. §. hujusmodi coram R. P. D.
meo Foscaro, ubi quod clausula hæc potius ex stylo
53 Notariorum censetur apposita, quam ex voluntate
Testatoris, & in Romana, seu Neapolitana successionis 10. Maij 1723. §. quin talem coram Cerro, Rot.
Florent. apud Mugon. decis. 73. num. 8. in fin. apud
Palm. Nep. decis. 478. n. 37. apud Torr. variar. Jur.
quæst. tom. 1. tit. 2. decis. 10. n. 37. sæpeallegata de-
54 cis. 60. n. 26. & 27. coram me, ubi etiamsi quæstio
sit inter descendentes, & in d. Florentina fideicommissi 1719. artic. 1. n. 59. relati in d. Florentina immissionis 28 Septembris 1725. artic. 1. n. 37. coram
me, & firmatur in præsenti decisione n. 45.

Et solum admitti posset hæc conjectura, quando Testator ostendisset animum suum disponendi
pro contemplatione, & conservatione agnationis,
vel digressus fuisset ad plures gradus substitutionum,
perpetuitatem expetiisset, vel quid simile velle declarasset, propter quod vocatio positorum in conditione argui, & educi potuisset: istis autem deficientibus conjectura hæc de volita qualitate legi-
55 timitatis, & naturalitatis reijciendam, & parvi pendendam esse distinguendo tradunt in individuo Mel.
d. alleg. 122. num. 15. lib. 3. Saminiat. d. controv. 53.
n. 47. Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fideicommiss. d. quæst. 29. num. 46. & seqq.
fol. 353. Sperell. d. decis. 151. n. 20. & 21. Constantin. ad Statut. Urb. d. annot. 36. n. 157. Rot. Rom.
post eum d. decis. 111. n. 7. coram Buratt. decis. 387.
n. 3. Cels. decis. 145 num. 10. & 11. in recent. decis. 276. n. 11. & 12. part. 12 decis. 383. n. 6. & 7.
part. 15. & d. decis. 79. n. 7. & 8. part. 18. in Tarentina immissionis 11. Decembris 1705. §. detrusa coram Malines, & in dict. Firmana immissionis 28. Junij 1717. §. hujusmodi coram R. P. D. meo Foscaro,
Rot. Florent. d. decis. 60. n. 28. coram me, in dict.
Florentina fideicommissi 1719. artic. 1. num. 59. in fin.
& in d. Florentina immissionis 1725. artic. 1. n. 44.
& seqq. pariter coram me, & apud Palm. Nep. d. decis. 429. n. 10. d. decis 478. n. 36. & seqq.

Vel quando non fuissent positi in conditione
cum simplici qualitate legitimitatis, sed volita etiam
56 fuisset nativitatis ex vero, & legitimo matrimonio,
ut declarant in specie Ancl. Amat. consil. 91 n. 31.
Bellan. Jun. consil. 19. num. 3. & 5. Giovagnon. respons. 79. n. 18. lib. 1. Rodulphin. alleg. 51. num. 7. &
alleg. 55 n. 9. Altograd. controv. 36. n. 43. & seqq.
Constantin. ad Statut. Urb. dict. annot. 36. num. 156.
Viv. decis. 261. num. 16. Rot. Florent. apud Mugon.
decis. 73. num. 8. & apud Palm. Nep. d. decis. 429.
n. 11. apud Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. d.
decis. 10. n. 43. & post plurimos, quos refert in d.
Florentina fideicommissi de Fabbrinis 5. Septemb. 1710.
§. pro tertia coram D. meo Audit. Casaregio, inferius imprimenda Rot. Rom. decis. 200. n. 17. & seqq.
part. 5. recent.

Et quamvis non desint auctoritates conjecturam vocationis impugnantes etiam in casu, quo re-
57 quisita fuit qualitas nativitatis ex legitimo matrimonio, ut in terminis observat idem Rodulphin. d.
alleg. 51. num. 7. Rot. in recent. decis. 221. num. 12.
part. 5.

Istæ tamen procedunt, & intelligi debent, quando versamur in transversalibus, non in descenden-
58 tibus Testatoris, ut in puncto explicat idem Rodulphin. citat. alleg. 51. n. 7. in fin. & d. alleg. 55. n. 9.
in fin.

Quemadmodum pari modo conjectura desumpta
ex volita qualitate legitimorum, & naturalium non 59
recipitur, quando non versamur in descendentibus,
sed in transversalibus Crescb. d. discept. 61 n. 57.
Mel. alleg. 115. num. 16. alleg 121. n. 4. & dict. alleg. 122. n. 4. lib. 3 Constantin. ad Statut. Urb. dict.
annot. 36. n. 153. Grivel. decis. Dolan. 125. num. 77.
Rot. Rom. coram Royas decis. 110. n. 10.

Eoque magis admittenda esset prædicta conjectura ex qualitate legitimitatis desumpta, si extantibus filijs, & descendentibus legitimè natis, legitimati exclusi sint, & solum in illorum defectum vo-
cati, tunc enim legitimè natos ex testamento voci- 60
tos fuisse dicendum esset, ex quo alias legitimati
cum legitimè natis ab intestato succederent, ut prosequitur Giovagnon. d. respons. 79. n. 17. Constantin.
ad Statut. Urb. sæpecitata annot. 36. num. 158. Senat.
Mantuan. apud Surd. d. decis. 162. n. 7. Rot. Rom. in
recent. decis. 500. n. 3. part. 18.

Prout etiam talis conjectura recipienda esset,
si in conditione positi fuissent etiam filij naturales,
qui cum ab intestato non succedant, eis reservata
dici non potest successio ab intestato, ex quo desumitur conjectura vocationis illorum, quia alias
positio in conditione superflua, & inutilis remaneret, taliqve casu censerentur etiam vocati filij
legitimi positi sub eadem conditione, ne eadem substitutio diversimodè accipiatur, & naturales minus
dilecti meliorem sortiantur conditionem, quam le- 61
gitimi majorem prædilectionem habentes, ut pluribus adductis auctoritatibus optimè ratiocinatur
Constantin. ad Statut. Urb. d. annot. 36. n. 159. Rot.
Florent. apud Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de
substitut. & fideicommiss. d. decis. 10. n. 4. & egregiè etiam Rot. Rom. decis. 276. n. 13. & seqq part. 18.
tom. 1. & decis. 500. n. 3. & seqq. part. 18. tom. 2.
recent.

Et quod in casibus, in quibus filij in conditione positi ab intestato non succedunt, quorum respectu non verificatur ratio Gloss. in dict. l. Lucius
disponentis filios in conditione positos non censeri
vocatos, sed reservatam eis esse successionem ab
intestato, quod tunc cessante ratione, cessare etiam
debeat traditio dictæ Glos. & in talibus circumstan- 62
tiis filios in conditione positos censeri dispositivè
vocatos, observat Cuman. in d. l. Lucius in fine ff.
de hæred. instituend. Corn. consil. 74. sub n. 9. lib. 2.
Sacin. Jun. consil. 174. num. 25. lib. 2. Gratian. discept. 747. num. 7. Saminiat. in causa Florentina controv. 104. n. 32. & plenius controv. 105. n. 1. & plurib. seqq. Rot. Florent. in eadem causa apud Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fideicommiss. dict. decis. 10. n. 2. & plurib. seqq. ubi latè, & ex num. 15. fol. 450. & seqq. & n. 38. & seqq.
apud Cabull. consil. 181. num. 31. & seqq. lib 1. apud
Saminiat. controv. 108. n. 34. Rot. Rom. in sæpecitata Asculana successionis 1713. impressa post præsentem additionem append. 1. n. 4. & n. 19. & in illius confirmatoria anni 1714. infra pariter impressa append. 2. n. 4. & seqq. & anni 1715. append. 3.
num. 6.

Nec mirum si in hac nostra decisione nulla ex
prædictis conjecturis fuerit approbata; conjecturæ
enim ad hunc effectum debent esse concludentes,
ita, & taliter, ut animum Judicis suadeant ad credendum Testatorem vocare voluisse filios in conditione positos, alias si de tali voluntate non appareat, & conjecturæ sint frivolæ, ambiguæ, & mi-
nus concludentes, standum est regulæ, & traditio- 63
ni Glossæ in d. l. Lucius, in puncto Torr. variar. Jur.
quæst. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fideicommiss.
quæst. 29. n. 15. & seqq. fol. 351. & n. 38. & seqq.
Constantin. ad Statut. Urb. annot. 36. n. 112. & seqq.
ubi plures concordantes, & sub n. 282. versic. conjecturæ.

jecturæ. Rot. Rom. post unm decis. 118. *num.* 9. *coram Arguel. decis* 32. *n.* 11. *&* 12. *in rec. decis.* 79. *n.* 1. *&* 2. *& decis* 617. *n.* 2. *&* 6. *part.* 18. *& in Asculana successionis* 8. *Maij* 1713. *&* 5. *Martij* 1714. impressis post præsentem additionem *append.* 1. *num.* 8. *& seqq. & append.* 2. *n.* 14. *& in Asculana fideicommissi* 29. *Aprilis* 1722. *§. argentius coram R. P. D. meo Corio. Rot. Florent. penes Torr. variar. Jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *decis.* 10. *sub n.* 64. *& seqq. in Florentina fideicommissi* 9. *Septembris* 1719. *artic.* 1. *num.* 35. *coram me in* 3. volum mear. decis. imprimand. *& in d. Florentina fideicommissi de Fabbrinis* 5. *Septembris* 1720. *§. quo vero ad alterum in fine coram D. meo Audit. Casaregio.*

Et quamvis aliquæ in pluribus casibus approprobatæ sint a DD. & Tribunalibus, hoc tamen procedit, quando cum eis concurrunt aliæ validæ, concludentes, & efficaces, ad quas convalidandas etiam aliæ leves, & quæ de per se non concluderent uniri possunt; si verò leves conjecturæ fundamentum, & concomitantiam non habeant aliarum efficacium, & validitatem habentium pro ostendenda mente Te-
64 statoris vocandi filios positos in conditione nihil operantur, in specie *Palm. Nep. alleg.* 254. *n.* 11. *Altelin. resolut.* 73. *n.* 38. *Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 36. *sub n.* 131. *& n.* 276. *& seqq. Torr. variar. Jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *de substitut. & fideicommiss. d. quæst.* 29. *num.* 15. *& seqq. fol.* 351. *& n.* 39. *& seqq. & num.* 45. *& seqq.* & melius *num.* 83. *& seqq. fol.* 356. *Rot. Rom. coram Cels. decis.* 145. *n.* 34. *& post de Luc. de fideicommiss. decis.* 52. *n.* 12. *Rot. Florent. dict. decis.* 60. *n.* 34. *coram me, & in Florentina fideicommissi* 9. *Septembris* 1719. *artic.* 1. *n.* 74. *& seqq.* & in citata *Florentina immissionis* 28. *Septembris* 1725. *artic.* 1. *n.* 44. *& plurib. seqq.* pariter *coram me, apud Palm. Nep. d. decis.* 478. *num.* 36. *& seqq. & in dict. Florentina fideicommissi de Fabbrinis* 5. *Septembris* 1720. *§. eoque fortius coram D. meo Audit. Casaregio*, ubi plures decisiones Sacræ Rotæ allegantur infrà suis loco, & tempora imprimendis, & supra *dict. decis.* 2. *n.* 41. *& seqq.* & in hac nostra decisione *n.* 73. *& seqq.*

Idque etiamsi versemur in descendentibus Testatoris, quia licèt ex præsumpta affectione ipsius erga istos conjecturæ leviores sufficiant pro voca-
65 tione inducenda, nihilominus debent esse tales, quæ animum Judicis inducant ad juridicè credendum illos vocare voluisse, in individuo *Palm. Nep. dict. alleg.* 254. *num.* 4. ubi plures. *bo: me: Concivis, & olim Collega meus Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 36. *n.* 104. *& seqq.* ubi plures refert, *& n.* 108. *& seqq. Torr. variar. Jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *de substitut. & fideicommiss.* sæpecitata *quæst.* 29. *n.* 17. *& seqq. fol.* 351. *& de primogenit. part.* 2. *quæst.* 55 *n.* 11. *Rot. Rom. coram Buratt. decis.* 387. *num.* 1. *&* 2. *Cels. decis.* 145. *n.* 1. *in recent. decis.* 79. *num.* 1. *part.* 18. & pluribus relatis *in Firmana immissionis* 28. *Junij* 1717. *§. hanc autem, & seqq. coram R. P. D. meo Foscaro, Rot. Florent. decis.* 60. *n.* 6. inter hactenus impressas coram me, & supra sæpecitata *decis.* 2. *n.* 41. *& seqq. & apud Torr. variar. Jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *de substitut. & fideicommiss. dict. decis.* 10. *num.* 98. *fol.* 450.

R. P. D.
FALCONERIO
Nunc S. Rom. Ecclesiæ Cardinali
ASCULANA SUCCESSIONIS

Lunæ 8. Maij 1713.

ARGUMENTUM.

Filij in conditione positi censentur dispositive vocati, quando ob præmorientiam patris, vel matris ante casum fideicommissi apertum ad illorum favorem, ipsi filij nequeunt patri, vel matri ab intestato succedere; præsertim concurrentibus alijs conjecturis, de quibus in decisione, non obstante, quod agatur de dispositione transversalis.

SUMMARIUM.

1 *Ex injustitia sententiæ resultat læsio, & est locus in integrum restitutioni.*

2 *In conditione* si sine filijs *comprehenduntur omnes liberi.*

3 *Qui tamen non censentur dispositivè vocati, sed solummodo, quod ais reservata sit successio ab intestato.*

4 *Limita, quando ob premorientiam patris, vel matris ante casum fideicommissi ad eorum favorem filij nequeunt ab intestato succedere, quia tunc censentur dispositivè vocati, & de ratione.*

5 *Item limita stantibus conjecturis, quamvis deficiat contemplatio agnationis, & digressus ad plures gradus substitutionum.*

6 *In dispositione transversalis conjectura pro tali vocatione debent esse vehementiores, & urgentes.*

7 *Non tamen exiguntur evidentes demonstrationes.*

8 *Sed sufficiunt conjecturę probabiles, & quæ inducant Judicem ad credendam talem vocationem.*

9 *Judicis arbitrio remittitur, quæ sint conjectura vocationem inducentes.*

10 *De voluntate Testatoris satis est, quomodocumque constare.*

11 *Conjectura vocationis positorum in conditione eruitur ex qualitate legitimitatis, & naturalitatis iisdem adjecta.*

12 *Item ex prohibitione alienationis, & n.* 13.

14 *Item ex privatione in casu delicti.*

15 *Item ex substitutione Pię causa, cujus favore omnes in pręcedenti conditione inclusi censentur vocati.*

16 *Item ex ratione evitandi absurdum, quod magis dilecti sint deterioris conditionis, quam minus dilecti.*

17 *Item ex dispositiva vocatione aliquorum in conditione positorum, ut servetur æqualitas inter alios.*

18 *Conjectura licèt de per se, & separata non possent inferre vocationem, tamen simul juncta juvant.*

19 *Maximè, quando tendunt ad confovendam vocationem positorum in conditione, qui ab intestato succedere non poterant ob patris, vel matris præmorientiam.*

APPENDIX I.

FLavia de Grassis, in supremis ejus tabulis scripto sibi hærede in universo asse Grassetto ex fratre nepote unà cum tota ejus descendentia, in hujus defectum mandavit dimidiam hæreditatis, in quamdam Cappellaniæ erectionem distribui, in

alia verò medietate hæreditatis fuccedere voluit neptes fœminas, his verbis -- *nell' altra metà poi di detta sua eredità vuole, & ordina detta Signora Testatrice, che succedano per una terza parte la Signora Veneranda sua nipote carnale, per un' altra terza parte la Signora Palmuccia sua similmente nipote, e per altra terza parte la Signora Caterina sua similmente nipote, e figlia della Signora sorella Laviaia, e quando poi morissero le sopradette Signore Veneranda, Palmuccia, e Caterina senza figli, e figlie legittime, e naturali, intende essa Signora Testatrice, e vuole, che succeda in detta metà della sopradetta eredità il sopradetto Cappellano amovibile, con peso di celebrare un' altra Messa la settimana* -- appofita omnibus hæredibus, tam inftitutis, quam fubftitutis expreffa prohibitione alienationis etiam latiffimo fumpto vocabulo, ibi -- *proibendo anco essa Signora Testatrice, espressamente la vendita de' beni della sua eredità, pignorazione, ipotecazione, e alienazione, etiam latissimo sumpto vocabulo al sopradetto Signor Grassetto prima erede instituita, ed alli suoi figliuoli, e figliuole, eredi sostituiti, e a tutti gli altri eredi sostituiti, sotto pena, in caso di contravenzione, di perdita dell' eredità* -- .

Per obitum Graffetti fine liberis, ficuti locum habuit fubftitutio, quoad dimidiam fuæ hæreditatis favore Cappellani, ita aperta fucceffione refpectu alterius medietatis ad commodum fupradictarum trium neptum per Teftatricem ordinata; Factum inde eft, ut Veneranda fub prætextu, quod ob prædeceffum Mariæ Palmæ, & Catharinæ fororum, quantumvis utrinque cum liberis fibi foli referenda foret, tamquam unicè fuperftiti fucceffio, poffeffionem dictæ dimidiæ occupavit. Quamobrem adverfus Antonium de Parifanis filium, & hæredem Venerandæ interim defunctæ infurgentes forores de Jottis, ac fratres de Malafpinis filij, & hæredes dictarum Mariæ Palmæ, & refpectivè Catharinæ, fibique pollicentes deberi prædefunctarum Matrum portiones, nempè duas ex tribus partibus dictæ dimidiæ hæreditatis Flaviæ Teftatricis, pro his confequendis Judicium Immiffionis ex remedio *l. final. C. de edict. Divi Adrian. tollend.* inftruxerunt coram Locum-Tenente Afculi, a quo per ejus fententiam definitivam rejecti provocarunt ad noftrum Sacrum Tribunal. Verum quia in hoc rerum ftatu contigit mors dicti Antonij unici dictæ Venerandæ filij fine fobole, inftitutis hæredibus Magdalena Uxore in ufufructu, & illis de Parifanis in proprietate; Ideò ad inftantiam fororum de Jottis, & fratrum de Malafpinis expeditis folitis litteris citatorialibus, & inhibitorialibus, ijfque in partibus dictis reis conventis legitimè præfentatis, in iftorum licèt diù expectatorum contumaciam per contradictas difputandum propofui dubium -- *An conftet de caufis reftitutionis in integrum* -- affirmativè juxtà modum per Dominos refolutum.

Suppofita namque tamquam certa exiftentia fideicommiffi, legitimatione perfonarum, ac bonorum identitate, fundamentum refolutioni præbuit injuftitia Judicati de Partibus, ex qua refultat il-
1 lico læfio, quæ viam aperit in integrum reftitutioni, ad *text. in cap. 1. ibique Abbas n. 2. de reftitut. in integr. Bart. in l. 1. n. 8. & 9. C. fi adverf. rem judic. Rot. coram Emerix Jun. decif. 163. n. 2. & in Avenion. Salviati 11. Aprilis 1712. §. injuftitia coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Leodien. Juris venandi 13. Januarij 1713. §. nihilominus coram me.*

Porrò injuftitia dictæ fententiæ apertè emergere vifa fuit ex litera teftamenti fupra transfcripti, in qua poft obitum Graffetti fine filijs, & poft volitam fuæ hæreditatis divifionem in duas partes, Teftatrix invitavit ad fucceffionem unius dimidiæ fupradictas ejus tres neptes, & in cafu, quo decederent fine filijs, ope fubftitutionis vocavit Cappellanum ibi -- *quando poi morissero le sopradette Signore Veneranda, Palmuccia, e Caterina senza figli, e figliuole, che succeda in detta metà dell' eredità il detto Cappellano* -- Ideoque cum ex hac difpofitionis methodo ob præmorientiam matrum primo hæredum, fublata fit filijs neptum vocatarum facultas fuccedendi ab inteftato, & confequendi portiones illas, ad quas propriæ genitrices fuerunt invitatæ, utique hoc themate retento admittenda omninò venit difpofitiva vocatio filiorum uniufcujufque ex dictis neptibus hæredibus, quamvis in conditione pofitorum, ex literali difpofitione *text. in l. Lucius la 2. ff. de hered. inftit.* ibi -- *Si frater priusquam
hereditatem adiret, deceffiffet fine liberis prædictis,
nam prudens teftantis confilium animadvertitur, non 2
enim fratrem folum heredem prætulit fubftitutis, fed
& ejus liberos* -- quam textus determinationem tamquam veriorem fequitur *Socin. Jun. confil. 174. n. 21. tom. 2. Peregrin. confil. 132. n. 3. lib. 5. Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 2. n. 12. & feqq.* cum alijs pleno manu congeftis, per *Fufar. de fubftitut. quæft. 437. n. 3. & Saminiat. controv. forenf. 104. n. 27. & 28. lib. 2. Rot. decif. 328. n. 15. part. 19. tom. 1. recent.*

Et licèt adverfus prædictam textus fanctionem
ftet regula derivans ex famigerata *Glofs. in dict. l.
Lucius de hered inftit.* magis communiter recepta, 3
per quam ftatuitur, ut filij fimpliciter in conditione pofiti neutiquam cenfeantur activè, five difpofitivè vocati, fed folum eifdem refervata dici debeat fucceffio legitima ab inteftato in bonis fideicommiffarijs ad exclufionem fubftituti, & hoc modo reguletur prudens Teftatoris confilium in ponendo filios in conditione, non autem, ut ex teftamento filij ipfi fint difpofitivè vocati, ficuti voluerunt *Glofs.* & fcribentes in *d. l. Lucius, Socin. Jun. confil. 174. n. 8. Peregrin. d. confil. 132. n. 2. Saminiat. controv. 104. n. 21. Fufar. de fubftitut. d. quæft. 432. n. 2. Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 2. n. 1. Rot. in Ariminen. fideicommiffi 20. Januarij 1706. §. etfi namque coram R. P. D. meo Anfaldo.*

Attamen hæc communis opinio, & refolutio recipit unam folemnem limitationem, & caftigationem, ut vera fit ubi pater, vel mater habuiffet hæreditatem, & filij mortuo patre, vel matre fucceffiffent, vel fuiffent habiles ad fuccedendum, & per confequens femper dicta *Glofs.* intellecta eft ad levamen patris, vel matris gravati, & ad fimplicem exclufionem, ficque intuitu ceffationis fideicommif-
fi, favorabilifque libertatis bonorum; At quando, 4
prout in noftro themate, Maria Palma, & Catharina matres fororum de Jottis, & fratrum de Malafpinis præmortuæ fuerunt Graffetto primo hæredi inftituto, ideoque filij in conditione pofiti non potuerunt Teftatricis bona per præmorientiam matrum, ante obtentum ab ipfis emolumentum fubfequutam, regulariter adipifci ab inteftato, vel ex teftamento, nullufque intercedit favor libertatis ad levamen propriæ parentis, vel etiam alterius gravatæ; In hac fanè fpecie, ne ifta conditio nihil operetur favore filiorum, qui non veniunt ab inteftato, videtur inducere tacitam fubftitutionem, nec intrant amplius termini, & fuppofitio *Glofs.* fuperius enunciatæ, fed ijdem filij, & fi pofiti fimpliciter in conditione, reputantur per tacitum fideicommiffum invitati, ne alias inane reddatur collaudatum a litera *text. in d. l. Lucius* confilium Teftatoris, neve pariter fuperexiftentia filiorum foret a contrario caufa potius durationis fideicommiffi, & gravaminis fine propria utilitate, quam illius levaminis, & libertatis *Comm. in dict. l. Lucius in fine ff. de hered.*

red. institut. Peregrin. d. consil. 132. n 5. versic. hæc
tamen, Socin. Jun. d. consil. 174. n. 25. & consil. 175.
per tot. lib. 2. Aldobrandin. consil. 29. num 6. & seqq.
Fusar. de substitut. dict. quæst. 437. n. 71. Mantic. de
conjectur. lib. 11. tit. 2. num. 2. & 12. Saminiat. con-
trov. 104. n. 32. & controv. 103. n 41 usque ad fin.
ubi contrarijs respondet Rot. coram Pena decis. 1197.
n. 8. & decis. 132. num. 5. part. 1. diversor. & de-
cis. 690. num. 11. part. 18. tom. 2. recent. & in dict.
Ariminen. fideicommissi 20. Januarij 1700. §. verum
coram R. P. D. meo Ansaldo impressa post Constantin.
ad Statut. Urb. decis. 111.

Præmissis, quæ ad suadendam liberorum in con-
ditione positorum vocationam procedunt, spectata
ipsa legis provida interpretatione, eomes accedit
5 præsumpta Testatricis voluntas ex pluribus conje-
cturis deprompta, per quas præcisè etiam ab illis
duabus capitalibus scilicet conservationis agnationis,
& digressus ad plures gradus substitutionum citra
dubium deduci filiorum in conditione positorum
vocationem est constans Sacræ Rotæ opinio, de qua
eadem Rot. in decis. 279. num. 4. coram Emerix Jun.
decis. 617. num. 12. & seqq. part. 18. tom 2. recent.
quæ conjecturæ, licèt esse debeant vehementiores, &
6 urgentes, quando prout in præsenti quæstio est super
dispositione facta a trāsversali Mantic. de conject. lib. 11.
tit. 2. versic. sed ego considero, Saminiat. controv. 106.
n. 2. Rot. coram Buratt. decis. 385. n. 2. & 8. ibique
7 Adden. n. 10. cum ibi allegatis. Tamen non exigun-
tur evidentes demonstrationes, ad tradita per Man-
tic. de conjectur. lib. 11. tit. 2. sub n. 22. versic. sed
tamen. Saminiat. controv. 106. n. 3. Rot. decis. 142.
num. 41. part. 10. recent. Sed sufficiunt conjecturæ,
8 quæ semper sunt urgentes etiam inter transversa-
les, dum sint probabiles, & quæ inducunt animum
Judicis ad credendum filios fuisse vocatos, ut plu-
ribus auctoritatibus probat Saminiat. d. controv. 106.
n. 4. & 5. Rot. d. decis. 276. n. 1. & decis. 617. n. 6.
part. 18. recent. & in Romana fideicommissi de Varesiis
de anno 1695. coram Reverendiss. Molines Decano im-
pressa post Card. de Luc. de substit. & fideicommiss. de-
cis. 58. sub n. 6. ea ratione quia in hac materia, certa
9 regula non habetur a jure præscripta, sed judican-
tium arbitrio remissum est, quæ conjecturæ voca-
tionem suadeant, ex Rustic. de liber. in condit. posit.
lib. 2. cap. 1. num. 7. Fusar. de substitut. quæst. 437.
n. 14. Saminiat. dict. controv. 106. n. 6. Adden. ad
Buratt. decis. 385. versic. prædictæ conjecturæ, & in
Romana fideicommissi de Varesiis impressa post Card.
de Luc. de fideicomm. decis. 58. num. 7. Dum satis est
10 quomodocumque constare de voluntate Testatoris,
quæ totum facit, & veluti regina in hac materia
dominatur, ex congestis per Rot. decis. 276. n. 7. &
decis. 617. n. 7. part. 18. tom. 2. recent.

Inter urgentes, vehementesque conjecturas ex
testamenti visceribus decerptas, ex quarum concur-
su a negativa sententia Gloss. in dict. l. Lucius ff.
de hæred. instit. recedi solet, sunt verba Rot. in de-
cis. 424. num. 9. coram Bichia, & prius consuluerunt
DD. relati per Cephal. consil. 188. n. 8. tom. 2. con-
sil. 383. n. 9. tom. 3. Prima deducta fuit ex qualita-
te legitimitatis, & naturalitatis, sub qua, & non
aliter filios, & filias suarum enunciatarum neptum
11 posuit in conditione Flavia Testatrix, quam ad effe-
ctum earum vocationis inferendæ non parum ope-
rari, dixit Fusar. de substitut. quæst. 437. n. 64. ibi-
que allegati Rot. coram Bichia decis. 424. n. 2. &
decis. 355. num. 15. part. 4. tom. 2. recent. & in de-
cis. 169. n. 3. & decis. 526. n. 9. part. 13. & in Bo-
nonien. fideicommissi de Grifonibus 4. Julij 1704. §. in-
ter conjecturas coram Reverendiss. Giennen.

Secunda conjectura elicita fuit ex strictissima
alienationis prohibitione injuncta hæredibus substi-
tutis, quæ prohibitio est etiam conjectura de per 12
se potentissima, & urgentissima ad hoc ut filij in
conditione positi dicantur vocati Cart. Jun. consil. 43.
n. 8. Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 3 n. 14. Rot.
coram Bich. decis. 424. n. 9. & decis. 276. num. 33.
part. 18. recent. eoque magis hunc effectum opera-
tur, quando comprehendit non solum alienatio-
nem per contractum, sed etiam per ultimam volun- 13
tatem, attenta forma prohibitionis, ibi -- proibendo
la vendita, ipotecazione, oppignorazione, alienazio-
ne -- quæ prius præsefert verbum speciale actus in-
ter vivos, & postmodum verbum generale, com-
prehendens actum ultimæ voluntatis, sicuti hisce
verbis arguit Rot. dict. decis. 276 num. 34. part. 18.
recent.

Tertia conjectura deprompta fuit ex verbis pri-
vationis in casu delicti, ibi -- e così parimente in even- 14
ta da detti instituti, e sostituti venisse commesso delit-
to, per il quale entrasse la confiscazione -- ponderan-
do potissimum, quod cum privatio supponat ha-
bitum l. decem ff. de verbor. obligat. Rot. dict. de-
cis. 276. n. 5. nec possit quis adimere, nisi prius de-
derit l. 3. §. si quis ita legaverit, Rot. d. decis. 276.
n. 2. part. 18 recent. ideo ex ipsa privatione posito-
rum in conditione deducitur in necessarium ante-
cedens, quod fuerint dispositivè vocati Decian. con-
sil. 41. sub n. 37. versic. quinta conjectura, & seqq.
lib. 1. Rot. decis. 329. n. 4. coram Gregor. cum alijs
in d. decis. 276. n. 8. part. 18. recent.

Quarta conjectura promanabat ex eo, quod in
defectu suarum trium neptum sine filijs, vel filia- 15
bus substituit Testatrix Cappellanum cum onere Mis-
sarum, qua substitutione attenta, uti favorem piæ
causæ respiciente, omnes in præcedenti conditione
inclusi censeri debent vocati Cart. Jun. consil. 16.
n. 6. versic. tam signanter limitatur, Fusar. de substi-
tut. quæst. 437. num. 8. latè Saminiat. controv. 106.
num. 8. Thomat. decis. 23. n. 11. & 16. Rot. d. de-
cis. 690. n. 8. part. 18. & decis 328. n. 21. part 19.
recent. aliàs sequeretur, ut proximiores magis di-
lecti, & habentes prælationem a dict. l. Lucius effi-
cerentur deterioris conditionis, quam minus dile-
cti, & a substituto omninò extraneo excluderentur, 16
quod non est præsumendum, & ideo hæc absurdi
ratio potissimam præbet vocationis conjecturam Pe-
regrin. d. consil. 31. in fin. Fusar. de substitut. dict.
quæst. 437. n. 81. Saminiat. d. controv. 106. num. 13.
Rot. d. decis. 690. n. 9. & 10. tom. 2. part. 18. recent.

Quinta conjectura eruebatur ex eodem testa-
mento, in quo Testatrix filios, & filias Grassetti ne-
potis primo instituti, quas posuerat in conditione 17
dispositivè vocavit, ideoque æqui, bonique ratio
suadet ad credendum, ut idem de filiabus, & filijs
neptum novissimè decedentium voluerit, ob æqua-
litatem, quam præsumitur inter omnes nepotes ser-
vare voluisse, ad tradita per Cephal. consil. 188. n. 9.
tom. 2. & consil. 383. n. 10. tom. 3. Fusar. de substi-
tut. d. quæst. 437. n. 198.

Quæ omnes conjecturæ, licèt singulæ de per se,
& separatim sumptæ non habeant illud pondus ad
inferendam vocationem, tamen simul junctæ sub- 18
stinentur, & vocationem inducunt, itaut in hac ma-
teria sit locus regulæ, quod singula, quæ non pro-
sunt simul collecta juvant Mantic. de conjectur. lib. 11.
tit. 3. Saminiat. controv. 106. n. 4. Thomat. decis. 23.
n. 10. Adden. ad Buratt. decis. 385. versic. prædicta,
maximè quia tendunt ad confovendum illam vehe-
mentissimam conjecturam vocationis fundatam in im- 19
potentia sororum de Jottis, & fratrum Malaspinis
succedendi ab intestato ob premorientiam matrum
ante purificatum fideicommissum, & consequenter
quando hæ non essent concludentes, tamen ad co-
adjuvandam dictam conjecturam superabundarent,
dum

dom illa de per se vocationem importat, ut probatum est in §. *attamen*, & concludit *Saminiat. dict. controv.* 106. *in fin.*

Ex quibus omnibus firmata vocatione sororum de Jottis, & fratrom de Malaspinis quoad duas ex tribus portionibus, ad quas immissio petita fuit, & per consequens in aperto posito injustitia sententiæ ammissionem denegantis, reliquum est explicare modum qoalificantem rescriptum; considerantes igitor DD. quod per subsequtum obitum Antonij unici filij Venerandæ sine filijs, tam sorores de Jottis, quam fratres de Malaspinis jure optimo possint prætendere sibi ipsis debitam fore etiam alteram tertiam partem Venerandæ obventam; Ideo quoad istam reservaront ipsis sororibus de Jottis, & fratribos de Malaspinis jura pro ea consequenda in suo congruo, & particolari judicio.

Et ita unica, &c.

EADEM

Coram Eodem.

Luna 5. Martij 1714.

ARGUMENTUM

Est idem cum præcedenti.

SUMMARIUM.

1 Fideicommissum ordinatum sub conditione *si sine filijs expirat per existentiam filiorum* ad consil. Oldrad. 21.

2 *Filij in conditione positi non censentur dispositivè vocati.*

3 *Ratio fundamentalis hujus regulæ est, quia illis reservata censetur successio ab intestato.*

4 *Ideo limitatur, quando ob præmorientiam patris ante adeptam hæreditatem positi in conditione, non possint ab intestato succedere.*

5 *Contra, quod hæc non sit limitatio, sed conjectura pro limitatione de per se non sufficiens.*

6 *Sed prima opinio verior.*

7 *Seu saltem est conjectura vehemens, & urgens.*

8 *A regula est recedendum in casu limitationis.*

9 *Conjectura necessaria, licèt unica, est apta ad inducendam vocationem.*

10 *Ubi cessat ratio regulæ, debet & ista cessare.*

11 *Conjecturæ ad inducendam vocationem positorum in conditione simul junguntur.*


12 *Ab opinione* Glos. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. instit. *receditur ex conjecturata voluntate Testatoris.*

13 *Facilius admittitur vocatio positorum in conditione, quando alias successivè vocati non succederent.*

14 *Voluntatis Testatoris quæstio est reposita in Judicis æstimatione.*

15 *Transmissio facilius admittitur, quam vocatio.*

16 *Sed vocatio pinguius remedium præbet, quam transmissio.*



APPENDIX II.

RESpondit Sacra Rota die 8. Maij 1713. constare de causis, & consequenter in contumaciam illorum de Parisanis dandam esse immissionem sororibus de Jottis, & fratribus de Malaspinis jura sua dumtaxat deducentibus, ut ex decisione prædicta die coram me edita. Verum cum ex benignitate Tribunalis impertita fuerit eisdem Parisanis nova Audientia, atque hodie in utriusque partis conflicto de viribus enunciatæ Decisionis dubitari contingat, Domini perstiterunt in decisis.

Retenta siquidem facti serie latè satis exposita in prædicta decisione 8. Maij 1713. coram me, liquet ex testamento Flaviæ, quod succedente obitu Grassetti sine filijs, medietas ejus hæreditatis spectaret ad Cappellanum, & alia medietas partiretur in tres suas neptes, nempe Venerandam, Mariam Palmam, & Catharinam, ibi — *Ordina detta Signora Testatrice, che succedano per una terza parte la Signora Veneranda sua nipote carnale, per un' altra terza parte la Signora Palmuccia, &c. e per un' altra terza parte la Signora Caterina* — quæ si postea moreretur sine filijs, præfatos Cappellanos in dicta medietate succederet, & totom caperet, atque obtineret, ac propterea ponderabant Domini, quod nullum jus competere poterat præfatæ Venerandæ pro consequenda immissione ad portiones suarum duarum sororum, tam ex deficientia reciprocæ substitutionis inter ipsos neptes a Testatrice ordinatæ, quam etiam ex expressa substitutione Cappellani, casu quo aliqua, sive omnes ex eis sine filijs decederent. Cum igitur utraque ex eisdem neptibus reliquerit filios, sequitur per consequens, quod exclusus illico dictus Cappellanus remanserit, & ejus vocatio per conditionis defectum ob existentiam filiorum otriusque expiraverit per celebre *consil. Oldrad.* 21. ab omnibus DD. & Tribunalibus receptum *Fusar. de substitut. quæst.* 480. *n.* 1. *& seqq. Rimnald. Jun. consil.* 464. *num.* 34. *lib.* 4. *Rot. coram Pamphil. decis.* 492. *n.* 2. *& coram Coccin. decis.* 564. *num.* 6. *coram Emerix Jun. decis.* 203. *num.* 3. *& decis.* 568. *n.* 6. *part.* 18. *tom.* 2. *recent.* & alibi millies.

Posito igitur, quod inter prædictas sorores, & respectivè neptes Testatricis nulla adfuerit legitima substitutio, quodve Cappellanus fuerit exclusus per deficientiam conditionis sine filijs; Supererat examinandus, & respectivè decidendus articulus ille, an sorores de Jottis, atque fratres de Malaspinis filij Mariæ Palmæ, & Catharinæ neptum Flaviæ Testatricis

tricis, quæ deceſſerunt ante obitum Graſſetti primi hæredis inſtituti, tamquam poſiti in conditione cenſeri deberent diſpoſitivè vocati; Pro cujus affirmativa reſolutione conſtans iterum ſtetit Dominorum ſententia, ex quo licèt ab omnibus DD. & Tribunalibus recepta ſit magis communiter *Gloſs. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. inſtit.* limitans litteralem diſpoſitionem præfati textus declarantis, quod ea ſit mens Teſtatoris, quamvis tranſverſalis, dum ponit in conditione liberos, illos præferendi ſubſtitutis, adeout illa ſervetur tamquam regola certa,
2 & indubitata, per quam ſtatuitur, ut filij in conditione poſiti, non intelligantur diſpoſitivè vocati, ut præter auctoritates relatas in præcedenti deciſione §. *& licet*, videre eſt penes *Ruſtic. de liber. in condit. poſit. lib. 1. cap. 2. ſub n. 8. verſic. magni tamen*, *Altograd. Jun. contr. 36. n. 12. cum ſeqq.* cum alijs pleno calamo adductis per *Saminiat. controv. 53. n. 22. & 25. tom. 2. Card. de Luc. de fideicommiſs. diſc. 73. n. 3.* Nihilominus quia ratio fundamentalis, cui innititur enunciata *Gloſs.* pro excludenda
3 vocatione filiorum in conditione poſitorum reſidet in eo, quod illis reſervata ſit ſucceſſio legitima ab inteſtato, idcirco apud DD. & Tribunalia alia tutiſſima invaluit ſententia, quod ubi filij in conditione poſiti non poſſent ſuccedere patri, neque ab inteſtato, eo quia illi nunquam delata fuit ſucceſſio, uti præmortuo in vita Teſtatoris, vel hæredis gravati, quemadmodum contigit in caſu præſenti, in quo tam Maria Palma, quam Catharina præmortuæ fuerunt Graſſetto hæredi gravato, ideoque ſorores de Juttis, & frater de Malaſpinis ob dictam præ-
4 morientiam, nullo modo potuerunt bona dictæ Teſtatricis regulariter adipiſci, neque ex teſtamento, neque ab inteſtato; In hac ſane ſpecie præfatæ ſorores de Juttis, & fratres de Malaſpinis uti filij in conditione poſiti, tamquam prælati ſubſtitutis, de neceſſe per tacitum fideicommiſſum cenſeri debent invitati, cum alias verè inane, & non prudens pro eis fuiſſet Teſtatricis conſilium ad tradita per *Cephal. conſil. 251. n. 86. Menoch. conſil. 170. n. 53. & conſil. 393. n. 10. Corn. conſil. 74. ſub n. 9. lib. 2. Cyriac. controv. 352. n. 4. & ſeqq. & controv. 365 n. 52. & ſeqq. Surd. deciſ. 162. n. 9. verſic. quibus omnibus, & n. 10.* Eamdemque ſententiam in præciſis terminis firmavit *Rot. Florent. penes Saminiat. controv. 108. n 33. & 34.* & noſtrum *Sacr. Tribunal in deciſ. 1333. num. 8. & 9. coram Penia, & deciſ. 255. num. 9. verſic. quoniam coram Benincaſa* cum alijs relatis in citata *deciſione 8. Maij 1713. §. attamen coram me.*

Abſque eo, quod animadverſione digna ſit oppoſitio reſultans ex eo, quod ex prærepta filijs in conditione poſitis legitima ſucceſſione ob prædeceſ-
5 ſum matrum, non limitetur opinio *Gloſs. in d. l. Lucius*, itaut ex hoc ipſi filij dici poſſint diſpoſitivè vocati, ſed tantum inſurgat una ex conjecturis pro vocatione de per ſe non ſufficiens ad hanc limitationem ſtatuendam, & ad ſupplendas illas conjecturas communiter approbatas ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, vel ex voto conſervandæ agna-
6 tionis. Quoniam ultra quod non deſunt magni nominis Doctores, qui intrepidè tuentur, quod ex præmorientia patris non eliciatur ſolummodo ſimplex conjectura pro vocatione filiorum in conditione poſitorum, ſed quidem eruatur limitatio dictæ *Gloſs.* in eadem *l. Lucius*, & ſignanter congeſti per *Ruſtic. de liber. in condit. poſit. lib. 3. cap. 4. num. 1. & ſeqq. & Saminiat. controv. 104. num. 32. & controv. 105. num. 4. & per Rot. in deciſ. hujus cauſæ §. hac tamen coram me.* Adhuc tamen præfata ratio vocationis filiorum deſumpta ex prædeceſſu matris pro conſtanti noſtri Sacri Tribunalis placito tanti momenti fuit exiſtimata, ut aliquando pro magno fundamento reputata fuerit, aliquando pro communi doctrina non ſemel appelletur neceſſaris, itaut in hoc themate extranei ſint termini dictæ *Gloſs.* & ſemper limitetur, quemadmodum clarè liquet ex *deciſ. 215. num. 3. lib. 3. coram Puteo, coram Penia deciſ. 1297. num. 7. & 8. & in dict. deciſ. 225. num. 10. coram Benincaſa, & deciſ 111. num. 20. §. verum coram R. P. D. meo Anſaldo poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. & deciſ. 322. n. 5. part. 1. diverſ. & deciſ. 133. n. 4. part. 1. & deciſ. 276. n. 14. & deciſ. 500. n. 3. & 4. & deciſ. 690. num. 12. part. 18. tom. 2. recent.* Et prius hanc eſſe conjecturam vehementem, & admodum urgentem communiter DD. 7
faſſi fuerunt *Socin. Jun. conſil. 141. n. 16. conſil. 158. n. 74. & conſil. 174. num. 23. lib. 2. Cephal. d. conſil. 251. num. 86. Cyriat. controv. 352. ſub num. 7. verſic. & licet, Saminiat. d. controv. 105. n. 15.*

Qua de re, ſicuti in caſu limitationis receden-
dum eſt a regula *Menoch. conſil. 56. num. 55.* ita hoc 8
eſt admittendum in terminis hujus conjecturæ uti neceſſariæ, vel vehementis, cujus proinde ea eſt efficacia, ut ita adhæreat animo Judicantis, ut con-
trarium ei perſuaderi non valeat, nec ejus intelle- 9
lectus verti poſſit in oppoſitum, veluti ad rem arguit *Mantic. de conjectur. lib. 1. tit. 2. ſub n. 7. verſic. quamvis*, *Saminiat. dict. controv. 105. n. 18.* cum omneo *conjectura* generalitet prædicetur de quolibet actu, ex quo ad Teſtatoris voluntatem aperiendam inferri valeat, illius tamen vis, & efficacia dependeat ab ejus qualitate, utrum nempe ſit levis, vel potius neceſſaria, & hoc poſtremo caſu fungatur vice limitationis, adeout licèt unica, ſit apta ad inducendam vocationem poſitorum in conditione, ſunt verba *Saminiat. d. controv. 105. n. 6.* cum ibi notatis.

Potiſſimè quia opinio, quæ tribuitur dictæ *Gloſ.* non derivat ab aliqua lege ita expreſſim ſanciente, ſed a ſolo conjecturali Judicio, & argumentatione, quæ hodie conſtituit regulam, ſeu præſomptionem juris in conflictu alterius magis receptam; Ideoque ſi hæc opinio ſomentum recepit a prædicta ratione reſervatæ ſucceſſionis ab inteſtato filijs in conditione poſitis, hæcque ratio fundamentali-
ter deficit in præſenti, ſicuti fuit ſuperius com- 10
probatum, utique ceſſare etiam debet dicta opinio, ac prævalere neceſſe eſt alia conſtituens regulam in contrarium, quemadmodum generale eſt in quacumque materia, quod ubi ceſſat ratio animativa hujus regulæ, ceſſare quoque debet ipſa regula, admittique contraria *Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 4. n. 45. Manſ. conſult. 233. n. 6. Rot. deciſ. 376. n. 21. part. 14. & deciſ. 743. num. 14. cum ſeqq. part. 18. tom. 2. recent. & deciſ. 72. n. 27. coram R. P. D. meo Anſaldo.*

Jam vero ſi toties memorata inhabilitas, ſeu impotentia filiorum ſuccedendi patri, vel matri ab inteſtato ob ejus præmorientiam ante quæſitum emolumentum in linea etiam conjecturæ nuncupatur, & judicatur efficax, vehemens, & neceſſaria pro ſuadendo receſſu ab opinione *Gloſs.* quantam majorem vim habebit, ac pondus ſumpta ſimul cum alijs conjecturis, prout ſunt prohibitio alienationis, privatio in caſu delicti, ſubſtitutio loci Pij, & cæteris latè examinatis in prima deciſione §. *inter urgentes* uſque ad finem *coram me*, quæ licet ſingulæ, & ſeparatim perpenſæ aliquam pati poſſint excep-
tionem, attamen omnes coacervatim conſideratæ, 11
& tamquam coadjuvantes præmiſſam conjecturam ſuperabundant ex firmatis in dicta *deciſ. §. quæ omnes coram me.* Maximè quia DD. omnes, qui tenent limitationem *Gloſs.* tamquam veriorem, non ne-
gant, quod data in contrarium Teſtatoris voluntate 12
etiam ex conjecturis elicita, recedendum ſit a prædicta

dicta regula *Detian. respons.* 44. *n.* 8. *tom.* 2. *Redemasch. consil.* 8. *n.* 4. *Saminiat. controv.* 53. *n.* 24. *& controv.* 106. *num.* 1. *Adden. ad Gregor. decis.* 315. *n.* 15. *Adden. ad Buratt. decis.* 385. *Rot. coram Pamphil. decis.* 380. *num.* 1. *& coram Bich. decis.* 424. *num.* 1. atque probat prima decisio §. *præmissis coram me.*

Eoque validius in hypothesi, in qua si non admitteretur dicta vocatio sororum de Jottis, ac fratrum de Malaspinis evenire posset illud inconveniens supra præmissum, quod scilicet neque Venerandæ,
13 neque Cappellano, & consequenter nemini ex invitatis a Testatrice competijsset successio, ad quod absurdum evitandum necesse est fateri filios in conditione positos fuisse vocatos, ita ratiocinatur *Saminiat. controv.* 106. *num.* 10. *Rot. decis.* 276. *n.* 21. *& seqq. part.* 18. *recent.*

Hinc perperam replicabatur, irrelevantem esse animadversionem illam, quod si pro limitatione accipienda esset superius reperita conjectura, superfluum redderetur, quod ad transmissionis præsidium
14 DD. recurrerent. Siquidem eum quæstio voluntatis testantium in æstimatione Judicis reposita sit *l. voluntatis C. de fideicommiss. Mantic. de conject. lib.* 5. *tit.* 15. *n.* 10. *in fin. Rot. decis.* 366. *n.* 27. *part.* 19. *recent.* Inde sequitur, ut non superfluo, sed utiliter proponatur transmissio, quando etiam dispositivè vocatio filiorum sustineri possit, ad hoc, ut si
15 fortè Judex dubium habuerit animum circa vocationem, moveri possit ex transmissionis fundamento, quod facilius admittitur, quam ipsa vocatio *Riminald. Jun. consil.* 501. *n.* 94. *Ramon. consil.* 16. *sub n.* 17. *versic. tandem, Altograd. consil.* 85. *num.* 26. *versic. non tamen, Fontanel. de pact. nuptial. claus.* 5. *gloss.* 10. *n.* 42. *part.* 2. *Saminiat. controv.* 105. *n.* 21. *& controv.* 107. *n.* 34. *Card. de Luc. de fideicommiss. disc.* 98. *n.* 14. *& disc.* 212. *n.* 15. *Rot. decis.* 551. *sub n.* 9. *coram Gregor. & decis.* 176. *sub n.* 4. *coram Cel-*
16 *sa, & decis.* 27. *n.* 16. *&* 17. *part.* 11. *recent.* licet pinguius remedium præstet vocatio, quam transmissio *Gabriel consil.* 115. *num* 13. *tom.* 1. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 31. *n.* 12. *circa fin. Rot. decis.* 255. *n.* 1. *coram Benincasa.*

Et ita reservatis sororibus de Jottis, & fratribus de Malaspinis juribus super portione obventa Venerandæ in suo congruo Judicio, responsum fuit per DD. utraque parte informante.

R. P. D.

C R I S P O

ASCULANA SUCCESSIONIS

Lunæ prima Aprilis 1715.

A R G U M E N T U M.

Examinatur *Gloss. in l. Lucius la* 2. *ff. de hæred. instit.* & contra eam firmatur, quod filij positi in conditione censentur vocati, quando successio ab intestato in eorum favorem verificari nequit, præsertim autem aliis concurrentibus conjecturis. Reprobatur item *Motivum Rot. Florent. in Florentina Fideicommissi de Nasis coram Pationo edit.* & in specie distinctio ibidem facta, incapacitatis videlicet filij cognitæ Testatori, & incapacitatis illius eventualiter contingentis.

S U M M A R I U M.

1 GLoss. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. instit. *statuit filios simpliciter in conditione positos nullatenus censeri vocatos.*

2 *Limitatur dicta regula ex conjecturis.*

3 *Et ita censet communis DD. schola.*

4 *Item omnia Tribunalia conveniunt.*

5 *Et specialiter Sac. Rota Romanæ Auditorium.*

6 *Filij in conditione positi censentur vocati, quando aliter ex testamento, aut ab intestato succedere nequeunt, & hoc casu cessat ratio* Gloss. in dict. l. Lucius &c.

7 *Iidem in conditione positi censentur vocati, quando alias contingeret, quod magis dilectus minus honoretur.*

8 *Item ubi dispositio in eorum patre effectum habere nequivit.*

9 *Incongruum non est in casu, quo parentis substitutio jam fuit effectuata, filios in conditione positos remanere, in altero vero patris prædecessus dispositivè vocatos censeri.*

10 Rot. Florent. Motivum impress. apud Torr. viciar. jur. quæst. tom. 1. tit. 2. decis. 10. a n. 78. *declaratur, & n. seqq.*

11 *Parentum præmorientia, quod filios in conditione positos dispositivè faciat vocatos, verior est opinio ex rationum pondere, DD. numero, ac Rot. Rom. authorit.*

12 *Rota Romana in definiendis juris articulis, rationum pondere, & non DD. numero, vel gravitate moveri profitetur.*

13 Rot. Florent. Motivum de quo supra n. 10. *editum fuit discrepante* Sebastiano de Marinia, *qui contrarium Motivum adidit impressum apud* Torr. *loco ibidem citato a* n. 1. ad 77.

14 Saminiat. controv. 107. sub n. 45. *testatur Motivum* Sebastiani de Marinia *confirmatum fuisse in gradu appellationis.*

15 *Filiorum in conditione positorum incapacitatem notam esse Testatori, vel eventualiter contingere, nil refert.*

16 *In utroque dictorum casuum eadem militat ratio vitandi absurdum, quod magis dilectus minus honoretur, quam substitutus.*

17 *Filij dispositive vocati censentur etiam in terminis incapacitatis succedendi ab intestato provenientis a patris præmorientia.*

18 *Et ita in specie pluries resolvit* Rot. Rom.

19 *Filij in conditione positi sub qualitate legitimitatis, & naturalitatis dispositivè præsumuntur vocati.*

20 *Alienationis strictissima prohibitio substitutis injuncta, & independenter apposita arguit dispositivam filiorum vocationem.*

21 *Privatio filiorum in casu delicti pro argumento est istorum dispositiva vocationis.*

22 *Substicatio loci Pij ponderari meretur, ut filij in conditione inclusi ad successionem prælativam dispositivè vocati censeantur.*

23 *Filiorum in conditione positorum ad vocationem arguendam ex conjecturis procedit regula, singula quæ non prosunt unita juvant.*

24 *Agnationis contemplatio, & digressus ad plures substitutionum gradus necessariæ non sunt, quando filiorum dispositiva vocatio ex alijs urgentibus conjecturis haberi potest.*

25 *Filij in conditione positi, si a Testatore non descendunt, ex eo non tollitur vis operativa aliarum conjecturarum illorum vocationem concludentium.*

A P P E N D I X III.

POstremis tabulis exarando Flavis de Grassis post Grassetti hæredis obitum sine filijs ex dimidia suæ hæreditatis Cappellaniam erigi injunxit, in altera verò medietate Venerandam, Palmucciam, & Catharinam ejusdem Grassetti sorores, & respe-

ctivè

ctivè ei ex fratre nepres fubftituit, illis verò fine filijs decendentibus dictam bonorum medietarem ad eamdem Cappellaniam deferri ordinavit. Quamobrem fequuto Graffetti obitu fine filijs, ac purificata fubftitutione medietatis bonorum favore trium neptum a Teftatrice proprijs nominibus vocatarum, cum tempore apertæ fucceffionis fola Veneranda in humanis fuerit, dum Palmuccia, & Catharina jam prædeceffferant relictis tamen filijs; futhumans Venerands, tamquam unica fuperftes aliarum prædefunctarum fororum portiones in fe fuiffe confolidatas, univerfæ medietatis bonorum poffeffionem occupavit. Verum forores de Jottis, ac fratres de Malafpinis tamquam filij, & refpectivè nepotes dictarum Catharinæ, & Palmucciæ hanc indebitam occupationem vindicare molientes, Judicium immiffionis ad portiones prædefunctarum matrum inftruxerunt, & licet in partibus contrariam fententiam paffi fuerint, in Rota verò, ubi poftmodum in gradu reftitutionis in integrum appellatio afcendit coram *R. P. D. meo Falconerio* duabus prius editis decifionibus 8. *Maij* 1713. *&* 5. *Martij* 1714. petitam immiffionem obtinuerunt, & ulteriori commiffione mihi devoluta, cum hodie fuper viribus fententiæ Rotalis fuerit decertatum pro illius confirmatione extitit refponfum.

Cafus equidem purificatæ fubftitutionis favore Palmucciæ, & Catharinæ minimè controvertebatur, cum Veneranda, quæ univerfam fideicommiffi medietatem occupaverat ex eadem fubftitutione veniret. Unica, & gravis fanè confurgebat decertatio, an per exiftentiam filiorum earumdem Palmucciæ, & Catharinæ effici poffet, ut matrum vocatio ob præmorientiam ante diem apertæ fubftitutionis, & fi caducata evaferit, adhuc beneficium fucceffionis ad eorum liberos tranfmiffum cenferetur. Et quia hujus articuli defultio ab illa celebri, & ardua quæftione pendebat, an filij prædicti in teftamento Flaviæ de Graffis in conditione pofiti difpofitivè vocati cenferentur, cum præcifivè a propria vocatione, ijdem filij nullum jus ad effectum fuccedendi ad portionem prædefunctarum matrum habere viderentur. Inde quæftio hæc adeo accuratè, & egregiè in decifionibus R. P. D. Falconerij pro ejufdem filijs refoluta, modo non debiliori conatu reaffumpta, pariter pro vocatione ipforum filiorum in conditione pofitorum definiri utique promeruit, dum quamvis contra filios, eorumque vocationem ftare
1 comperiatur regula a celebri *Glofs. in l. Lucius la 2. ff. de haredib. inftituend.* ubi ftatuitur, quod filijs fimpliciter in conditione pofitis difpofitiva vocatio nullatenus faveat, cum ex provido Teftatoris confilio folummodo eifdem refervata dicatur fucceffio legitima parentis ab inteftato in bonis fideicommiffarijs ad exclufionem fubftituti. Verum regula prædicta tam in contrario cafu, quam ex alijs conjectu-
2 ris ex communi DD. fchola elidibilis utique reddi-
3 tur, ut communiter notant fcribentes in *d. l. Lucius*, omniaque Tribunalium placita convenire no-
4 fcuntur, de quo teftatur *Torr. variar. Jur. quæft. tom. 1. tit. 2. decif.* 10. *num.* 14. *Leoncill. decif. Ferrar.* 82. *n.* 10. *Barz. decif. Bononien.* 6. *n.* 31. *Grivell. decif.* 125. *num.* 53. *Capyc. Latr. decif. Neapolit.* 1. *n.* 5. *Paitel. expedit. civil.* 60. *n.* 14. *Chriftin. decif. Belgic.* 307. *tom.* 1. *Maftrill. decif. Sicil.* 18. *num.* 60. *&* 62. *Sefs. decif. Aragon.* 361. *num.* 39. *&* 40. *Leo*
5 *decif. Valentin. decif.* 209. *num.* 36. *lib.* 2. & dictum fuit per *Rot. in Melevitana fideicommifforum* 22. *Junij* 1714. §. *abfoluta difcuffione coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*.

Difpofitivam autem filiorum vocationem plurimum hic fuadere videtur, quod ficuti ex mente *Glofs.* ideo filij in conditione pofiti difpofitive vocati non cenfentur, quia Teftator ex arbitrio eorum parentum voluerit fuam fucceffionem eifdem ex teftamento, vel ab inteftato refervare; Quoties autem filijs ob præmorientiam eorum matrum ante purificatam fubftitutionem penitus prærepta evafit hæc legitima fucceffio bonorum tam ex teftamento, quam
ab inteftato; in his utique circumftantijs, ne Te- 6
ftatricis prudens confilium improvidum, & inane reddatur, quo filios in conditione pofitos fubftitutis prætulit, ipfi vocati omninò dicuntur, fi non per viam veræ, & effectivæ limitationis *l. Lucius* faltem per viam potiffimæ conjecturæ, ut benè, & difertè probat *prima decifio R. P. D. mei Falconerij* 8. *Maij* 1713. §. *attamen*, *& fecunda*, *diei* 5. *Martij* 1714. §. *pofito igitur*, *& feqq.* & firmant *Carn. confil.* 74. *fub n.* 9. *lib.* 2. *Cephal. confil.* 251. *num.* 86. *Berrett. confil.* 40. *num.* 7. *Caball. confil. decif.* 181. *num.* 31. *& feqq. part.* 1. *Ludovic. Bell. confil.* 178. *num.* 21. *&* 22. *Spad. confil.* 341. *n.* 2. *&* 22. *lib.* 2. *Pafferin. problem. legal.* 4. §. 5. *num.* 101. *Faber in Cod. lib.* 6. *tit.* 2. *diff. part.* 2. *n.* 15. *& feqq. Ruftic. de in condit. pofit. lib.* 3. *cap.* 4. *Surd. decif.* 162. *n.* 9. *verfic. quibus omnibus. Cyriac. controv.* 352. *n.* 4. *& feqq.* & plenius *Saminiat. controv.* 104. *num.* 27. *&* 28. *lib.* 2. *R. P. D. meus Anfald. annot. ad ejus decif.* 89. *n.* 91. *Torr. variar. Jur. quæft. tom.* 1. *tit.* 2. *decif.* 10. *per tot. Rot. coram Benincaf. decif.* 255. *n.* 9. *verfic. quoniam, in recent. decif.* 133. *n.* 3. *part.* 1. *& decif.* 328. *n.* 15. *part.* 19. *& in Ariminen. fideicommiffi* 20. *Januarij* 1700. §. *veram coram R. P. D. meo Anfaldo impreff. poft Conftantin. ad Statut. Urb. decif.* 111.

Quæ fanè fententia rationi conformis utique dignofcitur, dum Teftator filios in conditione ponens id non ex alio impulfu feciffe dici poteft, quam ad excludendum fubftitutum, cui ipfos filios in conditione pofitos præferri concupivit, quæve prælatio locum habere non poteft nonnifi ex teftamento, vel ab inteftato; ubi vero filij prædicti ob præmorientiam eorum parentum fucceffionem hanc ab inteftato fibi adfcire non valent eo cafu, ut finis prælationis a Teftatore volitus ad actum perducatur
ijdem ex ejus teftamento cum difpofitiva vocatio- 7
ne prælati cenfentur, ne contingat, quod magis dilectus minus honoretur, ut in his terminis optimè arguunt *Corn. confil.* 74. *num.* 9. *vol.* 2. *Surd. decif.* 162. *fub num.* 9. *verfic. quibus omnibus*, *Peregrin. confil.* 54. *per tot. lib.* 4. *& confil.* 132. *n.* 3. *& feqq. lib.* 5. *Card. de Luc. de fideicommifs. difc.* 220. *n.* 16. *Cyriac. controv.* 352. *fub n.* 3. *& feqq. Torr. variar. Jur. quæft. dict. lib.* 1. *tit.* 2. *decif.* 10. *n.* 24. *&* 38. *Rot. coram Penia decif.* 1333. *n.* 8. *&* 9. Et verifimili Teftatoris menti confonum quoque dignofcitur,
quod ubi difpofitio in patre effectum habere non po- 8
tuit, in filijs in conditione pofitis impleri utique debeat, ne Teftatoris voluntas evanida, & eluforis remaneat per ea, quæ in terminis extenfionis fideicommiffi a filijs ad nepotes dixit *Rot. in Auximana, feu Camerinen. fideicommifforum prima Julij* 1709. §. *hujufmodi coram me*.

Quin officere queat, quod hujufmodi filiorum vocatione admiffa fequeretur inconveniens, quod voluntaris interpretatio fub unico fenfu a Teftatore prolatæ, a futuro penderet eventu, & ipforum filiorum vocatio potius a cafus contingentia infpecto tempore fucceffionis, quam a tempore tefta-
menti oriri videretur. Quandoquidem incongruum 9
minimè evadit, quod in uno cafu, quando fcilicet parentis fubftitutio jam effectum fuit fortita, filij in fimplici, & nuda conditione pofiti remaneant; Quando verò pater prædeceffit, tunc pofitio in conditione in difpofitivam vocationem tranfeat; hæc enim non dicitur fideicommittentis voluntatis mutatio, fed votum jam ab initio in Teftatoris mente

tacitè institum, qui filios in conditione ponendo, illos ad fideicommissum invitasse censetur, quoties non ob propriam demerentiam, sed ex solo infortunio propter ipsorum parentis prędecessum ab intestato dictam successionē capere ijdem extitissent præpediti, ut probant adducti per *Torr. var. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. decis. 10 sub n. 25. versic. nec dicatur, & n. 26.*

Huic communi opinioni contraponi nullatenus
10 congruit *Motivum Rotæ Florentinæ impress. apud Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. decis. 10. a n. 78.* in quo & nonnulli recensentur DD. contrariam opinionem tuentes, quod nempe ex præmorientia parentum filij in conditione positi dispositivè vo-
11 cati non reddantur. Etenim cum contraria opinio gravioribus rationibus fulcita, ac majori, gravioriqne Doctorum numero, ac Rotæ nostræ auctoritate confirmata elucescat, id quod in dicto motivo firmatum apparet, rei veritatem, magisque juridicam legis interpretationem submovere non valet,
12 maximè quia in definiendis juris articulis non Doctorum numerus, & gravitas, sed rationum pondera librari merentur, ut millies Rota professa fuit, & præcæteris dixit in *Romana legati super reservatis 21. Junij 1709. §. finali, & in Lucana fideicommissi 12. Junij 1713. § quidquid coram me.*

Eoque minus motivum Rotæ Florentinæ ad quæstionis decisionem efficax erit recensendum, dum in eodemet articulo alter ex tribus Auditoribus
13 ejusdem Rotæ, nempè Sebastianus de Marinis constanter discrepavit, aliudque motivum in oppositum edidit, quod profectò validioribus fundamentis innixum comperitur, ut intuenti patet, & impressum reperitur apud eumdem *Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. decis. 10. a num. 1. usque ad 77.* & de facto cum postea in ulteriori appellatione Causæ disputatio fuerit reassumpta, deducta in Motivo Sebastiani de Marinis, adeo apud novos Judices prævaluerunt, ut sententia contraria, quæ altero contrario Motivo adhæsit revocari opus fuerit, ut te-
14 statur *Saminiat.* qui in causa scripsit *controv. 107. sub n. 45.*

Hinc subsequitur, ut nullo pacto subsistat, quod auctoritates firmantes filios in conditione positos haberi pro dispositivè vocatis, quando succedendi ab intestato eorum parenti incapaces existunt, in eo tantum casu intelligantur, quando incapacitas Testatoris erat nota, non verò ubi incapacitas hujusmodi eventualiter contingit, nempe per accidentalem patris prædecessum Testatori de tempore conditi fideicommissi ignotum; Hæc siquidem distinctio
15 a contrario Motivo *Rotę Florentinæ* excerpta nedum ratione, quam facti veritate destituta convincitur. Ratione profectò, quia tam ex incapacitate Testatori nota, quam ex altera proveniente a præmorientia patris providum consilium Testatoris, inane, & non prudens pro filio efficitur, ac in utroque casu idem resultaret pravus effectus, quod magis dilectus minus honoraretur quam substitutus; hæc uti-
16 que rationis identitas utrumque casum comprehendens, & determinans operari debet, ut absque ullo discrimine filij vocati semper dicantur, quemadmodum optimè apud *Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. part. 2. decis. 10 n. 25. Cyriac. controv. 301. num. 27. & seqq.* contra facti quoque veritatem, quod hæc distinctio pugnare videatur, facili negocio demon-
17 stratur, cum in his individualibus terminis incapacitatis succedendi ab intestato provenientis ob præmorientiam patris filios dispositivè vocatos censeri alijs omissis, de quibus *Saminiat. controv. 108. n. 33. & 34. R. P. D. meus Ansald. in addit. ad ejus de-*
18 *cis. 89. n. 91.* Rotæ Nostrę auctoritatem stare competitur, ut signanter *coram Pęnia decis. 1297. n. 8. coram Benincas. decis. 255. n. 10. in rec. decis. 690. n. 11.* *& 12. part. 18. & in Ariminen. fideicommissi 20. Januarij 1700. §. verum quia coram R. P. D. meo Ansaldo impress. post Constantin. ad Statut. Urb. decis. 111.*

Cæterum pro adstruenda vocatione liberorum in conditione positorum, præter ea, quæ procedunt spectata provida ipsius legis interpretatione, famulantur quoque & alteræ conjecturæ præsumptam Flavię Testatricis voluntatem inferentes pro recessu ab opinione *Glos. in d. l. Lucius ff. de hæredib. instituend.* plenè in prima *decis. R. P. D. mei Falconerij* enucleatis, in quarum classe reponitur 19
qualitas legitimitatis, & naturalitatis, sub qua filij in conditione positi leguntur, quam ad hunc effectum inter argumenta vocationis commemorant ultra citatos in eisdem decisionibus *Bellon. Jun. cap. 86. n. 5. Radulphin. alleg. 55. num. 8. & 9. Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. decis. 10. num. 43. & 44. Rot. in Romana immissionis 3. Junij 1709. §. verbis accedunt coram Reverendiss. D. Molines Decano, & in Melevitana fideicommissorum 22. Junij 1714. §. porrò coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Pro eadem vocatione urgere quoque censetur
strictissima alienationis prohibitio hæredibus substi- 20
tutis injuncta tam per contractum inter vivos, quam per ultimam voluntatem, & quæ independenter extitit apposita, ut notavit dicta prima *decis. R. P. D. mei Falconerij §. secunda conjectura* cum ibi allegatis, quibus addi possunt *Capyc. Latr. decis. 1. n. 25. versic. quid enim R. P. D. meus Ansald. decis. 89. n. 64. & 65. & in Fanen. fideicommissi 18. Junij 1703. § quarta coram clar. mem. Card. Caprara.*

In cujus vocationis argumentum conferre itidem patet privatio filiorum injuncta in casu delicti, 21
cum talis privatio habitum necessario supponat, ut advertit prælaudata decisio *§. tertia conjectura, Rota in Romana fideicommissi de Varesiis 28 Junij 1708. §. fortius, & omninò coram Reverendiss. D. Molines Decano.* Ad quem effectum ponderari quoque meretur, quod Testatrix in defectum suarum trium neptum sine filijs, Cappellaniam cum onere Missarum substituit, ex qua sanè Loci Pij substitutione 22
omnes in præcedenti conditione inclusi, ad successionem prælativam dispositivè vocati censentur, ut post alios in dicta decisione cumulatos tenent *Peregrin. consil. 54. num. 7. & seqq. lib. 2. Rustic. de liber. in condit. posit. lib. 3. cap. 6. Fusar. de substitut. quæst. 437. num. 81. Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. decis. 10. num. 52. Rot. coram sanct. mem. Alexand. VIII. decis. 2. n. 32. & in Romana immissionis 3. Junij 1709. §. altera coram Reverendiss. D. Molines Decano.*

Hæ autem conjecturæ uti singulæ, & de per se, quidquid sit, an ad effectum inducendi vocationem aptæ diudicari mereantur, certè quod ad magis patefaciendam vocationem filiorum in conditione positorum ex mente legis ob præmorientiam patris depromptam præstantissimæ dicuntur. Cum de cætero in conjecturarum indagine, singula, quæ non pro- 23
sunt, unita juvant, ut in proposito arguendæ vocationis filiorum in conditione positorum movet *Rot. in d. Fanen. fideicommissi 18. Junij 1703. §. quæ conjectura coram clar. mem. Card. Caprara, in Interamnen. fideicommissi 2. Julij 1708. §. quæ quidem coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore, & in Melevitana fideicommissorum 22. Junij 1714. §. quibus in fin. coram eodem.* Idque procedit etiamsi deficiat contemplatio agnationis, & digressus ad plures substitutionum gradus, quæ licet pro arguenda 24
hac filiorum vocatione potissima argumenta considerentur, non tamen affirmari utique debet, quod illis deficientibus ex aliarum urgentium conjecturarum cumulo eadem vocatio habere non possit, ut

plenè

plenè discussa materia firmatum fuit *in Romana fideicommissi de Varesiis 6. Aprilis 1696. & 18. Junij 1708. coram Reverendiss. D. Molines Decano*, & firmatum fuit *in Interamnen. fideicommissi 2. Julij 1708. §. qua quidem*, & *in d. Melevitana fideicommissorum 22. Junij 1714. §. quibus coram R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore*: Prout quoque conjecturarum efficacia sublata dici non potest, ex quo agatur de fideicommisso a transversali condito, quia licet in descendentibus vocatio facilius admittatur, quam in transversalibus, adhuc cum una, & eadem sit Testatoris voluntas, quæ ex conjecturis excerpitur,
25 non ex eo, quod filij in conditione positi a Testatore non descendant, tollitur via operativa vocationis, quæ a conjecturis ex numero pluribus profluit, ut benè explicant *Bellon. Jun. consil 86. n. 15. Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. decis. 10. num. 66. & 67. Thesaur. decis. 96. num. 8 Rot. coram sanct. mem. Alexand. VIII. decis. 2. num. 22. & seqq. coram Buratt. decis. 521. n. 1.*

Et ita approbativè ad præteritas decisiones R. P. D. mei Falconerij pro illius sententiæ confirmatione, utraque parte informante resolutum fuit.

F L O R E N T I N A
Fideicommissi.

31. *Julij 1602. ex lib. Motivor. 84. à c. 621. t.*

A R G U M E N T U M.

In transversalibus non habet locum tacita conditio *l. cum avus ff. de condit. & demonstr.* & ideo reciprocæ substitutus non excluditur a filijs cohæredis gravati, de quibus mentio in testamento facta non est. Plura de nullitate sententiæ ob gabellam non solutam.

S U M M A R I U M.

1 *NUllitas sententiæ ob gabellam non solutam ratione publicæ utilitatis est communis omnibus Magistratibus, & omnes afficit sententias.*
2 *Nullitas, quæ habet annexam injustitiam est favorabilis, & de ratione.*
3 *Substituti ad invicem dicuntur reciprocè substituti.*
4 *Filij gravati, etiam si de illis nulla sit facta mentio, in descendentibus excludunt substitutum.*
5 *Secus in transversalibus, & extraneis.*
6 *Mala fides in quolibet possessore etiam titulato incipit a die litis contestatæ.*
7 *Divisio facta ex falso præsupposito, ex defectu consensus ratificationem non inducit.*
8 *Dispositum deficit, ubi cessat præsuppositum.*
9 *Nullitas sententiæ influit in omnes actus in ejus sequelam gestos.*
10 *Ignorantia facti alieni præsumitur.*
11 *Voluntas ad ignorata non porrigitur.*
12 *Ratificatio actus nulli ut inducatur, requiritur perfecta scientia nedum actus, sed etiam nullitatis.*
13 *Nullitatem ex defectu Gabellæ non solutæ opponere nequit, qui pariter Gabellam non solvit, & de ratione.*
14 *Limita, quando quis venit ex diversa causa, vel capite.*
15 *Exceptio non adimplementi non obstat, cum quis agit ex diversa causa, vel obligatione.*
16 *Item limita Florentiæ ubi nullitas Gabellæ ipso jure inducitur, quo casu Judex ex officio super ea pronunciare tenetur.*
18 *Item limita cum quis agit de damno evitando, alter de lucro captando.*
19 *Fideicommissarius regulariter agit de lucro captando.*
20 *Limita si fideicommissum sit purificatum, & sic lucrum radicatum, & n. 17.*
21 *Pupillis ita justitia ministranda est, ut alijs injuria non inferatur.*

D E C I S I O XXIII.

In Causa Peruzzi, e Peruzzi.

DOminus Petrus de Perutijs de anno 1574. suum ultimum condidit testamentum, in quo instituit Antonium, ac Bartholomæum Giotti de Perutijs pro una tertia parte, Laurentium Bartholomæi pro alia tertia, & Jacobum ejusdem Bartholomæi pro alia, eosque, & quemlibet eorum invicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum. Eo vita functo, cohæredes apprehensa hæreditate, permansere in communione bonorum usque ad obitum Laurentij, deinde ijdem Jacobus ex una, & Antonius, ac Bartholomæus ex altera partibus ejusmodi bona divisere cum clausula ad habendum, possidendum, & alienandum, & quidquid deinceps dictis partibus placuerit faciendum, & pro ut est de jure, & secundum naturam divisionum requiritur.

Obijt postea Antonius, successiveque Bartholomæus superstitibus Angelo, & Alexandro ejus filijs per subsequens matrimonium legitimatis in pupillari ætate existentibus, & dicto Jacobo eorum patruo magno. Ortaque inter eos coram DD. Officialibus Pupillorum verbotenus controversia super parte bonorum ex dicto fideicommisso in dictum Bartholomæum perventorum, fuit per Magnificum illum Magistratum ex voto eorum Assessoris resolutum, tertiam tantum eorum partem ad D. Jacobum pertinere, reliquis duabus penes dictos Pupillos remanentibus, & in ejusmodi decreti executionem quam primum inter partes ipsas facta fuit divisio, sicque & re, & verbis approbata resolutio dicti Magistratus.

Cæterum Jacobus factus certior de læsione ex hac ipsa resolutione sibi illata, ex quo pupilli nullatenus reperiuntur Bartholomæo eorum genitori substituti, sicque inducta tantum fuit reciproca inter institutos, confugit ad eumdem Magistratum, petijtque per eum declarari memoratum Decretum nullum, ne dum ex notoria ejus injustitia, sed etiam ex defectu gabellæ ex parte DD. Angeli, & Alexandri pro dictis bonis ante sententiam non solutæ, seque, prævia etiam, quatenus opus esset, in integrum restitutione ex capite enormissimæ læsionis, & ex clausula *si qua mihi justa causa, &c.* ad dictum fideicommissum admitti, bonaque sibi relaxari una cum fructibus ab obitu dicti Bartholomæi justa liquidationem desuper suo tempore faciendam.

Hoc negotio ad nos delato ad referendum, ut moris est

Diximus, omnibus per nos diligenter consideratis, petita per D. Jacobum fieri posse, & debere, ut in sententia.

Moti, quia nullitas dictæ Sententiæ, seu Decreti patens erat, non solum ob gabellam juxtà legem anni 1566. de materia loquentem per pupillos non solutam pro bonis eis assignatis, pro ut solvendam fuisse declararunt DD. Provisores Gabellæ ex relatione Clarissimi D. Auditoris Fiscalis, verum notoria erat etiam illius injustitia, quæ licet ex privilegio illius Magistratus alibi fortè co- 1
gnosci non posset, nullitas tamen ob gabellam non

solatam ratione publicæ utilitatis Magistratibus om-
nibus est communis, omnesque omninò afficit sen-
2 tentias, uti omnibus notum est. Quando autem nul-
litas annexam habet injustitiam, non nisi favorabi-
lis consenda est, quippe quæ aperiat viam justitiæ,
ut per *Alex. consil. 33. sub n. 9. versic. & tantò præ-
mior. lib. 1. & Vant. in tractat. de nullitat. tit. quid
sit nullitas n. 7. & num. 18.* faciunt tradita per *Dec.
consil. 603. num. 11. & consil. 606. n. 11. cum duob.
seqq.*

Injustitia autem in eo consistebat, quia sicuti
dubitari non poterat, quin Jacobus, Laurentius, &
3 Antonius, ac Bartholomeus Perutij primi hæredes
sibi invicem essent substituti, & sic per reciprocam
ad *text. in l. jam hoc jure in princ. & in l. Lucius in
princ.* & ibi notat *Bart.* quem alij sequuntur *num. 4.
ff. de vulgar. & pupillar.* cum alijs per *Gomes. variar.
resolut. tom. 1. cap. 8. n. 2. & per Crass. in §. sub-
stitutio quæst. 52. n. 1. & 2.* Ita quoque perspicuum
erat, nullos alios præter cohæredes ipsos fuisse vo-
catos, proindeque de ulteriori fideicommisso agi non
4 posse. Nam etsi alias filij gravati, de quibus nulla
per Testatorem facta est mentio, si versamur in de-
scendentibus soleant excludere substitutum, ut per
scribentes, & in specie per *Socin. in l. cum Avus ff.
de condit. & demonstrat. in l. cum acutissimi C. de fi-
deicommiss. & in l. generaliter §. cum autem C. de in-
5 stitut. & substitut.* id tamen non procedit in trans-
versalibus, alijsve extraneis, ut ibi per *Alberic. n. 4.
Alex. n. 7. Jason. n. 2. vers. secundò limita, & Dec. n. 14.
Rip. in l. ex facto §. ex facto n. 55. ff. ad Trebell.
Cephal. consil. 576. num. 13. & 16. lib. 4. Gabr. de
fideicommiss. conclus. 2. n. 46.* & omnium amplissimè
*Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 89. num. 19.
& 20.* ubi sub *n. 55. & seqq.* quidquid in contra-
rium senserint nonnulli per eum relati, concludit
ex communi clausulam *si sine liberis decesserit*, ex
censura dictarum legum subauditam, quando gra-
vati non fuere descendentes, non subaudiri, etiam
quando frater gravavit fratrem ab eo hæredem in-
stitutum; Id quod longe facilius procedit hoc in
casu, in quo Testator non solum non erat ascen-
dens, vel frater præfatorum institutorum, sed trans-
versalis in longe ulteriori gradu constitutus, in re-
motioribus autem gradibus ultra fratrem, nemo est
qui contradicat. Non fuere igitur neque ex ex-
pressa Testatoris, neque ex tacita legis dispositio-
ne vocati filij Bartholomæi, & ideo nil mirum si
in bonis ad eos ex paterna successione non spectan-
tibus, sed reciprocæ substitutioni subjectis, ad so-
lius D. Jacobi favorem, qui omnibus cohæredibus
invicem substitutis supervixit, apertum fuit fidei-
commissum; proindeque fuerit resolvendum, bo-
na ei integraliter fore relaxanda, saltem a die litis
6 contestatæ citrà, quo tempore quilibet possessor
quantumcumque iiiqlacus incipit habere malam fi-
dem, & teneri ad fructuum restitutionem *l. 1. &
ibi Gloss. in versic. contestata C. de usur. & fruct. le-
gat. l. certum ubi etiam Gloss. in versic. adversos C.
de rei vindicat. l. cum fundus in princ. ff. si certum
pet. Rebuff. ad reg. constitut. tom. 3. tit. de fructibus
artic. 3. Gloss. 1. n. 32.* amplè *Menoch. de recuper.
possess. remed. 15. n. 601.* & in terminis nostris *Ri-
pa in l. in fideicommissariam n. 5. ff. ad Trebell. & in
l. centurio n. 3. ff. de vulgar. & pupillar. Cephal. con-
sil. 225. n. 55. & 48. lib. 2. Crass. in §. fideicommis-
sum quæst. 49. num. 4. Peregrin. de fideicommiss. ar-
tic. 49. n. 86.*

Neque hic obstare visum est, quod dicebatur
de ratificatione sententiæ Dominorum Officialium,
& divisione, ac bonorum assignatione subsequuta,
7 siquidem divisiones factæ sub falso præsupposito,
ut pupilli in dictis bonis admitti deberent pro virili,
non potuerunt legitimam ratificationem inducere,
deficiente consensu *l. si quis per errorem, ff. de juris-
dict. omn. Judic.* & ubi deficit suppositum, deficit, 8
& dispositum ad *Gloss.* communiter receptam in *l.
mancipia C. de serv. fugitiv.* de qua latè per *Felin.
in cap. nonnulli sub n. 34. versic. amplia ista extr. de
rescript. Dec. consil. 511. ante num. 4. cum seqq. con-
sil. 540. n. 2. & consil. 466. n. 8. Cephal. consil. 370
n. 66.* faciunt optimè tradita per *Alex. consil. 123.
sub num. 6. & 7. lib. 1.* Addito etiam, quod stante 9
nullitate sententiæ, nulla etiam redduntur omnia
ejus occasione subsequuta *l. non dubium C. de legib.
Roman. consil. 449. n. 3. Ruin. consil. 151. n. 9. & 10.
lib. 3.* Præsertim cum idem defectus gabellæ repe-
riatur etiam in laudo divisorio, & in alijs in exe-
cutionem ipsius sequutis, quos sanè defectus, uti
a facto, nempè a solutione, vel non solutione gabel- 10
læ dependentes cum D. Jacobus ignoraverit *ad l. ve-
rius ff. de probat. & l. fin. ff. pro suo*, frustra quæ-
ritur de eorum ratificatione, cum animus, & volun- 11
tas ad ignorata non referatur *l. mater decedens ff. de
inoffic. test.* & ratificatio actus nulli requirat per- 12
fectam scientiam nedum ipsius actus, sed etiam ejus
nullitatis *Abb. consil. 61. column. ultim. versic. ad ter-
tiam lib. 1. Corn. consil. 207. num. 8. lib. 3. Gabr. de
sententi. concl. 2. n. 34. Dec. consil. 475. n. 28. versic.
sed ad hoc respondetur. Natt. consil. 562. n. 33. cum
seqq. Hieronym. Gabr. consil. 36. n. 60. lib. 1.*

Non etiam visum est refragari, quod objicie- 13
batur eidem Jacobo, ipsum nempe eumdem erro-
rem incurrisse gabellam non solvendo, juxtà illud
nihil dolosius doloso; Quia si pupilli fuissent actores,
ut ex pluribus deducebatur, Jacobus qui tamquam
reus nil probat ad *text. in cap. cum dilectus extr. de
ordin. cognit.* defectum hujusmodi non pateretur.
Præterea exceptio gabellæ non solutæ non intrat, 14
quando partes veniunt ex diversa causa, & ex di-
versis capitibus, tunc enim paria delicta mutua com-
pensatione tolluntur, quando versantur circa idem,
non quando versantur circa diversa, quo sanè in ca-
su, permissum est unicuique contra alterum pro sua
indemnitate de nullitate experiri, ut per *Gloss. in
l. sed eximendi §. item si quis ff. ne quis eum, qui in
jus vocat. est vi exim. Bald. in l. cum mulier sub n. 7.
versic. tertiò appono ff. solut. matrim. Natt. consil. 133.
n. 5.* & quando obligationes proveniunt ex diversis 15
causis, unus alteri non potest culpam, & defectum
adimplementi opponere, sed potest quilibet non ob-
stante propria omissione agere ad nullitatem pro suo
interesse ex omissione alterius, ut per *Felin. post
Butr. & Abb. in cap. 3. limit. 1. n. 7. extr. de jur.
jurand. Alex. in l. cum proponas num. 2. C. de pact.
Natt. dict. consil. 133. n. 5. & 6.* At filij Bartholo-
mæi veniebant ad hæc bona uti hæredes patris, Ja-
cobus verò uti vocatus ex fideicommisso D. Petri,
sicque ex diversis causis, & actionibus, ergo cessat
regula *dict. l. cum mulier ff. solut. matrimon.* Quin-
immò si pupilli egissent ad nullitatem sententiæ,
quatenus respiciebat commodum D. Jacobi, ex hoc
egregiè fundassent ejus intentionem, cum ejus in-
teresse in hoc præcipuè versetur, ut dicta senten-
tia nulla prorsus remaneat.

Non omittebatur etiam legem gabellæ opera- 16
ri actus nullitatem ipso jure, quo casu Judex ex
officio tenetur super ea pronunciare *Aretin.* in pun-
cto *consil. 102. in fin. & consil. 128. col. 2. Riminald.
jun. consil. 311. n. 24. & 25.*

Denique cum D. Jacobus tractet de damno evi-
tando, quia per dictam sententiam fuit privatus ju- 17
re fideicommissi per mortem Bartholomæi ad ejus
favorem purificati, & per consequens eidem acqui-
siti, juxtà *text. in l. n Titia ff. de furtis in l. & si
post diem ff. quando dies legat. ced.* cum alijs *per Rot.
decis.*

decis. 379. *n.* 8. *part.* 1. *in novis.* a contra vero pu-
pilli agant de lucro captando, dum bona ad alium
spectantia, nolla prorsus subsistente causa, nec ve-
ra, nec probabili, sub injustissimæ sententiæ cly-
28 peo nituntur retineri, succedit & alia limitatio
dictæ regulæ *Paria delicta*, ut scilicet non proce-
dat, quando unus tractat de damno evitando, &
alter de lucro captando, ut egregiè declarant *Bart.*
in l. tum mulier sæplus allegatus *num.* 7. ibique etiam
Bald. & alij *ff. solut. matrimonio*, *& Petr. de An-*
char. consil. 291. *num.* 5. & extant *Motiv. hujus Rotę*
sub die 20. *Maij* 1597. *lib.* 80. *a car.* 133. ex qui-
bus multa alia in hanc sententiam deduci possent,
quæ ex industria omittimus.

19 Illud tantum silentio haud involvendum est,
quod cùm regulariter fideicommissarius videatur age-
re de lucro, ut post alios scribit *Cephal. consil.* 477.
n. 25. *lib.* 4. proindeque & D. Jacobus concur-
rens cum pupillis, tamquam tractans de lucro, non
secus ac pupilli, non videretur præmissa limita-
20 tione uti posse; Attamen quia damnum verifica-
tur etiam in lucro radicato, quale hoc est; ubi-
cumque purificata est conditio fideicommissi, ju-
xtà tradita per *Cinum in l. cum te num.* 2. ibique
etiam *Bald. C. de donat. ant. nupt. Alex. consil.* 203.
n. 7. *lib.* 6. *& Rot. decis.* 22. *num.* 16. *part.* 2. *in no-*
viss. merito limitationi locum esse duximus, etiam
21 contra pupillos, quibus ita in administranda justi-
tia debitores sumus, dummodo injuriam alijs non
inferamus; ad *text. in cap. ex tenore extr. de for.*
compet.

Alexander Zilucchius.
Dominicus Gualandus.
Aloysius Soltia.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Ardua, & utilis quæstio, an dispositio *l. cum avus* 102. *ff. de condit. & demonstr. & l. cum acutissimi* 30. *C. de fideicomm.* locum habeat in testamento transversalis, latissimè pertractatur, pluribus relatis conjecturis ad limitationem regulæ negativæ, & pluribus pro confirmatione perpensis.

SUMMARIUM.

1 Dispositio l. cum avus 102. ff. de condit. & demonstrat. *non habet locum in testamento transversalis, & de ratione.*
2 *Et contraria opinio nec in jure, nec in praxi recipitur.*
3 *Contrarium nihilominus qui sentiant.*
4 *Admittitur horum opinio solum concurrentibus conjecturis.*
5 *Sicuti illis concurrentibus admittitur etiam detractio alimentorum ex fideicommisso transversalis, & una ex conjecturis affertur.*
6 *Conjectura ad inducendam dispositionem* l. cum avus *in testamento transversalis debent esse graves, & concludentes.*
7 *Et certa, & indubitatæ.*
8 *Et intrinsecę, & ex verbis testamenti desumptę, nec sufficiunt extrinseca.*
9 *Prima, & principalior conjectura est, si Testator carens liberis fratrem instituit.*
10 *Amplia etiam in relictis particularibus.*
11 *Idem procedit quoad detractionem alimentorum ex fideicommisso transversalis.*
12 *Contra, quod hęc conjectura periculosa sit, nec admittenda, nisi alijs efficacibus suffulta.*
13 *Et de his conjecturis remissivè.*
14 *Admittitur si Testator filios fratris proprijs descendentibus equiparavit.*
15 *Qualitas sola, quod Testator sit frater filios non habens, non sufficit, & de ratione.*
16 *Limita si constet plura contraxisse matrimonia, ut agnationem conservaret, & de ratione.*
17 *Sublimita si de tempore testamenti recenter matrimonium contraxerit.*
18 *Secunda conjectura ad supplendam conditionem* si sine filijs *in transversalibus est, si versemur in majoratu, in quo semper presumitur vocatus secundogenitus, ejusque descendentes prima deficiente.*
19 *Declara, & intellige remissivè.*
20 *Tertia conjectura desumitur ex quo testamentum scriptum sit a Presbitero, vel alia persona ignara litterarum, vel a Notario inexperto.*
21 *Maximè si constet Notarium aliàs errasse, & substantialia in testamento omisisse.*
22 *Mentio mortis in fideicommissaria quando non dicatur per errorem a Notario omissa.*
23 *Quarta conjectura eruitur ex quo testamentum conditum fuerit a Testatore infirmo, tempore proximo obitus.*
24 *Et è converso non intrat suppletio in testamento condito tempore bonæ valetudinis.*
25 *De alijs conjecturis pro extendenda voluntate Testatoris supplendi conditionem* l. cum avus *in transversalibus remissivè.*
26 *Conditio* si sine filijs *expressè adjecta in una testamenti parte excludit prætensam suppletionem in alia.*
27 *Contrarij declarantur procedere, quando conditio* si sine filijs *apposita fuit in eadem oratione, non in diversa.*
28 *Amplia etiamsi adsint verba relativa, quę operantur repetitionem qualitatum, sed non conditionis tangentis substantiam vocationis.*
29 *Limita, ut suppleatur etiam in parte diversa stantibus circumstantijs, & conjecturis.*
30 *Suppletio non admittitur, si pugnent conjecturæ in contrarium.*
31 *Una resultat, si Testator in casu prædecessus heredis voluit facere unicam substitutionem.*
32 *Secunda oritur, si Testator substituit agnatos proximiores, nam tunc non intrat suppletio in transversali non agnato.*
33 *Tertia conjectura exclusiva fœminæ ultimi masculi transversalis est, si ad successionem vocati fuerint dumtaxat masculi.*
34 *Quarta conjectura fœminis adversativa resultat a substitutione extranei, non curatis sororibus, & neptibus Testatoris viventibus, & eidem cognitis.*
35 *Fortius si substituti sint filij, & descendentes masculi ejusdem, vel alterius fratris ipsius Testatoris.*
36 *Amplia etiamsi masculi adhuc nati non sint, sed eorum adsit spes verisimilis, & durante spe nativitatis quale temperamentum capi debeat, & num.* 37.
38 *Amplia, ut nec fœmina hęres ultimi masculi pręferri debeat in temporanea administratione bonorum.*
39 *Suppletio* l. cum avus *non intrat, si Testator cogitavit de liberis.*
40 *Et qualis cogitatio requiratur remissivè.*
41 *Et quando non intrat favore descendentium, fortius non habet locum favore transversalium, & alijs circumstantijs concurrentibus, de quibus remissivè.*
42 *Non intrat favore transversalium, etiamsi instituti, & gravati fuissent cum filijs, & descendentibus defuncti.*

43 *Am-*

43 *Amplia etiamsi cum filijs institutus sit intimus amicus, & familiaris Testatoris.*

44 *Item non intrat respectu portionis fideicommissi conditi ex bonis patrui, & quando hoc non procedat remissivè.*

45 *Absurdum, quod filius a portione proprij parentis propter patruos excludatur, non operatur in transversalibus suppletionem, & de ratione.*

46 *Amplia etiamsi agatur de filijs ejusdem personæ, & dumtaxat intercedat diversitas casuum.*

47 *Contra, quia filij institutorum præsumantur in portione proprij patris patruis prædilecti.*

48 *Intellige, quando spiritus voluntatis Testatoris prædilectionem suadeat, sicus contra n. 49.*

Ad num. 4. & seqq.

TAngitur in hac nostra decisione ardoa, & utilis quæstio an dispositio *l. cum avus* 101. *ff. de condit. & demonstr. & l. cum acutissimi* 30. *C. de fideicommiss.* habeat locum in testamento condito a transversali, in qua communis, & receptissima est DD.
1 & Tribunalium sententia negativa, quia cum æquitas, & ratio pietatis, & affectionis erga descendentes in substitutione ipsis facta suppleat conditionem, si gravatus sine filijs decesserit, quasi plus fuerit a Testatore dictum, quam scriptum, itaque ratio, & æquitas non militet in testamento transversalis, ideo in isto dispositio *dd. leg.* locum habere non potest, in specie *Spad. consil.* 307. *num.* 8. *lib.* 3. *Redenast. consil.* 34. *n.* 44. *Gratian. discept.* 306. *num* 18. *Hodiern. controv.* 9. *num.* 9 ubi plures alios citat. *Palm. Nep alleg.* 291. *n.* 57. *Saminiat controv.* 102. *n.* 80. *Mantic. de conjectur. lib.* 10. *tit: ultim. n.* 25. *Censal. ad Peregrin. de fideicommiss. artic.* 25. *in addit. ad num.* 59 *versic. quartus casus est, & seqq. fol* 108. impress. Lugdunen. *de Luc. de lin. legat. artic.* 15. *num.* 3. *lib.* 1. *Torr. de primogenit. part.* 2. *quæst.* 16. *n.* 34. *versic. demum. Rot. Lucen. apud Palm.*
2 *Nep. decis.* 106. *n.* 7. & 9. ubi quod contraria opinio nec in Jure, nec in praxi recipitur. *Rot. Jamuen. post Bottin. de majorenat. sub n.* 141. *fol.* 76. *& apud Torr. variar. tom.* 1. *tit.* 1. *decis.* 12. *num.* 47. *fol.* 183. *Rot. Senen. coram me decis.* 6. *n.* 19. & dixi supra *in addit. ad decis.* 9. *n.* 67. *Rot. Florent. apud Saminiat. controv.* 201. *n.* 51. *in Florentina legati de Pecoris* 4. *Junij* 1635. *n.* 2. *coram Cavanneo* infra imprimend. *& in Florentina fideicommissi* 13. *Septembris* 1720. *n.* 55. *& seqq. coram D. meo Audit Calderono* infra suis loco, & tempore imprimenda, & in hac nostra decisione *n.* 4. & 5. *Rot. Rom. coram Celf. decis.* 388. *n.* 4. *Ottbobon. decis.* 1. *n.* 8. *in recent. decis.* 358. *n.* 5 *part.* 3. & in celebri *Romana fideicommissi de Conis impress. decis.* 170. *n.* 8. & 9. *part.* 17. confirmata *dec.* 102. *n.* 4. *& seqq. & dec.* 633. *n.* 10. *part.* 18. & iterum *decis.* 453. *n.* 2. *part.* 19. & ultimo loco *coram Emerix Jun. decis.* 426. *num.* 3. *& seqq. & post de Luc de fideicommiss. in Mantis. decis.* 2. *n.* 27. *& seqq. & in Ferrarien. fideicommissi* 24 *Aprilis* 1722. *§. ex duplici coram Lancetta*, confirmata 19. *Junij* 1724. *§. minusque coram Reverendiss. D. meo Aldrovando.*

Contrariam tamen partem, quod sancita in dictis
3 legibus habeant locum etiam in fideicommisso transversali *VVsembec. consil.* 94. *num.* 20. & 50. *part.* 2. *Bardellon. consil.* 16. *n.* 20. *Altograd. in causa Florent. consil.* 45. *per tot. lib.* 1. *Balduct. ad Ramon. observ.* 66. *n.* 72. *Noguerol. alleg.* 9. *n.* 59. *Palm. Nep. alleg.* 291. *n.* 55. *Mans. consult.* 218. *n.* 32. *& seqq. tom.* 3. *consult.* 321. *n.* 5. *& seqq. tom.* 4. *& consult.* 37. *num.* 6. *tom.* 9. *de Luc. de fideicomm. disc.* 25. *n.* 17. *disc.* 115. *per tot. & disc.* 146. *n.* 11. *Torr. de primogenit. tom.* 1. *cap.* 19. *n.* 7. *fol.* 114. *Rot. Lucen. apud Palm. Nep. decis.* 106. *num.* 8. ubi plures alios refert. *Rot. in recent. decis.* 80. *n.* 4. & 5. *part.* 19.

Quæ secunda opinio solum admitti posset, quando adessent conjecturæ ostendentes Testatorem voluisse conditionem præfatam *si sine filijs* suppleri 4
trarium probetur, ut firmat præsens decisio, & probant *Mans. consult.* 55. *n.* 3. *tom.* 10. *Rot. Lucens. apud Palm. Nep. alleg.* 272. *n.* 74. *& seqq.* ubi reprobat contrarios *Rot. Florent. in Florentina fideicommissi de Ginoris* 19. *Augusti* 1617. *n.* 23. inferius suis loco, & tempore apponenda *Rot. Rom. coram Emerix Jun. decis.* 547. *n.* 1. *& decis.* 1263. *n.* 5. *Caprar. decis.* 447. *num.* 1. *post de Luc. de fideicommiss. in Mantis. decis.* 30. *num.* 1. *& decis.* 53. *num.* 1.

Et decedentia sine liberis probata remanet, si
per obitum absque filijs fuit ab alio obtenta pos- 3
sessio bonorum *Rot. coram Caprara dict. decis.* 447. *num.* 2.

Ad

Ad num. 6.

Descendcotia probatur per scripturas, instru-
3 meota, & testes, ut dicitur in hac decisione, &
ultra ibidem citatos tradont *Mans. consult. 40. n. 23. Gob. consult. 92. num. 2. tom. 1. Ansald. in addit. ad decis. 46. n. 38.* ubi plures *Rot. coram Emerix Jun. decis. 1281. num. 1. Caprar. decis. 632. n. 5. & decis. 661. n. 9. in recent. decis. 590. num. 1. part. 19. post de Luc. de jurepatron. in Mantis. decis. 10. num. 7. & apud Torr. variar. Jur. quæst. tom. 3. tit. 12. miscell. part. 2. decis. 8. n. 2. fol. 246.*

Sed non sufficiunt testes non informati, men-
4 daces, deponentes de auditu, non citata parte, per verba dubia, & æquivoca, & si contrarientur alijs testibus numero, & qualitate majoribus *Rot. Florent. decis. 27. n. 16. & decis. 28. num. 1. & plurib. seqq. coram me* ubi plene.

Item probatur descendentia ex libris Catastri, seu Decimarum Civitatis Florentiæ concurrentibus
5 adminiculis *Rot. Florent. decis. 11. n. 5. & decis. 86. n. 2. coram me* ubi concordantes. *Rot. Rom. coram Dunozet. Jun. decis. 14. num. 3. & 8. & decis. 17. num. 2.*

Et ex alijs pluribus conjecturis, & demonstra-
6 tionibus, de quibus latè per *Rot. Florent. dict. decis. 21. n. 4. & seqq. coram me.*

7 Ex quibus filiatio, & descendentia excludantur, abundè *Rot. Florent. decis. 26. decis. 27. decis. 28. decis. 29. coram me.*

Ad num. 8.

Conclusio, quod pro detractioolbus legitimæ, & trebellianicæ competat retentio, oedum proce-
8 dit favore filiorum primi gradus, de quibus loquitur præsens decisio, sed etiam extraneorum, & Fisci *Rot. Florent. infra decis. 49. num. 32. decis. 110. num. 5. & 12.*

Detractiones enim hujusmodi, si a gravato factæ oon sint, transeunt ad illius successores, & pos-
9. suor fieri ab hærede, etiam extraneo *Castald. consult. 146. n. 10. fol. 472. tom. 1. & consult. 162. n. 7. fol. 40. tom. 2. Rot. Florent. infra d. decis. 49. n. 32. & citat. decis. 110. n. 1. & 2.*

Intelligenda tamen venit hujusmodi retentio pro rata, non in totum, conceditur enim hæredi hæredis gravati retentio pro indiviso, si in possessiooe repertor, vel immissio pariter pro in-
10 diviso contra fideicommissarium, si iste possidear ratione detractionum quotitativarum, quæ certæ sunt ratione loci, & quotæ; prout eadem immissio pro indiviso retardari non posset fideicommissarijs agentibus adversus hæredem hæredis gravati super reliquis portionibus, quæ detractiones excedunt *Mans. consult. 396. n. 6. & seqq.* ubi declarat, & pluribus relatis *D. meus Audit. Calderon. resol. 15. num. 16. & seqq. Rot. coram Emerix Jun. decis. 373.*
11 *n. 1.* obi quud nec impediont manutentionem, *decis. 687. n. 3. decis. 1105. n. 5. & decis. 1362. n. 6. Caprar. decis. 39. n. 13 in recent. decis. 634. n. 3. 4. & 11. part. 19. & in Romana, seu Florentina successionis 1682. coram Ursino* impressa apud *Saminiat. controv. 76. n. 6. & seqq. & post de Luc. de fideicomm. decis. 8. n. 8. decis. 9. n. 13. decis. 30. n. 7. & decis. 48. num. 18. & post differt. 70. Paulut. decis. 3. n. 5.* ubi concordantes.

Si vero detractiones non essent legales, & quotitativæ, sed accidentales, & quantitativæ, cum donec istæ liquidatæ non fiot, sciri non possit qoid superfit restituendum fideicommissario, & dari pos-
12 sit casus, quod totum fideicommissum absorbeant, retentionem tribuerent hæredi gravato, & impedirent fideicommissario immissionem etiam pro indiviso *de Luc. de legitim. disc. 25. n. 75. & disc. 31. n. 16. Rot. post tom. 2. consil. Ramon. decis. 2. n. 46. & 47. & coram Emerix Jun. decis. 466. num. 14. in recent. decis. 475. n. 53. part. 19. post de Luc. de testament. decis. 19. n. 21. & decis. 34. n. 1.*

Verum si constet de opuleotia patrimonij longè excedeotis detractiones quantitativas, solet de æquitate dari retentio alicujus portionis bonorum verisimiliter adæquantis creditum detractionum quan-
titativarum hæredi gravato, cui illæ competunt, & 13
in reliquis bonis superexcedentibus concedi immissio fideicommissario, juxtà temperamentum, de quo *Cyriac. controv. 12. n. 76. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 7. glos. 3. part. 4. n. 29. Senat. Cathalan. apud eundem decis. 48. n. 16. Rot. Rom. coram Merlin. decis. 265. n. 13. in recent. decis. 269. n. 14 & 15. part. 5.* optimè *post de Luc. de fideicommis. decis. 59. num. 1. & in Mantis. eodem tit. decis. 77. n. 5. & decis. 78. n. 8.*

Et si tam istæ, qoam detractiones quotitativæ certæ sint, quia firmatus fuerit status hæreditarius, potest etiam concedi immissio fideicommissario in om-
nibus bonis generaliter, & indefinitè, soluto tameo 14
pretio, & valore detractionom ei, cui competunt *Rot. post de Luc. de fideicommiss. decis. 48. n. 19.* alijqoe mox allegati.

Ad eam tamen portionem, quæ assignata fuit pro detractionibus juxtà æquitativum temperamentum, de quo supra *num. 13.* dari non posset im-
missio, nisi facta prius plenaria detractionum liqui- 15
datione, ot distinguendo observat *Rot. post de Luc. de testament. decis. 3. n. 2. & seqq.*

Generaliter autem immissionem non impedirent detractiones qootitativæ, & qoantitativæ, si
illæ turbidæ fiot in quantitate, & substantia *de Luc.* 16
de legitim. disc. 25. sub n. 75. & disc. 31. num. 17. Rot. coram Emerix Jun. decis. 1044. num. 1. & decis. 1256. num. 14. & apud Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 1. de majoratib. & primogenit. decis. 9.
n. 4. & 5. fol. 130. ubi quod detractiones quantita- 17
tivæ debent esse claræ, & liquidæ.

F L O R E N T I N A
Fideicommissi.

30. Decembris 1602. Ex lib. Motiv. 85. à c. 259.

A R G U M E N T U M.

Compendiosa ex quibus dicatur inducta,

S U M M A R I U M.

1 *AD essentiam compendiosę non requiritur verbum* quandocumque.
2 *Sufficit vel conditio mortis, vel alia tractum temporis significans.*
3 *Maximè stante conditione* si sine filijs.
4 *Subsequentes dispositiones debent intelligi, ut prima.*
5 *Mentio de filijs masculis, & de legitimo matrimonio censetur facta pro conservatione familiæ.*
6 *Quando Testator vult conservare agnationem, censetur fideicommissum inductum.*

D E C I S I O XXVI.

In Causa Sati.

PHilippus Johannes de Satis in suo testamento instituit Augustinum fratrem in quarta parte suæ hæreditatis, & si decesserit sine filijs masculis legitimis, & naturalibus nasciturus ex legitimo matrimonio a principio eorum oativitatis

dicta

dicta quarta pars pertineat, ac libere spectet ad Joannem Baptistam alterum fratrem, si erit in humanis, sin autem ad ejusdem Joannis Baptistæ filios masculos, si extent, sin autem ad Petrum Cursi de Satis, si tunc temporis vivat, sin vero ad filios legitimos, & naturales dicti Petri æquis portionibus. In omnibus autem alijs suis bonis suum hæredem universalem fecit dictum Joannem Baptistam, cui substituit omnes ejus filios legitimos, & naturales masculos, & casu quo decederet sine filijs, ut supra, eidem Joanni Baptistæ substituit dictum Petrum de Satis, si erit in humanis, sin autem ejus filios masculos legitimos, & naturales dicti Petri æquis portionibus. Augustinus decessit sine filijs, adeo quod tota hæreditas Philippi pervenit ad Joannem Baptistam, qui & ipse nuper decessit absque filijs, institutis ab eo hæredibus extraneis, existente Carolo filio legitimo, & naturali dicti Petri Cursi de Satis substituto, dubitabatur ex proposita facti specie numquid tres quartæ partes hæreditatis restituendæ sint virtute fideicommissariæ substitutionis, vel dicatur tantum vulgariter substitutus; nobis visum fuit judicare substitutionem, de qua agitur, fuisse compendiosam ex verbis illis per Testatorem prolatis ibi, *& casu quo Joannes Baptista decesserit sine filijs masculis, substituit Petrum, & filios*; Namque ad esse compendiosæ non requiritur verbum
1 *quandocumque* vulgato *l. precibus C. de impub & alijs*
substit. ubi dicitur factam fuisse compendiosam sub-
stitutionem, & tamen non adest illud verbum *Bar-*
tol. in l. centurio n. 30. ubi omnes *ff. de vulgar. &*
pupillar. Peregrin. post alios in tract. de fideicommiss.
artic. 34. n. 9. Satis enim est, quod conditio mor-
tis, vel alia, quæ tractum temporis significet, adij-
2 ciatur, & potissimum hoc procedit, quando dictum
est, si institutus decesserit sine filijs, pro ut mo-
3 derniores adducendo tradit *Laderchius in consil. 3.*
n. 9. & Surd. in consil. 362. n. 26. lib. 3. Præterea
adsunt plures gradus substitutionis, & in prima sub-
stitutione satis constat fideicommissariam contineri;
4 meritò siquidem debet eo modo intelligi *l. 1. C. de*
instit. & substit. Ruin. consil. 3. & consil. 168. lib. 2.
Socin. Jun. consil 66. lib. 3. Accedebat quod semper
facta fuit mentio de filijs masculis, & quod sint de
5 legitimo matrimonio nati, quo casu non ad alium
finem factam intelligimus, nisi pro familiæ de Satis
conservatione, prout tradit *Surd. in consil. 443.*
n. 16. lib. 3. sed quando testator vult conservare
agnationem, non est dubium, quin fideicommissum
6 dicatur inductum, quia alias non possent bona in
agnatione conservari, ex his venimus in opinionem, pro ut in nostra sententia ad laudem Omnipotentis Dei, Beatissimæque semper Virginis, &c.

Pompeius Cantarinus.

A D D I T I O.

ARGUMENTUM.

Compendiosa quibus verbis, vel circumstantijs dicatur inducta.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio compendiosa inducitur per verbum* quandocumque, *quod plura tempora complectitur.*

2 *Item per verba* quando si sia.

3 *Amplia, ut etiam dicto verbo deficiente inducatur, si alia circumstantia id suadentes concurrant.*

4 *Sufficit, quod facta fuerit mentio mortis.*

5 *Vel quod adjecta fuerit conditio* si sine filijs decesserit.

6 *Aut quod Testator usus sit verbis communibus, maximè in oratione tractum successivum importante.*

7 *Dicitur compendiosa secunda substitutio, si facta sit cum dictione* ut supra, *vel simili, & prima compendiosa precedat.*

Substitutio compendiosa inducitur, quando te-
stator usus est, & adhibuit verbum *quandocum-* 1
que, quod plura tempora complectitur *Altograd. consil. 76. num. 5. lib. 1. Saminiat. controv. 134. n. 12. Fusar. de substitut. quæst. 233. n. 4 & 9. Torr. de primogen. tom. 2. quæst. 9. n. 12. fol. 44. Zoes de vulgar. & pupillar. substitut. n. 88. Joan. Otto Tabor tract. vol. 1. tract. 18. de substitut. cap. 6. de substitut. compendios. num. 14. 15. & 27. fol. 848. & cap. 7. respons. 4. n. 5. fol. 868. & respons. 7. n. 8. fol. 883.* impressionis Lipsiæ anni 1688. *Odd. de compendios. part. 4. quæst. 1. Rot. Florentin. supra decis. 4. num. 1. & decis. 98. n. 41. coram me, & in Florentino fideicommissi 9. Septembris 1719. artic. 1. n. 60.* pariter *coram me*, in tertio volumine mearum decisionum, Deo dante imprimenda *Rot. Rom. coram Cerro decis. 460. n. 6. & 7. Emerix Jun. decis. 051. num. 10. decis. 1040. n. 2. in recent. decis. 201. n. 6. & seqq. part. 8. decis. 162. n. 10. & 10. part. 10. in Romana immissionis 24. Aprilis 1711. §. verum coram Reverendiss. D. meo Crispo, & 12. Martij 1714. §. etenim & §. contrarijs coram Eminentiss. D. meo Cardinali Falconerio, & in Fanen. immissionis 15. Februarij 1724. §. frustra coram Reverendiss. D. meo Aldrovando.* ubi etiam de verbis *quando si sia.* 2

Non est tamen de essentia, quod Testator apponat dictum verbum *quandocumque*, quia etiam eo
deficiente compendiosa inducitur, si aliæ circumstan-
tiæ id suadentes concurrunt, ut dicitur in hac no- 3
stra decisione *num. 1.* & tradunt *Altograd.* in causa Florentina *consil. 45. n. 83. lib. 1. Mart. de success. legal. part. 1. quæst. 30. artic. 1. n. 2. Cras. §. substitutio 10. quæst. 60. n. 10. Fusar. de substit. quæst. 233. num. 6. 30. & 47.* ubi plures citat. *Saminiat. controv. 101. n. 14.* & in causa Florentina *controv. 106. n. 39. Jo. Otto Tabor tract. vol. 1. tract. 18. de substitut. cap. 7. respons. 4. n. 5. fol. 868. Capyc. Latr. consult. 74. num. 4. Episcop. Rocc. disput. 13. num. 2. Palm. Nep. alleg. 127. n. 1. & alleg. 389. n. 1. Astolin. resol. 73. n. 24. Rot. Marchia apud Gratian. decis. 140. num. 9. Rot. Bononien. apud Barz. decis. 9. n. 32. Rot. Senen. decis. 31. n. 32. coram me. Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fideicommiss. quæst. 10. n. 14. fol. 056. & quæst. 18 n. 21. Rot. Rom. apud eum dict. tit. 0. decis. 13. num. 10. fol. 462. coram Duran. decis. 339. n. 12. Zarat. decis. 28. n. 3. & seqq. Bich. decis. 445. n. 15. & seqq. & decis. 548. n. 2. Priol. decis. 110. n. 10. & seqq. Cels. decis. 33. n. 10. Emerix Jun. decis. 1071. num. 2. Caprar. decis. 39. n. 4. apud Balduc. decis. & res judicat. tit. 3. de legat. & fideicommiss. decis. 47. n. 11. apud Saminiat. controv. 76. n. 3. & inter decis. Florentia. coram me editas decis. 98. §. 2. num. 16. & in Firmana fideicommissorum 11. Januarij 1700. §. sive ex natura coram Eminentiss. D. meo Cardin. Falconerio. Rot. Florent. supra d. decis. 4. n. 2.*

Ad illam enim inducendam sufficit factam fuis-
se mentionem mortis, quia substitutio facta sub com- 4
memoratione mortis semper dicitur compendiosa, ut in præsenti decisione *num 2.* & tradunt *Bartol. in l. centurio n. 9. 25. & 32. ff. de vulgar. & pupillar. Altograd.* in causa Florentina *consil. 45. n. 83. lib. 1. Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 5. tit. 2. n. 8. Peregrin. de fideicommiss. artic. 34. n. 4. Fusar. de substitut. quæst. 233. n. 7. 29. & seqq. de Luc. de fideicommiss. disc. 127. n. 9. Episcop. Rocc. d. disput. 13. num. 1.*

num. 1. ubi plurimi congeruntur. *Palm. Nep. dict. alleg.* 389. *n.* 3. *& seqq. Saminiat.* in causa Florentina *controv.* 101. *n.* 14. *controv.* 106. *n.* 39. *& controv.* 134. *n.* 12. *Capyc. Latr. d. consult.* 76. *num.* 4. *Altelia. d. resol.* 73. *n.* 24 *Paulut. dissert.* 24. *num.* 7. *Senat. Mantuan. apud Gob. post consult.* 54. *num.* 1. *fol.* 381. *tom.* 2. *Rot. Senen. d. decis.* 31. *n.* 31. *coram me. Torr. variar. Jur. quaest. tom.* 1. *tit.* 2. *quaest* 18. *n.* 20. 31. *&* 32. *fol.* 292. *Rot. Florent. apud eum d. tom.* 1. *tit.* 2. *de substitut. & fideicommiss. d. decis.* 10. *n.* 49. *fol.* 457. *& tom.* 2. *tit.* 9. *quaest.* 1. *sub n.* 17. *&* 18. *fol.* 275. & infra *decis.* 57. *n.* 1. *& decis.* 66. *num.* 2. *Rot. Rom. apud eumdem Torr. dict. tom.* 1. *tit.* 2. *decis.* 13. *n.* 10 *coram Coccin. decis.* 2003. *num.* 1. *Bich. decis.* 17. *n.* 8. *&* 9. *& d. decis.* 445. *n.* 15. *Cels. decis.* 33. *n.* 10. *Priol. decis.* 59. *n.* 3. *& seqq. Merlin. decis.* 145. *n.* 4. *Pamphil. decis.* 439. *num.* 2. *& seqq. Emerix Jun. decis.* 251. *n.* 10. *& decis.* 1042. *n.* 2. *Caprar. decis.* 413. *n.* 1. *in recent. decis.* 201. *num.* 6. *&* 7. *part.* 8. *decis* 94. *num.* 10. *part.* 11. *decis.* 98. §. 2. *n.* 4. *&* 16 *coram me, & apud Baldacc. decis. & rei judicat. tit.* 3 *de legat. & fideicommiss. d. decis.* 47. *num.* 11. *in Romana, seu Florentina successionis* 1682. *coram Ursino apud Saminiat. d. controv.* 76. *n.* 3. *& in Romana fideicommissi de Alveris* 27. *Martij* 1716. §. *& quod magis coram Ansaldo, & in Ariminen. fideicommissi* 21. *Julij* 1717. §. *neque coram Herrera.*

Vel adjectam fuisse conditionem si institutus
5 decesserit sine filijs *Bartol. in d. l. centurio num.* 17. *ff. de vulgar. & pupillar. Palm. Nep. alleg.* 389. *n.* 7. *Episcop. Rocc. d. disput.* 13. *n.* 3. ubi plures allegantur. *Odd. de compendios. cap.* 4. *artic* 3. *num. ultim. Jo: Otto Tabor tractat. volum.* 1. *tract* 18. *de substitut. d. cap.* 6. *de substitut. compendios. n.* 15. *fol* 848. *& cap.* 7. *d. respons.* 7. *n.* 9. *fol.* 883. *Fusar. de substitut. d. quaest.* 233. *n.* 10. *Torr. variar. Jur. quaest. tom.* 1. *tit* 2. *de substitut. & fideicommiss. quaest.* 1a. *sub n.* 13. 14. *&* 25. *Surd. decis.* 37. *n* 9. *Rot. Florentin. supra d. decis.* 4. *n.* 2. *decis.* 5. *n.* 13. *& decis.* 22. *n.* 26. & in hac nostra decisione *num.* 3. & infra *decis.* 66. *num.* 1. *&* 2. *Rot. Rom. apud Palm. Nep. decis.* 449. *ante n.* 1. *& in d. Firmana fideicommissorum* 31. *Januarij* 1723. §. *ipsamque coram Eminentiss. D. meo Cardin. Falconerio.*

6 Aut si Testator usus sit verbis communibus, quę compendiosam inducunt, maximè in oratione tractum successivum importante *Palm. Nep. d. alleg.* 389. *num.* 1. *Episcop. Rocc. citat. disput.* 13. *num.* 3. *&* 4. ubi plures *Menoch. de praesumpt. lib.* 4. *praesumpt.* 51. *num.* 1. *Fusar. de substitut. quaest.* 233. *n.* 35. *& seqq. Jo: Otto Tabor tract. vol.* 1. *tract.* 18. *de substitut. d. cap.* 6. *de substitut. compendios. num.* 15. *fol.* 848. *Rot. Florent. supra decis.* 3. *n.* 4 *& apud Palm. Nep. decis.* 454. *num.* 44. *Rot. Rom. coram Emerix Jun. decis.* 344. *n.* 3. *Caprar. decis* 39. *n.* 4 *& in citat. Romana fideicommissorum* 31. *Januarij* 1720. §. *ipsamque coram Eminentiss. D. meo Cardin. Falconerio.*

Idemque dicendum esset, si prima substitutio sit compendiosa, & postea subsequatur alia ad illam relative cum dictione *ut supra*, vel simili; tunc enim etiam secunda substitutio dici deberet compendiosa *Aretin. consil.* 155. *n.* 1. *Menoch. consil.* 206. *n.* 370. *Fusar. de substitut. d. quaest.* 233. *n.* 37. *& quaest.* 246. *num.* 19.

FLORENTINA
Fideicommissi.

18. *Martii* 1602. *Ex lib. Motivor.* 86. *à c.* 137.

ARGUMENTUM.

Caducato primo gradu substitutionis ob defectum conditionis, adhuc subsistunt sequentes, quando istae conceptae sunt sub diversa conditione, & non dependent a prima, & in alijs etiam casibus, qui in Decisione referuntur; idque non obstante copula conjungente unam substitutionem cum alijs, & de rationibus. Argumentum desumptum ab absurdo, quod minus dilectus sit melioris conditionis magis dilecto quomodo procedat, & quando non concludat.

SUMMARIUM.

1 A*Poca ex Statuto Florentiae dicitur jus exequibile.*
2 *Ex dicto Statuto pro juribus exequibilibus executivè agi potest per viam tenutae.*
3 *Exceptio possessionis titulatae impedit executionem per viam Tenutae in vim dicti Statuti.*
4 *Quando plures substitutiones fuere ordinatae una post aliam, caducata prima propter defectum conditionis, caetera quoque caduca efficiuntur.*
Declara, ut num. 14. *& seqq. usque ad* 20. *& rursus num.* 21. *& seqq. & num.* 35. *& seqq. ubi contrariae auctoritates explicantur.*
5 *Excluso magis dilecto propter defectum conditionis, caeteri etiam minus dilecti exclusi censeatur, & num.* 22.
6 *Quando subest eadem ratio fit extensio de casu ad casum.*
7 *Pecunię exposita pro corpore societatis, & utilia inde derivantia veniant in redditione rationis societatis.*
8 *Socij competit jus molestandi debitores societatis.*
9 *Actio, & passio non concurrunt in eodem subjecto. Limita attentis diversis respectibus n.* 11.
10 *Societas est quid diversum a persona sociorum in particulari.*
12 *Purificata conditione idem est, ac si ab initio quis fuisset purè vocatus.*
Et de ratione ibi.
13 *Purificata conditione evenit casus fideicommissi, & illius restitutio facienda est fideicommissario, nisi jam possideat.*
20 *Ratio generalis,* perchè volse *dispositivè concepta inducit novum fideicommissum, & illud ampliat ad omnes personas supra nominatas.*
23 *Copula & est repetitiva ejusdem qualitatis.*
Limita primo, quando ponitur inter Orationes per se distinctas, & separatas, quo casu dicitur stare continuativè, & n. 25.
Amplia limitationem etiam in oratione imperfecta ratione verbi, quando versamur circa diversas personas n. 26. *&* 27.
Limita secundò, quando dispositiones debent diversis temporibus effectum sortiri n. 29 30. *&* 33.
Limita tertiò, quando secundę dispositioni addita fuit nova qualitas n. 31.
Limita quartò, quando qualitas non convenit uniformiter utrique rei, vel personae n. 32.
Limita quintò, quando diversis causis fuit disposita n. 33.
28 *Conditio* si sine filijs *expressa respectu unius personae, non intelligitur repetita respectu alterius.*
34 *Substitutus in duplici casu admittitur ex illo, qui prius fuit purificatus.*
36 *Factis pluribus substitutionibus sub diversis conditio-*

tionibus, unaquæque locum habet in casu suo, nec ex defectu unius conditionis infertur ad caducitatem alterius.

37 *Excluso instituto ex defectu conditionis, excluditur etiam substitutus per fideicommissum.*

40 *Apposita ad augendam substitutionem, ejus restrictionem operari non debent.*

41 *Absurdum est, ut minus dilecti sint melioris conditionis, quam magis dilecti.*

Intellige, & declara n. 46. & 47.

42 *Parentes habeat commune votum bona sua filijs conservandi.*

43 *Nullus amor vincit paternum.*

44 *Pater præsumitur capere bonum consilium pro filijs.*

45 *Testatores arctiora solent inducere fideicommissa, quando filij decedunt sine filijs, quam si cum filijs.*

48 *Filius sibi prejudicat in legitima per expressam renunciationem.*

49 *Item approbando in omnibus, & per omnia testamentum patris, in quo fuit prohibita.*

50 *Vel approbando simpliciter cum juramento.*

51 *Jus quærendum renunciari potest in prejudicium creditorum.*

D E C I S I O XXVII.

In Causa Scarlattini, e Cocchi.

FAcilis resolutionis fuisset causa Tenutæ per Magnificos Dominos Alexandrum, & Hilarionem de Scarlattinis suo, & sociorum nomine impetratæ in vim scriptæ privatæ a tribus testibus subscriptæ, & recognitæ, in bonis, ut dicebatur, D. olim Caroli quondam Antonij de Cocchis pro scutis 4200. in quibus idem Carolus sese eorum legitimum debitorem recognoverat, ex quo & apo-
1 ca dicitur jus exequibile, cum ex censura municipali paratam habet exequutionem in vim Statuti sub *Rubr.* 41. *lib.* 2. & pro juribus exequibilibus per viam Tenutæ exequtivè agi potest per credi-
2 torem, juxtà formam alterius Statuti, quo quotidie utimur sub *Rubr.* 58. *de precept. de disgumbr. eod. lib.* 2.

Cæterum quia ex parte possidentis, nempè D. Lauræ filiæ dicti quondam Antonij, & uxoris D. Marci de Bartolis negatum fuit, bona fuisse in bonis Caroli, allegatumque se possidere cum titulo juxtà tempus pronunciationis, & immissionis factæ,
3 quæ est una ex exceptionibus permissis per Statutum sub *d. Rubr.* 58. Prætendit enim hæc bona ad se spectare virtute fideicommissi ad ejus favorem inducti per dictum D. Antonium in ejus ultimo, cum quo decessit, testamento, causa alioquin facilis non transijt sine gravi aliqua difficultate. Negabant enim DD. de Scarlattinis aliquid in proposito ad favorem D. Lauræ extare fideicommissum, & quatenus aliquod subesset, legitimam, & trebellianicam Caroli, junctis maternis ejus dotibus satis esse posse ad dicti eorum crediti satisfactionem.

Quod attinet ad primum proponebatur ex parte D. Lauræ testamentum, in quo Antonius pater facto sibi hærede universali Carolo ejus filio legitimo, & naturali, subjecit hæc verba.

Et casu quo dictus Carolus nullo umquam tempore molestaretur a creditoribus societatis olim cantantis in Alexandrum, & Hilarionem de Scarlattinis, & socios de Neapoli, & Franciscum, ac Bartholomæum de Scarlattinis, & socios Bisuntij, vel ab aliquo eorum, occasione dictarum societatum, talesque creditores contra eum obtinerent; tunc, & eo casu, & ex nunc, prout ex tunc ipso jure, & facto, & sine aliqua declaratione privavit eumdem Carolum sua hæreditate, quam statim primo loco transferri voluit in filios masculos ipsius Caroli, secundo loco in fœminas masculis non extantibus. Tertiò si tempore dictæ molestiæ non extarent filij, vel filiæ Caroli, voluit per executores ab eo deputatos percipi fructus bonorum hæreditariorum, eorumque retractum deponi penes aliquam mensam Civitatis Florentiæ, in creditum, & sub nomine futurorum filiorum, & filiarum ejusdem Caroli, cum hoc, ut interim exerceri debeat in cambijs ad utilitatem dictorum filiorum, & filiarum. Quartò loco, si Carolus decederet sine filijs, vel descendentibus masculis, vel fœminis, voluit dictam ejus hæreditatem, & pecunias, quæ reperiantur deposita penes dictam mensam ex retractu fructuum, una cum lucro cambiorum liberè pertinere ad Dominam Lauram, quam voluit in dicta hæreditate, & pecunijs pleno jure succedere, si viveret, sin minus, ejus filios, & descendentes, & si filios, & descendentes non haberet, proximiorem masculum Testatori de familia de Cocchis, cum onere, & conditione, ut qui possidebit dictam hæreditatem, in casibus prædictis teneatur, & debeat cavere pro dote dicti Caroli, si uxorem duceret, ejusque restitutionem promittere in forma; Ac etiam cum declaratione, ut dicti substituti positi in conditione non intelligantur vocati, nisi in supradictis casibus expressis.

Ex hac testamenti serie inferebat D. Laura evenisse casum ejus vocationis, ex quo Carolus, ipsa superstite, decessit nullis relictis liberis, vel descendentibus.

E contrà vero dicebatur Testatorem ad jam relatas substitutiones nulla alia ratione devenisse, nisi ut effugeret molestiam, quam per creditores dictæ societatis verebatur filio inferri posse, & ideo cum casus molestiæ non extiterit, alias omnes substitutiones primæ subordinatas effectas fuisse caducas, ea potissimum ratione, quia quando plures substitutiones fuere subordinatæ una post aliam, si prima ob defectum conditionis eidem adjectæ caducatur, cæteræ quoque omnes subordinatæ post primam ca- 4
ducæ efficiuntur, atque deficiunt ad *text. in l. si mater §. 1. & in l. qui habebat ff. de vulgar. & pupillar.* tradunt *Oldrad. consil.* 21. & 141. *Ancharan. consil.* 130. & 133. *n.* 2. *Alex. consil.* 59. *n.* 8. *versic. quartò probatur lib.* 3. & *consil.* 139. *n.* 3. *lib.* 6. *Cephal. consil.* 27. *n.* 10. 349. *n.* 11. & 482. *num.* 33. *Menoch. consil.* 399. *n.* 16. *Honded. consil.* 78. *n.* 42. & 43. *lib.* 1. & *consil.* 49. *n.* 43. & 44. *lib.* 2. *Rot. Rom. decis.* 230. *per tot. part.* 2. *in novis.* Idque ea potissimum ratione, quia si primus substitutus, qui cæteris magis dilectus censetur, ob conditionis defectum excluditur, fortius ob ejusdem conditionis defectum excludi debent sequentes substituti mi- 5
nus dilecti, juxtà *text. in l. publius ff. de condit. & demonstrat.* cum simil.

Hoc fundamentum, quod in præsenti causa præcipuum erat, Dominis haud tutum visum est, siquidem verius esse existimarunt, duplex in prænarrato testamento injunctum fuisse fideicommissum; alterum scilicet in casu molestiæ Caroli, & hæreditatis Testatoris; alterum verò in casu deficientiæ ejusdem Caroli sine filijs, & descendentibus; tunc enim voluit Testator D. Lauram sibi pleno jure succedere.

Quod spectat ad casum molestiæ Dominis minimè contemnendum visum est fundamentum super ea factum per Informantes pro D. Laura, quatenus prætendebatur fideicommissi conditionem, etiam ex hoc capite molestiæ per DD. Scarlattinos hæreditati Antonij illatæ, fuisse purificatam ad ejus favorem; tum quia nil referre videtur, an molestia illata sit per creditores Caroli, an vero

per

per creditores ſocietatis, ex quo per translationem
ejuſmodi bonorum in creditores, cujuſvis ſint con-
ditionis vocati per teſtatorem ſemper eodem mo-
do contra expreſſam ejus diſpoſitionem a fideicom-
miſſo remanerent excluſi; ideoque cum idem ſem-
per effectus ſequatur, ſemperque ſubſit eadem ra-
tio; effectus potius, quam ſonus verborum attendi
poſſe videtur. Tali enim in caſu permiſſa eſt ex-
6 tenſio de uno caſu ad alium, juxtà tradita poſt alios
per *Alex. conſil.* 100. *n.* 6. *cum ſeqq. lib.* 4. *Dec. con-
ſil.* 226. *n.* 19. *Surd. deciſ.* 37. *num.* 19. *& Laderch.
conſil.* 31. *n.* 9. *cum ſeqq.* tum etiam quia, & DD.
Scarlattini non niſi propriè videntur dici poſſe cre-
ditores ſocietatis, reſpectu nempè pecuniarum pro
corpore ſocietatis expoſitarum, utiliumque inde de-
7 rivantium, hæc enim omnia veniunt in redditione
rationis ſocietatis, ad *text. in l. cum ſervus ff. de
condit. & demonſtrat.* & tradita per *Petr. de Ubald.
in tract. de duob. fratrib. part.* 12. *in princ.* & per
8 *Rot. Genuen. deciſ.* 39. *ante n.* 5. proindeque ſocijs
ipſis poteſt competere jus moleſtandi debitores ip-
ſius ſocietatis, ut per eamdem *Rot. Genuen. deciſ.* 71.
ante n. 3. *& deciſ.* 72. *n.* 7.

Inter quos ſanè debitores ſocietatis dubitari
non poteſt, quin adfuerit etiam Carolus, ut ſic ceſ-
ſet quod dicebatur, conditionem moleſtiæ non poſ-
ſe dici purificatam, quia ſocietas, quæ tamquam
creditrix Caroli moleſtiam intulit, non eſt credi-
trix ſocietatis, quia ſic eſſet creditrix ſui ipſius,
9 quod eſſe non poteſt, cum actio, & paſſio non con-
currat in eodem ſubjecto *l. Uranius* ubi *Bart.* & alij
ff. de fidejuſſ. l. debitore C. de pact. ſiquidem cum
diverſa ſit perſona ſocietatis, quæ moleſtat e perſo-
10 na unius ex ſocijs in proprietate, quæ occaſione ad-
miniſtrationis moleſtatur, juxtà doctrinã *Bald. & Salic.
in l. ejus C. de compenſ. & Rot. Genuen. deciſ.* 31. *n.* 11.
& deciſ. 75. *n.* 3. actio, & paſſio hoc in caſu non con-
curreret in eodem ſubjecto, ſed in diverſis, pro-
11 ut de jure admittitur attentis diverſis reſpectibus,
ad *text. in l. ſi Conſul cum l. ſeq. ff. de adopt.* & la-
te tradita per *Everad. in loc. de tamquam, ſive de
reſpectivis n.* 7. *cum ſeqq. & per tot.*

Verum quidquid ſit de hoc fundamento, il-
lud certè ſolidum viſum eſt quod deducebatur ex
decedentia Caroli ſine filijs, vel deſcendentibus,
quo ſanè in caſu voluit teſtator ejus hæreditatem
liberè ſpectare ad D. Lauram, in qua ſi tunc vive-
ret, voluit eam ſuccedere pleno jure, & ſine ali-
qua diminutione; cum enim evenerit caſus mor-
tis Caroli ſine filijs, & deſcendentibus, ſitque ſu-
perſtes D. Laura, non eſt cur diffiteamur conditio-
nes omnes in ejus vocatione adjectas eſſe purifica-
tas, conſequenterque perinde eſſe, ac ſi ipſa purè
12 ab initio fuiſſet vocata, cum puri, & purificati
idem ſit judicium *l. fin. §. Titius ff. de vulg. & pu-
pillar.* ubi id notat *Angel. Caſtr. Alex. Aret. Jaſon
& Claud.* amplè *Tiraquel. de retract. lignag. §.* 1.
gloſſ. 2. *n.* 27. *& de retract. convention. ad fin. tit.
n.* 99. *& Pariſ.* inquiens ex purificatione fideicom-
miſſi verum eſſe dicere fideicommiſſi caſum eveniſ-
13 ſe, illiuſque reſtitutionem faciendam, quatenus fi-
deicommiſſarius non poſſideat *conſil.* 18. *n.* 16. *cum
plurib. ſeqq. & conſil.* 26. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 2. *Socin.
Jun. conſil.* 69. *n.* 4. *conſil.* 94 *n.* 1. *& conſil.* 145.
n. 17. *lib.* 3. *Cephal. conſil.* 137. *ſub n.* 13. *verſic. ideo
poſtremo lib.* 1. optime *Menoch. conſil.* 563. *num.* 12.
lib. 6. *& Peregrin. de fideicomm. artic.* 43. *n.* 17.

Neque hic refragatur, quod dicitur ſubſtitu-
tionem hanc in caſum mortis Caroli ſine filijs tam-
quam ſubordinatam ad ſubſtitutiones præcedentes
factas ſub conditione moleſtationis ejuſdem Caroli,
bonorumque hæreditariorum Antonij, & quidem
continuativè per copulam *&*, non poſſe dici pu-
rificatam, ex quo caducata prima per defectum
moleſtiæ, etiam iſta, & aliæ ſequentes expirarunt.

Fuit enim reſponſum ſecundam hanc ſubſtitu-
tionem fuiſſe ſimpliciter, & abſolute factam in ca-
ſum mortis Caroli ſine filijs, nullamque prorſus a
prima in caſu moleſtiæ habere dependentiam, ſed
per ſe principaliter, & abſolutè ſubſiſtere, a ſua-
que ſpecifica conditione regi, ac dependere, ob id-
que non intrare concluſionem ex adverſo deductam,
quæ procedit quando ſubſtitutiones ſunt taliter or- 14
dinatæ, ut una neceſſario dependeat ab altera, &
ab eadem, non a diverſis conditionibus regatur, ſe-
cundusque ſubſtitutus reperitur ſubſtitutus pri-
mo; at ſecus, quando facti ſunt diverſi gradus
ſubſtitutionum plurium perſonarum, & ſub diver-
ſis conditionibus, ita ut aliqui ſint in uno caſu 15
ſubſtituti, & alij in alio, juxtà *text. in l. ex facto
§. item quæro ff. de vulgar. & pupillar.* & tradita per
Rimin. ſen. conſil. 106. *in fin. Zanch. in §. cum ita
n.* 82. *part.* 3. *Pariſ. d. conſil.* 18. *n.* 44. *lib.* 2. *De-
cian. d. conſil.* 34. *n* 63. *verſic. primò quia, & n.* 64.
cum ſeqq. lib. 3. ubi *n.* 70. ſubdit non eſſe novum,
ut unus ſubſtituatur ſub certo caſu, & conditione, 16
& alter ſub alia, & diverſa, pulchrè *Cephal. con-
ſil.* 134. *n.* 38. *&* 39. ubi, quando ſecunda ſubſtitu-
tio eſt per ſe æquè principalis, nec dependet a pri-
ma, extenditur, & ampliatur fideicommiſſum ad
alias perſonas, nec attenditur conditio appoſita pri- 17
mæ ſubſtitutioni, ſed ultimæ tantum adjecta. Hoc
ipſum clarè adducit etiam *Hieronym. Gabr. conſil.* 95.
n. 7. *cum ſeqq. & n.* 22. *lib.* 1. & poſt multos *Me-
noch. conſil.* 171. *n.* 18. *& præſumpt.* 65. *n.* 31. *lib.* 4.
& Peregrin. ubi ſupra *artic.* 15. *n.* 19. *& artic.* 16.
n. 94. concludentes, quod ubi ſecunda ſubſtitutio
fuit facta ſub diverſa conditione a prima, ut in pro- 18
poſito, defectus conditionis reſpectu primæ non no-
cet ſequenti ſubſtitutioni, quinimmò, ut inquit *Bald.
conſil.* 83. *lib.* 3. quem ſequitur *Hieronym. Gabr. con-
ſil.* 117. *poſt n.* 21. *lib.* 1. peremptio primæ ſubſtitu-
tionis ſequentibus viam aperit, ut per eos. Sub- 19
ſtitutionem autem D. Lauræ hoc in caſu factam fuiſ-
ſe ſub diverſa conditione a prima patet, quia pri-
ma fuit facta Carolo viventi, & ſub conditione mo-
leſtiæ, hæc autem fuit facta poſt mortem Caroli,
& ſub conditione ſi deceſſerit ſine filijs. Rurſus quia
teſtator ulterius etiam ordinavit, ut ſi Carolus, &
alij inſtituti, & ſubſtituti committerent aliquod
maleficium, propter quod bona venirent confiſcan-
da, tunc intelligerentur per annum ante privati ſua
hæreditate, quæ ſtatim applicaretur alijs ſucceſſi-
vè ſubſtitutis. Item quia mandavit tam Carolo,
quam alijs inſtitutis, & ſubſtitutis, ut intra men-
ſem cum juramento ſuam voluntatem approbarent
ſub pœna privationis, & translationis bonorum, ut
in teſtamento; & denique quia prohibuit bonorum
alienationem cum clauſula: *perchè volſe, che la det-
ta ſua eredità ſi conſervi, e vada nelle ſopraddette
nominate perſone*, quæ ratio generalis concepta per
verba diſpoſitiva inducit novam diſpoſitionem, & 20
novum fideicommiſſum, illudque ampliat, & ex-
tendit ad omnes perſonas ſupra expreſſas, & ſic
etiam ad D. Lauram ſpecialiter in tali caſu ſubſti-
tutam *Socin. in l. qui Romæ §. cohæredes n.* 18. *ver-
ſic. quartus, & ultimus caſus ff. de verbor. obligat.
& conſil.* 43. *n.* 7. *cum ſeqq. & conſil.* 57. *n.* 1. *lib.* 3.
Dec. conſil. 23. *n.* 4. *Pariſ. conſil.* 52. *num.* 9. *lib.* 2.
Aymon conſil. 130. *n.* 10. *Didac. in cap. Raynaldus in* 2
*princip. extra de teſtament. Mantic. de conjectur. ul-
timar. voluntat. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 26. *Cephal. con-
ſil.* 134. *n.* 36. *cum ſeqq.* ut certè nulla ratione dici
poſſit teſtatorem voluiſſe omnes ſubſtitutiones, quan-
tumcumque per verba continuativa per eum factas,
ita ſubordinare, ut ab unica, eademque cauſa mo-
leſtiæ

lestiæ tantum dependerent, ita ut ea non illata nul-
lum aliud subesset fideicommissum. Cum imo vo-
luerit bona sua omninò eximere, & a creditoribus,
& a Fisco, & ab alijs causam habituris ab institu-
tis, & substitutis per eum, ad effectum, ut in per-
sonas per ipsum supra nominatas devenirent, pro-
ut apertè canant expressa verba testamenti.

Secundo loco principaliter dictum fuit funda-
mentum exadverso deductum, ut caducato primo
gradu substitutionum, caducentur omnes aliæ sub-
stitutiones ei subordinatæ, ita demum procedere,
si onus ad favorem secundi substituti fuit injunctum
illi substitutioni, quæ evanuit, vel substituto in ea
comprehenso, non autem quando onus fuit adje-
21 ctum hæredi, vel alteri in anteriori gradu substi-
tuto, ut egregiè declarat *Hieronym. Gabriel dict.
consil.* 117. *ante num.* 21. *lib.* 1. *post Ancharan. con-
sil.* 137 *& Alex. consil* 24. *lib* 3 per eum citatos:
& ideo cum onus ad favorem D. Lauræ non fuerit
injunctum filijs Caroli, sed ipsi Carolo, si decede-
ret sine filijs, clarè apparere ex defectu substitu-
tionis filiorum Caroli, vel inferri posse quoad de-
fectum substitutionis D. Lauræ, ex quo ipsa non de-
bet recipere a filijs Caroli, sed ab ipso Carolo sine
filijs decedente.

Tertiò fuit dictum conclusionem prædictam
procedere, quando deficit illa conditio, quæ fuit
expressa ad relevandum gravatum, qui jam succes-
serat ab onere fideicommissi, tunc enim militat ra-
tio, ut sicuti respectu primi substituti deficit gra-
vamen ex defectu conditionis, ita pariter deficiat
respectu aliorum successivè substitutorum, ne melio-
ris conditionis sint ij, qui in remotiori gradu vo-
22 cati sunt, quam primo loco substituti, ut declarat
Peregrin. dict. artic. 15. *n.* 28. Nullus autem hic ad-
missus est substitutus, qui possit prætendere sese
ab onere fideicommissi relevari debere, sed ipse
Carolus hæres institutus reperitur tantum gravatus
sub diversa conditione erga suos filios, & sub di-
versa erga D. Lauram, meritò ergo sumus extra
terminos in quibus Doctores exadverso citati lo-
quuntur, cessatque inductio, quæ fiebat de repe-
titione ejusdem conditionis molestiæ ex verbis illis:
& si dictus Carolus sine filijs decederet.

Nam etsi copula *&* soleat inducere repetitio-
23 nem ejusdem qualitatis, ut post alios per *Rot.* in
ijs terminis *dict. decis.* 230. *n.* 2. *part.* 2. *in novis.*
hæc tamen præsumptio repetitionis non procedit,
quando hæc dictio ponitur inter orationes, & dispo-
sitiones per se distinctas, tunc enim non habet vim
24 copulæ, & repetitionis, sed potius dictionis con-
tinuativæ *Bart. in l. Sejæ §. Cajo n.* 3. *ff. de fund.
instruc. Peregrin. dict. artic.* 16. *num.* 11. ubi quando
orationes sunt perfectæ, sivè sint conjunctæ per co-
pulam *&*, sivè per dictionem *item*, ex eis non fit
repetitio qualitatis, quia potius vim habet conti-
nuativæ, quam repetitivæ; & ut copula *&* in di-
25 versa oratione non inducat repetitionem qualitatis
præcedentis, tradit *Ruin. consil.* 176. *num.* 5. *lib.* 2.
Menoch. præsumpt. 180. *num.* 13. *& num.* 42. *lib.* 4.
Peregrin. dict. artic. 16. *num.* 90. Quinimo etiam si
essemus in oratione imperfecta, & in qua verba ali-
qua mutuanda essent, vel supplenda [quod certè in
proposito non cadit] nihilominus ex quo versa-
mur in diversis dispositionibus, & circa diversas
personas, & diversa tempora, intelligeretur quidem
26 repetitum verbum ad perficiendam orationem, sed
non qualitas præcedentis dispositionis, ut colligitur
ex traditis per *Bart. in l. si Fortidianum n.* 2. *ver-
sic. secus si imperfecta C. de legat.* & tradit pulchrè
Cephal. consil. 599. *n.* 18. *lib* 4. ubi quamvis fiat re-
petitio verbi, nihilominus quando sunt plures di-
27 spositiones, reputantur plures orationes, nec fit re-
petitio qualitatis; idem voluit *Socin. Jun. consil.* 142.
num. 34. *& consil.* 143. *num.* 2. *lib.* 3. & confert quod
dicimus de conditione *si decesserit sine filijs*, quæ
expressa respectu unius personæ, non intelligitur re-
petita respectu alterius, ut per *Ruin. consil.* 92. *co-* 28
lum. fin. versic. non obstat quod conditio lib. 2. & per
Gozad. consil. ultima n. 4. cum concordantibus.

Secundò cum dispositiones in proposito debe-
rent sortiri effectum in diversis temporibus, ex quo
ad favorem filiorum Caroli, substitutio debuit ha-
bere locum eo vivente, ad favorem vero D. Lau-
ræ post mortem Caroli sine filijs, consequens est,
ut repetitio qualitatis non intret, ut declarat *So-* 29
cin. Jun. dict. consil. 142. *num.* 22. *& n.* 15. *lib.* 3. ubi
inquit tradita per scribentes in *dict. §. Cajo* de fa-
cienda repetitione qualitatis in oratione imperfecta
procedere quando simul, & eodem tempore ad fa-
vorem plurium personarum dispositio facta fuit,
non autem diverso tempore, puta ad favorem unius
in vita, & ad favorem alterius post mortem, & 30
hoc idem voluit *Gherar. Mazol. in consil.* 144. inter
consil. dict. Socin. Jun. num. 12. *versic. & eodem tem-
pore lib.* 3.

Tertiò non potest dici repetita qualitas mo-
lestiæ, quia præterquamquod D. Laura vocata fuit
post mortem Caroli, fuit etiam addita nova qua-
litas, & nova conditio, nempè si idem Carolus de-
cederet sine filijs, per quam expressionem novæ qua-
litatis videtur posse dici a prima recessum, sicque 31
omnem exclusam esse repetitionem *l. Alumnæ ff. de
aliment. & cibar. leg. Alex. consil.* 158. *num.* 5. *&
seqq. lib.* 6. *Zanch. in dict. §. cum ita part.* 10. *n.* 103.
Gherard. Mazol. dict. consil. 144. *num.* 21. *Cephal.
consil.* 599. *n.* 16. *Peregrin. d. artic.* 16. *n.* 36.

Quartò, quando qualitas, vel conditio non
convenit uniformiter utrique rei, vel personæ, num-
quam fit repetitio etiam in eadem oratione *Bart. in* 32
dict. §. Cajo. Alex. dict. consil. 158. *num.* 2. *in fin.
lib.* 6. *Ruin. consil.* 176. *num.* 6. *lib.* 2. *Decian. con-
sil.* 34. *num.* 109. *lib.* 3. *Socin. Jun. dict. consil.* 142.
num. 23. *Menoch. præsumpt.* 180. *num.* 27. *& n.* 39.
lib. 4. *Zanch. dict. loco num.* 80. *versic. sed circa.* ubi
respectu personarum requirunt, ut qualitas conve-
niat, & in genere, & in specie; hic autem quali-
tas molestationis respicit principaliter Carolum vi-
ventem, & propterea licet conveniat ejus filijs, &
filiabus, qui ipso vivente vocati fuere in casu mo-
lestiæ, non convenit tamen D. Lauræ, quæ post
ejus mortem fuit vocata, & consequenter cum qua-
litas hæc respectu utriusque non sit uniformis, non
videtur etiam repetitioni locus esse posse.

Ultimò ex quo in diversis casibus, & tempo-
ribus, & sub diversis conditionibus fuit dispo-
tum ad favorem filiorum Caroli, & ad favorem D.
Lauræ, ejusque filiorum, & descendentium, alio- 33
rumque proximiorum de familia, & dispositio po-
test sortiri effectum ad favorem uniuscujusque in
suo casu absque aliqua repetitione qualitatis, con-
sequens est, ut nulla possit fieri repetitio, juxtà
tradita per *Ruin. consil.* 176. *num.* 12. *lib.* 2. & post
alios *Peregrin. dict. artic.* 16. *num.* 46. *versic. undeci-
mus casus.*

Quod si diceremus D. Lauram fuisse vocatam
etiam in casu molestiæ, cum fuerit substituta etiam
in pecunijs, quæ deponi solum debebant in casu mo-
lestiæ [quod tamen non admittitur] nihilominus
admitti debuisset ex hoc capite in casu mortis sine
filijs, quippe quia primo loco fuit purificatus, nam
quando quis reperitur substitutus sub duplici con- 34
ditione, & in duplici casu, certum est, ipsum ad-
mitti ex illo, qui prius purificatur, ut per *Castr.
consil.* 77. *num.* 3. *lib.* 1. ubi loquitur de substituto
in casu alienationis, & in casu decedentiæ sine filijs,
& per

& per *Ruin. consil.* 109. *num.* 38. *lib.* 2. *& Hieronym.*
Gabriel. consil. 123. *n.* 37. *lib.* 1.

His sic se habentibus, patet authoritates ex ad-
verso adductas nostræ huic resolutioni non obesse,
ex quo tradita per *Oldrad. Anchorum. Rot. Rom.* &
alios procedunt, ut supra diximus, in substitutio-
35 nibus ita subordinatis, ut una ab alia dependeat,
omnesque regantur ab eadem conditione, tunc enim
verum est defectâ primâ substitutione ob conditio-
nis defectum, substitutiones subsequentes eidem sub-
ordinatas pariter deficere; at quando sunt facti di-
versi gradus substitutionum ad favorem diversarum
personarum, & sub diversis conditionibus, tunc una-
quæque substitutio habet locum in casu suo, nec
36 ex caducitate, & defectu conditionis in una potest
inferri ad caducitatem alterius, & in ijs terminis
loquuntur *Socin. consil* 76. *column. penult. lib.* 3 *De-
cian. dict. consil.* 34. *num.* 63. *& seqq. lib* 3. *Cephal.
consil.* 134. *num.* 38. *&* 39 *Hieronym. Gabriel dict.
consil.* 95. *num.* 7. 8. 9. *&* 22. *lib.* 1. *Menoch. dict.
consil.* 171. *n.* 18. *lib.* 2. *& dict. præsumpt.* 65. *n.* 31.
lib. 4. ex quo igitur sumus in diversis substitutio-
nibus, diversisque conditionibus, non est cur ex de-
fectu unius inferatur ad alteram, cum utraque sub-
stitutio in casu suo locum habere possit ex prædi-
ctis.

Non etiam obstat authoritas *Cephal. consil.* 349.
n. 11. *cum seqq.* quia licèt ibi in rationibus dubitan-
di proponat argumentum a caducitate primæ ad ca-
ducitatem secundæ substitutionis, supponendo tam
secundam a prima dependere, & secundum substi-
tutum fuisse substitutum primo, contrarium tamen
resolvit sub *num* 15. *&* 16. concludens eo etiam
in casu testatorem distinctos, separatosque gradus
substitutionum fecisse, & ex defectu unius alios non
deficere, id, quod (ut patet) nobis mirificè deser-
vit. Quod verò scripsit idem *Cephal. consil.* 482. *n.* 33.
prædictis non repugnat, cum loquatur de substitu-
37 tione facta nepotibus institutis, quæ locum habe-
re non potest, si nepotes instituti ex defectu con-
ditionis sint exclusi, quia cum non sint vocati, vel
admissi gravari non potuerunt, ut per eum *num.* 32.
ubi unam substitutionem ab alia hoc pacto, inquit,
dependere, quando nempè unus substitutus erga
alium gravatur.

Honded. similiter *consil* 78. *n.* 42. *lib.* 1. loqui-
tur, quando secunda substitutio dependet a prima,
& ab eadem conditione, *& consil.* 49. *num.* 42. loqui-
tur quando conditio adjecta ultimæ substitutioni non
38 extitit, qui non est casus noster, sic & *Rot. Rom.
Oldrad. Alex. Socin. & Deci.* allegans *dict. decis.* 330.
loquitur in casu, in quo secunda substitutio re-
gulabatur a conditione in prima substitutione appo-
sita, ut ibi *ante num.* 2. *versic. num ad istas omnes*,
nempe a conditione *si sine liberis*, quæ per existen-
tiam filiorum extinguitur, & propterea, sicuti de-
ficit prima substitutio, deficere etiam debet secunda
ab ea dependens, quia primus substitutus non ad-
missus non potest sequentibus restituere.

Et idem in effectu responderi etiam potest ad
consil. Menoch. 399. cujus etiam decisionem authori-
39 tate *Ancharan. & Aymon.* subnixam suo etiam in ca-
su dubitabilem esse dixit *Peregrin. dict. artic.* 15.
num. 31.

Nec ad rem faciebat quod dicebatur D. Lau-
ram fuisse quidem in casu mortis substitutam, sed
non dum in hæreditate, verum etiam in pecunijs de-
positatis, id quod necessario supponit molestiam,
fuit enim visum, ex hoc quidem inferri D. Lau-
ram fuisse substitutam in casu mortis, ita ut sivè
sequuta esset molestia, sivè non, semper succede-
re debebat, & in hæreditate, & in pecunijs, sed
quod substitutio sit restricta ad casum molestiæ tan-
tum, hoc nullo modo inferri poterat, verba enim
mentionem facientia de pecunijs fuere expressa ad
augendam substitutionem D. Lauræ, & ideò restri-
ctionem, seu diminutionem operari non debent, 40
vulgata *l. legata inutiliter ff. de adimpl. legat.* cum
similibus.

Eodem pacto fuit etiam responsum ad id, quod
dicebatur de assecuratione dotis, quam mandavit
Testator molestia superveniente per possidentes di-
ctam hæreditatem fieri in casu matrimonij per Ca-
rolum contrahendi, nam istud respicit Carolum vi-
ventem, ejusque filios in casu molestiæ substitutos,
quo tempore verificari tantùm poterat quod dici-
tur de assecuratione dotis, non etiam post obitum
Caroli, quo tempore non datur casus matrimonij.

Denique dum dicebatur absurdum esse, ut fi-
lij Caroli essent deterioris conditionis, quam D. Lau-
ra, quæ respectu masculorum deberet esse minus
dilecta, ex quo Carolus ad præjudicium filiorum po-
terat disponere de legitima, & trebellianica, cum
filij ei substituti non essent in casu mortis, secus
vero quoad præjudicium D. Lauræ, ad quam vo-
luit testator hæreditatem pervenire pleno jure, &
sine aliqua diminutione, & testamentum per Caro-
lum in omnibus, & per omnia cum juramento fuit
approbatum, absurdum vero est, ut minus dilecti 41
melioris sint conditionis, quam magis dilecti, ad *text.
in l. si viva matre C. de bonis matern.* cum con-
cordantibus.

Fuit responsum, primò Testatorem satis præ-
dilexisse filios Caroli, & quia in casu molestiæ ip-
sos substituit Carolo viventi, & eo mortuo ipsos po-
suit in conditione ad exclusionem D. Lauræ; &
quamvis in casu mortis Caroli cum filijs non fece-
rit substitutionem filiorum cum prohibitione legi-
timæ, & trebellianicæ, non inde tamen inferri
posse filios ipsos minus dilectos fuisse, quam D. Lau-
ram, ad cujus favorem in casu mortis sine filijs, &
substitutionem, & prohibitionem detractionum fe-
cit; nam quando Carolus reliquisset filios, potuit
testator confidere, ipsum etiam sine alia substitu-
tione, vel fideicommisso, juxtà commune votum
parentum, bona filijs suis conservaturum esse ad *l. nam* 42
*& si parentibus ff. de inoffic. testam. & l. cum ratio
ff. de bon. damnat.* nullus enim amor vincit pater- 43
num, vulgata *l. isti quidem ff. quod met. caus.* Pro in-
deque patet semper præsumitur capere bonum con- 44
silium pro filijs *l. nec in ea §.* 1. *ff. de adulter. Ruin.
consil.* 87. *num.* 7. *lib.* 5. *Gherard. Mazzol. consil.* 119.
num. 2. Quando verò idem Carolus decederet sine
filijs, tunc quia non militabat idem amor ipsius er-
ga sororem, & alios de familia, & forsitan non fuis-
set ita sollicitus ad conservationem bonorum ad fa-
vorem sororis, merito cautius processit testator pro-
videndo de fideicommisso, & prohibitione detractio-
num, ad hoc ut bona sua integraliter in substitutos
conservari possent, prout etiam ex subsequenti
prohibitione alienationis clarius colligitur, quare
nullum videtur considerari posse absurdum, maximè
cum nos doceat experientia rerum magistra, ad *text.
in cap. quæ sit extra de elect.* testatores arctiora sem-
per inducere fideicommissa, quando filij decedunt 45
sine filijs, quam si cum filijs.

Secundò fuit dictum argumentum hoc desum-
ptum a majori dilectione a Doctores deduci consuevis-
se ad effectum vocationis, non autem ut annulle-
tur, vel destruatur substitutio, vel prohibitio vet- 46
bis specificis ad favorem alicujus facta, ut per *Gabr.
de fideicommiss. conclus.* 6. *num.* 10. *&* 12. & latè per
Decian. consil. 1. *num.* 286. *lib.* 2. ubi multa cumu-
lat circa hanc conjecturam, & duodecim modis eam
resolvit, quorum pleraque proposito casui adaptari
possent, sed in hoc ad eum brevitatis gratia sufficiat
relatio.

 Ter-

Tertiò poterat etiam responderi, non esse inconveniens, ut quis sit uno casu alio magis dile-
47 ctus, & in alio secus, ut per *Falgos. consil.* 86. *colum.* 2. *versic. cæterum in ijs. Aymon. consil.* 161. *num.* 17. *cum seqq. & Decian. dict. consil.* 1. *n.* 198. *lib.* 2. & hæc quoad primum articulum sufficiant.

Quod verò spectat ad secundum deductionis legitimæ, & trebellianicæ, licèt D. Judex senserit, stante renunciatione Caroli etiam cum juramento, nullum etiam in hoc jus esse Dominis Scarlattinis, quantumcumque legitimis creditoribus Caroli, ex quo filius acquiescendo voluntati paternæ sibi præ-
48 judicat etiam in legitima, non solum quando et expressè renunciat *l. si quando §. generaliter C. de inoffic. testament. Peregrin. artic.* 36. *sub n.* 84. *ver-*
49 *sic. & qui legitimam*, sed etiam quando testamentum patris approbat in omnibus, & per omnia, ut
50 ibi *num.* 89. & quando simpliciter approbat eum juramento, ex quo juramentum habet vim specialis expressionis *Peregrin.* ibi *dict. num.* 90.

Quoniam tamen ijdem DD. de Scarlattinis prætendebant ejusmodi renunciationem filio quidem obesse posse, at secus resolvendum esse respectu cre-
51 ditorum, quia licet in acquirendis regulariter non fraudentur creditores *l. qui autem ff. quæ in fraud. creditor.* id tamen profitebantur procedere quoad creditores voluntarios, & qui debitoris fidem secuti sunt, secus verò quoad creditores involuntarios, quales seipsos vocabant, supponendo, Carolum eos tales contrà eorum voluntatem effecisse, dum notabilem summam sibi assumpsit ex pecunijs penes eum tamquam capserium societatis DD. de Scarlattinis existentibus, easque in proprios usus convertit, ipsis horum omnium prorsus inscijs; idcircò Domini, ne aliquod in hoc articulo non discusso Partibus inferatur præjudicium sub generali reservatione omnium, quæ remansere in hæreditate Caroli, & præsertim dotium maternarum, mobilium, & fructuum post mortem Antonij perceptorum facta ad favorem Dominorum de Scarlattinis, hanc quoque prætensam limitationem ad dictam *l. qui autem ff. de ijs quæ in fraud. credit.* intactam dimiserunt, ambas partes ob probabilia juris dubia ab expensis absolventes Jurib. vulg.

Alexander Zilocchius Rotæ Prætor.
Hieronymus Cerretanus Rotæ Auditor.
Marcus Antonius de Amatis Rotæ Auditor.

A D D I T I O.

ARGUMENTUM.

Caducata ob defectum conditionis prima dispositione, quando reliquæ substitutiones corruant, distinguntur dependentes ab independentibus, & declaratur quæ sint primæ, quæ secundæ speciei.

SUMMARIUM.

1 *Caducata ob defectum conditionis prima dispositione conditionali, caducatæ remanent subsequentes, & primæ subordinatæ.*
Et ex quibus subordinatio probetur num. 8. *remissivè.*
2 *Fortius si ordinatæ sint cum dictionibus restrictivis* tunc, & eo casu.
3 *Vel si substitutiones directa sint ad personam nominatam.*
4 *Limita si secunda substitutio facta fuerit cum verbis impersonalibus, & directis, sive communibus.*
5 *Maximè, si secundus substitutus sit pia causa.*
6 *Limita secundò, si substitutiones non sint dependentes una ab altera.*
7 *Substitutio dicitur stare independenter, quando concepta est sub distincta periodo, & in diversa oratione.*
9 *Amplia etiamsi adsit copula &.*
10 *Item dicitur stare de per se, si contineat diversas personas, & diversa tempora.*
11 *Legatum relictum Principi per illius præmorientiam non caducatur, sed successori debetur.*
12 *Amplia, ut hoc procedat etiam in privato, cui sub nomine dignitatis legatum sit.*
13 *Limita in Augusta, quæ non dominatur, & in cujus locum altera non eligitur.*
14 *Filius approbando testamentum patris, an sibi præjudicet in detractione legitimæ, vel trebellianicæ remissivè.*

Ad num. 4. 13. *& seqq.*

IN conditionali dispositione, caducata prima ob defectum conditionis, expirant, & caducatæ cen- 1
sentur subsequentes subordinatæ, & a prima dependentes *Altograd.* in causa Florentina *consil.* 60. *num.* 120. *lib.* 1. *Palm. Nep. alleg.* 246. *n.* 12. *Gab. consult.* 72. *num.* 7. *fol.* 510. *tom.* 2. *Fusar. de substitut. quæst.* 480. *num.* 6. *Torr. de primogenit. tom.* 2. *quæst.* 17. *num.* 36. *fol.* 94. *& quæst.* 36. *num.* 15. *fol.* 174. *quæst.* 42. *num.* 2. *&* 10. *fol.* 277. *Seminiat. controv.* 134. *num.* 4. 6. *&* 7. *Mastrill. decis.* 226. *num.* 22. *Castill. decis.* 64. *num.* 18. *Burgnin. Cavalcan. decis.* 5. *num.* 27. *&* 34. *lib.* 3. *Capyc. Latr. decis.* 127. *num.* 21. *& decis.* 146. *num.* 2. *Rot. Rom. coram Caprar. decis.* 13. *num.* 2. *& decis.* 39. *num.* 2. *in recent. decis.* 425. *num.* 15. *part.* 9. *decis.* 244. *num.* 23. *part.* 11. *decis.* 317. *num.* 11. *part.* 15. *decis.* 359. *num.* 13. *part.* 17. *decis.* 635. *num.* 4. *part.* 19. *post de Luc. de fideicommiss. decis.* 74. *num.* 2. *& seqq. & in Mantiss. eodem tract. decis.* 28. *num.* 1. *& seqq. post Torr. de primogenit. decis.* 62. *n.* 17. *& in Lauretana fideicommissi* 6. *Martij* 1702. *§. nec obstat, &* 13. *Januarij* 1703. *§ nec fideicommissi coram Lancetta, in Tiburtina fideicommissi* 8. *Februarij* 1706. *§. siquidem, & plurib. seqq. coram Ansaldo, in Engubina Cauthela Angeli* 22. *Februarij* 1712. *§. si verò coram Reverendiss. D. meo Aldrovando, in Romana, seu Sarzanen. fideicommissi* 2. *Julij* 1714. *§. quibus, & seqq. coram Cerro, & in Romana immissionis super domo* 13. *Maij* 1715. *§. minusque coram eodem, Rot. Florent. decis.* 90. *num.* 21. *&* 39. *coram me, & apud Palm. Nep. alleg.* 234. *num.* 41. *& seqq.* & inter *decis. Lucens. diversor.* ab eodem recollectas *decis.* 429. *num.* 28. *& seqq. & sub num.* 39. *post Torr. de primogenit. decis.* 2. *num.* 54. *&* 56. & dicitur in hac nostra decisione *num.* 4. *& seqq. & num.* 14. *& seqq.* & infra *decis.* 29. *num.* 1. *&* 2.

Et eo facilius expirant ulteriores substitutiones, si ordinatæ sint cum dictionibus restrictivis ad easum obitus primi vocati *tunc, & eo casu*, & si- 2
milibus, ut cæteris relatis *Rot. in dict. Tiburtina fideicommissi* 8. *Februarij* 1706. *§. præcipuè, in Asculana fideicommissi* 11 *Junij* 1714. *§. quod autem coram Ansaldo, & in dict. Romana immissionis super domo* 13. *Martij* 1715. *§. minusque.*

Vel si substitutiones directæ sint ad personam nominatam, nam si onus isti personaliter fuit im- 3
positum, non possunt censeri gravati ejus descendentes *Rot. in d. Romana immissionis super domo* 1715. *§. fin.* ubi citat *Rodulphin. alleg.* 127. *num.* 9. *& Rot. coram Cerro decis.* 442. *num.* 8.

Non expiraret tamen secunda substitutio, si facta fuisset cum verbis impersonalibus, & directis, sive communibus, tunc enim non dicitur Testator se restringere ad puram fideicommissariam, sed se obi-

cundum substitutum voluisse succedere quocumque tempore, sive mors primi sequatur ante, sive post obitum hæredum *Rot. coram Caprar. dict. decis.* 39. *num.* 9.

5 Præcipuè si secundus substitutus sit causa pia *Rot. coram Caprar. dict. decis.* 39. *num.* 10.

Quemadmodum locum non habet supradicta regula, quando una substitutio non est dependens ab alia, nam tunc conditio uni gradui adjecta alteri re-
6 petita non censetur, licet secus sit si secunda substitutio sit subordinata, & consequutiva, quæ expirat cessante prima *Castald. consult.* 164. *num.* 3. *& seqq. fol.* 44. *tom.* 2. *Mans. consult.* 297. *n.* 7. *& seqq.* ubi plures refert. *Rot. Florent. post Torr. de primogenis. citat. decis.* 2. *num.* 54. *&* 56. *apud Palm. Nep. dict. decis.* 429. *num.* 28. *& seqq. & num.* 40. *& seqq.* & in præsenti decisione *num.* 14. *& seqq. Rot. Rom. coram Emerix Jun. decis.* 56. *num.* 10. *& decis.* 88. *num.* 7. *post de Luc. de fideicommiss. decis.* 73. *num.* 5. *& seqq. & in Mantis. eodem tit. decis.* 27. *num.* 13. *& seqq.*

Non dicitur una substitutio subordinata, & dependens ab alia, sed independenter, & de per se posita, & stare principaliter, quando concepta le-
7 gitur sub periodo distincta in diversa oratione, quæ a suo proprio, & principali verbo regatur *Castald. dict. consult.* 164. *num.* 4. *fol.* 44. *tom.* 2. *Rot. Florent. apud Palm. Nep. dict. decis.* 429. *num.* 40. & antea
8 *num.* 28. *& seqq.* ubi ex quibus alijs probetur dependentia, & subordinatio unius substitutionis ad alteram, *& alleg.* 235. *num.* 42. *Mans. consult.* 621. *num.* 11. *Rot. Rom. post de Luc. de fideicommiss. dict.*
9 *decis.* 63. *num.* 6. 7. *& seqq.* ubi etiamsi adsit copula *&*.

Prout si una substitutio contineat diversos per-
10 sonas, & diversa tempora *Rota Florentina apud Palm. Nep. citat. decis.* 429. *n.* 42. *& seqq.* & in hac nostra decisione *num.* 15. *& seqq. Rot. Rom. post de Luc. de fideicommiss. citat. decis.* 73. *n.* 6. *&* 11.

Observa etiam, quod per præmorientiam legatarij, vel vocati ad fideicommissum, antequam dies legati cedat non caducatur legatum Principi reli-
11 ctum, sed ex constitutione Divi Antonini successori debetur, quia potius dignitati, quam personæ factum censetur, ut est *text.* litteralis *in l. quod Principi* 58. *ff. de legat.* 2. ibique scribentes, & præsertim *Bruneman. num.* 1. *& seqq.* ubi quod hoc etiam
12 procedit in privato, cui sub nomine dignitatis legatum relictum est, declarans tamen hoc non procedere in Augusta, quæ non dominetur, nec alia
13 in ejus locum eligitur, & plures alios citat *Episcop. Rocc. disput.* 87. *sub num.* 3. ubi adducit verba textus.

Ad num. 48. *& seqq.*

An filius approbando testamentum patris sibi præjudicet in detractione legitimæ, vel trebellia-
14 nicæ vide quæ supra dixit *Rot. Florentin. decis.* 6. *n.* 17. & quæ ibi plenè scripsi *in addit. num.* 24. *& seqq.* ubi de hac nostra decisione fit mentio.

FLORENTINA

Fideicommissi.

20. *Martij* 1602. *Ex lib. Motiv.* 86. *à c.* 59.

ARGUMENTUM.

Vocato ad successionem majore natu, & ejus filijs, si dictus major natu propter non purificatam conditionem non succedat, neque ejus filij succedere possunt, cum non habeant qualitatem a Testatore requisitam; nec ad eorum favorem transmissio, aut repræsentatio locum habet.

SUMMARIUM.

1 *Plures conditiones sive uni, sive pluribus institutionibus, vel substitutionibus adjecta, omnes verificari debent, & num.* 35. *maximè si sint posita in diversis capitulis, & inter diversas personas*, ibid.

2 *Conditionis eventus in dispositione conditionali præcipuè est attendendus.*

3 *Decedens pendente conditione nullum acquirit jus ad successionem.*

Et de ratione n. 4.

5 *Et quoad eum dicitur caducata substitutio.*

6 *Qualitas substitutioni adjecta verificari debet de tempore evenientis conditionis.*

7 *Non vero de tempore facta substitutionis, vel mortis Testatoris, & n.* 12.

Limita, ut num 28.

8 *Contraria opinio reijcitur, & n.* 9.

10 *Tempus incertum in ultimis voluntatibus importat conditionem.*

11 *Prout etiam ablativum absolutum.*

13 *In actibus personarum in dispositione vocatarum attenditur tempus, quo dispositio suum sortitur effectum.*

14 *Personarum habilitas inspici debet tempore, quo contigit casus.*

15 *Caducato gradu medio sequens gradus subintrat cum ijsdem conditionibus.*

16 *Limita si gradus sequens sit substitutus in re diversa.*

17 *Contra limitationem.*

18 *Dictio* quando *conditionem importat.*

19 *Dictio* tunc, & eo casu *restringit, & determinat casum expressum, ut ad alium non expressum extendi nequeat.*

20 *Limita regulam non procedere, quando alias Testatoris voluntas non servaretur.*

21 *Res distinctę, & separatę diversam habent juris determinationem.*

22 *Amplia, ut etiam una, & eadem res ex rationis diversitate diverso jure censeatur.*

23 *Diversa ratio reformat pactum, diversum inducit effectum, & inducit ad diversam interpretationem.*

24 *Post mortem nihil est.*

25 *Actus defunctorum in pendenti stare non possunt.*

26 *Jura sive universalia, sive particularia, qua competunt post mortem alterius, & non ante, non recipiunt transmissionem.*

27 *Majoratus regulariter est indivisibilis.*

29 *Senior, & major natu sunt valde similis significationis.*

30 *Vocans majorem natu censetur fuisse fideicommissum ad similitudinem majoratus.*

31 *Et bona in unum tantum pervenire velle.*

Et de ratione n. 32.

33 *In majoratibus utimur regulis communibus, ut in alijs fideicommissis.*

34 *Ideo*

34 *Ideo non censêtur testator voluisse majoratum instituere, nisi in casibus per eum provisis, & existentibus conditionibus illis adjectis.*

36 *Tot intelliguntur esse diversa testamenta, quot sunt capitula separata testamenti.*

37 *Major natu est nomen natura, & significat eum, qui prius in lucem prodijt.*

38 *Et est privilegium ætatis, non filiationis.*

39 *Qualitas majoris nata ex persona patris in filium transferri nequit.*

40 *Pater non potest filio transmittere jus in bonis nondum ei quæsitis.*

41 *Defectus qualitatis majoris nata excludit a majorata etiam filium majoris nata.*

Et de ratione, n. 42.

43 *Transmissioni locus esse non potest deficiente in transmissario qualitate requisita.*

45 *Major ætate præsumitur sapientior, & familiæ utilior.*

46 *Conditionalia jura non transmittuntur.*

47 *Amplia prædicto casu non dari transmissionem etiam concurrentibus conjecturis.*

Et de ratione ibid.

48 *Conjectura desumpta ex eo, quod testator interrogatus sic respondisset est fragilis, quia sufficit negare ita fuisse responsurum.*

49 *In dubio standum est regulæ, ut fideicommissum conditionale non transmittatur.*

50 *Repræsentatio non habet locum favore filij, qui non habet qualitatem in patre requisitam.*

51 *Item in transversalibus ultra patruum.*

52 *Vocatio filiorum senioris intelligitur ad portionem, in qua semel ipse senior admissus fuit, & num. 54. & 56. ubi declarantur contrariæ auctoritates.*

53 *Aliud est vocare seniorem, aliud vocare seniorem cum filijs.*

54 *Transitus de uno in alium supponit rem prius fuisse, ex cujus persona in aliam transferri debet.*

55 *Non entium nullæ sunt qualitates.*

57 *Numerus singularis ex sui proprietate pluralem numerum non comprehendit.*

Declara, ut n. 58.

DECISIO XXVIII.

In Causa Bartoli, e Bartoli.

QUemadmodum egregia, subtilisque erat controversia proximis mensibus per Clarissimos Dominos Locumtenentem, & Consiliarios nobis demandata, inter Benedictum Philippi de Bartolis ex una, & Hieronymum Petri de Bartolis parte ex altera, super intelligentia testamenti olim Gherardi de Bartolis Philippis, cujus virtute prætendebat utraque pars se admitti debere ad tertiam ejus hæreditatis conservatam in vim cujusdam ejus relicti, usque ad hæc tempora in personam D. Constantiæ ejus sororis, & uxoris D. olim Galeotti del Caccia.

Ita quoque re ipsa jam pridem in communes amicos authurante eodem Clarissimo Magistratu compromissa, prolatisque desuper laudis prorsus contrarijs (ex quo Clarissimus, notissimique nominis J. C. D. Gerius Spinius Senator, & Advocatus Florentinus pro Hieronymo duxit resolvendum, è converso autem pro Benedicto responderunt celeberrimi J. C. D. Simon Niccolinius, & D. Jacobus Mannellius insignes pariter Advocati) non levis visa est provincia nostrum interponere judicium in re adeo doctè, eleganter, ac plenè hinc indè per viros adeò præcellentes discussa.

Quoniam tamen Clarissimorum DD. mandatis parendum fuit, nos negocio sæpius de more cum Partibus, Dominisque earum Procuratoribus, & Advocatis, demumque, & inter nos ipsos diù ventilato, in eam tandem venimus sententiam, ut partes Hieronymi tutiores essent, ac probabiliores.

Supposita namque testamentaria dispositione, in qua Gherardus institutis Ferrante, & Joanne Antonio fratribus, substitutisque eorum filijs, ac descendentibus masculis, in eventum, in quem deficeret eorum linea masculina, substituit pro tertia parte dictam D. Constantiam, eique substituit Horatium, & Fabium ejus filios, & post eos, filios, ac descendentes masculos ipsorum, ijsque quandocumque deficientibus, voluit, ut dicta tertia pars deveniat *in infrascriptos* (inquit testator) *de Bartolis*; In alijs vero duabus tertijs substituit Octavianum ejus patruelem, illiusque filios, ac descendentes masculos, *in quos de Bartolis* voluit devenire etiam dictam tertiam partem in casibus suprascriptis, & deficiente linea dd. Ferrantis, & Joannis Antonij, & successivè dicti Octaviani, & ejus filiorum, & descendentium, ut supra, tunc, & eo casu voluit ejus bona prædicta pertinere ad seniorem de domo, & sic sequendo ad filios, & descendentes dicti senioris masculos, & de seniore in seniorem.

Rursus supposita morte Ferrantis, Joannis Antonij, & Octaviani sine filijs, & descendentibus, consequenterque purificata substitutione eidem facta pro dicta tertia parte ad favorem D. Constantiæ, & pro alijs duabus tertijs ad favorem senioris de domo, qui tunc temporis erat Philippus Petri Antonij de Bartolis, prout ita in contradictorio per Clarissimos DD. Consiliarios fuit declaratum inter eosdem D. Constantiam, & Philippum, tunc etiam hanc ipsam tertiam prætendentem.

Non nisi apertè inferri posse visum est, ex diversitate rerum fideicommisso subjectarum, conditionum, & personarum ad illud vocatarum, diversitatem quoque substitutionum resultare, ita ut duæ necessario fuerint substitutiones, quarum altera respiciat duas partes hæreditatis, altera vero tertiam tantum; Verum diversitas patens est, cum una substitutio, unicam tantum tertiam bonorum contineat, altera vero duas tertias; Clara est etiam diversitas personarum, quia in tertia substituta fuit D. Constantia, in duabus vero tertijs Octavianus, ejusque filij, & descendentes; Conditiones pariter diversæ sunt, quia in tertia facta est substitutio D. Constantiæ sub conditione ejus mortis de Horatio, & Fabio, ejus filijs, deincepsque de eorum filijs, & descendentibus; In duabus autem tertijs de filijs, & descendentibus Octaviani sub conditione mortis ipsius Octaviani; Ijs etiam accedit diversitas personarum, a quibus relictum fuit; vocatio enim Octaviani respectu duarum tertiarum fuit a Ferrante, & Joanne Antonio, eorumve descendentibus, respectu vero tertiæ fuit a D. Constantia, seu ejus filijs, & descendentibus; linea vero Octaviani deficiente transitum fecit testator ad Seniorem de domo, qui si statim hac ipsa Octaviani linea deficiente vocatus fuisset, & ad tertiam relictam D. Constantiæ, & ad duas tertias, Ferranti, Joanni Antonio, & Octaviano relictas, necessaria utique fuisset purificatio conditionum utriusque substitutionis, nempè ut quod ad tertiam D. Constantia, ejusque descendentia prorsus defecisset, prout quo ad duas tertias defecerant lineæ, tam Ferrantis, ac Joannis Antonij, quam Octaviani sæpedicti. Est enim communis regula, ut quotiescumque plures conditiones, etiam unicæ institutioni, vel substitutioni, nedum pluribus fuere adjectæ, omnes in primis ve- 1

risi-

rificàri debeant, ad *text. in l. ſi haredi plares ff. de condit. inſtit. ia §. ſi plares inſtit. de hared. inſtit.* & alibi, ut per *Mariau. in cap. de illis n. 42. extr. de condit. appoſit. per Ruin. conſil. 175. num. 6. Alciat. conſil. 5. num. 32. lib. 4. Natt. conſil. 6. num. 12. & Decian. conſil. 1. n. 332. lib. 1.* Et propierea cum D. Conſtantiæ, ejuſque linea hoc tantum tempore fuerit extincta, jure optimo etiam infertur, ut qua ratione Philippus [qui ſenior erat tempore, quo defecere Ferrantes, Joannes Antonius, & Octavianus, & cum ipſis eorum lineæ] fuit admiſſus ad duas tertias, ad quas major natu de familia vocabatur, ex quo ceſſerat conditio ijs ipſis duabus tertijs adjecta; eadem pariter ratione Hieronymus hodie majornatu ad hanc tertiam, cujus conditio noviſſimè porificata eſt per mortem D. Conſtantiæ ſine filijs, & deſcendentibus, non autem Benedictus qui junior eſt, veniat admittendus; hoc enim ope-
2 ratur conditionis eventus, qui in diſpoſitione conditionali præcipuè attendendus eſt, ad *text. in l. in facto ia fin. princ. ff. de condit. & demonſtrat. in l. unica §. ſin autem ſub conditione C. de caduc. tollen.* optimè *Simon de Prę t. de interpret. ultimar. volunt. lib. 1. interpret. 2. dubit. 2. ſolut. 13. num. 3. fol. mihi* 74. Nec eſt cur de perſona Philippi aliqua habeatur ratio, qui ad hanc tertiam, in qua nullum ei omquam fuit jus quæſitum, cum deceſſerit conditio-
3 ne, ſub qua fuerat vocatus, adhuc pendente, ut in puncto ſcribit *Aret. in l. ex facto n. 12. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtit.* & poſt eum *Menoch. conſil. 459. num. 42. lib. 5.* eſt enim communis regula,
4 ex actu conditionali, & ſuſpenſo nullum jus quæri, ut per *Simon. de Prat. conſil. 151. n. 62.* conſequen-
5 terque caducata quoad eum fuerit in hac parte ſubſtitutio dicta *l. unic. §. & cum triplici, & §. pro ſecundo cum ſeqq. C. de caduc. tollend.* Hæc enim qualitas, ut ſubſtitutus ſenior ſit, verificari debet tem-
6 pore evenientis conditionis, ſicque tempore obitus D. Conſtantiæ, ejuſque lineæ deficientis, ſub quibus caſibus ad ejus tertiam fuerat vocatus Octavianus, & poſt eum filij ejus, & deſcendentes, illiſque in humanis non exiſtentibus ſenior de domo, & familia de Bartolis, juxtà vulgatam regulam *l. ei quoque ff. de pecul. legat. l. intervenit ff. de legat. praſtand. l. ſi in perſonam*, & ibi *Bald. C. de fideicommiſs. l. cum pater §. hereditatem*, & ibi *Gloſ. in verſic. non fuerit ff. de legat. ſecundo, & l. cum qui poſt, & l. mea res in fin. ff. de condit. & demonſtrat.* cum alijs late adductis per *Peregrin. de fideicommiſſ. artic 22. num. 69.* Quando enim verſamur in ſubſtitutione collata in tempus alicujus incerti eventus futuri, tunc non tempus factæ ſubſti-
7 tutionis, vel mortis teſtatoris attenditur, ſed tempus, quo evenit caſus ipſius ſubſtitutionis, ut poſt *Jo: Andr. ad ſpecul. in Rubr. de teſtament. colum. 3. verſic. item Lambertinus.* ſcribunt *Roman. conſil. 438. n. 13. & ſeqq. Caſtrenſ. conſil. 16. ſub num. 5. lib. 2. Alex. conſil. 26. n. 14. lib. 3. Socin. conſil. 113. n. 5. lib. 1. & conſil. 88. n. 2. lib. 3. Jaſon conſil. 206. in primo dub. lib. 2. & conſil. 159. ſub n. 6. lib. 4. Deci. conſil. 38. ante n. 5. conſil. 252. n. 5. verſic. non obſtat Virginię. Ruin. conſil. 2. n. 9. lib. 5. conſil. 117. n. 20. conſil. 123. n. 16. & conſil. 160. n. 10. lib. 2. & conſil. 140. n. 18. lib. 3. Rab.* qui de communi *conſil. 28. ſub n. 9. verſic. item ex quo. Pariſ. conſil. 88. n. 32. lib. 2. conſil. 66. n. 56. lib. 3. Socin. Jun. conſil. 172. n. 29. lib. 2.* latiſſimè *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. n. 97. Roland. conſil. 38. n. 35. & ſeqq. lib. 4. Riminald. Jun. conſil. 23. num. 51.* & noviſſimè in ſubſtitutione majoris natu de familia [qui eſt caſus noſter] *Peregrin. tract. de fideicommiſſ. artic. 12. ſub n. 86. verſic. ſi autem non ſit adjecta.*

Et licet exadverſo allegarentur *Raia. conſil. 36. n. 10. & conſil. 112. num. 12. lib. 2. & Menoch. conſil. 106. n. 16. & 17.* prætendentes in fideicommiſſis ſufficere, ſi qualitas adjecta in perſona honorata inſit tempore diſpoſitionis, vel etiam mortis ipſius diſponentis; Ex prædictis tamen patet quantum il- 8
lis ſit deferendum, cum pro opinione contraria extent in terminis tot *text.* ſicque ſe habeat communis ſententia, a qua conſtat in judicando non eſſe recedendum, ut per *Jo: Andr. &* ſcribentes *in cap.* 9
ne innitaris extr. de conſtitut. per Bart. Bald. & Doctor. in l. 2. C. de pœn. Jud. qui male judic. cum concordantibus.

Et certè cum fideicommiſſum injunctum D. Conſtantiæ fuerit conditionale [in caſu ſcilicet ejus mortis ſine filijs, & deſcendentibus] & poſt tempus incertum, quod in ultimis voluntatibus impor- 10
tat conditionem ad *text. in l. 1. & in l. dies incertus ff. de condit. & demonſtrat. & in l. 4. ff. quando dies legat. ced.* cum concordantibus, de quibus per *Peregrin. dict. artic. 22. n. 4. & n. 69.* Id quod important etiam illi ablativi abſoluti. de quibus in teſtamento, ibi -- *ea in humanis non exiſtente, &c.* -- & rurſus ibi -- *iiſque quandocumque deficientibus* -- juxtà no- 11
tata per *Bart. in d. l. 1. n. 34. ff. de condit. & demonſtrat.* & alibi, ut per *Menoch. conſil. 536. num. 7. lib. 6.* ubi de communi, ſatis inde conſtare poteſt, teſtatorem ex appoſitione conditionis noluiſſe inſpici tempus teſtamenti, vel ejus mortis, ſed conditionis ipſius purificandæ, ut ex communi poſt *Bart.* 12
Angel. Jaſon. Dec. Socin. Crot. Raia. & Roland. relatos ſcribit *Simon de Prę t. d. lib. 3. dubit. 4 ſolut. 3. n. 16. fol. 338.* ſubdens rationem, quia nempè in actibus perſonarum in diſpoſitione vocatarum attendi- 13
tur tempus, quo diſpoſitio ſuum ſortitur effectum, & robur, ut per eum; conferunt tradita per *Alex. in l. ſi rem meam n. 14. ff. de verbor. obligat.* & per *Ruin. conſil. 16. n. 34. lib. 4.* dum ſcribunt, in omnibus diſpoſitionibus ſemper attendi tempus, quo actus reducitur ad perfectionem, pro ut generaliter in quocumque propoſito perſonarum habilitatem inſpiciendam eſſe, tempore quo contigit caſus, poſt 14
Dec. conſil. 4. colum. 1. ſcripſit *Alb. conſil. 106. n. 12. lib. 1.*

Hac ſtante ſolida, & communi concluſione, omnia, quæ in contrarium adducebantur, facile reſolvi poſſe exiſtimavimus.

In primis enim tolli viſum eſt, quod dicebatur ſeniorem in hoc teſtamento fuiſſe ſubſtitutum Octaviano, & ejus deſcendentibus, non autem D. Conſtantiæ, proindeque ſatis fuiſſe, ſi qualitas hæc ſenioris fuerit ſemel verificata in Philippo, qui ſenior erat tempore defectus lineæ Octaviani, fruſtraque in præſens tempus, in quo teſtator nihil providit, denuò requiri hanc ipſam qualitatem in perſona diverſa, non conſtito aliter de mente teſtatoris.

Si quidem fuit dictum, caducato gradu medio per mortem Octaviani ſine deſcendentibus, gradum ſenioris ſubſequentem ſubintraſſe in locum gradus ejuſdem Octaviani; Ideoque tertiam hanc remanſiſſe penes D. Conſtantiam, cum onere eam reſtituendi ſubſtitutis poſt Octavianum, & ejus deſcendentes, qui unus hodie ſit Hieronymus [ex quo in eo concurrit qualitas ſenioris requiſita per teſtatorem, & quæ ſecundum præmiſſa attendenda eſt juxtà tempus purificatæ conditionis] maritò ipſi, qui 15
reſpectu hujus partis fuit ſubſtitutus, Octaviano faciénda venit reſtitutio, juxtà *doctr. Bart. in l. quamdiù in 3. n. 10. ff. de acquirend. hæredit.* quam inter alios ſequuti ſunt *Caſtrenſ. conſil. 152. colum. 1. & 2. lib. 1. Decian. conſil. 427. n. 7. & ſeqq. Ruin. conſil. 94. n. 1. & 2. & conſil. 99. in princ. & num. 34. lib. 2.*

Jaſon

Jason consil. 132. *num.* 5. *lib.* 1. *& consil.* 148. *n.* 15.
versic. septimò pro hac parte, ubi de magis commu-
ni *lib.* 2. *Curt. Jun. consil.* 135. *n.* 2. *versic. præmis-*
sis tamen non obstantibus. Socin. Jun. consil. 181. *n.* 46.
lib. 2. *Aymon consil.* 295. *num.* 1. *Decian. consil.* 1.
n. 22. *lib.* 1. *Rot. decis.* 374. *n.* 1. *part.* 1. *in novissi.*
Thesaur. decis. 86. *in princ. Surd. consil.* 279. *n.* 10.
lib. 2. & rursus *decis.* 37. *n.* 16.

Et licèt *Alciat. consil.* 44. *n.* 50. 51. *& consil.* 46.
16 *n.* 25. *lib.* 9. scripserit regulam *d. l. quamdiù*, quâ
dicimus caducata media substitutione locum esse gra-
dui subsequenti, procedere quando sequens substi-
tutus in eadem re vocatus est, in qua secundus,
secus si in diversa, ut hoc in casu, ubi uni tertia,
alijs vero duæ tertiæ relictæ fuere; hæc tamen de-
17 claratio *Alciati* jure, vel ratione non probatur, ut
in terminis docet *Menoch. consil.* 528. *sub num.* 59.
lib. 6. citans in contrarium *consil. Corn* 35. *num.* 23.
lib. 2. *& Ruin. consil.* 94. *n.* 9. *lib.* 3. Præterea li-
cèt tertia, de qua agitur, fuerit separatim relicta
D. Constantiæ, & duę aliæ tertiæ Ferranti, & Jo:
Antonio, Octavianus tamen, & post eum, ejusvè
descendentes senior de domo ad totum vocati fue-
re, supposita semper unione totius patrimonij, de
quo suo loco dicemus, ut propterea ubi etiam ve-
ra esset conclusio *Alciati*, casui tamen proposito ap-
plicari non potest ex facti diversitate.

Dum verò perpendebatur ulterius seniorem non
fuisse vocatum simpliciter, sed sub certis d termina-
tis conditionibus: *Quando scilicet deficeret linea Fer-*
rantis, Jo: Antonij, & Octaviani ponderando di-
18 ctionem *quandò*, quæ conditionem importat *l. cum*
vir ff. de condit. & demonstrat. l. quod pupillę ff. quan-
do dies legat. ced. & certo determinato tempore,
& casu, ibi, *tunc*, *& eo casu*, quæ verba ita re-
19 stringere, & determinate videntur casum expres-
sum, ut ad alium non expressum extendi non possint
Surd. decis. 208. *n.* 16. *&* 57. *Honded. consil.* 8. *n.* 39.
lib. 1. sicque in effectu seniorem illum censeri vo-
catum, qui tempore finitę lineæ eorumdem Fer-
rantis, Joannis Antonij, & Octaviani, habuit illam
qualitatem majoris ætatis, non autem simpliciter,
& absolutè seniorem.

Fuit responsum vocationem hanc non ità stri-
ctè, & rigidè accipiendam esse, si volumus testa-
20 toris voluntatem salvam esse; si quidem si casus iste
expressus non posset extendi ad alium vocationis
non expressum, sequeretur, ut tertia hæc non ad
seniorem, non ad filium senioris spectaret, quia in
hoc casu substitutio non loquitur (non enim ex-
pressit testator, quid de hac tertis agendum esset,
ubi D. Constantia superviveret Ferranti, Jo: Anto-
nio, & Octaviano præmortuis sine descendentibus)
sicque res agenda esset cum hæredibus D. Constan-
tiæ. Verum quia mens testatoris alia fuit, jusque
ipsum supplet id, in quo testator fortè defecit,
fuit dictum, contraria posse procedere, ubicum-
que casus per testatorem expressus contigisset, nem-
pè ubi D. Constantia, ejusque linea defecisset vi-
vente Octaviano, vel aliquo ex ejus descendenti-
bus, totumque patrimonium in Octavianum ipsum,
ejusve lineam transijsset, tunc enim tam tertia D.
Constantiæ, quam duæ illæ partes Ferrantis, & Jo:
Antonij in unicum tunc existentem seniorem fuis-
sent translatæ; Cæterum quia res aliter se habuit,
quam testator ipse cogitaverit, nimirum si substi-
tutio senioris existentis tempore, quo purificata
fuit conditio respectu duarum tertiarum, suum
earum tantum respectu sortita est effectum, res-
pectu verò tertiæ, cujus conditio non cessit, eo vi-
vente, aliter fuerit resolvendum in vim ejusdem
regulæ, qua & pars adversa nititur, requirentis qua-
litatem majoris ætatis tempore existentis conditio-
nis. Hoc enim operatur rerum, substitutionumque,
ac conditionum illis adjectarum diversitas, condi-
tio nempè mortis D. Constantiæ, ejusque lineæ de-
fectus respectu tertiæ, respectu verò duarum ter-
tiarum conditio mortis Ferrantis, Jo: Antonij, &
Octaviani sine descendentibus: diversitatis enim tan-
ta est virtus, ut non solum res distinctæ, ac sepa- 21
ratæ [ut in proposito] diversam habeant Juris de-
terminationem, ad *text. in l. naturaliter §. nihil*
commune ff. de acquir. possess. in l. fin. in fin. ff. de
calumniat. & in l. maritus la 5. *ubi gloss.* citat con-
cordantes *C. de donat. inter virum, & uxorem*.

Sed & una, & eadem res quandoque sIia, &
diversa in juru censeatur, & ex rationis diversita- 22
te, diversisque respectibus attentis, diversimodè ju-
dicatur, ut egregiè docet *Simon de Pręt.* ubi supra
lib. 1. *dub.* 5. *n.* 5. *fol.* 39. per *text. in l. si non sortem*
§. libertus ff. de condict. indeb. & in l. pedius cum si-
mil. *ff. de incend. ruin. naufrag.* Diversa enim ratio 23
reformat pactum, inquit *text. in l. interpositas C. de*
transaction. diversumque inducit effectum *Bald. in*
l. filia legatorum in fin. C. de legat. Alexand. con-
sil. 46. *n.* 6. *lib.* 2. *& consil.* 7. *n.* 18. *lib.* 6. *Roland.*
consil. 25. *num* 32. *lib.* 4. nosque cogit ad diversam in-
terpretationem, ut per *Mantic. de conjectur. ultim.*
volunt. lib. 5. *tit.* 6. *n.* 10.

Et certè si aliter diceremus, maximum seque-
retur absurdum, ut vel D. Constantia, ejusque de-
scendentes, defectis lineis Ferrantis, Jo: Antonij, &
Octaviani, statim ea ipsa tertia privari debuissent,
quam tamen testator conservari voluit apud ip-
sam D. Costantiam, ejusque descendentiam, prout
& Clarissimus Magistratus alias resolvit, & supra
quoque attigimus, vel inutiliter stare debuisset in
suspenso ad primi senioris favorem, cum tamen ip-
so præmortuo spes omnis ei quidquam ulterius ac-
quirendi prorsus evanuerit, post mortem enim ni- 24
hil est, inquit *Bald. consil.* 157. *sub n.* 9. *versic. vi-*
deamus ergo lib. 2. *a car.* 77. quinimmò & actus 25
defunctorum (quidquid sit de actibus viventium) in
pendenti stare non possint, vulgata *l. fin. in fin. ff.*
communia prædior.

Hinc inferebamus cessare etiam omnia ea,
quæ de transmissione exadverso deducebantur, ex
quo jura, quæ competitura sunt alicui post mortem
alterius, & non ante (prout respectu memorati Phi-
lippi erat jus tertiæ existentis penes D: Constantiam,
sive sint universalia, sive quasi universalia, sive sim-
pliciter particularia, interim non recipiunt transmis- 26
sionem, ut ex communi docet *Bald. in l.* 2. *sub n.* 10.
versic. communiter tamen C. de liber. præter.

Et licet multa hic cumularentur ad ostenden-
dum testatorem verisimiliter cogitasse de majora-
tu in sua hæreditate inducendo, dum ad omnia bo-
na sua vocavit seniorem, voluitque transire de se-
niore in seniorem, & sic sequendo in filios senio-
ris [id quod contingere non poterat, nisi totum
hoc patrimonium uniretur] sicque in unum tantum
seniorem transire, non in plures, quæ est etiam na-
tura majoratus, qui regulariter est indivisibilis; hic- 27
que prætenderetur cessare regulam *l. intervenit* cum
similibus *ff. de legat. præstand.* [quæ requirit, ut in
conditionalibus attendatur tempus existentis condi- 28
tionis] ex quo dicebatur ex intentione *Bart. in l.*
intervenit, procedere, nisi in contrarium constet de
mente testatoris.

Pro resolutione tamen fuit dictum in primis,
quod etsi hæ voces *senior*, *& major nata*, valdè si- 29
milia, aut ejusdem etiam sint significationis, ut per
Tiraquell. de jur. primagenit. quæst. 1. *n.* 12. vocans-
que majorem natum censeatur facere velle majora-
tum, vel saltem fideicommissum ad similitudinem 30
majoratus, ad *Berò. consil.* 120. *n.* 20. *& n.* 55. *lib.* 2.

Menoch.

Menoch. consil. 308. *n.* 17. *lib.* 4. & per consequens
31 bona unire in unum tantum, *Surd. consil.* 241. *n.* 14.
32 *&* 27. *lib.* 2. per quem splendidius familiæ decus
substineri potest *Pedroc. consil.* 34. *n.* 126 id quod
non evenit ubi patrimonium in plures partes divi-
ditur *Bursatt. consil.* 170. *n.* 58. *lib.* 2. *n car.* 179.

Nihilominus tamen, cum etiam in majoratibus
33 utamur communibus regulis, ut in alijs fideicom-
missis, ut latè per *Decian. consil.* 16. *num* 9. *lib.* 4.
Valasc. de Jur. emphitheut. quæst. 50. *n.* 29. *& Surd.
consil.* 403. *n.* 4. non censeretur testator majoratum
34 hunc instituere voluisse, nisi in casibus per eum
provisis, & dispositis, existentibusque conditioni-
bus illis adjectis, sic enim in fideicommissis servari
scribunt *Alex. consil.* 19. *versic. nec obstat lib.* 3. *&
consil.* 139. *n.* 3. *lib.* 6. *Socin. consil.* 62. *&* 116. *lib.* 3.
Deci. consil. 287. *sub n.* 9. *versic. nec obstat. Aymon. con-
sil.* 98. *n.* 11. *Cephal. consil.* 16. *n.* 28. *versic. præterea.
Ruin. consil.* 153. *sub n.* 5. *lib.* 2. *Mantic. de conjectur.
lib.* 6. *tit.* 15. *n.* 6. *Menoch. consil.* 243. *n.* 52. *& con-
sil.* 326. *n* 65. *& seqq. & Peregr. artic.* 29. *n.* 39.

Et sic quando in persona unius, & ejusdem se-
nioris verificata fuisset tam conditio adjecta substi-
tutioni hujus tertiæ, quam etiam adjecta substitu-
tioni aliarum duarum tertiarum, quando enim plo-
res conditiones substitutioni adjectæ sunt, omnes [ut
35 supra quoque diximus] verificari debent *d. l. si hæ-
redi plures, ff. de condit. instit.* cum concordantibus,
longè magis vero ubi positæ sunt [ut in proposito] in
diversis capitulis, in diversis portionibus, & inter
diversas personas, tunc enim judicari, ac verifi-
cari debent in omnibus suis casibus, non secus ac
si in diversis testamentis continerentur, cum tot
36 intelligantur esse testamenta, quot sunt ejus capi-
tula separata, ut inquit *Socin. consil.* 163. *n.* 7. *lib* 2.
& post eum *Ancharan. Jun. quæst.* 12. *post num.* 6.
part. 1.

Nec tanti facienda fuit conjectura unionis pa-
trimonij, & prætensi splendoris familiæ, si tota hæ-
reditas in unum tantum seniorem, vel in lineam
unius tantum juxtà naturam majoratuum pertransi-
ret, ut a communibus regulis ut supra firmatis re-
cederemus; siquidem hæc omnia optimè novit te-
stator, & tamen ab initio divisit hæreditatem suam
inter Ferrantem, & Joannem Antonium, & in pro-
gressu pro tertia substituit D. Constantiam, & pro
alijs duabus Octavianum, & ejus descendentes; imò
& tertiam D. Constantiæ voluit etiam devenire in
ejus filios, & descendentes, ita ut prorsus hic ma-
joratus potuerit non solum verificari prius in una
parte, quam in altera, sed potuerit etiam dari ca-
sus, ut verificaretur solum in duabus tertijs, non
etiam in tertia, in qua fuerat prius vocata D. Con-
stantia, & ejus filij, & descendentes in infinitum,
ex quo poterat contingere, ut duraret plus descen-
dentia D. Constantiæ, quam familia de Bartolis, ut
propterea jure optimò inferri possit, non fuisse ab
initio contra mentem testatoris, ut durante linea
D. Constantiæ, tertia hæc non conjungeretur cum
alijs duabus tertijs, prout nec hodie inconvenit, ut
hæc eadem tertia deveniat in Hieronymum, in quo
verificantur omnes qualitates requisitæ per testa-
torem, cum & senior sit, & de familia de Barto-
lis, & [ut lex præsumit] alijs habilior, ut infra di-
cemus.

Quibus haud resistere censuimus, quæ singilla-
tim pro vocatione Benedicti afferebantur.

Nam quod attinet ad jus ex majoratu prove-
niens, in eo procul dubio defecit qualitas majoris
ætatis, hoc enim nomen est naturæ, & eum signi-
37 ficat, qui prius in lucem prodiit, ut per *Bald. in
l. cum antiquiaribus n.* 12. *versic. & primo præmitta
C. de jur. delib.* & post eum per *Decian. d. consil.* 16.
n. 23. *lib.* 4. diciturque privilegium ætatis, non fi- 38
liationis *Bald. dict. loc. sub n.* 19. *Ancbar. consil.* 81.
n. 6. & ideo qualitas hæc a persona patris in filium 39
transferri non potuit *Surd. d. consil.* 403. *n.* 42. *&
seqq. Decian. d. consil.* 16 *n.* 2. *& n.* 23.

Quo vero ad caput transmissionis, fuit animad-
vertendum, ttiplicem hic subesse defectum, primò
in persona patris transmittentis, secundò in per-
sona filij, in quem prætenditur facta transmissio,
tertio in jure, quod prætenditur transmissum; in
persona patris, quia jus in bonis nondum ei quæ-
sitis transmittere non potuit, cum id non haberet, 40
Bald. in l. 2. *in fin. C. de liber. præterit. Alex. dict.
consil.* 4. *num.* 10 *versic. sed in quæstione lib.* 4. *Surd.
d. consil.* 403. *n.* 47. in persona filij, quia licèt sit
de Bartolis, cum tamen senior non sit, qualitas ju-
nioris in eo inhærens eum prorsus excludit, quan- 41
tumcumque sit filius majoris natu, *Alex. consil.* 123.
n. 2. *lib.* 1. *& consil.* 14. *n.* 2. *& n.* 13. *lib.* 4. *Simon
de Pret.* inquiens *Alexand.* rectè conluluisse *d. lib.* 3.
interpret. 3. *salut.* 2. *sub n.* 18. *vers. Alex. verò. Pe-
regrin. d. artic.* 12. *sub n.* 86. *versic. quod si major.*
necessaria est enim utraque qualitas, ut & de fami- 42
lia sit, & sit majornatu *Bald. consil.* 274. *sub n.* 9.
versic. quibus solvir, ibi -- *Quia prim. extans, & quia
agnatn lib.* 2. *Decian. dict. consil* 16. *num.* 41. *lib.* 4.
Menoch. consil. 220. *n.* 121. *Riminald Jun. consil.* 544.
num. 151. *Surd. dict. consil.* 403. *n.* 60. *& consil.* 404.
num. 30.

Unde altera ex eis deficiente nullus transmis- 43
sioni locus esse potest *Surd. d. consil.* 403. *num* 44.
& 45 Et meritò quia testator non fuit contentus
unica qualitate, sed voluit ultra nomen familiæ,
majoris etiam ætatis concursum, & vocando senio-
rem videtur in primis respexisse ad ætatis præro- 44
gativam, ut inquit *Alexand. d. consil.* 4. *n.* 5. *lib.* 3.
Socin. consil. 88. *n.* 1. *lib.* 3. *Menoch.* complures alios
citans *consil.* 442. *n.* 19 *lib.* 5. *Surd. d. consil.* 403.
num. 40. Id quod non caret ratione, ex quo major
ætate præsumitur sapientior, ac prudentior, pro-
indeque & familiæ utilior *cap. de quibus* cum ibi no- 45
tatis 20. *distinct. cap. nisi cum pridem extra de renun-
tiat.* amplè *Jason in l. Gallus in princ. n.* 57. *ff. de
liber. & posthum. Deci. consil.* 443. *n.* 25. *Natt. con-
sil.* 644. *n.* 6. omnium plenissimè *Tiraquell. in præfat.
tract. de Jur. primogenit. nn.* 79. *usque ad fin.* ubi in-
nomeras senectutis laudes, & prærogativas recen-
set.

Non deest etiam defectus respectu juris, quod
prætenditur transmissum, quia nempe conditiona-
le est, conditionalia autem non transmittuntur per 45
glos. Bart. & scribentes *in l.* 1. *C. de ijs qui ant.
apert. tabul. in l. hæredes mei §. cum ita*, ubi *glos.
in versic. suscepisset ff. ad Trebell.* cum alijs per *Ro-
land. consil.* 38 *n.* 11. *versic. aut vult venire* ubi testa-
tur de receptissima *lib.* 4. etiam ex conjecturis, quia 47
substitutio uti potentior impedit transmissionem
*l. unic. §. pro secundò, & §. sin autem aliquid, C. de
caduc. toll.* quamquam nulla hic adest considerabi-
lis, ut pro Hieronymo latissimè deducebant infor-
mantes, & nos aliquid supra attigimus, & illa, quæ 48
plurimi exadverso fieri videbatur, quod si testator
fuisset interrogatus, ita verisimiliter fuisset respon-
surus, fragilis admodum judicatur, cum satis sit ne-
gare, testatorem ita fuisse responsurum, ut per *Hie-
ronymum Gabriel. consil.* 95. *n.* 15. *lib.* 2. & ubi ver-
saremur in dubio, in dubio standum esset regulæ,
ut fideicommissum conditionale non transmittatur, 49
uti testes sunt *Rot. decis.* 783. *n.* 27. *part.* 1. *& Me-
noch. consil.* 200. *n.* 112.

Quod vero spectat ad jus subintrationis, seu
repræsentationis, fuit dictum, neque prætensæ huic
repræsentationi locum esse, cum in filio deficiat

qualitas majoris ætatis, quæ erat in patre, quæ
cum requireretur tempore delatæ successionis, ut
supra fuit resolutum, Philippo mortuo extincta
50 fuit, proindeque filius non potest eum repræsenta-
re *Alex. d. consil. 4. n. 13. lib. 4.* optimè *Surd. dict.*
consil. 403. *n.* 60. Quinimmò communis est conclu-
sio in fideicommissis transversalium [quale hoc est]
51 non esse locum repræsentationi ultrà patruum *Dec.*
consil. 1. *colum.* 2. *Purps. consil.* 30. *n.* 4. *lib.* 2. *Ro-*
land. d. consil. 38. *n.* 33. *Mantic. lib.* 9. *tit.* 8. *n.* 4.
Valasc. pro communi *d. quæst.* 50. *num.* 30. *& seqq.*
Surd. d. consil. 403. *ante n.* 53.

Denique dictum fuit, Benedictum non posse
etiam admitti, tamquam filium senioris, & jure
proprio, ex illis verbis -- *Tunc, & eo casu voluit ejus*
bona prædicta pertinere ad seniorem de domo, &
sic sequenda ad filios, & descendentes dicti senio-
ris masculos -- Siquidem vocatio hæc filiorum se-
nioris necessario referenda est ex jam dictis ad por-
tiones, ad quas senior ipse semel admissus fuit, non
52 autem ad portionem, quæ in vita illius verificata
non fuerat, sed erat effecta caduca per mortem ip-
sius sequutam pendente conditione substitutionis,
& vocationis ipsius.

Non referente, quod aliud sit vocare seniorem
53 simpliciter, aliud vocare seniorem cum filijs, ad *Ca-*
strens. consil. 164. *n.* 4. *lib.* 2. *Berò. consil.* 71. *n.* 57.
lib. 1. *Gabriel. de success. ab intestato conclus.* 2. *n.* 14.

Hæc enim vocatio filiorum senioris intelligi de-
bet, quando jam prima successio est adimpleta, &
effectum habuit in persona ipsius senioris, alioquin
enim in filium transire non potest, cum prius non
fuerit penes seniorem, transitus enim ex uno in alium,
supponit rem prius fuisse penes eum, ex cujus per-
54 sona in alium transferri debet, vulgata *l. decem ff.*
de verbor. obligat. ample in similibus terminis *Surd.*
d. consil. 403. *sub n.* 71. *versic. & quamvis, & num.*
seq. ubi considerat in specie naturam ordinis suc-
cessivi (secundum quem hæc etiam bona de uno,
in alium transferri debent) quæ est, ut successio
prius cum effectu pervenerit in primo vocatum, is-
que hæreditatem conservet ad commodum aliorum
in ulteriori gradu vocatorum; quod certè fieri non
potest, nisi prius ad eum pervenerit, quia non en-
55 tium nullæ sunt qualitates, ut per eum latè. Ut sic
parum obstet doctrina *Castr. in dict. consil.* 164 cum
alijs allegatis, dum constituunt differentiam illam,
an primogenitus simpliciter sit vocatus, an vero cum
liberis ejus, siquidem non versamur nos in mate-
ria primogeniti, sed senioris, & filio senioris non
56 potest acquiri nisi id, quod prius extitit cum effe-
ctu penes ipsum seniorem.

Prout minus etiam obstat fundamentum de-
sumptum ex vocatione senioris in numero singulari,
quasi hic detur multiplicatio seniorum contra pro-
57 prietatem numeri singularis, ad *text. in cap. gaudemus*
extr. de divort. cum concordantibus, de quibus per
Simon. de Prçt lib. 3. *interpret.* 3. *dubit.* 4. *solut.* 3. *n.* 11.

Siquidem fuit responsum, ad favorem senio-
58 ris duas in proposito extare dispositiones diversas in
tempore, in conditione, & in personis, & ideo ver-
bum *senioris* licèt ad unum dumtaxat ex vi nume-
ri singularis referatur, illi tamen diversas adaptari
dispositiones, quæ cum fuerint diversis tempo-
ribus purificatæ, diversos etiam seniores admise-
runt, unaquæque tamen earum unico semper se-
niore contenta. Hæc enim temporum diversitas ope-
ratur, ut senior amplius non dicatur, qui jam se-
nior fuit, & mortuus est, licet senior alio tempo-
re alter dicatur, sicque in unaquaque dispositione
adest singularitas, & ab unaquaque pluralitas exclu-
ditur, fitque solum variatio personæ comprehensæ
sub dicto verbo *senioris*, non autem multiplicatio
personarum, cum qualitas senioris uni semper per-
sonæ adaptetur, non duabus, ut ad sensum patet,
& doctè, & subtiliter deducebatur per Informan-
tes, qui etiam ex casuum diversitate optimè satis-
faciebant authoritati *Simon. de Præt.* in hoc loco
proximè citato, quæ non referimus, ne actum aga-
mus, & ne decisio hæc nostra in immensum crescat.

Laus Deo.

Alexander Zilocchius Prætor.
Hieronymus Cerretanus.
Marcus Antonius de Amatis.

A D D I T I O.

A R G U M E N T U M

Materia transmissionis legati, vel fideicommissi conditionalis latissimè enucleatur pluribus, & principalioribus conjecturis relatis, & examinatis. Transmissio, an detur ubi legatum, vel fideicommissum conditionale proprio particulari nomine expresso relictum fuerit, vel ubi substitutus fuerit supervivens, aut superstes, expenditur plenè uterque casus, & alia adduntur de repræsentatione in fideicommissis admittenda necne, & de resolutione pluralitatis in singularitates.

S U M M A R I U M.

1 S*cripta per* Ger. Spin. consil. 99. *in hac decisione confirmantur.*
2 *Fideicommissum, vel legatum conditionale, moriente fideicommissario, vel legatario ante impletam conditionem, ad heredes non transmittitur.*
3 *Amplia etiamsi agatur favore filiorum, & descendentium in fideicommisso ab ascendente tondito.*
4 *Limita si ex conjecturis constet de contraria voluntate testatoris.*
5 *Contrarium sentientes referuntur, & eorum rationes.*
6 *Prima tamen opinio communior est, & in Tribunalibus recepta, & quare.*
7 *Fortius si agatur de descendentibus, in quibus transmissio etiam a contrarijs admittitur, secus in transversalibus, aut extraneis.*
8 *Contra, quod de quibuscumque agatur, semper sit voluntati testatoris obsequendum.*
9 *Et differentia inter descendentes, & extraneos solum operetur quoad qualitatem conjecturarum.*
10 *Conjecturæ ad inducendam transmissionem debent esse urgentes, certę, & necessarię, aut saltem valde probabiles, non ęquivocę, & hinc inde adducibiles.*
11 *Fortius si agatur de ea inducenda in præjudicium descendentium, secus si in eorum favorem.*
12 *Leviores sufficiunt pro denegando transmissione, istęque contrarias destruunt, & n.* 146.
13 *Et quæ sint conjecturæ contra transmissionem remissivę.*
14 *Conjecturæ in materia debent unitim considerari.*
15 *Imperfectæ, & minus concludentes, nec unitæ aliquam vim habent.*
16 *Prima conjectura pro transmissione consistit in desiderio conservandi bona in familia, & agnatione, vel descendentibus.*
17 *Limita si substitutus pariter esset agnatus, vel descendens, qui ęquè posset familiam, & bona in descendentia conservare.*
18 *Secunda desumitur ex digressu ad plures gradus substitutionum.*
19 *Reprobantur contrarium sentientes.*
20 *Sola hac conjectura per se sufficiens non est.*
21 *Contrarium qui teneant.*

22 *Alijs*

22 Alijs concurrentibus multum operatur, & est una ex principalioribus.

23 Fortius si post plures substitutionum gradus vocati fuerint remotiores, vel extra ei

24 Limita, ut talis digressus nihil operetur, si conceptus sit per vulgarem substitutionem.

25 Item si substitutio semper facta sit eidem haredi sub diversis conditionibus.

26 Item si substitutiones non sint dependentes, & subalternæ, sed factæ pluribus personis, & in diversis portionibus.

27 Digressus non excluditur ex quo omnes substitutiones dependeant ab unica conditione si sine filijs, & de ratione.

28 Quod procedit etiam in terminis vocationis filiorum positorum in conditione.

29 Contrarium qui sustinent.

30 Item dicitur adesse digressus, quando adest unica substitutio.

31 Contrà, quod ex veriori sententia requirantur duæ.

32 Et hoc observatur etiam in materia positorum in conditione.

33 Sed adhuc contra, quod duæ non sufficiant, sed longa series requiratur.

34 Quod procedit pro regressu a consil. Oldrad. 21.

35 Ad inducendam transmissionem non sunt necessariæ aeque copulativè, neque alternativè conjecturæ contemplationis agnationis, & digressus ad plures gradus substitutionum, sed æquipollentes sufficiunt.

36 Contrarium sentientes referuntur.

37 Prima opinio verior est, & receptior sive versemur in testamento ascendentis, sive transversalis.

38 Tertia conjectura ad inducendam transmissionem est, si substitutio fideicommissaria unita sit cum jure accrescendi, quod transmittitur.

39 Amplia, ut operetur transmissionem etiam adita hæreditate.

40 Contrarium qui sentiant.

41 Prima opinio communior est, maximè si hæc conjectura cum alijs conjungatur.

42 Vel si substitutus, de cujus exclusione agitur, esset persona extranea, non si ex descendentibus testatoris.

43 Contra quod indistinctè prima opinio procedat, sive controversia sit cum extraneis, sive cum descendentibus.

44 Limita in substitutione duobus conjunctim facta, quorum alter, si pendente conditione decedat, superstiti acquiritur portio.

45 Intellige limitationem procedere cum distinctione inter conditionem suspensivam, & resolutivam, seu inter institutionem conditionalem, & modalem.

46 Limita secundo, si ante institoti mortem, & conditionis purificationem ambo substituti decesserint, & de ratione.

47 Quarta conjectura ad inducendam transmissionem oritur ex quo filij, ad quorum favorem prætenditur transmissio, fuerunt positi in conditione.

48 Contra quod positio in conditione non sit conjectura transmissionis, ne destruatur regula gloss. in l. Lucius quod positi in conditione non censentur vocati.

49 Et huic opinioni assistit littera text. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.

50 Prima opinio verior est, & receptior, & nullam continet repugnantiam, & quare.

51 Jus transmissionis fideicommissi conditionalis quos pariat effectus diversos a jure vocationis.

52 Declaratur text. in l. hæredes mei, quod huic opinioni non adversetur, & in quo casu loquatur.

53 Amplia, ut hæc opinio procedat nedum in conditione expressa, sed etiam in tacita ex dispositione l. cum avus.

54 Contrarium in his terminis tenet Ciroch.

55 Declaratur ejus opinio quo casu vera sit, quo non.

56 Item declaratur principalis conclusio, quod positio in conditione sit conjectura transmissionis, ubi cum alijs jungatur, & hoc casu contrarij quoque eam admittunt.

57 Vel si alia circumstantia concurrant, ut quod positio in conditione fuerit geminata.

58 Vel si positis in conditione adjecta sit qualitas masculinitatis, & de legitimo matrimonio.

59 Fortius operatur si ea non data bona confluerent ad fæminas, vel ad naturales contra expressam testatoris voluntatem.

60 Aut si adsit confessio, & declaratio hæredis gravati de testatoris voluntate informati.

61 Vel si fuerit ordinata reciproca inter primos.

62 Declaratur secundò principalis conclusio de transmissione facienda ad favorem positorum in conditione, quando agitur in concursu extranei.

63 Amplia etiam in loco pio.

Item amplia etiamsi extraneus non esset immediatè substitutus, sed post plures substitutiones sub conditione si sine filijs vocatus n. 65.

64 Secus si substitutus non esset extraneus, sed æque, vel magis conjunctus, & testatoris dilectus.

66 Transmissio ad filios in conditione positos quando detur, nedum respectu portionis patris, sed etiam patrui.

67 Quinta conjectura pro suadenda transmissione est æqualitas, quæ ea admissa servetur, & inæqualitas, quæ ea rejecta resultat.

68 Fortius si adsint aliæ conjecturæ.

Æqualitas ex quibus inducatur, vel excludatur, ibidem remissivè.

69 Inæqualitas non attenditur, quando provenit a casu, ex quo unus ex filijs, vel hæredibus institutis alteri prædecessit.

70 Nec quando filijs relinquitur portio patri relicta.

71 Sexta demonstratio pro transmissione nascitur, ex quo ea non facta, minus dilectus præferretur magis dilecto, vel aliud sequeretur absurdum.

72 Amplia etiamsi præferretur æque dilectus.

73 Exemplifica si rejecta transmissione fæmina exclusæ masculis præferrerentur.

74 Item si extraneus præferretur descendentibus testatoris.

75 Amplia etiamsi ultimus substitutus foret locus pius.

76 Contrarium in primo casu qui dixerint.

77 Eorum opinio reicitur, & prima foret fortius recipienda, si præferenda esset persona exosa testatori.

78 Amplia etiamsi persona testatori odibilis successura esset ab intestato.

79 Item fortius procedit favore filiorum, & magis dilectorum, si transmissio admissa fuerit a testatore inter minus dilectos.

80 Limita in casibus de quibus remissivè.

81 Amplia principalem conclusionem de inducenda transmissione ad evitandum absurdum, sive illud evenerit, sive non.

82 Septimum iudicium transmissionis est, si illi, ad quorum favorem prætenditur, fuerint in alia parte vocati.

83 Referuntur contrarium sentientes.

84 Limita primum opinionem, si inter unam, & alteram substitutionem considerari potest ratio disparitatis.

85 Amplia etiamsi adsit dictio relativa ut supra.

86 Limita secundò, quando in alia parte testamenti substitutio esset de diversis bonis, & personis.

87 Identitatis ratio, quando concurrit in expressâ voca-

vocatis, at in alijs, ad istos fieri debet transmissio.

88 Amplia etiamsi fieret extensio de persona ad personam, & minus dilectus præferreretur magis dilecto.

89 Filij aliorum substitutorum præsumuntur per transmissionem invitati, si testator in alijs substitutionibus ordum tertas personas vocavit, sed etiam eorum filios.

90 Maximè si in posteriori substitutione jusserit servari ordinem supra expressum.

91 Item fit transmissio ad alios in alia parte honoratos, & de quibus in testamento facta fuerit honorifica mentio.

92 Declara, ut hoc procedat in mentione facta dispositivè, non conditionaliter.

93 Hujusmodi opinio ab alijs impugnatur, & de ratione n.94.

95 Limita si nullo modo in alia parte testamenti facta sit nominatio, ut non detur transmissio.

96 Item si nominatio facta sit ad tenue legatum, hęres autem institutus in tota, vel considerabili parte hereditatis.

97 Octava conjectura pro transmissione desumitur, ex quo versemur in materia dotis succedentis loco legitimæ vigore testamenti, vel Statuti localis.

98 Tunc enim legatum, & fideicommissum conditionale transmittitur, sicuti transmissibilis est ipsa legitima.

99 Amplia quamvis legatum, vel fideicommissum majus esset ipsa legitima.

100 Exemplifica in terminis Statuti Asculani.

101 Contra quod in portione excedente legitimam fideicommissum non sit transmissibile.

102 Limita, ut non sit transmissibile, quando testator aliquid reliquit imputandum in legitimam, & de ratione.

103 Conciliantur opiniones supra discordantes, & quomodo.

Prima procedit si constet patrem totum voluisse relinquere pro legitima, secunda si adjecerit aliqua vincula, vel conditiones contra naturam legitimæ ibid.

Item procedit prima si dos relicta fuisset titulo institutionis, & pro omni, & toto ibid.

103 Transmissioni locus est, quando testator reciprocam substitutionem fecit inter descendentes gravati.

105 Et quando conditio non fuit apposita ad commodum heredis, sed tertij.

106 Item si ageretur de favore ejus, qui ab intestato esset successurus, & de ratione.

107 Item si versemur in juribus descendentibus a contractu, quamvis conditionalia sint, secus si ab ultimis voluntatibus.

108 Vel si non versemur in terminis fideicommissi, hereditatis, legati, sed in terminis primogenituræ, cujus jus in spe considerabile etiam conditione pendente primogenitus acquirit.

109 Et tale jus primogenitus in filium suum primogenitum ante purificatam conditionem transmittit.

110 Amplia etiamsi ageretur de successione transversalium.

111 Transmissio locum habet etiam in herede heredis, maximè ad excludendum extraneum, & personam testatori incognitam.

112 An pro ea inducenda sit sufficiens conjectura, quod legatum collatum sit in tempus remotissimum, refertur opinio negativa, & declaratur.

113 Non dicitur ad hunc effectum collatum in tempus remotissimum, quando dependet ab obitu filiorum primi gradus.

114 Transmissibile non est legatum, ad quod quis fuit proprio nomine vocatus.

115 Et isto casu saltem urgentiores conjecturę requiruntur.

116 Contra quod specifica nominatio transmissioni impedimentum non præbeat.

117 Declara hanc secundum opinionem procedere solum extantibus conjecturis suadentibus transmissionem ad heredes fideicommissarij.

118 Et conjecturę debent esse urgentes.

119 Una est si legatum factum sit descendentibus, vel alteri personæ conjunctę.

Limita si heres sit ęque conjunctus, vel a testatore descendens n. 122.

120 Expressio nominis proprij transmissionem impedit ad extraneum.

121 Limita si ex conjecturis constet testatorem voluisse legatum etiam hoc casu transmitti.

123 Secunda conjectura consistit in eo, quod agatur de hereditate opulenta.

124 Limita si magna pecuniarum quantitas contineatur in legato, & hoc transiret ad extraneos.

125 Tertia desumitur ex quo nomen proprium fideicommissarij, vel legatarij demonstrativè expressum sit, non taxativè.

126 Quarta depromitur ex quo talis expressio adjecta sit solutioni, non substantiæ legati.

127 Quinta, si testator voluit agnationi prospicere.

128 Sexta, si fuisset ordinatum fideicommissum perpetuum, & successivum.

129 Septima, si versemur in contractibus.

130 Substitutio non dicitur facta nomine proprio, si particulare expressum non sit, sed verba relativa qui ille, &c.

131 Declaratur hęc opinio quo casu procedat,

132 Transmissioni locus non est, si fuit substitutus supervivens, vel superstes.

133 Maximè si substitutus sit in omnibus bonis, in totum, vel simili modo.

134 Limita, ut facta substitutione ad favorem superstitis, transmissio detur ex conjecturis.

135 Amplia, ut operentur conjecturę etiam favore extraneorum.

136 Reiciuntur contrarium tenentes, & n.138.

137 Quia testator facere possit transmissibile id, quod ex natura verborum non est.

139 Conciol. alleg. 41. contrarium defendens succubuit.

140 Et admittit etiam ipse necessarijs, vel vehementibus conjecturis concurrentibus.

141 Limita secundò, ut non obstante vocatione superstitis, semper sit locus transmissioni, quotiescumque extraneus fuit substitutus.

142 Item si vocati essent superstites, eorumque filij, & descendentes.

143 Mentio filiorum, & descendentium, vel heredum transmissioni aditum aperit.

144 Superviventia qualitas debet apponi expressè, nec sufficit si nominatis viventibus additum sit, quod uni deficienti absque filijs alter succederet, vel bona devenirent ad alium.

145 Reprobatur hujusmodi opinio, & de ratione.

146 In conflictu conjecturarum pro transmissione, & contra transmissionem fideicommissi conditionalis pręvalent ultimę, qua regula habent assistentium.

147 Referuntur contrarium sentientes.

148 Declarantur procedere in certis limitatis testibus, nempe quando ageretur de admittendis descendentibus testatoris, & excludendis extraneis.

149 Vel quando concurrerent conjecturę, quę rem extra dubietatem ponerent.

150 Ma-

150 *Materiam tranſmiſſionis fideicommiſſi, vel legati conditionalis tractantes enumerantur.*
151 *In fideicommiſſis quando ſit locus repræſentationi, & quando non.*
152 *Pluralitas quando reſolvuntur in ſingularitates.*

1 RESpicit præſens deciſio materiam examinatam in *conſil. 99. Ger. Spin.* qui prout ſupra narratur in principio ante *n. 1. §. ita quoque* tamquam unus ex Arbitris, quibus primo loco hæc cauſa compromiſſa fuerat contra aliorum opinionem pro Hieronymo de Bartolis laudavit, & commiſſa poſtmodum eadem cauſa DD. Tribus, ijdem opinionem *d. Ger. Spin.* ſequendam eſſe declararunt.

Ad num. 46. & ſeqq.

Fideicommiſſum, vel legatum conditionale mo-
2 riente fideicommiſſario, vel legatario ante impletam conditionem ad hæredes non tranſmittitur *l. intercedit 59. & l. hæres meus 79. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi cui legetur §. hoc autem ff. de legat. 1. l. hæredes mei §. cum ita* ubi *gloſ. verb. ſuſcepiſſet ff. ad Trebellian. l. ſi in perſonam C. de fideicommiſ. & l. unic. §. ſin autem, & §. cum igitur*, ibique *Gloſ. verb. conditio C. de caduc. tollend. Balduce. ad Ramon. obſerv. 75. n. 1. Altograd. controv. 29. n. 1 de Marin. reſolut. 86. n. 2. lib. 1. Manſ. conſult. 138. n. 5. & tom. 9. de fideicommiſſ. & legat. conſult. 85. n. 1. Pacion. allegat. 88. n. 4. & alleg. 108. n. 1. Merlin. Pignatell. controv. 1. n. 1. cent. 2.* ibique *Scoppa n. 4. Capon. diſcept. 311. num. 19. & 20. Saminiat. controv. 107. n. 25. & ſeqq. Fatinell. reſponſ. 68. n. 1. tom. 1. Bonden. collect. 41. n. 68. tom. 1. collect. 13. n. 3. tom. 2. & miſcellan. Juridic. docum. 36. num. 1. & ſeqq. Robles de repræſent. lib. 3. cap. 12. num. 21. Cancer. variar. reſolut. lib. 3. cap. 21. de tranſmiſſ. n. 95. Faber in Cod. lib. 6. tit. 8. de impuber. & alijs ſubſtitut. definit. 25. n. 3. & tit. 22. de fideicommiſ. definit. 14. in princip. & definit. 28. in princ. de Luc. de donat. diſc. 8. n. 11. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2 cap. 16. n. 19. & lib. 3. cap. 2. n. 65. de primogenit. tom. 1. cap. 34. n. 81. fol. 259. & variar. Jur. quæſt. tom. 3. miſcell. part. 2. tit. 12. quæſt. 68. n. 20. fol. 167. Viv. deciſ. 300. num. 6. & deciſ. 398. n. 1. Rot. Lucen. apud Manſ. tom. 9. de fideicommiſſ. & legat. conſult. 86. n. 1. Capyc. Latr. deciſ. 2. n. 1.* ibique *Giptius eodem num. Triſtan. deciſ Cathalon. 16. n. 21. tom. 1. Franch. deciſ. 525. n. 1. Rot. Rom. coram Burat. deciſ 568. n. 1. Celſ. deciſ. 88. num. 1. & deciſ. 614. n. 7. Cerr. deciſ. 119. ex n. 10. deciſ. 614. num. 6. & ſeqq. deciſ. 618. n. 12. deciſ. 631. num. 10. & deciſ. 782. num. 3. Peutinger. deciſ. 326. num. 1. & ſeqq. Dunozet Jun. deciſ. 707. num. 3. & ſeqq. Emerix Jun. deciſ. 1156. num. 7. in recent. deciſ. 203. n. 6. part. 13. deciſ. 173. n. 11. part. 15. deciſ. 125. n. 9. part. 16. deciſ. 262. n. 11. deciſ. 283. num. 32. & deciſ. 359. n. 10. part. 17. & deciſ. 117. num. 6. part. 18. poſt de Luc. de fideicommiſſ. deciſ. 34. num. 8. & de legat. deciſ. 14. num. 1. apud Palm. Nep. deciſ. 493. n. 2. Rot. Florentin. apud eumdem deciſ. 466. n. 41. apud Accariſ. deciſ. 108. n. 3. apud Torr. variar. Jur. quæſt. tom. 1. tit. 2. de ſubſtit. & fideicommiſ. deciſ. 10. ſub n. 68. fol. 459. & n. 118. fol. 466.* & in hac noſtra deciſione *n. 46. & ſeqq.* & infra *deciſ. 59. n. 15. deciſ. 74. n. 3. & deciſ. 90. n. 6. 9. & 41.*

Etiamſi agatur favore filiorum, & deſcendentium in fideicommiſſo ab aſcendente condito, cum
3 tranſmiſſio hujuſmodi nec liberorum favore a jure noſtro probetur, ut ponderando *text. in l. unic. C. de caduc. tollend.* & reprobata opinione *Gloſſ. in l. is cui 42. ff. de action. & obligation.* communiter tradunt *Gloſſ. in l. unic. verb. derelictis C. de his, qui ante apert. tabul. Balduce. ad Ramon. obſerv. 75. n. 1. Merlin. Pignatel. controv. 1. num. 3. cent. 2.* ibique *Scoppa n. 5.* & poſt plures Textus, quos refert *Barra controv. 58. n. 3. Manſ. d. conſult. 138. n. 5. & tom. 9 de fideicommiſſ. & legat. d. conſult. 85. n. 2. & ſeqq. Epiſcop. Rocc. diſput. 18. n. 22. & diſput. 19. n. 38. Fatinell. d. reſponſ. 68 ſub n. 1. tom. 1. Palm. Nep. alleg. 64. n. 3. Rodulphin. alleg. 173. num. 22. Bonden. miſcellan. juridic. dict. document. 36. num. 5. & 6. Cruſ. in §. tranſmiſſio quæſt. 28. n. 5. Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 11. tit. 20. a n. 1. ad 5. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 31 n. 6. Menoch. lib 4. præſumpt. 201. Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 87. num. 1. & 2. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 490. n. 1. & 2. Torr. variar. Jur. quæſt. tom. 3. miſcell. part. 2 tit. 12. quæſt. 68. n. 20. fol. 167. Caſtill. controv. Jur. lib. 3. cap. 19. n. 213. & 214 Gipt. ad Capyc. Latr. deciſ. 2. n. 2. Guidopap. deciſ. 232. num. 6. Boer. deciſ. 354. n. 13. Franciſc. Marc. deciſ. 78. n. 8. part. 2. Viv. deciſ. 300. n. 6. & deciſ. 398. n. 1. Peguer. deciſ. 100. n. 1. verſic. quod ſi prædictis. Rot. Lucenſ. apud Manſ. tom. 9. de fideicommiſſ. & legat. dict. conſult. 86. n. 1. Rot. Rom. coram Seraphin. deciſ. 1014. n. 1. Buratt. deciſ. 568. num. 1. Gregor. deciſ. 551. n. 2 Dunozet. Jun. deciſ. 707. n. 14. & ſeqq. Cerr. deciſ. 119. n. 10. & ſeqq. deciſ. 614. n. 6. & 7. deciſ. 618. n. 12. & deciſ. 631. n. 10 & 11. & poſt tom. 1 collect. Bonden. deciſ. 76. num. 7. poſt Merlin. de pignorib. deciſ. 77. n. 4. poſt de Luc. de fideicommiſſ. deciſ. 55. n. 14. & de legat. deciſ. 14. n. 17. Rot. Florent. infra deciſ. 90. n. 9.*

Certum autem, & indubitatum eſt, quod ab hac regula receditur, quando ex conjecturis conſtat de contraria voluntate teſtatoris, qui poteſt fa-
cere tranſmiſſibile, quod de ſui natura non eſt ta- 4
le, & è converſo *Spad. conſil. 243. num. 7. & conſil. 312. n. 4. lib. 3. Altograd. conſil. 65. n. 27. lib. 1. Ramon. conſil. 74. num. 11. Balduce. ad eum dict. obſerv. 75. n. 2. Merlin. apud Urceol. conſult. 12. n. 47. Andreol. controv. 29. n. 9. Caſtald. conſult. 174. n. 10. Cirocch. diſcept. 4. n. 48. diſcept. 13. n. 2. & 12. diſcept. 22. num. 3. Conciol. alleg. 41. n. 47. Gob. conſult. 48. n. 7. tom 1. Bonden. collect. 41. n. 68. lib. 1. & collect. 13. n. 4. lib. 2. & miſcellan. Juridic dict. document. 36. n. 7. & ſeqq. Manſ. conſult. 138. n. 11. & ſeqq.* ubi plures, *& conſult. 315. n. 11.* & plenè *tom. 9. ſupplement. fideicommiſ. & legat. conſult. 87. n. 8 & ſeqq. Fatinell. dict. reſponſ. 68. n. 3. tom. 1. Faber in Cod. tit. de fideicomm. definit. 14. & definit. 38. Bellon. de Jur. accreſcend. cap. 7. quæſt. 41. n. 21. & 23. Torr. variar. Jur. quæſt. tom. 1. lib. 1. tit. 4. quæſt. 8. n. 4. fol. 694. Viv. deciſ. 300. n. 7. deciſ. 301. n. 4. & 5. & d. deciſ. 398. n. 2. Mart. vot. Piſan. 85. per tot. Capyc. Latr. deciſ. 1. n. 76. & 79. Magret. deciſ. 10. n. 2. & 3.* impreſſa poſt ejus *obſerv. ad conſtitut. Sicil. Mart. Medic. examinat. 2. n. 43. & deciſ. Senen 4. n. 2. Buitell. deciſ. 12. n. 69. Ludovic. deciſ. Peruſ. 102. n. 1. Ambroſin. deciſ. 7. n. 28. Rot. Lucen. apud Manſ. tom. 9. de fideicommiſſ. & legat. d. conſult. 86. n. 2. & ſub n. 17. Samiuiat.* in cauſa Florentina *controv. 107. n 29. & per tot. Rot. Florent.* ibid. *controv. 108. n. 9. & ſeqq. apud Torr. variar. Jur. quæſt. tom. 1. tit. 2. de ſubſtitut. & fideicommiſ. d. deciſ. 10. num. 69. apud Accariſ. deciſ. 108. n. 18.* & plenè infra *deciſ. 90. n. 10. Rot. Rom. coram Cavaler. deciſ. 434. n. 3. & deciſ. 532. num. 1. Celſ. deciſ. 88. n. 2. & deciſ. 176. n. 1. Buratt. deciſ. 568. n. 4. Gregor. citat. deciſ. 551. n. 4. Rembold. deciſ. 2. n. 1. Dunozet. Jun. deciſ. 707. num. 29. Cerr. deciſ. 614. n. 8. in recent. deciſ. 78. n. 8. & deciſ. 377. n. 8. part. 11. deciſ. 136. n. 21. part. 12. deciſ. 203. n. 7. & deciſ. 295. n. 2. & ſeqq. part. 13. deciſ. 176. n. 12. part. 15. deciſ. 112. n. 7. part. 18.* in celebri *Aſtulana fideicommiſſi coram Albergato deciſ. 682. n. 2. & 3. part. 19. poſt de Luc. de legat. deciſ. 3. num. 14. apud Palm. Nep. deciſ. 477. n. 10. deciſ. 493. n. 3.*

Et

Et quamvis conclusionem hanc plures juris no-
stri asseclæ impugnent existimantes ex voluntate te-
statoris etiam expressa posse quidem fieri, ut fidei-
commissum, vel legatum sit conditionale, vel non,
cum hoc a voluntate dependeat, non vero quod
transmissibile sit ad hæredes fideicommissum, vel le-
gatum conditionale, tum quia ipsi licitum non est
quod est conditionale vim habere puri, nec quod,
unum, & idem legatum, & fideicommissum condi-
tionale sit eodem tempore, & purum, tum etiam
quia omnis conditio actum suspendit, & facit quod
5 nihil in esse ponat, & quod in esse, & in rerum
natura non est transmissibile fieri non potest. cum
non entis nullæ sint qualitates, in specie *Mans. con-
sult.* 138. *n.* 14. *& tom.* 9. *supplement. fideicommiss.
& legat. d. consult.* 85. *n.* 6. abundè *Merlin. Pigna-
tel. controv.* 1. *n.* 4. *& seqq. & n.* 54. *cent.* 2. ibique
Scoppa n. 10. *& seqq* doctiss. *Faber in Cod. lib.* 6.
tit. 23. *de fideicommiss. decis.* 14. *n.* 3. *in allig. &
de errorib. Pragmatic. decad.* 31. *error.* 3.

Primam tamen sententiam sequendam arbitror
tamquam magis communem inter DD. & in Tri-
bunalibus receptam, persæpè enim accidit, ut mens
decedentium, vel mortis cogitatione turbata, vel
ob scriptoris testamenti imperitiam, inadverten-
tiam, & incuriam, perfectè in testamento explica-
ta non sit, quo casu justum, & rationabile est, ut
illa ex alijs conjecturis ab eadem, vel diversa parte
testamenti elicitis suppleatur, & explicetur. Nec
id potest dici rationi, aut juri repugnans, cum
fideicommittens casum caducitatis præveniendo cen-
6 seatur tunc conditionem remittere, non secus ac
si a principio puram dispositionem fecisset, ut pro-
sequitur *Mans. tom.* 9. *de fideicommis. & legat. dict.
consult.* 87. *sub num.* 8. *Mart. Medic. examinat.* 2.
n. 43. *&* 44. alijque superius citati.

Quod indubitanter procedit in terminis trans-
missionis favore descendentium, in quibus sectato-
res contrariæ opinionis illam admittunt, mordicus
7 eam reprobando in transversalibus, aut extraneis, ut
post alios, quos refert *Merlin. Pignatell. d. controv.* 1.
n. 56. *&* 57. *cent.* 2. *Mans. tom.* 9. *supplement. fidei-
commiss. & legat. citat. consult.* 85. *n.* 6.

Quamquam in utroque casu voluntati testato-
8 ris obsequendum esse, sivè versamur in testamento
ascendentis, sivè transversalis, ac extranei *Balducc.
ad Ramon. d. observ* 75. *n.* 38. *Rodulphin. alleg.* 151.
n. 3. *Mans. tom.* 9 *supplement. fideicommis. & legat.
d. consult.* 87. *n.* 11. *Viv. d. decis.* 398. *n.* 3. ubi re-
probat contrarios. *Joseph Ludovic. decis. Perus.* 102.
n. 8. *& seqq.* plenè *Saminiat. d. controv.* 107. *n.* 31.
& 32. *Rot. Florentin. apud eumdem controv.* 108. *n.* 10.
ubi alios refert, & apud *Monach.* allegata *decis.* 29.
n. 19. solumque inter descendentes, & extraneos
9 constitui potest differentia quoad qualitatem con-
jecturarum, ut in primis leviores, in alijs urgen-
tiores requirantur, ut mox ostendam.

Communem itaque constituunt opinionem DD.
ut requirantur ad transmissionem conjecturæ urgen-
tes, certæ, & necessariæ, aut saltem multum pro-
10 babiles, non æquivocæ, & pro utraque parte ad-
ducibiles, in specie *Altograd. consil.* 85. *n.* 10. *lib.* 2.
Balducc. ad Ramon. d. observ. 75. *n.* 1. *&* 4. *Mantic. de
conjectur. lib.* 11. *d. tit.* 20. *num.* 9. *in fin. Cantr. di-
scept.* 40. *n.* 2. *Mell. observ.* 28. *n.* 19. *Mans. d. con-
sult.* 138. *sub n.* 18. 19. *&* 62. *& tom.* 9. *supplement.
fideicommis. & legator. d. consult.* 85. *n.* 8. *Merlin.
Pignatell. controv.* 1. *sub n.* 54. *&* 56. *cent.* 2. *Fonti-
nell dict. respons*: 68. *n.* 4. *tom.* 1. *Pucion. d. alleg.* 88.
n. 5. *Viv. citat. decis.* 398. *num.* 4. *Rot. Florent. apud
Torr. variar. Jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *de substitut. &
fideicommiss. d. decis.* 10. *n.* 119. *fol.* 466. *Rot. Rom.
coram Seraphin. decis.* 479. *n.* 6. *& decis.* 1014. *n.* 1.
Cavaler. decis. 434. *num.* 3. *& decis.* 461. *n.* 2. *Rem-
bold. d. decis.* 2. *n.* 4. *Cerr. decis.* 631. *n.* 11. *post col-
lect. legal. Bonden. decis.* 76. *n.* 7. *& post de Luc. de
legat. decis.* 14. *n.* 7. *&* 21.

Et eo magis urgentes esse debent, si ageretur
de excludendis descendentibus, vel proximioribus,
vel in æquali gradu conjunctis, & de inducenda
transmissione ad favorem extraneorum, vel in præ-
judicium aliorum descendentium, ad quos devol-
veretur successio circumscripta transmissione; Le- 11
viores autem sufficerent conjecturæ, si transmissio
esset favorabilis descendentibus, & in gradu proxi-
mioribus, ut in puncto firmant *Altograd. consil.* 85.
n. 16. *lib.* 2. *Cabal. consil.* 136. *n.* 10. *lib.* 1. *Balducc.
ad Ramon. d. observ.* 75. *n.* 5. 10. *& seqq. & n.* 14 *&
seqq.* ubi plures cumulantur, *& n.* 32. *&* 56. *Bonden.
collect.* 13. *n.* 5. *& seqq. & n.* 70. *tom.* 2. *& in mi-
scell. juridic. d. docum.* 36. *n.* 7. *& seqq. Mans. dict.
consult.* 138. *n.* 19. ubi plures referuntur, *& n.* 62.
& tom. 9. *supplement. fidecommiss. & legat. dict. con-
sult.* 85. *num.* 8. *Palm. Nep. alleg.* 64. *n.* 10. *&* 21.
Fusar. de substitut. d. quæst. 490. *n.* 77. *Rot. Rom. co-
ram Gregor. decis.* 56. *n.* 10. *Cels. decis.* 176. *num.* 5.
Buratt. decis. 568. *n.* 5. *post de Luc. de legat. decis.* 14.
n. 17. *in recent.* sæpecitata *decis.* 682. *n.* 15. *part.* 19.
apud Palm. Nep. d. decis. 493. *n.* 4.

Illud tamen sciendum est, quod quemadmodum
pro inducenda transmissione fideicommissi conditio-
nalis, quæ habet contra se regulam, urgentes con-
jecturæ requiruntur, ita pro transmissione denegan- 12
da, quæ habet pro se assistentiam regulæ leviores
sufficiunt, istæque contrarias destruunt *Rot. post de
Luc. de legat. decis.* 3. *num.* 23. ubi plures conjectu- 13
ras contra transmissionem adducit, *& dict. decis.* 24.
num. 22.

Conjecturæ autem in hac materia unitim debent
considerari, nam illæ, quæ de per se non sufficiunt
simul jungi, & considerari debent ad convincendam 14
voluntatem testatoris pro transmissione, in specie *Bal-
duc. ad Ramon. d. observ.* 75. *n.* 53. *& seqq. & observ.* 77.
n. 2. *de Luc. de fideicommiss. disc.* 98. *n.* 17. *& di-
sc.* 112. *sub n.* 9. *& in summa num.* 165. *Mantic. de
conjectur. lib.* 11. *dict. tit.* 20. *sub n.* 16. *Saminiat.* in
causa Florentina *controv.* 107. *num.* 8. *Castald. con-
sult.* 174. *num.* 9. *&* 10. *Urceol. consult.* 12. *num.* 58.
Bonden. collect. 13. *n* 42. *& seqq.* ubi conciliat con-
trarios, *& n.* 68 *tom.* 2. *& miscellan. Juridic. dict.
docum.* 36. *n.* 38. *& in nova appendic. ad lib.* 1. *col-
lectat. n.* 69. impressa *post miscellan. Juridic. fol.* 274.
part. 1. *Viv. d. decis.* 398. *num.* 9. 21. *&* 23. *& sub
n.* 26. *Rot. Lucens. apud Mans. consult. tom.* 9. *de fi-
deicommiss. & legat. d. consult.* 86. *num.* 7. 23. *&* 14.
Sacr. Consil. Neapolitanum apud Capyc. Latr. decis. 1.
n. 87. *Rot. Senen. apud Mart. Medic. decis.* 3. *num.* 22.
Rot. Florent. apud Monach. decis. 29. *n.* 25. *& seqq.*
& infra *decis.* 90. *num.* 26. *Rot. Rom. coram Mantic.
decis.* 319. *num.* 12. *Ubald. decis.* 191. *sub num.* 4. *&
decis.* 259. *n.* 9. *tom.* 1. *Gregor. dict. decis.* 551. *n.* 20.
Rembold. d. decis. 2. *sub num.* 4. *Buratt. decis.* 568.
n. 14. *Cels. decis.* 88. *n.* 12. *& decis.* 176. *n.* 18. *&* 19.
in recent. decis. 27. *n.* 15. *& decis.* 377. *n.* 18. *part.* 21.
& in Asculana fideicommissi 1683. *in recent. dict. de-
cis.* 682. *n.* 13. *part.* 19. *& apud Palm. Nep. citat. de-
cis.* 493. *sub n.* 9.

Quod si ex dictis conjecturis singulæ essent de
per se imperfectæ, minus concludentes, vel repro-
batæ, & rejectæ, nec simul unitæ aliquam vim, vel
efficaciam habere possent, ut in individuo firmat 15
Mans. d. consult. 138. *n.* 61.

Porrò præcipua conjectura pro hac testatoria
voluntate demonstranda consistit in desiderio ipsius
conservandi bona in familia, agnatione, vel descen-
dentibus, non facta enim transmissione bona in agna- 16
tione,

tione, & deſcendentia non conſervarentur, ſed ad
extraneos hæredes devolverentur, quorum ultimus
inſtituere poſſet perſonam ſibi benevisam, in puncto
Altograd. dict. conſil. 85. num. 62. lib 2. Spad. con-
ſil. 243. lib. 3. n. 10. Ramon. conſil. 67. n. 13. Balduc.
ad eumdem dict. obſerv. 75. num 63. Fuſar. de ſubſtit.
quæſt. 490. n. 106. Noal. de tranſmiſs. caſ. 1. n. 154.
Mantic. de conjectur. lib. 11. tit 20. n. 23 Merlin.
apud Urceol. conſult. 12. n. 49 & 51. Felic. alleg. 18.
n 9. part. 3. Altograd. controv. 59. n. 17. & ſeqq. Ca-
ſtald. conſult. 96. num. 4. Cirocch. diſcept. 22. num. 6.
& ſeqq. Manſ. dict. conſult. 138. n. 43. & ſeqq. Mer-
lin. Pignatell. dict. controv. 1. n. 47. & ſub num 58.
cent. 2. Torr. variar. Jur. quæſt. tom. 1. lib. 1. tit. 2.
quæſt. 27. n. 29. fol. 340. Ludovic. deciſ. Peruſin 102.
n. 14. Vivius d. deciſ. 398. n. 23. & 24. plenè Rot.
Florent. apud Monat. d. deciſ. 29. n. 1. & ſeqq. & in-
fra citata deciſ. 90. n. 17. & 18. Rot. Rom. in recent.
dict. deciſ. 682. num. 6. part 19. & apud Palm. Nep.
dict. deciſ. 477. n. 11. & d. deciſ. 493. n. 5. & n. 12.
Verum tamen eſt, quod hæc conjectura locum
non haberet, ſi ſubſtitutus pariter eſſet agnatus, vel
deſcendens, qui æquè benè poſſet familiam, & bo-
na in deſcendentis teſtatoris conſervare, nam tunc
cum ſubſtitutus habeat expreſſam teſtatoris volun-
17 tatem, & is, qui tranſmiſſioni innititur ſolum ta-
citam cæteris paribus iſte poſtponendus eſt expli-
citam ſubſtitutionem habenti, ut benè proſequun-
tur Balducc. ad Ramon. dict. obſerv. 75 num. 63. Ci-
rocch. diſcept. 13. n. 15 & diſcept. 22. num 9 Manſ.
conſult. 138. n. 47. Mantic. de conjectur. ultim. volunt.
lib. 11. d tit. 20. ſub n. 23. verſic. illud tamen. Noal.
de tranſmiſs. d. caſ 1. n. 148.
Secunda deſumitur conjectura ex digreſſu ad
plures gradus ſubſtitutionum, in quibus terminis
18 cum teſtator oſtendat affectionem ſuam erga plures
perſonas in eis comprehenſas, hæc tranſmiſſionem
operatur, tam erga ſubordinate vocatos, quam reſ-
pectu eorum filiorum, & deſcendentium, in ſpecie
Giovagnon. conſil. 82. num. 78. lib. 1. Redenaſ b. con
ſil. 9. n. 63. Altograd. conſil. 85 n. 27. & 31. lib. 2.
Balducc. ad Ramon. dict obſerv 75. num. 62. & ſeqq.
Merlin. apud Urceol. conſult 12. n. 50. Caſtald. con-
ſult. 96. n. 4. & conſult. 174. n. 6. Cirocch. diſcept 13
num. 13. diſcept. 22. num. 5. Palm. Nep. alleg. 64.
n. 14. Bonden collect. 13 n 29. & 30. lib 2. Rodul-
phin. alleg. 151. num. 4 Peregrin. de fideicommiſs ar-
tic. 31. n. 9. Fuſar. de ſubſtitut. d. quæſt. 490. n. 137.
Mantic. de conjectur lib. 11. tit. 20. n. 24 Torr va-
riar. Jur. quæſt. lib. 1. tit. 2. quæſt 27. n. 29. fol 430.
de Luc. de fideicommiſs. d. diſc. 98. n. 26. Mart. vot.
Piſan. 85. n 14 Ludovic. d. deciſ. Peruſin. 102. n. 11.
Mart. Medic. deciſ. Senen. 3. n. 11 Rot. Rom. coram
Mantic. dict. deciſ. 319. n. 3. Ubald. deciſ. 191. n. 4.
tom. 1. Gregor. citat. deciſ. 551. n 9. ibique Adden.
num. 17. ubi alij referuntur. Buratt. deciſ 568. n. 10.
& ſeqq. Celſ. deciſ. 176. n. 12. in recent. deciſ. 142.
num. 4 part. 4. deciſ. 377. n. 13. part 11. deciſ. 203.
n. 4 & deciſ. 207. n. 12. & ſeqq. part. 13 dict. de
ciſ. 208. ante n. 16. part. 14. & d. deciſ 682. n. 19.
part 19. apud Palm. Nep. dict. deciſ. 477. ſub n. 12.
& deciſ. 493. n 7 & poſt Conſal. ad Peregrin. de fi-
deicommiſ deciſ. 35. n. 7.
Hanc verò conjecturam erroneè impugnant in
19 noſtris terminis Cirocch. diſcept. 4. n. 60. Manſ. con-
ſult. 138 n. 50. & tom. 9. ſupplement. fideicommiſſor.
& legat. d. conſult. 83. num. 17 Fuſar. de ſubſtitut.
quæſt. 490 n. 143. Rot. Rom. coram Mantic. deciſ. 175.
n. 3. Seraphin. deciſ. 1014. n. 4. relati ab Adden. ad
Buratt. d. deciſ. 568. litt. E.
Eamque ſolam, & de per ſe ſufficientem non
20 eſſe dixit Adden. ad Buratt. dict. deciſ. 568. litt. E.
Adden. ad Gregor. d. deciſ. 551. n. 17.

Cujus contrarium tenuit Rot. Florent. apud Sa- 21
miniat. d. controv. 108. n. 18. & 19.
Negari tamen non poteſt quin ſupradicta con-
jectura alijs concurrentibus multum operetur, & ſit
una ex principalioribus, ut declarant Mantic. de con- 22
jectur. lib. 11. d. tit. 20. num. 16. alijque adducti ab
Adden. ad Buratt. d. deciſ. 568. litt. E.
Et eo magis vim habet conjectura, ſi poſt plu-
res ſubſtitutionum gradus teſtator vocavit remotio- 23
res, vel extraneos Rot. Lucenſ. apud Manſ. conſult.
tom. 9. de fideicommiſ. & legat. dict. conſult. 86. n. 11.
Joſeph Ludovic. deciſ. 102. n. 11. Cavalcan. deciſ 19.
n. 101 part. 3 Capy. Latr. deciſ. 1. n. 99. Rot. Se-
nen. apud Mart. Medic. d. deciſ. 3. n. 11.
Sed talis digreſſus nihil operaretur, ſi conce-
ptus ſit per vulgarem ſubſtitutionem, ut poſt plu-
res deciſiones, quas refert in noſtris terminis Rot. 24
in magiſtral. deciſ. Aſculana fideicommiſſi 1683. coram
Albergato in recent. ſæpercitata deciſ. 682. num. 22.
part. 19.
Nec ſi ſubſtitutio ſemper facta ſit eidem hære-
di ſub diverſis conditionibus, ut proſequitur eadem 25
deciſ. Aſculana fideicommiſſi in recent. citat. deciſ. 682.
n. 23. part. 19.
Neque ſi pluribus perſonis, & in diverſis por-
tionibus diverſæ factæ ſint ſubſtitutiones, qua um
una non ſit ſubalterna, nec dependens ab alia, adeo
ut quælibet portio, & perſona non habeat plures 26
ſubſtitutionum gradus, ut requiritur Giovagnon. dict.
conſil. 82. ſub n. 20. verſic. ſextò lib. 1. Manſ. citat.
conſult. 138. n. 49.
Cæterum talis digreſſus non excluditur, ex quo
omnes ſubſtitutiones dependeant ab unica conditio-
ne ſi ſine filijs, quoties enim iſta in omnibus caſi-
bus reperitur appoſita, & in ſubſtitutione plurium
perſonarum repetita ſemper continet pluralitatem
graduum, ſuumque effectum operari debet, alias hæc 27
conjectura non eſſet ad actum reducibilis, nec veri-
ficabilis, cum in fideicommiſſo aſcendentium ſubſti-
tutiones ut plurimum dependeant a conditione ſi
ſine filijs, vel expreſsè, vel tacitè ex diſpoſitione
l. cum avus ſubintellecta, ut in individuo benè pro-
ſequitur Rot. in recent. d. deciſ. 682. n. 20. part 19.
& in terminis vocationis filiorum in conditione po- 28
ſitorum, & conſil. Oldradi 21. deciſ. Florent. in Flo-
rentina fideicommiſſi 9. Septembris 1719. artic. 1. n. 8.
& artic. 2 n. 47. coram me.
Sed contrarium in hoc ſuſtinent in puncto Gio- 29
vagnon. d. conſil 82. num. 10. lib. 1. Manſ. dict. con
ſult. 138. n. 50. Fuſar. de ſubſtitut. dict. quæſt. 490.
num. 142.
Illud verò notatu dignum eſt, quod digreſſus
tunc dicitur adeſſe, quando adeſt unica ſubſtitutio, 30
ita in puncto firmant Caſtald. conſult 174. n. 11. re-
lati a Bonden. in addit. ad collect. 13. n. 29. tom 2.
de Luc. de fideicommiſ. d. diſc. 98. n. 26. Rot. in re-
cent. deciſ. 377 n. 13. part. 11.
Contrarium tamen, quod requirantur duæ, ve-
rius in his terminis tradunt Balducc. ad Ramon. dict. 31
obſerv. 75. n. 65. Bonden. com. 2. collect. 13. ſub n 29.
relati ab eodem in addit ad num 29. & generaliter
pro recedendo a traditione Gloſs. in l. Lu ius la 2. 32
verb liberis ff. de hæredib. inſtituend. in Florenti a
fideicommiſſi 9. Septembris 1719. artic. 1. num. 11 &
ſeqq. & n. 18. coram me.
Quinimò, quod nec duæ ſufficiant, ſed requi-
ratur longa ſeries ſubſtitutionum, in individuo ob- 33
ſervant Balducc. ad Ramon dict. obſerv. 75. num. 65.
Bonden. in addit. ad dict. collect. 13. num. 29. tom 2.
Rot. in recent. deciſ 125. num. 10 part. 16. deciſ. 262.
num. 16. part 17. & loquendo de conſil. Oldrad. de 34
ciſ. Florentin. in dict. Florentina fideicommiſſi 9. Sep-
tembr. 1719. artic. 2. n. 44. coram me.

Ad

Ad hoc autem, ut transmissioni locus sit non
est necesse, quod concurrant supradictæ conjecturæ
contemplationis agnationis, & progressus ad plures
substitutiones, neque copulativè, neque alternativè,
sed potest testator, istia relictis, alijs verbis, & quibus-
cumque indicijs uti pro sua voluntate, & mente ex-
35 plicanda, cum præscripta non sit testatori certa forma
pro sua voluntate declaranda, sed possit illam quibus-
cumque verbis, & conjecturis explicare, in individuo
Balducc. ad Ramon. consil. 75. n. 9 & seqq. ubi latissimè.
*Altogr. d. consil. 85 n. 12. lib. 2. Saminiat. controv. 28.
n. 64. Castald. consult. 174. n. 12. Bonden. in appendic.
ad collect. 13. ante n 1. versic. illud est observandum, &
miscellan. Juridic. document. 36. n. 8. & 9. & in not.
ad decis. 76. n. 5. & seqq.* impressas post *dict. Miscel-
lan. Juridic. de Luc. de fideicommiss. dict. disc. 98. n. 20.
in fin. & n. 27. disc. 112 n. 13. & seqq. Rot. Floren-
tina apud Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de
substitut. & fideicommiss. dict. decis. 10. n. 77. fol. 460.*
quæ fuit postea confirmata, & recessum ab alia su-
pra *num. præcedenti* allegata. *Rot. Rom. in recentior.
decis. 377. num. 10. & seqq. part. 11. & decis. 203.
n. 12. part. 13.* & in celebri *Asculana fideicommissi d.
decis. 682. n. 18. part 19.*

Licet contrarium, quod fideicommissum condi-
tionale non transmittatur, nisi concurrant illa duo,
36 digressus scilicet ad plures gradus substitutionis, &
ratio conservandi bona in agnatione, in specie *Ca-
stald. dict. consult 96. n. 4. Bonden.* allegata *collect. 13.
num. 8. lib. 2. Rot. coram Royas decis. 389. n. 7. & 8.
Cerr. decis. 614. n. 9. decis. 618. n. 13. & decis. 782.
n. 10 & 11. in recent. decis. 111. n. 13. & decis. 203.
n. 12. part. 13. decis. 173. n. 12. part. 15. decis. 125.
n. 9. part. 16. decis. 111. n. 10. decis 118. n. 10. de-
cis. 126. n. 9. decis. 258. n. 12. decis. 262. num. 15. &
decis. 359. n. 10. & 11. part. 17. & decis. 112 n 6. &
seqq. part. 18. tom. 1. recent. post de Luc. de fideicomm.
decis. 55. n. 15. & in Mantiss. eodem tit. decis. 71. n. 13.
& apud D. Audit. Calderon. resolut. 61. n. 80. Rot. Flo-
rent apud Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de sub-
stit. & fideicomm. d. decis. 10. n. 121. & seqq. fol. 467.*

Et prima opinio verior, & receptior est, sive
37 versemur in testamento ascendentis, sivè transver-
salis, in puncto *Balducc. ad Ramon. dict. observ. 75.
num. 14* alijque omnes superius citati. *Rot. Floren-
tin. apud Torr. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 2. de
substitut. & fideicommiss. dict. decis. 10. n. 77. fol. 460.*
quæ decisio fuit successivè confirmata *de anno* 1696.
coram Cavalcanti, ut testatur *Saminiat.* qui in causa
scripsit *controv. 107. in fin. & eadem Rot. in Floren-
tina fideicommissi de Usimbardis* 1719. *artic. 1. n. 35.
coram me.*

Tertium conijciendi genus præbet circumstan-
tia, quod substitutio fideicommissaria sit unita cum
Jure accrescendi, nam sicut istud transmittitur, cum
accretio fiat rei *l. si ex pluribus ff. de suis, & legi-
38 tim. heredib.* ita transmissibilis est substitutio, quæ
illius naturam assumit, ut per *text. in l. qui patri
ff. de acquirend. hereditat.* firmant in terminis *Spad.
consil. 243. n. 8. lib. 3. Ramon. consil. 77. num. 3. &
plurib. seqq.* ubi juribus, & rationibus contrarijs sa-
tisfacit. *Balducc. ad eum observ. 75. num. 69. in ob-
serv. 77. n. 1. 4. 6. & seqq. & n. 14. & seqq.* ubi ple-
nè declarat. *Redenasch. consil. 9. num. 60. & seqq. Ro-
dulphin. alleg. 151. n. 6. Mans. d. consult. 138. n. 61.
Barr. controv. 58. n. 21. & 40. Andreol. controv. 29.
n. 11. & controv. 179. n. 12. Castald. consult. 174.
n. 8. Bonden. collect. 53. num. 23. & seqq. & n. 40.
lib. 2. & miscellan. Juridic. document. 36. num. 19.
& seqq. Noal. de transmis. cas. 1. num. 179. & seqq.
Bellon. de Jur. accrescend. cap. 7. quæst. 19. num. 132.
Caprc. Latr. decis. 1. num. 94. & seqq. Mart. vot. 85.
n. 15. Viv. decis. 398. n. 15. & 20. Bastel. decis. 3.
n. 60. & decis. 12. n. 71. Belmont. decis. 90. num. 17.
Saminiat. controv. 28. n. 52. & 53. & controv. 107.
n. 20.* & in eadem Causa *Rot. Florent. apud Torr. va-
riar. tom. 1. tit. 2. dict. decis. 10. n. 72. fol. 460. &*
Infra *dict. decis. 90. num 23. Rot. coram Mantic. de-
cis. 319. n. 9. & seqq. Ubald. decis 191. sub num. 4.
tom. 1. Gregor. decis. 551. n. 8 & 16. Rembold. dict.
decis. 2. n 8. Cels. decis. 88. n. 9. & 10. & decis. 176.
n. 13.* quarum prima est repetita *in recent. decis. 27.
part. 11. Baratt. decis. 568. n. 13.* ubi quod opera- 39
tur transmissionem etiam adita hæreditate, *& in
recent. decis. 142. sub n. 4. part. 4. decis 27. num. 15.
& seqq. part. 11. & decis. 345. n. 16. part. 16.*

Nec turbat, quod contraria opinio placuerit 40
Giovagnon. consil. 82. n. 14 lib. 1. ibique *Rot. Bono-
nien. n. 56. & 57. Marescott. variar. resolut. lib. 1.
cap. 27. n. 17.* & materiam per principia examinanti
plenè, & doctè *Merlin. Pignatel. controv. 1. num. 15.
& plurib. seqq. usque ad n. 35. cent. 2. Ciroccb. di-
scept. 4 num. 62. & discept. 13. sub num. 34. Concid.
alleg. 41. n. 56. & seqq. Mans. consult. 138. num 37.
Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 20. num. 13. versic.
sed contrariam, & num. 14 Mart. de succes legal.
part. 1. quæst. 24 sub n. 31. & 32. Bellon. de jur. ac-
crescend. cap 9. quæst. 41. num. 8. Rot. in recent. de-
cis. 100. n. 6. part. 1.*

Prima enim opinio DD. responsis, & Tribuna-
lium placitis magis consentanea est, ut patet ex su- 41
pra citatis auctoritatibus; maximè si simul cum alijs
conjunguntur *Rot. Florentin.* infra citata *decis. 90.
n. 25. Rot. Rom. coram Gregor. dict. decis. 551. n. 8.
in fin.*

Vel si substitutus, de cujus exclusione quæstio
est, esset persona extranea, non vero si esset ex te- 42
statoris descendentibus, in individuo *Balducc. ad
Ramon. dict. observ. 77. num. 12. & 13. Ciroccb. di-
scept. 13. n. 33. & seqq. Mans. dict. consult. 138 sub
num. 41. Pacion. dict. alleg. 147. n. 18. Viv. dict. de-
cis. 398. n. 19. & 21. Adden. ad Gregor. d. decis. 551.
num. 16. Rot. in recent. d. decis. 100. n. 6. part. 1.*

Sed quod indistinctim procedat prima opinio,
sivè nempè controversia sit cum extraneis, sivè cum 43
descendentibus, contrarijs reprobatis per *Ramon. dict.
consil. 77. sub n. 3.*

Non esset tamen locus transmissioni, si duo-
bus conjunctim substitutis sub aliqua conditione, al-
ter eorum ante illius purificationem vitam cum mor-
te commutaret, nam istius portio ad hæredes de- 44
functi non transmittitur, sed substituto accrescere
debet, nisi constet de contraria mente testatoris,
ut per *text. in l. qui liberis §. & verba, & in l. sed
si plures 10. in princip. ff. de vulgar.* prosequitur
Mans. sæpecitata *consult. 138. n. 38. & 39.*

Intellige tamen hanc declarationem procedere
cum distinctione inter conditionem suspensivam, & 45
resolutivam, seu inter institutionem conditionalem,
& modalem, prout latè explicat *Pacion. alleg. 147.
n. 5. & seqq.*

Prout fieri non posse transmissionem, si ante in-
stituti mortem, & conditionis purificationem am-
bo substituti decesserint, quia tunc cum portio por-
tioni accrescere non possit, ex quo nemo ex sub-
stitutis alteri superstes est, per utriusque mortem 46
extinctum remanet jus accrescendi, & per conse-
quens etiam transmissio, in individuo *Mans. d. con-
sult. 138. n. 40.*

Promanat quarta circumstantia pro recedendo
a regula, quod fideicommissum conditionale non
sit transmissibile quando filij, ad quorum favorem
prætenditur transmissio, fuerunt positi sub conditio-
ne; moriente enim eorum patre conditione pen-
dente ad eos fieret transmissio, cum positio in con-
ditione ostendat erga taliter honoratos particularem
affe-

47 affectionem testatoris, cui si voluit patrem honora-
re ad exclusionem substituti, censetur etiam in por-
tione ipsi relicta filios in conditione positos prædi-
ligere, & vocare voluisse, in puncto *Spad. consil.* 143.
n. 9. *& consil.* 312. *n.* 10. *lib.* 3. *Balducc. ad Ramon.
dict. observ.* 75. *n.* 34. *& plurib. seqq.* ubi latè, & ad-
ducit conco dautes, *& observ.* 77. *num.* 1. idem *Ra-
mon. consil.* 76. *num.* 15. *& seqq. Altograd. consil.* 85.
num. 18. *lib.* 2. *Mantic. de conjectur. lib.* 11. *tit.* 20.
num. 15. *Noal. de transmiss. cas.* 1. *n.* 105. *& seqq.
de Luc. de fideicommiss. disc.* 14. *num.* 15. *& disc.* 98.
sub n. 16. *Andreol. controv.* 29. *num.* 10. *Cirocch. di-
scept.* 22. *n.* 5. *Bonden. collect.* 13. *n.* 20. *&* 40. *lib.* 2.
ubi plurimos refert. *Mans. d. consult.* 138. *sub n.* 61.
Mart. Medic. examinat. 2. *n.* 56. *versic. inter alias.
Baitel. decis.* 3. *n.* 67. *Belmont. decis.* 90. *n.* 16. *Luda-
vic. dict. decis. Perusin.* 102. *n.* 12. *Capyc. Latr. de-
cis.* 1. *n.* 84. *& seqq. Maynard. decis.* 33. *Viv. dict. de-
cis.* 398. *num.* 5. *& seqq.* ubi reijcit contrarios, *&
n.* 21. *Rot. Lucens. apud Mans. tom* 9. *de fideicommiss.
& legat. dict. consult.* 86. *n.* 3. *& seqq.* ubi contra-
rios reprobat, & declarat. *Saminiat. controv.* 105.
n. 3. *controv.* 107. *n.* 11. *Rot. Florentin. apud eum con-
trov.* 108. *n.* 16. *& seqq. & apud Torr. variar. tom.* 1.
tit. 2. *decis.* 10. *n.* 71. *fol.* 460. quæ decisio fuit postea
confirmata *de anno* 1696. *coram Cavalcanti*, & infra *dict.
decis.* 90. *n.* 19. *& seqq. Rot. Rom. coram Mantic. de-
cis.* 319. *n.* 2. *Penia decis.* 1000. *n.* 4. *Ubald. decis.* 191.
n. 3. *tom.* 1. *Cels. decis.* 88. *n.* 4. *& decis.* 176. *n.* 6.
Gregor. dict. decis. 551. *n.* 6. *&* 13. *Buratt. decis.* 568.
n. 7 *in recent. decis.* 377. *n.* 11. *part.* 11. *& decis.* 682.
n. 5. *part.* 19.

Sed contrarium, quod positio in conditione
non sit conjectura sufficiens pro arguenda transmis-
sione, ne alias destruatur regula desumpta ex cele-
48 bri *Glos. in l. Lucius la* 2. quod filij in conditione
positi non censeantur vocati, possent enim ipsi sem-
per admitti jure transmissionis, in specie *Contiol. al-
49 leg.* 41. *n* 52. *& seqq.* ubi quod huic opinioni assi-
stit littera *textus in l. hæredes mei* 57. §. *cum ita ff.
ad Trebell. Cirocch. discept.* 4. *n* 59. *versic. & ultra,
& seqq. discept.* 5. *n.* 18. *& discept.* 13. *n.* 12. *Mans.
supplement. fideicommissor. & legator. tom.* 9. *consult.* 85.
n. 10. ubi plures. *Peguer. decis.* 102. *n.* 2. relati per
Balducc. ad Ramon. d. observ. 75. *n.* 39. *& seqq.*

Prima tamen opinio verior, & receptior est,
nec illa ullam continet repugnantiam ponderando,
quod quando filij in conditione positi sunt, si a ju-
re vocationis excluduntur, ex quo successio ad eo-
rum patrem devenit, & ipsi transmissione non in-
digent, quia tali casu eis reservata manet patris
successio ab intestato, juxtà opinionem *Glos. in dict.
l. Lucius la* 2. *verb. liberis ff. de hæredib. instit.* quam
communiter omnes sequuntur: quando vero eorum
pater morte præventus non successit, cum positi in
conditione non possint, nec ex testamento, nec ab
intestato succedere, si ad eos non transmitteretur
50 jus fideicommissi conditionalis, positio in conditio-
ne ad nihilum deserviret, & ad eorum exclusionem ex-
tranei remotiores, & minus dilecti in fideicommisso
succederent, ut in terminis considerat *Rot. Lucen.
apud Mans. tom.* 9. *de fideicommiss. & legat. d. con-
sult.* 86. *n.* 4.

Atque hinc sublatum remanet absurdum, quod
considerari posset in ratione superius adducta, quod
ulterius etiam prosternitur, quia longe diversum est,
& dispares producit effectus jus vocationis a jure
51 transmissionis fideicommissi conditionalis, quos latè
refert, & considerat *Balducc. ad Ramon.* sæpecitata *ob-
serv.* 75. *n.* 41. *& seqq.* ubi alios plures congerit,
idem *Ramon. d. consil.* 76. *n.* 17.

Nec contrarium disponit *text. in l. hæredes mei
§. cum ita ff. ad Trebell.* in quo fundamentum con-
stituunt contrariæ opinionis sequaces, quia in casu
prædictæ legis fideicommissum conditionale ad filios
in conditione positos non transmittitur, quia sub-
stitutus erat ex liberis, & descendentibus testato-
ris, in cujus præjudicium verisimile non est testato-
rem transmittere voluisse fideicommissi jura ad com-
modum transversalium, secus vero quando non agi- 52
tur contra substitutos descendentes, sed contra
hæredes hæredis gravati, & extraneos, qui a posi-
tis in conditione excluderentur, ut declarando præ-
fatum textum benè in individuo prosequuntur *Ra-
mon. dict. consil.* 76. *n.* 18. *Noal. de transmiss. cas* 1.
n. 115. plenè *Bonden. dict. collect.* 13. *n.* 11. *& seqq.
& n.* 14. *& seqq.* ubi plures referuntur. *Capyc. Latr.
decis.* 1 *n.* 87. *&* 88. *Rot. Florentin.* infra citata *de-
cis.* 90. *n.* 27. *& seqq.*

Et adeo verum est, quod positio in conditio-
ne sit una ex conjecturis pro inducenda transmissio-
ne, ut procedat nedum quando agitur in conditio-
ne expressa, sed etiam tacita, & ex dispositione *l.* 53
cum avus subintellecta, quæ in his terminis est ejus-
dem virtutis, ac expressa, cum utroque casu præ-
sumatur testatorem in portione patri, vel matri re-
licta voluisse eorum filios præferre, in individuo *Spad.
consil.* 312. *sub n.* 5. 10. *&* 11. *lib.* 3.

Nec me præterit, quod contrarium in his ter- 54
minis tenuerit *Cirocch. discept.* 4. *num.* 59. *versic. &
ultra &, discept.* 13. *sub n.* 12.

Sed ista secunda opinio *Cirocch.* solum vera es-
se posset, quando versaremur in conditione tacita
ex testatoris voluntate promanante, & quæ non in-
est ex necessitate legis, secus quando necessitas le-
gis eam induceret, qualis est illa desumpta a dis- 55
positione *l. cum avus*, quia ista non impedit trans-
missionem, ut declarat in specie *Mantic. de conject.
lib.* 11. *dict. tit.* 20. *n.* 5.

Declaratur autem principalis conclusio supra
posita *num.* 45. locum habere, quando ista conjectu-
ra est conjuncta simul cum alijs, tunc enim etiam
in sensu eorum, qui tenent, quod ex quo testator
posuerit in conditione, non inferatur ad transmis- 56
sionem, semper huic locus sit, in puncto *Balducc. ad
Ramon. dict. observ.* 75. *n.* 51. *& seqq.* idem *Ramon.
dict. consil.* 76. *n.* 21. *Bonden. dict. collect.* 13. *n.* 15.
lib. 2. *Saminiat. dict. controv* 107. *n.* 15. *&* 16. ubi
quod satis est aliqua alia conjectura levis. *Mantic. de
conjectur. lib.* 11. *tit.* 20. *n.* 16. *Viv. decis.* 398. *n.* 7.
& seqq. & n. 22. *Rot. Lucen. apud Mans. tom.* 9. *de
fideicommis. & legat. dict. consult.* 86. *n.* 7. *Rot. Se-
nen. apud Mart. Medic. decis.* 3. *sub n.* 8 *Rot. Flo-
rentin.* infra *dict. decis.* 90. *num.* 21. *&* 28. *Rot. Rom.
coram Gregor. decis.* 551. *num.* 6 ibique *Adden.
num.* 13. *Cels. decis.* 88. *num.* 5. repetitam *recentior.
decis.* 27. *part.* 11.

Aut si coadjuvetur, & fulciatur ab alijs cir-
cumstantijs, puta si geminatè fuerunt positi in con- 57
ditione, quod magis enixam ostendit affectionem te-
statoris operativam transmissionis, ut prosequitur
Balducc. ad Ramon. dict. observ. 75. *sub n.* 34. *Sa-
miniat. dict controv.* 107. *n.* 12. *Rot. Florentin. apud
eum controv* 108. *n.* 20. *& seqq. Rot. Rom. coram Bu-
rat. dict. decis.* 568. *n.* 8. *Rembold. dict. decis.* 2. *n.* 5.
Cels. decis. 176. *n.* 6. *& seqq.*

Vel si positis in conditione adjecta sit qualitas
masculinitatis, & de legitimo matrimonio, quæ si
est una ex conjecturis pro arguenda vocatione po- 58
sitorum in conditione, In specie *Saminiat.* in cau-
sa Florentina *dict. controv.* 107. *num.* 17. & plenè
Rot. Florentin. in Florentina immissionis 28. *Septem-
bris* 1725. *artic.* 1. *n.* 11. *& plurib. seqq. coram me.*

Multo validius operabitur, quod locus sit trans-
missioni, tum quia facilius datur transmissio, quam
vocatio, tum etiam quia non data transmissione bo-

na transire possent ad fœminas, vel ad naturales contra expressam testatoris voluntatem, in individuo Ramon. consil. 74. n. 26. Balduc. ad eumdem dict. observ. 75. n. 55. optimè Saminiat. in causa Florentina d. controv. 107. n. 14. & sub n. 17. Girocch. discept. 22. sub n. 5. Castald. consult. 174. n 2. & 3. Bonden. dict. collect. 13. num. 19. lib. 2. Fusar. de substitut. dict. quæst. 490. n. 261. de Luc. de fideicommis. disc. 98. sub num. 16. & disc. 114. num. 5. Rot. coram Celso d. decis. 176. n. 8.

Aut si adsit confessio, & declaratio hæredis gravati de testatoris voluntate informati, quam ad
60 effectum transmissionis attendendam esse scribit in specie Ramon. consil. 74. n. 27. Balducc. ad eum dict. observ. 75. num. 57. Rodulphin. d. alleg. 151. num. 8. & seqq.

Vel si fuit ordinata reciproca inter primos,
61 quam in puncto considerant Ramon. dict. consil. 74. n. 16. & consil. 77. sub n. 1. Balducc. ad eumdem dict. observ. 75. n. 61.

Declaratur secundò, ut hæc omnia, quæ superius dicta sunt de transmissione facienda ad favorem positorum in conditione, militent solum quan-
fideicommisso subjecta purificanda adveniente con-
ditione apposita mortis dictæ D. Mariæ, & hæc con-
ditio dicitur incerta respectu diei mortis, licet mors 3
sit certa, inquit *Gherard. Mazzol. in dict. consil. 84.
n. 2.* ex *text. in l. hæres meus §. hæres meus, & l. 1.*
ubi *gloss. ff. de condit. & demonstrat.* ideo penden-
te conditione, & sic ipsa D. Maria vivens est Do- 4
mina absoluta dictorum bonorum, & uti Domina
potuit de eis disponere, & ea vendere, & domi-
nium in emptorem transferre *l. servo legato §. si
testator ff. de legat. 1. l. si hæres substitutus §. 1. ff.
ad Trebellian. Peregrin. in tract. de fideicommiss. ar-
tic. 40. n. 6. & seqq.* onde cum dicta D. Maria, ut
Domina potuerit de per se vendere dicta bona, An-
tonius, qui intervenit dictæ venditioni nullum ad-
hoc habebat in ipsis bonis interesse, & quoad em-
ptorem non potuit deservire, nisi ad majorem ejus
secu-

securitatem pro interesse de futuro; quo vero ad
tempus præsens dictus Antonius, aut potest consi-
derari in dicto contractu uti adjectus solutioni præ-
tij prædicti, & tunc talis adjectio æquiparatur man-
5 dato, & potest per mandantem revocari, prout fe-
cit dicta D. Maria, qua invita eidem Antonio, si
viveret solvi non posset, uti est *Text.* expressus in
*l. si cum Cornelius ff. de solut. & in l. si mulier de
suo ff. de jur. dot.* & per plures, & veras rationes
ita tenuit *Stract. in tract. de adject. in princip. sub
n. 30. & seqq.* per quem *text.* dixit ibidem *Angel.*
quod quando illius, quod mihi debetur, est destina-
ta solutio in alium, non dicitur propriè adjectus,
sed æquiparatur mandato, & revocari potest, etiam
si ei donatum esse volebat, & hic est casus præ-
6 sens, cum pretium dictorum prædiorum spectaret ad
dictam D. Mariam, & nihilominus non sibi, sed di-
cto Antonio stipulata est solvi, ergo mandatum po-
tuit revocare, & per consequens nullum jus sibi,
nec alijs quæsitum esse potest *Angel.* ubi supra non
improbando sequitur *Imol. Raphael & Castrens.* pro-
ut refert *Stracc. in dict. loc. n. 23.* aut dictus Anto-
nius potest considerari, ut donatarius per ea, quæ
tradit *Bartol. in l. quæ dotis in princip. ff. solut. ma-
trimon.* & tunc quia donatio excedit summam quin-
7 gentorum aureorum ob defectum insinuationis nulla
redditur saltem quoad excessum *l. sancimus in prin-
cip. l. penult. §. final. C. de donation.* & hoc proce-
8 dit in donatione præscripta, ut est in casu nostro
Curt. Jun. consil. 126. n. 2. & seqq.

Nec obstat juramentum in contractu præstitum,
9 quod dicitur supplere defectum insinuationis *Dec.
consil. 432. n. 17. vol. 2.* ubi dicit hanc esse commu-
nem opinionem, quia respondetur illud procedere
quando specialiter cum juramento renunciatum est
10 insinuationi, vel saltem virtualiter, & effectualiter,
ut ita declarat, & dicit magis communem opinio-
nem *Corn. consil. 69. n. 14. & seqq. vol. 2.* & in isto
casu nec expressa, nec virtualis, & effectualis ap-
paret renunciatio insinuationi; ergo juramentum ni-
11 hil circa hoc operatur, quia non in plus obligat,
licet efficacius obliget *l. si quis pro eo ff. de fidejuss.*
ibi *Bart. n. 3. & seqq.* alios refert *Anton. Gabriel in
commun. opinion. tit. de Jur. jurand. conclus. 10. n. 6.*
& verius est dicere nullum extare juramentum in-
ter dictam Mariam, & Antonium, cum in effectu
nec aliqua donatio considerari possit; nam D. Ma-
ria existimans se ante Antonium filium esse mori-
turam vendidit prædia prædicta, reservato sibi usu-
fructo ejus vita durante, pretiumque Antonio sol-
vi permisit, ad quem post ejus mortem, vel præ-
dia, vel pretium pervenire debebant; ideo de do-
12 natione, nec expressa, nec præstita certè fuit co-
gitatum, nec juramentum ad incogitata extendi-
tur *Guidopap. decis. 227. Aretin. consil. 24. n. 1.* tan-
13 to magis in muliere, ut per *Anton. Gabriel. in com-
mun. opinion. tit. de regul. Jur. conclus. 4. n. 12.* &
agatur de excogitatione facti, & non juris, & etiam
agatur de damno evitando, ut de utroque plura
adducit *Seraphin. de Privileg. jurament. privil. 159.
n. 3. & 4.* præterea doctrina *Bartol. in d. l. quæ do-
tis* impugnatur, & declaratur per *Roman. ibidem*,
ex cujus dictis resultat, quod præsens donatio non
potest censeri, nisi causa mortis, cum non solum
sit facta mentio mortis, sed omnes ejus effectus sint
14 collati post mortem ipsius D. Mariæ, tum pretij
solutionis, tum etiam possessionis relaxationis, & sic
non est dubitandum, quod ipsa D. Maria magis vo-
luit ipsa bona habere, quam Antonius, juxtà *text.
in l. 1. ff. de donat. caus. mort. Dec. in l. final. n. 20.
C. de pact. Paris. consil. 56. num. 4. vol. 2.* ubi dicit
communem opinionem, & si est donatio causa mor-
15 tis, potuit eam revocare D. Maria, prout fecit *l. mor-
tis causa 4. ff. de donation. caus. mort. §. 1. instit.
de donation.* nec aliquid operatur prædictum jura-
mentum, tum ex prædictis, tum etiam quia assu-
mit naturam actus, cui apponitur, qui si est re- 16
vocabilis, efficitur revocabile, nec ulterius obli-
gat, ad notata in *l. ultim. C. de non numerat. pecun.*
& ad hoc plures adducit *Tiraquell. in l. si unquam
in præfat. n. 165. C. de revocand. donation.*

Prædictis accedat illud, quod passim dicitur,
quemlibet actum, seu dispositionem intelligi debe-
re rebus sic se habentibus, ut est *text. in l. quod* 17
servius ff. de condit. caus. dat. & ad hoc plura cu-
mulat *Osasch. decis. Pedemontan. 91. num. 2. Surd.
decis. Mantuan. 326. n. 31.* quod etiam procedit in
actu jurato *Roman.* per illum *text. in l. final. num. 1.* 18
*ff. qui satisdar. cogant. Osasch decis. Pedemontan. 95.
num. 2.* ideo cum ob mortem dicti Antonij res non
sit in eodem statu, quinimò pristinam mutaverit fa-
ciem, non debet cuique mirum videri si D. Maria
consulto retractaverit ea gesta in gratiam dicti An-
tonij; nam renunciatio etiam generalis non tenet,
sublata persona ad cujus commodum facta fuit *Cra-* 19
vett. qui alios adducit in *consil. 242. n. 7. vol. 2.* nec
extenditur ad jura futura, ut in terminis fideicom- 20
missi concludit *Ancharan. Jun. quæst. familiar. 17.
n. 7. lib. 2.* Et non est dubitandum, quod si D. Ma-
ria cogitasset, Antonium fore decessurum sine filijs
ante eam, vel non vendidisset illa prædia, vel ali-
ter vendidisset, nec pretium in Antonium, & ejus
hæredes contulisset.

Ultimo duo verba non omittimus, quæ pos-
sunt sufficere quibosdam tacitis objectionibus, quod
mentio facta de hæredibus Antonij tunc viventis
debet intelligi de ejus filijs, & non de extraneis, 21
ut voluit *Socin. Sen. consil. 57. n. 4. volum. 3.* & per
Paris. consil. 31. sub n. 46. vol. 2. ubi dicit commu-
nem opinionem, & fuit originalis distinctio *Bart.
in l. Gallus §. etiam si parente n. 4. ff. de liber. &
posthum.* item quod de natura donationis causa mor-
tis illud est, ut præmoriente Donatario ipsa dona- 22
tio nulla reddatur, latè *Cravett. consil. 114. n. 18.
vol. 2.*

Absolvimus Partes ab expensis ob probabilem
jurium dubietatem *Cephal. consil. 15. n. 1.*

Carolus Lunardus Auditor.

ADDITIO.

ARGUMENTUM

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *PRetium bonorum fideicommissorum fideicommis-
sario solvendum, si iste præmoriatur, remanet
liberum apud hæredem gravati.*

2 *Donatio quando dicatur inter vivos, vel causa mor-
tis remissivè.*

HÆc decisio fuit confirmata a DD. Tribus, &
decisio confirmatoria habetur infra *decis. 41.*

Vendente hærede gravato bona fideicommisso
subjecta cum hoc, quod pretium post mortem suam
solvatur fideicommissario, si iste medio tempore
moriatur, pretium dictorum bonorum liberè com- 1
petit hæredi, ex quo fideicommissum remanet ca-
ducum, ut relata præsenti decisione ego dixi su-
pra *in addit. ad decis. 18 n. 79.* & dixit eadem *Rota
in Florentina* infra in hac eadem causa in decisione
præsentis confirmatoria, quæ est *la 41. num. 1.
& seqq.*

Ad num. 14. & seqq.

Donatio quando dicatur inter vivos, vel cau-
1 sa mortis vide, quæ plenè dixit *Molegnan. alter-cat. 2. n. 4. & seqq. Mans. consult. 20. n. 4. & seqq. consult. 21. n. 24. & seqq. & consult. 22. n. 1. & seqq. tom. 1. consult. 241. n. 1. & seqq.* & in causa hujus dominij *consult. 262. num. 2. & seqq. Torr.* in eadem causa in contrarium scribens *de primogenit. part. 2. quæst. 41. num. 17. & seqq.* idem *Mans. consult. 477. n. 8. & seqq. consult. 479. n. 10. & seqq. Toer. variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 3. de testam. & ultim. volunt. quæst. 3. num. 31. & seqq. fol. 551. & tit. 6. quæst. 10. n. 6. & seqq. fol. 71. & n. 74. & 75. tom. 2. Rot. Florent. apud Palm. Nep. decis. 307. n. 1. & per tot. & decis. 435. num. 2. & seqq.* & fere *per tot.* successivè confirmata me uno ex Judicibus, & in alio decisione impresso *allegat. 234. num. 13. & apud Mans. consult. 620. n. 7. & consult. 621. n. 17.*

F L O R E N T I N A
Fideicommissi.

7. *Maij* 1603. *Ex lib. Motiv.* 86. *à c.* 112.

ARGUMENTUM.

Substitutus sub conditione *si ambo decesserint sine filijs* admittitur etiam in ultimo tantum verificata conditione, juxtà *text. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* non obstantibus dictionibus restrictivis, favore piæ causæ, eo quod relictum sit particulare. Reciproca non inducitur nisi concurrentibus requisitis *l. Titia seio §. seja libertis ff. de legat.* 2.

SUMMARIUM.

1 Conditio si ambo decesserint sine filijs *non verificatur, quando unus tantum decessit sine filijs.*
Limita prout infra ex n. 40.
2 *Pluralis numerus de uno non contentatur.*
3 *Dictio* ambo *a testatore expressa exigit conditionem verificari in omnibus, & n. 4.*
Limita ut n. 47.
5 *In legatis pluralitas non resolvitur in singularitates.*
Contra n. 41. & seqq.
6 *Verba* suprascripti, & prædicti *sunt relativa ad præcedentia.*
7 *Geminatio ostendit enixiorem testatoris voluntatem.*
8 *Verba* tunc, & eo casu *requirunt verificationem conditionis in forma specifica.*
Et substitutus non admittitur nisi purificata conditione in persona omnium, & num. 11. & 12. ubi de ratione.
Limita ut infra ex n. 47.
9 *Et tunc conditio aliquam non recipit extensionem. & n. 15.*
10 *Nec ex præsumpta mente testatoris.*
13 *Voluntas testatoris non potest allegari ad detrahendum verbis.*
14 *Et in ea conjecturanda sæpe erratur.*
16 *Taxativa habet vim prohibitionis, & restringitur ad casum expressum.*
Et alius casus excludit n. 17.
18 *Determinatio respiciens plura determinabilia, ea pariformiter determinare debet.*
19 *Dictio* tunc, & eo casu *impedit, at pluralitas resolvatur in suas singularitates.*
Contrarium in terminis l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian. n. 55.
20 *Amplia etiamsi agatur de casu simili.*
21 *Et faciunt, ut substituti locum non habeant, nisi quando omnes instituti sine filijs decederent.*
22 *Favore Ecclesiæ opinio singularis Doctoris prævalet communi opinioni in contrarium.*
23 *Dispositio* text. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. *quo casu locum habeat.*
24 *Non habet locum, quando testator solitus est se declarare dum vult aliquid in singulari numero verificari.*
Contrarium n. 67. & 68.
25 *Ab eo, quod quis solitus est facere, rectum ducitur argumentum.*
26 *Quod est consuetum non dicitur arbitrarium, sed necessarium.*
27 *Consuetudo est optima Legum, & aliarum dispositionum interpres.*
28 *Item non habet locum* text. in l. hæredes mei §. cum ita *in legato particulari, sed dumtaxat in fideicommisso universali.*
Contrarium num. 48. & seqq. ubi reprobantur contrariæ auctoritates, & rationes, & n. 74.
29 Text. in l. Titia seio §. Seia libertis ff. de leg. 2. *procedit tam in substitutione facta in omnibus bonis, quam in re particulari.*
Contra n. 76.
30 *Substituere in tota hæreditate, & in re particulari æquiparatur.*
31 *Nomen collectivum* ambo *inducit reciprocam fideicommissum.*
32 *Substitutus si ambo decesserint sine filijs admittitur, licet solummodo impleta sit conditio in persona ultimi decedentis, & n. 33.*
34 *Maxime quando non superest persona, quæ ex verisimili mente excludat substitutum.*
Qualis non est par in gradu n. 36.
35 *Par in gradu diverso jure censeri non debet.*
37 *Persona, quæ ex verisimili mente excludit substitutum proximior est, per cujus mortem venit casus substitutionis.*
38 *Et prædicta conjectura exclusionis ex verisimili mente testatoris habet locum in descendentibus, non in transversalibus.*
Declara, ut n. 39.
40 *Nomen* si uterque *est distributivum.*
41 *Et resolvitur in idem, ac si dictum fuisset* si alteruter.
42 *Pluralitas regulariter non resolvitur in singularitates.*
43 *Limita in substitutionibus diversi effectus.*
44 *Et quando æquum est eam fieri.*
45 *Et quando concurrit verisimilis mens testatoris.*
46 *Substitutio pluribus simpliciter copulativè facta resolvitur in plures singularitates.*
50 *In fideicommissaria substitutione pluralitas resolvitur in singularitates.*
51 *Testator pluribus hæredibus legando, si eos gravet, censetur eos gravare in portione propria, non in portione hæredis.*
52 *In dividuis pluralitas resolvitur in singularitates.*
Et cessat argumentum de toto ad partem, ibid.
53 *Testator dum se refert ad præcedentia nihil alterat, & de ratione* ibi.
54 *Ubi agitur de evitanda aliqua lege necessaria sunt verba expressa.*
55 *Dictiones* tunc, & eo casu *in specie* text. in l. hæredes mei §. cum ita *amittant vim taxativæ, & n. 73.*
56 *Maximè, si alias excluderentur venientes ab intestato.*
57 *Verisimile pro expresso habetur.*
58 *Et prædictæ dictiones non sunt superfluæ, cum possint stare demonstrativè, vel declarativè.*
59 *Potius habenda sunt pro non appositis, quam facere contra mentem testatoris.*
60 *Extendantur etiam contra earum naturam, quando*

do aliquod ſequeretur abſurdum, & quale iſtud dicatur.

61 *Privilegium piç ſouſa non extenditur, ut habeat bona contra mentem teſtatoris.*

62 *Ceſſat quando pia cauſa concurrit com paupere.*

63 *Privilegiatus contra privilegiatum non utitur privilegio.*

64 *Veniens ab inteſtato, & habens voluntatem teſtatoris prçfertur etiam Eccleſię.*

65 *Voluntas teſtatoris, vel expreſſa, vel tacita, vel conjecturata in ultimis voluntatibus ſemper habet primum locum.*

66 *Et prçvalet verbis, de quibus non eſt curandum.*

68 *Mens teſtatoris colligitur ex ratione naturali.*

69 *Subſtitutio quæ fit poſt mortem plurium, ſemper fit ab ultimo moriente.*

70 *Sed hçc opinio non eſt tuta.*

71 *Verba* ut ſupra *ſunt repetitiva precedentium.*

72 *Quando ratio eſt incongrua, & male compoſita de ea non curatur, ſed attenditur veriſimilis mens teſtatoris ex prçcedentibus elicita.*

75 *Subſtitutiones extenduntur, quando veriſimile eſt teſtatorem interrogatum ita reſpondiſſe.*

76 *Subſtitutio reciproca tria requirit, & quæ ſint.*

77 *Quando non adeſt reciproca poteſt recedi a proprietate verborum, alias ſecus.*

DECISIO XXX.

In Cauſa Corbolani, e Spedale delli Innocenti.

SPectabilis Vincentius quondam Ser Laurentij Jacobi Andreæ de Violis Civis Florentinus ſub die 18. Aprilis 1582. ſuum ultimum condidit nuncupativum teſtamentum, in quo inter cætera his proprijs verbis — *Suos heredes univerſales inſtituit, fecit, & eſſe voluit dictum Jacobum, & Petrum ejus filios legitimos, & naturales natos ex ſe, & D. Margharita ejus legitima uxore, & filia olim Ser Leonardi de Alexandrinis, & quemlibet eorum pro dimidia, & çquis portionibus, & caſu quo ſupraſcripti ejus filij, & hçredes prædicti ambo, quandocumque decederent ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus, & a principio ex legitimo matrimonio natis, tunc & eo caſu, ultimo ex eis decedenti, ut ſupra reliquit, & legavit Laurentio, & Franciſco fratribus, & filijs Petri Bruni de Corbolanis nepotibus dicti Teſtatoris natis ex Domina Violante prædefuncta, & olim filia dicti Teſtatoris, & uxore olim Domini Petri de Corbolanis duas domos contiguas ſitas Florentię in Populo Sancti Petri Majoris, & in via, quç dicitur Via Feſulana ultra domum veterem, & domum novam emptam a Bernardo de Puccinis, quç hodie habitantur per dictum Teſtatorem, & ejus familiam, necnon aliam domum poſitam Florentię in dicto Populo, & in Via, quç dicitur Pinti infra ſuos notiſſimos confines, &c. qua hodie tenetur ad penſionem per me Thomaſium de Perinis Notarium infraſcriptum.*

Deceſſit Petrus poſt mortem dicti Teſtatoris ejus patris relicto poſt ſe ſupervivente Vincentio ejus unico filio maſculo, quo pariter diem functo, ſuperſtite dicto Jacobo alio filio ſæpedicti Teſtatoris, qui noviſſime ex hac vita migravit nullis relictis filijs, inſtituto hærede Hoſpitale Sanctæ Mariæ Innocentium.

Orta deinde controverſia occaſione præfatarum domorum, ut ſupra relictarum, inter Petrum de Corbolanis uti patrem, & legitimum adminiſtratorem memorati Franciſci ejus filij, ac etiam tamq. am avum paternum Petri junioris ejus nepotis ex præfato Laurentio ejus filio prædefuncto, & Hoſpitale Sanctæ Mariæ Innocentium, & Rever. Hoſpitalarium poſſeſſorem dictarum domorum coram Illuſtr. & Rever. D. Donato Malagonnella J. C. inſigni Conſervatore dicti Hoſpitalis, qui tandem viſa petitione D. Corbolani, & reconventione Jo: de Guidettis ſub die lunæ de mane 3. Martij 1596. pronunciavit, & declaravit petita per dictum Petrum de Corbolanis dd. modis, & nominibus de jure fieri non potuiſſe, nec poſſe abſolvendo a petitis dictum Hoſpitale, & omnes alios in cauſa citatos reos conventos, reſervando quoad reconventionem Jo: de Guidettis mariti D. Portiæ de Parentibus hæredis, pro ut in teſtamento dicti Petri de Violis, ejuſque in primo loco mariti, ejus jura talia qualia ſibi competunt, & abſolvendo partes omnes ab expenſis.

Fuit pro parte dicti Petri de Corbolanis dicto nomine tentatum appellare a dicta ſententia, ſubſequuta tamen oppoſitione privilegiorum dicti Hoſpitalis, habuit recurſum ad S. C. S. qui reſcripſit, ut infra videlicet — *La Magnifica Ruota poſpoſto di trattar per ora l'appellazione, conoſca da capo, e decida per giuſtizia li meriti della pretenſione dell'Oſpedale, e della parte.*

His ſic ſtantibus cauſa ad dictum Tribunal introducta, in qua etiam comparuit Magn. D. Joannes de Pecoris aſſertus hæres in ſolidum olim Margharitæ uxoris ſuæ, filiæ, & hæredis ſæpedicti olim Petri de Violis, & alij de quibus in actis.

De pluribus fuit hæſitatum

Primò, an venerit caſus dicti legati ad favorem Corbolanorum

Secundò, an *Text. in l. hçredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian.* intret in ſpecie de qua agitur.

Tertio, an ex verbis teſtamenti, de quo agitur, dicatur conſtare de reciproca ſubſtitutione, ut pro parte dicti Hoſpitalis, & aliorum, de quibus in actis, prætenditur ad effectum excludendi ſæpedictos Corbolanos actores.

Ratio dubitandi fuit circa primum dubium, quia illa verba — *Si ambo deceſſeriat ſine filijs maſi* 1
culis, de quibus in memorato teſtamento, non verificantur, quando unus tantum deceſſerit ſine filijs, non ſolum quia pluralis numerus non contentatur 2
de uno *l. legato §. qui plures l. mçvius §. cum qui ff. de legat. 2. l. a. ff. de oper. libert. l. ſi is qui ducenta §. utrum ff. de rebus dub. l. ſi ſervus §. ſi plurimum ff. ſi quis cauſ. Rip. in l. hçredes mei §. cum ita num. 139. ff. ad Trebell. Ruin. conſil. 121. num. 3. lib. 3. Oldrad. conſil. 142. num. 2. Alberic. in l. precibus column. 24. verſic. item quçro de alia quçſtione C. de impub. Bart. in l. 2. num. 33. ff. de vulgar. & pupillar. Roman. in l. quamdiu la 2. ff. de acquirend. hçredit. Caſtr. conſil. 219. lib. 1. Decian. conſil. 63. num. 14. lib. 4. Mantic. de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 11. tit. 3. num. 29.* & dixi in meis *deciſ. Marchię deciſ. 39. num. 7. fol. 17.* & colligitur *ex Zanch. in dict. l. hçredes mei §. cum ita part. 8. Tiraquell. in l. ſi unquam in verſic. ſuſceperis liberos C. de revocand. donat. Becc. conſil. 39. num. 17. Honded. conſil. 60. num. 23. lib. 1. Natt. conſil. 667. num. 13. lib. 4. Ruin. conſil. 172. n. 5. cum ſeqq. & conſil. 180. n. 11. lib. 2. Purpurat. conſil. 106. num. 5. cum ſeqq. lib. 1. Decian. conſil. 63. n. 13 & ſeqq. lib. 4. Honded. conſil. 65. n. 22. & ſeqq. lib. 2. Berrett. conſil. 99. n. 3. Burſat. conſil. 19. n. 16. lib. 1. Laderch. Imol. conſil. 10. n. 4. Rot. in noviſs. deciſ* 141. *n. 3. part. 1. Cravett. conſil. 985. n. 125. lib. 6.*

Sed etiam quia illa dictio *ambo* a teſtatore expreſſa exigit conditionem verificari debere in om- 3
nibus, non autem in uno, ut poſt *Bart. in §. cum ita in fin.* conſuluit *Pariſ. conſil. 14. n. 9. lib. 2.* qui teſta-

testatur de communi. *& Honded. d. consil.* 60 *n.* 20.
lib. 1. & tradit etiam *Peregrin. de fideicommis. artic.* 13. *n.* 33. qui loquitur in specie de casu, in quo
erant illa verba — *si uterque, si ambo, & si omnes decesserint*, allegando *Angel. Paul. de Castr. Rip. Ruin.*
Gabr. & Zanch.

Secundò, quia contra dictos Corbolanos obstat
text. in l. pen. C. de impub. & alijs substitut. ubi
4 substitutio facta duobus impuberibus filijs, si uter-
que, decesserit non dicitur extare, si unus ex eis
decessit impubes, sed tunc tantum si uterque de-
cessit impubes.

Tertiò, quia in omnem eventum, in quem plu-
ralitas posset resolvi in singularitatem, id non pro-
5 cedit in legatis, & sic in terminis de quibus agi-
tur, quia tunc cessat ratio præsumptæ mentis, &
verba resistunt, quia respicit unicum effectum *Angel. consil.* 266. *Castr. consil.* 38. *n.* 4. *versic. non ob-*
stat. Peregrin. artic. 13. *n.* 35.

Quartò, quia ultrà superius deducta in memo-
rato testamento apparent scripta non solum illa ver-
ba — *suprascripti ejus filij, & hæredes prædicti am-*
6 *bo* — quę cum sint relativa ad præcedentia, ut per
Bart. in l. 1 *§ hoc edicto n.* 2. *ff. de postuland. Dec.*
consil. 465. *Cravett. consil.* 98. *num.* 8. & dixi in meis
decis. Marchiæ decis. 47. *n.* 6. in quibus fit mentio plu-
rium, non possunt verificari in morte unius, sed
omnium, ut innuunt, ac expostulant saltem ex vi
7 geminationis, quæ testatoris enixiorem voluntatem
ostendit ad *Jur. vulgat.* sed illa verba *tunc, & eo*
8 *casu*, quæ requirunt adeò verificationem conditio-
nis plurium in forma specifica, quod in uno veri-
ficari non sufficit, ut in istis proprijs terminis di-
cit *Riminald. Jun. consil.* 23. *numer.* 27. allegando
Burr. decis. 28. *column. fin.* dicentem, quod quan-
do substitutio est facta cum dictis verbis, *tunc,*
& eo casu, dispositio testatoris non verificatur, nisi
conditionibus in forma specifica impletis, nec ali-
9 quam recipiunt extensionem, quia per dicta verba
substitutio dicitur restricta, ut post *Ancharan. Rom.*
Socin. Alciat. Marzar. Zanch. Cravett. Menoch. con-
sil. 326. *num.* 16. *Cephal. consil.* 649. *num.* 42. di-
cit *Sard. decis.* 37. *num.* 5. *&* 6. immò propter ge-
minationem non solum impediunt extensionem ul-
trà dictum casum, ut latè plures allegando dedu-
cit *Ulpell in sua tract. de præposit. adverb. & con-*
junct. significat. in dictione *tunc, & eo casu fol.* 125.
Sed astant ad observantiam proprietatis verborum,
10 absque eo quod ab illis possit recedi etiam ex præ-
sumpta mente testatoris, ut probat *Ancharan. con-*
sil. 356. *Dec. consil* 334. *num.* 15. *Gomez. in §. rur-*
sus, num. 16 *instit. de action. Cephal. consil.* 649.
num. 42. *Riminald. Jun. consil.* 412. *num.* 44. ubi
in specie ita limitat. *dict. §. cum ita*, dicendo hanc
limitationem esse singularem, & a nemine conside-
ratam in terminis illius legis, *& consil.* 476. *n.* 86.
lib. 4. ubi tenet propter illa verba, *tunc, & eo casu*,
11 non admitti substitutum, si conditio non sit purifi-
cata in persona omnium *Honded. consil.* 65. *n.* 24. *lib.* 2.
Alb. consil. 431. *in fin. lib.* 30. ratio esse potest, ne ver-
12 ba præfata videantur superflua, & aliquid operentur
l. si quando in princ. ff. de legat. 1. *& cap. si Papa de*
privileg. in 6. *Alb. dict. consil.* 431. *num.* 6. & etiam
13 quia voluntas testatoris non potest allegari ad de-
trahendum verbis *Bald. in l. cum virum C. de fidei-*
14 *commiss.* cum in ea conjecturanda sæpe erretur *Ca-*
valcan. decis. 5. *num.* 13. *part.* 3. idem in terminis
dictionis *ambo* videtur tenuisse *Honded. consil.* 60.
num. 31. *lib.* 1. ubi *num.* 35. dicit non esse rece-
dendum e verbis, nisi evidenter appareat de con-
traria voluntate, de qua in ista specie minimè con-
15 stare potest, cum dictę dictiones *tunc, & eo ca-*
su stent taxativè, ut per *Socin. sen. consil.* 158. *col.* 3.
versic. confirmantur premissa. Natt. consil. 665. *n.* 5.
& consil. 676. *n.* 4. *& consil.* 678. *n.* 7. *lib* 4. quæ ha-
bent vim tacitæ prohibitionis *Roman. consil* 214. *n.* 5. 16
quia restringuntur ad casum expressum *Dec. consil* 89.
n. 3. *& consil.* 63. *n.* 2. *& consil.* 433. *num.* 8. *Roman.*
consil. 331. *&* 338. *Bald. consil.* 57. *n.* 2 *lib.* 1 & fa-
cit *Ruin. consil* 66. *num.* 8. *lib.* 3. *Gozzad. consil.* 64.
n. 6. *Socin. Jun. consil. fin. lib.* 2. *Decian. consil.* 64.
n. 8. *& consil.* 1. *n.* 216. *lib.* 2. *& consil.* 1 *num.* 24.
lib. 1. *Alciat. consil.* 44. *tom.* 3. *lib.* 9. *numer.* 27.
& 47. habent enim vim geminationis, ut ibi, *&*
consil. 71. *tom.* 3. *lib.* 9. & secundum propriam natu- 17
ram excludunt alios casus præter inclusos, ut per
Natt. dict. consil. 676. *n.* 3. *& consil.* 678. *n.* 6. *&* 7.
Bart. in l. 1. *num.* 1. *ff. si quis Jusdicenti non ob-*
temp. Card. in clement. 1. *versic. nos igitur de summa*
Trinit. in clement. 1. *in princ. in* 3 *notab de sequestr.*
possess. & fruct. Paul. de Castr. in l. 1. *de offic. ejus*
cui mandat. est jurisdictio num. 34 *lib.* 1. *Roman. con-*
sil. 582. *n.* 2. & ibi *Mandos. in addit. littera E. Goz-*
zad. consil. 60. *num* 7. *& Corn. consil.* 66. *n.* 3. *lib.* 3.
& exponuntur negativè *l. Lucius §. qui habebat ff.*
ad Trebell. Decian. consil. 34. *n.* 61. *vol.* 3. ut dixi in
decis. Marchię decis. 9. *num.* 18. *cum seqq* & adjectæ
pluribus determinabilibus, ea non diverso modo, 18
sed pariformiter determinare debent *Roman. con-*
sil. 331. *in princ.*

Et faciunt cessare omnes decisiones dicentes
substitutionem pluribus factam resolvi in suas sin- 19
gularitates, ut per *Peregrin. in suo tractat. de fidei-*
commis. artic. 13 *n.* 65. etiam ubi ageretur de ca- 20
su simili, ut per *Natt. d. consil.* 676. *n.* 4. *Riminald.*
Jun. consil. 23. *n.* 26. ubi plures allegat *lib.* 1.

Immo, ut per *Jason. consil.* 132. *lib.* 2. *Zanch.*
in §. cum ita 8. *part. n.* 299. faciunt casum clarum, 21
& locum non habent, nisi quando omnes instituti sine
filijs decedant.

Quintò, quod favore Ecclesiæ, hoc est dicti
Hospitalis Sancti Marci dicendum est non venire
casum dicti legati ad favorem Corbolanorum, etiam-
si adesset opinio singularis Doctoris, & communis
opinio in contrarium per ea, quę tradit *Silva nup-* 22
tial. non est nubend. fol. 27. *in versic. nisi dicat*, &
dixi in meis *decis. Marchię decis.* 10. *n.* 26. *fol.* 17.

Circa secundam hæsitationem principalem, du-
bium faciebat, quod *text. in l. hæredes mei §. cum*
ita non habet illa verba *prędicti, suprascripti, ut su-*
pra, nec illas dictiones, *tunc, & eo casu*, & ideo
non continet substitutionem factam ab ultimo mo-
riente, de qua in ista specie, quæ penitus impedit, 23
& excludit pluralitatem resolvi in singularitatem, &
sic locum non esse petitis per dictos Corbolanos *Pe-*
regrin. in suo tractat. de fideicommiss. artic. 13.
n. 35. *& Cephal. consil.* 166. *num.* 22. *lib.* 2. Quod ve-
ro agatur in istis terminis de substitutione ab ulti-
mo moriente, quæ producit dictum effectum, pro-
batur per illa verba *tunc, & eo casu*, in specie pro-
bat *Cephal.* ubi supra *n.* 20. *&* 21. nec comprehen-
dit casum, quando testator solitus est se declara- 24
re dum vult aliquid in singulari numero verifi-
cari, ut in ista specie colligitur ex pluribus parti-
bus dicti testamenti, ibi — *Petro, & ejus filijs, &*
hæredibus eorum, & cujuslibet eorum vita durante —
& ibi — *si aliquis eorum decederet dictus Hospitalarius*
teneatur omnia prędicta dare, & consignare supervi-
venti ex eis ejus vita durante — & ibi — *pro qualibet*
conventu, & una vice tantum, cum onere injuncto di-
ctis fratribus — & ibi — *Jure legati, & amore Dei*
reliquit, & legavit omnibus filiabus fœminis legiti-
mis, & naturalibus Matthæi Antonij de Romandio-
la tintoris gualdi, & cuilibet earum ducat. quinqua-
ginta de libris septem per d. solvendis dictis filiabus
pro eis nubendis, seu monacandis, & casu quo aliqua

cari,

ex eis decederet antequam viro tradatur, seu monacetur, tum pars, & portio accrescat alijs supervi-ventibus, & non nupti., &c. -- & ibi *casu quo ejus aliqua monacaretur* -- & ibi -- *in omnibus alijs bonis, &c. suas hæredes universales instituit, fecit, & esse voluit dd. Jacobum, & Petrum ejus filios legitimos, & naturales, ex se, & dicta Margharita ejus legitima uxore, & filia olim Leonardi de Alexandrinis, & quemlibet eorum pro dimidia, & equis portionibus* -- nam tunc per ea quæ consuluit *Marcabrun. ab Anguil. consil* 13. *num.* 258. pluralitas numquam resolvitur in singularitatem, & quidem ratio-
25 nabiliter, nam ab eo, quod quis solitus est facere ne dum rectè arguitur *l. certi conditio* §. *si nummos*, & ibi *Bart Angel. Alex. Jason & Doctor. ff. si cert. petat.* cum cæteris adductis per *Everard in sua topica Juris loco ab usitato n.* 1. & 2. sed necessario,
26 quia quod est consuetum fieri non dicitur arbitrarium, sed necessarium, *cap. ex part. de censib. Everard.* loco citato *num.* 3. etiam in ultimis voluntatibus, cum consuetudo sit optima legum, & alia-
27 rum dispositionom interpres *l. si de interpretatione ff. de legat. Everad.* uhi supra *n.* 4.

Secundò, quod *text. in d.* §. *cum ita* non habet locum in legato particulari de quo agitur, sed
28 in fideicommisso totius hæreditatis, ut demonstrant illa verba *text.* -- *si uterque sine liberis diem suum obierit omnem hæreditatem ad neptem meam Claudiam pervenire volo* -- *Gabr. commun. opinion. conclus.* 4. *de substitution. n.* 4. *lib.* 3. *Peregrin. in suo tractatu de fideicommiss. artic.* 23. *n.* 35.

Circa tertiam principalem dubitationem videbatur dicendum, quod in dicto testamento continetur reciproca substitutio, eo quod substitutio
29 fuit facta ultimo decedenti *l. Titia seio* 89. §. *Seia libertis ff. de legat.* 2. *Zuccard. consil.* 71. *num.* 5. Quæ licèt loquatur, quando substitutio est facta in omnibus bonis, idem tamen videtur, qoando facta est in re particulari, ut in terminis reciprocæ pro parte dicti Hospitalis asseritur probare per *Alb. consil.* 31. *n.* 16. *lib.* 1. *in versic. etsi fiat ultimo*,
30 quia substituere in tota hæreditate, & re particulari æquiparatur, ut per *Peregrin. in suo tract. de fideicommiss. artic.* 23. *n.* 7. & 8. & *n.* 35. *in versic. si vera substitutio*, & *Cephal. consil.* 522. *n.* 1. *lib.* 4. ubi plores allegando dicit ita communiter intelligi *text. in dict. l. Titia seia* §. *Seia libertis ff. de legat.* 2. idem comprobat *Gabr. de substit. conclus.* 1. *n.* 15. *lib.* 3. *post Socin. Grat. Ruin. & Rip.* facit *Decian. consil.* 77. *n.* 82. *lib.* 5.

Et quod in specie, de qua agitur per illud nomen collectivum *ambo* dicatur inductum reciprocum
31 fideicommissum post *Socin. consil.* 246. *lib.* 4. consuluit idem *Cephal. consil.* 166. *num.* 44. *lib.* 2. qua stante dicti de Corbolanis nequaqoam admitti poterant.

Quæ, etsi cum ploribus similibus brevitatis gratia omissis plurimum urgere ad favorem sæpedicti Hospitalis viderentur

Contrarium tamen, præmissis io aliquo non obstantibus, Domini magis verum, ac juri, & rationi, & æquitati consentaneum visum fuit, quia casum propositom extimarunt esse decisum per *text.* in sæpedicta *l. hæredes mei* §. *cum ita ff. ad Trebell.* ubi testator instituit duos filios, & si uterque decederet sine liberis, voluit hæreditatem suam ad Clau-
32 diam ejus neptem pervenire, unus ex eis decessit relicto superstite filio, deindè decessit alius nullis relictis liberis, arguit ibi *Papinianus J. C.* & inqnit, quod quamvis primo aspectu propter verba conditionis adjectæ substitioni Claudia non videretur ad substitutionem admittenda, cum verificatum non esset, quod uterque filiorum decessisset sine filijs, ex quo primos decessit superstite filio, attamen qood cum mens testatoris potius quam verba in fideicommissis attendenda sit, illa admitti debeat ad portionem ultimi, qui sine filijs decessit ex præsumpta mente testatoris, quæ ut dicebat *Bald in l. penult. C. de neces hæred. instituend. in princ.* est sequenda, sicot venator seqoitur leporem, & sicut ducens navim inhæret temoni, qui si voluit Claudiam consequi totum, si etiam alter decessisset sine liberis, fortius voluit eam habere portionem ultimi, qui sine liberis decessit.

Et quod in istis terminis stante collectiva, *si ambo, si uterque eorum decesserit sine liberis* impleta conditione in personam ultimi decedentis substitutus admittitur ad portionem oltimi decedentis, non secundum proprietatem sermonis, a qua recedi-
tur propter mentem, sed ex mente testatoris com- 33
muniter tenent omnes secundum *Socin. in d.* §. *cum ita n.* 47. *Rip. n.* 149. *Eman. Cost. in cap si pater in versic si utrumque n.* 3. *de testament. in* 6. *Zanch. in* 8. *part. n.* 213. *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 12. *tit.* 5. *n.* 29. qui testatur de magis communi, & *Menoch. de præsumpt. lib.* 4 *præsumpt.* 83. *n.* 6.
maximè cum non supersit persona, qoæ ex verisi- 34
mili mente excludat substitutum, ut per *Zanch. in d.* §. *cum ita* 5. *part. n.* 218. sed nepotes testatoris tantum ex Petro filio, qui non sunt tales, qui
ex præsumpta mente dictos Corbolanos nepotes ex 35
filia excludere possint, cum agatur de materia indifferenti; eo quod omnes in pari gradu existunt, prout erat etiam in casu *dict.* §. *cum ita* in quo supererat nepos par in gradu cum Claudia substituta, quæ diverso jure censeri non possunt, juxtà tradita per *Cravett. consil.* 247 *num* 4 *versic. quartò considera*, de quo memini in *decis. Marchiæ decis.* 44. *num.* 16. & tamen non impedivit
eam ad substitutionem admitti respectu portionis 36
ultimi decedentis, prout in specie consideravit *Zanch.* ubi supra *num.* 196. ubi de communi fidem facit, nam ad hoc, quod persona, quæ superest dicatur talis, quod ex præsumpta mente, ut supra excludat substitutum, necesse est inter alia, quod illa sit proximior substituto in succedendo ab
intestato ei, per cujus mortem venit casus substi- 37
tutionis, ut attestando de communi declarat *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 6. *num.* 19. nepotes autem ex fratre in succedendo patruo ab intestato non sunt proximiores, quam neptes ex sorore, sed pariter concurrunt secundum jus commune ex forma Statutorum minime alteratum, ac immutatum.

Et quamvis solum descendentes testatoris reputentur personæ tales, quæ ex præsumpta men-
te excludant substitutum dicto casu ex verisimili 38
mente testatoris, & non transversales *l. penult.* & *l. si quis ducenta* §. *item si pater ff. de rebus dub. Alb. consil.* 765. *num.* 2. *lib.* 4. id tamen verum est, quando simul concurrit, quod etiam ab intestato proximiores essent in succedendo ei, per cujus mortem casus substitutionis venit, & quod etiam fuerint hæredes instituti a testatore, vel saltem in conditione positi, alioquin substitutus eis non obstantibus admittitur, tria enim hæc copulativè concurrere debent, ut persona, quæ superest dicatur etiam talis, nempe quod illa sit de liberis testatoris, quod ab intestato excludat substitutum,
& quod sit institutus, vel saltem in conditione po- 39
situs, ut latè post alios tradit *Zanch. in dict.* 8. *parte n.* 229. & *seqq.*

Sed sic est, quod dicti nepotes testatoris ex Petro filio non excluderent ab intestato istos nepotes ex filia, ut supra dictum est, in quo illæ non sunt institutæ, neque in conditione positæ, quia

cujus

masculi tantum ex filijs reperiuntur positi in con-
ditione, ergo

Meritò igitur ad favorem Corbulanorum fuit
prunnnciatnm, nedum quia ita in proprijs termi-
nis de quibus agitur consuluit *Alb. consil.* 58. *lib.* 2.
sed quia, quandu oun adsunt personæ, quæ ex ve-
risimili mente testaturis excludant dictos Corbola-
40 nos, ut in ista specie præsupponitur, illud numen
si uterque, alias distributivum *l. hac articula ff. de
hered. instituend. Glos. in l. creditor §. si duobus ff.
mandat. & Bald. in l. si apud. C. de action. Alciat.
consil* 422. *n.* 4. Nunc vero collectivum resulvitur
41 in distribuitivum, quasi dictum fuerit per testato-
rem *si alterutr*, ut in terminis sub stitutiunis di-
cto modo factæ consoluit *Alb. consil.* 764. *n.* 3. *lib.* 4.
& in speeie censuit *Rot. in novissimis decis.* 804. *n.* 1.
cum seqq. part. 1.

Nun obstat, quod circa primam difficultatem
42 primo, & secundn loco adducebatur, nam licèt re-
gulariter pluralitas, ut ibi, nun resulvatur in singu-
laritatem.

Id tamen non prucedit in substitutionibns di-
43 versi effectus, ut post *Bart. Paris. Tiraquell.* & alios
consuluit *Cacheran. consil.* 22. *n.* 36.

Nec quando justum, & æquum est eam fieri,
44 ut post *Bald. in l. penult. col.* 1. *C. de impub.* dicit *Ri-
miv. Jun. consil.* 512. *n.* 60. *lib.* 5. & dixi in meis *de-*
45 *cis. Marchiæ decis.* 21. *n.* 20. ut in ista speeie stante
æquitate *dict. §. cum ita*, ex mente testaturis, quæ
tamquam regina totum in ista materia duminatur,
& quod dicit *Alb. consil.* 765. *n.* 1. *lib.* 4. ubi sub-
46 stitutio pluribus simpliciter copulativè facta resol-
vitur in plures singularitates per *text. in l. fin. §. fi-
lium ff. de legat.* 2. *& l. Lucius §. Caia ff. ad Tre-*
47 *bell.* etiam stante dicto nomine collectivo, *si ambo,
vel omnes decederent*, ut etiam probat *Alciat. con-
sil.* 44. *n.* 21. *tom.* 3. qui loquitur in terminis di-
ctiunis *uterque*.

Non nbstat, quod tertio loco circa primum
dubium adducebatur, afferendo in legatis pluralita-
tem nun resulvi in singularitatem, nam opinio *An-
gel.* & aliorum supra citatorum non videtur de ju-
48 re snbstineri pusse, quia contrarium probat *text. in
l. falsa demonstratia §. fin. ff. de condit. & demonstr.
l. si plures* 6. *C. de condit. insert. l. cui fundus* 55.
l. tales conditiones 111. *ff. de condit. & demonstrat.
l. finales §. filium, & filiam ff. de legat.* 2. *Alb. con-
sil.* 58. qui licet reprobetur per *Riminald. Jun. d.
consil.* 412. *n.* 44. *lib.* 4. tamen id evenit ex vi il-
larum dictiunum *tunc, & eo casu*, quæ cum in ista
specie in aliqun non obstent, ut infra, nec etiam
obstabit prubstio memurata.

Nec dicatur, quod *Angel. dict. consil.* 266. res-
pondet ad dictas *leges*, quia præterquamquod illa ra-
49 tio unici effectus, in qua se fundat, non videtur ve-
ra, per ea quæ tradit *Alex. consil.* 167. *lib.* 7. sed
communirer reprobata, ut pust *Zanch. in d. l. he-
redes mei* 3. *§. cum ita in* 8. *part. n.* 61. *ff. ad Trebell.*
qui testatur de communi, scribit *Menoch. de præ-
sumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 36. *n.* 41. legatum enim de
quu agitur respicit non unicum, sed plures effe-
ctus, cum non fuerit factum purè, & simpliciter,
sed in casu murtis amburum filiorum institutorum
sine filijs, & sic in fideicommissaria substitutione,
50 quo casu, ut inqnit *Bart. in dict. §. cum ita n.* 3.
pluralitas resulvitur in singularitatem, & verifica-
tur in persuna cujuslibet, quia cujuslibet fidem ele-
gisse censetur; qund autem testator legando pluri-
bus hæredibus censeatur fidem cujoslibet eorum pro
portiune hæreditaria elegisse, adeo qund quilibet so-
lum pro dicta portione propria, & non pro portiu-
51 ne cuhæredis cunveniri pussit, probant *text. in dict.
l. legatorum ff. de legat.* 2. *& in l. sive a certis ff. de
duobus reis. l. pro hereditarijs C. de heredit. action.
Dec. consil.* 299. .14. *& Mantic. de conject. ultim. vo-
lunt. tit.* 2. *n.* 5. *lib.* 8.

Secundò respondetur, quod prædicta procede-
re forsan possent in individuis, secus in dividuis
prout sunt domus de quibus agitur, quia in divi-
duis pluralitas resolvitur in singularitatem *Bart. Ja-* 52
*son in l. sive ff. de condit. sine caus. Dec. in l. cujus
effectus ff. de regul. jur.* & cessat argumentum de to-
tu ad partem, ut dicit *Zanch.* in sæpedicto *§. cum
ita part.* 8. *n.* 293. 294. *&* 337.

Nun ubstat, quod quarto, & quinto loco cir-
ca primam hæsitatinnem adducebatur.

Nam dum objectin fundatur in geminatiune re-
sultante ex illis verbis *supradicti ejus filij, & he-
redes prædicti ambo*, & in illis dictionibus *tunc, &
eo casu*.

Ad primum de geminatione asserta responde-
tur, quod quandn testator se refert ad præceden-
tia nihil alterat, si vera est regula omnibus notis- 53
sima, quod relatum est io referente cum omnibus
suis qualitatibns, & cunsequenter geminatio, ubi ad-
esset, non operatur prætensum effectum ubstativum,
ac derugativum dispositorum in *dict. §. heredes mei*
nam ubi agitur de evitanda aliqua lege necessaria 54
sunt verba expressa, argumentò eorum quæ haben-
tur in *l. præcipimus C. de appellat.*

Ad secundam objectionem vigore illarum di-
ctionum, *tunc, & eo casu*, quæ plurimum obstare
videntur, respondetur, quod dictæ dictiones per- 55
dunt usficium suum in ista specie, per ea, quæ
tradunt *Paris. consil.* 50. *n.* 52. *lib.* 3. *Natt. consil.* 675.
n. 12. *lib.* 4. ubi *n.* 13. *Grat. consil.* 106. *n.* 27. *lib.* 2.
Ruin. consil. 203. *num.* 2. *lib.* 2. *Cassador. decis.* 1.
de testament. num. 3. *&* 6. *Abb. consil.* 51. *num.* 19.
lib. 1. *Marzar. in suo tractat. de fideicommiss.
quæst.* 24. ubi licet opinio ista habeat contradicto-
res, dicit se semper sequutum fuisse hanc senten-
tiam, pro qua etiam consuluit, ut in ejus *consil.* 5.
n. 57 *&* 58. *Decian. consil.* 1. *n.* 333. *lib.* 1. *& con-
sil.* 3. *n.* 45. *lib.* 2. *Cavalcan. decis.* 26. *n.* 54. *part.* 3.
*& Simon de Præt. in suo tract. de interpretat. ult. vo-
lunt. lib.* 3. *n.* 11. *Surd. decis.* 37. *n.* 31. maximè cum
non fuerit per testatorem posita dictio *tantum*, ju-
xtà tradita per *Cassador. dict. decis.* 1. *de testament.
n.* 1. *& Decian. consil.* 1. *n.* 333.

Nec dicatur, quod omnes Doctores supra cita-
ti luquuntur, quando constat de vuluntate testa-
toris.

Quia, & id Domini non negant, sed de ea in-
trepidè constare affirmant stantibus terminis sæpe-
dicti §. *cum ita*, in quibus specificè terminis di-
cti §. *cum ita*, ac dictionum memoratarum *tunc,
& eo casu* cunsuluit *Abb. d. consil.* 58. *lib.* 2. Maximè
cum non sit verisimile, qund testator voluisset ex-
cludere nepotes ex filia, qui sibi ab intestato suc- 56
cedebant, sed quod voluerit eos succedere, quo
casu affirmari potest constare, nedum de præsum-
pta meote testatoria, juxtà terminos memorati §. *cum
ita*, sed de expressa, cum illod, qund est verisi- 57
mile habeatur *l. Titius* §. 1. & ibi Doctor. *ff. de
liber. & posthum. Glos.* nutabilis in *l. tale pactum* §. 1.
ff. de pact. Afflict. decis. 44. *n.* 26.

Et non erant superfluæ, ut quandoque in
confirmatione objectionis memoratæ tangebatur,
cum dictæ dictiones potuerint stare demonstrati- 58
vè, juxtà tradita per *Alb. dict. consil.* 51. *num.* 19.
lib. 1. *& Rot. in noviss. decis.* 140. *num.* 5. *part.* 2.
quamvis in omnem eventum melius sit dicere,
quod sint superfluæ, & sic reijciendæ, vel haben- 59
dæ pro non positis; juxtà tradita per *Cavalcan. d.
decis.* 26. *n.* 54 quam facere contra mentem; ma-
ximè quod similes dictiones amittunt vim taxativè, 60
ubi

ubi sequitur absurdum, quod nou modicum Do-
minis videbatur, ubi ptopter extraneos fuissent ex-
cludendi nepotes ex proprio testatoris sanguine,
nam tunc extenduntur contra earum naturam *De-
cian. consil.* 34. *n.* 61. *lib.* 3.

Non obstat, quod quinto loco circa primam
dubitationem objiciebatur.

Nam etiam ubi prævaleret favor Hospitalis oc-
casioue Ecelesiæ Sanctæ Mariæ, quod negatur, id
non procedit in claris, hoc est, ubi constat de men-
te testatoris, ut supra fuit demonstratum, quia pri-
61 vilegium piæ causæ non se extendit ad hoc, ut ha-
bere debeat bona contra voluutatem testatoris *Dec.
consil.* 63. *n.* 3. *& consil.* 218. *n.* 16. *Paris. consil.* 86.
n. 68. *cum seqq. lib.* 2. *& consil.* 24. *n.* 21. *& seqq.
lib.* 3.

Præterea objectio, quæ ut per jura allegata
in ea constat, procedit quando non concurrit cum
62 paupere, qui utitur eodem privilegio, ut dixi in
decis. Marchiæ decis. 10. *n.* 26. uam tunc privilegium
conquassatur, eo quod privilegiatus contra privi-
63 legiatum non utitur privilegio *l. fin. ff. ex quibus
caus. major. Jason. in authent. qui rem C. de Sacro-
sanct. Eccles. Marsil. sing.* 99. *privilegiat. fol.* 22. *ter-
go. Afflict. decis.* 56. & ibi *Ursill.* quod autem aga-
tur de paupere est notorium probatione non in-
digens.

Immò, ubi super privilegijs, seu favore alicu-
64 jus esset insistendum, prævalere semper deberet jus
actoris, qui cum sit de venientibus ab intestato,
& habeat voluntatem testatoris præfertur etiam Ec-
clesiæ, ut post *Andr. Sicul. & Alex.* consuluit *Alb.
consil.* 121. *n.* 5. *lib.* 1.

Non obstat, quod circa secundum principale
dubium ptimo loco adducebatur.

Nam dum dicitur dictum §. *tum ita*, non habe-
re illa verba *prædicti*, *suprascripti*, ac illas dictiones,
tunc, *& ea sutu*, ex præmissis apparet responsum.

Dum verò affirmatur, non comprebendere ca-
sum, in quo testator solitus est se declarare, ut la-
tè supra fuit deductum,

Respondetur, quod non propterea est rece-
dendum a mente, ut supra probata, ac resultante,
cum voluntas testatoris, sive sit expressa, vel ta-
cita, seu conjecturata, in ultimis voluntatibus, cu-
65 juscumque qualitatis sint, semper habeat primum
locum *l. in conditionibus ff. de condition. & demon-
strat. l. non aliter de legat.* 3. *l. cum acutissimi C. de
fideicommiss. l generaliter C. de instit. & substitut. &
l. pen. C. de impub. & alijs substitut. Abb.* in sæpedicto
66 *consil.* 58. *n.* 3. & prævaleat verbis, de quibus non
est curandum more Juris Consulti in dicto §. *cum
ita*, & in *l. Lucius §. rura ff. ad Trebell. in d. l. pen.
C. de impub* de quibus meminit *Abbas d. consil.* 58.
67 *n.* 3. Secundò quod præfata argumentatio Dominis
visa fuit brocardica, & non tuta in ista specie, per
ea, quę post *Bart. Abb. Caman. Paul. de Castr. Dec.
Rain. Gozzadin. & Gabr.* & alios tradit *Mantis. de
conjectur. ultimar. voluntat. tit.* 13. *n.* 8. *lib.* 8. ma-
ximè ad exclusionem nepotum habentium pro se
æquitatem dicti §. *cum ita*, & rationem naturalem,
68 ex qua colligi potest mens testantis, ut per *Abbat.
dict. consil.* 58. *n.* 3. *lib.* 2. *versic. & ex ratione natu-
rali, quæ habetur pro lege. l. scire oportet §. suffi-
cit ff. de excusat. tutor. l. cum ratio ff. de bonis dam-
natorum. Curt. Jun. consil.* 58. *n.* 6. *consil.* 138. *n.* 2.
& consil. 174. *n.* 29. *Roland. in suo tractat. de inven-
tar. in §. omittendum n.* 5. *& seqq.*

Circa ultimum dum dicebatur, dictum §. *cum ita*,
non continere substitutionem factam ab ultimo mo-
riente

Respondetur duobus modis

Primò, quod substitutio, quæ fit post mortem
plurium semper fit ab ultimo moriente, secundum 69
Rot. in noviss. decis. 49. *num.* 4. *post Curt. Jun. con-
sil.* 261. *n.* 7. *lib.* 3. sed talis est casus dicti §. *cum
ita* ergo.

Sed quia ista opiuio non videtur tuta per ea, 70
quæ tradit *Alb. consil.* 31. *n.* 12. usque ad *num.* 17.
ubi dicit errare tenentes contra, cum testator po-
nat in suo testamento inter cæters, illa verba *ut
supra*, videtur præcisè se restringere ad terminos
dicti §. *cum ità*, absque eo quod aliquid aliud ope-
rari possint; quia dicta verba sunt repetitiva præ- 71
cedentium qualitatum, ut post *Bart. Aret. Aymon.
Becc. Ruin. Paris. Socin. Menoch. Cephal consil.* 125.
num. 5. *& 6. lib.* 1. tradit *Ulpell. in suo tractat. de
præposit. adverbior. & significat.* absque eo quod
dicta verba *ultimo morienti* aliquid operentur, nam
in originali habetur *ultimo morientis*, quæ conjun-
cta cum subsequentibus verbis, de quibus supra,
incongruam, & male compositam orationem de- 72
monstrant, de qua non est curandum nisi modo,
& forma prædicta, quæ magis menti testatoris,
ac verisimili congruit, per quam semper a ver-
bis receditur, & de illis non curatur. Et tantò
magis, quia Dominis videbatur non habere aliquam
significationem, & sic haberi debere pro non po-
sitis.

Secundò dicitur, quod si sæpedicta substitutio
ab ultimo moriente provenit ex illis verbis *tunc*, *&
ea tutu*, ut per *Cephal. dict. consil* 166. *n.* 20. *&* 21.
hujusmodi argumentatio in aliquo non obstat, quia 73
ut supra dictum fuit, supradictæ dictiones in ista
specie in aliquo non obstant.

Prout nec obstat, quod ultimo loco circa se-
cundum principale dubium adducebatur, asserendo
text. in dict. §. cum ita non habere locum in lega-
to particulari.

Nam respondetur ultra ea, quæ supra deducta
sunt, decisionem dicti §. *tum ita* habere locum non
solum in legato, de quo agitur, ut consuluit *Ab-
bas* in sæpedicto *consil.* 58. sed etiam quando sub-
stitutio non est facta in tota hæreditate, ut post 74
Corn. Paul. Socin. & alios consuluit *Gabriel. con-
sil.* 121. *num.* 42. *& seqq. lib* 1. quia ubi militat ea-
dem ratio, intrat quoque eadem juris dispositio,
& maximè in substitutionibus, quæ extenduntur,
quando verisimile est testatorem interrogatum ita 75
respondisse, ut post *Glos. in l. tale pactum §. 1. ff.
de pact. Cart. Sen. & Dec.* consuluit *Bertazzol. in
suis Consil. civil. consil* 8. *n.* 35.

Circa tertiam principalem dubitationem, in qua,
ad exclusionem dictorum Corbolanorum dicebatur
constare de reciproca substitutione.

Respondetur, argumentationem non esse veram;
quia ad eam inducendam, secundum *Cephal. consil.* 711.
n. 12. *lib.* 5. *Alb. consil.* 31. *n.* 3. *& consil.* 700. *n.* 1.
lib. 4. ubi testatur de magis communi, duo concurrere
debent videlicet, quod substitutio sit facta in to-
ta hæreditate, & ultimo decedenti, & secundum *Me- 76
noch. consil.* 85. *num.* 41. *& seqq. lib.* 1. *Mantic. de
conjectur. ultimar. voluntat. tit.* 3. *lib.* 7. *n.* 15. ubi
testatur de magis communi, tria, primum quod
omnes sint a testatore honorati, inter quos præten-
ditur esse factam tacitam reciprocam fideicommis-
sariam substitutionem; secundum quod substitutio
sit facta ultimo morienti; tertium, quod sit facta
in tota hæreditate, quorum neutrum verificatur in
ista specie.

Et sic exclusa reciproca, quæ in effectu non
adest, ubi quæstio non est de tota hæreditate, ut 77
in ista specie, secundum *Menoch. de præsumpt lib.* 4.
præsumpt. 72. *n.* 4. potuit recedi a proprietate ser-
monis, juxta *text.* in dicto §. *cum ita*, per ea, quæ
tradit ibi *Zanch. part.* 8. *n.* 218. nam ubi adest reci-
proca,

proca, ut ibi, non poteſt recedi a proprietate ſermonis.

Alexander Zilacchius.
Hieronymus Cerretanus.
Carolus Lunardus.
Marcus Antonius de Amatis Relator.
Antonius Curinus.

A D D I T I O.

A R G U M E N T U M.

Patet ex Summario.

S U M M A R I U M.

1 S*Cripſit pro deciſione* Ger. Spin. conſil. 86. & 87.
2 *Afferuntur Scribentes ſuper materia* text. in l. hæredes mei §. eum ita ff. ad Trebell.
3 *De conjecturis ad inducendam reciprocam, & requiſitis* l. Titia Seio §. Seia libertis ff. de legat. 2.
4 *De alijs contra reciprocam remiſſivè.*

1 SCripſit in hac cauſa pro reſolutione *Ger. Spin. conſil.* 86. *&* 87.

Ad num. 1. *& ſeqq.*

2 Materia *text. in l. heredes mei § cum ita ff. ad Trebellian* reaſſumitur, & examinator a me inter *deciſ. Rot. Senen deciſ.* 28. §. *unic. n.* 89. *& ſeqq. deciſ.* 35. §. 1. *n.* 58. *& ſeqq.* §. 2. *n.* 54 *& ſeqq & a Rot. Rom. dec.* 487. *n.* 3. *& per tot. part.* 19. *recent. apud Balducc. deciſ. & rei judicat. tit.* 3. *deciſ.* 47. *ex n.* 18. *deciſ.* 48. *n.* 18. *& ſeqq.* & me honorificè citato *eadem Rot. Rom. in Spoletana immiſſionis* 10. *Januarij* 1716. §. *abſoluta coram Eminentiſs. D. meo Cardinali Albani* nunc impreſſa *poſt Reſponſ. Dyn. deciſ.* 3. *& ſupra deciſ.* 11. *num.* 1. *& ſeqq.* & ego ibidem *in addit.* pleniſſimè, *& deciſ.* 28. *n.* 57. *&* 58.

Ad num. 29. *& ſeqq.*

3 Quando, & ex quibus conjecturis cenſeatur inducta reciproca, & quando ad hunc effectum dicantur concorrere requiſita *l. Titia Seio* §. *Seia libertis ff. de legat.* 2. plenè examinatur per *D. meum Audit. Calderon. reſolut.* 57. *ex num.* 4. *& per tot. reſolut.* 94. *n* 43. *& ſeqq.* ibique *Rot. Rom. num.* 73. *& ſeqq. Bonden. collect.* 11. *n.* 79. *& plurib. ſeqq. & collect.* 33. *n.* 21. *& ſeqq. lib* 2. *& Miſcellan. Juridic. docum.* 11. *n.* 6. *& ſeqq. Rot. Lucen. apud Palm. Nep. deciſ.* 476. *per tot. Rot. Florent. apud eumdem deciſ.* 213. *n.* 56. *& ſeqq. deciſ.* 219. *per tot. deciſ.* 426. *n* 2. *& ſeqq. & deciſ.* 429. *ex n.* 3. & hic in *deciſ. ſeq. num.* 4. *& ſeqq. & deciſ.* 30. *num.* 76. *deciſ.* 31. *n.* 29. *& ſeqq. deciſ.* 48. *n.* 19. *& ſeqq. & deciſ.* 115. *n.* 1. *& ſeqq. deciſ.* 120. *ex num.* 1. *deciſ.* 138. *ex n.* 1. *in Florentina fideicommiſſi de Luciano* 27. *Aprilis* 1693. *n.* 2. *& plurib. ſeqq.* infra imprimendæ, *in Florentina fideicommiſſi* 24. *Januarij* 1709. *num.* 2. *& ſeqq. coram D. meo Audit. Vieri, in Florentina fideicommiſſi de Baccecis* 28. *Aprilis* 1719. §. *minus quoad ſecundam, & ſeqq. coram D. meo Audit. Bonſinio fol.* 22. *& in Florentina fideicommiſſi de Fabbrinis* 5. *Septembris* 1720. §. *viſum fuis, & plurib. ſeqq. coram D. meo Audit. Caſaregio* pariter inferius imprimendæ, & plenius *in Florentina immiſſionis* 28. *Septembris* 1725. *artic.* 4. *per tot. coram me*, ubi plures conjecturæ, & plurimæ aliæ auctoritates congeruntur in tertio volumine mearum deciſionum imprimend. *Rot. Rom. inter deciſ. Rot. Senen. coram me editas deciſ.* 35. §. 1. *n.* 1. *& ſeqq. Paulut. diſſert.* 16. *n.* 1. *& per tot. Rot. Rom. apud eum* in eadem cauſa poſt dictam *diſſert.* 16. *n.* 1. *&* 2. *per tot.* confirmata *die* 13. *Januarij* 1721. *per tot. coram R.P.D. meo Corio, poſt de Luc. de fideicommiſs. deciſ.* 69. *per tot. & deciſ.* 70. *n.* 2. *& ſeqq. & in recent deciſ.* 531. *per tot. part.* 19. *in Firmana fideicommiſſi* 2. *Maij* 1712. §. *quod autem, & ſeqq. coram Anſaldo, & in Romana, ſeu Nicien. fideicommiſſi* 6. *Martij* 1713. §. *conſtabilito, & ſeqq. &* 19. *Junij ejuſdem anni coram Eminentiſs. D. meo Cardin. Falconerio* 13. *Aprilis* 1714 §. *validius, & per tot. coram Reverendiſs. D. meo Criſpo, in Eugubina fideicommiſſi* 19. *Januarij* 1714. §. *præter, & ſeqq. coram eodem, in Interamnen. fideicommiſſi ſuper immiſſione* 26. *Junij* 1715. *per tot. coram eodem, & in Firmana immiſſionis, ſeu fideicommiſſi ſuper Predio delle Piane* 24. *Aprilis* 1719. *&* 4. *Maij* 1720. *coram R. P. D. meo Cerro, &* 6. *Martij* 1722. *coram Herrera, & in Romana, ſeu Foroliuien. fideicommiſſi de Maraldis ſuper reſervatis* 11. *Maij* 1722. §. *quia pariformiter, & ſeqq. coram eodem.*

Conjecturæ vero contra reciprocam videri poſ. 4
ſunt apud *D. meum Audit. Calderon. reſol.* 61. *n.* 47. *& plurib. ſeqq. Fatinell. reſponſ.* 81. *tom.* 1. *& in deciſ. Rot. Florent.* impreſs. *apud Palm. Nep. deciſ.* 426. *per tot.* & infra *deciſ.* 101. *n.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 161. *num.* 14. *& in Florentina fideicommiſſi de Giachis* 16. *Septembris* 1720. §. *primò generalem fol.* 11. *& ſeqq. coram Chellino* infra ſuis loco, & tempore imprimendis. *Rot. Rom. in Bononien. fideicommiſſi de Urſis* 10. *Maij* 1709. *coram Reverendiſs. D meo Aldrovando, in Romana pecuniaria* 20. *Januarij* 1723. §. *non ſubſiſtenie, & ſeqq. coram R.P.D. meo Foſcaro.*

F L O R E N T I N A
Fideicommiſſi.

18. *Martii* 1602. *Ex lib. Motivor.* 86. *à c.* 137.

A R G U M E N T U M.

Fideicommiſſum reciprocum ex quibus reſultet inter plures poſitos in conditione. Condividens evictionem paſſus quando, & quomodo agat de evictione contra condividentem. Uſusfructuarius ad quæ onera teneatur.

S U M M A R I U M.

1 I*Nter poſitos in conditione non reſultat reciproca ſubſtitutio.*
Etiamſi verſemur in deſcendentibus teſtatoris n. 3.
Limita, ut n. 5. *& ſeqq.*
2 *Poſiti in conditione non cenſentur diſpoſitivè vocati*
4 *Reciproca ſubſtitutio dicitur facta, quando concurrunt requiſita* l. Titia ſeio §. Seia libertis ff. de legat. 2. *& quæ ſint.*
5 *Reciproca ſubſtitutio reſultat, quando alias bona non poſſent devenire ad ultimum ſubſtitutum.*
6 *Item reſultat ad evitandam inæqualitatem, & n.* 9.
7 *Ubi eadem eſt ratio in ſubſtitutionibus, eadem debet eſſe juris diſpoſitio.*
8 *Quando eadem ratio militat, caſus omiſſus habetur pro expreſſo.*
10 *Reciproca cenſetur inducta quando in defectu linearum vocata eſt fœmina ultimo morienti.*
11 *Item quando alias ſequeretur abſurdum, quod quis oneraretur ſine honore.*
12 *Subſtitutio facta deficientibus lineis virtualiter ſupponit lineas eſſe vocatas.*
13 *Facta deficientibus lineis idem ſonat, ac poſt mortem omnium pro verificatione primi requiſiti* l. Titia ſeio.
14 *Facta per verba indefinita dicitur in tota hæreditate pro verificatione alterius requiſiti* l. Titia Seio.
15 *Item reciproca cenſetur inducta ex conjecturis.*
16 *Quando evictio ſequitur ex natura rei, non debetur, niſi individualiter fuerit promiſſa.*

17 *Evi-*

17 *Evictio a semetipso fieri potest mutata causa possidendi.*
18 *Et ad hanc sufficit solus animus.*
19 *Et animus ex sola novi tituli supervenientia presumitur.*
20 *Emens rem aliàs sibi debitam sub conditione, ea eveniente agit de evictione.*
21 *Contrarię auctoritates declarantur.*
22 *In divisione actio pro evictione non datur ad interesse, sed ad repetendum id, quod datum fuit.*
23 *Prout etiam in permutatione.*
25 *Succedens obligato de evictione pro ea rata actionem confundit.*
26 *Bona assignata pro restitutione dotis exeunt de vinculo fideicommissi.*
27 *Condividens, cujus bona evincuntur, agit pro reintegratione damni passi adversus condividentem.*
28 *Tempus evictionis attenditur in ęstimando valore rei.*
29 *Actio, & passio non stant eodem tempore in eodem subjecto.*
30 *Fructus bonorum veniunt in actione evictionis.*
31 *Gravatus non tenetur restituere bona per necessariam alienationem distracta.*
32 *In restitutione veniunt tantum, quę remanent deducto ære alieno, & n. 45.*
33 *Legitima in bonis maternis debetur filio in usufructu, & proprietate, non obstante patris prohibitione.*
34 *Per litis contestationem inducitur mala fides.*
35 *Et obligatio restitutionis fructuum.*
36 *Ratio administrationis de re sua reddi non debet.*
37 *Fructus extantes tempore mortis usufructuarij, si reperiuntur collecti, spectant ad hæredes ipsius usufructuarij.*
38 *Amplia etiamsi non sint in horreo, sed tantum a solo separati.*
39 *Ex possessione præsumptivè probatur dominium.*
40 *Usufructuarius tenetur solvere onera, & gravedines extraordinarias, & n. 43. & 51.*
41 *Limita quando fructus dantur in solutum cum obligatione tantum onerum extraordinariorum.*
42 *Habitatio venit nomine alimentorum.*
44 *Usufructuarius non tenetur solvere debita de propria, & n. 49.*
Limita quando testator ita expressè disposuit n. 50.
46 *Heres antequam bona tradat usufructuario potest ea vendere, ut solvat æs alienum.*
47 *Liber dicitur spectare ad eum, ad quem spectant parcella, & computa in eo descripta.*
48 *Amplia etiamsi inscriptio cantet sub nomine alterius.*
52 *Creditor debitori succedens confundit actionem.*
53 *Administrator tenetur reddere rationem suæ administrationis.*
54 *Usura cessante mora non debentur.*

DECISIO XXXI.

In Causa Martelli, e Corsi.

CONtroversia mutua inter Magnificos Dominos Franciscum, & litis consortes de Martellis, & Dominos Franciscum, & litis consortes de Cursis Patritios omnes Florentinos multos habebat juris articulos, quos singillatim nostra in sententia resolvimus; nunc nostrarum resolutionum placet, ut moris est, rationem reddere.

Primus erat Articulus: An ex testamento D. Margharitæ condito de anno 1504. resultaret fideicommissum reciprocum, non solum inter Franciscum, & Andream Galeotti de Martellis, & Sigismundum Francisci de Martellis hæredes primo loco institutos a D. Margharita, sed etiam inter dictorum institutorum descendentes, ita ut novissime defuncto Francisco demente filio Alamanni, purificatum dicatur fideicommissum ad favorem Francisci Alexandri, & litis consortium actorum de Martellis.

Et quod non resultaret reciproca, videbatur posse dubitari ex eo, quia quando substitutio fit post mortem plurium, qui non sunt instituti, sed positi in conditione, tunc indubitanter non censetur
facta reciproca substitutio, etiam quod diceretur 1
in tota hæreditate, ratio est, quia cum positi in
conditione non censentur vocati, ut per *Gloss. Bart.* 2
Imol. in l. Lucius ff. de hæred. instit. non potest dici, quod invicem censeantur substituti, qui nullo modo erant instituti, & procedit hoc etiam, eo
quod simus in descendentibus testatoris *Socin. Jun.* 3
consil. 176. n. 15. vol. 2. cum ergo in casu nostro filij Francisci, & descendentes ejusdem, & sic Franciscus, & litis consortes non sint instituti a Margharita Testatrice, sed tantum sint positi in conditione, & instituti sint tantum descendentes Sigismundi, sequitur, quod ipsi descendentes Francisci Galeotti non possint dici substituti hæredibus, & descendentibus Sigismundi.

Secundò dubium etiam faciebat regula tradita in materia substitutionis reciprocæ, quæ est, ut substitutio reciproca tunc dicatur facta, quando hęc tria concurrunt, nempè quod sit facta post mortem
plurium, & ultimo morienti in tota hæreditate, ad 4
l. Titia seio §. Seia libertis de legat. 2. verum in casu nostro hæc tria non concurrunt, quia non fuit facta ultimo morienti, nec in tota hæreditate, ergo substitutio reciproca locum habere non potest.

Verum prædictis non obstantibus resolutum a nobis fuit contrarium, nempè inductum fuisse reciprocum fideicommissum inter descendentes D. Margharitæ Testatricis, ea pręcipuè de causa, quia cum ipsa Testatrix expressè caverit, ut hæreditas ipsius deficientibus filijs masculis, & eorum descendentibus deveniret in D. Cassandram filiam ipsius Testatricis, & ipsa viva non existente, in ejus filios masculos, & descendentes, talis hæreditas non po-
tuisset devenire in D. Cassandram, nisi inter ejus 5
filios, & descendentes masculos diceretur facta reciproca substitutio, siquidem si bona respectu filiorum masculorum non fuissent gravata fideicommisso inter ipsos, eorumque descendentes, uti libera devenissent ad ipsos filios, nec potuissent transire in D. Cassandram, sed confusa essent cum patrimonio ipsorum filiorum, & descendentium eorum, & in dictis bonis successum fuisset ipsis filijs, non D. Margharitæ Testatrici *Gloss.* & ibi plenè *Alex. in l. 1. §. veteres ff. de acquirend. poss. & in l. sed, & si plures §. filio ff. de vulg. & pupill. & in l. in ratione §. quod vulgo ff. ad l. falcidiam*, & ita argumentatur *Decian. consil. 44. n. 69. vol. 3.*

Secundò movit nos ratio evitandæ invidiæ inter ipsos filios institutos, servandæque inter ipsos æqualitatis, cum enim Testatrix substituerit Francisco, & Andreæ non solum Sigismundum ejus filium, sed etiam ejus descendentes; ita pariter dicendum est voluisse substituere ipsi Sigismundo non
solum Franciscum, & Andream, sed ipsius filios, & 6
descendentes, ad *l. jam hoc jure ff. de vulgar. & pu-
pillar.* cum eadem sit ratio in uno casu, prout in 7
altero, eadem debet adesse dispositio *Cravett. consil. 326. n. 3. Alb. consil. 80. n. 11. Peregrin. de fidei-
commiss. artic. 13. n. 39.* quando enim militat eadem 8
ratio, casus omissus habetur pro expresso *Bald. in l. si mater C. de institut. & substitut.* & quod propter quan-

proca, ut ibi, non poteſt recedi a proprietate ſermonis.

Alexander Zilocchius.
Hieronymus Cerretanus.
Carolus Luaardas.
Marcas Aatonias de Amatis Relator.
Antonias Carinus.

A D D I T I O.

A R G U M E N T U M.

Patet ex Summario.

S U M M A R I U M.

1 SCripſit pro deciſione Ger. Spin. conſil. 86. & 87.
2 *Afferantur Scribeates ſaper materia* text. in l. hæredes mei §. com ita ff. ad Trebell.
3 *De conjecturis ad inducendam reciprocam, & requiſitis* l. Titia Seio §. Seia libertis ff. de legat. 2.
4 *De alijs contra reciprocam remiſſivè.*

1 SCripſit in hac cauſa pro reſolutione *Ger. Spin. conſil.* 86. & 87.

Ad num. 1. & ſeqq.

2 Materia *text. in l. hęredes mei § cum ita ff. ad Trebellian* reaſſumitur, & examinatur a me inter *deciſ. Rot. Senen deciſ.* 28. *§. anis. n.* 89. *& ſeqq. deciſ.* 35. *§.* 1. *n.* 58. *& ſeqq. §.* 2. *n.* 54 *& ſeqq & a Rot. Rom. dec.* 487. *n.* 3. *& per tot. part.* 19. *recent. apud Balducc. deciſ. & res judicat. tit.* 3. *deciſ.* 47. *ex n.* 18. *deciſ.* 48. *n.* 18. *& ſeqq.* & me honorificè citato *eadem Rot. Rom. in Spoletana immiſſionis* 10. *Januarij* 1716. *§. abſoluta coram Eminentiſs. D. meo Cardinali Althan* nunc impreſſa *poſt Reſponſ. Dyn. deciſ.* 3. *& ſupra deciſ.* 11. *num.* 1. *& ſeqq.* & ego ibidem *in addit.* pleniſſimè, *& deciſ.* 28. *n.* 57. *&* 58.

Ad num 29. & ſeqq.

3 Quando, & ex quibus conjecturis cenſeatur inducta reciproca, & quando ad hunc effectum dicantur concurrere requiſita *l. Titia Seio §. Seia libertis ff. de legat.* 2. plenè examinatur per *D. meum Audit. Calderon. reſolut.* 57. *ex num.* 4. *& per tot. reſolut.* 94. *n* 43. *& ſeqq.* ibique *Rot. Rom. num.* 73. *& ſeqq. Bonden. collect.* 11. *n.* 79. *& plurib. ſeqq. & collect.* 33. *n.* 21. *& ſeqq. lib* 2. *& Miſcellan. Juridis. docum.* 11. *n.* 6. *& ſeqq. Rot. Lucen. apud Palm. Nep. deciſ.* 476. *per tot. Rot. Florent. apud eumdem deciſ.* 213. *n.* 56. *& ſeqq. deciſ.* 219. *per tot. deciſ.* 426. *n* 2. *& ſeqq. & deciſ.* 429. *ex n.* 3. & hic in *deciſ. ſeq. num.* 4. *& ſeqq. & deciſ.* 30. *num.* 76. *deciſ.* 31. *n.* 29. *& ſeqq. deciſ.* 48. *n.* 19. *& ſeqq. & deciſ.* 115. *n.* 1. *& ſeqq. deciſ.* 120. *ex num.* 1. *deciſ.* 138. *ex n.* 1. *in Florentina fideicommiſſi de Lutiano* 27. *Aprilis* 1693. *n.* 2. *& plurib. ſeqq.* infra imprimendæ, *in Florentina fideicommiſſi* 24. *Januarij* 1709. *num.* 2. *& ſeqq. coram D. meo Audit. Vieri, in Florentina fideicommiſſi de Bucettis* 28. *Aprilis* 1719. *§. minus quoad ſecundam, & ſeqq. coram D. meo Audit. Bonfinio fol.* 22. *& in Florentina fideicommiſſi de Fabbrinis* 5. *Septembris* 1710. *§. viſum fuit, & plurib. ſeqq. coram D. meo Audit. Caſaregio* pariter inferius imprimendæ, & plenius *in Florentina immiſſionis* 28. *Septembris* 1725. *artic.* 4. *per tot. coram me*, ubi plores conjecturæ, & plurimæ aliæ auctoritates congeruntur in tertio volumine mearum deciſionum imprimend. *Rot. Rom. inter deciſ. Rot. Senen. coram me editas deciſ.* 35. *§.* 1. *n.* 1. *& ſeqq. Paulut. diſſert.* 16. *n.* 1. *& per tot. Rot. Rom. apud eum* in eadem cauſa poſt dictam *diſſert.* 16. *n.* 1. *&* 2. *per tot.* confirmata *die* 13. *Januarij* 1721. *per tot. coram R.P.D. meo Corio, poſt de Luc. de fideicommiſſ. deciſ.* 69 *per tot. & deciſ.* 70. *n.* 2. *& ſeqq. & in recent deciſ.* 531. *per tot. part.* 19. *in Firmana fideicommiſſi* 2. *Maij* 1712. *§. quod autem, & ſeqq. coram Anſaldo, & in Romana, ſeu Nicien. fideicommiſſi* 6. *Martij* 1713. *§. conſtabiliſo, & ſeqq. &* 19. *Junij ejuſdem anni coram Eminentiſs. D. meo Cardin. Falconerio* 13. *Aprilis* 1714 *§. validius, & per tot. coram Reverendiſs. D. meo Criſpo, in Eugubina fideicommiſſi* 19. *Januarij* 1714. *§. præter, & ſeqq. coram eodem, in Interamnen. fideicommiſſi ſuper immiſſione* 26. *Junij* 1715. *per tot. coram eodem, & in Firmana immiſſionis, ſeu fideicommiſſi ſuper Prædia delle Piane* 24. *Aprilis* 1719. *&* 4. *Maij* 1720. *coram R. P. D. meo Cerro, &* 6. *Martij* 1722. *coram Herrera, & in Romana, ſeu Forolivien. fideicommiſſi de Maraldis ſuper reſervatis* 11. *Maij* 1722. *§. quin pariformiter, & ſeqq. coram eodem.*

Conjecturæ vero contra reciprocam videri poſ- 4
ſunt apud *D. meum Audit. Calderon. reſol.* 61. *n.* 47. *& plurib. ſeqq. Fatinell. reſponſ.* 81. *tom.* 1. *& in deciſ. Rot. Florent.* impreſs. *apud Palm. Nep. deciſ.* 426. *per tot.* & infra *deciſ.* 101. *n.* 2. *& ſeqq. & deciſ.* 161. *num.* 14. *& in Florentina fideicommiſſi de Giacbis* 16. *Septembris* 1720. *§. primò generalem fol.* 11. *& ſeqq. coram Chellino* infra ſuis loco, & tempore imprimendis. *Rot. Rom. in Bononien. fideicommiſſi de Urſis* 10. *Maij* 1709. *coram Reverendiſs. D meo Aldrovando, in Romana pecuniaria* 20. *Januarij* 1713. *§. non ſubſiſtenie, & ſeqq. coram R.P.D. meo Foſcaro.*

F L O R E N T I N A
Fideicommiſſi.

18. *Martii* 1602. *Ex lib. Motivor.* 86. *à c.* 137.

A R G U M E N T U M.

Fideicommiſſum reciprocum ex quibus reſultet inter plures poſitos in conditione. Condividens evictionem paſſus quando, & quomodo agat de evictione contra condividentem. Uſusfructuarius ad quæ onera teneatur.

S U M M A R I U M.

1 I*Nter poſitos in conditione non reſultat reciproca ſubſtitutio.*
Etiamſi verſemur in deſcendentibus teſtatorès n. 3.
Limita, ut n. 5. *& ſeqq.*
2 *Poſiti in conditione non cenſentur diſpoſitivè vocati.*
4 *Reciproca ſubſtitutio dicitur facta, quando concurrunt requiſita* l. Titia ſeio §. Seia libertis ff. de legat. 2. *& quę ſint.*
5 *Reciproca ſubſtitutio reſultat, quando alias bona non poſſent devenire ad ultimum ſubſtitutam.*
6 *Item reſultat ad evitandam inæqualitatem, & n.* 9.
7 *Ubi eadem eſt ratio in ſubſtitutionibus, eadem debet eſſe juris diſpoſitio.*
8 *Quando eadem ratio militat, caſus omiſſus habetur pro expreſſo.*
10 *Reciproca cenſetur inducta quando in defectu linearum vocata eſt fęmina ultimo morienti.*
11 *Item quando alias ſequeretur abſurdum, quod quis oneraretur ſine honore.*
12 *Subſtitutio facta deficientibus lineis virtualiter ſupponit lineas eſſe vocatas.*
13 *Facta deficientibus lineis idem ſonat, ac poſt mortem omnium pro verificatione primi requiſiti* l. Titia ſeio.
14 *Facta per verba indefinita dicitur in tota hæreditate pro verificatione alterius requiſiti* l. Titia Seio.
15 *Item reciproca cenſetur inducta ex conjecturis.*
16 *Quando evictio ſequitur ex natura rei, non debetur, etſi individualiter fuerit promiſſa.*

17 *Evi-*

17 *Evictio a ſemetipſo fieri poteſt mutata cauſa poſſidendi.*
18 *Et ad hanc ſufficit ſolus animus.*
19 *Et animus ex ſola novi tituli ſupervenientia præſumitur.*
20 *Emens rem aliàs ſibi debitam ſub conditione, ea eveniente agit de evictione.*
21 *Contrariæ auctoritates declarantur.*
22 *In diviſione actio pro evictione non datur ad intereſſe, ſed ad repetendum id, quod datum fuit.*
23 *Prout etiam in permutatione.*
25 *Succedens obligato de evictione pro ea rata actionem confundit.*
26 *Bona aſſignata pro reſtitutione dotis exeunt de vinculo fideicommiſſi.*
27 *Condividens, cujus bona evincuntur, agit pro reintegratione damni paſſi adverſus condividentem.*
28 *Tempus evictionis attenditur in æſtimando valore rei.*
29 *Actio, & paſſio non ſtant eodem tempore in eodem ſubjecto.*
30 *Fructus bonorum veniunt in actione evictionis.*
31 *Gravatus non tenetur reſtituere bona per neceſſariam alienationem diſtracta.*
32 *In reſtitutione veniunt tantum, quæ remanent deducto ære alieno, & n. 45.*
33 *Legitima in bonis maternis debetur filio in uſufructu, & proprietate, non obſtante patris prohibitione.*
34 *Per litis conteſtationem inducitur mala fides.*
35 *Et obligatio reſtitutionis fructuum.*
36 *Ratio adminiſtrationis de re ſua reddi non debet.*
37 *Fructus extantes tempore mortis uſufructuarij, ſi reperiuntur collecti, ſpectant ad hæredes ipſius uſufructuarij.*
38 *Amplia etiamſi non ſint in horreo, ſed tantum a ſolo ſeparati.*
39 *Ex poſſeſſione præſumptivè probatur dominium.*
40 *Uſufructuarius tenetur ſolvere onera, & gravedines extraordinarias, & n. 43. & 51.*
41 *Limita quando fructus dantur in ſolutum cum obligatione tantum onerum extraordinariorum.*
42 *Habitatio venit nomine alimentorum.*
44 *Uſufructuarius non tenetur ſolvere debita de proprio, & n. 49.*
Limita quando teſtator ita expreſsè diſpoſuit n. 50.
46 *Hæres antequam bona tradat uſufructuaria poteſt ea vendere, ut ſolvat æs alienum.*
47 *Liber dicitur ſpectare ad eum, ad quem ſpectant parcella, & computa in eo deſcripta.*
48 *Amplia etiamſi inſcriptio cantet ſub nomine alterius.*
52 *Creditor debitori ſuccedens confundit actionem.*
53 *Adminiſtrator tenetur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis.*
54 *Uſura ceſſante mora non debentur.*

D E C I S I O XXXI.

In Cauſa Martelli, e Corſi.

CONtroverſia mutua inter Magnificos Dominos Franciſcum, & litis conſortes de Martellis, & Dominos Franciſcum, & litis conſortes de Curſis Patritios omnes Florentinos multos habebat juris articulos, quos ſingillatim noſtra in ſententia reſolvimus; nunc noſtrarum reſolutionum placet, ut moris eſt, rationem reddere.

Primus erat Articulus: An ex teſtamento D. Margharitæ condito de anno 1504. reſultaret fideicommiſſum reciprocum, non ſolum inter Franci-

ſcum, & Andream Galeotti de Martellis, & Sigiſmundum Franciſci de Martellis hæredes primo loco inſtitutos a D. Margharita, ſed etiam inter dictorum inſtitutorum deſcendentes, ita ut noviſſime defuncto Franciſco demente filio Alamanni, purificatum dicatur fideicommiſſum ad favorem Franciſci Alexandri, & litis conſortium actorum de Martellis.

Et quod non reſultaret reciproca, videbatur poſ-
ſe dubitari ex eo, quia quando ſubſtitutio fit poſt
mortem plurium, qui non ſunt inſtituti, ſed po-
ſiti in conditione, tunc indubitanter non cenſetur
facta reciproca ſubſtitutio, etiam quod diceretur 1
in tota hæreditate, ratio eſt, quia cum poſiti in
conditione non cenſeantur vocati, ut per *Gloſ. Bart.* 2
Imol. in l. Lucius ff. de hæred. inſtit. non poteſt di-
ci, quod invicem cenſeantur ſubſtituti, qui nullo
modo erant inſtituti, & procedit hoc etiam, eo
quod ſimus in deſcendentibus teſtatoris *Socin. Jun.* 3
conſil. 176. n. 15. vol. 2. cum ergo in caſu noſtro filij
Franciſci, & deſcendentes ejuſdem, & ſic Franci-
ſcus, & litis conſortes non ſint inſtituti a Mar-
gharita Teſtatrice, ſed tantum ſint poſiti in con-
ditione, & inſtituti ſint tantum deſcendentes Si-
giſmundi, ſequitur, quod ipſi deſcendentes Franci-
ſci Galeotti non poſſint dici ſubſtituti hæredibus,
& deſcendentibus Sigiſmundi.

Secundò dubium etiam faciebat regula tradita
in materia ſubſtitutionis reciprocæ, quæ eſt, ut
ſubſtitutio reciproca tunc dicatur facta, quando hæc
tria concurrunt, nempè quod ſit facta poſt mortem
plurium, & ultimo morienti in tota hæreditate, ad 4
l. Titia ſeio §. Seia libertis de legat. 2. verum in
caſu noſtro hæc tria non concurrunt, quia non fuit
facta ultimo morienti, nec in tota hæreditate, er-
go ſubſtitutio reciproca locum habere non poteſt.

Verum prædictis non obſtantibus reſolutum a
nobis fuit contrarium, nempè inductum fuiſſe re-
ciprocum fideicommiſſum inter deſcendentes D.
Margharitæ Teſtatricis, ea præcipuè de cauſa, quia
cum ipſa Teſtatrix expreſsè caverit, ut hæreditas
ipſius deficientibus filijs maſculis, & eorum deſcen-
dentibus deveniret in D. Caſſandram filiam ipſius
Teſtatricis, & ipſa viva non exiſtente, in ejus filios
maſculos, & deſcendentes, talis hæreditas non po-
tuiſſet devenire in D. Caſſandram, niſi inter ejus 5
filios, & deſcendentes maſculos diceretur facta re-
ciproca ſubſtitutio, ſiquidem ſi bona reſpectu filio-
rum maſculorum non fuiſſent gravata fideicommiſ-
ſo inter ipſos, eorumque deſcendentes, uti libe-
ra deveniſſent ad ipſos filios, nec potuiſſent tranſi-
re in D. Caſſandram, ſed confuſa eſſent cum patri-
monio ipſorum filiorum, & deſcendentium eorum,
& in dictis bonis ſucceſſum fuiſſet ipſis filijs, non
D. Margharitæ Teſtatrici *Gloſ.* & ibi plenè *Alex.*
in l. 1. §. veteres ff. de acquirend. poſſ. & *in l. ſed,*
& ſi plures §. filio ff. de vulg. & pupill. & *in l. in*
ratione §. quod vulgo ff. ad l. falcidiam, & ita ar-
gumentatur *Decian. conſil. 44. n. 69. vol. 3.*

Secundò movit non ratio evitandæ invidiæ in-
ter ipſos filios inſtitutos, ſervandæque inter ipſos
æqualitatis, cum enim Teſtatrix ſubſtituerit Fran-
ciſco, & Andreæ non ſolum Sigiſmundum ejus fi-
lium, ſed etiam ejus deſcendentes; ita pariter di-
cendum eſt voluiſſe ſubſtituere ipſi Sigiſmundo non
ſolum Franciſcum, & Andream, ſed ipſius filios. & 6
deſcendentes, ad *l. jam hoc jure ff. de vulgar. & pu-*
pillar. cum eadem ſit ratio in uno caſu, pro ut in 7
altero, eadem debet adeſſe diſpoſitio *Cravett. con-*
ſil. 326. n. 3. Alb. conſil. 80. n. 12. Peregrin. de fidei-
commiſs. artic. 13. n. 39. quando enim militat eadem 8
ratio, caſus omiſſus habetur pro expreſſo *Bald. in*
l. ſi mater C. de inſtitut. & ſubſtitut. & quod propter

9 quandam æqualitatem inducetur conjectura recipro-
ci fideicommissi, dixit *Cephal. consil.* 258. *n.* 23. *Pe-
regrin. consil.* 54. *n.* 9.

Tertio, quando in defectu linearum est voca-
10 ta fœmina ultimo morienti, quæ est substituta,
tunc intelligitur inductum reciprocum fideicommis-
sum *Socin. consil.* 240. *n.* 11. *lib.* 2. *Curt. Jun. con-
sil.* 21 *n.* 1. *consil.* 16. *n.* 4 *Decian. consil.* 3. *n.* 69.
lib. 1. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 62. *num.* 35. ubi de
magis communi. Verum in casu nostro Testatrix
dixit deficientibus lineis dictorum filiorum mascu-
lorum Sigismundi, Francisci, & Andreæ velle bo-
na devenire in D. Cassandram ejus filiam, ergo ap-
paret induxisse reciprocum fideicommissum inter ip-
sas lineas Sigismundi ex una, & Francisci, & An-
dreæ ex altera. Quod eo magis videtur affirman-
dum ex illis verbis *deficientibus autem lineis*.

Quartò, si filij, & descendentes Francisci non
essent substituti descendentibus Sigismundi, cum
filij Sigismundi sint ipsi substituti, sequeretur, quod
11 essent gravati, & non honorati, quod esset absur-
dum, pro quo evitando solet ampliari dispositio
Testatoris *l. quæsitum* §. *sed ipse Papinianus ff. de
fund. instruct. Cephal. consil.* 166. *n.* 46. *lib* 2. *Cuman.
consil.* 13.

Nec obstant deducta in contrarium, nam ad
primum, quod filij Andreæ, & Francisci non sint
instituti, & ideò non possit habere locum recipro-
12 ca substitutio inter ipsos, & descendentes Franci-
sci, & descendentes Sigismundi. Respondetur, quod
imo virtualiter fuere instituti, dum fuere gravati
restituere D. Cassandræ, cum enim Testatrix dixe-
rit, quod *deficientibus ipsis Domina Cassandra succe-
deret*, virtualiter voluit ipsos succedere in sua hæ-
reditate *Ruin. consil.* 160. *n.* 54. *lib.* 2. *Menoch. lib.* 4.
præsumpt. 76. *n.* 59.

Ulterius [& hoc etiam inseruit secundo obje-
cto] in casu nostro videntur concurrere tria requi-
sita ad inducendam reciprocam substitutionem, si-
quidem facta fuit post mortem omnium, cum di-
13 ctum fuerit *deficientibus lineis Bart. in l. quidam te-
stamento*; ubi etiam *Aret. ff. de vulgar. & pupillar.
Paris. consil.* 7. *n.* 39. *lib.* 3. *consil.* 36. *n.* 38. *& con-
sil.* 43. *per tot. lib.* 2. Et pariter substitutio fuit fa-
cta in tota hæreditate, cum facta fuerit per verba
14 indefinita, substituit enim D. Cassandram, & pau-
lò superius substituit hæredem Sigismundum, quæ
quidem indefinita oratio idem operatur, ac si di-
ctum esset in tota hæreditate *Curt. Jun. in l. penult.
num.* 13. *C. de impub. & alijs substitut. & consil.* 43.
n. 2. *consil.* 141. *n* 41.

Accedat, quod in casu nostro multæ concur-
15 runt conjecturæ, ex quibus dicitur mens Testatri-
cis volentis facere substitutionem reciprocam inter
descendentes hæredum institutorum. Primò adest
expressa substitutio inter ipsos Sigismundum, Fran-
ciscum, & Andream, & filios, & descendentes ma-
sculos Sigismundi, quæ conjectura inducit vocatio-
nem, & aliæ possent elici. Verum cum ex funda-
mentis jactis clarissimè appareat, de expressa mente
Testatricis, non est cur elaboremus ad eliciendas con-
jecturas.

Firmato casu fideicommissi, & ejus purificatio-
ne ad favorem DD. de Martellis, accedimus ad ar-
ticulum tacitæ evictionis, in quo cum ipsi DD. Mar-
telli, uti successores Francisci, & Andreæ, præ-
tendant, quod in divisione inita inter ipsos Fran-
ciscum, & Andream ex una, & Sigismundum de
Martellis eorum cohæredem, obvenerint in portio-
nem dd. Francisci, & Andreæ bona subjecta fidei-
commisso, in portione autem Sigismundi obvene-
rint bona libera, & nunc per deficientiam lineæ Si-
gismundi evenerit casus fideicommissi ad favorem
Francisci, & litis consortium de Martellis, quod
fideicommissum nullatenus vindicare possunt ab hæ-
redibus Francisci novissimè defuncti, quia in ipsum
non devenere bona fideicommissaria, sed in autho-
res tantum ipsorum actorum, prætendunt, inquam,
per actionem tacitæ evictionis sibi consuli, contra
quos DD. Cursij opponebant DD. Martellos, non pos-
se agere de evictione, quippe cum evictio sequitur
ex natura rei, quis non tenetur de evictione, nisi 16
in individuo fuerit promissa *Bart. & Doctor. in
l. si familia C. famil. Ercisc. l. fin.* §. *fin. C. com.
de legat. Alex. consil* 21. *tert. column. n.* 8. *vol.* 5. *Me-
noch. consil.* 418. *n.* 3.

Verum, prædictis non obstantibus, fuit resolu-
tum actionem tacitæ evictionis competere dictis de
Martellis. Nam cum in eorum portione obvenerint
tantum bona subjecta fideicommisso, quæ si propor-
tionabiliter tradita fuissent Sigismundo cohæredi eo-
rum authorum, purificato nunc fideicommisso vin-
dicarent ab hæredibus Francisci, quod cum non pos-
sint vindicare, possunt sibi mutare causam posses- 17
sionis proponendo in animo ipsorum, se possidere
bona obventa ex causa fideicommissi D. Marghari-
tæ, & agere ad bona, vel ad ea, quæ dedere eorum
authores Sigismundo in divisione inita de anno 1505.
quasi talia bona sint sine causa apud successores di-
cti Sigismundi *Bart. in l. hujusmodi* §. *qui servum
ff. de legat.* 1. & ibi *Castr. Alex & Jason. Ruin. con-
sil.* 146. *num.* 3. *versic. sed contra præmissa. Cuman. con-
sil.* 133. *Gabr. consil.* 129. *n.* 14. *lib.* 1. & pro facien-
da ista mutatione possessionis, & tituli sufficit solus 18
animus *Socin. consil.* 131. *n.* 6. *lib.* 1. *Gabr. consil.* 51.
n. 2. & 3. *lib.* 1. ubi dicit animum præsumi ex so- 19
la supervenientia novi tituli, & facit, quod si quis
emat rem sibi restituendam sub conditione, eve- 20
niente conditione, agit de evictione *l. si vendide-
rit, & l. si ei cui, & l. nec tamen ff. de evict. Me-
noch. consil.* 87. *n.* 64. *Lucbinus de Curt. consil.* 108.
n. 9. 1. *volum. Consilior. ultim. volunt.* & pluries fir-
matum fuit in nostra Rota, & præcipuè *de anno* 1596.
*in causa inter D. Magdalenam de Ricasolis, & Qua-
ratesios contra uxorem Illustriss. Comitis Sancti Secun-
di, & in causa inter Moniales de Candelis, contra DD.
Capponeus sub die* 29. *Augusti* 1599.

Non obstat contrarium ex doctrina *Bartol. in
l. si familia C. famil. Erciscund.* nam respondetur
doctrinam *Bartoli*, & sequacium procedere, quan- 21
do alia ratione divisio fuisset æqualis, ut puta, si
ille, cui obvenere bona fideicommissaria in divisio-
ne, habuisset majorem quantitatem bonorum, quam
recepisset condividens, cui obvenissent bona libera
Alciat. in l. qui Romæ §. *duo fratres n.* 37. -- ibi -- *&
alius habens libera bona paris extimationis*. Ita in
individuo respondit *Menoch. consil.* 87. *n.* 91. *vol.* 1.
& pariter non procedit doctrina *Bartol. in l. si fa-
miliæ*, quando ex conjecturis apparet dividentes vo-
luisse invicem sibi prospicere etiam in casu evictio-
nis sequendæ ex natura rei.

Quam tamen evictionem censuimus dandam non
ad interesse, prout fit in propria evictione, sed 22
tantum ad repetendum id, quod datum fuit in re-
compensationem bonorum receptorum per Martel-
lios, & hanc sententiam comprobavimus exemplo
evictionis, quæ datur permutanti contra eum, cum
quo fecit permutationem. Nam si permutans pas-
sus est evictionem in re recepta, debet repetere 23
rem datam *l. si permutationis C. de evict. Salycet.
in l.* 1. *C. de rerum permutatione. Alex. consil.* 92. *n.* 7.
volum. 1. & ante *Salycet. Cyn. in dict. l.* 1. *n.* 2. *&* 4.
& est *text.* juncta *Gloss. in l. cum precibus C. de re-
rum permutatione*, potest benè ille, qui tenetur de
evictione, si ei magis placet, solvere interesse suo 24
condividenti, ut per *Gloss. & Bart. in dict. l. cum*

pre-

precibus. Si ergo Franciscus, & Andreas Martellij
seniores dedissent pecuniam Sigismundo pro coæ-
quatione bonorum fideicommissorum ab eo recepto-
rum, illam tantum repetent.

In eadem nostra sententia diximus evictionis actio-
nem dandam ipsis Martellijs pro tertia parte medieta-
tis bonorum perventorum in Sigismundum, siquidem
ipsi Martellij cum sint hæredes pro duabus tertijs par-
tibus Francisci dementis, ex cujus persona agunt,
non possunt pro ea parte, pro qua ipsum Franciscum
repræsentant, agere de evictione, quia deberent age-
25 re contra semetipsos, itaut per eorum successionem
Francisco dementi extincta fuerit actio *l. debitori C. de
pactis l. cum a matre C. de rei vindicatione*.

Diximus ulterius in ratione ineunda evictio-
nis in primis detrahendam esse medietatem bono-
rum obventorum Sigismundo pro ejus legitima, &
trebellianica, in istis enim, cum sint libera, non
potest considerari actio de evictione, nec in ipsis po-
test aliquid prætendi a DD. Martellijs, & ulterius
detrahendam esse portionem bonorum in solutum
26 acceptam per D. Margharitam pro sua dote ex bo-
nis Francisci de Martellijs, quippe bona hæc ratio-
ne dotis exivere de vincolis fideicommissi ad tradita
per Doctores *in Authent. res, quæ C. com. de legat.*

Subsequitur tertius articulus spectans evictio-
nem expressam passam a Sigismundo juniore in bo-
nis divisis cum Francisco fratre; nam cum in por-
tionem Sigismundi obvenissent duo capita bonorum,
nempè prædium appellatum *Solana*, & domus Pra-
ti, istaque bona fuerint eidem evicta, Sigismun-
dus ipse, & eo defuncto, ejus hæredes possunt actione
27 præscriptis verbis, vel ex stipulatu consequi adver-
sus bona Francisci reintegrationem damni passi in ip-
sa evictione, juxtà *l. si fratres C. commun. utr. jud. Bart.*
& alij *in l. si familia C. famil. Ercisc. Deci. consil.* 280.
n. 1. cum autem ijdemmet Martellij sint pariter hæ-
redes Francisci dementis pro duabus tertijs partibus,
restat ut solum possint agere pro medietate reliquæ
tertiæ partis, cum damnum evictionis fuerit commu-
ne inter Sigismundum, & Franciscum fratrem.

Declaravimus autem in hoc capite extimandum
esse valorem bonorum evictorum secundum tem-
pus evictionis sequutæ, nam re evicta refundendum
28 est patienti evictionem non solum pretium, sed
etiam augumentum, quo res crevit usque ad tem-
pus evictionis *l. si cum* 66. *§. fin. ff. de evict. l. vendi-
tor ff. eodem*. Incrementum autem valoris rerum evi-
ctarum a tempore evictionis citra censuimus non es-
se refundendum DD. Martellijs, quia nulla mora po-
test imputari Francisco, si non solvit interesse evi-
ctionis, cum non esset in mora, & fuerit hæres ip-
sius Sigismundi, & non poterat sibimet solvere cum
29 actio, & passio non stent eodem tempore in eodem
subjecto *l. debitori C. de pactis*.

Ulterius diximus reficiendum esse ipsis DD.
Martellijs interesse pretij ipsius evictionis proportio-
nabiliter, nam regula juris est, sequuta evictione
30 restituendos esse fructus bonorum evictorum, text.
ad litteram in *l. evictis* 18. *ff. de usuris*, quod in-
teresse declaravimus debere ascendere ad quinque
procentenario, cum hoc sit commune interesse fre-
quentatum Florentiæ, ut passim in omnibus Tribu-
nalibus servatur.

Quo ad bona *Palagiacci* absolvimus DD. de Cur-
sis, siquidem apparet talia bona exivisse hæredita-
tem, & fideicommissum mediante datione in solu-
tum facta D. Mariæ, ut legitur in instrumento ip-
sius adjudicationis, quæ quidem adjudicatio cum
31 fuerit alienatio necessaria, hæres gravatus non te-
netur ea restituere *Fulgos. consil.* 81. Nam aliena-
tio necessaria infringit fideicommissum, & in re-
stitutione veniunt tantum restituenda fideicommis-
sario, quæ remanent deducto ære alieno *l. subsigna- 32
tum §. bona ff. de verb. significat. l. cum heres l. po-
stulante in princip. ff. ad l. falcidiam l. debitor ff. ad
Trebellian.*

Subsequitur articulus legitimæ Francisci men-
tecapti, quam declaravimus eidem deberi in bonis
D. Mariæ in pleno usufructu, & proprietate, siqui-
dem eidem debetur in usufructu, & proprietate,
non obstante contraria provisione testatoris *l. quo- 33
niam in prioribus*, & ibi *DD. C. de inoffic. testament.
Peregrin. consil.* 81. *n.* 19. ubi allegat *Bart. Alex. &
Dec.* & est clarissima conclusio. Quapropter decla-
ravimus DD. de Cursis debere in rationibus ineun-
dis cum Martellijs, eisdem bonificare duas tertias
partes dictæ legitimæ Francisci, una cum fructibus
a die litis contestatæ citra; nam cum per litis con-
testationem DD. Cursij facti fuerint malefidei pos- 34
sessores, ad *l. certum. l. more C. de rei vindicat. Bart.
in l. litigator C. de fructibus, & lit. expens.* tenen-
tur restituere fructus *l. terminata C. de fructibus, & 35
lit. expens. Alex. cons.* 90. *in fin. vol.* 2. Diximus etiam
computanda esse ad favorem DD. de Cursis con-
tra DD. Martellios credita D. Mariæ adversus Fran-
ciscum filium, secundum liquidationem alias facien-
dam. Nam cum D. Maria esset creditrix filij sui,
& DD. Cursij sint hæredes D. Mariæ, competit ipsis
jus compensandi cum portionibus legitimæ debitæ
DD. de Cursis.

Quatenus spectat ad redditionem computi ad-
ministrationis bonorum Francisci factæ per D. Ma-
riam, eamdem absolvimus a petita redditione ra-
tionis, quippè per Sententiam, sivè Decretum DD.
Officialium Pupillorum sub anno 1552. eidem fue-
runt assignati omnes fructus, & redditus bonorum
Francisci cum onere eum alendi. Quare cum fru-
ctus bonorum per dictum Decretum transijssent in 36
dominium D. Mariæ, non debuit onerari ad red-
dendam rationem rerum suarum, quas libito suo
poterat administrare *l. in re mandata C. Mandati*,
& in hoc capite diximus male appellatum per DD.
Martellios.

Hactenus egimus de petitionibus DD. de Mar-
tellijs, reliquum est, ut aggrediamur prætensiones
DD. de Cursis contra eosdem de Martellijs. Et pri-
mo se offert petitio respiciens fructus extantes bo-
norum Francisci junioris tempore mortis D. Mariæ,
in quo articulo diximus benè per D. Judicem a quo
judicatum; nam fructus extantes tempore mortis
usufructuarij, si reperiuntur collecti, spectant ad
hæredes ipsius usufructuarij *l. si usufructus ff. qui- 37
bus modis usufruct. amittat. Tiraquell. de retract.
convent. §. 5. gloss. 4. num.* 1. quod procedit etiamsi
fructus non essent in borreo reconditi, sed tantum 38
a solo separati *Bald. in cap. quæ in Ecclesiar. col. 4.
versic. sed statim quæritur extr. de constit.* cum igi-
tur DD. Cursij sint hæredes D. Mariæ, ad eos spectant
fructus recollecti extantes tempore mortis ipsius
D. Mariæ.

Quod ad secundum caput mobilium, diximus
pro medietate spectare DD. de Cursis, quandoqui-
dem in inventario ipsorum mobilium leguntur mul-
ta mobilia muliebria, quæ ad eam spectare verisi-
mile est, & cum ipsa D. Maria esset in eorum pos- 39
sessione, præsumptivè probatur dominium *Castr. con-
sil.* 123. *n.* 3. *versic. item vol.* 2. *Bartol. in l. cum res
n.* 15. *C. de probat. Paris. consil.* 107. *n.* 13. *vol.* 1.

Subsequitur caput gravedinum extraordinaria- 40
rum, in quo diximus exaudiendos esse DD. de Cur-
sis, nam licèt usufructuarius teneatur solvere one-
ra hæreditaria, & gravedines *Bart. in l. fin. ff. de
usufruct. legat.* tamen ipsa D. Maria non erat pro-
priè usufructuaria, sed tantum fructus ei dati fue-
rant in solutum pro recompensatione alimentorum

prestandum dicto Francisco ejus filio, cum onere
solvendi tantum onera ordinaria, ex quo gravamine
41 speciatim injuncto circa ordinaria onera videtur fuis-
se immunis a solutione onerum extraordinariorum,
ad *l. cum Prætor de Judicijs*.

Circa caput pensionis domus petitæ per DD.
de Cursis absolvimus DD. de Martellis, quia D. Ma-
ria, cum teneretur præstare alimenta Francisco ejus
filio ex Decreto DD. Officialium Pupillorum, & in
recompensationem fructuum Francisci eidem adju-
42 dicatorum, tenebatur etiam præstare habitationem,
quæ venit alimentorum nomine *Roland. a Vall. con-
sil.* 22. *n.* 1. *vol.* 2. & hoc respectu temporis, quo
vixit D. Maria post cujus mortem non possunt DD.
Cursij petere aliquam pensionem domus cum D.
Maria illam legaverit in suo testamento Francisco
filio.

Absolvimus vero DD. de Martellis a petitione
refusionis onerum ordinariorum, & extraordina-
riorum facta per D. Mariam pro bonis Sigismundi
junioris ejus filij, cujus cum esset usufructus uni-
43 versalis, tenebatur solvere dicta onera ex proprio
usufructu, ad *Bart. in l. fin. ff. de usufruct. legat.*

Subsequitur caput æris alieni soluti per D. Ma-
riam pro Sigismondo ejus filio, in quo condemna-
vimus DD. Martellios ad restituenda, sivè bonifi-
canda debita, si quæ apparerent soluta per D. Ma-
riam, citra tamen causam gravedinum, & extraor-
44 dinariorum; nam usufructuarius non tenetur solve-
re debita de proprio *l.* 5. *C. si certum petat. l.* 2. *de
hæred. vel actio. vend.* & est communis opinio, li-
cèt *Bart.* contrarium senserit *Dec. consil.* 485. circa
finem *Bellon. consil.* 7. *num.* 5. latè *Vivius opinio-
ne* 5046. *num.* 2. ubi refert communem, quæ opi-
nio potest etiam comprobari ex eo, quod videmus
receptum in hærede gravato ad restitutionem sub
45 conditione, qui in restitutione facienda detrahit
æs alienum solutum *l. cum hæres l. postulante in prin-
cipio l. debitor*, ubi *Bart. ff. ad l. falcidiam*; & ideo
videmus quod hæres potest vendere bona, quorum
46 legatus est ususfructus, ut solvat æs alienum, an-
tequam illa tradat usufructuario *l. usufructu bonorum
ff. ad l. falcid. Bald. consil.* 87. *n.* 1. *Viv. opin.* 1046.
num. 3. Circa melioramenta prætensa reservavimus
jus partibus, prout sibi competit.

Accedimus ad caput libri depositi in Cancel-
47 leria Illustriss. D. Nuntij Apostolici, quem decla-
ravimus esse D. Mariæ, quia omnes fere parcellæ,
& computa in ipso libro descripta spectant ad D.
Mariam, ex quo colligitur ipsam mandasse describi.
Nec obstat, quod inscriptio libri cantet sub nomi-
ne hæredum Alamanni de Martellis, nam illa non
48 est attendenda, cum de veritate appareat in con-
trarium; concessimus tamen facultatem DD. Mar-
tellis illum inspiciendi in parcellis spectantibus ad
Franciscum juniorem.

Subsequitur caput crediti in eodem libro de-
scripti sub nomine D. Mariæ, cum Cursis, & Gra-
dibus ab arte serica. Absolvimus DD. de Martellis
stante subscriptione Thomæ de Cursis factæ ad com-
probationem Sententiæ Dominorum Officialium Pu-
pillorum.

Diximus legata facta per D. Mariam, & solu-
ta per Franciscum de Martellis ejus filium, ne-
quaquam esse bonificanda, vel restituenda hæredi-
bus dicti Francisci. Nam licèt usufructuarius non
49 teneatur solvere legata, nec æs alienum, ut supe-
rius deduximus, tamen cum in casu nostro D. Ma-
ria speciatim, & expressè gravaverit Franciscum
ejus filium ad solvenda legata, tenetur illa solve-
50 re, quia voluntas Testatoris in primis servanda est
Auth. de nupt. in §. disponat.

Absolvimus etiam hæredes D. Mariæ, quoad
gravedines solutas per Franciscum occasione bono-
rum D. Mariæ, quia cum Franciscus esset usufru-
ctuarius tenebatur illa solvere, ad *Bart.* sæpius cita- 51
tum in dicta *l. fin. ff. de usufruct. legat.*

Liberavimus insuper DD. Martellios a petitio-
ne restitutionis onerum, tam ordinariorum, quam
extraordinariorum solutorum per Franciscum ju-
niorem pro bonis Sigismundi senioris, quia cum
Franciscus fuerit hæres Sigismundi, confusa fuit actio 52
ipsius *l. debitori C. de pactis*.

Ulterius cum Franciscus esset Dominus bono-
rum solvit pro semetipso

Circa redditionem administrationis bonorum
Francisci a die mortis D. Mariæ citrà, diximus ra-
tionem reddendam DD. de Cursis pro tertia par-
te, pro qua sunt ipsius hæredes, ea moti ratione,
quia cum Martellij administraverint tenentur ratio-
nem reddere eorum administrationis *l.* 5. *§. officia* 53
ff. de tutel. & rationibus distrahen. Dec. consil. 592.
n. 5. *Rot. Genuen. decis.* 24. *n.* 5. *decis.* 50. *n.* 2.

Declaravimus etiam DD. Martellos teneri re-
fundere tertiam partem DD. Cursijs debitorum so-
lutorum per Franciscum Martellium pro Sigismon-
do ejus fratre, nam cum DD. Cursij pro tertia sint
hæredes Francisci possunt uti actione ipsius, & si-
cut ipse gravatus a Sigismundo poterat detrahere
æs alienum solutum, ita & ipsi, ut superius de-
duximus, & idem diximus de melioramentis factis
per Franciscum in bonis Sigismundi, quorum sunt
hæredes in solidum D. Martellij.

Penultimum caput respicit quinque pro cente-
nario pecuniarum dicti Francisci remansarum in ma-
nibus actoris, diximus de ipsis quinque pro cente-
nario rationem nullam habendam, cum fuerint assi-
gnata a dictis Officialibus Pupillorum ipsi actori in
recompensationem ejus laborum, quæ etsi post mor-
tem Francisci cessaverint, tamen nil minus deben-
tur, cum ab illo tempore citrà nulla mora interve- 54
nerit *Rot. Genuen. decis.* 86. *n.* 2.

Supremum verò caput vini, olei, & grani re-
mansorum tempore mortis Francisci, diximus pro
tertia spectare ad DD. Cursios, ad quam tertiam
condemnavimus dictos Martellios; ratio condemna-
tionis est in promptu, quia ipsi Cursij pro tertia
parte sunt hæredes Francisci. Partes ab expensis ab-
solvimus propter mutuam victoriam, & multiplici-
tatem causæ, vulgatis juribus, &c.

Alexander Zilocchius.
Dominicus Gualandus.
Aloysius Soltia.

A D D I T I O.

ARGUMENTUM.

Fructus a quo tempore sint restituendi; enumeran-
tur variæ Judiciorum species, & quando sola li-
tis contestatio sufficiat, quando necessaria sit ju-
rium productio, & hæc qualis esse debeat.

S U M M A R I U M.

1 *Reciproca ex quibus conjecturis inducatur, & ex quibus excludatur remissivè.*
2 *Condividens evictionem passus, quando, & quomodo agat de evictione contra condividentem.*
3 *Separatio, & divisio erronea, non præjudicat successoribus in fideicommisso.*
4 *Emens scienter rem suppositam fideicommisso in ejus personam purificando, adveniente conditione de evictione agere non potest.*
5 *Quid in consentiente alienationi rei fideicommissaria.*

6 *Fru-*

6 *Fructus debentur a die motæ litis, cum de eo tempore quis constituatur in mala fide.*
7 *Amplia etiamsi expiraverit instantia.*
8 *Item amplia quamvis agatur de lite mota contra auctorem.*
9 *Et mala fides inducta quoad unum personam nocet omnibus ab illa causam habentibus.*
10 *Debentur a die motę litis in Judicio immissionis vigore legis finalis, & in quolibet interdicto, & judicio possessorio.*
11 *Sis in interdicto quorum bonorum.*
12 *Amplia licet de fructibus nulla facta fuerit mentio in sententia, & de ratione.*
13 *Item debentur a die motę litis in judicio manutentionis.*
14 *Amplia quamvis petiti non fuerint, nec in mandato de manutenendo decreti.*
15 *Amplia secundo etiamsi immissio concessa fuisset, & possessio capta cum clausula* dummodo possessio sit vacans, & sine præjudicio habentium meliora jura.
16 *Amplia tertio licet immissio concessa fuerit conditionaliter, & soluta prius possessori aliqua summa, si possessor appellet, & exequtionem impediat.*
17 *Debentur a die motę litis, quamvis reus favorabilem sententiam reportaverit, si ista postea retractetur.*
18 *Amplia, sive revocetur sententia in juditio appellationis.*
19 *Sive in Juditio revisionis.*
20 *Debentur usque a principio in Juditio restitutionis in integrum.*
21 *Amplia etiamsi res judicata fuerit acceptata.*
22 *Limita, si restitutio in integrum, vel revocatio sententiarum obtenta sit ex juribus de novo repertis.*
23 *Item limita regulam principalem, quod fructus debeantur a die motę litis, ut non procedat, quando de eo tempore non fuerunt producta jura, ex quibus posset reus agnoscere se malam causam fovere.*
24 *Fortius si reus conventus negat contenta in monitorio.*
25 *Productio jurium inducit malam fidem, & operatur fructuum restitutionem, etiamsi primum Judicium esset nullum ex incompetentia Judicis, non ex ineptitudine actionis.*
26 *Et secundum hanc distinctionem intelligendæ sunt contrarię authoritates.*
27 *Item debentur fructus a die primi juditij, si primum sit praambulum ad secundum.*
28 *Diversum non dicitur secundum a primo, si ab initio petita fuit immissio, & postea reintegratio, quando imploratum fuerit quodcumque remedium necessarium, & opportunum.*
29 *Amplia quamvis in sententia reintegrationis fuisset adjuncta clausula* tamquam in prima.
30 *Limita, ut debeantur a die secundæ productionis, si prima fuerit insufficiens ad producendam malam fidem.*
31 *Sublimita, si secunda productio tenderet solum ad rei exceptionem elidendam.*
32 *Vel facta foret ad abundantiorem cautelam.*
33 *Productio non debet esse verbalis, sed realis, & talis dicitur facta cum clausula* tenoris, &c.
34 *Item reali equipollet indicatio jurium in actis ejusdem Notarij existentium, si facta fuit in termino citationis ad dicendum contra.*
35 *Contra, quod hoc causare possit majorem facilitatem pro illis inspiciendis, sed reus non adstringatur ad hoc faciendum.*
36 *Concilia utramque opinionem, ut prima procedat in indicatione individuali, & specifica, altera in vaga, & generali.*
37 *Productio debet esse clara, non dubia, & incerta.*
38 *Mala fides inducta per jurium productionem, non tollitur ex subsequenti acquiescentia.*
39 *Secus in altera inducta per litis contestationem, expeditionem, vel reproductionem monitorij.*
40 *Acquiescentia, non sequuta productione, reum potius confirmat in bona fide.*
41 *Fortius si concurrant actus desertionem, & recessum a lite indicantes.*
42 *Fructus restituendi sunt etiam ante jurium productionem, si adhuc extarent, vel non fuissent exacti.*
43 *Item si fuissent principaliter petiti, & independenter ab immissione in judicium deducta.*
44 *Item si reus aliunde, & extrinsece sciat actorem in pretensione promota fovere bonum jus.*
45 *Exemplifica in donatario, qui sciret se in contraventionem incidisse, ut sufficiat sola instantia pro resolutione donationis.*
46 *Amplia, ut satis sit scientia, quod aliquis reportaverit breve derogatorium fideicommissi, vel quod porrexerit preces ad illud impetrandum.*
47 *Item exemplifica in possessore, qui sciret se super fideicommisso transegisse.*
48 *Intellige, ut requiratur scientia certa, & indubitata, alias requiritur productio jurium, & exemplifica pluribus modis, ut ibidem.*
49 *Item non sufficit scientia testamenti, si ageretur de contentis in eo, ut de fundatione Praluturę, Ecclesię, vel insignis Conventus.*
50 *Indicatio simplex jurium non sufficit ad obligandum reum ad fructuum restitutionem.*
Amplia quamvis esset individualissima n. 52.
Ut si indicata esset dies, mensis, annus, & nomen Notarij n. 53.
51 *Limita, si reus haberet certam, & indubitatam scientiam sui mali juris resultantis a documentis indicatis.*
54 *Solus favor pię causę non inducit malam fidem, & operatur fructuum restitutionem, nisi agatur de alienatione rei Ecclesiastica nulla ob defectum beneplaciti.*
55 *Fructus restituendi non sunt a die motę litis in Judicio retractus, sed solum a die facti depositi.*
56 *Idem procedit in judicio prelationis, juris offerendi, & similibus.*
57 *Limita in Judicio purgationis morę, in quo sufficit sola oblatio in odium recipere recusantis.*
58 *Item neque a die motę litis debentur in Judicio associationis.*
59 *Item nec in Judicio Salviani.*
60 *Contrarium qui senserint.*
61 *Conciliantur hujusmodi opiniones, & in quibus casibus utraque procedat.*
62 *Obligatus ad restitutionem fructuum, si eos consumpserit tenetur ad pretium.*
63 *Limita si possessor sit creditor, ut fructus possit cum credito compensare.*
64 *Vel si fecisset melioramenta, cum quibus fructus pendente lite percepti compensantur.*
65 *Vel si sit creditor detractionum in quas imputantur.*
66 *Credita, vel melioramenta illiquida ex fructuum perceptione non retardant immissionem.*
67 *Sed non condemnatus reus ad restitutionem fructuum non cognita crediti, vel detractionum importantia, & de ratione.*
68 *Hypotheca non competit pro restitutione fructuum pendente lite perceptorum, sed solum actio personalis.*
69 *Lis ut dicatur contestata requiritur exequutio, & reproductio monitorij.*

70 De-

Declara, ut hoc non procedat, quando agitur cum
70 *eo, qui litem movit, cujus respectu sola sufficit*
expeditio.

Ad num. 1. & seqq.

1 COnjecturæ approbatæ a Doctoribus pro inducen-
da, vel excludenda reciproca, & auctorita-
tes de illis tractantes positæ sunt supra post *decis.* 30.

Ad num. 16. & seqq.

Condividens evictionem passus quando, & quo-
2 modo agat de evictione contra condividentem vide
supra *decis.* 20. *n.* 26. *& seqq.* & quę dixi ibidem in
plena additione, ubi præsens decisio plories allega-
tur; & antea in *addit. ad decis.* 19. *post med.* §. *vel*
nisi, & seqq. ubi pariter citatur hæc nostra decisio.
3 Quod si divisio fuisset erronea ad hunc effe-
ctum non præjudicaret *Palm. Nep. decis.* 328. *n.* 4.

De evictione tamen agere non posset, nec pre-
tium repetere is, qui scienter emit rem suppositam
4 fideicommisso in ejus personam purificando adve-
niente conditione, & fideicommissi purificatione
Knipschildt de fideicommiss. cap. 13. *n.* 77. *& cap.* 16.
n. 267. *& seqq.*

Et an, & quomodo de evictione agat consen-
3 tiens alienationi rei fideicommissariæ, vide *Sami-*
niat. controv. 34. *n.* 3. 19. *& seqq.*

Ad num. 34. & seqq.

Vera est regula, de qua in hac nostra decisione
n. 34. *&* 33. quod fructus debeantur a die motæ li-
6 tis, cum ab eo tempore quis constituatur in mala
fide *l. si fundus* 16. §. *in vindicatione versic. inter-*
dum ff. de pignor. l. 2. *C. de petit. hæredit. l.* 3. *ff.*
de interdict. Saminiat. controv. 133. *num.* 87. *Rot. Flo-*
7 *rent. apud Accarisf. decis.* 88. *n.* 21. ubi etiamsi ex-
piraverit instantia, apud *Palm. Nep. decis.* 266. *n.* 31.
Rot. Rom. coram Priol. decis. 136. *n.* 2. *Merlin. de-*
cis. 366. *num.* 5. *& seqq. Ottobon. decis.* 87. *num.* 1.
& seqq. Cels. decis. 170. *n.* 13. *Emerix Jun. decis.* 74.
n. 1. *&* 2. *decis.* 253 *n.* 1. *& decis.* 474. *n.* 1. *Ansald.*
decis. 59. *num.* 1. *Caprar. decis.* 136. *n.* 1. *decis.* 142.
num. 2. *decis.* 145. *n.* 1. *& decis.* 679. *n.* 1. *in recent.*
decis. 135. *n.* 1. *& seqq. part.* 9. *& decis.* 113. *n.* 1.
& 2. *part.* 15. *& decis.* 94. *n.* 13. *part.* 18. *post de*
Luc. de usur. decis. 3 *n.* 1. ubi alios plures textus
adducit, *& decis.* 4. *num.* 1. *& in Mantiss. de fidei-*
commiss. decis. 42. *num.* 3. *&* 6. *post Bonden. de-*
cis. 33. *num.* 1. *in Romana Vineę, seu Horti super*
fructibus 29. *Januarij* 1702. §. *in hanc autem co-*
ram Scotto, in Romana restitutionis fructuum 11. *Ju-*
nij 1708. §. *quod autem, & seqq. coram bo: me: An-*
saldo, in Romana immissionis super fructibus 29. *Apri-*
lis 1722. §. *tota itaque coram Lancetta, in Romana,*
seu Forolivien. fideicommissi de Maraldis super fru-
ctibus 26. *Aprilis* 1723. §. *sumus coram R.P.D. Ro-*
vault de Gamaches.

8 Etiamsi lis mota fuerit contra auctorem, quia
etiam ad hunc effectum restitutionis fructuum ma-
la fides auctoris nocet successori *Saminiat. dict. con-*
trov. 113. *n.* 90. ubi alios citat, & inducta quoad
9 unam personam nocet omnibus ab illa causam ha-
bentibus, ut prosequitur *Saminiat. citat. controv.* 133.
num. 91.

Idque procedit tam in Judicio immissionis vi-
10 gore *legis final.* & in quolibet interdicto, & judi-
cio possessorio, in specie *Zaul. ad Statut. Favent.*
lib. 3. *rubr.* 14. *num.* 1. *& seqq. Rot. Lucen. apud D.*
meum Audit. Calderon. resol. 52. *n.* 29. ubi plurimi
congeruntur. *bo: me: Altovit. vot.* 9. *n.* 1. *&* 2. *post*
decis. Rembold. Rot. Rom. coram Ansaldo decis. 36.
n. 1. *& decis.* 49. *n.* 41. *& decis.* 39. *n.* 1. *& in ad-*
11 *dit. ad decis.* 98. *num.* 34. ubi de interdicto quorum
bonorum, & plures alios citat. *Caprar. decis.* 198.
num. 1. *decis.* 273. *n.* 1. *&* 2. *& decis.* 330. *n.* 1. *apud*
Paulut. dict. dissert. 84. *decis.* 3. *n.* 11. *post de Luc.*
de usur. decis. 3. *num.* 1. *& decis.* 4. *eodem numer. &*
de Judic. decis. 8. *num.* 4. *& in Mantiss. de fidei-*
commiss. decis. 44. *num.* 1. *& in Perusina fideicom-*
missi 22. *Junij* 1703. §. *ulterius coram Scotto, in*
Reatina fideicommissi de Severis super fructibus 22. *Ju-*
nij 1712. §. *verum coram bo: me: Ansaldo, & in d.*
Romana immissionis super fructibus 3. *Februarij* 1716.
§. *objectum coram Foscaro*; ubi plures concordan-
tes. *in Nullius, seu Sublacen. immissionis super fru-*
ctibus 13. *Novembris* 1724. §. *& quidem, & seqq.*
coram Cerro, & in dict. Prenestina fideicommissi super
fructibus 6. *Martij ejusdem anni* §. *quo enim coram*
Crispolto.

Etiamsi de illis nulla facta fuerit mentio in Sen-
tentia, quia fructus in Judicijs possessorijs veniunt 12
in sequelam talis Judicij *Rot. coram Caprar. decis.* 631.
n. 1. *in recent. decis.* 366. *n.* 19. *part.* 13. *apud Pau-*
lut. post dissert. 84. *decis.* 3. *num.* 7. *& seqq. post de*
Luc. de usur. decis. 4. *n.* 3. *versic. nec pariter.*

Prout etiam a die motæ litis debentur in Ju-
dicio manutentionis *Rot. Florent. apud Accarisf. de-* 13
cis. 4. *n.* 24. *Rot. Rom. apud Posth. de manutent. de-*
cis. 317. *n.* 1. *post de Luc. de donat. decis.* 29. *num.* 3.
coram Emerix Jun. decis. 17. *n.* 2. *Caprar. decis.* 330.
num. 1. *& in dict. Romana Vineæ, seu Horti super*
fructibus 29. *Januarij* 1703. §. *non probatur coram*
Scotto.

Quamvis petiti non fuerint, nec in mandato
de manutenendo decreti, cum pariter veniant ex
natura, & in sequelam talis judicij, ac tamquam 14
pars possessionis, in puncto *Rot. coram Emerix Jun.*
decis. 389 *n.* 1. *decis.* 875. *n.* 2. *Caprar. d. decis.* 330.
n. 2. *in dict. Romana Vineę, seu Horti super fructi-*
bus 29. *Januarij* 1703. §. *non probatur coram Scotto*
ubi plures concordantes.

Quod amplietur procedere etiamsi immissio con-
cessa fuisset, & possessio capta cum clausula, *dum-*
modo possessio sit vacans, & sine præjudicio habentium
meliora, & potiora Jura, nam quoties de alterius
meliori, & potiori jure doctum fuerit, possessio pro
non capta habetur, & per consequens reus, cujus
possessio ob comparitionem alterius meliora jura ha- 13
bentis resolvitur, fructus a die motæ litis restitue-
re debet, ut pluribus relatis prosequitur *Rot. in*
dict. Nullius, seu Sublacen. immissionis super fructibus
13. *Novembris* 1724. §. *multo minus coram Cerro*,
ubi tamen quod non teneatur ad restitutionem fru-
ctuum ante motam litem.

Ampliatur secundò, ut procedat etiamsi Judex
immissionem concesserit Actori conditionaliter, pu-
ta soluta prius ab eo aliqua summa possessori, &
conditio hæc non fuerit adimpleta, quando non
adimplementum provenit ex facto, & culpa posses-
soris, qui sententiæ non acquievit, sed ab ea ap-
pellavit, illamque successivè impugnavit, talique 16
modo impedivit Actori sententiæ ab eo obtentæ exe-
quutionem, ut prosequitur in specie *Rot. post de*
Luc. de usur. dict. decis 3. *n.* 2. *& citat. decis.* 4. *eo-*
dem n. 2.

Ampliatur tertio regulam de restitutione fru-
ctuum facienda a die motę litis locum habere, etiamsi
reus favorabilem sententiam reportaverit, si ista
postea retractetur, nam ad restitutionem fructuum
a die motæ litis, & primi Judicij condemnati de-
bet, cum pro arguenda mala fide possessoris non 17
attendatur id, quod a principio, vel intermedio
tempore evenit, sed solum, quod litis exitum con-
stabilivit, in specie *Gob. consult.* 97. *n.* 19. *tom.* 1.
Ansald. in addit. ad decis. 36. *num.* 7. *Rot. in recent.*
decis. 220. *n.* 1. *& seqq. part.* 15. *& decis.* 250. *n.* 3.
& 4. *part.* 17. *in Reatina fideicommissi de Severis su-*
per fructibus 30. *Januarij* 1711. §. *nullatenus coram*

Emi-

Eminentiss. D. meo Cardin. Falconerio , *&* 22. *Junij*
1712. §. *nihilominus coram Ansaldo* , *in Eugubina bo-*
norum super fructibus 27. *Maij* 1715. §. *haud rele-*
vante coram Lancetta , *in Romana immissionis super fru-*
ctibus 27. *Jannarij* 1716. §. *in ciacis* , *&* 30. *Mar-*
tij ejusdem anni §. *principalis* , *&* 13. *Januarij* 1719.
§. *nulla siquidem coram Reverendiss. D. meo Crispo* , *&*
in d. Firmana Commendę super fructibus 27. *Februa-*
rij 1722. §. *nullasque* , *&* 19. *Junij ejusdem anni*
§. *non urgente caram eodem*.

Quod procedit, sivè revocetur sententia in Ju-
18 dicio appellationis *Merlin. Pignatell. controv.* 45. *per*
tot. cent. 2. ibiqua *Scoppa n.* 5. *Gob. citat. consult.* 97.
n. 21. *tom.* 1. *Afflict. decis.* 188. *n.* 6. *Rot. coram Ca-*
rill. decis. 220. *n.* 11. *& seqq.*

19 Aut in Judicio revisionis *Castill. controv. Jur.*
lib. 5. *part.* 2. *cap.* 135. *n.* 38. *& plurib. seqq.* ubi
plenè. *Salgad. de Reg. protect. part.* 4. *cap.* 14. *n.* 149.
Gob. dict. consult. 97. *num.* 22. *tom.* 1. *Scoppa ad Gra-*
tian. decis. 220. *num.* 12. *Masteill. decis.* 29. *num.* 9.
per tot.

Aut demum in Judicio restitutionis in inte-
grum , in quo quis in eo statu reponitur , prout
20 erat ante læsionem , ita quod restitutus consequi
valeat rem una cum fructibus hoc interim a posses-
sore etiam bona fide perceptis *Abb. in cap. ad no-*
stram sub num. 4. *de reb. Eccles. non alienand. Surd.*
consil. 340. *n.* 5. *Cyriac. controv.* 321. *n.* 78. *Gob. ci-*
tat. consult. 97. *n.* 23. *& plurib. seqq.* ubi responder
objectis *tom.* 2. *Mugret. ad Constitut. Ducis Sermonet.*
§. 9. *&* 10. *observ.* 6. *n.* 11. *& seqq. Odd. de resti-*
tut. in integr. quæst. 45. *artic.* 2. *sub num.* 13. *versic.*
sed contra est communis , *& sub n.* 20. *versic. contra-*
rium mihi , *de Luc. de Emphyteus. disc.* 41. *num.* 10.
Ossasch. decis. 160. *n.* 3. *Rot. Bononien. diversor. de-*
cis. 43. *n.* 69. *& seqq. Viv. decis.* 263. *n.* 16. *Rot. Rom.*
coram Arguel. decis. 113. *num.* 2. *Coccin. decis.* 1561.
n. 6. *& per tot. Bich. decis.* 263. *n.* 17. *& seqq. &*
num. 20. *in recent. decis.* 224. *n.* 26. *& seqq. & de-*
cis. 250. *n.* 3. *&* 4. *part.* 17. *apud Balduce. decis. &*
res judicat. tit. 5. *de Feud. & Emphyt. decis.* 3. *n.* 52.
& 53. *& in dict. Romana immissionis super fructibus*
21 27. *Jannarij* 1716. §. *nec ad hunc* , ubi etiamsi res
judicata fuerit acceptata, *&* 30. *Martij ejusdem an-*
ni §. *eadem ratio coram Reverendiss. D. meo Crispo*.

Nisi restitutio in integrum , & revocatio sen-
tentiarum ex juribus de novo repertis obtenta fuis-
22 set ; nam tunc a die exhibitionis jurium de novo
repertorum solum fructus debebantur , ut post plu-
rimos, quos refert , optimè *Rot. in dict. Romana im-*
missionis super fructibus 30. *Martij* 1716. §. *ex hoc*
quidem coram Reverendiss. D. meo Crispo.

Limitatur primò supradicta regula, quando de
tempore motæ litis non fuerunt producta jura , ex
quibus potest reus agnoscere se malam causam fo-
vere; quando enim jura producta fuerunt ex post ,
a die solum productionis jurium Reus in mala fide
constituitur , cum ab illorum inspectione inducatur
in eo scientia rem ad se non spectare, & certifice-
23 tur se fovere malum jus , & bona illegitimè possi-
dere , propter quod a die productionis dumtaxat te-
netur ad fructuum restitutionem *de Luc. de Judic.*
disc. 39. *sub n.* 14. *versic. probabilius*. *Rot. coram An-*
sald. decis. 15. *n.* 3. *decis.* 56. *n.* 4. *decis.* 59. *n.* 2. *&*
decis. 98. *n.* 5. 25. *& seqq. Caprar. decis.* 98. *n.* 9. *&*
decis. 660. *n.* 1. *in recent. decis.* 265. *n.* 5. *part.* 17.
decis. 226. *n.* 3. *& seqq. part.* 28. *post de Luc. de Ju-*
dic. in Mantis. decis. 17. *n.* 1. *& in dict. Romana re-*
stitutionis fructuum 12. *Junij* 1708. §. *hunc non offi-*
cere , *& seqq. coram bo: me: Ansaldo* , ubi plurimi con-
cordantes , *in Romana immissionis* 17. *Junij* 1708. §. *non*
relevat , *&* 14. *Junij* 1709. §. *nec obstat coram Lan-*
cetta , *in citat. Reatina fideicommissi de Severis* 8. *Mar-*
tij 1709. §. *enim vera* , *&* 14. *Junij ejusdem anni*.
§. *verum quia coram Molines* , *& super fructibus* 30. *Ja-*
nuarij 1711. §. *quo enim coram Eminent. D. meo Card.*
Falconer. *&* §. *nec officit*, *&* 25. *Junij* 1712. §. *ad novum*
coram Ansald. in Romana donationum super fructibus 24.
Junij 1710. §. *verum coram Reverendiss. D. meo Cri-*
spo , *in Fanen. reintegrationis super fructibus* 2. *Mar-*
tij 1711. §. *ex triplici coram Priolo* , *in Fanen. ma-*
nutentionis , *seu reintegrationis super datione in solu-*
tum , *quoad fructus* 29. *Januarij* 1712. §. *pro recta*,
& seqq. coram Reverendiss. D. meo Aldrovando, in relata
Romana immissionis super fructibus 3. *Februarij* 1716.
§. *primò coram Foscaro*, *&* 30. *Martij ejusd anni* §. *ex*
hoc quidem coram Revendiss. D. meo Crispo , *& in Ro-*
mana associationis super fructibus 2. *Martij* 1722.
§. *constabilita* , *&* §. *neque coram Foscara* , *in Fir-*
mana Commenda super fructibus 27. *Februarij* 1722.
§. *controversorum*, *&* §. *productio* , ubi plures con-
cordantes , *&* 19. *Junij ejusdem anni* §. *non impu-*
gnata coram Herrera , *& in dict. Romana immissionis*
super fructibus 23. *Aprilis* 1722. §. *tota itaque coram*
Lancetta , *in dict. Romana* , *seu Forolivien. fideicommissi*
de Maraldis super fructibus 26. *Aprilis* 1723. §. *fumus*,
& seqq. coram R. P. D. Rovault de Gamaches , *Nuc-*
rien. seu Sabinen. bonorum super fructibus 9. *Aprilis*
ejusdem anni §. *nulla enim coram Crispolta* , *in Præ-*
nestina fideicommissi super fructibus 6. *Martij* 1724.
§. *quo enim coram eodem* , *in Nullius* , *seu Sublacen.*
immissionis super fructibus 13. *Novembris* 1724. §. *&*
quidem , *& seqq. &* §. *final. coram Cerro*.

Quod eo validius procedit, quando reus con-
ventus negat contenta in monitorio, nam tunc fru- 24
ctuum restitutio non fit , nisi a die productionis ju-
rium factæ per actorem *Rot. coram Ansaldo dict. de-*
cis. 59. *n.* 2.

Dictaque productio jurium malam fidem indu-
cit etiam , quando primum Judicium esset nullum
non ex incompetentia, & ineptitudine actionis, con-
tra quam reus justà exceptiones proponeret , & in-
debitam actoris prætensionem ostenderet, sed nulli-
tas proveniret ab incompetentia Judicis jurisdictio-
ne carentis, tunc enim non excluditur in reo mala
fides a productione jurium suborta operativa, ut a 25
die primi Judicij fructus sint restituendi , ut egre-
gie firmat *Ansald. in addit. ad dict. decis.* 56. *n.* 10.
Rot. coram Priol. decis. 246. *n.* 5. *& seqq. & per tot.*
confirmat. *decis.* 263. *n.* 1. *& plurib. seqq. & in dict.*
Reatina fideicommissi de Severis super fructibus 30. *Ja-*
nuarij 1711. §. *parvi ponderis coram Eminentiss. D.*
meo Cardinali Falconerio.

Et secundum hanc distinctionem intelligendæ
sunt auctoritates firmantes, quod quando primum
Judicium est nullum, fructus solummodo debentur a
die novi Judicij validè restaurati *Ansald. in addit.* 26
ad dict. decis. 56. *n.* 8. *&* 9. ubi plures cumulantur
Rot. in dict. Reatina fideicommissi de Severis super
fructibus 30. *Januarij* 1711. §. *minus suffragatur co-*
ram Eminentiss. D. meo Cardin. Falconerio.

Debentur etiam fructus a die moti primi Ju-
dicij, quamvis a secundò diversi , quando primum 27
est præambulum ad secundum *Ansald. in addit. ad*
dict. decis. 56. *n.* 11. *Rot. in recent. decis.* 625. *n.* 1.
& seqq. part. 18. *& decis.* 111. *n.* 12. *&* 13. *part.* 19.

Non dicitur autem secundum Judicium diver-
sum a primo, si ab initio petita fuit immissio , vel
associatio, & tractu temporis intentatum remedium
reintegrationis, quando commissio facta Judici ; vel
monitorium coram eo expeditum non fuit restrictum
ad aliquam particularem actionem , sed præter im-
missionem , seu associationem petitam fuit quod-
cumque aliud mandatum necessarium , & opportu-
num comprehensivum cujuscumque alterius reme-
dij in progressu causæ specificati, & deducti , in spe-
cie

cie Rot. in Bononien. fideicommissi de Ghislerijs super
reintegratione 23. Martij 1711. §. quidquam coram
Scotto, & in Firmana Commendę super negotio prin-
cipali 29. Februarij 1712. §. absque ea quod coram
Lancetta, & super fructibus 27. Januarij 1722. § nec
juvit responsio, & 19. Junij ejusdem anni § ultum in
facto coram Herrera, & seqq. ubi quod nihil obes-
29 set, si in sententia reintegrationis fuisset adjuncta
clausula tanquam in prima.

Quod si jura producta non essent sufficientia
pro obtinenda victoria causæ, & arguenda in reo
mala fide, sed necessaria fuisset nova productio ju-
rium pro concludendis actoris intentione, non a die
primæ productionis jurium sufficientis ad malam fi-
dem inducendam, sed a die illius productionis, pro-
30 pter quam actor victoriam obtinuit, fructus deben-
tur, cum ista productio jurium dumtaxat, & non
antecedentes, sit productiva, & constitutiva malæ
fidei in detentore bonorum, benè Ansald. in addit.
ad d. decis. 98. n. 26. Rot. in Romana donationum super
fructibus 27. Junij 1710. §. hęc tamen coram Reveren-
diss. D. meo Crispo, in d. Romana immissionis super fru-
ctibus 30. Martij 1716. §. replicationem coram eodem.

Si vero prima productio jurium fuisset sufficiens
ad actoris intentionem fundandam, & successivæ
productiones tenderent ad rei conventi exceptionem
31 elidendam, cum mala fides non ab istorum, sed a
primorum jurium productione inducatur, fructus a
die primæ productionis essent restituendi, in indivi-
duo Rot. in dict. Reatina fideicommissi de Severis su-
per fructibus 22. Junij 1711. §. precisivè, & seqq.
coram bo: me: Ansaldo, in Eugubina bonorum super
fructibus 27. Maij 1715. §. haud relevante coram
Lancetta, in citat. Romana immissionis super fructibus
30. Martij 1716. §. replicatione coram Reverendiss.
D. meo Crispo, & in dict. Firmana Commenda super
fructibus 27. Februarij 1722. §. ulteriori non attenta
coram Herrera, & 19. Junij ejusdem anni §. non im-
pugnata. & seqq. coram eodem.

Quemadmodum si secunda productio jurium fa-
cta fuisset ad abundantiorem cautelam, & ex pri-
ma productione instructus remaneret possessor de
31 suo malo jure, prima productio etiamsi partialis suf-
ficeret Rot. in dict. Romana donationis super fructibus
24. Junij 1710. §. verum, & §. sed in casu coram Re-
verendiss. D. meo Crispo, in citata Reatina fideicom-
missi de Severis super fructibus 30 Januarij 1711. co-
ram Eminentiss. D. meo Cardinali Falconerio, & 22.
Junij 1712. §. precisivè coram bo: me: Ansaldo.

Hæc tamen productio, quæ non debet esse ver-
balis, sed realis, talis dicitur si facta fuit cum clau-
sula tenoris, &c. quæ veram, realem, & effectivam
33 productionem præsefert, ut omissis generalibus in
individuo Rot. in sæpecitata Romana fideicommissi de
Severis super fructibus 30. Januarij 1711. §. non ob-
stat coram Eminentiss. D. meo Cardin. Falconerio.

Prout effectivæ productioni æquipolleret indi-
catio jurium in actis ejusdem Notarij existentium, si
34 indicatio, & repetitio illorum fuit facta in termi-
no citationis ad dicendum contra, ut in individuo
prosequitur Rot. in dict. Romana immissionis 27. Ja-
nij 1708. §. nec relevat coram Lancetta, & in dict.
Reatina fideicommissi de Severis super fructibus 30. Ja-
nuarij 1711. §. non obstat in fine coram Eminentiss.
D. meo Cardin. Falconerio.

Et quamvis contrarium tenuerit Rota, quia
existentia jurium apud eumdem Notarium, & cau-
sæ Actuarium causare potest majorem facilitatem pro
35 illis inspiciendis, sed ad id faciendum adstringi non
potest reus conventus, ut in dict. Romana restitu-
tionis fructuum 11. Junij 1708. §. certè consimiliter,
& seqq. coram bo: me: Ansaldo.

Crederem conciliari posse dissidentes auctorita-
tes, & opiniones, ut prima procedat quando fit in-
dicatio individualis, & specifica cum processu, &
folijs, in quibus dicta jura existunt, secus vero si
indicatio, & relatio ad processum fuisset vaga, & 36
generalis, cum non teneatur reus pro se constituen-
do in mala fide assumere laboriosam, & longam per-
quisitionem plurium, & voluminosorum processuum,
sed actori incumbit onus illa digito demonstrare, &
locum loci ubi jura existunt in actis ejusdem Nota-
rij reo individualiter notum facere.

Adverte etiam, quod talis productio nihil ope-
raretur, si de ea clarè non constaret, sed dubia 37
esset, & incerta, ut in specie prosequitur Rot. in
d. Romana assecutionis super fructibus 2. Martij 1722.
§. minusque coram Foscara.

Hoc amplius in hac materia scitu dignum est,
quod si facta productione jurium, diu, & per spa-
tium plurium annorum actor acquieverit, & litem
prosequi non curaverit, hæc longeva, & diuturna
acquiescentia operari non posset revivisceniam bo-
næ fidei in reo convento, in quo semel inducta ma-
la fide per scientiam mali juris, & illegitimæ suæ
possessionis, hæc divelli non potest a sola acquie- 38
scentia, quæ cum ad alias causas sit referibilis, tol-
lere non potest malam fidem, & scientiam mali ju-
ris in possessione a juribus in actis productis resul-
tantem, & quæ semper conclamat contra possesso-
rem fructus indebitè percipientem; licet secus di-
cendum esset si a principio non fuissent producta
jura, sed solum mota lis, & expeditum, ac repro-
ductum monitorium; si enim aliqua mala fides in
possessore induci potuit a litis contestatione, hęc pur-
gata remansit ab ipsius credulitate, quod actor, qui 39
per plures annos semper tacuit, & causam prose-
qui non curavit, potuerit agnoscere se malum jus
fovere, ut egregiè in nostris præcisis terminis con-
siderat Rot. post de Luc. de fideicommiss. in Montis.
decis. 42. n. 10. & in dict. Reatina fideicommissi de
Severis super fructibus 30. Januari 1711. §. minus
suffragatur coram Eminentiss. D. meo Cardin. Falco-
nerio, & melius 22. Junij 1712. §. minus relevabat,
& seqq. coram bo: me: Ansaldo, ubi ampliat.

Et quod simplex acquiescentia, quando sequu-
ta non fuit productio jurium, non sufficiat ad indu-
cendam malam fidem in reo pro eo obligando ad
fructuum restitutionem a die motæ litis, cum lon- 40
gæva acquiescentia potius operetur, ut reus confir-
metur in bona fide de Luc. de fideicommiss. disc. 186.
n. 14. abundè Rot. in sæpecitata Romana restitutionis
fructuum 11. Junij 1708. § hac quę pariter, & seqq.
coram bo: me: Ansaldo, & in Romana immissionis su-
per fructibus 14. Junij 1709. §. atque ex his coram
Lancetta.

Eoque magis confirmari posset reus in bona fi-
de ab hac acquiescentia, si is, qui litem introduxit
aliquos actus successivè fecisset desertionem, & re- 41
cessum a lite indicantes recensitos a Rot. in d. Ro-
mana restitutionis fructuum 11. Junij 1708. §. for-
tius, & seqq. coram bo: me: Ansaldo, & in dict. Ro-
mana immissionis super fructibus 14. Junij 1709. §. at-
que ex his coram Lancetta.

Ea autem omnia, quæ superius dicta sunt de
restituendis fructibus a die productionis jurium non
procedunt, si fructus adhuc extarent, vel non fuis-
sent exacti a debitoro, quo casu, tanquam non con-
sumpti pariter dicerentur extantes, & restitui de-
berent a die motæ litis etiam ante jurium produ- 42
ctionem, ut post plures, quos refert in specie fir-
mat Rot. coram Ansald. decis. 15. n. 4. & decis. 56.
n. pariter 4. & in dict. Romana restitutionis fructuum
11. Junij 1708. §. diximus coram eodem, & in dict.
Nullius, seu Sublacen. immissionis super fructibus 13.
Novembris 1724. §. final. coram Cerro.

Quem-

Quemadmodum non procederent si fructus
fuissent principaliter petiti, & independenter ab im-
missione in judicium deducta, nam tunc etiam ante
moram litem, & jurium productionem deberentur
43 *Rot. in recen decis 3 n 21. par 7. & in dict. Romana
Immissionis super fructibus 3. Februarii 1716. coram
Foscara*.

Sed hoc loco eleganter posset dubitari, an si
reus sine alia actuali productione aliundè, & extrin-
secè sciat actorem in prætensione promota fovere
bonum jus, hoc sufficiat absque alia jurium produ-
ctione, & mala fides in reo inducatur a sola litis
contestatione, in qua quæstione affirmativè respon-
44 det *Rot. in dict. Romana Donationum super fructibus
27. Junii 1710. §. neque hujusmodi coram Crispo. &
in dict. Fanen. Manutentionis, seu Reintegrationis su-
per datione in solutum quoad fructus 29. Jan. 1712.
§. dixi ex sola coram Reverendiss. D. meo Aldrovan-
do*, in citata *Firmana Immissionis 9. Decembris 1712.
§. quatenus coram eodem*, & in relata *Romana Im-
missionis super fructibus 3. Februarii 1716. §. qua
habita, & §. objectum coram Foscara*, ubi plures con-
cordantes, & in fortioribus terminis *Saminiat. dict.
controv. 133. num. 86. & seqq.*

Unde si restitutio fructuum proveniret ab ali-
quo facto ipsius rei, puta si alicui facta fuisset do-
natio resolvenda in casu contraventionis, & dona-
tarius in contraventionem incidisset, eo ipso, quod
donans instaret pro resolutione donationis inducta
esset mala fides in donatario benè conscio propriæ
contraventionis, & consecutivæ resolutionis dona-
tionis, & propterea absque alia productione instru-
45 menti donationis a die motæ litis constitutus dici-
tur in mala fide restitutionis fructuum causativa
*Ansald in addit. ad dict. decis 98. num. 30. Rota in
Reatina Donationis super fructibus 11. Martii 1709.
§. quod autem coram Lancetta, & in dicta Firmana
Immissionis 9. Decembris 1712. §. quatenus coram
Aldrovando*, ubi de scientia fideicommissi desum-
pta nedum a scientia contraventionis in ipsismet
contravenientibus, sed etiam ex quo aliquis repor-
46 tavit breve derogatorium fideicommissi, & de scien-
tia pariter desumpta ex supplicatione porrecta pro
impetrando breve derogatorio fideicommissi *Rota
in citata Romana Immissionis super fructibus 26. Ju-
nii 1716. §. & quamvis coram Cerro*.

Sic etiam si fieret transactio super fideicom-
misso, & paulò post promoveretur judicium im-
missionis contra possessorem, nam scientia, quam
47 haberet reus ex transactione prædicta inter partes
non controversa sufficeret ad illum condemnandum
pro restitutione fructuum a die motæ litis *Ansald.
in addit. ad citat. decis. 98. num. 29. Rot. in dict.
Romana Donationis super fructibus 27. Junii 1710.
coram Crispo*.

Econverso verò non data tali scientia certa, &
indubitata, ad restitutionem fructuum non posset
quis condemnari, nisi a die productionis jurium;
si enim hæres hæredis gravati haberet aliquam scien-
tiam fideicommissi, ex hoc non nasceretur in eo
obligatio ad restitutionem fructuum a die motæ li-
tis, quia potuit ipse dubitare, vel credere, quod
fideicommissum non adesset, vel quod bona ab eo
possessa non essent identificè eadem, quæ fuerunt
subjecta fideicommisso, vel quod possent hæredi
gravato competere detractiones, aliasque similes
exceptiones proponere, proindeque sine productio-
ne testamenti, & jurium, ex quibus possessor certò
scire posset fideicommissi existentiam, vel illius ex-
clusionem, aut derogationem eidem a Principe fa-
48 ctam, identitatem bonorum, prohibitionem, & in-
competentiam detractionum, aliaque similia, indu-
cta in eo dici non potest mala fides, quæ restitu-
tionem fructuum a die moræ litis operetur *Ansald.
in addit. ad dict. decis 98. num. 28 Rota in* citata
*Romana Restitutionis fructuum 11. Junii 1708 §. cer-
te cum seqq., & §. ast posita, & seqq. coram eodem,
& in* citata *Reatina fideicommissi de Severis 14. Ju-
nii 1709 §. siquidem coram Molines, in Romana As-
sociationis super fructibus 2. Martii 1712. §. minus-
que coram Foscaro*.

Pari modo non esset operativa scientia, quam
verisimiliter habet filius de testamento patris, vel
alterius proximi conjuncti, in quo contineretur di-
spositio valde qualificata alicujus Prælaturæ, funda-
tionis, & manutentionis conspicuæ Ecclesiæ, vel
insignis Conventus, & similis, si ageretur de indu-
cenda in reo scientia, & notitia contentorum in
dicto testamento, cum ab istius scientia etiam a-
pud omnes notoria non arguatur ad scientiam eo-
rum, quæ in testamento continentur, maximè ad
effectum præjudicialem, & damnosum inducendi in 49
reo malam fidem obligatoriam ad fructuum resti-
tutionem, ut pluribus adductis plenè *Rota in dicta
Romana Restitutionis fructuum 11. Junii 1708 §. com-
perta, & seq. coram Ansald., & in dicta Romana
Immissionis super fructibus 14 Junii 1709 §. atque
coram Lancetta*.

Atque ex his resolvitur etiam alia quæstio, an
scientia resultans ex sola indicatione jurium suffi-
ciat in subjecta materia, in qua licet regula sit,
quod ad effectum constituendi reum in mala fide
pro eo obligando ad fructuum restitutionem non
sufficiat simplex indicatio jurium absque effectiva
illorum productione in individuo *Rota in dict. Ro-* 50
*mana Restitutionis fructuum 11. Junii 1708 §. com-
perta coram Ansaldo, & in Romana Fideicommissi de
Severis 14 Junii 1709. §. siquidem coram Molines,
& in eadem super fructibus 30 Januarii 1711. §. non
obstat coram Eminentiss. D. meo Cardinali Faltonerio*.

Attamen hoc locum non habet quando cer-
tam, & indubitatam scientiam reus haberet de suo
malo jure resultante a documentis, & scripturis in-
dicatis; cum enim jurium effectiva productio uni-
cè requiratur, & ad solum finem inducendi in de-
tentore certam, & indubitatam notitiam, rem ad
se non pertinere, profectò si ab indicatione jurium 51
reus de suo malo jure instructus remanet, hoc su-
perabundat pro imprimenda in eo mala fide resti-
tutionis fructuum causativa *Rot. in dict. Reatina
Fideicommissi de Severis super fructibus 22. Junii
1712. §. non quidem, & §. qui vero, & seq. coram
Ansaldo*.

Cæterum præscindendo ab hac certa, & in-
dubitata scientia, sola indicatio jurium etiam indi-
vidualissima non est sufficiens ad constituendum
reum, & possessorem in mala fide, illumque obli- 52
gandum ad refusionem fructuum a die indicationis
jurium perceptorum, ut post plures auctoritates,
quas refert in individuo prosequitur *Rot. in dict.
Romana Restitutionis fructuum 11. Junii 1708 § cæ-
terum, & seq., & §. applicando, & seqq.* ubi quod 53
non sufficit relatio ad diem, mensem, & annum,
& Notarium de Instrumento rogatum, & in sæpe-
citata *Reatina Fideicommissi de Severis super fructi-
bus 22. Junii 1712. §. non quidem coram Ansaldo*.

In casibus verò, in quibus possessor ad resti-
tutionem fructuum non tenetur ob defectum legi-
timæ productionis, indubitatæ scientiæ, & non suf-
ficientis indicationis jurium ad eam adstringi non
potest ex eo, quod agatur de favore piæ causæ,
quia ista non inducit malam fidem in possessore,
qui non habuit notitiam suæ illegitimæ possessio-
nis ob non factam productionem, sed solum ad fru- 54
ctuum restitutionem condemnari posset possessor
vigore alienationis nullæ factæ ab Ecclesia sine be-

neplacito Apostolico, aliisque solemnitatibus, ut
distinguit Rot. post de Luc. de judic. in Mantiss. de-
cis. 19. num. 2, & egregiè in dict. Nullius, seu
Sublacen. Immissionis super fructibus 13. Novembris
1724. §. frustre item coram Cerro.

Limitatur secundo regula, quod fructus re-
stituendi sint a die motæ litis, ut non procedat
quando versamur in judicio retractus, in quo fru-
ctus non debentur actori a die litis contestatæ, imò
55 nec a die latæ sententiæ, sed solum a die facti de-
positi de pretio rei retrahendæ, ut per Text. in
l. 2. ibique Gloss. in v. oblatum Cod. de pact. inter
emptor. & venditor. Tiraquel. de retractat. lignag.
§. 15 gloss. 2. num. 15. Card. Corradin. de prælat.
q. 27 n. 7. & 8. Rot Rom. coram Dunozet. Sen. de-
cis. 205. num. 1 & seqq. Ansald. dict decis. 98. n. 36.
apud Be'du:c decis & res judic tic 5. de feud. &
emphyt. decis 3. n. 48. & n. 56. ubi quod hoc idem
56 procedit in judicio prælationis, juris offerendi, &
similibus, non verò in judicio purgationis moræ, in
57 quo sufficit sola oblatio absque actuali deposito in
odium recusantis pretium recipere, ut n. 54. & 55.
& in dict. Romane Castri Porcilieni 13. Maii 1701.
§. exordiendo, & 2. Decembris ejusdem anni §. quin
urgeet coram Lancetta.

58 Neque in judicio associationis Ansald. in addit.
ad dict. decis. 98 n. 38. Rota coram Emerix Jun. de-
cis. 476. n. 7. post de Luc. de usur. decis. 2. n. 17. & in
Romene, seu Albanen. Associationis 1. Aprilis 1707.
§. quoad restitutionem fructuum coram Priolo.

Prout nec in judicio Salviani, in quo fructus
non e die motæ, & contestatæ litis, sed solum a
59 die latæ sententiæ super immissione debentur juxta
votum magistrale bo: me: Altovit. il 9 post decis. Rem-
bold. Paulus. differt. 56. n. 208. Rot. Rom. coram Eme-
rix Jun dec. 476. n. 7. Ansald. decis. 98 n. 37. apud
Posth. de subbast. decis. 156. n. 12 post Gob. tract. var.
decis. 10. n. 22. & decis. 12. n. 10., quarum prima est
reperita coram Caprar. decis. 64. n. 24 post de Luc.
de usur. decis. 2. num. 17., & in Perusina Fideicommissi
24. Junii 1700 §. perperam coram Jacometto, 25. A-
prilis 1701. § potissimè, & §. fin. coram Lancetta,
& 22. Junii 1703. §. ulterius coram Scotto.

Non obstante quod contrarium, fructus nem-
60 pe etiam in judicio Salviani deberi a die motæ, &
contestatæ litis substinuerint Posth. resol. 123. n. 14.
Gob consult. 123. per tot. tom. 1. Camuncul. decis. Bo-
non. 22. n. 2 Rot Lucen. apud Balduce. ad Ramon. de-
cis 69. n. 28. tom. 4 & apud D. meum Audit. Celde-
ron. dict. resol. 52. num. 30 ubi plures cumulantur.
Rot. Rom. coram Buratt. decis. 558. n. 3. in recent. de-
cis. 455. sub n. 5. par. 9. & decis 291. n. 1. & 2. p. 17.

Hujusmodi enim auctoritates procedunt quo-
ties agatur principaliter ad bona, & ad vindican-
dum illorum dominium de mano rei conventi, quo
casu cum fructus veniant accessoriè ad bona, de-
bentur e die petitionis bonorum; secus si agatur sim-
pliciter ad evocandam possessionem jure pignoris,
ut actor sibi satisfaciat ex fructibus, tunc enim cum
quæstio non sit de proprietate, sed fructus ipsi prin-
61 cipaliter petantur, hoc casu eorum restitutio non
intrat, nisi a die, quo debiti declarantur, & con-
ceditur immissio, ut distinguendo unum casum ab
alio, & contrarias auctoritates declarando firmant
Gr. Spin. in Causa Florent. cons. 57. n. 13. & seq. &
cons 58. n. 9. & seq. Marcian. disp. 58. n. 16. & 19.
Paulus. dict. differt. 56. n. 208. Bonden. miscell. ju-
ridic. docum. 19 n. 2. Sanfelic. decis. 119. num. 10.
Rota Lucen. apud Dominum meum Aud. Calderon. dict.
resol. 52. sub n 36. §. fiunti, & apud Pelm. Nep. de-
cis. 98, n. 9. & seqq, bo: me: Altovit. vot. 9. num. 3. &
seqq. post decis. Rembold. Rot. Rom. coram Emerix Jun.
dict. decis. 476. n. 7. & decis. 1210. n. 11. 12. & 13.,

ubi quod procedit etiamsi tertius possessor sit hæres
debitoris, si ex alio titulo mutavit causam possi-
dendi Caprar. dict. decis. 24 n. 24. repetit. post Gob.
tract. var. dict. decis. 10. n. 22. & decis. 12. num. 10.
apud Posth. de subbast. decis. 156 n. 12. & in Perusi-
na Fideicommissi 25 Aprilis 1701. §. potissime, & seq.
coram Lancetta, & 22. Junii 1703. §. ulterius, & seq.
coram Scotta.

Quid si fructus percepti post motam litem in
proprium usum conversi sint? tali caso dic, quod 62
possessor ad illorum pretium tenetur Rota cor. Ca-
prar. decis. 86. num. 5.

Illud vero notatu dignum est, quod ea, quæ
superius dicta sunt de restituendis fructibus post
motam litem perceptis, vel eorum pretio, intelli-
gende sunt non procedere quando possessor esset
creditor, nam tunc fructus e die motæ litis per- 63
cepti compensantur cum credito, in individuo Rot.
coram Caprar. decis. 3. n. 9. & in dicte Reatina Fi-
deicommissi de Severis super fructibus 30. Januarii
1711. §. nullatenus coram Eminentissimo D. meo Car-
dinali Falconerio, in Romane, Immissionis super fructi-
bus 30. Martii 1716. §. fin. coram Crispo.

Vel si fecisset melioramenta, cum quibus fru- 64
ctus percepti lite pendente compensantur, in specie
Rot. coram Caprar. decis. 647. n. 10. post collutt. Bon-
den. decis. 33. n. 3. & in dicte Romana Immissionis su-
per fructibus 30. Martii 1716. §. fin. cor. Crispo.

Aut si eidem competerent detractiones, in 65
quas pariter dicti fructus imputantur Rota coram
Caprar. decis. 267. n. 18.

Et si credita, melioramenta, vel detractiones
ex perceptione fructuum durante lite facta, vel ex 66
quo ad manus actoris alia bona rei conventi per-
venerunt fuerint effecta illiquida, retardare non pos-
sent immissionem, nec prodesse reo retentionem
fructuum petenti, in specie Anseld. in addit. ad dict.
decis. 98. n. 39., ubi quando Judex procedere non
possit ad condemnationem, vel liquidationem eo-
rumdem fructuum, sed prius cognoscere debeat im- 67
portantiam crediti, vel detractionum, ne alias reus
ad duplicatam satisfactionem teneatur Rot. post de
Luc. de usur. dict. decis. 2. sub n. 17. post Gob tract.
var. dict. decis. 22. num. 11. in Romene, seu Tuscanen.
Manutentionis super fructibus 16. Junii 1710. § fin.
coram Molines, in Romana Domus, seu Palatii super
fructibus 10. Decembris ejusdem anni §. final. coram
Crispo, in Romana Immissionis super fructibus 27. Ja-
nuarii 1716. §. final., & 30. Martii ejusdem anni
§. firmate coram eodem.

Opportunè hic etiam sciendum est, quod pro
restitutione fructuum pendente lite perceptorum 68
non competit hypotheca, sed tantum actio perso-
nalis Rot. coram Caprar. decis. 64., num. 2. & 11.
& decis. 658. n. 3. & plurib. seqq.

Et ad hoc ut lis dicatur contestata requiritur 69
executio, & reproductio monitorii Rot. post de Luc.
de fideicommiss. in Mantiss. decis. 42. num. 7. & de-
cis. 44. num. 2.

Sed declara hoc non procedere quando agitur
cum eo, qui litem movit, cujus respectu sufficit so- 70
la expeditio monitorii Rot. post de Luc. de fideicom-
miss. in Mantiss. dict. decis. 42. n. 7.

FLO-

FLORENTINA
Fideicommiſſi
26. Julii 1603. Ex Lib. Motiv. 86. a 117.

ARGUMENTUM.

Filiorum, Deſcendentium, Succeſſorum, & ſimilium appellatione in ultimis voluntatibus veniunt etiam fœminæ ad excluſionem ſubſtituti. Contrariæ conjecturæ referuntur, & partim declarantur, partim reprobantur.

SUMMARIUM.

1 *NOmen commune filiorum, & deſcendentium comprahendit tam maſculos, quam fœminas.*
2 *Limita primo, quando teſtator proprias filias excludit, tunc enim neptes, & proneptes cenſetur excluſiſſe, & de ratione.*
Intellige quando perſona remotior conjungitur defuncto per perſonam excluſam num. 37.
3 *Affectio non cadit in incognitos.*
4 *Abſurdum intellectivum eſt reiiciendum.*
5 *Limita ſecundo cum teſtator voluit conſervare agnationem, & ex quibus agnationis ratio cenſeatur habita.*
6 *Agnatio per fœminas non conſervatur.*
7 *Limita tertio quando adeſt Statutum fœminarum excluſivum.*
8 *Statutum fœminarum excluſivum non alia ratione cenſetur conditum, quam ut bona in agnatione conſerventur, & num. 39.*
Contra num. 42.
9 *Limita quarto, quando teſtator una cum eadem verborum determinatione bona Emphyteutica, ad quæ fœminæ aſpirare nequeunt, & bona, quæ fideicommiſſo ſubjecit inter maſculos diviſit.*
10 *In ultimis voluntatibus teſtatoris voluntas tacita operatur quantum expreſſa, & de rat. n ſeq.*
11 *Teſtator id præſumitur voluiſſe, quod interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet.*
12 *Fœmina tam ex jure antiquo, quam noviſſimo, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento admittuntur ad hæreditatem.*
13 *Appellatione* filiorum *veniunt etiam fœminæ.*
14 *Præſertim in ultima voluntate.*
15 *Et an ex proprietate verborum, vel ex interpretatione.*
16 *Et ab hac opinione recedi nequit niſi de contraria teſtatoris mente evidenter appareat.*
17 *Item appellatione* ſucceſſorum *veniunt etiam fœminæ.*
18 *Item appellatione* deſcendentium.
19 *Amplia ut veniant, & deſcendentes ex ipſis fœminis.*
20 *Agnationis conſervandæ ratio non cenſetur habita quando propinqui, proximiores, deſcendentes, ac agnati vocantur ſub nomine communi.*
21 *Agnationis ratio non expreſſa non eſt in conſideratione, & num. 23.*
22 *Nec ejus tacitus favor ſufficit ad inducendum fideicommiſſum.*
24 *A ratione conſervandæ agnationis non bene arguitur ad excluſionem fœminarum, cum talis ratio expreſſa non eſt, & num. 45.*
25 *Fœmina ex linea maſculina, dum vivit, dicitur agnata.*
Maximè prius quam nubat num. 27.
Et quando non conſtat evidenter teſtatorem noluiſſe conſervare bona in familia maſculina, ad quam aliquo certo ſigno ſe reſtrinxerit n 28.
26 *Cautela pro excluſione fœminarum a fideicommiſſis favore agnationis inductis eſt vocare maſculos deſcendentes ex maſculis.*
29 *Fœmina in familia nupta dicitur agnationem conſervare.*
30 *Filia non dicitur poſita in conditione ad excluſionem ſubſtituti ex l.* cum avus, *cum excluditur a Statuto ſtantibus maſculis.*
Contra num. ſeq.
31 *Declara primam opinionem procedere, quando filia excluderetur per patruos ab hæreditate patris.*
32 *Et e contra non procedere cum hæres a patre gravatus filiam ab inteſtato excluſam inſtituit, & de ratione.*
34 *Res alienari prohibita poteſt per teſtamentum relinqui ei, qui eſſet ab inteſtato ſucceſſurus.*
35 *Prohibitio alienationis niſi inter vocatos habet inter illos vim expreſſæ licentiæ.*
36 *Stante hac licentia poteſt hæres per ultimam voluntatem diſponere.*
38 *Inſtitutio maſculorum, & excluſio fœminarum non eſt ſufficiens conjectura ad oſtendendum agnationem fuiſſe contemplatam, niſi aliis concurrentibus conjecturis, de quibus ibidem.*
40 *Teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare Statuto municipali.*
Declara ut num. 47.
41 *Hujuſmodi conjectura levis eſt, & de facili ab ea receditur.*
42 *Agnationis conſervandæ ratio in Statuto fœminarum excluſivo non eſt finalis, & præciſa, ſed tantum motiva, & impulſiva, & n. 44.*
43 *Dicens unicam rationem in Statutis tenetur probare, cum plures præſumantur.*
46 *Excluſio fœminarum ex præſumpta conformatione Statuto non habet locum favore maſculorum, qui ſunt extra gradum a Statuto conſideratum.*
48 *Determinatio reſpiciens plura determinabilia ea pariter determinat.*
49 *Limita quando adeſt diverſa ratio.*
50 *Fœminæ ſunt inhabiles ad emphyteuſim Eccleſiaſticam.*
51 *Conjectura idealis non eſt admittenda.*
52 *Excluſio fœminarum a bonis paternis propter agnatos longe diſtantes admitti non debet, niſi evidentiſſimè fideicommittentis voluntas probetur.*
53 *In concurſu conjecturarum illa præferuntur, quæ pro ſe habent proprietatem verborum.*
54 *Conjecturæ manifeſtæ requiruntur ad conjecturandam mentem teſtatoris contra verborum ſignificationem*
55 *Conjecturæ pro inducendo fideicommiſſo debent eſſe legis, non hominis.*
56 *Item debent eſſe concludentes, & neceſſariæ.*
57 *Ad inducendam contemplationem agnationis non ſufficit unica conjectura.*
58 *Voluntas teſtatoris conjecturis fit manifeſta.*
59 *Sed hujuſmodi conjecturæ debent eſſe urgentes, non leves, ac frigidæ.*
60 *Conjecturæ ſolum proſunt, quando unaquæque eſt de per ſe perfecta.*
61 *In dubio pronunciandum eſt pro eo, qui habet regulæ aſſiſtentiam.*
62 *In dubio facienda eſt interpretatio contra probantem, licet in materia favorabili.*
63 *Probatio dubia non relevat.*
64 *In dubio judicandum eſt pro eo, qui habet regulam negativam.*
65 *Item pro ea parte, quæ rem reducit ad jus commune.*
66 *Item pro poſſeſſore.*
67 *Item pro reo, licet probationes actoris excederent probationes rei.*
68 *Item pro non exiſtentia fideicommiſſi.*
69 *Item pro tractantibus de damno vitando contra tractantes de lucro captando.*

70 *Fideicommissum reciprocum non inducitur ex prohibitione alienationis inter cohæredes ordinata, & de ratione.*

71 *Et an saltem adsit fideicommissum passivum favore liberorum.*

72 *Fideicommissum ex prohibitione alienationis resultans an censeatur inductum in casu contraventionis, vel etiam in casu mortis.*

73 *Et quid stantibus verbis* in perpetuum, *& similibus.*

DECISIO XXXII.

In Causa Casali, e Casali.



Dominicus senior de anno 1517 suum condidit testamentum, cum quo decessit, in eoque hæredes universales instituit filios suos legitimos, & naturales sub his verbis: *In omnibus autem aliis suis bonis, instituit, fecit, & esse voluit ejus hæredes Antonium, Andream, & Petrum ejus filios legitimos, & naturales natos ex se, & Domina Appollonia ejus prima uxore, & quemlibet eorum, & cujuslibet eorum filios legitimos, & naturales, & descendentes ex eis usque in infinitum, & eos, & quemlibet eorum ad invicem, & vicissim substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, prohibent dictus Testator dictis ejus filiis, & descendentibus filiis ex eis in perpetuum, & de linea ipsius Testatoris usque in infinitum alienationem suorum bonorum in divisione per ipsum Testatorem facta comprehensorum, & nominatorum, & voluit, & disposuit, quod dicta prohibitio extendatur usque in infinitum successorum in gradu filiorum, ac successorum dicti Dominici.* Verba autem divisionis ita sonant — *Item proibì detto Domenico a detti suoi Figliuoli l'alienazione di tutti li soprascritti beni posti nel detto Piano di Doccia con suoi vocaboli, e confini, e volle che nessuno di detti suoi figliuoli, e descendenti in infinito possino alienare ad alcuna persona, tanto cittadina fiorentina, quanto ad altri paganti le gravezze in Firenze, eccetto che fra di loro medesimi fratelli, e descendenti di loro in infinito, ma solamente possino, come è detto, alienare fra di loro in tutti i modi, che saranno d'accordo, e non altrimenti; ma volle, che tali beni a loro s'appartenghino come usufruttuarj di detti beni, e quanto al dominio della possessione volle, che sia ancora di quelli, che hanno a nascere de' suoi figliuoli, e nipoti, e descendenti in infinito, e di suo sangue* — modo Dominicus Simonis, & Petrus Francisci Actores per mortem ultimo loco secutam in personam Dominici junioris patris Dominæ Mariettæ reæ conventæ petierunt eamdem condemnari ad dimittendum, & relaxandum omnia bona supposita fideicommisso inducto per dictum Dominicum seniorem, ac per eamdem Mariettam possessa ex testamento sui patris; pariter petierunt eam condemnari ad dimittendum, & relaxandum quædam bona livellaria condocta in emphytheusim pro linea masculina a Curia Archiepiscopali Civitatis Florentiæ per memoratum Dominicum usque de anno 1507.

Ex proposita facti specie dubitari contingebat, 1
an D. Marietta, tamquam fœmina censeretur vocata, & comprehensa in fideicommisso, de quo supra. Porrò ipsa intentionem suam fundatam habebat in regula illa, quod nomen commune comprehendat tam masculos, quam fœminas, & ob id excludere posse substitutos prætendebat, prout in specie responderunt *Corn. cons.* 230. *num. 6. vers. ne verbum liberis lib.* 2. *Jason consil.* 142. *colum.* 4. *vers. tertio moveor, & vers. undecimo lib.* 3. *Curt. Jun. cons.* 49. *n.* 4.

A qua tamen regula pluribus conjecturis, & præsumptionibus Actores recedere nixi sunt.

Prima enim erat, quod testator exclusit pro- 2
prias filias, eis præferendo substitutos, ergò multò magis hoc dicendum veniebat in neptibus, seu pronepotibus argum. *l. si viva matre C. de bon. matern. l. publius §. fin. ff. de condit. & demonstr.* alias resultaret absurdum, quod testator ipse magis dilexisset neptes, seu pronepotes existentes in remotiori gradu, & non visas, ac cognitas, quod proprias filias, nam affectio non cadit in incognitum 3
Bald. in l. Lucius ff. de hæred. instit. absurdum enim 4
intellectivum rejiciendum est *l. nam absurdum ff. de bonis libertorum* cum vulgaribus.

Secunda fuit, quod testator voluit conser- 5
vare agnationem, prout colligebatur ex institutione masculorum, exclusione fœminarum, ex prohibitione alienationis, ac ex verbis prolatis ab ipsomet testatore, quæ verba *in infinitum, in perpetuum* significabant conservationem agnationis; nec alia ratio omnimodo reddi poterat, quam agnationis, meritò igitur pro expressa haberi debet *l. quamvis*
ubi gloss. C. de fideicomm. sed agnatio non conserva- 6
tur per fœminas, quia nubendo transeunt in alienas familias, ita *Raphael Fulgos. Cast. in l.* 1. *C de condit. insert. Cuman. cons.* 117. *Soccin. inter consil. Curt. Sen. cons.* 40. *Dec. consil.* 25. *& cons.* 370. *Decian. cons.* 9. *n.* 6. *lib.* 3. *Bursatt. cons.* 302. *n.* 23. *lib.* 3. latissimè habetur per *Rimin. Jun. cons.* 244. *n.* 71. *lib* 4. *& cons.* 481. *sub n.* 58 *& cons.* 347. *n.* 28.

Tertia adducebatur conjectura Statuti, quo 7
cavetur, quod stantibus masculis fœminæ non succedant, in quo sanè casu sub nomine communi, puta liberorum, proximiorum, descendentium, & successorum non comprehenduntur, nec veniunt fœminæ ad substituti exclusionem, sicuti hanc conjecturam in specie probarunt *Alex. cons.* 38. *num.* 7. *lib.* 6. *Rimin. Sen. cons.* 185. *n.* 35 *lib.* 1. *Crot. cons.* 48.
n. 44. *vers.* 3. *probatur*, & hoc Statutum non alia 8
ratione conditum censetur, quam, ut bona conserventur in agnatione, & familia, sicut scripserunt *Soccin. Jun. cons.* 1. *n.* 44. *& cons.* 10. *n.* 21. *& consil.* 118. *n.* 6. *lib* 2. *& cons* 9. *n.* 9. *lib* 2. *Cravett. consil.* 180. novissimè *Surd. cons.* 443. *n.* 38. *in fin. lib.* 3.

Quarta, & fortior desumebatur conjectura exclusionis fœminarum ex eo, quia testator in divi- 9
sione, & assignatione bonorum per ipsum facta inter suos filios promiscuè, & absque distinctione aliqua, sed sub una, ac eadem verborum determinatione divisis inter filios suos masculos tam bona emphyteutica, quam bona fideicommisso supposita; nam sicut ad emphyteutica fœminæ non poterant aspirare, nam dicebatur ejusdem intentionis fuisse testatorem, quod fœminæ bona fideicommissaria consequi non possent, quod tum apparebat si non expressè, saltem tacitè, cum in ultimis voluntati- 10
bus operetur voluntas tacita, & conjecturata, quantum expressa *l. cum proponeretur ff. de leg.* 2. *Menoch. cons.* 95. *n.* 32. *& 33.* nam alias si testator de

hoc

11 hoc caſu interrogatus fuiſſet, utique ſimiliter idem
ſtatuiſſet juxta gloſſ. in l. tale pactum §. fin. ff. de
pact. l. Titius §. Lucius ubi Bart. & alii ff. ad Tre-
bell. Juſon conſ. 14. n. 28. lib. 2. Guid Pap. deciſ. 531.
verſ. alia eſt. Becc. conſ. 105. n. 33. Decian. conſ 44.
n. 11. lib. 3. latiſſimè habetur per Ant. Gabr. in tit.
de reg. jur. concluſ. 10.

Cæterum diligentius inſpiciendo voluntatem,
verbaque ipſius teſtatoris, contraria ſententia nobis
de jure verior, humaniorque viſa fuit, nempè quod
fœminæ dicantur de vocatis, & comprehenſis in te-
ſtamento, de quo agitur ex pluribus rationibus,
& fundamentis.

Et primo quia fœminæ admittuntur ad hære-
12 ditatem, tam per legem antiquam 12. Tabularum,
quam per novas Juſtiniani ſanctiones, & hoc tam ab
inteſtato, quam ex teſtamento, prout ita diſpoſitum
eſt in l. ultim. Cod. de ſuis, & legitim. §. ultim. inſtit.
de hered. quæ ab inteſtat. deferuntur, §. cæterum
verſ. verò inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. l. legi 12 ta-
bularum C. de legit. hered. §. conſequens §. hæc autem
in auth. de hered. ab inteſtat. ſiquidem hodie ſubla-
ta eſt omnis ſexus differentia in ſucceſſionibus de
jure communi l. maximum vitium C. de liber. præter.
§. ſed noſtra inſtit. de exhered. liber.

Secundo quia D. Marietta habet pro ſe pro-
13 prietatem verborum, quibus uſus fuit teſtator tam
in teſtamento, quam in diviſione bonorum facta in-
ter filios, nomina enim illa quibus uſus eſt, nempe
filiorum, ſucceſſorum, & deſcendentium ſui ſan-
guinis apta ſunt comprehendere etiam fœminas. Nam
quod appellatione filiorum veniant fœminæ, non
ſecus ac maſculi probatur ex l. juxta, l. liberorum
§. fin. l. quiſque ff. de verb. ſignific. l. ſi quis ita ff.
de teſtam. tut. l. ſi ita ſcriptum ff. de legat. 2. Dec.
in l. fœmina num. 101. ff. de reg. jur. Burſat. plene
conſ. 157. n. 45. lib. 2., quod potiſſimum procedit
in ultima voluntate Gozad. conſ. 89. in princ. Dec.
conſ. 414 & 570. Soccin. Jun. conſ. 100. n. 3. lib. 3.
Cephal. conſ. 45 n. 10. Roland. conſ. 93. n. 3. & ſeq.
lib. 2. Pariſ. conſ. 10. n. 3. lib. 2. Ruin. conſ. 142. n. 1.
& conſ. 146. n 1. lib. 2., & ita firmat Ant. Gabr. tit.
de verbor. ſignific. concluſ 6. quibu. ... edit T'raq.
de retract. conſang. §. primo gloſſ. 9. ... Auguſt.
conſ. 64. n. 2. lib. 6. Menoch. conſ. 496. n. 28. & 37.
Alciat. in l. inter ſtuprum § fin. ff. de verb. ſignific.
noviſſimè Peregrin. de fideicomm. art. 25. n. 1. & 2.
15 & hoc locum habere videtur etiam ex vi, & pro-
prietate verbi, ſecundum Rot. Bononien. inter conſ.
Marzar. conſ. 8. n. 7. Theſaur. deciſ. 269. n. 11. De-
cian. conſ. 1. n. 27. lib. 2. licet aliqui dicant per in-
16 terpretationem extenſivam, ſed quidquid ſit ab
hac interpretatione, ſive propria, ſive per legis in-
terpretationem non eſt recedendum, niſi de con-
traria mente teſtatoris evidenter, ac indubitanter
appareat l. 1. C. de condit. inſert. ibi ſi alia voluntas
defuncti evidenter probetur -- Corn. conſ. 230. n. 6. in
fin. lib. 3. Gabr. conſ. 97. n. 12. lib 1. Decian. conſ. 1.
17 n. 43. uſque ad n. 58. lib. 2., ſic etiam quod appel-
latione ſucceſſorum veniant tam maſculi, quam fœ-
minæ, probatur in l. hæredis appellatione ff. de verb.
ſignific. & in l. ex facto §. fin. ubi Doctores ff. ad
Trebell. & in l. 3. Cod. de legit. hered. Mantic. de
conject. ultim. volunt. lib. 8 tit. 11. n. 5 Pariter,
18 quod & deſcendentium appellatione veniant tam
maſculi, quam fœminæ probatur ex l. fin. C. de ſuis,
& legit. Alex. conſ. 160. lib. 2. Gozad. conſ. 20. n. 7.
& 8 Dec. conſ. 223. n. 2. & conſ. 364 n. 1. & conſ. 413.
n. 11. Cephal. conſ. 312. n. 1. & conſ 386 n. 11. Simon
de Pret. conſ. 163. n. 50. cum ſeq. Burſat. conſ. 157.
n 45. lib. 2. Decian. conſ. 41. n. 1. lib. 1.

Nec dubitari poteſt quin ſub illis verbis -- e de-
19 ſcendenti di loro ſangue -- contineantur etiam fœminæ,
ac earum filii, ut in puncto firmat Joan. de Pla-
tea in l. vacantia C. de bonis vacant. lib. 10. Beraut
conſ. 110. num. 40. lib 2. deſcendentes enim dicun-
tur uſque in infinitum tam maſculi, quam fœmi-
næ, & qui ex his progeniti ſunt teſte Mantic. de
conject. ultim volunt. lib. 8. tit. 11. n. 1.

Tertio coadjuvatur opinio in favorem mulie-
ris per nos ſupra firmata ex eo, quia non poteſt
dici, quod teſtator voluerit bona in ejus agnatio-
ne, & familia conſervari; Planè quando proximio- 20
res, vel propinqui, ſeu deſcendentes, ac agnati
vocantur ſub nomine communi, prout accidit in
propoſito noſtro, tunc non cenſetur habita ratio
conſervandæ agnationis, ita Alex. conſ. 115. n. 9.
verſ. tertio non poteſt lib. 2 quem ſequitur Ja. Gut-
tier. Hiſpan. conſ. 13. num. 25. & clarè poſt Decium,
quem citat Cravett. conſ. 280. num. 4. Burſat. conſ. 1.
n. 34. Pedroch. conſ 5. n. 162. His accedit, quod a- 21
gnationis ratio non expreſſa non eſt in conſidera-
tione ex traditis per Aret. conſil. 27. Alex. con-
ſil. 97. col. fin. lib. 2. Juſon. conſ. 250. col 2. lib. 2. &
eſt communis opinio, ut teſtatur Anchoran. Jun.
quæſt. 21. n. 5. lib. 3., & quod favor agnationis non
conſideretur, niſi ejus expreſſa ſit facta mentio te-
net Cephal. in conſ. 517 n. 54., nec ejus tacitus favor 22
ſufficit ad inducendum fideicommiſſum, ut idem
probat Cephal. conſ. 401. num. 39. Rimin. Jun. con-
ſil. 233. n. 20 In dubio agnationis ratio non præ- 23
ſumitur, quando non eſt expreſſa, nec infertur ex
conjecturis, ſicuti probat idem Cephal. conſ. 600.
num. 36., & quod non arguatur favor agnationis,
niſi is ſit expreſſus, poſt multos quos allegat fir-
mat Pedroch. conſ. 19 num. 40. Minus alienationis
prohibitio repugnat vocationi fœminarum, ut ibi
per Pedroch. Profectò a tali ratione conſervandæ 24
agnationis non licet arguere ad excluſionem alicu-
jus perſonæ, quando talis ratio non eſt expreſſa,
ut inquit Bart. in l. liberorum col fin. ff. de verbor.
ſignificat. Alex. conſ. 97. circa fin. verſ. nec obſtat ul-
timum argumentum lib. 2. quos referendo ſequitur
Decian. conſ. 1. n. 175. lib 2.

Præterea & quarto loco, dato, & non conceſ- 25
ſo, quod teſtator voluiſſet conſervare ſuam agna-
tionem, & ad eam reſpectum habuiſſet, nihilomi-
nus fœmina deſcendens ex linea maſculina, prout
deſcendit Domina Marietta, dicitur & ipſa agnata
ita Bald. in l. ſi defunctus n. 2. C. de ſuis, & legit.
Corn. in l. voluntas C. de fideic. probatur in l. pro-
nunciatio ff. de verbor. ſignific. in §. cæterum inſtit.
de legit. agnat. ſucceſſ, & tradit Purpurat. con-
ſil. 409. n 5. Alciat. conſ. 69. num. 3. Pariſ. conſil. 35.
n. 4. lib. 3. Soccin. Sen. conſ. 227. pr. dub. col. 9. verſ.
primo eſt. Alex. conſ. 56. n. 4 lib 2. Decius conſ. 287.
n. 11. Soccin. Jun. conſ 49. n. 10. lib 1. & conſ. 2. n. 14.
& ſeq. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 63. n 16. & 17. Curt.
Jun. conſ 49. n. 6 & conſ. 172. n. 3. Ruin. conſ. 153.
n. 9. lib 2. Card. Zabar. conſ. 191. n 1. & ſeq. De-
cian. conſ. 7 n. 30. lib 1. Hieronym. Gabr. conſil. 195.
n. 7. lib 1. Joan. Dilect. de arte teſtandi tit. de ſub-
ſtit cap. 2. ubi dat cautelam, quod ſi teſtator vult 26
excludere fœminas ab his fideicommiſſis ordinatis
favore agnationis, & familiæ, dicat in ſpecie de
maſculis ex maſculis deſcendentibus, ſequitur Man-
tic. conſ. 116. num. 41. & 42. Cephal. conſ 34. num 41.
& conſ. 53. n. 85. & ſeq. Decius conſ 287. n. 11.

Et quamvis dici ſoleat, quod agnatio non con-
ſervetur per fœminas, hoc tamen non habet locum 27
earum vita durante, & quando nondum filia eſſet
nupta, ita Soccin. Jun. conſ. 10. n. 14. lib. 2. Bur-
ſat. conſ. 228 n. 90 lib. 3. Cephal. conſ. 53. num. 97.
& conſ. 134 n. 47. Ruin. conſ 153. n. 9. lib. 2. Go-
zad. conſ. 34. n. 15. Ant. Ciof. conſ. 8. n. 26. & 27. &
conſ. 84. n. 1. & 2. p. 2. Item ſupradicta procedunt, 28
quan-

quando evidenter, & clatè constat testatorem voluisse bona conservare in familia ipsa masculina, ad quam aliquo certo signo se restrinxit, quod non fecit in casu nostro, ita declarat *Menoch. cons.* 197.
29 *n.* 66. *lib.* 2., additur, quod si contingeret memoratam Dominam Mariettam collocari Matrimonio alicui ex eadem familia, satis diceretur conservari familiam ipsam, quemadmodum in terminis respondet *Cravett. cons.* 636. *num.* 20. *vers. secundo*, ubi recenset hujus esse opinionis *Angel. consil.* 283. *n.* 3. *in fin. Soccin. Jun. inter cons. Bruni cons.* 10. *n.* 6. & 10. *Alb. cons.* 16. *n.* 5. & *cons.* 17. *n.* 1. idem sentit *Paris. cons.* 1. *n.* 58. 59 & 60. *lib.* 3.

Nec supradictis repugnare videtur si dicatur,
30 quod filia non dicitur posita in conditione ad exclusionem substituti juxta *l. cum avus ff. de condit. & demonstrat.* quando fœmina excluditur a Statuto stantibus masculis, sicuti docuit *Castr. cons.* 409. *lib.* 2., quem secuti sunt *Corn. consil.* 145. *in fin. lib.* 1. & *consil.* 124. *colum.* 5. *versic. et idem alias lib.* 2. *Soccin. Jun. cons.* 168. *num.* 72. *vers. non obstat lib.* 2 *Brunus in tract. quod stantibus masculis fœmina non succedant art.* 5 *num.* 29.

31 Nam respondetur primò a prædicta opinione validis admodum rationibus, & argumentis dissentire *Socin. in l. cum avus n.* 95. *ff. de condit. & demonstrat. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. Corn. consil.* 91. *col.* 2. *lib.* 1. & *cons.* 202. *columu.* 5. *lib.* 2. *Soccin. Jun. cons.* 158. *num.* 50. *lib.* 2. *Torniell. in §. cum ita n.* 154. *Decian. cons.* 60. *n.* 29. *lib.* 3.

32 Respondetur secundò ex sententia, & doctrina *Alex. cons.* 38. *lib.* 6. & *Soccin Jun. cons.* 55. *col.* 5. *vers. sed consulente*, *lib.* 3. ac etiam *Ruin. cons* 143. *n* 14 *lib.* 1. prædictam traditionem procedere quando filia esset per Statutum exclusa ab hæreditate, & successione patris sui per patruos, quod non contingit in proposito, ex quo Statutum Florentinum non excludit Dominam Mariettam a successione patris sui per transversales ferè in octavo gradu existentes.

33 Tertiò respondetur, quod prædicta traditio *Castrensis*, & sequacium non habet locum quando filius ipse hæres gravatus a patre testatore instituit filiam, alioquin a Statuto ab intestato exclusam, nam tunc substitutus excluditur. Ita sanè scripserunt *Soccin. in dict. l. cum avus n.* 96. *versic. sed iterum*, & *in §. cum ita col. ult & in cons.* 182. *lib.* 2 *Corn. cons* 202. *num.* 11. *lib.* 3. *Ruin. cons.* 143. *n.* 15. & *cons.* 152. *n.* 3. *lib* 2. *Brun. tractat quod stantibus masculis art.* 5. *n.* 36. *Decian cons.* 60 *n.* 24.
34 & 30 *lib.* 3. siquidem quod non obstante prohibitione alienationis possit per testamentum relinqui res prohibita alienari ei, qui ab intestato fuisset successurus, firmavit *Imol. in l. si ita quis §. ea lege in fin.* ubi *Jason n.* 44. *ff. de verbor. obligat. Alex. cons.* 56. *n* 6. *lib.* 1 *Ruin. cons.* 92. *n.* 28. *vers. et qua casa lib.* 3. *Rub. Alexan. cons* 27 *n.* 31. *versic. at licet*, *Soccin. Jun. cons.* 227. *n.* 8. *versic. ex quibus infertur lib.* 2. *Decian. cons.* 31. *n.* 135. *lib.* 1. & probatur ex *l. cum pater §. cum inter ff. de legat.* 2. & *l. pater §. Julianus Agrippa* ubi *gloss. ff. de leg.* 3.
35 & id facilius in terminis nostris permissum fuisse credendum est stante licentia concessa ab ipso testatore alienandi solummodò inter ipsos vocatos; Quoniam verba illa -- *nisi inter se ipsos* -- posita post denegatam potentiam, vim habent expressæ concessionis ex communi ferè omnium opinione, ita *Bart. in l. si eum §. iniuriarum ff. si quis caution.* & *in l actione* ubi *Alex. Jason.* & *Dec. C. de transact.* & *in l. de quibus §. quidam Titia ff. de condit. & demonstrat. Alex. cons.* 83. *col.* 2. *lib.* 5. *Jason cons.* 173. *sub n.* 10. & 16. *lib.* 2. *Dec. cons.* 532. *n.* 1. *Bellam. in cap. fin. n.* 3. *extr. de ord. cognit. Soccin. Jun. consil.* 163. *n.* 36. *lib.* 2. *Grat. cons* 126. *n.* 29 *lib.* 2 *Ruin. cons.* 132. *n.* 1. *lib.* 2. & *cons* 121. *lib.* 3 *Paris. consil* 30. *n.* 35. *lib.* 2. *Bero. cons* 84. *num.* 36 *lib.* 2. *Decian. cons* 41. *n* 88 *lib.* 2. & *cons.* 78. *n.* 5. & 12. *lib.* 3. *Surd. cons.* 15. *n.* 1. & 3 *Menoch. cons.* 327. *n.* 105. & *cons.* 356. *n.* 9, quibus sic stantibus licuit hæredi de 36
bonis disponere per viam ultimi judicii *l. ex hoc edicto §. alienari ff. de alienat. judicii mutandi causa facta*, *l sicut §. venditionis ff. quibus mod. pign. vel hypoth. solvatur l. si quis prioris §. tertium C. de secund. nupt. Bart. in l si ita quamvis §. in lege n.* 7. *ff. de verbor. obligat. Jason in auth. res quæ num.* 5. *C. commun. de legat. Bald. cons.* 358. *lib.* 1. & *cons.* 253. *lib.* 3. *Soccin. cons.* 96. *n.* 16. *lib.* 4. *Alex. cons.* 55. *n.* 6. & *cons.* 189. *n.* 11. *lib.* 2. & *cons.* 226. *num* 7. *lib* 6. qui loquitur in patre permittente filiis alienationem in casu ubi præcedebat fideicommissum. *Paris. cons.* 25. *n.* 7. & *cons.* 74. *n.* 23. *lib* 2. *Ruin. cons.* 76. *n.* 10. & *cons* 112. *n.* 10. & *cons.* 115. *n.* 9. & *cons.* 152. *n.* 30. *lib.* 2. *Curt. cons.* 63. *n.* 19. *Vasq. de success. creat. lib.* 1. §. 10. *n.* 91. *Cravett. cons.* 712. *n.* 6 & *seq. Ancbar. Jun. quæst.* 12. *lib* 1. *Hieronym. Gabr. cons.* 125 *n* 16. *lib.* 1. & *cons.* 99. *n.* 9 & 22. *lib.* 1. *Surd. cons* 10. *n* 12. & *cons* 213. *n.* 4. *Menoch. cons.* 210. *n.* 6. & *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 188 *n.* 5. & 8.

Universis autem difficultas præsentis causæ consistit in remotione contrariorum, quibus confutatis quæstio ipsa splendidissima fiet.

Dum enim primò dicebatur, quod sicut testator exclusit proprias filias, nec non neptes ad favorem substitutorum, multò magis dicendum esset voluisse excludere proneptem remotiorem, & incognitam, ac minus dilectam ad favorem eorumdem substitutorum, juxta doctrinam *Angel. in l. si viva matre C. de bon. matern.*, & ita videmus Doctores ubique arguere in hac materia loquentes, ex quo resultare videtur testatorem velle conservari bona sua inter masculos favore familiæ, & agnationis suæ secundum *Grat. consil.* 5. *num.* 19. *lib.* 2. *Rip. in l.* 1. *n.* 9. *C. de pact. Alb. cons.* 87. *n.* 14. *Cephal. cons.* 137. *n.* 11. & *seq. Ruin. cons* 188. *num.* 10. *lib.* 2. *Soccin. Jun. cons.* 158. *n* 26. *cum seq lib* 2. & *cons.* 119. *n.* 10. *cum seq. lib.* 3. *Menoch. cons.* 95. *num.* 28. *cum pluribus seq.*

Ad hoc enim argumentum responsum fuit, 37
quod dispositio *dict. l. si viva matre* procedit quando persona remotior conjungitur defuncto per personam exclusam, quod non erat in proposito nostro ita *Ruin. cons.* 143. *num* 9. *lib* 1. *Cephal. consil* 46. *n.* 36. & *cons.* 484. *num.* 59. *Rimin. Jun. consil* 358 *n.* 183 & 184. *Becc. cons* 107. *num.* 2. *Bero. cons.* 93 *num.* 38 & 39. *Tobias Nonius cons.* 29 *sub num.* 24. idem *cons.* 36. *n.* 3. *cum pluribus aliis seqq.* & huic objecto pluribus modis, ac pleuissimè satisfaciunt *Rot Ponbn. inter cons. Marz. cons.* 8. *n.* 7. *usque ad n.* 12. *Decian. cons.* 5. *n.* 186. *usque ad n.* 198. *lib* 2. *Menoch. cons.* 327. *n* 78. & 79. *Pedroch.* novissimè *cons* 5. *n.* 148. *cum seqq.*

Ad secundum verò objectum, dum arguebatur 38
agnatio ab institutione masculorum, & exclusione fœminarum, responsum fuit, quod hæc conjectura non est sufficiens ad ostendendum habitam fuisse rationem agnationis conservandæ, ut per *Mantic. in tract. de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 14. *n.* 7. & per *Hieronym. Gabr. cons.* 97. *n.* 6. *vers. tertium argumentum lib.* 1. nisi ulterius quoque concurrat, quod substituti sint descendentes, non autem transversales, & quod vigeat in foro Statutum exclusivum fœminarum per superexistentiam ipsius substituti, vel ab hæreditate ultimi morientis, vel saltem ab hæreditate testantis, ut tradunt

Docto-

Doctores relati per *Menoch. consil.* 95. *num.* 63. *&*
conf. 154. *num.* 14. *Tob Non. conf.* 36. *num.* 14. *Cephal.*
conf. 306. *Burs. conf.* 132. *lib.* 1. *& conf.* 300. *num.* 24.
vers. quarto testantibus lib. 3. *Bero. conf.* 112. *n.* 27.
& 28. *lib.* 2. *Grat. conf.* 111. *num.* 29. *& seqq. lib.* 2.
Gozzad. conf. 89. *n.* 5. *& sub n.* 13. *vers. sed mili-
tant*, at hæc non verificantur in terminis nostris.

39 Tertium autem fundamentum, quod actores
sumebant a Statuto Florentino fœminarum exclu-
sivo, ex pluribus removebatur, putabant enim
Statutum hac sola ratione conditum fuisse, nempè
ut conservaretur favor agnationis per masculos, &
ab hac unica, & sola ratione conservandæ agna-
tionis, licet non expressa, argui posse videbatur
eis, secundum *Cast. conf.* 334. *lib.* 1. *Alexan. con-
sil.* 89. *num.* 6. *lib.* 6. *Dec. conf.* 333. *colum.* 4. *versic.* 4.
*& ultimo. Brun. in tract. quod stantibus masculis ar-
tic.* 3. *n.* 15. 16. *&* 17. *Lauren. de Palatiis in tractat.
extins. fœminarum n.* 136. *Decian. conf.* 31. *num.* 85.
40 *lib.* 1. Et quod testator censeretur voluisse se con-
formare cum dispositione Statuti tradunt Doctores
in *l. heredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.*

41 Sed respondebatur primò, quod hujusmodi
conjectura, quod testator voluerit se conformare
cum dispositione Statuti levis est, & de facili ab
ea receditur, ut firmat *Cravett. consil.* 180. *num* 2.
idemque probat *Alciat. conf.* 632. *n.* 1.

42 Secundò dicebatur, quod ratio conservandæ
agnationis in eo Statuto non est finalis, & prævi-
sa, ita quod ex alio Statuentes moveri non potue-
rint, sed est tantum motiva, & impulsiva, ut per
43 *Aret. conf.* 27. *num.* 3. nam qui vult dicere esse uni-
cam rationem in Statutis tenetur probare, cum plu-
res præsumantur *Alciat. in pr. regul. præsumpt.* 24.
Grat. conf. 26. *n.* 30. *Anchar. Jun. quæst.* 66. *num.* 13.
p. 2. *Gozzad conf.* 104. *n.* 19., *Jason in l. si servi ve-
stri C. de nuptiis. Alex. in l. si constante ff. solut. ma-
trimon.* & Statutum Florentinum vocat etiam fœ-
minas in certo casu, ut ibi est videre. Et in pun-
cto Statuti Florentini, quod non sit sola, & uni-
44 ca ratio favor agnationis tenet *Lapus allegat.* 111.
quem refert, ac sequitur *Decian. conf.* 1. *n.* 175. *lib.* 1.

45 Tertiò dictum fuit, quod ubi ratio agnatio-
nis non refertur expressa, sed tacitè ex conjectu-
ris colligitur, ut in casu nostro, quod tunc a tali
ratione tacita, & conjecturata non licet arguere
ad exclusionem alicujus personæ, quæ in disposi-
tione, & propria verborum significatione compre-
henditur, ita post *Bart. in l. liberorum in fin. ff. de
verbor. significat.* tradunt *Alex. consil.* 80. *num.* 7.
lib. 1. *Paris. conf.* 41. *n.* 73. *&* 82. *lib.* 2. *Soccin. Jun.
consil.* 13. *num.* 34. *lib.* 3. *Hieronym. Gabr. consil.* 97.
n. 33. *& seqq. lib.* 1. *Dec. conf.* 287. *n.* 7. idem *Gabr.
conf.* 100. *n.* 32. *lib.* 2. *Menoch. conf.* 243. *n.* 9. novis-
simè *Handed. conf.* 37. *n.* 67.

46 Quartò, & melius resolutum fuit objectum
de quo supra, nempè quod procedere potuisset si
fœmina per remotiores in octavo gradu exclusa ab
intestato fuisset. Quo circa cum hoc non sit ve-
rum in proposito, dubio procul ipsa admittenda
est ad hereditatem defuncti, & facit deficere con-
ditionem fideicommissi, ut in terminis responde-
runt *Alex. conf.* 38. *n.* 6. *lib.* 6. *Dec. conf.* 679. *vers.
circa secundum. Jason conf* 142. *n* 29. *vers. sed in
casu lib.* 2. *Ruin. conf.* 124. *n.* 5. *& conf.* 141. *n.* 10.
lib. 3. *& conf.* 93. *n.* 16. *lib.* 2. *Corn. conf.* 202. *sub
n.* 11. *& conf.* 230. *sub n.* 7. *lib.* 3. *Cephal. consil.* 45.
n. 23. *Soccin. Sen. conf.* 55. *n.* 1. *vers. sed consulentes
lib.* 1. *Soccin. Jun. conf.* 158. *n.* 50. *lib.* 3. *Curt. Jun.
conf.* 40. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *ti-
tul.* 14. *n.* 7. & ita alias firmavit *Rota Florentina, de
anno* 1567. *die* 28. *Aprilis*, sequitur novissimè *Pe-
drocb. conf.* 5. *n.* 149. *&* 150.

Ultimò quod testator censeatur voluisse se 47
conformare cum dispositione Statuti, hoc non est
undequaque verum, quia non habet locum hæc
conclusio, quando Statutum non resistit, nec est
exclusivum fœminarum in totum, quo sanè casu
testator præsumitur se conformare cum dispositio-
ne juris communis, ita *Bellon. conf.* 7. *num.* 8. *Alb.
conf.* 7. *n.* 27. *Decian. conf.* 1. *n.* 124. *lib.* 2. *Riminald.
Jun. conf.* 287. *n.* 3. *Paris. conf.* 115. *n.* 11.

Ad ultimum argumentum, in quo non mo-
dicum factum fuit fundamentum pro parte acto-
rum, nempe quod sicut testator ad bona emphy-
theutica vocaverat solummodò masculos, & non
fœminas, quas expressè exclusas esse voluit, &
sicut in divisione bonorum promiscuè, & sine di-
stinctione aliqua divisit bona inter masculos, ita
etiam censendum erat, quod voluerit verisimili-
ter fœminas a bonis fideicommisso suppositis ex-
cludere, cum una, & eadem determinatio respi-
ciens plura determinabilia debeat utrumque pari- 48
ter determinare ad *l. jam hoc jure ff. de vulgar. &
pupill.* nam & si de hoc casu interrogatus fuisset
testatur verisimiliter idem disposuisset, ergo pro
disposito haberi debet argum. *l. tale factum §. fin.
ff. de pactis.*

Huic objecto, seu dubitationi occurri posse no- 49
bis visum est ob rationis diversitatem inter unum,
& alterum casum, ideò enim testator exclusit fœ-
minas a bonis emphytheuticis, quia dicuntur in-
habiles ad hujusmodi emphytheusim secundum 50
Jo: Andr. in cap. potuit extr. locat. ubi *Imol.* mulie-
res enim non possunt pro debito detineri, quo ca-
su Ecclesia pati posset damnum, ut ibi per *Joan.
Andr.* sequitur *Jason in l.* 3. *C. de bonis emphyt.*
quod secus est in bonis fideicommisso suppositis,
in quibus militat diversa ratio, quo fit, ut non
habeat locum dispositio dictæ *l. jam hoc jure ff. de
vulg. & pupill.*, ut ibi per *Jason.* & alios.

Nec valet argumentum illud, testator non po-
tuit, nec voluit relinquere bona livellaria, seu 51
emphytheutica fœminis, ita quoque noluit relin-
quere bona fideicommissaria, quia ista dicitur co-
njectura unica, & hominis, non autem legis, & di-
citur imaginabilis, quæ non attenditur ad *l. jube-
mus C. de testam. l. quidam cum filium*, ubi *Bald.
ff. de hered. instit. Rimin. Jun. conf.* 544 *num.* 15.
Ultra quam quod, ideo testator a bonis emphy-
theuticis exclusit fœminas, quia eis resistebat in-
vestitura, cum Dominicus senior bona prædicta con-
duxerit pro linea masculina, ac pro descendenti-
bus masculis tantum, non autem pro fœminis, mi-
litat ergò diversa ratio in aliis bonis, de quibus
ad libitum disponere potuit ipse testator argum. 52
l. in re mandata C. mand. nam hodie cum agatur
de exclusione filiæ a bonis paternis propter agna-
tos longo gradu distantes, non ita de facili admit-
tenda venit exclusio, nisi evidentissimè voluntas
fideicommittentis probetur, ut plenè habetur ex
relatis per *Molin. in tract. de primogen. Hispan. lib.* 3.
cap. 4. *sub n.* 27. *&* 32. *&* 37.

Insuper animadvertendum esse censuimus, quod
ex rationibus supra deductis, & allegatis constare
videtur, quod actores malè intentaverint judicium
contra præfatam Dominam Mariettam, cum ipsa
dicatur in omnem eventum de vocatis, & com-
prehensis in dicto fideicommisso. Quibus additur, 53
quod in concursu conjecturarum pro utraque parte
concurrentium illæ, quæ pro se habent proprieta-
tem verborum præferuntur conjecturis contrariis,
ut per *Grat. conf.* 64. *n.* 34 *& seq. lib.* 2. *Mantic. de
conject. ultim. volunt. lib.* 12. *tit.* 17. *n.* 22. sanè mu- 54
lier habebat proprietatem verborum pro se, quo
fit, ut manifestæ conjecturæ requirantur, ubi agi-
tur de

tur de conjecturanda mente testatoris contra ejus
verborum significationem, ut per *Cephal. consf.* 419.
55 *n.* 64. *& consf.* 259. *n* 74. nam conjecturæ quibus in-
ducitur fideicommissum debent esse legis, & non
hominis secundum *Corn. consf.* 230. *col.* 5. *num.* 7.
lib. 2. *Paris. consf.* 41. *n.* 37. *lib.* 3. *Cephal. consf.* 437.
56 *num.* 36. & qui eas allegat debet probare, & quod
sint concludentes, & necessariæ *Jason consil.* 228.
col. 3. *vers. quartum facit lib.* 2. *Decian. consf.* 59. *n.* 12.
lib 2. *Botta consf.* 52. *n.* 71. *cum seq.* similiter una
57 sola conjectura non sufficit ad inducendam con-
templationem agnationis, ut in specie tradit *Bern.
consf.* 112. *n.* 22. *&* 27. *lib.* 2. nec dici potest, quod
regula illa, quæ non prosunt singula, unita ju-
58 vant, locum habeat in casu nostro, quia licet co-
njecturis fieri soleat manifesta voluntas testatoris
l. licet Imperator ff. de legat. 1. cum notissimis,
oportet tamen, quod sint urgentes, & non leves,
59 ac frigidæ teste *Cephal. consf.* 46. *n.* 19. & in propo-
sito de quo agitur, inquit *Paris. consf.* 35. *num.* 27.
60 *lib.* 3. tunc conjecturas prodesse, quando unaquæ-
que de per se esset perfecta, idem probat *Soccin.
consf.* 35. *n* 26. *&* 27. *lib.* 3. *Rolan. consf.* 43 *sub n.* 19.
vers. nec dicitur lib. 4. *Decian consf.* 5. *n.* 114. *lib.* 1.
Pedrach. consf. 5. *n.* 8. *& consf.* 38. *n.* 34

Ulterius quando quæstio proposita esset du-
bitabilis, cum ex jam dictis videatur reddi clarissi-
ma, attamen in dubio judicandum est contra il-
lum, qui petit fideicommissum ex infrascriptis.
61 Primò quia regula stat pro fœmina, quæ ve-
nit appellatione descendentium, & in dubio ju-
dicandum est pro eo, pro quo adest regula, ut
per *gloss. in rubr. de regul. jur. in* 6. *Dec. in l.* 1.
vers. unde ff. de regul. jur. & in consf. 498. *num.* 5.
& consf. 352. *n.* 4.

Secundò cum actores stent contra regulam, &
62 deducant limitationem voluntatis contrariæ testato-
ris, ipsis incumbit onus probandi talem limitatio-
nem concurrere, atque in dubio facienda est in-
terpretatio contra probantem, etiam si essemus in
materia favorabili, ut per *Alex. consf.* 152. *col.* 1.
lib 5. *Dec. in l. in contrahendo n.* 1. *ff. de regul. jur.*
63 dubia enim probatio non relevat probantem *l. non
hoc*, ubi omnes, *C. unde cognati*.
64 Tertiò in dubio judicandum est pro eo, pro
quo concurrit regula negativa, & contra regulam
affirmativam, prout in terminis nostris hanc ra-
tionem considerat *Dec. consf.* 567. *n.* 2. *&* 3. at fœ-
mina stat pro negativa non adesse fideicommissum,
substituti verò pro affirmativa.
65 Quartò in dubio judicandum est pro ea par-
te, quæ reducit rem ad jus commune juxta notata
in *l. si quando C. de inoff. testam. l.* 2. *Cod. de noxal.
action. in cap. cum dilectus extr. de consuetud.*; sed
opinio nostra reducit rem ad jus commune, ut
filia succedat patri, & non sit deterioris condi-
tionis fœmina, quam masculus *l. maximum vitium
C. de lib. præterit.* ergo &c.
66 Item pro possessore in dubio est judicandum,
quando etiam probationes forent pares §. *commo-
dum instit. de interdict.* §. *retinendæ eod. tit.* sed filia
tamquam hæres scripta possidet, jure igitur me-
ritò pro ea judicandum est.
67 Quintò pro reo in dubio judicandum venit
cap cum sint partium jura extr. de regul. jur. in 6.
etiam si probationes actoris in aliquo excederent
probationes rei, secundum *Abb. in cap. ex litteris
de probat. gloss. in cap. Clerici* 81. *distinct. Dec.
consf.* 564. *col.* 1.
68 Sextò in ambiguis pronuntiandum fideicom-
missum non extare, præsertim si liquido non con-
stat inductum esse favore agnationis *Corn. consf.* 186.
n. 11. *lib.* 3. *Soccin. consf.* 113. *num.* 17. *lib.* 1. *Dec. con-
sil.* 593. *n.* 5. *& consf.* 567. *in princ. Aymon consf* 190.
in fin. Decian. consf. 1. *n.* 166. *lib.* 2.

Ultimò in dubio judicandum est pro his, qui
tractant de damno evitando; contra tractantes de 69
lucro captando *Rayn. de Forlivio inter consf. Signor.
consf. ultim. n.* 5. *Jo. de Amicis consf.* 11. *num.* 3. *Me-
noch. consf.* 4. *n.* 12.

Præterea non fuisset etiam frustatorium discu-
tere an in terminis nostris adesset fideicommissum
reciprocum per doctrinam *Salyc. in l. quoties C. de
fideicomm.*, quo loci inquit, quod si plures cohæ- 70
redes sint prohibiti alienare non inducitur inter
eos fideicommissum reciprocum, cum quilibet cen-
seatur prohibitus alienare partem suam gratia li-
berorum suorum, ad quos post mortem res est per-
ventura, & *Salycetum* secuti sunt multi, quos re-
ferendo sequitur *Menoch. consf.* 489. *n.* 5. & in for-
tiori casu, in quo testator hujusmodi formula ver- 71
borum usus fuit, ut testator noster, non adesse fi-
deicommissum passivum consuluit *Soccin. consil.* 69.
n. 2. *vers. quibus tamen lib.* 3. *& consf.* 204. *num.* 2.
vers. capio eod. libro. Soccin. Jun consf. 81. *n.* 12. *&* 13.
lib. 3. *Paris. consf* 87. *n.* 25. *lib.* 2. *Ruin. consil.* 101.
n. 2. *&* 3. *lib.* 2. *Menoch. consf.* 376 *num.* 11. & dato,
quod adfuisset, illud defecisset per decedentiam ul-
timi defuncti cum filia fœmina ad *l. cum avus ff.
de condit. & demonstrat. l. cum acutissimi C. de fidei-
commiss. l. generaliter* §. *cum autem C. de institut. &
substitut.*

Poterat etiam dubitari, an fideicommissum
inductum fuisset in casu contraventionis tantum, 72
seu in casu mortis ad latè tradita per *Ostusc. de-
cis.* 50. *& per Rimin. Jun. consf.* 531. *per tot. & con-
sil.* 279 *n.* 4. *cum seqq. Silv. consf.* 6. *num.* 26. *Beret.
consf.* 18. *Paul. de Monte Pico consf.* 82. *per tot.*

Nec vis aliqua fieri poterat in verbis illis — *per-
petuò, semper, & in infinitum* — de quibus in te-
stamento de quo tractatur, quia eisdem sufficien- 73
ter respondetur per *Rot. Rom. decis.* 230. *n.* 4. *p.* 2.
in novissimis, ex his namque omnibus satis credi-
dimus justificari posse nostram sententiam, saltem
ut causa ob ejus probabilem difficultatem transmit-
ti potuerit ad Dominos Tres Judices, qui secun-
dum eorum peritiam, insignemque, ac eminentem
doctrinam dubia insurgentia examinare valeant.

Pompejus Contarinus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Posita regula, quod appellatione filiorum veniant fœminæ, expenduntur principaliores conjecturæ pro recessu adduci solitæ, & enumerantur casus, in quibus non operantur. Fœminarum subsidiaria vocatio in quo fundetur, & masculorum prælatio, an & quando intelligenda sit in qualibet linea, vel de linea ad lineam.

SUMMARIUM.

1 *Filiorum appellatione veniunt fœminæ.*
2 *Sicuti veniunt appellatione descendentium.*
3 *Et pro recessu conjecturæ debent esse urgentes, & specificæ.*
4 *Talis non reputatur exclusio propriæ filiæ, vel sororis testatoris, ubi inter eas, & ulteriores fœminas adsit ratio diversitatis.*
5 *Diversitas eruitur, si filiæ essent exclusæ relicta dote, nil verò legatum ulterioribus fœminis.*
6 *Intellige si ratio exclusionis consisteret in ipsa dote, secus si in favore masculorum.*

7 Ex

7 *Et ex quibus hoc deprehendatur.*
8 *Declara ut favor masculorum, iis existentibus, non sit deducibilis ad alias fœminas, masculis deficientibus.*
9 *Provisio specialis quoad fœminas arguit testatorem in vocatione filiorum intellexisse de solis masculis.*
10 *Limita ut eamdem vim non habeat provisio legis ex* Auth. res quæ.
11 *Secus si legatum factum esset in casu diverso ab eo, quo fideicommissum relictum fuit.*
12 *Contemplatio agnationis pro recessu a regula plenè, & concludenter probari debet.*
13 *Maximè in fideicommisso a fœmina instituto, quæ odisse non præsumitur proprium sexum.*
14 *Amplia etiamsi fideicommissum non foret activè fœmineum, sed passivè.*
15 *Item amplia ut sufficiat qualibet fœminarum mixtura.*
16 *Item non dicitur contemplata agnatio, si testator vocet clericos, ubi juvenes sint apti ad eam conservandam.*
17 *Nec si agnatorum substitutio sit simplex, & absoluta, sed incerto eventui commissa.*
18 *Nec si testator, expressis qualitatibus legitimitatis, & similibus, masculinitatis nunquam meminerit.*
19 *Item si in libera facultate heredis dimiserit bona, & licita sit alienatio in extraneos, quamvis solum vita durante alienantis.*
20 *De conjecturis indoctivis voti agnatitii remissivè.*
21 *Fœmina an sit capax agnationis artificialis.*
22 *Masculinitas certis personis, & uni gradui adjecta non censetur repetita in diversis personis, & diverso gradu.*
23 *Amplia ut hoc procedat etiam de dispositiva ad conditionalem, ubi conditionalis contineat diversas personas, non adsint dictiones relativæ, & deficiat contemplatio agnationis.*
24 *Fortius si inter unum, & aliud genus personarum diversa militet ratio.*
25 *Assignatur diversitas inter substitutionem fratris, & nepotum, & institutionem filii, & filiorum.*
26 *Item inter substitutionem fœminæ, & ejus filiorum, vel transitum ad extraneas familias, & vocationem filiorum masculorum, & propria familia.*
27 *Item inter dispositivam conceptam pro solis masculis, & conditionalem indefinitè continentem omnes filios.*
28 *Item si ex contextu resultet quædam segregatio vocationum masculorum, & fœminarum.*
29 *Vel si aliæ fuerint adjectæ qualitates, & sola masculinitas omissa.*
30 *Masculinitatis repetitio difficilius admittitur, ubi deficiat contemplatio agnationis.*
31 *Item si agatur de diversa dispositiva oratione recta a proprio verbo, & separata ab ea, a qua repetitio vellet extendi.*
32 *Vel si qualitas masculinitatis adjecta fuerit demonstrativè, & occasione transeundi ad dispositionem loquentem de fœminis ab illa loquente de masculis, & e contra.*
33 *Dictio* ut supra *verificari potest in ordine succedendi, & in aliis qualitatibus legitimitatis absque necessitate repetendi masculinitatem.*
34 *Et ad ea refertur, vel si ita suadeat solitum testatoris.*
35 *Vel si subsequatur non mentio descendentium, & commune vocabulum, sed dictiones* -- in infinitum pro æquali portione.
36 *Vocatio subsidiaria fœminarum oritur ex verbo communi, ex masculinitate verò, vel voto agnatitio prælatio masculorum.*
37 *Et hæc fœminarum admissio convenit menti testatoris fideicommissi perpetuitatem exoptantis.*
38 *Limita si fideicommissum sit strictè, & rigorosè agnatitium, vel præcisè masculinum, & de ratione.*
39 *Præceptum, quod masculi fœminis præferantur probat fœminarum subsidiariam admissionem.*
40 *Prælatio masculorum an intelligenda sit discretivè in qualibet linea, vel fœminæ sint admittendæ in omnium defectum remissivè.*
41 *Appellatione filiorum veniunt fœminæ etiam in fideicommissis ordinatis per actus inter vivos gratuitos, & benevolos, uti sunt donationes merè lucrativa.*
42 *Conformatio præsumpta cum Statuto fœminarum exclusivo quando fœminarum admissionem ex verbo communi non impediat.*
43 *Beneficium* l. cum avus ff. de con. & dem. *an fœminis impediatur a Statuto fœminarum exclusivo.*
44 *Incapacitas fœminarum succedendi in bona emphyteutica in hæreditate reperta, an pariat earum exclusionem etiam ab allodialibus, ubi ad utraque sub communi filiorum nomine vocata sint.*

Appellatione filiorum veniunt fœminæ *Rota Senen. decis. 38. n. 1.* inter impressas *coram me,* 1
Rota Florentina decis. 14. n. 2. & seqq. dec. 107. n. 39. & seqq. pariter *coram me,* & infra in *Florentina Fideicommissi del Beo 15. Septembris 1681. n. 1. coram Finetto, & in Geminianen Fideicommissi de Cepperellis 11. Martii 1718. n. 65. coram D. meo Audit. Urban. in Florentina Fideicommissi de Berzighellis 10. Septembris 1723 n. 2. & plurib. seqq. coram Dom. meo Audit. Calderon. Rota Rom. post Constant. ad Statut. Urb. decis. 119 n. 15 & seqq. apud Torre var. tom. 2. miscellan. par. 1. tit. 12 decis 3 n. 2 fol. 587., & in Romana Fideicommissi de Goris 17. Novembris 1698. §. nihilominus cor. Molin.,* & in confirmatoria apud *Calderon. post resolut. 77. n. 62. & in Romana Fideicommissi de Palazzolis 18. Aprilis 1704. §. purificatio, & seqq. cor. Muta,* & in ejus confirmatoria *4 Julii ejusdem anni §. tantoque minus, & seqq.* & in eadem causa *5. Decembris ejusdem anni, ferè per tot. cor. eod. in Spoletana Fideicommissi 26. Jun. 1716. §. et quandoquidem cor. Crispo,* & in eadem *Spoletana super re judicata 20. Martii 1722. §. et sane cor. Rovault de Gamaches.*

Sicuti veniunt appellatione descendentium 2
Rota Senen. decis. 32. n. 1. & seqq. decis. 38. n. 1. & seqq. cor. me. Rot. Florent. decis 1 n. 2. dec. 14. n. 2. & seqq. pariter *cor. me apud Palm. Nepot decis 427. n. 16. tom 5.* & infra in *Petrasancten. Fideicommissi 11. Aprilis 1690. n. 14 cor. Ventrein. Senior. & in Florentina Dotationis de Bonaccursis 11. Septembris 1705. n. 1. cor. de Nobilibus. Rot. Rom post Card. de Luc. in Mantiss. lib. 10. decis. 25. num. 8. post Torr. de pact. futur. success. in Mantiss. decis. 9. n. 5. in Interamnen. Juris Nominandi 12. Decembris 1718. §. eoque potissimum cor. Cario, in Æsina Fideicomm. 11. Januarii 1723. §. ratio, & 14. Junii ejusdem anni § denuo cor. Ratto, & in Faventina Manutentionis 31. Januarii 1724. §. præmissæ cor. eodem.*

Et ab his regularibus conclusionibus, ut recedi valeat conjecturæ esse debent urgentes, spe- 3
cificæ, & tales, ut Judicem suadeant ad credendum, quod testator neglecto verborum communium significatu de solis masculis senserit *Altimar. ad Rovit. cons. 26. n. 16. tom. 1. Mans. consult. 260. num 92. & 93. Ciroccb. discept. 2. n. 14. Altogr. Jun. controv. 38. n. 4. Palm. Nep. alleg. 61. n 8. alleg. 62. n. 9. alleg. 63. n. 13. Eminentiss. de Luc. de fideicomm.*

difc. 102. *n.* 5 *Rota Nostra decif.* 14. *n.* 5. *coram me,*
& in dicta Florentina Donationis de Bonaccursis n. 2.
& seqq. & in dict. Geminianen. Fideicommissi de Cep-
perellis n. 65. *Rot. Rom. post de Luc. lib.* 10. *dec.* 24.
n. 4 & post eumdem in *Mantisf. lib.* 10. *dec.* 3. *n.* 5.
apud Torr. var. dict. decif 3. *num.* 5. *in dicta Romana*
Fideicommissi de Goris §. hoc autem, & in confirma-
toria *apud Calderon. n.* 63. *& in* citata *Romana Fidei-*
commissi de Palazzolis 18. *Aprilis* 1704 *§ quoniam,*
& seq. & 5. *Decemb. ejusdem anni §. etenim, & seqq.*
cor. Mito, in Æsina Fideicommissi 11. *Januar.* 1723.
§ quin ad evertendam cor. Ratto.

4 Hujusmodi autem non existimavit Rota co-
njecturas, quæ in hypothesi præsentis decisionis
concurrebant, & ita è prima ducta ab exclusione
propriæ filiæ, vel fororis testatoris passim rejicitur,
maximè ubi inter exclusas, & ulteriores fœminas
aliqua possit considerari diversitatis ratio, quæ ar-
gumentum destruat majoris proximitatis, seu di-
lectionis *Odd. cons* 46. *n.* 71. qui de sensu Rotæ no-
stræ testatur. *Altograd Sen. conf.* 83. *n.* 50. *volum.* 2.
Spad. conf. 350. *n.* 3. *tom.* 2. *& conf.* 314. *sub num.* 3.
tom. 3. *Altograd Jun. contrav.* 97. *n.* 41. *Marf. con-*
sult. 260. *num* 119 *Mantic. de conject. lib.* 6. *tit.* 11.
n. 16 *Eminentiss de Luc. de fideicommiss. discur.* 47.
n. 10. *Torre de majorat. par.* 1. *cap* 37. *n* 36. *Rota*
nostra in Florentina Prælegati 19 *Augusti* 1678 *n.* 24.
& 25 *coram Flaminio Palma, & in Florentina Fi*
deicommissi de Giachis 30 *Septembris* 1701 *num.* 5 *&*
seqq. cor. Farsett. infra imprimend. *Rot. Rom. apud*
Torre variar. dict. decif. 3 *num.* 11. *&* 12 *& in dict.*
Romana Fideicommissi de Goris 17. *Novemb.* 1698
§ quoniam.

5 Quemadmodum esset si filiæ exclusæ fuerint
relicta dote, nil autem legatum ulterioribus fœmi-
nis *Cyriac. discept.* 2. *n.* 19. *versic. eo magis*, *Alto-*
grad. Sen. cons. 83. *num.* 51. *lib.* 2. *Mantic. de tacit.*
lib. 11. *tit.* 14 *n.* 6 *de Luc. de fideicomm. disc.* 38. *n.* 11.
versic. ad evidendam. Rota nostra in dicta Petrasan-
cten. Fideicommissi 11. *Aprilis* 1690. *n.* 16. *Rot Rom*
apud Torr. var. dict. decif. 3 *n.* 13. *post de Luc. de fi-*
deicomm. lib. 10. *decif.* 24 *n* 6 *in Romana Fideicom-*
missi de Goris 17. *Novembris* 1698. *§. tum quoque*, &
in eadem causa 9 *Maii* 1701. *§ siquidem cor. An-*
sald. in Spoletana Fideicommissi 26. *Junii* 1716. *§ in*
aliquo cor. Crispo, & in eadem causa *super re judica-*
ta 20 *Martii* 1722. *§. prout ad suadendam cor. Ro-*
vanlt de Gamaches.

6 Quod intellige si ratio exclusionis posita esset
in ipsa dote, secus si ea simpliciter concomitare-
tur exclusionem, & potissima causa non admitten-
di filiam fuisset favor masculorum, ut recedendo a
7 dictis egregiè ponderavit *Rot. post de Luc. de fidei-*
comm. decif. 25. *n.* 6. *& decif.* 26. *n.* 9 ubi ex quibus
hoc deprehendatur, & admittit *Rot. nostra in dict.*
Florentina Fideicommissi de Giachis cor. Farsetto n. 7.

Sed etiam ubi consideratus esset favor mascu-
lorum, cadit adhuc notissima differentia inter filiam
exclusam, & ulteriores fœminas, scilicet masculis
8 non existentibus, passim enim contingit, ut illis
extantibus ad eorum majus commodum, & ut pin-
guiorem hæreditatem consequi possint, excludan-
tur propriæ filiæ, quod postea iis defectis non est
deducibile ad alias fœminas cessata causa exclusio-
nis, sicuti advertunt *Castald. consult.* 62. *n.* 17. *§. nec*
refragatur. Palm. alleg. 215. *n.* 35. *Rota Senen de-*
cif. 38. *n.* 10. *cor. me. Rota nostra in dicta Floren-*
tina Donationis de Bonaccursis num. 48. *&* 49 *Rot.*
Rom. post Constantia. ad Statut. Urb. decif. 119. *n.* 18.
in recent. decif. 133. *num* 24. *&* 25. *part.* 9. *tom.* 1.
decif. 67 *n.* 15. *par.* 18. *& in dict. Spoletana Fidei-*
commissi super re judicata 20. *Martii* 1722. *§. cæte-*
rum quatenus cor. Rovanlt de Gamaches,

Nulla autem esset differentia si omnibus lega-
tum tactum esset; quinimò ex speciali provisione
favore fœminarum pateret testatorem distinxisse
sexum a sexu, & vocando filios intellexisse de fi- 9
lis masculis, licet qualitas masculinitatis deficeret
Balducc. ad Ramon. consil. 16 *num* 5 *lib.* 1. *Venturin.*
consil. 25 *n.* 63. *Altograd. Sen. cons* 89. *num.* 30. *lib.* 2.
Altimar. ad Rovit. cons. 26. *n.* 6. *&* 27. *lib.* 1. *Caren.*
resol. 233. *n.* 2. *versic. cum enim. de Rosa consult.* 69.
num. 154. *&* 155. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4 *præ-*
sumpt. 84. *n.* 9. *Peregrin. de fideicomm art.* 25. *n.* 45.
Molin. de primogenit. lib. 3 *cap.* 5. *n.* 55. *Fusar. de*
substitut. quæst. 311. *n.* 95. *Torre de majorat. part.* 1.
cap. 37. *n.* 248 *Modern. Fredian. de fideicommiss. dif-*
fert 8 *num* 29. 30. *&* 31. *Rot. in recent. decif.* 203.
num. 2. *decif* 217. *n.* 2. *decif.* 432. *sub n* 3. *part.* 2.
decif. 215. *n.* 3. *par.* 6 *coram Buratt. decif.* 721. *n.* 4.
coram Duran. decif. 126. *n.* 31. *cor. Cerr. decif.* 948.
num. 13. *cor. Dunozz Jun decif.* 648. *n.* 15. *inclitæ*
mem. Præsul Thomas della Gherardesca in Florentina
Fideicommissi de Pitis de anno 1701. infra imprimen.
Rota nostra in Florentina Fideicommissi 11. *Aprilis*
1700. *n* 33. *cor. Venturin. Sen.* Inf. imprim.

Non tamen sufficeret ad absolutam omnium
fœminarum exclusionem provisio, quam in fidei-
commissis ascendentalibus etiam præscindendo a di- 10
spositione hominis lex ipsa inducit, ut scilicet fœ-
minæ in subsidium, & deficientibus aliis bonis ex
fideicommisso dotarentur, cum sit casus extraor-
dinarios ad omnes non extendibilis juxta deducta
per *me decif. Florent.* 14. *n.* 6. *&* 7.

Quemadmodum etiam si legatum factum esset 11
non in casu, quo fideicommissum relictum fuerit,
sed in alio diverso, ut contrariis conciliatis dixit
Rota in recent. decif. 60. *n.* 10 *&* 11 *par.* 10. & latè
habetur in dicta *Florentina Fideicommissi de Titis*
num. 22. *& seqq.*

Altera præmissarum regularum limitatio, quam
uti casui inapplicabilem hic Rota non sequitur, est
contemplatio agnationis, fatalis quidem admissio-
ni fœminarum, sed ubi eis assistat indistincta vo-
catio filiorum, & descendentium, plenè, & con-
cludenter agnatitium votum probari debet juxta
relatos per *me decif. Florent.* 14 *num.* 17. quibus 12
addo *Paulat. differt.* 91. *num.* 81. *Fredian. de fideicom-*
miss. differt. 91. *n.* 81 *Rot. nost. in citat. Florentina*
Donationis de Bonaccursis n. 57. 58. *&* 59. *in dicta*
Florentina Fideicommissi de Berzighellis 10. *Septem-*
bris 1723. *num.* 54 *coram D. meo Aud. Calderon.*

Eoque difficilior fieret probatio, si ageretur
de fideicommisso a fœmina instituto, quæ non 13
præsumitur velle conservare agnationem, & odio
prosequi suum sexum, ut in terminis ponderant
Dom. meos Audit. Calderon. resolut. 99 *n.* 11. *Rota*
nostra apud me citata decif. 14. *n.* 18. *Rota Romana*
in Perusina Fideicomm. 20 *Februarii* 1715. *§. tantoq.*
validius, & 8. *April. ejusd. anni §. quod procedit in fin.*
cor. Eminentiss. D meo Falconerio, latè in *Æsina Fidei-*
comm. 11. *Januarii* 1723. *§. quod si procedit cor. Ratto,*
& 14. *Junii ejusd anni § non relevante cor. eodem.*

Quinimò etiamsi fideicommissum non fuisset 14
activè fœmininum, sed passivè, quia fœminæ pri-
mordialiter vocatæ fuerint, & constitutæ stipites
futuræ successionis, contemplatio exclusa remanet,
quemadmodum in hypothesi quæstionis nostræ scri-
pserunt *Dom. meos Audit. Calderon. resolut.* 99. *n.* 9.
Castald. consult. 99. *num.* 9. cum aliis per *Rot. nostr.*
in citata *Florentina Fideicommissi de Berzighellis*
num. 56. *&* 58.

Et quod sufficiat quælibet fœminarum mixtura 15
Eminentiss. de Luc. de fideicomm. disc. 36. *sub n.* 4.
§. prima quidem vers. quarto quia. Dom. Aud. Cal-
deron. dict. resol. 99. *n.* 10. *Rot. nost. dec.* 14 *n.* 19.

cor. me,

16 cor. me, & ultra ibi relat. in citat. Florentina Donationis de Bonaccurfis num. 74. & in dicta Geminianen. Fideicommiffi num. 81. & in dicta Florentina Fideicommiffi de Berzigbellis num. 57. Rot. Romna. in Bononien. Fideicommiffi de Fofcberaris 3. Decembris 1717. §. extinfa cor. Anfaldo, & in Averfana Jurispatronatus 7. Decembris 1725. §. et quamvis cor. Ravaalt de Gamacbes.

Tertia non contemplatæ agnationis conjectura eft, fi ubi fint juvenes, qui folent effe capita domorum, familiafque confervare, teftator iis omiffis clericos vocet, & inftituat, ut fcribentes ambo pro fœmina in quadam Romana Vinea, feu Fideicommiffi de Monte, dixerunt Altogrud. Jun. controv. 38. n. 19. & feqq. Eminentifs. de Luc. de fideicommiff. difc. 42. num. 18., & annuens eorum fcriptis decidit Rota cor. Cerro decif. 807. n. 11.

Quarta refultat, ubi agnatorum abfoluta non fit, & fimplex fubftitutio, fed pendens, & incer-
17 to eventui commiffa, fi inftitutus decederet fine filiis, quo fecto cafu fideicommiffum expiret juxta confil. 21. Oldrad., ita in noftris terminis admiffionis fœminarum Giovagnon. lib. 2. refponf. 11. n. 33. Manf. confult. 94. n. 9 & 10. tom. 9. Altagrad. Jun. contrav. 38. n. 26. Eminentifs. de Luc. de fideicommiff. difc. 42. n. 19. Rot. noft. in Florentina Fideicommiffi de Concinis 29. Martii 1695. num. 8. infra imprimen.

Quinta effe poteft, fi ex teftamento pateat
18 defunctum follicitum fuiffe in exprimendis qualitatibus, quibus præditos volebat vocatos, puta adiiciendo qualitatem legitimitatis, vel fimilem, mafculinitatis verò nunquam meminerit, in fpecie Altograd. Jun. dict. controv. 38. num. 23. §. altera efficaciffima. Rota in Romana Fideicommiffi de Palazzolis 18. Aprilis 1704. §. fortius quia cor. Muto.

19 Sexta fi in libera facultate hæredis dimiferit bona, & licita fit alienatio in extraneos, quamvis folum vita durante alienantis, cum etiam hoc cafu idem fequatur effectus per alienationem, qui fequitur per admiffionem fœminarum, quod bona tranfeant ad alias familias, in puncto quæftionis noftræ Giovagnon. lib. 2. refponf. 11. n. 32. Altograd. Jun. controv. 38. ex num. 27. ad 30. Eminentifs. de Luc. de fideicomm. difc. 35. fub n. 4. §. primò quidem verfic. tertio quia, & difc. 42. fub n. 18. verf. et quarta quia neglexit. Rota noft. in citat. Florentina Donationis de Bonaccurfis num. 72. Rot. Romna. cor. Cerro decif. 807. fub n. 11. & in Mantifs. ad de Luc. lib. 10. decif. 3. n. 9.

Hæc aliquæ funt ex conjecturis, quibus con-
20 templatio agnationis excluditur ad fubftinendam admiffionem fœminarum fub communi nomine, quæ verò fint inductivæ voti agnatitii ad earum exclufionem, vide in feq. addit. Interim illud in difcrimen cadere poffet, an fucceffioni fœminarum idem præftet impedimentum agnatio artificialis, ficuti naturalis, & quemadmodum dempta filia impoffibile
21 eft a natura, ut fœmina ex alia fœmina fit agnata, ita artificialiter impoffibile fit, de qua quæftione vide differentes Caftald. confult. 179. n. 6. & 9. de Luc. de fideicomm. difc. 34. num. 10. & feqq. difc. 232. n. 4. Bonden. collect. legal. 34. num. 37. 38 & 89. tom. 2. Torre de majorat. p. 1. cap. 25. §. 11. per tot. & cap. 38. §. 3. n. 51. 52. 56. cum aliis per Rot. in Ariminen. Fideicommiffi de Bandis fuper immiffione 20 Junii 1718. §. cujus porro in fin. cor. Fofcaro.

Idem profecto fœminis obftaculum parit, ac fideicommiffum agnatitium, fideicommiffum mafculinum, atque hoc cafu difceptatio, quæ contra fœminas inftitui folet, tota eft fuper repetitione
22 mafculinitatis, in qua quæftione celebre eft diffidium Abbatis, & Ananiæ, cujus ultimi invaluit opinio fuper exclufione repetitionis, ut fcilicet certis perfonis, & uni gradui adjecta non cenfeatur repetita in diverfis perfonis, & diverfo gradu, ut agendo de admiffione fœminarum fcripferunt Redenafcb. conf. 30. n. 14. Fufar. conf. 66. n. 3. Conftant. ad Statut. Urb. adnot. 36. artic. 3. n. 309. Eminentifs. de Luc. de fideicomm. difc. 43. num. 4. Torre de primogenit. par. 1. cap. 25. §. 23. n. 250. & feq. de Luc. de lin. leg. lib. 2. artic. 60. fub num. 5. §. nec obftat verf. refpondetur enim. Modern. Fredian. de fideicommiff. differt. 33. n. 15. 19. & 20. Rota Senen. decif. 38. num. 3. & 6. cor. me, & latè de hoc actum fuit in Florentina Fideicommiffi de Tancredis, in qua pro fœmina fub communibus verbis comprehenfa judicavit Urceol. decif. 13. num. 15. & feqq. & n. 59. & feqq. diffentiens ab aliis, quorum decif. eft apud Pulm. Nep. alleg. 227., & Urceoli opinio fucceffivè approbata fuit, ut ipfe in fine fuæ decifionis teftatur, revocata aliorum fententia, & juxta decifa per Urceol. fcribens dixit Ridolphin. allegat. 11. num. 5. & feqq. pugnantibus in contrarium Altogr. Jun. controv. 94. de Luc. de fideicommiff. difc. 23. Rota noft. in Florentina Prælegati 19. Augufti 1678. n. 11. & feqq. cor. Flamin. Pulm., & in Florentina Fideicommiffi del Beco 15. Septembris 1682. num. 4. & feqq. cor. Finetto, & in Petrafancten. Fideicommiffi 11. Aprilis 1690. n. 17. & feqq. cor. Venturin. Sen. & in Florentina Fideicommiffi de Concinis 29. Martii 1695 num. 14. & feqq. cor. Finetto, & in Florentina Donationis de Bonacturfis cor. de Nobilibus, & in dicta Geminianen. Fideicommiffi de Cepperellis num. 78. omnibus fuo loco, & tempore imprimen. Rot. Rom poft Paulut. differt. 91. decif. 1. n. 4. 5. & 6. poft Balduec. ad Ramon. tom. 2. decif. 2. n. 5. & feqq. poft Conftantin. ad Statut. Urb. decif. 119. n. 16. & 17. poft de Luc. de fideicomm. lib. 10. decif. 15. num. 4. decif. 16. n. 2. & in Mantifs. eod. lib. decif. 56. n. 8. & in Romana Fideicommiffi de Goris 17. Novembris 1698. §. talis naturæ cor. Molin. & 17. Junii 1699. §. quidquid cor. eod. & 9. Maii 1701. §. et ob id coram Anfald. & in Melevitana Fideicommiffi 21. Februarii 1710. §. prout, & 13. Junii ejufdem anni cor. Priolo, in Æfina Fideicommiffi 11. Januarii 1723. §. longè levioris cor. Ratto, & 14. Junii ejufd. anni §. ejufdem levitatis cor. eodem.

Et hæc conclufio procedit etiam de difpofi- 23
tiva ad conditionalem, ubi conditionalis contineat diverfas perfonas ab antecedenter expreffis, nullæ adfint dictiones relativæ, deficiatque potiffima conjectura contemplationis agnationis Rodulphin. allegat. 119. n. 3. cum feqq. Paulut. differt. 91. ex n. 34. ad 37. Rosc. felectar. cap. 42. n. 20. & 27. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 10. Pulm. Nep. alleg. 221. n. 70. & 71. tom. 3. Rota poft de Luc. de fideicomm. lib. 10 decif. 14. n. 12. poft Conftantin. ad Statut. Urb. decif. 119. n. 16. & 17.

Fortius autem admittitur, ubi inter unum. &
aliud perfonarum genus diverfa militat ratio, qua- 24
re magis uni, quam alteri fuerit adjecta Ridolphin. alleg. 11. n. 9. Suminiat. controv. 108. n. 4. Pulm. Nep. alleg. 61. n. 16. Altograd. Jun. controv. 68. num. 10. Eminentifs. de Luc. de fideicomm. difc. 43. num. 5. Paulut. differt. 91. n. 43. Rota poft eum decif. 1. n. 7. Rot. noft. in Florentina Fideicommiffi del Beco 15. Septembris 1682. n. 6. infra imprimen.

Et quod attinet ad fœminarum admiffionem fub communi nomine, quamplurimæ affignari pof-
funt diverfitates juxta varias cafuum circumftan- 25
tias, & primo inter fubftitutionem fratris, & nepotum, & inftitutionem filii, & filiorum, ut adjecta in primo cafu non cenfeatur repetita in fecundo, cum in primo tanquam erga collaterales alia haberi non foleat ratio, quam familiæ, & agnationis,

in altero vigeat major dilectio, & primaria ratio sit
illa sanguinis *Eminentiss. de Luc. de fideicomm. di-
scur. 43. num 6.*

Secunda inter substitutionem fœminæ, & ejus
filiorum, val transitum ad extraneas familias, & vo-
cationem filiorum masculorum, & propriæ familiæ,
ut a masculinitatis expressione in his, non liceat
26 inferre repetitionem in aliis, cum in suis velle po-
tuerit testator conservationem agnationis, non in
extraneis *Palm. Nep. alleg. 61. sub n. 16. §. ratio au-
tem. Ridolphin. alleg. 11. n. 10. & seqq. Rot. Senen.
decis. 38. n. 5. cor. me. Rot: Florent. apud Palm. de-
cis 427. n. 18. & in Florentina Prælegati 19 Augu-
sti 1678 num. 16. & 17. cor. Flamin. Palm Rot Ro-
mana in Firmana, seu Maceraten. Immissionis 30. Ja-
nii 1724. §. præterea cor. Cerra.*

Tertia inter dispositivam conceptam pro so-
lis masculis, & conditionalem indefinitè continen-
tem omnes filios, ut scilicet a prima non bene ar-
guatur repetitio in secunda, quia excludendo fœ-
minas a dispositiva, & solos masculos vocando tol-
litur concursus sororum cum fratribus, at in con-
ditione si sine filiis repetendo masculinitatem fœ-
minæ excluderentur a portione proprii parentis in
concursu cum patruis patruelibus, ac cæteris re-
27 motioribus, quod legali præsumptioni, & ordina-
tæ charitati repugnat *Paulut. dict. dissert. 91. n. 44.*
& super eodem casu *Rot. post eum decis. 1. n. 8.*

Quarta si ante substitutionem factam per ver-
28 bum commune, & utriusque sexus complexivum
semper fuerint vocati masculi, non autem post pro-
lationem verbi communis, adeo ut ex contextu
quædam resultet segregatio vocationum masculo-
rum, & fœminarum, quas per repetitionem non li-
cet confundere, ut dixi ego *decis. Florentina 92.
num. 19. & 20.*

Similiter fortius procedit conclusio de mascu-
linitate non repetenda, ubi in parte, in qua adest
omissio aliæ reperiantur adjectæ qualitates, quarum
29 particularis expressio actum non inconsultum de-
monstrat quoad omissas, sicuti in proposito fœmina-
rum, ut venire valeant sub communi nomine *Pau-
lut.* citat. *dissert. 91. n. 38 Rota nost. in dict. Flo-
rentina Donationis de Bonaccursis num. 35. & 37.
Rot. Romana in dicta Romana Fideicommissi de Go-
ris 17. Novembris 1698. § quinimo coram Molin. &
9. Maii 1701. §. eoque maximè cor. Ansalde.*

30 Pariterque difficilius admittitur masculinita-
tis repetitio, ubi deficiat contemplatio agnationis
Rota Senen. dict. decis. 38 n. 9. cor. me. Rota nostra
in citata *Florentina Fideicomm. de Concinis 29. Mar-
tii 1695. n. 19 cor. Finetta, & in dict. Geminianen.
Fideicommissi de Cepperellis n. 82.*

Item si agetur de diversa dispositiva oratione,
31 recta a proprio verbo, & separata ab ea, a qua re-
petitio vellet extendi *Palm. Nep. dict. allegat. 61.
num. 15. Ridolphin. dict. allegat. 11. n. 6. Rocc. disp.
select.* allegato *cap. 42. num. 23. Rota nostra coram
Urceol. dict. decis 13. num. 28 & 29. & num. 60. in*
citata *Florentina Prælegati 19. Augusti 1678. n. 12.
in relata Florentina Fideicommissi de Concinis 29 Mar-
tii 1695. num. 23. & 24.* in sæpe citata *Florentina
Donationis de Bonaccursis num. 33.*

Sicuti etiam si qualitas masculinitatis adjecta
32 fuerit demonstrativè, ut puta, quia præcedenter
testator sermonem habuerit de fœminis, & inde
volendo transire ad dispositionem favore masculo-
rum, eos necesse habuerit propria qualitate di-
stinguere, ut erat casus in *Æsina Fideicommissi 11.
Januarii 1723. §. attenta, & 14. Junii ejusdem an-
ni § ejusdemque levitatis cor. Ratto.*

33 Ubi autem concurrat diversitas personarum
graduum, & rationis non curatur de dictionibus re-
petitivis, & relativis *ut supra* quarum adjectio be-
nè verificari potest vel in ordine succedendi, vel
in aliis qualitatibus legitimitatis absque præcisa
necessitate masculinitatem repetendi *Paulut.* alleg.
*dissert. 91. n. 156. Eminentiss. de Luc. de fideicomm.
disc. 48. n. 10. Rot. nost. cor. Urceol.* relat. *dec. 13.
num. 7. in dicta Florentina Fideicommissi de Concinis
num. 27. in dict. Florentina Donationis de Bonaccur-
sis n. 43. & seqq. Rota Senen. dict. decis. 38. num. 7.
cor. me,* & ma ibid. citat. *Rot. Romana in Firmana,
seu Maceraten. Immissionis 30. Junii 1724. § præte-
rea vers. unde sit cor. Cerra.*

Et solum ordinem connotare colligitur, seu 34
solam qualitatem legitimitatis, vel si in alia testa-
menti parte apposita sit ad tales effectus, & ita sua-
deat solitum testatoris *Rota Senen.* relat. *decis. 38.
num. 8. cor. me. Rot. nost. in dict. Florentina Dona-
tionis de Bonaccursis num. 46.*, vel si subsequantur 35
hanc clausulam non mentio descendentium, & com-
mune vocabulum, sed dictiones -- *in infinitum --
pro æquali portione -- Rot. post de Luc. lib. 10. de-
cis. 21. num. 10.*, vel si indistinctè adhibita fuerit
in substitutione masculorum, & fœminarum ab ex-
traneo descendentium *Rot. in dict. Firmana, seu
Maceraten. Immissionis §. id quod certius cor. Cerro.*

Verum quatenus etiam fideicommissum sit a-
gnatitium, & masculinum, adhuc verbum indiffe-
rens, & utrumque sexum complectens aliud bene 36
ficium fœminis parit, ut per posterius comprehen-
dantur; tota quippe materia subsidiariæ vocationis
substantiatur in verbo communi, ex quo desumunt
fœminæ vocationem, ex qualitate verò masculini-
tatis, & voto agnatitio prælationem masculi, quasi
per hoc potius suspensa dicatur successio fœmine-
rum, quam ipsæ sint exclusæ, vel si exclusæ dici
debent, sint exclusæ comparativè. quatenus nem-
pè masculi existant, sicuti explicant *Paulut. dict.
dissert. 91. n. 76 Palm. Nep alleg. 101. n 22. & 23.
& alleg. 214. n. 17. Ridolphin. alleg 23. n 9 Fredian.
de fideicommiss. dissert. 16. n. 34 dissert. 32. num. 38.
Ansald. in addit. ad decis 46. n. 28. Adden ad Rot.
in recent. par. 4 tom. 3. decis. 523. n. 124 & 125.
Piton. discept. Eccles 14 num 3. & 6. Rota post eum
in Mantuana Beneficii cor. Ursino n. 21 in recent. de-
cis. 133. n 4. & seqq. par. 9 decis. 170. n. 2. & 12.
par. 14. decis. 205. n. 2. & seqq. par. 16. decis. 667.
n. 9. par. 18 cor. Merlin. decis 864 num. 20. & seqq.
decis. 890. n. 2. & 7. cor. Cerro decis. 65. n. 22. coram
Royas decis. 72. n. 5. & seqq. cor. Caprar. decis. 588.
num. 13. & per tot. Rot nost. citat. decis. 14. num. 22.
& seqq. decis. 25. num. 11 decis. 92. num. 14 & seqq.
cor. me, apud Palm Nep.* allegat. *decis. 427. n. 24.
in Florentina Fideicommissi de Spinis 7. Februarii
1719. in tertio articul. num. 135. coram Domino meo
Audit. Urban.*

Non enim repugnat, ut agnatio limitatè con-
sideretur, & in omnibus illis gradibus, in quibus
masculi reperiuntur, iis verò defectis potius quam
fideicommissum expiret, & extinguatur, progredia- 37
tur ad fœminas, & effectu magis propitio testato-
ris menti in illis daret, ea possibili qua datur per-
petuitate, ut ratiocinantur omnes supra relati, &
in specie *Ansald. in addit. ad decis. 46. num. 25. Torr.
var. tom 1. tit. 2. quæst 20 num. 30. & de primogenit.
cap 25. §. 10. num. 138. & seqq. Rot. in recent. de-
cis. 133. n. 10. & seqq. par. 9.*

Tota repugnantia est, & hoc sufficit etiam pro
conciliatione contrariarum authoritatum, si fidei-
commissum sit strictè, & rigorosè agnatitium, vel
præcisè masculinum, ita ut verbum commune suam
indifferentiam amittat, & ita deficiat extremum
præambulum implicitæ vocationis ad subsidiariam
admissionem necessarium *Altograd. cons. 80. n. 99.* 38
lib 2,

lib. 2. Tarr. var. tom. 1. tit. 1. quæst. 8. n. 3 de Luc. de jurepatronat. disc. 28. n. 8. Piton. discept. Eccles. 14. num 13. Rot. in dict. Mantuana post eum num. 18. & 20, & cor. Cerro decis. 65. n. 23. & seqq. post de Luc. de testam. lib. 9. decis 43. n. 13. de fideicommiss. lib. 10. decis. 33 n. 6. in Bononien. Fideicommissi de Beninis 8. Maii 1711. §. validius cor. Ansald. in Ferrarien. Fideicommissi 24. Aprilis 1712. §. minimè urgente cor. Lancetta, & 19. Junii 1714 §. absque eo quod cor. Aldrovand. Rot. nost. apud Palm. Nep. decis. 194. n. 46 & 47. ad fin. & decis. 488. n. 27. 28. & 29. & in dicta Florentina Fideicommissi de Spinis in 3. artic. n. 139. & seqq.

Cæterum ipsa testatoris expressio, & præceptum, quod masculi fœminis præferantur, hoc in-
39 quam probat earum subsidiariam vocationem, cum
ista ea supponatur tanquam subjectum, in quo præscribitur ordo *Eminentiss. de Luc. de fideicomm. discur. 102. n. 11. Rot. in recent. decis. 152. n. 1. & seq. par. 6. cor. Zarat. decis. 29. n. 8. cor. Caprar. dec. 340. n. 9. & decis 588. n. 18.*

Ex hac verò demandata prælatione, vel ex
40 tacita ob contemplationem agnationis altera subalterna exoritur quæstio, an masculorum prælatio intelligenda sit discretivè in qualibet linea, ita ut quando fœminæ sunt de linea admissa præferantur masculis aliarum linearum, vel solum admittendæ sint in omnium defectum, de quo articulo vide plenè tractantes *Dom. meum Aud. Calderon. resolut. 63. num. 6 & 7. Bonden. miscell. jur. docum 73. num. 7.* ubi plurimi. *Mans. consult. 218. num. 7. consult. 219. n. 7. & consult. 220. n. 33. Torre var. to. 1 tit. 2. quæst. 20. n. 29. & de primogen. p. 1. cap. 25. §. 7. Rot. nost apud Palm. decis 426 n. 42. & plurib seqq. & decis. 14 n. 25 & seqq. cor. me. Rot. Rom. apud Calderon. dict. resolut. 63. n. 20. & seqq. post de Luc. de fideicomm. decis. 28. n. 13. & seqq. apud Palm decis. 480. n. 10. in Bononien. Fideicommissi de Ursis 26. Martii 1708 §. absque eo quod coram Molia in Ravennaten. Julii Cammilli de Abliosis 9. Aprilis 1710. §. quidquam cor. Crispo, in Eugubina Fideicommissi 19. Januar. 1714 § præter cor. eod. in Firmana Immissionis, seu Fideicommissi super Prædia delle Piane 4. Martii 1720. §. quæ cum ita cor. Cerro, in Nucerina Fideicommissi 5. Martii 1725. §. vel in omnem casum cor. eodem.*

Hoc unum nota in quæstione an masculinum contineat fœmininum, quod opinio affirmativa in ultimis voluntatibus receptissima, procedit etiam
41 in fideicommissis, aliisque actibus ordinatis inter
vivos, qui actus æquè gratuiti sint, & benevoli, quemadmodum sunt donationes merè lucrativæ, & in quibus agatur de nudo ordine successionis, absque eo, quod fideicommittentis intersit vocabuli significationem esse latam, vel strictam, latè *Episcop. Rocc. select. cap 20 num. 5 & seqq. Eminentiss. de Luc. de fideicomm. disc 38. n. 5. Rot. in rec. decis 33. n 15 & seqq. par. 12. Rota nost. in Florentina Donationis de Medicis 15. Septemb. 1682. n. 1. cor. Finetta.*

42 Tertia conjectura per Rotam nostram expensa, est conformatio cum Statuto fœminarum exclusivo, quod quando fœminarum admissionem non impediat, pro negativa sequendo materias decisionum, vide *Rot nost. decis 24. num. 22. & seqq. & decis. 107. n. 40 & seqq. cor. me*, & in infra imprimendo *decis in Florentina Prælegati 19. Augusti 1678. n. 18. & seqq. cor. Flammin. Palm. & in Florentina Fideicommissi del Beco 15 Septembris 1682 n. 16. & seqq. coram Finetta, & in Florentina Donationis de Medicis 15. Septembris 1682. n. 3. & seqq. cor. eod. & in Petrasancten. Fideicommissi 11. Aprilis 1690. n. 23. & seqq. cor. Venturin. Sen. in Florentina Fideicommissi de Giachis 30 Septembris 1701. num 9. cor Farsetto, in Florentina Donationis de Bonacursis 11. Septembris 1705. n. 51. & seqq. cor. de Nobilibus, in Florentina Fideicommissi de Berzighellis 10. Septembris 1723. n. 31. & plurib. seqq. cor. Domino meo Audit. Calderon. Rot. Rom. in Romana Fideicommissi de Palazzolis 18. Aprilis 1704. & 4. Julii. & 5. Decembris ejusd. anni per tot. cor. Muto, in Melevitana Fideicommissi 21. Februar. 1710. §. insubsistens cor. Priolo, in Nepesina Donationis 26. Junii 1714. §. nullatenus cor. Crispo, in Æsina Fideicommissi 21. Januarii 1723. §. et sane inefficax, & 14. Junii ejusdem anni §. constabilitis cor. Ratta*, & dixi ego infra in *addit. ad decis. 43. n. & seqq.*

Excitat hic Rota quæstionem, an beneficium
l. cum avus ff. de con. & dem. fœminis impediatur 43
a Statuto fœminarum exclusivo, de quo latè *Rota Senen. decis 7. n. 6. & seq. cor me.*

Quarta, & ultima conjectura, quam pro ex-
clusione fœminarum refert Rota, est illarum inca- 44
pacitas succedendi in bona emphyteutica in hæreditate reperta, quibus stantibus, nec veniant appellatione filiorum quoad allodialia, ratione pariformis determinationis, quam habere debet dispositio omnia bona respiciens, de qua conjectura vide *Menoch. cons. 204. num. 16. Fusar. de substitut. quæst. 311. n. 85. Peregrin. de fideicomm. artic. 25. num. 46. in fin. Paulut. dict. dissert. 91. n. 124 125. Rot. nost.* in citata *Florentina Fideicommissi de Giachis 30. Septembris 1702. num. 35. & seqq. coram Farsetto.*

PISTORIENSIS
Fideicommissi

17. *Augusti* 1603. *Ex Lib. Motiv.* 89. *a* 344.

ARGUMENTUM.

Fideicommissum ordinatum in caso, *si alter sine liberis decesserit*, an habeat locum solum in primo mortis unius, vel etiam in sequentibus mortis aliorum. Prohibitio alienandi intra certum tempus, an post illud importet facultatem etiam ad eversionem fideicommissi. Filiorum appellatione non veniunt fœminæ, quando est contemplata agnatio, & unde hæc contemplatio eliciatur in contractu donationis.

SUMMARIUM.

1 *Dictio alter secundum propriam significationem importat unum de duobus.*
2 *Aliquando verificatur etiam in tribus, & n. 30.*
Maximè concurrente verisimili mente loquentis num. 3 & 31.
Et unde ista resultet nn. seqq.
4 *Alienatio usque ad certum tempus prohibita, post illud censetur permissa.*
5 *Amplia etiam ad eversionem fideicommissi.*
6 *Item amplia non obstante tacita prohibitione ex fideicommisso resultante, & de ratione.*
Sed distingue ut num. 37.
7 *Filiorum appellatione veniunt filiæ, & earum filii.*
Distingue ut num. 19.
8 *Donatio inter avum, & nepotes in potestate existentes, stante juramento est valida, & irrevocabilis.*
9 *Fideicommissum subsequens non comprehendit bona præcedenter donationis titulo in donatarium translata.*
10 *Testator potest gravare hæredem in bonis propriis, & ea fideicommisso subiicere.*

11 *Et*

11 *Et hæres post aditionem illi dispositioni contravenire nequit.*
12 *Maximè si agatur de re communi inter hæredem, & testatorem.*
13 *Intellige si constet de voluntate, secus contra.*
14 *Genitivus casus dominium importat.*
15 *Bona propria hæredum non veniunt sub dispositione facta de bonis testatoris.*
16 *Substitutiones fieri possunt etiam in contractibus, & an propriè dicantur substitutiones.*
17 *Reciproca jacta cum compendiosa fideicommissariam continet, & ex quibus verbis inducatur.*
18 *Filiorum appellatione, an veniant fœminæ in contractu donationis.*
20 *Agnatio dicitur contemplata ab exclusione propriarum filiarum, & substitutione alicujus de agnatione.*
21 *Et hæc opinio, quicquid aliqui contradicant, videtur approbata.*
22 *Fœminæ veniunt appellatione filiorum non propriè, sed ex interpretatione.*
23 *Conjectura pro agnationis contemplatione censetur, quando testator masculos vocavit, & fœminis aliquid pro dotibus dari mandavit.*
24 *Alia conjectura desumitur a Statuto exclusivo fœminarum, cui testator se conformare præsumitur.*
25 *In Civitate Pistorii adest Statutum excludens fœminas ab hæreditate avorum propter patruos.*
26 *Statutum excludens ab hæreditate avi non extenditur ad hæreditatem patris.*
27 *In fideicommissis non succeditur gravato, sed testatori.*
28 *Alia est conjectura, si sequeretur absurdum, quod fœmina remotior excluderet proximiorem.*
29 *Item, si donator seipsum substituit expressè in defectum, nepotibus sine filiis decedentibus, & de ratione.*
32 *Unum fideicommissum recipit declarationem ab alio.*
33 *Faciens fideicommissum uno, & omnibus decedentibus, præsumitur illud facere voluisse etiam tribus decedentibus.*
34 *Maximè stante dictione* ad invicem, *per quam inducitur reciproca inter omnes.*
35 *Dictiones* alter *quandoque idem significat, ac dictio* si quis, si aliquis.
36 *Dictio* si quis, si aliquis *licet singulares personas designent, tamen inter plures prolata effectum suum in primo non consumunt, sed ad omnes transeunt.*
38 *Prohibitio alienationis expressa, licet ad tempus restricta suos producit effectus eo durante, quos non producit tacita.*

DECISIO XXXIII.

In Causa Dufetti, e Angelini.

Vincentius de Dufettis Pistoriensis, usque de anno 1537. titulo donationis inter vivos, transtulit in DD. Antonium, Blasium, & Nicolaum ejus ex filio prædefuncto nepotes, medietatem omnium suorum bonorum immobilium, præsentium, & futurorum, triplici [quod ad rem nostram pertinet] adjecta conditione. Prima, quod nulli donatariorum liceret rerum donatarum partem aliquam alienare ante vigintiquinque ætatis annum completum: secunda quod tenerentur solvere nomine dotis DD. Candidæ, & Hermellinæ earum sororibus scutos 400. quando nuberent; tertia, quod si alter ipsorum quandocumque decederet sine filiis legitimis, & naturalibus, superstites succederent ad invicem æquali portione.

Post hæc idem Vincentius condidit testamentum, & institutis sibi hæredibus universalibus iisdem suis nepotibus, atque Candidæ nepti adhuc superstiti dote supradicta legata, eosdem ad invicem substituit vulgariter, & pupillariter, & casu quo decederent sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, substituit superstites per fideicommissum, & ultimum ipsorum voluit succedere in quatuor prædiis suis, ibidem nominatim expressis.

Decessit primò loco Antonius absque sobole, postea Nicolaus, relicto Joanne Baptista nepote ex D. Alexandra filia prædefuncta, unde D. Capitaneus Blasius existimavit fideicommissum ad sui favorem fuisse purificatum, tam virtute donationis, quam testamenti, ideoque convenit Joannem Baptistam, ut sibi portionem quamdam bonorum dimitteret in dicto fideicommisso comprehensorum, & ab eo detentorum titulo dotis D. Alexandræ matris suæ; ex adverso autem multa opposita fuere, quæ, superfluis resecatis, ad infrascripta capita per nos redacta fuerunt.

Etenim fuit in primis dubitatum, an in donatione prædicta fuerit revera inductum fideicommissum, in casu mortis Nicolai.

Secundò dato, quod fuerit inductum, an per denegationem facultatis alienandi intra vigintiquinque annos, censeatur data facultas alienandi post illud tempus, etiam ad eversionem fideicommissi.

Tertiò si non censeretur data, an evenerit casus conditionis fideicommisso appositæ.

Quartò, & postremo, an in omnem casum, donator in testamento postea facto, & fideicommisso in eo inducto, voluerit comprehendere bona jam donata:

Dubium in primo capite faciebat formula loquendi, qua usus est testator, dum dixit -- *quod si alter dictorum Antonii, Nicolai, & Blasii decesserint sine filiis succedant superstites* -- quia cum dictio - *alter* - 1
secundum propriam significationem intelligatur de uno ex duobus *l. sed interpellatur §. si ab altera ff. de arbitr.*, & notatur in *l. si asse tota §. primo ff. de legat.* 1., utique mortuo Antonio, & aliis ad ejus portionem admissis, dispositio sortita fuit effectum suum, nec amplius reiterari potest, proprietate verbi resistente, quæ non patitur, ut quod in uno tantum disponitur, in pluribus verificetur.

Et licet eadem dictio verificetur etiam aliquando in tribus, ut per *Castr. cons.* 264. *num.* 2 *lib.* 2. 2
illud tamen ideò ibi contigit, quia sic mens testatoris exigebat, & agebatur de substitutione pupillari favorabili, & non de aliquo gravamine fideicommissi, ut ipsemet *Castr.* consideravit, quin etiam rectè perpensus, licet contendat dictionem illam aliquando inter plures poni, non per hoc tamen affirmat, quod verificata in uno, in aliis repetita credatur. Quare cum mortuo Antonio, dictio illa effectum suum produxerit, & nunc non de successione Antonii, sed Nicolai agatur, nihil est, quod a supradicta substitutione jus deducatur, quæ uni, non duobus facta fuit. 3

Verum dato etiam, citra præjudicium veritatis, quod substitutio omnibus facta fuerit, & ad favorem ultimi superstitis, adhuc tamen frustratoriè egisse videbatur Dominus Capitaneus Blasius, quia cum idemmet donator, paulò ante substitutionem, prohibuerit donatariis facultatem alienandi bona donata, donec pervenerint ad vigintiquinque ætatis annos, certe post illud tempus, censetur eisdem 4
licentiam alienandi concessisse, per regulam *l. Imperator ff. de postuland. & l. pater filium §. fundum ff. de legat* 2. quam etiam ad eversionem fideicommissi approbarunt plerique scribentium, ut videre est apud *Alex. cons.* 55. *n.* 7. *&* 8. *lib.* 3. *Capr. consil.* 92. 5

fil. 92. num. 11. & 12. Paris conf. 25. num. 12. &
13. lib. 2. Soccin. Jun conf. 163. num. 33. lib. 2. Dec.
conf. 513. num. 4 Ruin. conf. 76 num. 6. conf. 112.
num. 4. conf. 132. lib. 2. conf. 121. num. 8. lib. 3.
Crot. conf. 61. lib. 2. Decian. conf. 9. num. 17. lib. 3.
Rot. Bonon. inter conf. Marzar. conf. 7. ante fin. Mantic.
plures referen. de conject. lib. 3 tit. 17. num. 11.
Decian. conf. 78. latissimè lib. 3. Surd. conf. 294. n. 12.
lib. 2. & decis. 75. num. 6 & 7. Menoch. de præsumpt.
lib. 2. præsumpt. 165. n. 27. & conf. 151. n. 33 cum
seqq. lib 2. & conf. 327. n. 108. Quare cum Nicolaus
ille, de cujus successione nunc agitur, ætatem
illam excesserit, jure suo alienare potuit, non obstante
tacita prohibitione ex fideicommisso resultante,
quia sicut mutata est voluntas disponentis respectu
prohibitionis expressæ, ita etiam mutata censeri
debet respectu tacitæ, ut post Ruin. Curt. Paris.
Socc. & Alciat. dixit Menoch. dict. præsumpt. 165.
num. 27.

Sed certe etiam si prædicta possent pati aliquam
difficultatem, ex alio tamen omnino tutus
videbatur reus conventus, quia scilicet non evenit
conditio, sub qua substitutio facta fuit, quia cum
Nicolaus decesserit, relicta D. Alexandra filia, seu
Joanne Baptista nepote ex ea, non potest dici decessisse
sine filiis, cum filiorum appellatione filiæ,
& nepotes ex eis contineantur l. 1. C. de condit in-
7 sert. & l. 1. & l. justa ff. de verb. significat. Cephal.
conf. 45. n. 7. & conf 46 & conf. 484 num. 20. cum
seqq Socc. Jun. conf 26. lib. 4. Rot. Bonon ubi supra
num. 7. Marzar. in epitom. quæst. 21. Mantic. de conject.
lib. 11. tit. 14 n. 7. Thesaur decis. 188. Gabr.
conf. 97. lib. 1. & conf. 88. & 200 lib. 2. Decian. consil.
2. n. 59. lib. 2. & Peregr. art. 25. n. 9.

Et licet idemmet donator in testamento postea
facto fideicommissum particulare induxerit, &
quidem ad favorem masculorum in quatuor prædiis
ibidem nominatim expressis, quorum portio,
bona illa esse dicuntur, de quibus nunc agitur.

8 Attamen dicebatur esse animadvertendum,
quod cum per donationem præcedentem inter vivos,
& quidem juratam, atque ideò etiam statim
validam, & irrevocabilem, licet factam inter avum,
& nepotes in potestate Paris. conf. 2. num. 2. lib. 3.
Rip. in l. in quartam n. 251. ff. ad l. falcid. & Clar. in
§. donatio quæst. 8. num. 8., cum medietas dictorum
9 prædiorum esset translata in donatarios, eadem minime
comprehensa fuit in fideicommisso postea facto,
ad l. sequens quæstio ff. de legat. 2. l. Lucius §. maritus
ff. ad Trebell. Alex. conf. 20. n. 10. lib. 3. Paris.
ubi supra num. 6 & conf. 33. n. 75. lib. 3. Clar. in §.
testamentum quæst 71. versic sed pone. Tiraquel. in
l. si unquam in verb. libertis n. 121. C. de revoc. do-
10 nat., quia licet in facultate testatoris sit illum, quem
hæredem facit, etiam in rebus propriis gravare,
& eas fideicommisso subiicere l. unum ex familia
§. si rem tuam ff. de leg. 2. & §. non solum instit. de
11 legat., & hæres postquam adivit non possit illi dispositioni
contravenire Dec. conf. 254. n. 3. & Surd.
decis. 93. n. 9. & 11., & in terminis rerum a testatore
prius hæredi donatorum est text. in dict. l. se-
12 quens quæstio; id quod maximè procedit, quando
res erat communis inter testatorem, & hæredem, ut
in casu isto, quia tunc facilius videtur voluisse disponere,
etiam de parte hæredis Rip. in l. servi electione
§. fin. n. 13. ff. de leg. 1. Corn. conf. 84. num. 8.
lib. 2. Peregrin. de fideicomm. art. 33. num. 28. Mantic.
de conject. lib. 9. tit. 1. n. 21.

13 Attamen istud intelligitur quando aliter de
contraria mente testatoris non apparet, quia tunc
dispositio ad aliena non porrigitur, ut admittunt
omnes supracitati DD., & in casu isto optime probatur,
tum attento proemio testamenti, ibi -- Quicquid
de se, & suis bonis facere valuerit -- tum verbis
illis institutionis -- in omnibus autem suis bonis --
Tum denique verbis substitutionis · succedat per fideicommissum
in quatuor possessionibus dicti testatoris --
quæ in genitivo prolata, dominium proferentis 14
præseferunt, DD. in rubric. de oper. nov. nunciat.
Alex. conf. 35. n. 14. lib 4. & conf. 54. num. 2. lib. 5.,
& excludunt bona propria hæredum. Corn. conf. 114. 15
n. 5. lib. 2. Simon de Prat. lib 3. interpretat. 1. dubit.
3. n. 9. Gemt. conf. 9 n. 33. lib. 2. Paris. consil. 98.
num. 14. lib. 2. Alex. conf. 171. num. 9. lib. 6. Corn.
consil 84. num. 8. lib. 2. Rolan. consil. 71. num. 29.
lib. 2. Cephal. conf. 516. num. 24. Ruin. conf. 74.
num. 1. lib. 2. & Cravett. conf. 187. num. 4. apud
quos singillatim videri potest de virtute verborum
supra relatorum.

Verum Domini, negotio maturè discusso, &
circumstantiis facti, non minus quam ipsomet facto,
ritè perpensis, in sententiam actori favorabilem
facile descenderunt.

Et in primis illa duo, pro expeditis habuerunt, 16
primum, quod etiam in contractibus inter vivos
substitutiones fieri possunt [accipiendo tamen istud
verbum substitutio large pro omni subrogatione unius
in locum alterius, ut evitentur contrarietates eorum,
qui aliter ea ratione sentiunt, quod ubi non
est institutio, ibi non sit substitutio, uti sunt Cuman.
in l. qui Roma §. cohaeredes n. 4 ff. de verb oblig.
Castr. ibidem n. 2. Alex. n. 4. Socc. n. 19. & Jas. n. 15.]
ut probat text. in l. ut hæredibus ff. de leg. 2 & in
l. quoties C. de donat. quæ sub modo. Castr. conf. 348.
col. 1. & conf. 385. col. 1 vol. 1. Alex. conf. 247. in fin.
vol. 6. Curt. Jun. conf. 15. n. 5. Bero. conf. 84 num. 5.
vol 2 Socc. Jun. conf 185. n. 6. vol. 2. Gravett. conf. 19.
n. 8. & conf. 130. n. 11. & Surd. conf. 247. n. 3. vol. 2.

Secundum, quod in prædicta donatione indu- 17
ctum fuit fideicommissum reciprocum inter donatarios
in casum mortis, virtute illorum verborum --
Quod si alter ipsorum quandocumque decesserit sine
filiis legitimis, & naturalibus, superstites succedant
ad invicem æquali portione -- per communem theoricam
DD., quæ habet, quod quando reciproca
juncta est cum compendiosa, tunc resultat substitutio
fideicommissaria Bart. in l. Latius n. 20. ff. de
vulgar. & pupillar. Imol. ibi n. 12. Alex. n. 19. Jas.
n. 30. in fin. Rip. n. 46. Castr. in l. in testamento n. 4.
Cod. de milit. testam., & ibi Salyc. in 2. quæst. idem
Salycet. in l. 2. C. de impub., & aliis substit. Aret. in
§. et plures n 10 instit. de vulg. & pupill. Bald. consil
55. n. 5. lib. 3. Alex conf 208 n. 2. lib. 6. Socc.
Sen. conf. 290. n. 1. lib. 2 & conf. 6. n. 2. lib. 3. ubi de
communi. Dec. conf. 318. col. 2. Paris. conf. 41. n. 35.
lib. 2. & Rol. conf 25. n. 11. lib. 1. ubi de communi;
ac propterea purificata conditione in ea apposita,
fieri debere locum dispositioni ejusdem ad favorem
superstitis.

Quare tota difficultas in eo reposita fuit, ut
constitueretur, an Nicolaus diceretur sine filiis de- 18
cessisse, & sic an verba substitutionis de masculis
solis intelligenda sint, an etiam de fœminis, præsertim
cum simus in donatione, in qua non cadit
differentia, quæ alias constitui solet inter contractus
& ultimas voluntates Dec. in l. 2. ff. de reg.
jur. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 183.
& Ludovic. conf. 9. per tot.

In qua quidem quæstione adeò variè a DD. 19
exagitata, ut nihil minus voluisse videantur, quam
veritatem attingere, placuit Dominis adhærere opinioni
Castrens. conf. 409. lib. 2. distinguentis inter
substitutos a testatore descendentes, & extraneos,
atque in illis approbantis opinionem eorum,
qui dixerunt nomen filiorum ad filios, & descendentes
ex eis non extendi, & istos non facere deficere
condi-

conditionem fideicommissi, nec patruum excludere, in istis autem totum contrarium sententis, ea potissimum ratione, quod dum masculos invicem substituit, & fœminas ab universali institutione, & substitutione exclusit, censetur habuisse aliquem respectum od agnationem, & voluisse bona penes masculos remanere, id quod affirmari non potest quando fuit extraneus substitutus, cum sit verisimile, quod sicut testator præposuit filium extraneo, sic etiam voluerit eidem præferre omnem filii sobolem, etiam fœmininam.

20 Quod autem ista duo sufficiant, scilicet filiarum exclusio, & substituti non extranei admissio, ad hoc ut dicatur testatorem habuisse respectum ad agnationem, ultra *Castr.* ubi supra, dixit *Ruin. cons.* 141. *in fin. lib.* 2 *Socc. Jun. cons.* 87. *n.* 10. *lib.* 3. *Rolan. cons.* 82 *num.* 40. *vers. ultimo dicitur lib.* 3. *& Odd. de compendios. part.* 6. *artic.* 4. *limit.* 3. *in princip.*

Et licet ista distinctio a multis improbetur, quos videre est latè relatos *a Rolan. dict. cons* 82. *in princ. lib.* 3. *Cephal. cons.* 306 *& Mantic. de co-*
21 *nject. lib.* 11. *tit.* 14 a plerisque tamen approbatur, quos refert idem *Mantic.* ubi supra *num.* 21. *Rol. dict. cons.* 82. *n.* 33. *vers. secunda, & novissima, & Cephal. dict. cons.* 306. *n.* 94. *&* 95. inter quos adsunt etiam multi, qui de communi testantur, & magis communi, uti sunt *Gozzad. cons.* 89. *num.* 4. *Socc. Jun. cons.* 124. *lib.* 1. *& cons.* 168 *n.* 4. *lib.* 2. *Muzzol. cons.* 5. *n.* 66. *Bero. cons.* 115. *n.* 13. *lib.* 2. idem *Cephal.* ubi supra, proximè *Odd. de compend. par.* 6. *art.* 4. *limit* 3 *versic sed contra magis communiter. Crass. in §. fideicommissum qu.* 35. *Alex. Trentacinq. de substitut. par.* 4. *cap.* 7. *n.* 12. *& Thesaur. dec.* 188. omnesque ea ratione, quia non debet esse melioris conditionis neptis, quam filia; Atque ex communissimo omnium voto, etiam illorum, qui in puris terminis contrarium sentiunt, tunc sine difficultate transit, quando ex aliquibus conjecturis deprehendi potest, disponentem ita voluisse, quæ etiam in proposita facti specie eo validiores esse creduntur, quia cum eis concurrit proprietas verborum, cum dubium non sit, quod appellatione filiorum propriè, & strictè non veniunt fœminæ, sed
22 ex interpretatione *l. justa interpretatione ff. de verbor. significat.* DD. ubi supra, & in puncto considerat *Mantic.* ubi supra *num.* 15. *versic. & hæc conjectura.*

Conjecturæ autem in casu nostro, multæ, & illæ quidem in primis validæ, verisimiles, & ad rectum uniuscujusque sensum accommodatæ consideratæ fuerunt.

23 Prima, fuit notabilis illa differentia, quam fecit donator inter masculos, & fœminas sibi in æquali gradu conjunctas, dum illos in totum vocavit, istis autem modicum quid pro dotibus dari mandavit, quia cum istud nulla alia ratione factum dici possit, nisi amore masculinitatis, & gratia conservandæ agnationis, ut in puncto dixit *Odd.* ubi supra *limit.* 3. *in princip. & Mantic. dict. tit.* 14. *n.* 14 *in princ.*, sanè si fœminas admitteremus, duo præter, imò contra disponentis mentem ageremus, quia in primis agnationis favorem subverteremus, quæ per masculos, & divitiores conservatur *l. pronunciatio ff. de verb. signific. & Mantic.* ubi supra proximè, mox fœminas testatori magis remotas ad eam successionem vocaremus, a qua ipsemet propinquiores rejecit, contra ipsius verisimilem sententiam, ut infinitis propè authoritatibus probavit *Cephal. dict. cons.* 306. *num.* 61. *cum seqq.*

Secunda conjectura desumpta est ex commu-
24 ni illa juris theorica, quæ habat quod testator, & quilibet alius disponens censetur in dubio conformare se cum dispositione Statutorum Patriæ suæ, de qua per *Bart. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. Bald. in cap. in præsentia num.* 11. *de probat. Fulgos cons.* 34. *n.* 4. *Alex. in l.* 3. *n.* 5. *de legat.* 1. *& Socc. Sen. in l. Gallus § quidam rectè col.* 3. *ff. de lib. & posth.* quia cum in Civitate Pistorii vigeat Sta- 25
tutum adeo exclusivum fœminarum propter masculos, ut non solum filios, & descendentes ab eis excludat ab hæreditate parentum propter filios, verum etiam ab hæreditate avorum propter patruos, ut explicitè legitur sub *rubr.* 97. *lib.* 2. *vers. item quod nulla mulier*, verisimile est, quod sicut si res ab intestato agenda fuisset, actor iste substitutus fœminas exclusisset, sic etiam voluerit donator fieri in successione testamentaria, cum non ita testatoris mentem regat jus commune, sicut municipale *Socc. Sen. in d. l. Gallus §. quidam rectè col.* 3. *ff. de lib. & posth.*, qui etiam *cons.* 249 *num.* 21. *vol.* 2. dixit hanc esse fortissimam conjecturam, & idem post eum affirmavit *Mantic. dict. tit.* 14. *num* 15, & est communiter receptum teste *Rip. in l. hæredes mei §. cum ita num.* 75. *ad Trebell.*, & eodem *Socc. cons.* 51. *n.* 33. *vol.* 4.

Et licet ad evitandam hanc conjecturam, Domini ex adverso informantes considerarent Statu- 26
tum Pistoriense excludere quidem neptem ab hæreditate avi, at non ab hæreditate patris, quando non extant filii masculi, ideoque non posse adaptari ad casum nostrum, ubi non de successione Vincentii, sed Nicolai agitur.

Tamen fuit statim responsum, verum quidem esse, quod hic agitur de successione propter mor- 27
tem Nicolai, at non de successione Nicolai, cum omnis vulgatum sit, quod per fideicommissum succeditur gravanti, non gravato *l. cohæredi §. cum filia ff. de vulg. & pupill. Bart. in l. sciant in fin. C. de legit. hæred. Alex. cons.* 1. *col.* 2. *vol.* 1., & in terminis *Mantic. dict. tit.* 14. *num* 16. *vers. secundo etiam respondetur*, atque *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 85. *n.* 11. *& cons.* 95. *n.* 6. *& n.* 93. apud quos alii videri possunt idem affirmantes.

Tertia fuit deducta conjectura ab absurdo vi- 28
tando, quod argumenti genus in materia ista validissimum est *l. hæredes mei §. cum ita ad Trebell.* Demus enim adhuc superesse neptes testatoris, seu donatoris, an istæ excludi deberent a successione avi a proneptibus? Certè sic si diceremus, quod filiæ hoc in casu veniant appellatione filiorum, & tamen nemo est, qui non videat, quam absurdum, & irrationabile istud foret, ut in individuo observavit, post alios *Mantic.* ubi supra *n.* 20 *versic. tertia est conjectura.*

Postrema fuit, quia si aliter donator intelle- 29
xisset, frustatoriè seipsum nepotibus suis sine filiis decedentibus substituisset, quia cum omnes tam nati, quam nascituri, essent in sua potestate, necessariò omnibus sine prole decedentibus, bona ad ipsum revertebantur, quod non evenisset, si dispositionem suam intellexisset, prout intellexit in masculis tantum, ideoque necesse habuit, expressè in eum casum sibi consulere, ne nepotibus cum prole fœminea, & adhuc se superstite decedentibus, bona ad fœminas transirent, statim in alienas familias migraturas.

Neque huic resolutioni, quicquam obesse possunt ea, quæ superius dubitandi gratia adducta fuerunt ad probandum, vel nullum in casu isto fuisse inductum fideicommissum, vel illud evanuisse ob ætatis lapsum.

Nam ad primum, cujus universa virtus reposita erat in significatione illius dictionis -- *alter* -- responsum fuit, quod imò hæc dictio de sui natu-

ra veri-

30 ra verificatur etiam in tribus *l. quicumque §. uni-*
verſi, & ibi *gloſſ. C. de heretic. & l. Ancilla*, & ibi
31 *gloſſ. C. de furt.*, maximè quando veriſimile eſt, lo-
quentem ita ſenſiſſe *Caſtr conſ.* 264. *num.* 2 *vol.* 2.
prout evenit in caſu iſto, argumento ducto tum
ex formula fideicommiſſi in caſum alienationis an-
tea immediatè facti, & omnes comprehendentis,
32 cum unum fideicommiſſum ab alio declarationem
recipiat *Ladercb conſ.* 132. *n.* 1., tum a veriſimili-
33 tudine, quia ſi fecit fideicommiſſum uno decedente-
te, & rurſus omnibus decedentibus, veriſimile eſt,
quod illud facere voluerit etiam duobus deceden-
tibus, tum denique a virtute illius dictionis -- *ad*
34 *invicem* -- per quam inducitur reciproca inter om-
nes *l. Lucius*, & ibi *Bart. num.* 4. *ff. de vulgar. &*
pupillar.

35 Hoc autem admiſſo, dictio iſta -- *alter* -- rema-
net ejusdem prorſus virtutis, cujus eſt dictio -- *ſi*
quis, *ſi aliquis* -- & ſimiles, quæ licet ſingulares
36 perſonas deſignent, tamen inter plures prolatæ ef-
fectum ſuum in primo non conſumunt, ſed ad om-
nes tranſeunt, ut poſt alios probat *Peregr de fi-*
deicomm. art. 13. *n.* 29. & 30. ad quem pro con-
cordantibus ſit relatio.

At pro remotione ſecundæ difficultatis fuit
conſideratum in tanta ſcribentium animoſitate, vel
inconſtantia (& circumſcripta pro nunc declaratio-
ne, utra opinionum ex diametro pugnantium ve-
rior ſit, & commodior, in qua re, ſi liberè vo-
tum noſtrum proferendum eſſet multum deferre-
mus reſolutioni, quam poſt alios amplectitur egre-
gius modernus *Peregr.* rem ex profeſſo, & non ad
clientis inſtantiam pertractans *art.* 40. *num.* 63. *cum*
37 *ſeq.*) ſatis probabilem eſſe, & commendatione, at-
que approbatione dignam diſtinctionem *Decian. con-*
ſil. 35. *num* 4. *cum ſeq. vol.* 3. dicentis, duos caſus
præcipuos in hac materia conſiderandos eſſe.

Primus, quando diſpoſitio ita ordinata eſt, ut
in ordine ſcripturæ præcedat prohibitio alienandi
ad tempus, & poſtea ſequatur fideicommiſſum uni-
verſale in caſum mortis, ſecundus verò quando fi-
deicommiſſum præcedit, & ſequitur prohibitio,
& primo caſu concludit, fideicommiſſum ſequens,
derogare præcedenti prohibitioni ad tempus, per
regulam, quæ habet, quod ulteriora derogant prio-
ribus *l. pactu noviſſima ff. de pact.*

Secundo verò caſu concludit, quod talis con-
ceſſio cenſetur facta ad derogationem fideicommiſ-
ſi, quæ opinio eo libentius amplectenda eſt, non
ſolum quia inter contrarias DD. opiniones illa tu-
tiſſima videtur, quæ contrarietates diſtinctione con-
ciliat, & omnibus ſuos caſus aſſignat, exemplo *Ul-*
pian. in l. item videndum ff de petit. heredit., & no-
tatur in *l.* 1. *C. de inoff. dotib.* verum etiam, quia
ſatis accedit veriſimili menti diſponentis, quem
credibile eſt illud poſtremo voluiſſe, quod noviſſi-
mo loco expreſſit.

Neque etiam opinio iſta eſt ſolius *Deciani* au-
thoritate munita, cum ita rem iſtam intellexerint,
ſi dicta eorum diligentius attendantur, *Menoch. lib.* 4.
præſumpt. 165. *n.* 26. dum exemplificat in teſtatore,
38 qui primo fideicommiſſum fecit, mox prohibitio-
nem ad tempus, & *Mantic. de conject. lib.* 3. *tit.* 17.
num. 11. exemplificans in teſtatore, qui filio ſub-
ſtituit, & poſtea prohibuit alienationem intra vi-
gintiquinque ætatis annos, & concludunt adverſus
fideicommiſſum.

Neque verò inde ſequitur, quod ita rem in-
telligendo, ſuperflua reddatur illa expreſſa ad tem-
pus prohibitio, quia præter quam quod idem af-
firmari poſſet in caſu contrario de illa tacita ex
fideicommiſſo reſultante, dicimus ulterius, quod
imò nec illa ſuperflua eſt, ſed durante eo tempo-
re ſuos effectus produeat, & quidem tales, quos
tacita prodocere non poteſt, ut pulchrè ad hoc
propoſitum conſideravit *Socc. Jun. conſ.* 130. *num.* 11.
volum. 1.

His autem ita ſe habentibus, non fuit neceſ-
ſe ingredi poſtremum articulum ſupra propoſitum,
quia cum in teſtamento medietas illorum quatuor
prædiorum ſine dubio fuerit fideicommiſſo ſuppo-
ſita, & alia medietas in donatione, ſuperfluum fuiſ-
ſet diſputare, an in teſtamento comprehenſa eſſet
medietas donata.

Antonius Carinus.
Alexander Zilocchius.
Livius Riccardus.

A D D I T I O.

ARGUMENTUM.

Plures in hac additione reſolutivè, vel remiſſivè examinantur quæſtiones, de quibus in præcedenti deciſione, quarum argumentum patet ex Summario, & nonnullæ etiam afferuntur conjecturæ contemplatæ agnationis ad effectum excluſionis fœminarum ſub verbis communibus.

S U M M A R I U M.

1 *AN reciproca concepta per verba diſtributiva* ſi unus, ſi alter, ſi aliquis ſine liberis deceſſerit *inter plures inſtitutos induttat ſolum gravamen in primo moriente, ita ut bona remaneant libera apud ſuperſtitem, vel gravamen reiteretur in aliis reſoluta ſingularitate in pluralitatem.*

2 *Opinionem pro expiratione gravaminis indiſtinctè tenet* Peregrin.

3 *Quæ tamen recipienda eſt cum diſtinctione, ſcilicet aut teſtator duobus tantum inſtitutis uſus eſt hac ſubſtituendi formula, & procedit opinio* Peregrin., *aut agitur de diſpoſitione generali cum pluribus perſonarum ordinibus, ſeu generibus, & tunc gravamen uſque ad ultimum cenſetur repetitum.*

4 *Maximè quando teſtator antequam diſtributivè loquutus ſit adhibuit verba generalia, & indefinita* ſi omnes, *& de ratione ibidem.*

5 *Verba* unicuique, cuilibet, *& ſimilia diſtributiva regulariter adverſantur reciproca.*

6 *Licentia alienandi non eſt incompatibilis cum fideicommiſſo.*

7 *Nam fideicommiſſum durat quouſque non ſequatur alienatio, & ea ſequuta prorſus evertitur, & omne jus vocatorum expirat.*

8 *Rogatus reſtituere quidquid ſupererit poteſt ſolum uſque ad dodrantem de hereditate diſponere, quarta ſubſtituto reſervata.*

9 *Aliud eſt in facultatario habente liberam facultatem diſponendi, qui poteſt totum fideicommiſſum evertere.*

10 *Rogatus reſtituere quidquid ſupererit tempore ſui obitus non poteſt per ultimam voluntatem alienare, & de ratione ibidem.*

11 *Secus facultatarius, cui conceſſa eſt libera facultas diſponendi, qui poteſt alienare tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem.*

12 *Limita ſi adſint in contrarium conjecturæ, & veriſimilis mens teſtatoris, quo caſu facultas limitatur ad actus ſpeciales, & contractus inter vivos, etiamſi concepta fuerit per verbum* diſponere.

13 *Facultas alienandi an reſultet ex prohibitione non diſponendi niſi poſt certam ætatem eſt ardua quæſtio.*

14 *Affertur distinctio inter orationem conceptam per simplicem prohibitionem alienandi usque ad certam ætatem, & alteram conceptam per viam denegatæ potentiæ, seu cum duplici negativa.*

15 *Adducuntur rationes, & authoritates impugnantes hanc distinctionem.*

16 *Author in hac quæstione suam opinionem non aperit, & solum refert duo insignia judicata, unum scilicet* Rotæ Florentinæ in Causa Mojoratus de Grifonibus, *alteram* Rot. Rom. in Romana Fideicommissi de Ruspolis, *& num.* 17.

18 *In hoc tamen omnes conveniunt, quod si causa prohibendi alienationem usque ad certam ætatem fuerit intentio testatoris consulendi imbecillitati prohibiti, & sic ejus favore facta sit prohibitio, ea cessante non cesset prohibitio legis facta in favorem fideicommissariorum, quæ tendit ad diversum finem, & effectum.*

19 *Alienatio fieri prohibita extra familiam an importet permissionem alienandi in familia, & an dictio* extra *æquipolleat dictioni* nisi *remissivè.*

20 *An posito fideicommisso restitutorio simplici, & absoluto cum permissione alienandi, gravatus alienare possit in remotiorem, & substineatur alienatio etiam post ejus vitam remissive.*

21 *Referuntur Doctores distinguentes, an præcedat fideicommissum, & subsequatur facultas alienandi, vel e contra.*

22 *An stante sola fideicommisso conservatorio res alienata inter genus permissum remaneat perpetuò alienabilis, & possit transire ad extraneos remissivè.*

23 *Non evadit transitoria ad extraneos, quando prohibitio est realis, quia tunc res ad quemcumque perveniat, pervenit cum tali onere.*

24 *Prohibitio quando sit realis remissivè.*

25 *Facultas alienandi dicitur ad exercitium deducta per hæredis institutionem.*

26 *Etiamsi agatur de generali hæredis institutione juxta* decis. *hujus Curiæ.*

27 Samminiat. controv. 117. *dicens contra unam ex dd.* decis. *obtentam fuisse revisionem reprobatur.*

28 *Contraria authoritates afferuntur, & conciliantur cum distinctione, de qua num.* 29.

30 *Limita conclusionem, de qua supra num.* 25. *Si institutio facta sit de eo, qui a primo testatore fuit substitutus, nam tunc non dicitur alienatio fideicommissi destructiva, sed potius restitutio.*

31 *Sublimita quando secundus testator diversimodè a primo disposuit.*

32 *Agnatione contemplata appellatione filiorum, & descendentium non veniunt fœminæ.*

33 *Et ad hunc effectum conjectura agnationis elicitur ab exclusione Religiosorum cum ratione conservandæ agnationis.*

34 *Item ex institutione, & substitutione agnatorum.*

35 *Item ex demandata artificiali renovatione familiæ in defectum agnatorum prius invitatorum.*

56 *Item ex pluries repetita qualitate masculinitatis in fideicommissi contextu.*

37 *Item ex volita conservatione bonorum in familia cum adjectione cognominis.*

38 *Item ex digressu ad plures substitutionum gradus.*

39 *Item ex institutione filiorum laicorum omisso presbytero, & prohibita alienatione, ut bona remaneant in familia.*

40 *Item ab exclusione illegitimorum.*

41 *Item ex obligatione dotandi fœminas injuncta institutis masculis, concurrente Statuto exclusivo.*

42 *In proposito conjecturæ, quæ singillatim, & de per se non sufficiunt, simul junctæ juvant.*

PErcurrendo omnes articulos, qui in decisione 1
tractantur, primò disceptatum fuit, an reci-
proca concepta per verba distributiva -- *si unus, si
alter, si aliquis sine liberis decesserit* -- mortuo uno,
aliisque ad ejus portionem admissis dici possit sor-
tita effectum suum, & quod reiterari non debeat,
vel potius, quod hujusmodi substituendi formula
omnibus conveniat singularitate in pluralitatem
resoluta.

Scripsit pro expiratione gravaminis, & obti- 2
nuisse testatur materiæ hujus fideicommissariæ emi-
nentissimus author *Peregrin. de fideicomm. artic.* 28.
ex num. 22. *& seqq.*, quæ quidem opinio licet ad-
mittatur in sua hypothesi vera, tamen communi- 3
ter cum distinctione recipitur, scilicet, aut testa-
tor duobus tantum institutis usus est hac substituen-
di formula, & tunc primus moriens est solum gra-
vatus, & in superstite purificata substitutione bo-
na remanent libera, & hic est casus de quo loqui-
tur *Peregrin.*, aut agitur de dispositione genera-
li cum pluribus personarum ordinibus, seu gene-
ribus, & tunc ea videtur intentio testatoris in hu-
jusmodi substitutione, ut cogitans inverisimilem
eodem tempore plurium obitum, velit in singulis
deficientibus habere locum gravamen toties quo-
ties casus evenerit, & proinde sub tali modò di-
sponendi comprehensi censentur omnes usque ad
ultimum, & hic est casus decisionis nostræ ita re-
solventis, licet ita non distinguat, prout *Peregrin.*
expendentes faciunt *Fusar. cons.* 144. *num.* 14 *&
seqq. Pedroch.* apud eum *cons.* 145. *num.* 27. *& seqq.
Bartell.* apud eum *cons.* 146 *num.* 10. cum quibus
authoritatibus transit postea *Fusar. de substit. qu.* 347.
num. 246. *Baldacc. ad Ramon. cons.* 9 *num.* 91. *&* 92.
Eminentiss. de Luc. de fideicomm. disc. 105. *num* 2.
alter *de Luc. de linea legal. tom.* 1. *art.* 20. *num* 8.,
& quæ ab omnibus in proposito uti satis præcisa
allegatur *Rota in Romana Fideicommissi de Quinque
cor. Pirovan. post Fenzon. ad Statut. Urb. decis.* 103.
§. nec obstat usque ad fin., *& decis* 22. *ex num.* 48.
& seqq. cor. Arguell. & decis. 63. *num.* 2. *&* 3. *cor.
Zarat. & decis.* 539. *n.* 6. *& seqq. cor. Cerro.*

Istoque voluntas inducendi reciprocam non dum 4
in casu mortis unius, sed etiam aliorum eo cla-
rior fit, quoties testator antequam distributivè
loquutus sit, adhibuerit verba generalia, indefini-
ta omnes respicientia, quemadmodum si dixisset
-- *& si omnes, vel aliquis &c.* -- tunc enim magis
planum est argumentum pro reciproca, cum sub-
stitutio post mortem omnium importet potissimum
illius requisitum gravaminis ultimo appositi, per
subsequentem verò orationem, *si aliquis*, videtur,
quod testator consulere voluerit cuicunque contin-
gibili casui, sive quod omnes ex aliquo accidenti
simul decedant, sive quod aliquis factus ultimus
tandem deficiat, ut latè disceptatum fuit in *Foro-
livien. Fideicommissi de Torellis* super quo scripsit
Paulut. dissert. 16. *n.* 19. *&* 20., & decidit *Rot.* post
eum *decis.* 1. *num.* 10. *&* 11. *& decis.* 2. *n.* 8. quarum
prima est repetita, apud *D. meum Audit Calderon.
resolut.* 94. *num* 82., & iterum super eodem testa-
mento Thomæ de Torellis firmavit *Rot.* 13. *Januarii*
1721. *§. nequaquam officiente, & §. animadversa, &*
28. *Novembris ejusdem anni §. nec enim validus, &
§. seqq. &* 19. *Februarii* 1723. *§. contraria bis om-
nibus cor. Corio.*

Cæterum quod diximus, ut dictio -- *si aliquis* --
quamvis distributiva, reciprocam non officiat, par-
ticulariter, & in supradictis casibus intelligendum
est, ut in principio adnotavimus, quando omnes
vocatos indeterminatè respicit, adeout de quoli-
bet prædicetur, & in unoquoque decedente fit
reitera-

reit-abilis, ſecus ſi teſtator plures inſtituendo, particulariter cuilibet ſubſtituerit per verba -- *unicuique, cuilibet* -- vel ſimilia diſtributive, per quæ
5 omnino reciproce deſtruitur, & quæ regulariter loquendo ſunt reciprocæ adverſetiva, ut examinando hujuſmodi ſubſtituendi formulas ſcripſerunt *Caſtald. conſult.* 77. *num.* 3. *& conſult.* 237. *n.* 18. *Rodulphin. alleg.* 39. *n* 17. *Epiſcop. Racc. diſp.* 17. *n.* 1*u. de Luc. de lin. legal. lib.* 1. *art* 20. *n.* 7. *Rot. noſt. apud Palm deciſ.* 213. *n.* 74. *& deciſ* 426. *n.* 5. 6. *&* 7. *apud eumd* ubi plures: plenè *Rot. Roman.* in quadam *Romana Manutentionis cor. Hervault poſt de Luc. de fideicomm. lib* 10. *deciſ.* 8. *n.* 7. repetit. poſt *Balducc. ad Ramon. deciſ.* 15. *ſub n.* 5. §. *altera verò tom.* 4. confirmat. *cor. Caprar. deciſ.* 39. *n.* 11. repetit. poſt *de Luc. ubi ſup. deciſ.* 9 *n.* 11. *poſt Balducc. ad Ramon. deciſ.* 16. *n.* 10. iterum confirmet. *cor. Caprar. deciſ.* 50. *n.* 1. repetit poſt *de Luc. ubi ſup. deciſ.* 10. *num.* 1. *& poſt Balducc. ad Ramon.* pariter *ubi ſup. deciſ* 17. *num.* 1.

6 Succedit modò altera quæſtio in deciſione tractata ſuper fideicommiſſo cum facultate, & licentia alienandi, quæ quidem cum eo non eſt incompatibilis, illud enim viget, & durer quouſque e-
7 lienatio non ſequatur, ea verò ſequuta cadit quoad rem alienatam univerſe moles fideicommiſſi, & omne ſuper ea vocatorum jus expirat, totum in teſtamentis faciente voluntate teſtatoris, in cujus libero arbitrio ſicuti fuit fideicommittere, vel non, ita in ejus poteſtate fuit concedere licentiam alienandi, evertendique fideicommiſſum juxta communem opinionem, de qua *Balduct. ad Ramon. obſerv.* 78 *num.* 36. *& ſeqq. Altogr. ad. Jun. contrav.* 48. *num.* 1. *Epiſcop. Racc. cap.* 107. *num.* 64. *Sammniat. controv* 175. *n.* 48. *Boſcol. apud Torre de primogenit. tom.* 2. *reſponſ.* 2. *artic.* 1. *n* 157. *Banden. in miſcell. juridic. in addit. ad deciſ.* 74 *n.* 1. ubi plures. *Eminentiſs de Luc de fideicomm. diſc* 57. *n.* 18. *Torr. de primogenit. lib.* 2. *quæſt.* 51. *n.* 16. *Rot. Lucen. apud Manſ. conſult.* 6 *n.* 51. *tom.* 9. *Rot. Senen. apud Mart. Medic. deciſ.* 10. *n.* 14. *Rot. noſt. apud Palm. dec.* 364. *num* 39 *& apud Turr. de primogenit. tom.* 3. *deciſ.* 20. *num.* 12 *&* 90. *& deciſ.* 90. *n.* 13. inter impreſſ. *cor. me, & in Florentina Fideicommiſſi de Uſimbardis* 9. *Septembris* 1719. *ſuper facultate alienandi art.* 3. *n.* 1. 2. *&* 3 *pariter cor. me. Rot. Rom. deciſ.* 111. *num.* 1. *&* 2 *cor Celſo deciſ.* 124. *n.* 2. *cor. Priol. dec.* 99. *n.* 11. *cor. Arguell. deciſ.* 287. *n.* 22. *cor. Bich. dec.* 514. *n.* 8. *& num.* 13. *cor Cerr. & deciſ.* 18. *n.* 2. *cor. Ubag. deciſ.* 21. *n.* 13. *cor. Anſald. deciſ.* 274 *n.* 8. *cor. Benincaſ. & poſt de Luc. de fideicomm. in Mantiſs. deciſ.* 57. *n.* 15. *& in Bononien. Evictionis ſuper cautel. Angeli* 2. *Julii* 1714. §. *neque ſub prætextu cor. Eminentiſs. Falconerio* confirmat. 3. *Decembris ejuſdem anni cor. eod.* impreſſ. apud *Palm. Nep. deciſ.* 445. *n.* 1.

8 Idque adeò verum eſt, ut quamvis in jure habeemus, quod facultatarius uſque ad dodrantem poſſit diſponere, quarta reſervata ſubſtituto per notum text. *in Auth contra cum rogatus Cod. ad Trebell. Altograd. Jun. controv.* 48. *n.* 48. *Balduct. ad Ramon. obſerv* 78 *n.* 19. *Fuſar. de ſubſtitut. qu.* 710. *num.* 21 *Craſſ. de ſucceſſ.* §. *fideicommiſſum quæſt.* 54. *num.* 1 *Peregrin. de fideicomm. artic.* 40. *num* 40. *Rot. noſt apud Magon. deciſ.* 149 *n.* 9. *& deciſ.* 90. *num.* 9. inter impreſſ. *cor. me. Rot. Rom. in Balnearegien. Depoſiti, & Inveſtimenti* §. *eoque validius in fin. cor. Eminentiſs. Falconer* ubi plures.

9 Hæc tamen diſpoſitio non habet locum, ubi libera, & abſoluta facultas diſponendi conceſſa fuerit, cum textus loquatur de rogato reſtituere quidquid ſuperetit nulla alienandi licentia tributa, qui longè diſpares ſunt termini, juxta animadverſa per *Eminentiſſ. de Luc. de fideicomm. diſc.* 59. *n.* 2. *Rot. Senen. apud Mart. Med. deciſ.* 10. *n.* 30. *Rot. noſt. deciſ.* 90 *n.* 15. inter impreſſ. *cor. me Rot. Roman. in dict. Bononien. Evictionis ſuper cautela Angeli* 2. *Julii* 1714. §. *hæc libera*, & in confirmat. 3. *Septemb. ejuſdem anni* §. *neque adeò, & ſeq. cor. Eminentiſſimi Falconer.*

Quinimò rogatus reſtituere quidquid ſuperetit tempore ſui obitus, non poteſt per ultimam voluntatem alienare, optime quidem de cauſa, quia reſiduum habet in vita, teſtando autem conferri alienationem poſt mortem ſuam, & ſic in tempus prohibitum, in quo teſtamentum habet effectum *Spad. conſ.* 273. *n.* 2. *lib.* 3. *Venturin. conſ.* 29 *n.* 40. *lib.* 1. *Balducc. ad Ramon. conſ.* 78. *n.* 45. *Craſſ. de ſucceſſ.* §. *fideicommiſſum quæſt* 54 *n.* 2. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 188. *n.* 17. *Peregrin. de fideicomm. art.* 40. *n.* 43. *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 545. *ex n.* 41. ubi in §. *et cum hac opinione*, ita ipſe concludit. 10

Non ſic ille, cui abſolutè conceſſum fuerit diſponere, ipſe enim poteſt tam alienare inter vivos, quam per ultimam voluntatem, ut expendendo etiam alia verba, per quæ licentia conceſſa fuetit, dixerunt latè *Balduct. ad Ramon. conſ.* 78. *n.* 42. *&* 43. *Rodulphin. alleg.* 17. *num.* 8. *& ſeqq. Altograd. Jun. controv.* 48. *num.* 56. *& ſeqq. Manſ. conſult.* 517. *num.* 27. *& ſeqq. Torre de majorat. quæſt.* 51. *n.* 27. *& ſeqq.* fuſè *Rot. noſt. poſt eum tom.* 3. *deciſ.* 20. *ex num.* 97. *ad* 109. *Rot. Rom. in recent. deciſ.* 288. *n.* 10. *& ſeqq. par.* 14. 11

Niſi pugnent in contrarium circumſtantiæ, & veriſimilis mens teſtatoris, quo caſu ad ſpeciales actus contrahitur, & ad contractus inter vivos facultas reſtringitur, etiamſi concepta fuerit per verbum -- *diſponere* -- *Annibal Rill. apud Manſ. conſult.* 512. *n.* 1 *& ſub n.* 2. *Petr. Pacion. apud eumdem conſult.* 513. *n.* 8., & ibi *de Comit. conſult.* 514. §. *addenda. Balducc. ad Ramon. obſervat.* 78 *num.* 44. *& num.* 68. *&* 69. *Rot. poſt eum tom.* 4. *deciſ.* 2. *num.* 10. *& ſeqq. deciſ.* 3 *n* 10. 12. *& ſeqq. deciſ.* 4 *n.* 7. *& ſeq. deciſ.* 6. *num.* 9. *& ſeqq. deciſ.* 7. *n.* 8. *& ſeqq. deciſ.* 9. *ſub n.* 13. §. *ac proinde & ſeqq.* 12

Sed antequam ulterius progrediamur, expendenda occurrit quæſtio in deciſione promota, an hujuſmodi alienandi facultas reſultet ex prohibitione non diſponendi, niſi poſt certam ætatem, in qua diſputatione dividuntur DD. in claſſes, noſtrorumque Majorum diſſidium ancipitem diu ſe tenuiſſe fatetur *Peregrin. de fideicomm. art.* 40. *ſub num.* 64. §. *in hac re*, & controverſiam hanc antiquam, & moderna ingenia torquere teſtatur *Rot. poſt de Luc. in Mantiſſ. lib.* 10. *deciſ* 35. *n.* 11. 13

Siquidem nonnulli diſtinguentes diverſas prohibitionis formulas, an hæres ſit ſimpliciter prohibitus alienare uſque ad certam ætatem, an verò oratio concepta ſit per viam denegatæ potentiæ, ſeu, quod idem eſt, cum duplici negative, nempè quod non poſſit alienare niſi poſt præſcriptum tempus, admittunt in primo caſu, quod arguendo a contrario ſenſu ad limites ſenſus directi, cum ſola reſultet non prohibitio, per hoc tacita prohibitio legis non impedietur, neque ex hoc loquendi modò reſultet facultas diſponendi poſt temporis lapſum; at in ſecundo caſu in quo præcedit oratio negativa, ſeu denegata potentia, volunt quod dictio -- *niſi* -- quæ ſubſequitur, ponat expreſsè potentiam in contrarium, ſilente qualibet legis prohibitione, ubi loquitur homo, ita ut habeatur diſpoſitum, perindè ac ſi dictum fuiſſet, quod lapſo præſcripto tempore liberum eſſe deberet hæredi alienare, & diſponere, pro qua opinione tote poſita in vi duplicis negativæ, quarum ultima, affirmet id, quod prima negat, facit elegans text. *in l. quibus diebus* §. *quidam ff. de con. & dem.* ibi -- *quia* 14

nihil interſit utrum ita ſcribatur, quas pecunias cuique legavi, eas hæres mrut, ſi matrr mea moriatur data, an ita, niſi mater mea morietur ne dato -- iſtiuſque ſententiæ anteſignanus aſſignatur *Ruin. conſil.* 138. *lib.* 2. quem ſequuntur antiquioribus omiſſis *Geroſpin. conſ.* 92. *n.* 37 *cum ſeqq. Gatt conſil.* 5. *n.* 48. *& ſeqq. Grattan. diſcept.* 416. *n.* 4. *& n* 12. *de Luc ad eum diſcept.* 69. *n.* 7. *Andreol. controv* 88. *n.* 2. *& ſeqq Rodulphin. alleg.* 17. *num.* 3. *& ſeqq. Advocati Roman. apud Manſ. conſult.* 511. *n.* 9. *& ſeqq. & conſult.* 516. *n.* 1. *& ſeqq. Manſ. conſult.* 517. *num.* 5. *& ſeqq. Bonden. collect. legat.* 38. *n.* 73. *lib.* 1. *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 736. *n.* 4. 5. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib* 3 *tit.* 17. *ex n.* 11. *Mart. de ſucceſſ. legal. par.* 4. *quæſt.* 21. *art.* 15. *a num.* 25. *Torr. de primogen. lib.* 2. *quæſt.* 29. *n.* 4. & latius *quæſt.* 51. *n.* 3. *& ſeqq. Modern. Fredian. de fideicomm. diſſert.* 26. *n.* 25. *Rota Seven. apud Mart. Mrd deciſ.* 10. *a n.* 21. *& ſeqq. num.* 28 *&* 40. *verſic. ultra quam quod. Balducc. ad Ramon. conſ.* 100. *n.* 50. *deciſ. poſt eum tom.* 4. in ordine *la* 86 *num.* 16. *&* 17. idem *rer. judicat. tit.* 3. *de legat & fideicomm. deciſ.* 6. *num.* 21. *Rot dec.* 18. *n.* 6. *&* 7. *cor. Ubag. deciſ.* 507. *n.* 21 *& ſeqq. coram Cerro, deciſ.* 748. *ſub n.* 45. *cor. Dunoz. Jun. deciſ.* 760. *n.* 10. *cor. eod. deciſ.* 48. *n.* 13. *cor. Bich. deciſ.* 265. *num* 53. *cor. Ottobon. & in recent. deciſ.* 388. *num.* 6. *& ſeqq. par.* 14. *& deciſ.* 6. *n.* 9 *&* 10. *par.* 15.

15 Alii verò vim hanc, & efficaciam denegant dictioni -- *niſi* -- quæ exceptiva, & limitativa ſit, excludens a diſpoſitione id ipſum, quod ſub ea continetur, ſed non diſponat in caſu contrario, & quatenus virtualiter intelligatur diſponere, non ſine paris roboris, & potentiæ fideicommiſſum clarum, & facultas inductiva æquivoca, & ad aliud referibilis, quod ex eo ſuadent, quia ſicuti in fideicommiſſis ubi adeſt ſolum tacita legalis prohibitio, hæc non excludit, ut gravatus poſſit vitæ ſuæ durante alienare, competente ſubſtitutis facultate alienata vindicandi *l. fin. §. ſin autem Cod. commun. de legat. Modern. Fredian. de fideicomm. diſſert.* 20. *num.* 22. quod non patitur expreſſa hominis prohibitio, qua vigente nullus, & irritus eſt actus ab initio *l. cum pater §. libertis*, ibique *gloſſ. ff. de legat.* 2. *Fredian. ubi ſup. n.* 26. hinc prohibendo teſtator temporaliter alienationem præſumatur durante illo ſpatio voluiſſe privare hæredem facultate etiam revocabiliter alienandi, ita ut potentia, quæ per negativam intelligitur reſtituta, in eo conſiſtat, quod reaſſumat non indefinitam, & abſolutam alienandi libertatem, ſed qualem habuiſſet etiam antea ſi dicta expreſſa prohibitione teſtatoris obſtrictus non fuiſſet, ita ſequendo *Bellon. Jun. conſ.* 1. qui hujus contrariæ ſententiæ potiſſimus defenſor adducitur, ſe ipſerunt *Fabinens controv. jur. lib* 4. *cap.* 75. *Gratian. diſcept. for. cap.* 69. *n.* 5. *& ſeqq. Andreol. controv.* 29. *num.* 11. *& ſeqq. Petrus Pacinn. apud Manſ. conſult.* 513. *n.* 3 *de Comit. apud eumd. conſultat.* 514. *§. nihil habenda. Urceol. conſult.* 86 *ſub num.* 13. *Ciroccb. diſcept.* 24 *n* 16 *Palm. Nep. alleg.* 95. *n.* 7. *& ſeqq. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 720. *ſub n.* 9 *§. ego ter conſului, & ſub n.* 20. *& n* 30 *Peregrin. de fideicom. artic.* 40. *n.* 65. *Rube. de teſtam. cap.* 4 *num* 365. *& ſeqq. Hodiern. ad Sued. deciſ.* 75 *n.* 1. *Coccin. in annot.* 12. *poſt prim. vol. deciſ.* quin 3 teſtatur de ſenſu Rotæ. *Oſaſcb. deciſ* 85. *n* 13. *&* 14. *Rot. Rom. deciſ* 829. *n.* 11. *& deciſ* 1244 *n.* 4. *cor. Seraphin. deciſ.* 22. *n.* 8. *& ſeqq. cor. Arguell. & deciſ.* 350. *n.* 3. *& ſeqq. cor. Bich. in recen. deciſ* 415. *n.* 9. *& plur. ſeqq. par.* 9. *& deciſ.* 430. *n.* 16. *par.* 13. repetit. poſt *Turr. de pact. deciſ* 201. *n.* 14. *verſic. ea ratione, & in Bononien. Dominus de Malvaſia poſt Urceol conſult. cap.* 86. *n* 22. & in confirmat. *apud eumd. n.* 24. *& in Romana Dominus poſt de Luc. de fideicomm. deciſ.* 53 *n.* 17. *& deciſ.* 54. *n.* 3. *&* 4. quæ ſunt in eadem cauſa, & multis ex his non relatis *Rot. noſtr. in Florentina Fideicommiſſi de Spinis* 7. *Februar.* 1719. *artic.* 2. *ex n* 112. *ad* 116. *cor. D. meo Audit. Urban.* infra imprimen.

Ego in tanto opinionum conflictu potiuſquam meum ſenſum aperiam, aſſeram gemina duorum diverſorum inſignium Tribunalium judicata, quæ poſt acerrimam hujus controverſiæ diſcuſſionem emanarunt, ex quorum conſideratione comparabit ſibi diligens Lector tutiorem in caſus contingentis reſolutionem. Primum itaque *Rot. noſt. in Florentina Majoratus de Griſonibus*, in quo primo pro opinione *Ruin.* reſpondit *Rota* 30. *April.* 1667. *n* 12. *§. in caſu autem, & ſeqq.* infra ſuo loco. & tempore imprimen. videntibus quinque Auditoribus, ſcribente etiam pro veritate pro hac opinione magni nominis J. C. Bartholomæo Cheſio in Piſano Lyceo juris civilis primario interprete, in qua *deciſ.* ulterius *num.* 20. *& ſeqq.* declarentur tres aliæ hujus Rotæ reſolutiones adductæ ad probandam conſuetudinem judicandi in contrarium, quam ibi Rota negat, oſtenſa caſuum diverſitate. Poſtea contra hanc ſententiam reviſione conceſſa coram ſex Auditoribus par fuit diſſidium, tribus pro revocatione pronuntiantibus, tribus verò pro confirmatione, deciſio revocatoria habetur apud *Torre de majorat. tom.* 3 *deciſ.* 21. repetit apud *Urceol. deciſ* 22. confirmatoria impreſſa eſt in parte poſt *alleg.* 100. *apud Palm. Nep. ſub n* 51. integraliter autem apud *Torre de primogenit. tom.* 2. *deciſ* 10. ubi *num.* 116. teſtatur, quod Rota noſtra ſemper ſequuta fuit opinionem *Ruin.* neglecta illa *Bellon.* ſed re ob æqualem diſcordiam remanente in ſuſpenſo ultimo hæc relatio confirmatoria fuit approbata, & effectum habuit, ut teſtatur *Torre var. tom.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 17. *verſ. et demum fol.* 93. 16

Aliud judicatum eſt Sacræ Rotæ in celebri *Romana Fideicommiſſi de Ruſpolis*, in qua etſi contenderent ex prohibitione concepta per duplicem negativam oriri expreſſam facultatem alienandi ſcribentes pro Marchione Ruſpolo Advocati Romani apud *Manſ. conſult.* 511. *num.* 9. *& ſeqq. & conſult.* 516. *num* 1. *& ſeqq. Idem Manſ. conſult.* 517. *num.* 5 *& ſeqq. Torre de primogenit part.* 2. *quæſt.* 51. *per tot.* attamen Rota in ſeptem ſuper hoc articulo cauſæ propoſitionibus conſtanti calculo ſemper tenuit, quod hujuſmodi facultas ſit dubia, inductiva, & impotens ad clarum fideicommiſſum evertendum, exceptione, ut par erat, & actione æquiſſima lance librata, potiſſimè etiam ex circumſtantiis, quæ in ſuo caſu concurrebant ad ſuſtinendum fideicommiſſum, ita dubietatem hujus licentiæ in concurſu clari fideicommiſſi firmavit in prima ſuper hoc articulo cauſæ deciſione poſt *Balducc. ad Ramon. tom.* 4. *deciſ.* 2. *num.* 9. repetit. *apud Manſ. conſult.* 510. *apud Torre de primogenit. deciſ.* 54 *tom.* 3. *inter deciſ. coram. Emer. Jun. deciſ.* 547. ita in ſecunda poſt *Balducc. ubi ſupra deciſ.* 3. *n.* 7 *&* 8. repetit. *apud Manſ. conſult.* 515. *& apud Torre ubi ſupra deciſ.* 55. *inter deciſ. cor. Emerix Jun. deciſ.* 585. ita in tertia apud *eumdem Balducc. deciſ.* 4. *ſub num.* 5. *verſic. non attentis* repetit. *apud Manſ. conſult.* 518. ita in quarta apud *Balducc. deciſ.* 6. *num.* 2. repetit. *poſt De Luca in Mantiſſ. deciſ.* 33. *lib.* 10. ita in quinta apud *dictum Balducc. deciſ.* 7. *num.* 5. 14 15. 16. 18. repetit. *poſt Urceol. de Tranſact. deciſ.* 128. impreſſ. Genuæ. *& poſt De Luc. in Mantiſſ. deciſ* 34. *lib.* 10. ita in ſexta apud *Balducc. deciſ.* 9. *num.* 26 *&* 27. repetit. *poſt De Luc. in Mantiſſ. deciſ* 35. *lib.* 10 ita in ſeptima apud *De Luc. in Mantiſſ. ubi ſupra deciſ.* 36. *num.* 9. & hunc fuiſſe Sacræ Rotæ conſtantem 17

stautem sensum io præfacis decisionibus notat etiam *Balducc. ad Ramon. cons. 61. num. 89. & cons. 78. num. 74.*

18 Illud quidem in proposita facti specie quæstionis nostræ signanter animadvertendum est, quod etiam ioservire potest pro conciliatione discordantium opinionum, an scilicet causa prohibendi alienationem usque ad certam ætatem fuerit, quia tunc inchoet perfecta ætas, & ioterim imbecillitati fideicommissariorum coosulere voluerit testator, ita ut probibitio expressa facta sit favore probibiti, tacita vero, & ex lege resultans respiciat favorem fideicommissariorum, tunc enim cum hujusmodi prohibitiones sint diversæ, & tendant ad diversos effectus, una alteram non collit, & admissio alienationis post perfectam ætatem, quæ removet prohibitionem præcedentem factam ob ætatem imperfectam, quoconque modo concepta sit, non destruie alteram per legem inductam ob diversam caosam, & ad finem diversum, ot pluribus relatis scripserunt *Marescott. variar. lib. 1. cap. 4 num. 6. & seqq. Andreol. controv. 29. n. 14. Hodierna. ad Surd. decis. 75. sub num. 1. §. & ratio est, & §. seqq. Fusar. de Substitut. quæst. 720. n. 35. Rot. coe. Bitb. decis. 350. a num. 3. ad 7. & in dicta Romana Fideicommissi de Ruspolis* in tribus ultimis decisionibus magnifecit hoc fundamentum *post De Luc. in Mantiss lib. 10. decis. 34. num. 11. decis. 35. num. 14. decis. 36. num. 6.* atque in hoc coovenire videntur etiam coorrarium sentieotes, cum illud admittat idemmet *Ruinus* eorum Antesignanus *cons. 76. sub num. 9. versic. præterea. Consil. 112. anm. 8. cons. 134. sub num. 4. versic. & per hoc* juncto *num. 6. lib. 2.* sicuti facit ejus acerrima tectatrix *Rota nostra post Torre de Majorat. d. decis. 20. num. 46. & 67.*

19 Hæc quæ hucusque diximos de prohibicione non alienandi nisi post certam ætatem recorrunt disputanda ubi mandatur, quod nun possit fieri alienatio extra familiam, quo casu omissa dispotatione, an dictio *extea* æquivaleat dictioni *nisi*, & sit ejusdem efficaciæ, quam vide discussam apud *Balducc. ad Ramon. cons. 200. num. 52. Rotam nostram apud Torre de Majorat. decis. 20. num. 56. 57. 58. 61 81. & tor. Urceol. decis. 22. num. 21. in fine, & in d. Florentina Fideicommissi de Spinis num. 115.* apud quos concordantes.

20 Gravior, & utilior quæstio, quæ in hac hypothesi insurgie, est an posito fideicommisso restitutorio simplici, & absoluto, descensivo de uno io alium, gravatus habens facultatem alienandi in familiam possit eligere remotiorem, subverteodo ordinem fideicommissi, vel hujusmodi facultas interpretari debeat compatibiliter cum fideicommisso restitutorio, scilicet ut alienatio sustineatur durante vita gravati absque incursu in pœnas, quas expressa hominis dispositio peperisset, videlicet nullitatis ipso facto incorrendæ. Et quid si fideicommissum restitutorium non sit expressum, & litterale, nec resultet ex sobstitutionibos præcedentibus, sed ex caosa adjecta prohibitioni, vide ultra supra relatas decisiones in causa *Majoratus de Grifonis*, quæ hunc articolum examinant, *Palm. Nep. alleg 95. num. 15. Urceol. consult. 86. num. 3. & seqq. Samminiat. controv. 132. num. 53. Torre de Majorat. tom 2. quæst. 30. num 1. & seqq. Eminentiss. de Luc. de Feudis disc. 107. num. 12. de Fideicommiss. disc. 55. num. 11. disc. 56. num. 9. cum seqq. Rotam nostram in Florentina Fideicommiss. de Spinis 7. Februarii 1719. artic. 2 super facultate alienandi per tot. & in Florentina Fideicomm. de Usimbardis 9. Septembris 1719. artic. 3. super facultate alienandi num. 23. 24. & 25. coram me, Rot. Roman. in Ferrarien. Primogenituræ 4. Februarii 1709. §. quoniam cor. Molin. & 9. Decembris ejusdem anni §. verum coram Priolo, & 14. Martii 1712 §. absque eo quod coram Crispo, & in Lateramnen. Immissionis 5. Junii 1716. §. absoluta cor. Eminentiss. Altbann.*

Super distinctione, quam in similibus quæstionibus magni facit Rota in præsenti decisione *n. 37. §. primus* usque ad finem, nempe an præcedat fideicommissum, & successivè impertita sit alienandi facultas, an prius sit data facoltas, & postea subsequatur fideicommissum vide *Rillium apud Mans. consult. 512. num. 2. §. cum itaque. Altograd. Jun. controv. 48. num. 5.* late *Torre de Primogen. tom. 2. quæst. 51. num. 12.* ubi eam etiam exaltat, *& n. 6. 7. 19. 20. 22. 33. Rotam nostram in dicta Florentina Fideicommissi de Spinis num. 125. 126. & 127. Rot. Roman. decis. 485. num. 4. cor. Emeri Jun. & post Balducc. ad Ramon. decis. 6. num. 1. tom. 4.* 21

At quid in fideicommisso conservatorio, in quo licita est alienatio non egrediendo genus permissum, an facta semel alienatione in unum de familia, res fiat perpetuo alienabilis, & possit etiam transire ad extraneos, vide in his terminis *Fusar. de Substitut. quæst. 721. num. 3. & per tot. Odd. de Fideicomm. per probibitionem alienat. quæst. 10. artic. 5. per tot.*, ubi pulchrè plores distinctiones congerit. 22

Indubitanter dic, quod non, si prohibitio sit realis ea urgentissima de caosa, quia prohibitio realis non plus est uni facta, quam aliis ex genere vocato, & cum extra illud vetuerit alienari testator, eadem ratio, & voluntas militat tam io prima, quam in sequenti alienatione, & quod magis est, apod quemcomque pervenit res, pervenit cum illo onere, & hoc fuit fondamentum decidendi in dicta *Florentina Fideicommissi de Usimbardis cor. me §. verum quidquid num. 19.* obi plures Rotæ nostræ decisiones congeruntor, & latè etiam *num. seqq.* examinatur ad hunc effectum quando dicatur coostare de realitate prohibitionis. 23 24

Præter has quæstiones solet etiam exagitari in hac materia non minus intricata controversia, an per hæredis institutionem dicatur faculcas alienandi ad exercitium deducta, & in hac Coria plories decisum est, quod sub generali hæredis iostitutione contineantur bona ex facultate alienari permissa, nam hæredis institotio omnia comprehendit, nec fit de re certa tantum, sed universum complectitur jus defuncti, ita apud *Palm Nep. decis. 346 num. 15. & seqq. & apud Samminiat. controv. 118. num. 3. & seqq. & num. 8. & seqq. num. 30. & seqq.* contra quam decisionem idem *Samminiat.* scribens *controv. 117.* licet in fine testatos fit adversos decisa concessam fuisse revisionem, tamen forte fuie falsus rumor, quia si fuccumbentes hanc gratiam verè obtinuissent, iterum pro ea non supplicassent, prout fecerone de anno 1723. io quo coram Regio Collaterali Consilio discussis acriter meritis causæ fuit revisio denegata, ut alias retuli ego *in Florentina Fideicommissi de Usimbardis 9. Septembris 1719 artic. 3. sub n. 60. 61. in fine*, ubi *ex num. 60.* ad finem latè firmatur præsens conclosio, & etiam amplexa fuit in *Florentina Bonorum Emphyteuticorum 11. Februarii 1720. cor. Domino meo Audit. Bonfin. lib. Motivorum 143. a c. 346. & seqq. Rot Roman. in Romana Immissionis super successione in hæreditate Principissa Butera 12. Aprilis 1709. §. ab amplissima, & seqq. cor. Molin.* & in ejus confirmatoria *11. Decembris 1709. § his cor. Priolo, & in Mediolanen. Archipræsbyteratus 27. Januarii 1710. §. etenim cor. Eminentiss. Falconerio*, quæ emanavit in causa, in 25 26 27

qua

qua scripsit in contrarium Dominus, & olim Collega meus *Piton. de controv. Patron. alleg* 86. *tom.* 2. de qua in quibus terminis procedat modo dicam.

28 Occasione itaque petitæ revisionis contra præfatam *Urceoli* decisionem novissimè adducebantur *bon mem. Fatinel. resp.* 27. *num* 1. *& seqq. Piton. dict. alleg.* 86. *ex num.* 2. ubi concordantes.

29 Sed hujusmodi aliàs gravissimæ authoritates visæ non sunt convellere Rotæ nostræ fundamenta, quinimo cum ea conciliari, & convenire; in illa enim *num.* 14. *&* 15. distinguitur ex plurium sententia duplex casus, primus quod facultas fuerit simpliciter reservata, & data absolutè, alter quod sit conditionaliter, & modificatè concessa per verba -- *si non disposuerit* -- & similia, & in casu non factæ dispositionis tertius vocatus; in prima hypothesi stat firma conclusio, quod effectuata dicatur facultas absque speciali mentione per solam hæredis institutionem, at in secunda, in qua Rota non versabatur, eadem concedit non intelligi facultatarium usum potestare sua in damnum vocati, nisi per particularem dispositionem, & in hoc casu, in quo ordinatum fuerat fideicommissum sub conditione *si non disposuerit* loquitur *Fatinel.* ut patet signanter *num.* 3. *Piton. dicta alleg.* 86. scripsit in casu, in quo facultas concessa fuerat -- *casu quo aliter per eum non ordinaretur, nec disponeretur* -- ut patet *in princip. & num.* 3. & hanc conciliationem late etiam reassumit *Rota Januen. apud Palm Nep. alleg.* 237. *n.* 25. 26. 28.

30 Limitatur verò principalis conclusio, si institutio quamvis concepta per verba universalia de eo facta fuerit, qui a primo testatore substitutus erat, quo casu potiusquam judicetur alienatio destructiva fideicommissi, consideratur uti restitutio illius approbativa, & quod gravatus parere voluerit voluntati primi defuncti, ut est egregius text. *in l. si sponsus §. qui rogatus ff. de donat. inter virum, & uxor -- si quis rogatus sit percepta certa quantitate uxori sua hereditatem restituere, & is sine deductione restituerit, Celsus scripsit magis pleniore officio præstanda fidei functum maritum, quam donasse videri* -- late *Surd. cons.* 395. *num.* 19. *vers. quarto respondeo cum duobus seqq Redenasc. cons* 29. *sub num.* 64. *Venturin. cons.* 22. *num.* 44. *lib.* 1. *Mans. consult.* 429. *sub num.* 6. *versic. dum instituitur.*

31 Quod sublimita si secundus testator diversimodè a primo disposuisset, cum tunc censeri non possit voluisse ejus dispositionem exequi, & illi inhærere, ut dixi ego cum pluribus in dicta *Florentina Fideicommissi de Usimbardis artic.* 3. *num.* 68. *& seqq.* ubi quæ diversitas sufficiat.

Superest modo ut expendendo quæstionem ultimam in hac decisione examinatam aliqua dicamus de conjecturis, ex quibus agnationis contemplatio resultat, ut etiam promisimus in præcedenti additione, ubi limitationem adduximus, quam
32 Rota sequitur, quod agnatione contemplata filiorum, vel descendentium appellatione non veniant fœminæ.

Prima ergo in hypothesi prædictæ limitatio-
33 nis conjectura erui potest, ex quo exclusi fuerint Religiosi addita causa conservandæ agnationis, unde inferri posse contra fœminas, ut sub verbo communi non veniant, tradunt in suo casu scribentes in eadem causa *Rodulphin. alleg.* 173. *num.* 11. *Episcop. Rocc. cap.* 19. *num.* 6. 10.

Ex institutione agnatorum, & substitutione
34 agnatorum in puncto pariter verbi communis *Palm. Nep. alleg.* 227. *n.* 31. *& seqq. & supra n.* 26. 27. ubi alias conjecturas affert.

35 Ex demandata artificiali renovatione familiæ post defectum agnatorum, qui prius essent invitati, quam conjecturam ad nostrum effectum, ut masculinum non comprehendat fœmininum, ponderant *Balduc. ad Ramon. cons.* 16. *num.* 102. *de Luc. de Fideicomm. disc.* 39. *num.* 4.

Ex pluries repetita qualitate masculinitatis in 36
fideicommissi contextu, sicuti in proposito, quod verba fœminarum comprehensiva adhibita sint, scribunt *Torre de Majorat. tom.* 1. *cap.* 37. *§.* 11. *num.* 113. *& seqq. Rota in recent. decis.* 410. *ex num.* 25. *part.* 19. *& post de Luc. in Mantiss. lib.* 10. *decis.* 11. *num.* 9.

Ex volita conservatione bonorum in familia 37
cum adjectione cognominis, ut ad effectum excludendi fœminas a communi vocabulo filiorum, & descendentium extra lineam simplicis conjecturæ ponderat *Torre var. tom.* 1. *tit* 1 *quæst.* 8 *n.* 32. *fol.* 56.

Ex digressu ad plures substitutionum gradus, 38
in individuo similiter verbi etiam fœminis favorabilis *Episcop. Rocc. cap.* 19 *num.* 7. *Rota post Paulut. dissert.* 91. *decis.* 4. *num.* 5.

Ex institutione filiorum laicorum omisso pre- 39
sbytero, prohibita alienatione, ut bona remaneant in familia, loquendo pariter de communi vocabulo *Rota nostra in Florentina Fideicomm.* 16. *Aprilis* 1700 *in Causa Gini Vertagli, e Mannozzi n.* 12. infra suo loco, & tempore imprimen. & hanc conjecturam refert etiam *Rota Romana post de Luc. de Fideicomm. lib.* 10 *decis* 27. *num* 7.

Ex exclusione illegitimorum, prosequendo 40
camdem materiam *Rocca* ubi supra *num.* 8.

Ex injuncta obligatione dotandi fœminas institutis masculis, maximè concurrente Statuto 41
exclusivo *Rota nostra in Florentina Fideicommissi de Filicaja* 22. *Januarii* 1643. *num.* 38. *& seqq.* ubi vocati erant filii.

Illud ultimo non omittens, quod plura simul 42
juncta sufficiunt, quæ divisa non juvant, quod familiare dictum in materiis conjecturalibus in individuo verbi communis usurpat *Rota post Paulut. dissert.* 91. *decis.* 3. *num.* 7. repetit. post *de Luc. in Mantiss. lib.* 10. *decis* 10. *n* 7. *& decis.* 12 *n* 3.

Alia circa hanc quæstionem quando, & quomodo sub verbo communi veniant fœminæ, habes in præcedenti additione.

FLORENTINA
Fideicommissi
25. *Februarii* 1603. *ex Lib. Mot.* 86. *a* 468.

ARGUMENTUM.

Vocatis proximioribus de familia veniunt fœminæ etiam ad fideicommissum agnatitium, earum tamen vita durante. Prohibitio alienationis cum causa, ut bona perpetuo in familia remaneant, an, & quando extendatur ultra decimum gradum. Proximitas an, & quando sit probanda per gradus distinctos. Spurii non dicuntur de familia, nec substitutos excludunt, neque etiamsi fuerint legitimati admittuntur, quando vocati sunt filii nati ex legitima uxore. Sententia lata contra gravatum non officit substitutis, si causa non fuit defensa, vel lata fuit per collusionem. Citatio per proclama contra omnes sua interesse putantes non nocet certæ personæ specialiter citandæ.

SUMMARIUM.

1 *Caducata medio substitutionis gradu, reliqui non evanescunt, maximè si sub diversa conditione sint substituti.*

2 *Fi-*

2 *Fideicommisso in certo personarum genere constituto, ultimus de illo genere bona alienare potest.*

3 *Agens ad fideicommissum casum restitutionis probare debet.*

4 *Quo non probato alienatio sustinetur, & dominium remanet penes acquirentem.*

5 *Sententia, quæ transivit in judicatum, facit de albo nigrum, & de indebito debitum.*

6 *Item habetur pro veritate.*

7 *Lata contra gravatum, vel substitutum nocet sequentibus non citatis.*

Limita si causa non fuit defensa, vel ex conjecturis constet de collusione num. 49.

8 *Voluntas testatoris in testamentis primum locum obtinet, & num. 46.*

9 *Ubi verba sunt clara non est inferenda quæstio voluntatis.*

10 *Defectis ascendentibus, & descendentibus soror dicitur proximior in gradu.*

11 *Proximior is dicitur, quem nemo præcedit.*

12 Rota Florentina *sequitur opinionem, quod attendenda sit proximitas gravati, & non gravantis.*

13 *Appellatione familiæ æquè continentur masculi, ac fœminæ.*

14 *Fœmina comprehenditur in substitutione de proximiori de familia, & quando secus infra n. 19. & seqq.*

15 *Clausula* -- & hoc ideo fecit &c. -- *extensa juxta Formularium Florentinum contemplationem agnationis importat.*

16 *Clausula apponi solita in instrumentis habetur pro apposita.*

17 *Clausula cæterata continet omnia ea, quæ sunt de consuetudine Notarii, & negocii.*

18 *Item quæ sunt in formulario Tabellionum.*

19 *Fœmina non censentur vocata, ubi est contemplata agnatio, & de ratione.*

20 *Limita eorum vita durante num. 22.*

21 *Cessante causa exclusionis cessat exclusio.*

23 *Cessantibus contrariis conjecturis, masculinum etiam in materia fideicommissaria concipit fœmininum.*

24 *Maximè si in conditione testator promiscuè posuit masculos, & fœminas.*

25 *Eoque fortius si fœmina non veniat excludendo masculum, sed in illius defectum.*

26 *Fideicommissum regulariter non extenditur ultra decimum gradum.*

Limita, & declara ut num. 33. & seq.

27 *Qualitas proximitatis, quando est causa vocationis, probanda est ab actore, uti fundamentum intentionis.*

28 *Et per graduum dinumerationem.*

29 *Contra quod ad hoc ut quis dicatur proximior sufficiat probare se esse de parentela.*

30 *Intellige ut hoc procedat quando proximitas non est restricta ad certum gradum, & n. 32.*

31 *Vel ubi nullus sit contradictor.*

32 *Qualitas non potest stare sine subjecto.*

34 *Prohibitio alienationis cum ratione, ut bona perpetuo remaneant in familia, an extendatur ultra quartum gradum.*

35 *Extenditur quando verba denotantia perpetuitatem sunt nixa, & effrænata.*

36 *Secus si causa prohibitionis sit qualificata, & restricta ad certos gradus.*

37 *Et solum vocati fuerint proximiores usque ad decimum gradum.*

38 *Spurii non dicuntur de familia, genere, casata, & num. 56.*

Amplia, & declara ut nn. seqq.

39 *Et non excludunt substitutum.*

40 *Spurii ad differentiam naturalium non legitimantur per oblationem Curiæ, vel Monasterio.*

Contra num. 42.

Limita ubi vocati fuerint filii ex legitima uxore num. 44.

41 *Legitimatus per oblationem Curiæ non succedit, nisi in bonis offerentis.*

43 *Spurius legitimatus per oblationem Monasterio præteritus rumpit testamentum.*

45 *Legitimati non veniunt, quando testator vocavit in aliis substitutionibus legitimos, & naturales natos ex legitima uxore.*

47 *Rem fideicommissariam melioranti datur retentio, maximè si bona fide melioravit.*

48 *Petens fideicommissum probare debet bona fuisse in bonis fideicommittentis.*

50 *Citatio per proclama contra omnes sua putantes interesse nihil prodest, ubi adest persona specialiter citanda.*

51 *Clausulæ salutares in libello positæ sanant defectus ipsius libelli.*

52 *Absolutio ab expensis fieri debet, ubi jura sunt dubia.*

DECISIO XXXIV.

In Causa Cavalcanti, e Cavalcanti.

VErba testamenti D. Pandulphi de Cavalcantibus conditi de anno 1553. sunt hæc. -- *In omnibus autem suis bonis suum hæredem universalem instituit, fecit, & esse voluit Robertum Jo: Baptistæ Petri de Cavalcantibus Civem Florentinum, præsentem, & acceptantem, & ejus filios legitimos, & naturales natos, & nascituros ex dicto D. Roberto, & ex quacumque ejus uxore legitima, & quemlibet eorum ad invicem, & vicissim substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum; & decedente D. Roberto sine filiis masculis, vel fœminis, tunc, & eo casu substituit Petrum fratrem dicti Roberti, & ejus filios, & descendentes, & decedente dicto Petro absque filiis, tunc, & eo casu reliquit hæredem proximiorem de domo, & familia de Cavalcantibus, & prohibuit dictis suis hæredibus, & successoribus, & descendentibus, & cuilibet eorum in perpetuum dictus testator alienationem, & venditionem in totum, vel in partem omnium, & quorumcumque bonorum dicti testatoris, & hoc ideò fecit &c. cassans &c. & hanc &c. rogans &c.*

Decessit testator, & etiam decessit dictus Petrus substitutus sine filiis, & descendentibus, adhuc superstite dicto Roberto instituto, & iste gradus substitutionis effectus est caducatus *l. unic. §. sin autem aliquid sub conditione C. de caduc. tollend. & per Mazol. cons. 84. per tot.* non tamen evanescunt aliæ sequentes substitutiones, maximè cum sint factæ sub diversa conditione, & ad alium effectum, ut latè prosequitur *Peregrin. de fideicomm. art. 15. num. 24. & seq.* Decessit postea Rubertus institutus nullis relictis filiis natis ex aliqua ejus legitima uxore, & sic evenit casus ultimæ substitutionis, ubi testator reliquit hæredem proximiorem de domo, & familia de Cavalcantibus, ideo præsupposito, prout fuit legitimè probatum, quod D. Antonius Lupicinus possideret unum prædium relictum in hæreditate dicti Paudulphi testatoris, & sic fideicommisso subjectum, contra eum insurrexit D. Thomas de Cavalcantibus procuratorio nomine totius domus, & familiæ Dominorum de Cavalcantibus, & præcipuè Dominorum Hieronymi, & fratrum de Cavalcantibus, petens dictum de Lupicinis condemnari ad dimittendum, & relaxandum dictum prædium,

diom, tamquam ad eos, oti proximiores perti-
nens, stante quod dictum fideicommissum esset pu-
rificatum ad eorum favorem, mortuis dictis Rober-
to, & Petro sine filiis masculis, vel fœminis, &
descendentibus, de quibus in testamento. In eo-
dem judicio comparuerunt ad commodum proces-
sus duæ Moniales, & pro eis eorum Monasteriom
Sanctæ Ursulæ Civitatis Florentiæ, scilicet Soror
Maria Vincentia filia sporia dicti Roberti, & Soror
Daria soror carnalia ejusdem Roberti, & utraque
petebat sibi restitui dictum prædium, & decla-
rati ad eas pertinere virtute dicti testamenti, uti
vocatas ad bona fideicommisso supposita dicti Pan-
dulphi testatoris; exadverso dictus Lupicinus dice-
bat fideicommissum prædictum esse finitum non ex-
2 tantibus illis personis, in quarum gratiam fuit in-
ductum fideicommissum, quibus bona fideicommis-
saria applicentur, nec fideicommissum in certum
genus personarum extenditur ad alias personas, ideo
ultima vocata ad fideicommissum potest bona libe-
rè alienare, quia dicitur fideicommissum finitum,
ut plenè, ne dicta transcribamus, dicit *Peregrin. de
fideicomm. artic. 52. n. 1. & seqq.*, & certi juris est,
quod qui vult agere ad fideicommissum debet pro-
bare evenisse casum fideicommissi, ut plenè per
3 *Surd. decis 210 n. 5. & seqq.*, & quousque non pro-
babitur evenisse casum fideicommissi, alienatio in-
terim facta de bonis fideicommissarila valet, & te-
net, & transfert dominium in acquirentem, ut est
4 text. *in l. si hæres institutus §. 2. ff. ad Trebellian.
& in l. final. §. sin autem sub conditione C. commun.
de legat.*, latè *Alex. cons. 65. n. 1. & seqq. volum. 5.
Dec. consil. 322. per tot. vol. 1. Marzar. in epitom. fi-
deicomm. quæst. 61.*

Prædictus autem dictus Lupicinus tanto magis
efficaciter asserebat ostendendo sententiam, quæ
transivit in judicatum, latam de anno 1579. inter
dictum Robertum agentem, & quatuor de domo,
& familia de Cavalcantibus nominatim citatos, &
alios non nominatim pro suo interesse per edictum,
in qua declaratur, quod stante morte dicti Petri
sine filiis, & descendentibus, & quod dictus Ro-
bertus non habet filios, nec descendentes, fideicom-
missum dicti Pandulphi est finitum, & quod dicto
Roberto licet alienare bona fideicommissaria, &
prout latius in ea, & quia sententia, quæ transivit
in judicatum facit de albo nigrum, & de indebito
debitum, inquit *Roland. cons. 6. num. 16. vol. 3. Curt.
5 Jun. consil. 577. n. 12. vol. 2* plura alia similia addu-
cit *Mascard. de probat. concl. 1296. num. 14. & seqq.
vol. 3. Grat. consil. 40. num. 24. vol. 2.* Ideo vide-
batur cessare omnem difficoltatem, sententia enim,
6 & res judicata habetur pro veritate *l. res judicata
ff. de regul. jur.* cum simil., & hoc tanto magis vi-
debatur procedere, quia sententia lata contra hæ-
redem gravatum, vel contra substitutum nocet
7 omnibus sequentibus substitutis non citatis *l. ex
contractu ff. de re judic. l. si patroni §. final. ff. ad
Trebellian. Alexan. in l. sæpè n. 27. ff. de re judicat.*
nos autem in via justitiæ incedentes, & solum Deum
præ oculis habentes, pronunciavimus fideicommis-
sum prædictum fuisse purificatum per mortem di-
cti Roberti sine filiis ex legitima uxore ad favo-
rem dictæ Sororis Dariæ, uti proximioris dicti Ro-
berti de domo, & familia de Cavalcantibus, ejus
tamen vita durante tantum, & non ultra, & con-
demnavimus dictum Lupicinum ad dimittendum,
& relaxandum dicta bona dictæ Sorori Dariæ cum
reservationibus, de quibus in sententia, ut nos
infra dicemus, & quoad petita per dictum Domi-
num Thomam, de quibus in actis, diximus pro nunc
fieri non posse, sed dicta bona dicto fideicommisso
dicti Pandulphi supposita, sublata de medio per mor-

tem dicta Sorore Daria, pervenire debere ad pro-
ximiorem tunc temporis de domo, & familia de
Cavalcantibus juxta tenorem testamenti. Moti quia
illud primum observandum est, ut voluntas testa-
toris adimpleatur *§. disponat in authent. de nuptiis*
Dec. in l. non omnes n. 3. ff. si cert. petat., quia in 8
ultimis voluntatibus primum locum obtinet volun-
tas testatoris *l. in conditionibus primum locum ff. de
condict. indebit. l. cum quæstio Cod. de legat. Michael
Grass.* plura ad hoc cumulans *in tract. de success. § te-
stamentum quæst. 76. in pr. par. Surd. decis. 250. n. 13.*,
& ubi verba sunt clara non est inferenda quæstio
voluntatis *l. ille aut ille ff. de legat. 3. l. jam hoc* 9
jure versic. at itaque, ubi *Bart. ff. de vulgar. & pu-
pillar. substitut. Surd. dict. decis. 210. num. 1.* Verba
igitur testatoris clara sunt, ut in defectum filio-
rum, & descendentium dictorum Roberti, & Petri
ejus bona devenirent ad proximiorem de domo, &
familia de Cavalcantibus, ut legitur in ipso testa-
mento; At non est dubitandum, quod non extan-
tibus ascendentibus, nec descendentibus dicti Ro-
berti, dicta Soror Daria, uti soror carnalis, est
ei proximior in gradu *§. reliquum authen. de hæred.* 10
ab intestat. §. si plures instit. de legit. agnat. success.
cum simil. quia cum res non habeat difficultatem
non ulterius progredimur. Quinimo est etiam pro-
ximior dicto Pandulpho testatori, quia nemo eam
antecedit, & proximior is dicitur, quem nemo
præcedit, ut est text. *in l. 2. §. hæreditas ff. de suis,
& legit. l. 1. §. proximior ff unde cognat. l. proximior.* 11
ff. de verbor. signific. cum aliis cumulatis per *Surd.
decis. 189. n. 7. & decis. 203. n. 11.*, & sic cessat dif-
ficultas, an attendatur proximitas gravantis, vel
gravati, de qua per *Simon. de Prat. de interpret. ul-
tim. volunt. lib. 3. interpret. 3 dub. 4. solut. 3. & ult.
num. 33. & seqq. Petr. Anton. a Petra de fideicomm.
quæst. 11. n. 2 & seqq. Peregrin. de fideicommiss. ar-
tic. 20 Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 8 tit. 12.
n. 30.*, licet *Marzar. in epitom. de fideicomm. qu. 39.*
dicat, quod in hoc almo Auditorio attenditur pro- 12
ximitas gravati, & sic Roberti, cui Soror Daria
est soror carnalis, ut diximus. Est etiam Soror Da-
ria licet fœmina de domo, & familia de Cavalcan-
tibus, quia hoc nomen de domo, & familia con-
venit tam fœminis, quam masculis, ideo uterque
masculos, & fœmina comprehenditur, ut per *Bar-
tol. in l. 1.*, & ibi alii Doctores *ff. de verbor. si-* 13
gnificat. plures refert *Tiraquell. de retract. lignag.
§. 1. gloss. 9. n. 201. & 203.*, & quod fœmina dica-
tur de domo, & familia, est text. *in l. voluntas
C. de fideicommiss. & in l. final. C. de verb. signific.
Sfort. eod. consil. 46. n. 36. & seqq. vol. 1.* plures cu-
mulat *Surd. consil. 96. num. 6. vol. 1.* ergo ex verbis
claris ipsius testamenti censetur ipsa vocata ad di-
cta bona fideicommissaria, & comprehenditur in 14
substitutione facta de proximiori de domo, & fa-
milia de Cavalcantibus, & ita in terminis dixit
*Dec. consil 527. n. 3. & seqq. vol. 2. Paris. consil. 89.
n. 40. vol. 2. Cravett.* qui loquitur in fortioribus
terminis *consil. 656. vol. 4. & consil. 831. volum. 5.*
plenè, & egregiè *Rubeus Alexan. cons. 106. per tot.
Ruin. consil. 140. n. 9. & consil. 153. n. 9. & consil. 203.
n. 6. vol. 2. & consil. 173. n. 8. vol. 3. Socin. Sen con-
sil. 227. sub n. 4. & seqq. vol. 2 Soccin. Jun. consil. 2.
n. 16. vol. 2. & cons. 44. n. 10 vol. 1. Cephal. cons 53.
n. 86. vol. 1. & consil. 490. n. 11. & 36. vol. 4* plures
alios in proposito cumularunt *Mantic. de conjectur.
ultim. volunt. lib. 11. tit. 12. n. 6. & seqq. Menoch. de
præsumpt. lib. 4. præsumpt. 88. n. 3. Peregrin. de fi-
deicomm art. 22. n. 26. & seqq. & n. 33.* Hæc con-
clusio de plano procedit. sed ei adversantur ver-
ba testamenti, dum in fine adest clausula scilicet 15
-- *& hoc ideo fecit &c.* -- quæ extensa juxta For-
mularium

mularium Florentinum importat, quod bona remaneant perpetuò in familia, & agnatione, & hanc
extensionem nos admisimus subintelligi juxta formularium, quia ita denotant verba antecedentia,
dum testator prohibuit alienationem, & venditionem, & vulgaris est regula, quod clausula solita
16 apponi in instrumento habetur pro apposita, ita
Soccin. Sen. consil. 55 *num.* 11. *vol.* 4., tanto magis,
17 quia sumus in illa dictione -- *&c.* -- in qua comprehenduntur, & extendi debent, quæ sunt de
consuetis illius Notarii, & juxta qualitatem negocii,
ut per *Alexand. cons.* 37. *sub n.* 6. *vol.* 3. alios in proposito refert *Anton. Gabr. in commun. opinion. tit. de*
18 *consuet. concl.* 3. *n.* 9., & multo magis ea, quæ sunt
in formulario Tabellionum, & ita in puncto dixit
Bald. in rub. C. de revocand. his, quæ in fraud. cred.
num. 7. *in fin.* Ideo stante ista ratione conservandi
19 bona in agnatione videtur, quod testator noluerit
vocare fœminas, ex quibus non conservatur agnatio, quinimò bona in aliam agnatiònem transferuntur, cum fœmina sit finis agnationis, & principium
cognationis, & de ea sit judicandum, ut de cognatione, ut fuit originalis doctrina *Paul. de Castr. in
l. maritus n.* 5. *C. de procurat.*, & ita per prædictas
rationes determinatum fuisse in Senatu Pedemontano attestatur *Thesaur. decis.* 37. & clamant multi
ex nostratibus, ut eos refert *Mantic. dict. tit.* 12.
lib. 1 *num.* 8. *Peregrin. de fideicomm. art.* 22. *n.* 25.
& seqq. Surd. consil. 96. *num.* 13. *& seqq. vol.* 1.
Hieronym. Gabr. consil. 132. *num.* 45. *vol.* 1. *Honded. cons.* 75. *vol.* 1.

20 Sed hoc objectum evitari posse existimavimus,
dum pronunciavimus bona fideicommissaria penes
Sororem Dariam permanere debere, ea tantum vivente, & post ejus mortem, quod perveniant ad
proximiorem de domo, & familia de Cavalcantibus juxta tenorem testamenti. Hoc enim pacto cessat ratio, quod bona semel ad fœminam translata
transeunt ad aliam familiam, & agnationem, ergo
cessare debet effectus, ut fœmina non dicatur in
testamento vocata, quia cessante causa cessat effe-
21 ctus *l. generaliter C. de Episcop. & Cleric. l. si pater C. de hared. instit.*

Et firma remanente conclusione, quod mulier
dicatur de domo, & familia, & agnatione, ut supra firmavimus, & appellatione domus, & familiæ
comprehendantur fœminæ, certè non potest dubitari, quin bona fideicommissaria, dum sunt penes
mulierem data proximitate, non sint penes proximiorem de domo, & familia, & quod dum stant
penes eam non conserventur in domo, & familia, & agnatione testatoris, ita dixit plenuore *De-*
22 *cian.* loquens in Munaco *consil.* 82. *sub n.* 6., & alibi
vol. 4. *& consil.* 31. *sub n.* 24. *vol.* 5. ad idem tenduur dicta per *Sylvan. cons.* 6. *sub n.* 17 *versic.* 2.
moveor, & per *Joseph Lud. decis. Lucens.* 29. *sub
num.* 84., & hæc optimè probantur per text. *in
authent. de restitut. fideicommiss.*, quem in proposito dicit rotundum *Soccin. Sen. cons.* 227. *sub n.* 5.
versic. ex quibus concluditur vol. 2. ubi etiam multa
alia bona dicit, & est bonus text. *in dict. l. voluntas C. de fideicomm. Rubeus Alexan.* omnibus videndus *consil* 166. *num.* 4. ubi dicit, quod hoc casu fœmina, ad quam bona fideicommissaria uti de
domo, & familia deferuntur, censetur rogata a testatore, ut adveniente ejus morte restituat bona
ipsa aliis de agnatione, & familia, ne transeant in
aliam agnationem, & familiam. Hanc opinionem
tanto magis amplexi sumus, & juxta mentem testatoris arbitrati sumus, quia animadvertimus quod
in testamento testator filius vocavit non addita qualitate masculinitatis, quo casu cum simus in favorabilibus, & non adsint conjecturæ in contrarium
genes masculinum concipit fœmininum etiam in 23
materia fideicommissaria, ut latè prosequitur *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 84. *n.* 1. *& seqq.* 24
Surd. decis. 84. *per tot.* quinimò, quia testatur in
substitutione Petri posuit filias Roberti in conditione, ibi in illis verbis -- *& decedente Roberto sine filiis masculis, vel fœminis* -- optimè declaravit
æqualem habere affectionem fœminis, & masculis,
ut in proposito considerat *Surd. decis* 66 *ante n.* 6.
versic. quæ opinio, & ad idem facit *Soccin. Sen. consil.* 221. *sub num.* 9. *vol.* 2. res tandem minorem habuit difficultatem, & fuit aperta via successioni
dictæ Sororis Dariæ, quia pro parte dictæ domus,
& familiæ de Cavalcantibus non apparuit persona
apta ad successionem in dicto fideicommisso, unde
quod genus masculinum in fideicommissis concipiat
fœmininum, licet aliquando non transeat sine difficultate, quando agitur, quod fœmina excludat
masculum, certè quando fœmina est sola, nec masculum excludit, res est plana, quod masculinum
concipit fœmininum saltem ordine successivo, ut 25
fœminæ censeantur vocatæ ad successionem *Beroac
consil.* 83. *num.* 10. *vol.* 2. *Surd. dict. decis.* 84. *num.* 9.
Joseph. Ludov. decis. Lucens. 29. in terminis *Soccin. Sen. dict. consil.* 227. *sub num.* 5. *in fin. Mantic.
de conject. ultim. volunt. lib* 1. *tit.* 12. *num.* 10. nec
dissentit hoc casu *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 85. *sub
n.* 20. *versic. donec ergo.*

Quod autem prædicti de Cavalcantibus non
ostenderint se tales, ut ne dum excluderent dictam
Sororem Dariam, sed nec aliquo modo admitterentur ad dictum fideicommissum, ut a dicto testatore vocati, & comprehensi in testamento, nobis
visum est ex infrascriptis, quæ moverunt nos ad
pronunciandum contra eos de præsenti; nam quando aliquis uti agnatus, vel de domo, & familia vult
agere ad fideicommissum debet probare esse intra 26
gradum de jure successibilem, & sic saltem intra
decimum gradum, ultra quem non extenditur fideicommissum, ut evitetur infinitas, ita in puncto
concludit *Dec. consil.* 320. *sub n.* 1. *col.* 2. *versic. &
ista dispositione testatoris, & consil.* 322. *propè fin.
vol.* 1. idem dixit *Paris consil* 51. *n.* 5. *& seq. vol.* 2.
plures alios colligit *Mantic. de conject. ult. volunt.
lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 37. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 130. *num.* 3.

At prædicti de Cavalcantibus non probaverunt
dictum eorum gradum agnationis, ergo obtinere
non potuerunt, vulgaris est enim conclusio, quod
nemo dicitur talis, nisi probetur talis, ut multa
ad hoc cumulat *Mascard. de probat. conclus.* 1247.
volum. 3.

Animadvertimus etiam, quod in testamento
vocatur proximior de domo, & familia de Cavalcantibus, at ista qualitas proximitatis, quæ est causa, ut comparens audiatur, omnino probanda erat
tanquam fundamentum intentionis suæ *l. ei qui ff.* 27
de probat. l. actor, quod asseruerat C. eod. Rolan. consil. 3. *num.* 42. *vol.* 1. *Paris. consil.* 34. *n* 11. *& seqq.
vol.* 3., & ita in terminis dixit *Dec. dict. cons.* 321.
sub num. 1. *versic. nam cum isti agnati col.* 2. *vol.* 2.
Riminald. Jun. consil 363. *n.* 2. *vol* 4. alios plures
recenset hujus sententiæ, licet ipse contrarium teneat *Petrus Anton. a Petra de fideicommiss. quæst.* 11.
num. 516. *& seqq.*, at isti de Cavalcantibus non probaverunt hanc proximitatem per gradus dinumerationem, ut facere tenebantur secundum *Roland.* 28
consil. 32. *num.* 23. *vol.* 3. ergo obtinere non debuerunt rationibus suprascriptis.

Nec obstare putavimus, quod dicit idem *Petra in dict. quæst.* 11. *num.* 518., ubi recedendo a
multorum, quos allegavit, opinione, concludit non
requiri, quod quis probet gradum proximitatis,
sed suf-

29 sed sufficit probare se esse de eadem parentela, ut
latius ibi per eum. Nam respondebamus quod, aut
doctrina *Petræ* non est vera, nec procedit in isto
casu, ubi consanguinitas est restricta ad certum gra-
30 dum, dum vocantur proximiores, & hoc acerrimè
defendit respondendo contrariis *Dec. dict. cons* 320.
n. 5. vers ulterius eum considerandum, & plenius *n. 8.*
versic non obstat, quod sufficiat vol. 1. aut certè in-
telligenda est, quando nemo contradicit, quia tunc
agens, uti proximior nemine contradicente, suf-
31 ficit forsan probare etiam se esse de consanguineis,
licet non probet gradum consanguinitatis, & ita
distinguit *Lambert.*, & per eum allegati *de con-
tract. minor. gloss. 11. num. 51. & seq.* quæ distinctio
nobis satisfecit, alias intelligendo doctrinam *Petræ*,
generaliter esset destructa regula supradicta, quod
quilibet debet probare se talem, qualem se facit,
ultra quod auctoritates allegatæ non probant illud
ad quod adducuntur, ut est videre apud *Alexand.
Neviz. Lambert.*, ac plures alios ibi adductos, sed
quidquid dicat *Petra*, & nonnulli alii, quos ipse
allegat circa non probationem necessariò faciendam
de gradu proximitatis, certum est, quod nihil di-
cunt de non probando gradum successibilem, ergo
ad hoc dictæ doctrinæ non debent extendi, quia si
agens non probat esse in gradu successibili, dato
32 quod non teneatur probare proximitatem, non po-
test stare in judicio, nec petere potest, ut supra
diximus, ideo non potest in eo præsumi qualitas
proximitatis, quia qualitas non stat sine subjecto
Surd. consil. 34. n. 16. vol. 1., & est text. *in l. 2. ff.
de usufruct.*, & non entis nullæ sunt qualitates *l. ejus,
qui in Provincia §. quod si stipulatus ff. si cert. pe-
tat. l. si servum §. 1. ff. de act. empt. Dec. cons. 583.
num. 9. vol. 2.*

Nec ad diluendum prædicta, nobis visum est
aliquid facere verba illa in prohibitione alienatio-
nis adjecta scilicet — *quia vult bona perpetua rema-
nere in familia* — quibus stantibus inferunt Docto-
33 res, quod tunc admittuntur agnati ultra decimum
gradum, & sic in infinitum ex præsumpta mente
testatoris, quæ prævalere debet, ut ad hoc mul-
ta cumulat *Mantic. dict. lib. 8. tit. 12. num. 37.
Peregrin de Fideicomm. artic. 30. num. 4.* Existi-
mavimus enim non adaptari huic casui, neminem
quippe latet, quod hæc est dubia quæstio, an
stante prohibitione alienationis adjecta causa, ut
bona perpetuo remaneant in familia, debeat in-
telligi ultra quartum gradum, & quod non debeat
34 extendi negocium facit *text. in §. nos igitur in
authent. de restit. fideicom.* per quem text. variè
hinc inde inclinavit *Covar. variar. resolut. lib. 3.
cap 5. num. 4. versic. secundo*, unde & ipse, &
plerique alii, quos recenset *Petra de Fideicommiss.
quæst 8. num. 504. & seqq.* tenent ita demum im-
portare perpetuitatem, & ultra decimum gradum
35 comprehendi, quando verba ipsa denotant eni-
xam testatoris voluntatem, ut puta quia ne dum
dixit, quod bona perpetuo remaneant in familia,
sed etiam quod bona perpetuo deveniant in fami-
liam. At in isto casu vocata est domus, & fami-
lia, & non adsunt verba enixæ voluntatis testa-
toris, & hanc differentiam expressè constituit *Ale-
xand. cons. 56. sub num. 2.* ubi plura addit *vol. 1.*
& quod magis facit ad propositum sumus in do-
mo, & familia restricta, & designata per gradus
proximiores, qui gradus post decimum in succes-
sionibus non habetur in consideratione, ut supra
36 dictum fuit, ergo voluntas testatoris ulterius non
extenditur, ubi non adest gradus, & ita in pro-
posito quando causa prohibitionis est qualificata,
& restricta considerat *Petra dict. quæst. 8. sub n. 507.
versic. cætera autem*, & certè præsumendum est,
quod testator voluerit se conformare cum juris
communis dispositione, ut non ultra decimum gra- 37
dum trahatur *Michaël Grass. de Success. §. testa-
mentum quæst. 76. num. 25 & seqq.* ideo non fru-
stra dicebat *Ja. Dilectus de art. testan. tit. 8. caut. 2.
num 3.* quod expedit in testamento etiam expressè
adjicere ultra decimum gradum.

Exclusis igitur sic, ut supra, prædictis de Ca-
valcantibus actoribus in præsenti judicio parum,
& nihil nocuit prædictæ sorori Dariæ prætensio 38
sororis Mariæ Vincentiæ, fuit enim probatum,
quod est spuria, & spurii non merentur vocari
de domo, & familia, casata, genere, & similibus,
ut dixit *Abbas consil. 50. in princip.* & alibi *vol. 2.
Alex. consil. 143. num. 3. & 4. vol. 7.* & post alios
*Menoch. de Præsumpt. lib. 4. præsumpt. 78. num 68.
Peregrin. de Fideicommiss. artic. 22. num. 82. &
seqq.* & filius spurius non excludit substitutum 39
inquit *Bartol. in l. ex facto §. si quis rogatus n. 4.
ff. ad Trebellian.* & ibidem *Alex. num. 7. Dec. con-
sil. 448. num. 17. & in cap. in præsentiam num. 39.
extr. de probat. Mantic. de Conjectur. ultim. volunt.
lib. 11. tit. 9. num. 23. Menoch. dict. præsumpt. 78.
num. 68. Peregrin. de Fideicommiss. artic. 28. n. 44.*
Nec prædictæ sorori Mariæ Vincentiæ suffragatur,
quod sit oblata Monasterio, & per consequens
posset dici legitimata, quia quidquid sit in natu-
ralibus, certum est, quod filii spurii per oblatio- 40
nem Curiæ, vel Monasterio non legitimantur, ita
distinguendo ait *Ant. Rosell. in tract. de legitima-
tione, in loco de legitimatione per Curia oblat. n. 7.*
ubi dicit, quod *Bald.* male in contrarium sentit,
quia spurii sunt indigni omni clementia *§. final.
authen. quibus modis naturales effic. sui.*

Et hoc tanto magis existimamus verum, quia
dicta soror Maria Vincentia non agit de succes-
sione in bonis paternis, sed Pandulphi testatoris
*l. cohæredi § cum filia ff. de vulgar. & pupillar.
l. unum ex familia §. 1. ff. de legat. 2.* & legiti-
matus per oblationem Curiæ non succedit, nisi in 41
bonis eum offerentis, ut dicit *Lud. Sardus in tract.
de legitimat. §. de legitimatione per Curia oblatio-
nem num. 5.* Porrò ubi posset aliquam facere diffi-
cultatem doctrina *Alex. in Rubr. ff. de nov. operis
nunt. num. 9.* ubi extendit legitimationem post 42
oblationem Monasterio habere locum in spuria,
idem dixit *Rain. consil. 39. vol. 3.* ubi quod ejus
præteritione rumpitur testamentum, etiamsi esset 43
vera, non haberet locum in isto caso, ubi testa-
tor vocavit filios natos ex ejus legitima uxore,
unde patet, quod a suis bonis voluit excludere
legitimatos, & sic dictam sororem Vincentiam per 44
ea, quæ plene tradit *Menoch. de Præsumpt. lib. 4.
præsumpt. 79. num. 21. & seqq. & 37.* ubi cense-
tur excludere eos, qui nascuntur ex eis, inter
quos non potest esse matrimonium, ut erat in
isto caso. Et ista qualitas legitimitatis ex legitima 45
uxore in institutione posita censetur repetita in
substitutionibus, quia vocando testator non solum
legitimos, & naturales in institutione, sed etiam
ex quacumque legitima uxore apparet de clara vo-
luntate testatoris, quod noluit admittere legiti-
matos, & eadem mens, & ratio præsumitur in quo-
libet gradu substitutionis, ut per *Rain. consil. 83.
num. 15. vol. 2.* & per plures alios, quos adducit,
& sequitur *Mantic. de Conjectur. ultim. volunt. lib. 6.
tit. 13. num. 8.* Diximus in nostra sententia, quod
mortuà dictà sorore Darià bona fideicommissaria
prædicta perveniant ad tunc temporis proximio-
res de domo, & familia de Cavalcantibus juxta te-
norem testamenti, quia voluntas testatoris omninò
est attendenda, & in quantum fieri potest exe-
cutioni demandanda *§. disponat auth. de nupt.* & 46
dixi-

diximos ſupra. Diximus etiam in ſententia dari re-
tentionem dicto Lupicino, tum qooad melioramen-
ta, tum etiam quoad bona per eum empta, & ſic
in fideicommiſſo non comprehenſa; nam quoad me-
lioramenta liquidota res eſt plana, quod datur re-
tentio, maxime ſtante ignorantia dicti Lupicini,
47 qood bona eſſent fideicommiſſo obnoxia, & ſic
ejus bona fide, ut in terminis dicit *Cagnol. in l.
unic. in prima lectura num. 72. C. de ſentent. qua
pro eo, quod intereſt tom. 2. Neguſant. de Pignorib.
in 4. membr. 5. part. per tot. Menoch. de recuperand.
poſſeſſ. remed. 15. num. 499. & ſeqq.* ad text. *in l.
ſi area in fin.* obi Doct. *ff de condict. indebit.* & in *l.
donum*, obi præſertim *Salicet. C. de rei viadic.* quo
verò ad alia bona empta per Lupicinum oti non
fideicommiſſaria non veniunt reſtituenda *l. cohæredi
§. cum filia ff. de vulgar. & papillar. l. debitor §. fin.
ff. ad Trebell. Pariſ. conſil. 51. in princip. vol. 2.*
Quinimo petens fideicommiſſum tenetur probare
48 rem foiſſe in bonis teſtatoris, tamquam funda-
mentum ejus intentionis, aliter noo poteſt obti-
nere, ot late per *Peregrin. de Fideicommiſſ art 44.
num. 1. & ſeqq.* Nec obſtat illud, quod dicebatur
de illa ſententia lata inter dictum Robertum acto-
rem, & alios de Cavalcantibus in cauſa citatos,
ut ſupra diximus.

Nam reſpondetur, qood non nocet aliquo mo-
do dd. ſurori Dariæ, & aliis de domo, & fami-
49 lia de Cavalcantibus non citatis, quia cauſa non
fuit defenſa, & fuit lata ſententia per colluſionem,
quæ probatur ex conjectoria, ideo talis ſententia
nullo modo nocet, ot colligitur ex abonde dictis
per *Alex. in l. ſæpè num. 76. cum plurib. ſeqq. ff.
de re judic.* & poſt eum per *Peregrin. de Fideicom.
artic. 53. num. 57. & ſeqq.*
50 Nec aliquid operatur illa citatio facta per pro-
clama, ſeu edictum contra omnes ſua putantes in-
tereſſe juxta practicam *Decian. conſil. 21. vol. 5.*
quia talis citatio regulariter eſt a jure reprobata,
nec afficit, obi perſona eſt certa, & eſt in loco,
& de ea poteſt haberi certitudo, itaot perſonali-
ter, & nominatim citari poſſit, ita *Bartol. in ex-
travag. ad reprimendum in verb. per edictum na-
mer. 14* plene *Roland. conſil. 71. num. 12. & ſeqq.
vol. 3.* ubi loquitur in Statuto Maotuano de po-
nendo bona ad cridas, ex quo inducitur præſcri-
ptio. At dicta ſoror Daria erat certa in Civitate,
& in Monaſterio, itaut facile perſonaliter, & oo-
minatim citari potuit, ergo non ei nocoit cita-
tio illa per proclama.

Ultimo non attendimus, dum dicebatur, quod
Monaſterium petendo pro ſorore Maria Vinceotia,
& ſorore Daria, quæ adinvicem pugnabant, vi-
debatur ſuam intentionem deſtruere. quia putavi-
51 mus juvari poſſe ex clauſulis ſalutaribus in fine
libelli poſitis, ſcilicet *ſuper quibus, &c. jus, &
justitiam miniſtrari*, quæ ſicuti herba bettonica,
ad omnia valent, ot cenſeatur intentatum illud,
quod utilius eſt *Alex. conſil. 67 num. 5. vol 2.
Cravett. conſil. 201. num 45. vol. 2. Roland. con-
ſil 79. num. 38. & ſeqq. vol. 1.* plura alia de ef-
fectu dictarum clauſolarum habeotur penes *Anton.
Gabriel. in commun. opinion. tit. de clauſulis concluſ 4.*
52 Abſolvimus Partes ab expenſis propter jura
probabiliter dubia, ot de ſe patet juxta tradita
per *Doct. in l. properandam §. ſin autem alterutra
C. de judic. & in cap finem litibus* ubi præſertim
*Abbas extr de dolo, & contum. Ciuſ. conſil. 15. in
princip.* & juxta ſtylum Rotæ.

Carolus Lunardus Auditor.

A D D I T I O.

A R G U M E N T U M.

Agitur in hac additione de multiplici intelligen-
tia nominis *familia*, & proponuntur, & inſimul
reſolvuntur aliquæ quæſtiones circa idem ver-
bum. Spurii, naturales, illegitimi an veniant ap-
pellatione familiæ, domus, ſeu caſatæ; afferun-
tur contrariæ opiniones, & conciliantur, & de
aliis quæſtionibus remiſſivè, de quibus in præ-
cedenti deciſione.

S U M M A R I U M.

1 NOmen familia, *quandoque comprehendit omnes illas perſonas, quæ ſunt ſub unius æconomico imperio.*
2 *De jure digeſtorum appellatione familiæ veniebant ſoli agnati.*
3 *De jure codicis veniunt tam agnati, quam cognati.*
4 *Veniunt autem ſoli agnati ſi conſtet de contemplatione agnationis*
5 *Vel ſi vocata fuerit familia cum expreſſione cognominis.*
6 *Filii ſequuntur familiam patris, non matris.*
7 *Deſcendentes ex fœminis non veniunt ſub appellatione familiæ, quando fuit expreſſum cognomen.*
8 *Diſtingue an fuerit vocata ex. gr. familia de Cataldis, vel illi de familia de Cataldis tam in materiis fideicommiſſariis,*
9 *Quam in materia juriſpatronatus.*
10 *Qua tamen diſtinctio non attenditur, quando certo conſtat teſtatorem voluiſſe contemplari agnationem, quia hoc caſu ſemper veniunt maſculi ex fœmina.*
11 *Vocata familia non veniunt illi, qui licet ſint de familia, domicilium tamen habent longe a patria teſtatoris.*
Declara ut num. 12.
Item declara ut num. 13.
14 *Si familia reperiatur diviſa in plures ramos, quorum unus uno, alter alio pronomine ſe diſtinguat, illi ſolum ſuccedant qui habent idem pronomen, non verò alii, quamvis habeant idem cognomen.*
15 *Fideicommiſſum quando extendatur ultra quartum, & decimum gradum.*
16 *Spurii, & naturales non veniunt appellatione familiæ.*
17 *Prout nec appellatione domus, ſeu caſata.*
18 *Amplia ut nec veniant legitimi nati ex illegitimis, & de ratione.*
19 *Contra quod ſpurii, naturales, illegitimi, & multo magis legitimi nati ex illegitimis veniant appellatione domus, & familiæ tam de jure, quam ex generali conſuetudine, & uſu loquendi totius Italiæ.*
20 *Concorda ut prima opinio procedat quando nomen familiæ capitur in ſenſu civili, ſcilicet pro agnatione, ſecunda quando in ſenſu naturali, ac etiam pro cognatione.*
21 *Item declara ſecundam opinionem procedere in ſubſidium, ac in defectum legitimorum dumtaxat, ſecus illis concurrentibus.*
22 *Declara tertio ut ſecunda opinio procedat in materia juriſpatronatus, cujus capaces ſunt etiam adulterini, & nati ex damnato coitu, quando ſunt vocati, ſecus in hereditate patris, & avi, etiamſi ad illam fuiſſent expreſſe vocati.*
23 *Quæ ſint conjectura ſuadentes fundatorem juriſ-*

patronatus valuisse vocare spurios, adulterinos, sacrilegos, aliosque ex damnato coitu procreatos remissivè.

Hæc Decisio confirmata est infra Decis. 43.

Ad num. 13. & seqq.

FAmiliæ nomen varias in jure nostro recipit interpretationes; si enim illud interpretari velimus, prout jus illius proprium videtur exigere, adeo lata est illius significatio, ut comprehendat omnes illas personas, quæ sunt sub œconomico alicujus imperio, & sic tam masculos, quam
1 fœminas, tam servos, quam liberos, & libertos sub unius tantum capitis œconomia vitam degentes, ut est text. expressus *in l. pronunciatio §. jure proprio ff. de verb. signif.* ibi -- *jure proprio familiarum dicimus plures personas, quæ sunt sub unius potestate* -- *Knipschildt de fideicommissi famil. nob. relict. cap. 1. num. 26. Torr. de majorat. Ital. p. 1. cap. 38. §. 7. n. 225. Paulut. differt. 55. art. 1. n. 131. Palm. Nep. in causa Florentina alleg. 232. num. 44. & 48.* ubi plures alios textus adducit. *Rot. Flor. apud eum alleg.* 234. repetit. *apud Mans. consult. 620. num. 23. §. ratio.*

Si verò idem nomen familiæ accipi velit, prout communiter accipitur, in sensu, seu jure communi, tunc ejus significatio variata fuit ex varietate temporum. Tempore enim quo vivebatur cum solo jure antiquissimo digestorum, sicuti maxima ad effectum succedendi constituebatur differentia inter agnatos, & cognatos, quorum primi
2 solummodo admittebantur, & alii excludebantur, itar nomen illud familiæ restringebatur ad comprehendendos solummodo agnatos, ut post *Geddaum* tradit *Knipschild. de fideicom. famil. nob. rel. cap. 1. num. 36. Castil. quotid. controv. lib. 5. cap. 93. § 17. num. 1. Roxas de incompatib. p. 8. cap. 3. num. 1.* aliique apud *Torr. de majorat. Ital. p. 1. cap. 38. §. 7. num. 229 & seqq. fol.* 408. *Fredian. de fideicommiss. differt. 19. num. 23 Rota Florentina in Florentina Detractionum 9. Septembris* 1718. *num. 2. cor. me in 3. vol. mearum decisionum* imprimenda.

Postquam verò promulgatæ fuerunt Leges Codicis, quæ omnem omnino substulerunt differentiam inter agnationem, & cognationem, introductum etiam fuit ut quoties reperitur ordinatum aliquod fideicommissum pro illis, qui sint de tali familia, censeri debeant vocati omnes illi qui ex eadem familia descendunt, itaut veniant non so-
3 lum masculi, sed etiam fœminæ, & descendentes ab eisdem fœminis, ut ex text. *in l. final. C. de verbor. signif* communiter tradunt *Tondut. resolut. civil. cap. 138. num. 21. Altograd. Jun. controv. 38. num. 11. Palm. Nep. alleg. 221. num. 38. & seqq. Dominus meus Auditor Calderon. resol 77. num. 8. Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 10. num. 6. Peregrin. de fideicom. artic. 22. num. 26. & artic. 30. n. 15. Molin. de primogen. Hispan. lib. 3 cap. 4. num. 9. & seqq. De Luc. de lin. legal. artic. 22. num. 6. Torr. de majorat. Ital. lib. 1. cap. 38. §. 7. num. 234. & seqq fol 408. & seqq. Dominus, & olim Collega meus Piton. de controv. patron. alleg. 100 num 190. 192. & 196. Fredian. de fideicomm. dict. differt. 19. num. 13. Rota Januen apud Palm. Nep. decis. 489. num. 53. Rota Florent.* infra *decis. 43. num. 3. & in dict. Florentina Detractionum* 1718. *num. 9. cor. me*, aliæque decisiones ejusdem Rotæ a me relatæ in *addit. ad decis. 43. num. 1. Rota Rom. cor. Merlin. decis. 864. num. 21. cor. Dunozet. Jun. decis. 970. num. 2. cor. Benincas. decis. 359. num. 11. & cor. Caprar decis 381. num. 3. & 5. in recent. decis 463. num. 5. part. 13. decis. 101. num. 13. part. 16. decis. 187. num. 6. part. 19. post Torr. de majoratib. decis. 63. num. 10. post de Luc. de fideicomm. decis 17. n. 16 in Auximana Jurispatronatus 9. Martii 1703. §. non obstante cor. bon. mem. Muto, & in Tyburtina Fideicommissi 8. Februarii 1706. §. potissimè cor. bon. mem. Ansaldo.*

Ab hac autem postrema conclusione, quæ pro regula in hac materia ab omnibus recepta est, receditur aliquando, & præcipuè quando constat, testatorem voluisse contemplari agnationem vel 4
suam, vel hæredis, cujus familiam invitaverit; tunc enim nec fœminæ, nec earum descendentes venire possunt appellatione familiæ *Fusar. de substit. quæst. 125. num. 10. Peregrin. de fideicommiss. artic. 26. num. 11. & 27. Castill. quotidian. controv. lib 3. cap. 29. num. 13. Joseph de Rosa consult. 69. num. 208. & 209. Torr. de majorat. Ital. part. 1. cap. 15. §. 14 num. 265 Cardin. de Luc. de fideicommiss. disc. 35. num. 3. Rota Rom. apud Palm. Nep. decis. 218. num. 6. Rota Florent. in dict. Florentina Detractionum 9. Septembris 1718. num. 9. & 11. cor. me*, aliique inferius relati in *addit. ad decis.* 43.

Itidemque ab eadem regula receditur quando nomen *familia* non fuit a testatore simpliciter, & absolutè enunciatum, sed cum adjuncto proprii cognominis; in quibus terminis, licet in defectu saltem masculorum venire possint fœminæ, cum 5
& ipsæ verè sint de familia, & ipsis congruat ejusdem familiæ cognomen, ut connotant *Peregrin. consil. 40. num. 10. & consil. 58 num. 2. lib. 5. Rodulphin. allegat. 21. num. 27 & allegat. 47. n. 21. Palm. Nep. alleg. 101. num. 20. Fredian. de Fideicommiss. differt. 8. num. 46. Rota Florent. in citat. Florentina Detractionum 9 Septembris 1718. num. 1. cor. me*, & infra dixi in *addit. ad decis. 43. num. Rota Rom. post Consul. ad Peregrin. de fideicomm. decis. 40. num. 8. cor. Buratt decis. 117. num. 1. in recent. decis 133. num. 9. & 10. part. 9. & decis. 194. num. 2. & seqq. part. 16.*

Certum tamen est nullo modo venire masculos descendentes ex fœminis de illa familia, qui
eum sint de aliena familia, de illa scilicet, in qua 6
nupta est fœmina earum auctrix, filii namque patris, non matris familiam sequuntur *l. familiæ appellatione §. fœminarum ff. de verborum significat. §. ut qui instit. de legitim. agnat. tutel. Fredian. de fideicomm. dict. differt. 8. num. 46. Rota Rom. in Pisauren. Fideicomm. de Foppa 23. Junii 1721. § quia nempe, & §. quæstio hæc cor. Eminentiss. Domino meo Cardinali Falconerio.*

Non possunt ullo modo censeri vocati sub ap-
pellatione familiæ cum adjuncto cognominis, ut 7
ex plurium textuum authoritate latè probat *Dominus Auditor Calderon. resolut. 77. a num. 8. & seqq. Card. de Luc. de jurepatr. disc. 20. num. 8. Palm. decis. 242. num. 9. Rota decis. 334. num. 8. cor. Benincas. decis. 3. num. 8. & decis. 21. n. 56. in Mantiss. ad Card. de Luc. lib. 10. in Reatina Primogenit. de Nobilibus 19. Junii 1719. §. excluso igitur vers. quæ sane expressio cor. Reverendiss. Crispo, & in Florentina, seu Cornetana Immissionis 1. Julii 1722. §. simil. cor. Eminentiss. Falconerio*, aliique plures, quos infra referam in *addit. ad decis.* 43.

Seriò tamen advertendum est circa modum, quo testator usus fuerit in expressione cognominis; multum enim interest an vocaverit absolutè familiam ex. gr. de Cataldis, an verò vocaverit illos ex familia de Cataldis. Primo casu procedit conclusio mox connotata, & censentur exclusi omnes omninò cognati, secus autem in secundo, quia in terminis hujus secundi casus expressio cognominis censetur apposita ad solum effectum designandi fontem, & originem, a qua derivare debent

bent perſonæ, quæ fuut ſucceſſuræ, proindeque
expreſſio cognominis non eſt apta operari reſtri-
ctionem ad ſolos agnatos, ſed poteſt extendi etiam
8 ad cognatos, quia iſti quamvis non ſint in familia,
ſunt tamen verè, & propriè loquendo ex familia,
utpote nati, & derivantes ab illa, ut egregiè di-
ſtinctionem hujuſmodi exornat Rota noſtra apud
Urceol. deciſ. 13. num. 79 & in Florentina Fidei-
commiſſi de Salvettis .... Martii 1710. §. nec vis
ulla verſic. quando ſit mentio ipſius familiæ, Rota
Rom. in Romana prætenſæ Immiſſionis 13. Maii 1720.
§. objectio enim cor. R. P. D. meo Rovault de Gamu-
ches -- ibi -- ejuſmodi, unmque adjectio cognominis
directa non legitur in ipſam familiam Ferrantis,
ſed refertur ad ipſum Ferrantem, tamquam ad per-
ſonam, a qua originem habitura erat linea primo-
genialis ad ſucceſſionem invitata. --
9 Eademque diſtinctio adhibita pluries fuit a Sa-
cra Rota in materia Juriſpatronatus, ut teſtatur
Dominus, & olim Collega meus Piton. de controv.
patron. alleg 75 poſt num. 3. Rota in Auximana
Juriſpatronatus 9. Martii 1703. §. quo verb, &
§. probato cor. bon. mem. Muto -- ibi -- Additamen-
tum autem proprii cognominis licet quandoque in-
ſerviat pro attendenda mente teſtatricis vocandi agna-
tos, & maſculos ex maſculis, nihilominus quando,
ut in præſenti, non fuit vocata ipſa familia de Vi-
taleonibus, ſed vocati fuerunt illi ex familia de Vi-
taleonibus, cum idem ſit, ac ſi vocati eſſent deſcen-
dentes ex eadem familia, tunc in Jurepatronatus
ſuccedunt etiam maſculi deſcendentes ex fœmina --
in Interamnen. Juriſpatronatus 22. Martii 1706. §.
& licet, & 10. Decembris ejuſdem anni §. & quam-
vis cor. clar. mem. Cardinali Scotto, & 15. Mar-
tii 1709. §. idque procedere cor Eminentiſs. Domino
meo Polignac, & in Sulmonen. Juriſpatronatus cor.
Eminentiſs. Domino meo Falconerio, quæ ultimæ qua-
tuor deciſiones impreſſæ habentur poſt dict. alle-
gat. 75. Domini Advoc. Pitoni, & cum hac diſtin-
ctione proceſſum uberrime fuit a Dominis meis
Auditore Veeri, Equite Mercati olim de Neronibus,
& Advocato Paperino in Aretina Juriſpatronatus
4 Septembris 1726. ut in voto extenſo a Domino
Advocato Paperino Relatore §. aut enim fundatur.
Quatenus autem certò conſtet teſtatorem no-
luiſſe contemplari agnationem, utpote quia pro-
miſcue vocaverit tam maſculos, quam fœminas,
tunc ſemper judicandum eſt favore maſculorum
ex fœmina etiam in caſu, quo cognomen appo-
ſitum fuerit ipſi familiæ juxta primam partem
10 præfatæ diſtinctionis, ut in caſu, in quo teſtator
vocaverat ſuam familiam de Petcis reſpondit Sacra
Rota in dict. Sulmonen. Juriſpatronatus 21. Janua-
rii 1705. §. abſque eo quod cor. Eminentiſ. Domino
meo Cardinali Falconerio, quæ pariter eſt impreſſa
apud Piton. loco citato num. 43.
Quandoque dubitari contingit an in fideicom-
miſſo inſtituto a teſtatore pro ſua familia veniant
deſcendentes a ramis, ſeu columnellis, qui a lon-
go tempore domicilium ſtatuerunt extra patriam
11 teſtatoris? & negativè reſolvendum eſt, quia te-
ſtator præſumitur voluiſſe iis ſolum gratificari,
quos, ut in ſua patria commorantes, in ſuos quo-
dammodo recognoſcebat, ut ratiocinatur Cardin.
de Luc. de fideicommiſſ. diſc. 50 num. 12. & 15.
verſ. unde concludendo, ubi diſtinguit inter caſum
ſucceſſionis in fideicommiſſis, & Primogenituris,
12 & caſum, in quo agatur de Juribus præheminen-
tialibus, & honorificis, & num. 19. ubi quod in
Juribus non omninò honorificis, ſed burſalibus,
& utilitariis procedit idem, quod in fideicommiſ-
ſis, pluresque alios citat, & num. 21. ubi diſcur-
rit quando agitur ad effectum nobilitatis. Torr. va-
riar. Jur. quæſt. tom. 1. tit. 1. de majoratib. &
primogenit. quæſt. 15. num. 21 fol. 84.
Sed ſi teſtator ſubſtituiſſet proximiores de do-
mo, & familia, & ſe non reſtrinxiſſet ad aliquem
13 certum gradum, nec lis eſſet cum aliis de familia,
ad ſucceſſionem admitti deberent etiam commo-
rantes in diverſis Civitatibus, & Provinciis Petr.
de fideicommiſſ quæſt 11. num. 526. & ſeqq. Rota
poſt de Luc. de fideicommiſſ. in Mantiſſ. deciſ. 14.
num. 7.
Et negativè pariter reſpondendum eſſet, ſi in
eadem patria, in qua vivebat teſtator ſubdiviſa
reperiatur familia in plures ramos, quorum unus
communi cognomini adjunctum habeat aliquod
pronomen diſtinctivum ab alio, ut ex. gr. accidit
Placentiæ de familia Fontana, quorum aliqui vo-
cantur de Paveris, alii de Malvicinis, alii alio mo-
do, & teſtator, qui eſt de familia Fontana de Pa-
veris inſtituat fideicommiſſum pro illis de familia
Fontana, admitti quidem poterunt omnes illi,
qui ſunt de familia de Paveris, non autem illi de
Malvicinis, vel alii, quia iſti non cenſentur a te-
ſtatore conſiderati tanquam conſtituti in ejus fa-
14 milia, juxta magiſtrale conſilium Soccini regiſtra-
tum inter conſilia Curtii Senioris conſ. 40. cum quo
communiter conſentiunt Pariſ. conſ. 51. num. 10.
& conſ 88 num. 36. lib. 2. Altograd. conſ. 95. n. 90.
lib. 2. Card. de Luc. de fideicomm diſc. 49. num. 8.
Torr. variar. Jur. quæſt. tom. 1. tit. 1. titul. quæſt. 15.
num. 22. fol. 84.

Ad num. 26. 33. & ſeqq.

15 Fideicommiſſum quando extendatur ultra quar-
tum, & decimum gradum, vide latiſſimè, quæ di-
xi infra in addit. ad deciſ. 43.

Ad num. 38. & ſeqq.

16 Spurii, & naturales non veniunt appellatione
familiæ Caſtrenſ. conſ. 19. num. 7. lib 2. Barboſ. ap-
pellat. 94. n. 35. Paleott. de not. & ſpur. cap. 59. per
tot. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 354 num. 1. Menoch.
de præſumpt. lib 4. præſumpt. 88. num. 13. Michae-
lor de fratrib. par. 3. cap 19 n. 32. & 33. Tiraquel.
de retract lignag. § 1. gloſſ. 8. n. 6. Peregrin. de fi-
deicomm artic. 22. ſub n. 83 verſic. contra. Lotter.
de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 11. n. 139. & ſeqq. Bal-
thaſſar de Angel. in addit. ad Gizzarell. deciſ. 10.
num. 5 & 9. Boer. deciſ 127 ſub num. 20. verſic. tum
quia. Sa felic. deciſ 56 num. 15 & 16. Adden ad
Ludoviſ. deciſ. 433. n. 23.
17 Prout nec appellatione domus, ſeu caſatæ Bal-
duct. in obſervat. ad Rumin. conſ. 22. n. 77. Peregr. de
fideicomm. artic. 22 num. 82. Torr. variar. jur. quæſt.
lib. 2. tit. 8 quæſt. 10. num. 16. fol. 267. Rot. coram
Carill. deciſ. 266. n. 8. Cerr. deciſ. 702. n. 4.
18 Amplia ut nec veniant legitimi nati ex ille-
gitimis, quia nec iſti dicuntur de familia, domo,
ſeu caſata Bald. in l. fin. C. de verbor. ſignif. Dec.
conſ. 85. ſub n. 8., & conſ. 365. ſub n. 2. Bero con-
ſil. 176. n. 65. lib. 2. Natt. conſ. 506. n. 43. Decian. re-
ſponſ. 3. n. 99. lib. 1. Cyriac. contrav 9. n. 33. Tiraquel.
de nobilit. cap 25. num. 24. & de retract. lignag. §. 1.
gloſſ. 8. num. 7. Mantic. de conj ult. ultim. volunt lib. 8.
tit 12. n. 21. Fuſar. de ſubſtitut quæſt. 354. num. 5.
Torr. var. jur. quæſt lib. 2. tit. 12 quæſt. 10 n. 1. Rot.
in recent. deciſ. 395. n 4. par. 1. deciſ. 214. n. 2. p. 9.
& cor. Anſald deciſ. 100 n. 1. & ſeqq. & n. 22, re-
petit. penes Balduct. deciſ. & res judicat. titul. 3.
deciſ. 10. & poſt Conſtantin. ad Statut. Urb. det. 124.
Contra quod ſpurii, naturales, illegitimi, &
multo magis legitimi nati ex illegitimis veniant ap-
pellatione domus, & familiæ, ne dum de jure, ſed 19
ex generali conſuetudine, & uſu loquendi totius
Italiæ Bartol. in l. final. num. 1. ff. de verbor. ſignifi-
cat. Menoch. conſ. 754. num. 16. & 17. Riminald Jun.
conſ.

conf 442. *n.* 33. *Mart. de success. legat. par.* 1. *quæst.* 2.
artic. 3. *num* 21. *& seqq. & par.* 2. *quæst.* 4. *artic* 5.
num. 22. *& seqq. & par* 4. *quæst.* 21. *artic.* 5. *n.* 12.
Ansald. in annot ad decis. 100. *n.* 72. *&* 73. *Rot in re-*
cent. decis. 376. *n.* 50. *par.* 18. *apud Palm. Nep. al-*
legat. 242 *n.* 14. *& a legat.* 243. *eodem n.* 14. *apud*
Piton. disceptat. Ecclesiast. 53. *n.* 39., ibique idem
Piton. num. 43. *versic. circa verbum, & de controv. pa-*
tron. allegat 44. *n.* 113. repetit. apud *Fargn. de ju-*
repatron. tom. 1. *par.* 1. *can.* 3. *cas.* 4. *num.* 27. *fol* 30.
& in Bononien. Fideicommissi de Volta 27. *Apr.* 1695.
§. *final cor. Eminentiss. D. meo Cardin. Scotto, in Pen-*
nen. Abbatia 6. *Maii* 1720. §. *neque coram Rovault*
de Gamaches.

Concurda, ut prima opinio procedat quando
20 nomen familiæ capitur in sensu civili, scilicet pro
agnatione, secunda verò quando accipitur in sen-
su naturali, ac etiam pro cognatione *Bartol. in l.*
tutelas ff de capit. diminut. Paleot. de not. & spur.
cap. 59. *num.* 1. *& seqq. Torr. var. jur. quæst. tom.* 1.
pag. 703. *n.* 13. *& de majoratib. Ital. par.* 1. *cap.* 38.
num. 7. *Gratian. discept.* 218. *num.* 16. *Beltramin. ad*
Ludovis. decis 433. *num.* 23. *Palm. Nep. allegat.* 241.
num. 24. *Rot.* penes eumdem *alleg.* 242. *n.* 4. *&* 5.

Item declara secundam opinionem procedere
21 in subsidium, ac in defectum legitimorum dumta-
xat, secus illis concurrentibus *Gratian. discept.* 218.
num. 35. *Palm. Nep. alleg.* 241. *sub num.* 27. *Rot.* pe-
nes eumdem *allegat.* 242. *num.* 8. *&* 17. *& alleg.* 243.
num. 13 *& in recent. decis.* 126. *num.* 5. *par* 1. *& apud*
Piton. dict. discept. Ecclesiast. 53. *num.* 41. ibique idem
Piton. n. 43. §. *circa.*

Declara tertio, ut secunda opinio procedat,
quando versamur in materia jurispatronatus, cujus
capaces sunt etiam adulterini, & nati ex damnato
coitu quando expressè, vel tacitè sunt ad illud vo-
cati, licet ipsi succedere non possint in hæredita-
te patris, & avi, etiamsi ad illam fuissent expres-
22 sè in testamento vocati, ut distinguendo unum ca-
sum ab alio *Rot. in Mediolanen. Cappellania* 25. *A-*
prilis 1704. §. *ex quibus, & seqq.* ubi adducit co-
njecturas suadentes fundatorem jurispatronatus vo-
luisse vocare spurios, adulterinos, sacrilegos, alio-
23 sque ex damnato coitu procreatos, pluresque alias
auctoritates refert *cor. bo. me. Molinet.*

Ad num. 47.

Vide quæ dixi supra in *addit. ad dec.* 3. *n.* 43.

P I S A N A
Fideicommissi
25. Februarii 1603. *ex Lib Motiv.* 86. *a* 480.

A R G U M E N T U M.

Cippi, & progeniei appellatione venit effectivus, non autem contentivus testatoris, maximè stante genitivo *ipsius*, & aliis circumstantiis, de quibus in decisione.

S U M M A R I U M.

1 *SUb nomine cippi veniant solum descendentes a testatore, non alii de linea transversali, qui descendunt ab eodem stipite, sed diversum cognomen, & arma gestant, & n. seq.*
2 *Voluntas testatoris in ultimis voluntatibus primum locum obtinet.*
3 *Judex tenetur sequi voluntatem testatoris, ut venator leporem.*
4 *Verba testamenti ubi sunt clara non admittitur quæstio voluntatis.*
5 *Cippi appellatione veniunt tantum illi, qui sunt de eodem cognomine, & eadem ferant insignia gentilitia.*
6 *Dispositio non convenit ei, cui verba testamenti non conveniunt.*
7 *Insignia dicantur diversa, si adsit minima differentia.*
8 *Cippi appellatione veniunt solum, qui sunt de proprio cippo testatoris.*
9 *Et de proprio ramo.*
10 *Et de proprio columnello.*
11 *Genitivus casus denotat jus, & proprietatem, & rem propriam.*
12 *Dictio* — ipsius — *ostendit testatorem loquutum fuisse de cippo suo, & proprio columnello.*
13 *Non autem de tota agnatione.*
Contraria auctoritates declarantur n. 24.
14 *Mens, & intentio declaratur ex consuetudine loquendi ipsius testatoris, & loci.*
15 *Testamenti una pars aliam declarat.*
16 *Testatoris voluntati omninò parendum est, & pro lege habenda est.*
17 *Fideicommissum qui vult petere, necesse est, ut probet se esse vocatum.*
18 *Interesse ubi cessat, cessat & actio.*
19 *Actionem qui non habet, non auditur.*
20 *Non curatur de jure possessoris, si non constat de jure petitoris.*
21 *Exceptio de jure tertii potest allegari, quando est exclusiva intentionis agentis.*
22 *Mutanda non sunt, quæ a consuetudine certam interpretationem habuerunt.*
23 *Voluntas dubia declaratur ab observantia, nec est necessaria præscriptio.*
25 *Verba non censentur frustratoriè apposita in testamento.*
26 *Verbum* — progenies — *non est uberioris significationis, quam verbum* — cippi.
27 *Voluntas defuncti in tantum constat, in quantum e verbis elici potest.*
28 *In dubio pro reo est pronunciandum.*
29 *Judex appellationis dicitur Judex revocationis.*
30 *Veritas facilius invenitur, quando a pluribus quæritur.*
31 *Veritas agitata lucescit.*
32 *Quod plurium assensu firmatur sanctius reputatur.*
33 *Jura quando sunt dubia condemnatio in expensis non fit.*

DECISIO XXXV.

In Causa Chelini, e Abrami.

DOminus Petrus de Chelinis clericus Pisanus in sua ultima dispositione legavit Antonio de Chelinis, & de proprio cippo, & progenie ipsius testatoris, & ejus filiis, & descendentibus in perpetuum de linea ejus legitima unam domum positam. & confinatam, ut in ipso testamento, cum certis oneribus, & obligationibus, hoc addito, quod si dictus Antonius, vel ejus filii, & descendentes non adimpleverint dictas conditiones appositas, vel quomodocumque decesserint sine filiis legitimis, & naturalibus reliquit dictam domum seniori sui cippi, & progeniei ipsius testatoris de Chelinis de tempore in tempus, usque quo de eis inveniatur unus alteri succedendo, cum eisdem supradictis oneribus, obligationibus, & conditionibus, & deficiente tota linea dicti sui cippi, & progeniei de Chelinis, tunc, & eo casu dictam domum legavit Officialibus Misericordiæ Pisarum, ut latius in testamento, hoc etiam addito, quod dicta domus non possit per dictos legatarios vendi, nec

perpe-

perpetuò alienari, quia maximè cupiebas, quod
ſemper diceretur dictam domum fuiſſe, & eſſe il-
lorum de Chelinis. Defuncto teſtatore Antonius præ-
dictus conſequutus eſt domum juxta tenorem te-
ſtamenti, & quia ipſe Antonius deceſſit ſine filiis,
& deſcendentibus evenit caſus, ut dicta domus tran-
ſiret ad ſeniorem de cippo, & progenie de Che-
linis dicti teſtatoris, ideò fuit ad hoc fideicommiſ-
ſum particulare admiſſus Julius frater carnalis di-
cti Antonii, non obſtante, quod tunc vivebat Bartho-
lomæus de Abramis pater Laurentii nunc actoris; nam
quia dictus Julius etiam de hoc ſeculo migravit
nullis relictis filiis, ac deſcendentibus, urges ad
dictum fideicommiſſum dictæ domus dictus Lauren-
tius filius dicti Bartholomæi de Abramis, uti ſenior
de cippo, & progenie dicti teſtatoris, & uti voca-
tus in dicto teſtamento, & actitato judicio coram
Clariſſimo Domino Commiſſario Piſarum contra Tho-
mam de Chelinis poſſeſſorem dictæ domus fuit pro-
nunciatum pro dicto actore contra ſeum conventum,
ut in ſententia, a qua pro parte dicti Thomæ rei
fuit appellatum, & cauſa coram nobis introducta
viſis eruditiſſimis allegationibus pro utraque parte
exhibitis, ac maturè conſidaratis, non potuimus non
recedere ab opinione dicti Judicis a quo, & pro-
nunciavimus pro dicto Thoma abſolvendo eum a
petitis.

1 Moti ex infraſcriptis breviter per nos dedu-
cendis; ſumus enim in interpretatione voluntatis
teſtatoris, ideo dicimur in tenebris ambulare, di-
cit *Roland. conſ.* 23. *in princip. vol.* 4., nihilominus
præſuppoſito in facto, prout etiam ex proceſſu pro-
batur, quod ex uno ſtipite fuerunt duo fratres,
quorum alter Chelinus, alter verò Abram de Ca-
panulis cognominabatur, & ex Chelino originem
habuerunt dictus teſtator, & multi alii, & fuis a-
vus ipſius teſtatoris, qui communiter cognominati
fuerunt de Chelinis, & ſic nomen Chelinorum aſ-
ſumpſerunt, ex Abramo verò originem traxerunt
dictus Laurentius, cui fuit proavus, & multi alii,
qui cognominati communiter fuerunt de Abramis,
& ſic de Abramis cognomen aſſumpſerunt, armaque,
& inſignia gentilitia diverſimodè ſibi ſtatue-
runt, & portaverunt; negocium nobis viſum eſt
non difficilis reſolutionis, & quod dictus Lauren-
tius actor non ſit vocatus ad dictum fideicommiſ-
ſum, nec in dicto teſtamento ſit comprehenſus, nec
in verbis, nec in præſumpta mente teſtatoris, ma-
ximè attenta ſubſequuta obſervantia dicti teſtamen-
ti, quæ & verba, & mentem declarare potuit, ut
infra oſtendamus.

Illud enim in primis animadvertimus, quod
2 voluntas teſtatoris in ultimis voluntatibus primum
obtinet locum *l. in conditionibus primum locum ff.
de condit. & demonſtrat. l. cum quæſtio C. de legat.*
plura per *Craſſ. de ſucceſſ. §. teſtamentum quæſt.* 67.
& ſeqq. & quæſt. 76 ideò dicebas. *Corn. conſ.* 41.
3 *ſub num.* 3 *vol.* 4, quod Judex debet ſequi vo-
luntatem teſtatoris, ut venator leporem, & idem
dicit *Roland. dict. conſil.* 23. *in princip. volum.* 4.,
& hoc maximè procedit, quando verba ſunt cla-
4 ra, quia tunc non eſt inferenda quæſtio volunta-
tis *l. ille, aut ille ff. de legat.* 3. *Surd. deciſ.* 210.
num. 1. ſed quod verba, & mens, quæ ex eis col-
ligitur dicti teſtatoris ſit clara, ut non comprehen-
datur dictus Laurentius actor nobis viſum eſt, quia
dictus teſtator legavit domum ſeniori de cippo, &
progenie ipſius teſtatoris de Chelinis, ac appella-
tione cippi, vel eorum de cippo comprehenduntur
illi, qui ſunt de eodem cognomine, & eadem
ferunt inſignia gentilitia, non autem illi, qui di-
5 verſis utuntur cognomine, & inſigniis, ac armis,
ut voluit pluribus auctoritatibus comprobando *Corn.
dict. conſil.* 41. *num.* 3. *&* 11. *vol.* 4 quem ſequitur *Si-
mon de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib.* 3 *in-
terpret.* 3. *dubit.* 1. *ſolut.* 11. *num.* 19. *Menoch. de
præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 88 *n.* 17. Sed in iſto
caſu teſtator vocatur de Chelinis, Laurentius verò
actor de Abramis, & diverſa fuerunt inſignia, &
arma gentilitia, ut utrumque probatum eſt in pro-
ceſſu, ergo non venit comprehenſus ſub illo ver-
bo de cippo, ſeu progenie, non enim iidem ſunt,
quia diverſis cognomine, & inſigniis nuncupen-
tur *l. ſi idem C. de codicill.* cum ſimil., & quia non
conveniunt verba diſpoſitionis, quia dictus Lau-
rentius non de Chelinis, ſed de Abramis nuncu-
patur, ergo nec convenit ipſa diſpoſitio *l.* 4. *§. quo- 6
ties ff. de damn. infect. l. ita autem in princip. ff.
de adminiſtr. tut. Alex. conſ.* 106. *num.* 6. *vol.* 5.
Paul. de Caſtr. conſil. 249. *ſub num.* 1. *vol.* 2., & ut
diverſa dicantur inſignia ſufficit aliquam adeſſe dif-
ferentiam, licet in aliquibus convenirent, ut ple-
nè demonſtrat *Caſſan. de glor. Mundi in pr. part.
concluſ.* 21. *&* 23., & plenè per *Alban. conſil.* 71. 7
vol. 1. faciunt etiam dicta per *Menoch. de arbitrar.
judic. lib.* 2. *caſ.* 318.

Secundò ad hoc probandum dicebamus, quod
hoc verbum *cippus* comprehendit non totam anti-
quam arborem, dato etiam, quod omnes vocarentur
uno cognomine, & una parentela, ſed comprehen- 8
duntur illi tantum, qui ſunt de proprio cippo, in-
quit *Corn. dict. conſil.* 41. *num.* 3. *vol.* 4., undè
licet poſſit eſſe, quod una caſata habeat diverſas
derivationes, & deſcendentias ab uno, & ab eodem
ſtipite arboris diſtinctas in progreſſu temporis in
plures, & diverſos ramos, debet intelligi de pro-
prio ramo ipſius teſtatoris, non autem de aliis ra-
mis de caſata, licet omnes proveniant ab uno, &
eodem arboris ſtipite, ita in terminis dicit *Pariſ.* 9
conſil. 51. *num.* 10 *vol.* 2. *& conſil* 2. *num.* 59. *& ſeq.*
vol. 5. *Menoch.* poſt *Soccin.* quem allegat *conſil.* 30.
num. 13. *vol.* 2. *Decius*, qui utendo verbis hodier-
ni temporis ſecundum communem uſum loquen-
di, dicit, quod debet intelligi de proprio colu-
mello *conſil.* 320. *num.* 3. *&* 5 *vol.* 1., quem ſequi- 10
tus *Pariſ. dict. conſil.* 52. *num.* 20. *volum.* 2., & ex
iſtis auctoritatibus poteſt dici, quod ſit deciſus iſte
caſus.

Tertiò confirmabamus prædicta, quia dictus
teſtator in teſtamento non ſemel, ſed ſæpè ſæpius
loquendo de cippo, & progenie prædicta, non ſo-
lum declaravit de Chelinis, ſed etiam addidit ge- 11
nitivum *ipſius* teſtatoris, & genitivus importat jus,
& proprietatem, & rem propriam, ita notant *Do-
ctores in rubr. §. de nov. oper. nunt. Eminent. Card. Al-
ban. conſil.* 6. *num.* 20. *Rimінald. Jun. conſil.* 580.
num. 54. *vol.* 5., ideò benè demonſtravit teſtator,
quod intellexit de proprio cippo ſuo de Chelinis,
non autem de alio cippo de Abramis, & ita argu- 12
mentando concludit *Pariſ. dict. deciſ.* 51. *num.* 5.
vol. 2., ubi dicit, quod licet hoc verbum *cippus*
regulariter intelligatur pro tota agnatione, hoc non 13
procedit, quando teſtator uſus eſt hoc verbo ge-
nitivo, ex quo demonſtravit velle reſtringere di-
ſpoſitionem ad proprium cippum, nec diſſentit
Hieronym. Gabriel conſil. 132. *n.* 60. *vol.* 2.

Quartò voluntatem teſtatoris ſatis demonſtra- 14
ri arbitramur, tum ex conſuetudine ipſius teſta-
toris, tum ex conſuetudine loci, utraque enim
maximè operatur ad conjecturandam mentem te-
ſtatoris *l. ſi ſervus plurium §. fin.* ubi *gloſſ. in verb.
conſuetudo ff. de legat.* 1. *Roman. conſ.* 9. *n.* 5.

Et quoad conſuetudinem teſtatoris illa præ-
cipuè operatur, quæ colligitur ex aliis capitulis 15
ejuſdem

ejusdem testamenti, ut dicit *Roman.* in proximè citato loco, facit *Alex. consil.* 197. *num.* 7. *volum.* 6., & fuit originalis doctrina *Bart. in l. Centuria n.* 27. *ff. de vulgar. & pupillar. substit.*, quam dicit communiter receptam *Soccin. Jun. cons.* 52. *n.* 9. *vol.* 4. alios plures refert, & sequitur *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 3, sed in præsenti casu quoad consuetudinem loci clarum est, nec habet dubitationem, quod dictus testator, & cippus proveniens a Chelino ejus avo communiter cognominatur de Chelinis, cippus verò dicti Laurentii actoris, & cippus proveniens ab Abramo ejus proavo cognominatur de Abramis, & quoad testatorem in eodem testamento constituit eamdem differentiam, quia quando legando illis de eodem suo cippo de Chelinis, vocavit eos de Chelinis, illos verò de cippo de Abramis vocavit pro de Abramis, & sic in mente sua habebat istos columnellos pro distinctis, & separatis, ergo credendum est, quod non de Abramis, sed de Chelinis intellexit in dicta sua dispositione, & hoc eo magis suadet, quia ipse testator declaravit enixam habere voluntatem, ut domus illa semper esset de Chelinis, & semper diceretur domum illam fuisse de Chelinis, etiam quod esset penes Officiales Misericordiæ substitutos, & ideò prohibuit alienationem, ut in testamento, ac si dicta domus transiret in familiam, & columnellum illorum de Abramis non est dubitandum, quod brevi temporis cursu mutaret nomen de Chelinis, & vocaretur de Abramis, & sic non esset satisfactum voluntati testatoris, cui omninò
16 parendum est, & habetur pro lege *authent. de nupt.* § *disponat*. Nec aliquid facit, quod nullus reperiatur de columnello de Chelinis, in quem possit continuare dict. domus, quia satis est, quod non sint vocati in dicta dispositione illi de Abramis, & per consequens dictus Laurentius actor, & sic agat
17 sine actione. Nam quando aliquis vult agere ad fideicommissum debet ostendere, & probare evenisse casum fideicommissi, alias non potest obtinere, plenè *Surd. decis.* 210., ideò dicit *Hieronym. Gabr. dict. consil.* 132. *num.* 61. *vol.* 1., quod qui petit fideicommissum debet probare ad illud esse vocatum, & satis est dicere ad exclusionem tu non es vocatus, & idem est, si diceret Thomas reus conventus tua non interest, quia cessante interesse
18 cessat actio *Surd. consil.* 435. *num.* 5. *vol.* 3., & ne-
19 mo auditur sine actione idem *Surd. cons.* 412. *n.* 20. *eod vol.* 5. Nec refert, si reus nullum jus haberet,
20 quia non meritur jus de domo rei, nec curamus de jure possessionis, si non apparet de jure petitionis, ut est text. *in l. fin. C. de rei vind. Felin. in cap. alim num.* 3. *extr. de rescript.*, plenè *Surd. consil* 253. *num.* 8. *vol.* 2. quinimò si non est in dicto fideicommisso particulari comprehensus dictus Laurentius actor, dicta domus forsan pertineret ad dictos Officiales Misericordiæ vocatos a testatore, quod tamen nec affirmamus, nec negamus, cum de hoc coram nobis non fuit discussum, potest di-
21 ctus Thomas reus opponere de jure tertii, & sic dictorum Officialium, tamquam exclusivo juris dicti Laurentii actoris, ad tradita per *Bart. in l.* 2. *ff. de except. rei judic.* plenè per *Thesaur. decis.* 4. *per tot. Surd. consil.* 213. *n.* 16 *consil.* 227. *num.* 19. *volum.* 2.

Quintò nobis visum est istam dubietatem fuisse resolutam per ipsas partes, dum mortuo Antonio de Chelinis primo honorato sine filiis, & descendentibus, licet tunc reperiretur Bartholomæus pater dicti Laurentii senior, nedum de familia Abramorum, sed etiam Chelinorum, itaut deberet uti senior ad fideicommissum admitti, si essent comprehensi illi de Abramis, tamen non ipse Bartholomæus, sed Julius de Chelinis junior dicto Bartholomæo, senior tamen de columnello de Chelinis fuit admissus ad exclusionem Bartholomæi prædicti, & cippi illorum de Abramis, ideò minimè sunt mutanda, quæ a consuetudine certam habuerunt interpretationem *l. minimè. l. si de interpre-* 22
tatione ff. de legib. cum simil. *Cravett. cons.* 91. *n.* 7. *vol.* 1., & in terminis, quod dubia voluntas decla- 23
retur ex observantia subsequta, itaut non sit necessaria præscriptio, dixit *Decian. consil.* 124. *n.* 25. *vol.* 3. *& consil.* 87. *num.* 11. *& consil.* 55. *num.* 37. *vol.* 2., & optimè facit, quod dicit *Socc. Jun. consil.* 62. *num.* 1. *& consil.* 165. *num.* 42. *vol.* 2., & ex 24
prædictis patet responsio ad ea, quæ fuerunt eleganter deducta pro parte dicti actoris, quia licet in se sint vera, tamen auctoritates debent intelligi, prout loquuntur in fideicommisso, ubi simpliciter testator loquatur vocando vel cippum, vel familiam, vel agnationem, sed in isto casu sumus in fideicommisso qualificato, & ex verbis, & mente testatoris, ac observantia subsequuta restricto, & limitato ad proprium ipsius testatoris cippum de Chelinis, & in hoc proposito non est omittenda pulcherrima doctrina *Mantic. in dict. tract. de conject. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 12. dicens, quod licet hoc verbum *cippus* possit intelligi effectivè, & contentivè, tamen quando intelligitur contensivè, prout debet in hoc casu intelligi, stante, quod dictus testator erat clericus, intelligi debet de illa agnatione, in qua est iste testator, & de linea, de qua est iste testator, & debet intelligi propriè, maximè quando testator usus esset verbis genitivis, vel possessivis, quæ omnia concurrunt in isto casu, nec censetur, quod testator frustatoriè apposuerit aliqua verba in suo testamento *l. si quan-* 25
do ff. de legat. 1. *Roland. dict. consil.* 23. *n.* 36. *vol.* 4. undè ex omnibus satis luculenter apparet, quod testator noluit Abramos vocare, sed tantum Chelinos.

Quoad verbum *progenies* non insistimus, quia 26
non est uberioris significationis, quam verbum *cippus*, & in omni casu regularetur, & restringeretur ex prædictis. Cæterum in hanc sententiam facilius inclinavimus, quia non potest saltem negari, quin non sit dubia quæstio, dum agitur de interpretando voluntatem defuncti, quæ in tantum nobis con- 27
star, in quantum ex ejus verbis elici potest, ut dicit *Roland. dict. consil.* 23. *num.* 7. *vol.* 4., & ideò dicimur ambulare in tenebris, ut supra diximus, pro reo, igitur, & pro absolutione pronunciare in 28
dubio conveniens esse putamus vulg. *l. favorabiliores ff. de reg. jur.* cum simil. in terminis *Dec. dict. consil.* 320. *num.* 7. *vol.* 1., & cum ageretur coram nobis in judicio appellationis de revocando sententiam Domini Judicis a quo solet dici, quod Judex appellationis est Judex revocationis, ut dicit *Jo-* 29
seph Ludov. in suis commun. opin. lib. 1. *concl.* 50. *versic. et quamvis, exempli gratia, retulerim*, & hoc in causis arduis convenit, ut devolvantur ad Dominos tres Judices, ubi discutiuntur, & acerrimè per partes defenduntur, & veritas facilius invenitur, quando a pluribus quæritur *l. ultim. C. de fi-* 30
deicomm., & dixit *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 71. *num.* 7., & dicit *Specul. tit. de Advocato* § *tertio incipiente nunc tractemus num* 7. *vers. quod si per se*, nam facilius invenitur id, quod a pluribus quæritur, & quærendo, opponendo, & disputando, & partis adversæ defensiones subeundo melius veritas sæpius exagitata resplendescit, & 31
quod plurimorum firmatur assensu id sanctius re- 32
putatur *cap. prudentiam extr. de offic. de leg. Gherard. Mazzol. conf.* 73. *n.* 1. *vol.* 1.

Ex his

Ex his etiam abſolvimus partes ab expenſis propter jura probabiliter dubia ad tradita per DD.
33 in *l. properandum* §. *fin. autem C de judic. & in cap. finem litibus extr de dol. & contumac.*, & per *Aſin. in pract.* §. 32. *limit.* 27. *num.* 1.

Carolus Lunardus Auditor.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Vocata ad fideicommiſſum familia, an, & quando veniat ſolum effectiva, vel etiam contentiva ſaltem in ſubſidium, & an data comprehenſione familiæ contentivæ admittatur tam proxima, quam remota.

SUMMARIUM.

1 *De familia effectiva ſunt deſcendentes a teſtatore, de contentiva autem, qui deſcendunt ab eodem ſtipite, a quo deſcendit teſtator, eidemque cognomen habent, ac eadem inſignia.*

2 *Vocata ad fideicommiſſum familia, admittuntur illi, qui ſunt de effectiva.*

3 *Contra quod cenſeatur vocata etiam contentiva.*

4 *Declara tamen, quod in concurſu debent prius ſuccedere illi de familia effectiva, quam illi de contentiva, quoties non conſtet de voluntate teſtatoris in contrarium.*

5 *An deficientibus illis de familia effectiva, ſint admittendi in ſubſidium illi de contentiva remiſſivè.*

6 *Amplia concluſionem de qua ſupra num. 3. maximè procedere quando teſtator uſus eſt verbis generalibus, & amplis, ut ſi vocati ſint quicumque hæredes, & ſucceſſores de cippo, domo, & familia.*

7 *Vel ſi adhibuerit dictionem* — omnes, *vel* tota familia, *aut ſimiles.*

8 *Vel quoties vocata fuerit familia cum adjuncto cognominis, & de ratione.*

9 *Subamplia, ut iſto caſu veniat tam familia contentiva proxima, quam remota.*

10 *Adjunctum cognominis, quod congruit tam familiæ effectivæ, quam contentivæ denotat utramque fuiſſe vocatam, & de ratione ibidem.*

11 *Limita quando ex teſtamento apparet teſtatorem ſe reſtringere voluiſſe ad familiam effectivam, nam tunc expreſſio cognominis ad illam coarctatur.*

12 *Declara, quod ad hunc effectum de teſtatoris voluntate non dicitur conſtare ex ſolis verbis reſtrictivis* — ſua ipſius &c. — *cum harum dictionum efficaciam enervet prægnantia verborum, & adjunctio cognominis.*

13 *Regulariter tamen nomen familiæ cum dictionibus reſtrictivis* — ſua, ejus, ipſius &c. — *comprehendit ſolum familiam effectivam a teſtatore formandam, vel ab illo, cujus familia fuerit invitata.*

14 *Amplia licet teſtator vocaverit* — domum, & familiam — *nam dictio* — & — *ſtat expoſitivè, & reſtrictivè, & verbum* — domus — *regulatur a ſubſequenti verbo* — familia.

15 *Contra ſi fideicommiſſum ſit conſtitutum pro* familia, & domo, *& de ratione.*

16 *Familia effectiva ſolum cenſetur vocata, cum teſtator ſe conſtituit pro ſtipite vocatorum, & de ratione.*

17 *Item ſolum familia effectiva venit in legato, donatione, aut ſimili diſpoſitione facta ob amorem, quo diſponens proſequitur perſonam honoratam, & intuitu ſervitiorum ab eadem receptorum, & de ratione.*

18 *Cauſæ perſonales operantur ſolum favore perſonæ contemplatæ, & ejus deſcendentium, nec reſpiciunt familiam contentivam, ad quam amor, benevolentia, gratitudo, & recompenſatio non extenditur, & num.* 21.

19 *Limita concluſionem, de qua ſup. num. 13. quod ſtantibus verbis reſtrictivis ſolum cenſeatur vocata familia effectiva, non habere locum, quando teſtator, vel ille, cujus familia invitatur, erat in ſtatu cælibatus, vel in ea ætate, ut penitus prolem deſperaret, & n.* 21.

20 *Verba a teſtatore prolata effectu vacua eſſe, & otioſa, jus non patitur.*

22 *Familia contentiva alia eſt proxima, alia remota.*

23 *De familia contentiva proxima ſunt, qui deſcendunt ab eodem patre, de contentiva remota ſunt illi, qui cum eo, cujus familia vocata fuit, mediante remotiori ſtipite conjunguntur.*

24 *Familia contentiva proxima comprehendit etiam deſcendentes ab eodem avo.*

25 *Diſtinctio inter familiam contentivam proximam, & remotam ab aliquibus reprobatur.*

26 *Communiter tamen eſt recepta, & retinenda.*
Et contraria authoritates declarantur n. 28.

27 *In concurſu illorum de familia contentiva proxima, & remota, debent præferri illi de proxima, & n.* 32.

29 *Familia contentiva remota cenſetur comprehenſa, quando vocatio non poterat verificari in familia contentiva proxima, & quando remaneret ſine effectu, & ſuperflua.*

30 *Amplia etiamſi teſtator vocaverit familiam cum adjuncto alicujus dictionis reſtrictivæ.*

31 *Secus quando vocatio verificari poterat in familia contentiva proxima.*

34 *Maximè quando vocatio familiæ fuerit qualificata cum aliqua dictione reſtrictiva, & de ratione.*
Et quæ ſint conjecturæ pro reſtrictione ad familiam contentivam proximam num. 33.

35 *Familia contentiva remota non cenſetur vocata ex onere perpetuo, vel verbis perpetuitatem denotantibus, nam hæc reſtringuntur ad perſonas, & lineas in fideicommiſſo comprehenſas.*

36 *Item quando remotio familiæ contentivæ talis eſt, ut importet formalem familiæ diverſitatem ob diverſitatem alicujus adjecti in una ex lineis, vel columellis appoſiti.*

37 *Item quando illi de familia contentiva habitarent in diverſa regione, eſſent valde remoti, & teſtatori penitus ignoti, nec eadem inſignia deferrent.*

38 *Item ſi una linea mutaſſet ſtatum, itaut una eſſet in ſtatu nobili, divite, & qualificato, altera in ſtatu ignobili, paupere, & depreſſo.*

39 *Econtra familia contentiva remota cenſetur in vocatione comprehenſa, quando in ea adſunt verba ampliativa, & extenſiva, quæ impediunt reſtrictionem ad lineam contentivam proximam.*

40 *Exemplifica ſi teſtator expreſſerit ſe velle conſervationem familiæ, & agnationis, &* aliorum *de familia, & agnatione, & de ratione.*

41 *Item ſi fideicommiſſum fuerit inſtitutum pro ſplendore agnationis tamquam cauſa finali.*

41 *Authores de materia tractantes allegantur.*

Hæc decisio fuit confirmata per DD. tres Judices secundarum Appellationum, ut videre est infra *decis* 51.

Ad num. 8. *& seqq.*

IN quæstione, de qua in hac *decis. num.* 8. *& seq.* an vocatis ad fideicommissum aliquibus personis succedere debeant illi, qui sunt de familia ef-
1 fectiva, idest descendentes a testatore, vel sufficiat, ut sint de familia contentiva, idest descendant ab eodem stipite, a quo descendit testator, habeantque idem cognomen, iisdemque insigniis utantur.

Licet aliqui voluerint, solos descendentes a testatore esse admittendos, & sic solam familiam
2 effectivam censeri vocatam, ut sentiunt *Ruin. consil.* 153. *num.* 10. *lib.* 2. *Roland. cons.* 70 *n.* 75. *lib.* 3. *Surd. cons.* 247. *num.* 12. aliique relati a *Fusar. de substitut. quæst.* 351. *num.* 3. *Card. de Luc. de fideicommiss. disc.* 50 *num.* 5. *Torr. var. jur. quæst. tom.* 1. *titul.* 1. *de majoratib. & primogenit. quæst.* 15. *in Causa Florentina num.* 10. *fol.* 83. *Fredian. de fideicom. differt.* 19 *n.* 33. ubi concordantes *Rot. apud Palm. Nep. decis.* 491. *n.* 11. ubi concordiores, *& n.* 12.

Communior tamen, verior, & receptior est
3 opinio eorum, qui volunt non solum descendentes, sed etiam transversales, & sic universam familiam, tam effectivam, quam contentivam censeri vocatam sub generica familia, vel cippi appellatione, ut testantur *Altograd cons* 95. *n* 78. *&* 85. *lib.* 2. *Fusar. de substitut. dict. quæst.* 351. *n.* 1. *&* 10. *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 18. *versic. sed ego. Gratian. discept. forens. cap.* 645. *n.* 3. *Bonden. collect. legal.* 13. *n.* 109. *lib.* 1. *Mans. consult.* 105. *num.* 18. *Torr. variar. jur quæst. lib.* 1. *titul.* 1. *quæst.* 15. *num.* 8. *de Luc. de fideicomm. disc.* 51. *num.* 4. *Rot. Rom. cor. Cerr. decis* 65. *n.* 12. *&* 13. *& in Asculana Beneficiorum cor. Caprar.* inter suas *decis.* 381. *num.* 5. repetita in *Mantiss. ad de Luc. de jurepatron. decis.* 9., & in confirmatoria apud *Calderon. resolut*, 91. *num.* 46. *in recent. decis.* 31. *n.* 10. *& seqq. & num.* 17. *par* 19. *Rot. Florent. apud Fusar. cons.* 169. *num.* 2. *& seq.*

4 Dummodo tamen non versemur in concursu illorum de familia effectiva, quando enim adsunt illi, qui a testatore descendunt, isti prius succedere debent, quam alii de contentiva familia, quoties non constat de testatoris voluntate in contrarium *de Luc. de fideicommiss. disc.* 50. *num.* 5. *Rot. apud Piton de controv. patron. allegat.* 75. *num.* 37. *& seqq. post Paulut. differt.* 86. *decis.* 1. *n.* 6., & alii passim.

Et an deficientibus illis de familia effectiva
5 admittendi sint in subsidium illi de contentiva familia *Mans. dict. consult.* 454. *n.* 14. *& seq.*

6 Supradicta opinio, quod vocata censeri etiam debeat familia contentiva, tunc maximè procedit quando testator usus est verbis generalibus, & amplis, puta si vocati sint -- *quicumque heredes, & successores de tippo, domo, & familia* -- vel adhi-
7 buerit dictionem -- *omnes*, vel *tota familia* -- aut similes, cum tali caso verba universalia - *omnes* -- tam de familia effectiva, quam contentiva comprehendat in specie *Mans. consult.* 105. *num* 25. *Simon de Prat. de interpret. ultim. voluntat. lib.* 3. *solut.* 11. *num.* 43. *circa med. versic. maximè quando fol.* 291. *Rota Florent. apud Munac. decis.* 71. *num.* 6. *& seq. & num.* 17. *& seqq. Rot. Rom. cor. Caprar. dec.* 242. *num.* 9. *& seqq. in recent. decis.* 229. *num.* 4. *&* 5. *par.* 19.

8 Vel quoties familia est vocata cum adjuncto cognominis *Fusar. de substitut. dict. quæst.* 351. *n.* 37. *& in Causa Florentina dict. cons.* 169. *n.* 44. *&* 45. *Ciarlin. controv.* 23. *num.* 1. 2. *&* 5. *Bonden. collect. legal* 13. *num.* 110. *tom.* 1. *De Luc. de fideicommiss. disc.* 53. *num.* 14. ubi quod tunc venit
universa familia contentiva. *Fredian. de fideicom* 9
differt. 19. *num.* 34. ubi quod nedum venit contentiva proxima, sed etiam remota. *Palm. dec.* 274. *num.* 9. *Rot. post Cast l. de aliment. decis.* 24. *n.* 3. *cor. Merlin. decis.* 669. *num.* 24. *cor. Cerr. dec.* 65. *num.* 12. *& in Asculana Beneficiorum cor. Caprar.* impress. inter suas *decis.* 381. *num.* 3. ubi plurimi concordantes, & in ejus confirmatoria impress. apud Dominum meum *Audit. Calderon. resol.* 91. *num.* 46. *&* 48. ubi alii concordantes, *& in recent. decis.* 708. v. 1. *&* 2. *part.* 18. *tom.* 2. *& dec.* 31. *num.* 18 *& decis.* 226. *num.* 3. *& seqq. part.* 19. *& in Asculana Electionis puellarum* 7. *Junii* 1715. §. *transeundo tur. Ansald.* impress. post præsentem *addit. num.* 5. *Rot. Florent. in Aretina prætensi fideicommissi* 12. *Septembris* 1711. §. *neque obstare coram Farsetto.*

Eaque est, ni fallor, postremæ hujus conclu-
sionis ratio, quia illis de familia contentiva non 10
minus quam illis de familia effectiva convenit, & congruit idem cognomen, proindeque favore illorum de familia contentiva urget nota illa juris nostri propositio, quod cui conveniunt verba dispositionis, convenire debet etiam ipsa dispositio *l.* 4. §. *toties ff. de damn. infect. Decian. cons.* 3. *num.* 80. *&* 81. *lib.* 1. *Bonden. collect. legal.* 2. *n.* 46. *lib.* 1. *Turr. variar. Jur. quæst. lib.* 3. *Miscellan. part.* 2. *tit.* 12. *quæst.* 52. *num.* 36.

Sed hoc intellige quando ex testamento non 11
apparet disponentem se restringere voluisse ad lineam effectivam, nam tunc expressio proprii cognominis nihil alteraret, & non obstante dicta expressione, verba restrictiva vocationem coarctarent ad lineam effectivam, ut pluribus adductis in specie Rota apud *Piton. de contrav. patron. alleg.* 75. *num.* 39. *& seqq.*

Stante autem supradicta circumstantia genera- 12
litatis verborum, vel expressionis cognominis, de hac voluntate testatoris non diceretur constare, si ipse vocando familiam usus fuerit dictione aliqua restrictiva *sua, ipsius, &c.* Prægnantia enim verborum, & adjunctio cognominis tanquam generica enervat, & minuit vim, & efficaciam illarum dictionum, quæ de earum natura restrictionem inducerent, ut rectè ad rem ponderant *Alexand. cons.* 213 *num.* 2. *in fin. lib.* 6 *Fusar. in Causa Florentina dict. cons.* 169. *num.* 53 *Altograd. cons.* 95. *num.* 85. *lib.* 2. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 22. *num.* 26. *versic. contraria verò. de Luc. de fideicommiss. disc.* 51. *num.* 11. *Rot. in recent. decis.* 7. *num.* 35. *& dict. decis.* 226. *num.* 21. *& seqq. part.* 19 *& post de Luc. de fideicomm. dec.* 35. *num.* 3. *& cor. Emerix Jun. decis* 1156. *num.* 1. *& decis.* 1180. *num.* 3. & egregiè *cor. Caprar. dict. decis.* 242. *num.* 11. *& seqq.* ubi auctoritates contrarias conciliat, *& in Firmana Beneficii* 6. *Maii* 1720. §. *nec obesse, & seqq. cor. R. P. D. meo Ravault de Gamaches. Rot. Florent. in dict. Aretina prætensi fideicommissi* 12. *Septembris* 1711. §. *neque obstare cor. Farsetto.*

Regulariter verò quoties genericæ familiæ 13
nuncupationi apposita est aliqua ex dictionibus restrictivis, ex. gr. *sua, ejus, ipsius, &c.* toties appellatio familiæ, quam ex sui natura aptam vidimus comprehendere familiam effectivam, & contentivam, restringitur ad comprehensionem familiæ solummodo effectivæ efformandæ a testatore, vel ab illo, cujus familia fuerit invitata *Fusar. in Causa Florentina dict. cons.* 169. *num.* 36. *& seqq. & sub n.* 40. *versic. respondetur, & seqq. & n.* 55. *& seqq.*

& seqq. Giovagnon. cons. 39. num. 20. & 21. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 646. num. 5. Maranta respons. 19. num. 25. & seqq. part. 4. Urceol. consult forens. cap. 74 num 2. & 6 Palm. alleg. 101. num. 5. & 6. de Luc. de fideicommiss. disc. 33. n. 11. & disc. 50. sub num. 5. decis. Senen. apud Mans. consult. 368. num 9. & 10. & consult. 458. n. 24. Rot. Rom. cor. Merlin. decis 450. num. 7. & 8. cor. Dunoz. Jun. decis. 707. num. 7. cor. Rembold. decis. 337 num. 2. cor. Priol. decis. 237. num. 2. cor Emerix Jun. decis. 1180. num. 1 & 15. decis. 1216. num. 2. & seqq. decis. 1256. num. 3. & decis. 1335. num. 4. in recent. decis. 14. num. 10. part. 8 decis. 254. num. 8. part. 11. & post de Luc. de fideicommiss. decis. 35. & decis. 36. utrobique num. 1. in Mediolanen. Beneficii 30. Januarii 1711. §. quid plus cor. Ansald. in Salmonen. Jurispatronatus 2. Januarii 1715. §. quoniam cor. Eminentiss. Domino meo Cardin. Falconerio, & pluribus aliis decisionibus relatis in Firmana Beneficii 6. Maii 1720. §. nec obesse cor. R. P. D. Rovault de Gamaches, & in Pennen. Abbatia 6. Martii 1722. §. prout coram eodem, & firmat præsens nostra decis. num. 11. & seqq. & infra decis 51. n. 5. & seqq. & n. 22. & seqq.

14 Quod procedit etiamsi cum verbo familia junctum fuisset verbum domus; quando enim testator vocavit domum, & familiam, cum oratio progrediatur de genere ad speciem, dictio & stat expositivè, & restrictivè, & verbum domus regulatur a subsequenti verbo familia, & de familia
15 effectiva tantum intelligitur, licet secus dicendum esset si fideicommissum fuisset ordinatum pro familia, & domo, nam tunc cum oratio de specie ad genus progrediatur, verbum domus augumentativè, & in tota sua latitudine intelligi debet, ut sic comprehendat etiam familiam contentivam, in individuo Rot. Rom. cor. Cels. decis. 367. num. 8. cor. Emerix Jun. decis. 1156. num. 1. & seqq. benè decis 1180 num. 13. & egregiè distinguendo dict. decis. 1216. num. 5. 6. & 7.

16 Sic etiam solum familia effectiva censeretur vocata si testator se constituisset pro stipite vocatorum, nam tunc venirent solum illi, qui a designato stipite tanquam principio, & fonte descendunt, & sunt de ipsius linea effectiva de Luc. de fideicommiss. disc. 51 num. 2. & pluribus relatis prosequitur Rot. in dict. Firmana Beneficii 6. Maii 1720 §. & jure cor. R. P. D. meo Rovault de Gamaches, & in citat. Pennen. Abbatia 6. Martii 1722. §. quandoquidem cor. eodem.

17 Ita pariter veniret solum familia effectiva in legato, donatione, vel alia simili dispositione facta ob amorem, quo testator, vel donans prosequebatur personam honoratam, & intuitu servitiorum ab eadem receptorum. Cum enim causæ hu-
18 jusmodi sint personales operantur solum favore personæ contemplatæ, & descendentium ejusdem, nec illos de familia contentiva respiciunt, ad quos non extenditur amor, benevolentia, gratitudo, & remunerationis compensatio Peregrin. de fideicommiss. art 27. n. 15 Rot. in Melevitana Jurispatronatus 31. Martii 1702. §. quod potiori coram Eminentiss. Domino meo Cardin. Scotto. & egregiè prosequitur in dict. Firmana Beneficii 6 Junii 1720. §. & jure quidem cor. R. P. D. meo Rovault de Gamaches.

19 Limitatur tamen supradicta conclusio, quod stantibus verbis restrictivis vocata censeatur solum familia effectiva, quando testator, vel ille, cujus familia invitatur constitutus erat in statu cœlibatus, vel eo ætatis pervenerat, ut desperata penitus esset prolis susceptio, cum enim in hisce casi-
20 bus nomen illud stipis, vel familia verificari non possit in sensu familiæ effectivæ, & ex alia parte jus nostrum non patiatur verba a testatore prolata otiosa, & effectu vacua manere l. si quando ff de legat. 1. Palm. Sen. consult. 8. num. 18. Casanat. cons. 47. num. 103. Altograd. cons. 54. num. 110. lib. 1. Torr. variar. Jur. quæst. lib. 2. tit. 8. quæst 4. num. 18. & tit. 10. quæst. 3. num. 74. & in nost. in terminis Rota in dict. Asculana Beneficiorum 1699. cor. Muto impress. apud Dominum meum Audit. Calderon, resol. 91. num. 47. ubi alias individuales auctoritates adducit.

Merito hinc nomen illud familia non obstan- 21
tibus quibuscumque dictionibus restrictivis in eo accipitur sensu, & significatione, ut familiam contentivam comprehendat Cravett. cons. 656. num. 6. Ruvic. cons. 27. num. 17. & 18. lib. 1. Mans. consult. 369. num. 8. & consult. 370. num. 5. in fin. Cordin. de Luc. de fideicommiss. disc. 25. num. 16. versic. licet enim, disc. 33. num 13. versic. illa potissimum, disc. 50. num. 5. & disc. 51 num. 10. Torr. de majoratib. Ital. part. 1. cap. 38. §. 8. n. 246. & variar. Jur. quæst. tom. 1. tit. 1. de majoratib. & primogenit. quæst. 15. num. 11. fol. 83. Piton. de controv. patron. allegat. 100. num. 498. Rot. post eum dict. alleg. 100 sub num. 488. in dict. Asculana Beneficiorum cor. Caprar. inter suas decis. 381. n. 4. & in confirmatoria impress. apud Calderon. resol. 91. num. 47. in recent. decis. 563. num. 6. part. 18. decis. 31. num. 18. & dict. decis. 226 n. 20. par. 19. & cor. Emerix Jun. dict. decis. 1180. num. 5. ubi alii, decis. 1256. num 5. & 6. ubi quod hoc procedit, etiamsi testator haberet filium proximè ingressurum Religionem, & decis. 1335. num. 7. & & seqq. & post de Luc. de fideicommiss. in Mantiss. decis. 13. num. 7. & decis. 14. num 5. & in Romana Jurispatronatus 1. Junii 1708. §. quoniam cor. Aldrovando, & in dict. Asculana Electionis puellarum 7. Junii 1715. §. absque eo quod cor. Ansaldo impress. post præsentem decis num. 6 confirmata 22. Junii 1716. cor. eodem. Rot. Florent. apud Fusar. cons. 169. sub num. 2. & 3 & num. 38 & 52. & firmat præsens nostra decis. sub num. 24.

Quia vero sicuti familia in genere sumpta di- 22
viditur in effectivam, & contentivam, ita familia hæc contentiva in specie sumpta dividitur in contentivam proximam, & in contentivam remotam, hinc alia suboritur frequentissima quæstio, an scilicet in illis casibus, in quibus vel ex proprietate vocabuli, vel ex adjunctis circumstantiis non dubitatur, quin vocata fuerit familia tam effectiva, quam contentiva, censeri debeant vocati nedum
illi de familia contentiva proxima, quales sunt ii, 23
qui descendunt ab eodem patre, vel illi etiam de contentiva remota, quales sunt illi, qui cum eo, cujus familia vocata fuit conjunctus est mediante remotiori stipite juxta distinctionem, quam benè explicat Altograd. cons. 79. num. 55. & seqq. lib 2. Cyriac. controv. 281. num. 72. Torr. variar. Jur. quæst. lib. 1. tit. 1. quæst. 15. num. 24. & tit. 2. de substit. & fideicommiss. quæst. 36. num. 86. fol. 398. de Luc. de lin. legal. part. 1. artic. 1. num. 25. & artic. 15. num. 31. & ad de Marin. variar. resolut. lib. 1. cap. 132. sub num. 16. de Luc. de fideicom. disc. 25. num. 17. disc. 50. num. 7. disc. 51. n. 10. & disc. 53. num. 13. Fredian. de fideicommiss. dis-
sert. 19. n. 32. ubi quod familia contentiva proxi- 24
ma comprehendit etiam descendentes ab eodem avo, decis Senen. apud Mans. consult. 368. num. 5. & seqq. Rot. Florent. in Aretina prætensi fideicommissi 11. Septembris 1711. §. neque obstare versic. absque eo quod cor. Farsetto, & in dict. Asculana Electionis puellarum 7. Junii 1715. §. absque eo quod cor. Ansald. impress. post præsentem addit. num. 6. confirmata 22. Junii 1716. cor. eodem.

25 Quidquid reprobando hanc distinctionem inter lineam contentivam proximam, & remotam, quando testator vocavit cippum, domum, vel familiam generaliter, & absque ulla restrictione, cum tunc verbum in latitudine sua contineat omnes, qui eadem insignia, & arma gestant, dixerint *Mans. consult.* 458. *num.* 28. & pluribus relatis *Piton de controv. patron. dict. alleg.* 100. *num.* 500. *& pluribus seqq.* ubi quod hoc maximè procedit concurrentibus conjecturis quas ibidem enumerat, & *num.* 506. ubi dicit etiam, quod solum attenditur prælatio inter proximiores, & *num.* 546. *& seqq. Rot. cor. Emerix Jun. decis* 1180. *num.* 15

26 Supradicta enim distinctio communiter recepta est, & ab omnibus amplexa, ut patet ex auctoritatibus supra citatis, & reprobato *Mans.* & declarata *decis. Rota coram Emerix* eadem sequitur *Rota in Lunen Sarzanen. Jurispatronatus* 1 *Februarii* 1715. *coram Cardinali Scotto* impress. apud *Piton. de controv. patron. allegat.* 100. *num.* 491. ubi plures alias decisiones refert, & de constanti opinione Rotæ Romanæ testatur.

27 Eamdemque distinctionem amplectitur idem *Mans. consult.* 453. *num.* 5. *consult.* 454. *num.* 12. *& seqq. consult.* 460. *num* 3. *& in dict. consult.* 457. *num.* 28. §. *secundum bonc explicationem* admittit illos de familia contentiva proximiori succedere debere prælativè ad illos de familia contentiva remota impugnans exclusionem familiæ contentivæ remotæ etiam per posterius, idemque dicit in sequenti §. *non obest*. *Rot. post Paulut. dissert.* 86. *decis.* 1. *num.* 7.

28 *Pitonius* verò scripsit ad opportunitatem causæ, & pro Cliente, & contra ipsum bis fuit judicatum in Rota Romana, ut ipsemet testatur *dict. allegat.* 100. *num* 497. *&* 558 *in fin.* Rursus idem *Piton.* agnoscens arduam assumpsisse provinciam plures adducit declarationes, & demum se restringit ad conjecturas, ex quibus suadere conatur sibi assistere, & favere voluntatem testatoris.

29 Posita autem veritate dictæ distinctionis proposita quæstio resolvitur hoc modo, videlicet: Aut enim vocatio non poterat verificari in familia contentiva proxima, eo quia constet a testatore fuisse vocatam familiam postquam supposuit omninò evacuatam, atque extinctam familiam contentivam proximam, & tunc ne vocatio, seu substitutio familiæ remaneat sine effectu, & superflua, necesse est illam protrahere ad comprehensionem familiæ contentivæ remotæ *Adden. ad Rovit. cons.* 27. *n.* 12. *lib.* 1. *Altograd. cons.* 95. *num.* 83. *lib.* 2. *de Marin. quotidian resolut. lib* 1. *cap.* 132 *num.* 3. *&* 9. *Fusar. de substitut. quæst.* 351. *num.* 31. *versic. limitatur*. *Mans. consult.* 370. *num.* 14. *& seqq. & consult.* 458. *num.* 26. *Torr. variar. Jur. quæst. lib.* 1. *tit.* 1. *de majoratib. & primogenit. quæst.* 15. *n.* 12. qui scripsit in Causa Florentina *fol* 83. *& num.* 16. *&* 17. *& tit.* 2. *quæst.* 36. *num.* 64. *& seqq. fol.* 396. *Dominus, & olim Collega meus Piton. de controv. patron. allegat.* 100. *num.* 499. *&* 505. *Fontanel. decis.* 35. *num.* 11. *de Luc. de fideicommiss. disc.* 53. *num.* 13. *& disc.* 249. *num.* 12. *Rota post eum in Mantiss. decis.* 13. *num.* 7. *decis.* 14. *num.* 5. *& decis.* 15. *num.* 2. *in recent. decis.* 214 *num.* 14. *part.* 9. *decis.* 563. *num.* 6. *part.* 18. *decis.* 31. *num.* 17. *& seqq. part.* 19. *& apud Piton. dict. allegat.* 100. *num.* 492. & in sæpè citat. *Asculana Electionis puellarum* 7. *Junii* 1715. §. *absque eo quod coram Ansald.* impress. post præsentem *addit. num.* 6.

30 Procedente insuper hac conclusione etiam in casu, quo testator familiam vocaverit cum adjuncto alicujus dictionis restrictivæ, ut probant *Rominald. Jun. cons.* 482. *num.* 47. *&* 48. *Decian. cons.* 86. *num.* 26. *lib.* 3. aliique antiquiores, quos refert, & sequitur *Altograd. cons.* 95. *num.* 85. *lib.* 2. *Mans. dict. consult.* 458. *num.* 26. *Rot. post de Luc. de fideicommiss. in Mantiss. dict. decis.* 15. *num.* 2. *&* 3.

Aut vocatio poterat verificari in illis de fa- 31
milia contentiva proxima, & in his terminis ad
illos restringenda venit hujusmodi vocatio, absque
eo quod ulla adsit necessitas admittendi illos de
familia contentiva remota *Altograd. cons.* 79. *n.* 57.
lib. 2. *Francisc. Palm. consult.* 62. *num.* 19. *&* 20.
Mans. consult. 105. *num.* 41. *&* 42. *& consult.* 130.
post princip. & dict. consult. 454 *num.* 12. *& seqq.*
& dict. consult. 455. *num.* 26. *Torr. variar. Jur.*
quæst. tom. 1. *tit.* 1. *quæst.* 15. *num.* 20. *& seqq.*
tit. 2. *quæst.* 36. *num.* 63. 88. *& seqq. &* 191.
fol. 398. *& quæst.* 37. *num.* 44. *& seqq. fol.* 407.
ubi plures alios citat. *Cardin. de Luc. de fideicom.*
dict. disc. 50. *num* 7. *& disc.* 249. *circa fin. Piton.*
de controv. patron. alleg. 100. *num.* 499. *Rot. Rom.*
apud eumdem dict alleg. 100. *num.* 483. *& antea*
num. 486. ubi quod linea, & familia contentiva 32
proxima semper venit prælativè ad illos de fami-
lia contentiva remota, *& num.* 489. *& seqq.* ubi
adducit conjecturas, ex quibus arguitur disponen- 33
tem se voluisse restringere ad familiam contenti-
vam proximam, *& num.* 492. ubi declarat aucto-
ritates contrarias. *Rot. in recent. decis.* 25. *num.* 2.
part 7.

Idque potissimum locum sibi vindicat si vo- 34
catio familiæ fuerit qualificata cum aliqua dictio-
ne restrictiva; siquidem cum illæ dictiones soleant
operari restrictionem ad familiam effectivam, quan-
do id patitur ratio recti sermonis, hinc si ex con-
comitantia circumstantiarum fieri debet extensio
ad contentivam, ea sanè fieri debet ad minus quam
sit possibile, & proinde ad solam contentivam
proximam, non autem ad remotam ex benè ani-
madversis per *Peregrin. cons.* 57. *num* 2. *lib.* 5.
Aicimar. ad Rovit. cons. 97. *num.* 4. *lib.* 1. *Alto-*
grad. cons. 79 *num.* 56. *& cons* 95. *num* 83. *lib.* 2.
Mans. consult. 368. *num.* 10. *& dict. consult.* 454.
sub num. 12. *& seqq. Dounde. consult.* 35. *num.* 1.
Fusar. de substitut. quæst. 351. *num.* 27. *de Luc. de*
lin. legal. artic, 15. *num.* 31. *Cardin. de Luc. de*
fideicommiss. disc. 50 *num.* 7. *& disc.* 53. *num.* 13.
Piton de controv patron dict. alleg. 100. *num.* 487.
& 500. *Fredian. de fideicommiss. dissert.* 36. *n.* 6.
7. *&* 9. *Torr. variar. Jur. quæst. lib.* 1. *tit.* 1.
quæst. 15. *num.* 26 *fol.* 85. *& tit.* 2. *quæst.* 36.
num. 49. *&* 91. *decis. Senen. apud Mans. dict. con-*
sult. 368 *num* 9. *&* 10. *Rota in recent. decis.* 300.
num. 30. *part.* 1. *decis.* 318. *num.* 7. *part.* 11. *de-*
cis. 416. *num* 28. *part.* 13. *cor. Emerix Jun. dict.*
decis 1335. *num.* 6.

Nec censeretur vocata familia contentiva re- 35
mota ex onere perpetuo, vel aliis verbis perpe-
tuitatem, & infinitatem denotantibus, quia ista re-
stringuntur ad personas, & lineas in fideicommisso
comprehensas, nec ad personas non contemplatas
extenduntur, ut prosequitur *Torr. variar. Jur. quæst.*
tom. 1. *tit.* 2. *de substitut. & fideicommiss. dict. quæst.* 36.
num 68 *& seqq. num.* 97. *& seqq. & num.* 100. *&*
seqq. fol. 400.

Quemadmodum venire non posset familia con- 36
tentiva remota, quando remotio est talis, quæ for-
malem familiæ diversitatem importaret ob diver-
sitatem alicujus adjecti in una ex lineis, vel co-
lumnellis appositi, puta Fontanæ de Placentia, vel
Columnæ de Sciarra, aut simili, ut prosequitur
de Luc de fideicommiss. dict. disc. 249. *num.* 12.
Mans. consult. 457. *num.* 28. §. *non obstant Soccin.*
& seqq.

& seqq. Torr. variar. jur. quaest. tom. 1. tit. 1. citat. quaest. 15. n. 22. fol. 84. Piton. de controv. patron. dict. alleg. 100. num 499. Rot. Florent, infra decis. 51 num. 17. & seqq.

Prout non veniret quando illi de familia contentiva in alia regione habitarent, essent valde remoti, & testatori penitus ignoti, nec eadem arma, & insignia deferrent, ut ponderat de Luc. de fideicommiss. disc. 50. num. 10. & 11, Torr. variar. jur. quaest. tom. 1. tit. 1. de majoratib. & primogenitur. quaest. 15. num. 21. fol. 84.

Nec si una linea mutasset statum, adeout al-
38 tera esset in statu nobili, divite, & qualificato, & alia in statu ignobili, paupere, & depresso, adeout una non recognoscat aliam in suam de Luc. de fideicommiss. dict. disc. 149. num. 12. Piton. de controv. patron. dict. alleg. 100. n. 499.

39 E contra verò succedere possent illi de familia contentiva remota, quando adsunt verba exten-
40 siva, & ampliativa, quae impediunt restrictionem ad lineam contentivam proximam, puta, si testator se expresserit velle conservationem familiae, & agnationis, & aliorum de familia, & agnatione, quia dictio -- aliorum -- cum copula -- & -- diversitatem denotat a linea effectiva, & contentiva proxima in prima verbis comprehensa, ut prosequitur Torr. var. jur. quaest. tom. 1. tit. 2. de substitut. & fideicommiss. dict. quaest. 36. num. 81. & 82. fol. 397. Rot. cor. Carill. decis. 280. num. 5.

41 Vel si fideicommissum fuit institutum pro conservatione, & splendore agnationis tamquam causa finali, nam tunc comprehenduntur etiam illi de familia contentiva, sive proxima sit, sive remota, cum testator censeatur considerasse splendorem familiae, & agnationis in genere, quae universam agnationem comprehendit, sive agnati remotiores sint, sive proximiores Dom. & olim Collega meus Piton. de controv. patron. dict. allegat. 100. num. 502. & seqq., ubi plures alios citat. & num. 549. & 551. de Luc. de fideicomm. dict. dist. 53. num 14. Rot. Florentin. apud Monac. decis. 72. num. 13. & 14., ibique Rot. Rom. num. 35. eadem Rot. cor. Emerix Jun. dict. decis. 1256. num 4.

Caetera vide apud Doctores de hac materia tractantes, & praecipuè apud Peregrin. cons. 47. lib. 2. & cons 42. lib 5. Balduc. ad Ramon. observat. 16. num. 63 & observ. 61. num. 53. Altograd cons. 46. & cons 95. lib. 2 de Alex. ad Capyc. Latr. observ. 85. num. 1. & 3 & observ. 134. n. 8. Capon. discept forens. 57. num. 11. 12. 13. & 14. & num. 20. discept. 237. n. 41. 44. 52. & 53. & disceptat. 263. artic. 3 num. 14. & seqq Gob. consult. 50. n. 19. fol. 230. & in respons. post consult. 57. n. 20. fol. 409., & in alio ejus respons. post consult. 57. num. 15. fol. 419. tom 2. Ricc. apud eum post consult. decis 50. n. 83. 84. 88 & 89. fol 244 Musser. apud eumd post consult 50 n 10 fol 299. Cencin. ibidem n. 6 fol. 305. Nonius apud eumd in post dict. consult. 50. num 26. & seqq. fol. 251. & 252 Castald. apud eumdem post dict. consult. 50. num. 3. & 4 fol. 422. Banden. collect. 13. num 109. 110 & 111. tom. 1. & collect. 25. num. 65. & seq. tom. 2. Episcop. Rocc. disp. 2. n. 3. & seqq. tom. 1. Dom meus Andit. Calderon. resolut. 45. num. 24. Mans. consult. 96 num. 57. consult. 105. ferè per tot. consult. 106. n. 47. & 63. consult. 204. n. 17. & seqq. consult. 369. num. 11 & sub n. 18. consult 370. num. 14 & 15. consult. 453. & 454. ferè per tot. consult. 455. num. 14 & seqq. consult. 457 num. 20. & seqq. consult 458. num. 2. 23. & seqq. consult. 459. num. 30. & seqq. consult. 460. 461. 462. & consultat. 728. num. 21. & consult. 730 num. 4. tom. 8. consult 28. num. 15. & consult. 56. num. 16. & seq. to. 9. Palm. Nep. alleg. 99. num. 41. & allegat. 201. n. 4. & seqq. Paulut. dissert. 86. artic. 1. num. 55 & 56. & artic. 2. n. 1., 35 40. 49. & seqq. Rodolphin. allegat. 132. num. 9 & allegat 179 num. 14. ubi concordantea. Fatinell. respons. 54 num. 7. Fusar. de substit. quaest. 351 Turr de majoratib. Ital. par. 1. cap. 38. §. 8. de Luc. de lin. legal. art. 1. num 31. & seqq artic. 11. num. 12. per tot. artic. 12. sub num. 57. artic. 15. num. 1. & seqq. & n. 31. & seqq. artic. 23. num. 1. & 23. artic. 24. num. 37. artic. 29 num 32. & respons. 7. & respons. 20. per tot. lib 1. art. 7. num. 7 & art. 11. per tot. lib. 2. Cardin de Luc. de fideicomm. disc. 50. num. 10. & seqq. disc. 51 n. 1. & seqq. dist. 53. n. 12. & seqq. & disc. 249. n. 10. & seqq. Piton. de controv. patron. alleg 75. n. 37. & seqq. & dict. alleg. 100. num. 248. 251. 486. & seqq. & num. 498. & pluribus seqq. & num 546. & seqq. Fargn. de jurepatronat. par. 2. can. 1 & 2. cas. 11. num. 2. & seqq. Fredian. de fideicomm. dissertat. 19. num. 31. & seqq. & dissert. 35. num. 1. & seq. Pyn. decis. 40. num. 40. Rot. Januen. apud Balduc. decis. res judicat. tit. 3. de legat. & fideicommiss. decis. 33. num. 33. Rot. Lucen. apud Monach. decis. 58. n. 25. apud Palm. Nep. decis 195. num. 33. decis. Senen. apud Mans. consult. 368. num 2. & seqq. Rot. Florent. apud Monach. decis. 71. per tot. & decis. 72. apud eumdem Palm. Nep. decis. 426. num. 12. & apud Fusar. cons. 169. Rota Rom. coram Emerix Jun. dict. decis. 1156. num. 1. & seqq. decis. 1180. num. pariter 1. & seqq. dict. decis. 1216 num. 1. & per tot. & decis. 1335. num. 4. & seqq. coram Ansald. dec. 66. num. 6. coram Caprar. decis. 242. num. 9. & seqq. & decis. 381. n. 3. 4. 5. & 9., in recent. decis 31. n. 16. & 17. decis. 226. num. 20. & 21. & dec. 586 n 1. 2. 7. 11. & 12 par 19. post de Luc. de fideicommiss. decis. 34. num. 2. decis. 35. per tot. & decis. 36. n. 3. & 4 & in Mantiss. eod. tit. dec. 11. n. 1. 15. & 16. decis. 13. n. 7. & seqq. decis. 14. num. 5. dec. 15. n. 3. & decis. 87. num. 3. & de statutar. success. decis. 1. num 130. & seqq. & decis. 15. num. 10. & 13. apud Paulut. dissert. 86. decis. 1. num 6. & seqq. & decis. 3. num. 17. post tom. 1. collect. Banden decis. 57. sub num. 7. & num. 8. apud Palm. Nep. decis. 273. num. 7. & decis. 502. per tot. apud Gab. post consult. decis. 57. num. 17. fol. 405. tom 2. apud Fargn. de jurepatron. par 2. can. 1. & 2. cas 11. n. 13. in Asculana Electionis Puellarum 7. Junii 1715. cor. Ansald. impress. post praesentem addit. n. 5. & seqq. in Firmana Beneficii 26. Junii 1719 §. nec est cur obiiciatur, & seqq. & 6. Maii 1720. §. nec obesse, & seq. coram R. P. D. meo Rovault de Gamaches, & in Pennen. Abbatiae 24. Januarii 1721. & 6. Martii 1722. §. quandoquidem, & seqq. cor. eodem.

R.P.D. ANSALDO

ASCULANA ELECTIONIS PUELLARUM.

Veneris 7. Junii 1715.

ARGUMENTUM.

Vocatis ad loca Monasterii a testatore designata foeminis de domo Migliana ex linea masculina, & his deficientibus de linea foeminina -- *e non essendoci di casa Migliani &c. Zittelle, che si vogliono far Monache* -- vocatis extraneis; resolvitur in hac decisione admitti debere foeminas tam de linea effectiva, quam contentiva. Item praescribitur modus, quo Episcopus uti valeat in casibus, quibus actu capaces non extent, aliaque advertuntur circa validitatem electionis, de quibus in *Summar.*

SUM-

SUMMARIUM.

1 *ELectio valida, & a nemine re integra contradicta refricari non valet.*

2 *Eadem facta de licentia Judicis facta dicitur bona fide.*

3 *Puellæ de genere eligendarum ad loca Monasterii, si interpellatæ, in termino eis præfixo sileant, pro non extantibus habentur.*

4 *Si verò ante causæ expeditionem, licet serotinè declaraverint velle admitti, anteponendæ sunt extraneis.*

5 *Puellis de domo Migliana per lineam masculinam, & in subsidium etiam fœmininam indefinitè vocatis, admittuntur omnes tam de linea effectiva, quam contentiva.*

6 *Maximè si agatur de testatore, qui non habebat, aut habere poterat propriam descendentiam.*

7 *Testator, qui ad loca Monasterii prælativè vocavit* -- la prima volta -- *fœminas per lineam masculinam, & his deficientibus per fœmininam, præsumendum non est pro extraneos anteponendo istas exclusisse in subsequentibus vocationibus.*

8 *Maximè quando extranearum vocatio concepta sit sub conditione negativa* -- non essendoci di casa Migliani. --

9 *Puellis de familia eligenda ad loca Monasterii non extantibus, si adsit spes, quod extent in futurum, istarum provisio relinquitur in suspenso.*

10 *In hoc certa regula dari nequit, atque ideò Episcopi statur arbitrio*

12 *Episcopus justis de causis supplere potest deficientiam, licet temporalem fœminarum de familia cum admissione extranearum de Civitate, quas testator prædilexit.*

12 *Civis ingenita amoris impulsu erga Concivem duci solet.*

APPENDIX.

SAcerdos Mutius de Miglionis in casu [qui evenit] deficientiæ linearum masculinarum Tiburtii, & Josephi succedere voluit æquis portionibus Ven. Monasterio S. Ægidii, Beatæ Mariæ Virginum, & S. Honuphrii cum adjecta lege, quod -- *Ciascuna di essi la prima volta siano tenuti, e obbligati ricevere ne' loro Monasterj sette Zittelle di casa Migliani di linea masculina, e mancando tanto in tutto, quanto in parte di detta linea masculina, siano parimente di casa Migliani di linea femminina per ciascun Monastero gratis, e senza pagamento alcuno, e senza essere ballottate; e non essendoci di casa Migliani, nel modo detto di sopra, Zittelle, che si vogliano far Monache, accettare altre Zittelle della Città d' Ascoli, non del Contado, nè di altro luogo, e quelle ballottare secondo il solito &c. le quali Monache poi si chiamino, e debbano chiamarsi le Monache Migliani &c. e poi di mano in mano secondo moriranno debbano ricevere le altre nel modo detto di sopra &c. le quali siano tenute, ed obbligate pregare Iddio pel Benefattore.*

Cum verò Monasteria, quæ jam diu propter purificatam conditionem fuissent admissa ad successionem bonorum, neque ulla puella ex vocatis compareret, quia non aderat, Moniales utriusque Monasterii decreverunt in Moniales Miglianas eligere, prout de facto elegerunt quatuor honestas virgines de Civitate, & non de Comitatu ad formam testamenti, Moniales quippe S. Honuphrii nominarunt puellas Arpini, & Ciannavei, Moniales B. Mariæ Virginum puellam Parisanam, & illæ S. Ægidii puellam de Cornacchiis, quæ omnes solemnem professionem in iisdem Monasteriis emiserunt.

Verum peracta hujusmodi electione insurrexerunt Mucciarellus, Leonellus, de Cautia, de Sgariglis, Ciuccius, Ferius, atque Liverottus prius coram Vicario Generali Asculano, & deinde in gradu appellationis a prætensa denegata justitia coram R. P. D. Certo, tunc A. C. Locumtenente prætendentes eam invalidare stante existentia puellarum de genere vocato prælativè ad extraneas, quæ licet non adhuc capaces habitus, nihilominus impedire sive retardare valerent aliarum admissionem, per quam alias implerentur loca pro eis in suspenso stare debentia, donec Judex declaraverit illarum comprehensionem, vel exclusionem, & illæ earum animum aperuissent.

Non attenta hujusmodi lite pendentis Moniales iterum devenere ad electionem puellarum extranearum, sed cum præcisa conditione quod -- *S' intendino elette ne' medesimi luoghi con godere i frutti de' beni del medesimo testatore, fin tanto però venghi terminata la lite, la quale risolvendosi a favore de' detti Signori pretesi chiamati della linea femminina Migliani, quella della Casa a chi spetterà dotare la Zittella, o Zittelle debbano fare pubblico instrumento di obbligo a favore del nostro Monastero di pagare la solita dote di scudi 400. prima che la Zittella, o Zittelle entreranno nel Monastero* -- indeque tali cum præcautione alias undecim puellas elegerunt, a quibus dempta illa de Parisania, quæ post emissam professionem vitam cum morte commutavit, quatuor, & decem remanserunt puellæ electæ, ut liquet ex *Summario Monialium num.* 2. 3. *&* 4.

Istamque electionem jure meritò veluti pendente lite factam R. P. D. meus Certus irritam declaravit, mandavitque Canonicam earumdem puellarum reelectionem, relictis tamen sex locis vacuis per modum provisionis, ad quam etiam reelectionem a Judice decretam, sive permissam devenerunt Moniales, & successivè prælaudatus R. P. D. Certus deveniens per sententiam ad definitionem causæ pronunciavit ad relictum invitatas fore puellas descendentes ab Annibale, ac Pannonia, & Spina, & demandavit, quod elapsis duobus mensibus a die demandatæ affixionis suæ sententiæ non comparentibus puellis de genere vocatis legitimæ ætatis licuisse, & licere Monialibus admittere extraneas, & denique voluit, quod semper tria loca vacua stare deberent pro puellis de sanguine.

Cumque a tali sententia commissio appellationis mihi directa extiterit cum clausula *de appellatione*, bipartitum dubium hodie proposui, *an electio puellarum facta per Monasteria substineatur, & quomodo sit facienda in futurum*, quod in utraque parte juxta modum inferius exprimendum DD. resolverunt: Dixerunt namque Domini quoad primam partem dubii, puellas Arpini, Ciannavei, & Cornacchiæ electionem illarum substineri, nam istæ electæ, & professæ sunt ante motam litem, & respectivè etiam ante inhibitionem reportatam ab Auditore Signaturæ Justitiæ; unde hujusmodi electio
tanquam valida, justa, & a nemine re integra con- 1
tradicta refricari amplius valet *Lapus, & Abbas in cap. licet Episcopus num.* 3. *& seqq. de præbend.* § 6. ibidem *Gemin. num.* 12. *Joan Andr. in cap. sicut num.* 11. *versic. ex hoc de sent. & re judicat. Ricc. collect.* 2544. *num.* 2. *& seqq.*

Rursus censuerunt firmam esse, & subsistentem admissionem aliarum quatuor ex illis undecim primo loco electarum juxta tamen ordinem, & privile-

vilegium temporis earum admissionis, quoniam & si earum antecedentem electiunem nullam, & irritam canonizaverit A.C. veluti editam lite pendente, attamen illa revalidata extitit a subsequenti reelectione exarata ad formam provisionalis decreti ejusdem A. C tempore, quo nondum super-
2 venerat obstaculum citationis coram Auditore Signaturæ. Electio namque facta de licentia Judicis dicitur facta bona fide *Guttier. pract quæst. lib. 2. quæst. 67. num. 3. Castill. controv tom. 5. cap. 67. n. 5. & 6. Rot. cor. Emerix Jun. decis 762. num. 4. & seq & in recent. decis 96 num. 17. par. 17. & in Neapolitana Unionis super deputatione Ministrorum* 23. *Junii* 1710. § *deveniendo coram Reverendiss. D. meo Molin es Decano.*

Quin electioni harum septem puellarum extranearum resistat supervenientia illarum de linea fœminina Migliana, nam circa illas quinque, quæ interpellatæ juxta formam præscriptam in sententia R P. D. mei Cerri fuerunt, an intenderent Deo servire, & non adhuc responsum dedere ullum, parum immorandum videbatur, quia ex silentio nedum duorum mensium, sed plurium annorum eruebatur apertissima renuentia, & non obscura voluntas, proindeque ad talem effectum, cum invitæ illæ ad perpetuam clausuram trahendæ non sint,
3 pro non extantibus reputantur ad tradita per *Gonzal. ad regul. 8. gloss. 56. num. 88. Corrad. in prax. benefic. lib. 2. cap. 10. num. 67. & seqq. Gabriel consil. 13. num. 15. & seqq lib. 1 Ger. Spin. consil. 61. num. 23. & seqq Rot. cor. Duran. decis 79. §. fin. in Barchinonen. Beneficii* 2. *Decembris* 1701. §. *minus refragatur in fin. cor. cl. me. Cardin Caprara, & in Melevitana Jurispatronatus* 25. *Junii* 1703. §. *fin. cor. R. P. D. meo Scotto Almæ Urbis Gubernatore.*

Quod autem attinet ad illas, quæ tandem in limine propositionis causæ absque juramento declararunt velle Moniales fieri, DD. quamquam stante adeò serotina animi apertione valde diffidere co-
4 gantur de earum constantia, attamen solita gravitate procedentes convenerunt iterum esse exquirendas, & anteponendas, quoties effectivè illæ persistant, sin minus omninò substineri electionem de puellis jam admissis, quamvis extraneis usque ad numerum duodenarium, attenta reductione locorum a Sac Congregatione demandata, non tamen admissa a Mucciarello, & Consortibus, qui in Sacro Auditorio deduxerunt velle ad eamdem Sacram Congregationem adversus dictam resolutionem habere recursum ex rationibus supra deductis, ac etiam inferius enucleandis.

Transeundo deinde ad secundam dubii partem ferientem electiones in posterum fabricandas, DD. fuerunt in sensu semper, & in perpetuum præferendas esse puellas de universa descendentia Annibalis, ac etiam Pannoniæ, & Spinæ, sicque de tota familia contentiva, desumpta tamen minus remotè. & ab avo testatoris; quandoquidem disponens invitavit ad tale legatum puellas de domo Migliana per lineam masculinam, & in subsidium per lineam etiam fœmininam indefinitè, & proinde planum est, admittendas esse omnes puellas tam de linea, sive familia effectiva, quam contentiva
5 ex passim traditis per *Ancaran. cons. 95. n. 9. Ruin. cons* 153. *num.* 11. *lib.* 2. *Soccin. Jun. cons. 95. n 63. Palm. Nep. alleg.* 101. *num.* 5. *Mans. consult.* 105. *num* 18 *Card. de Luc. disc.* 50. *num* 5. *Rot. coram Merlin. decis.* 450. *num.* 7. *& decis* 65. *n.* 24. *cor. Cerr. decis* 1180. *n.* 2. *cor. Emer. Jun.*

Absque eo, quod vocatio puellarum de domo Migliana coarctari valeat ad solas fœminas n primis hæredibus progenitas, quoniam cum agatur de fundatore, qui non habebat, nec habere potequat propriam sobolem, & descendentiam, oportet 6
concludere illum mentionem faciendo de fœminis è domo Migliana intellexisse comprehendere quascumque fœminas originem trahentes a domo Migliana sumpta in tota sui latitudine, & ab avo dimetienda per text. apert. *in l. pronunciatio ff. de verbor. significat. Ciarlin. controv.* 170. *n.* 49. *Peregrin. de fideic mm. art.* 22. *n.* 26. *Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quæst.* 12. *num.* 61. *in fin. Rot. coram Ubald. decis.* 521. *num.* 8. *& coram Cerr. dec.* 131. *n.* 6. *& in Firmana Fideicommissi* 27. *Aprilis* 1703. §. *absque eo quod cor. bo. me. Mato.*

Nil penitus refragante, quod testator non perpetuò, sed pro prima dumtaxat vice invitaverit prælativè puellas de domo Migliana, quia pro prima vice vice voluit quidem Mutius anteponi puellas per lineam masculinam, sed non ideò in sub- 7
sequentibus vocationibus exclusit puellas per lineam fœmininam procedentes, immò eas in casu deficientiæ vel partis, vel totius lineæ masculinæ literaliter vocavit absque ulla restrictione, unde sumi non debet interpretatio contraria nedum literæ, sed præsumptæ etiam menti testatoris, atque ordini charitatis repugnans *Mantic de conject. lib. 4. tit. 10. art. 7 n. 10. Mans. consult. 7. num 12. Gratian. discept. for. cap.* 834. *num.* 12. *& seqq. Cardin. de Luc. de fideicomm. disc.* 83. *num.* 11. *Rot. coram Arguell. decis.* 54. *num.* 40 *& in recent. decis.* 207. *num.* 15. *par.* 19. *& in Romana Domus, seu Palatii* 31. *Januarii* 1710. §. *præsertim coram R. P. D. meo Crispo.*

Eoque clarius animadvertendo extraneas admissas tantummodò fuisse -- *non essendoci di casa* 8
Migliani -- quæ sanè negativa conditio extraneis aditum non sternit participandi hujusmodi legati commodo, nisi deficientibus puellis de progenie Migliana religionem amplectentibus, ex connotatis per *Castrens. cons.* 16. *num.* 5 *lib.* 2. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 71. *num.* 10. *Mans. consult.* 68. *n.* 4. *Rat. decis.* 209. *num.* 3. *part.* 8. *recent.*, *& in Bononien. Immissionis* 20. *Martii* 1709 §. *hac autem cor. R.P.D. meo Crispo, & in Tridentina Cappellania* 5. *Aprilis labentis anni* 1715. *cor. R. P. D. meo Cerra* §. *fin.*

Prosequendo resolutionem circa secundam du- 9
bii partem Domini præterea convenerunt, quod eveniente casu inexistentiæ, seu renuentiæ, vel incapacitatis earumdem puellarum ob defectum ætatis, ut præmisimus de familia Migliana, remanere debeant tria loca vacantia pro illis puellis, quarum habilitas propinqua appareat, & voluntas spiritualibus nuptiis proclivis expectari verisimiliter possit, sed prævidentes etiam circa hoc, certam, & invariabilem regulam constabiliri non posse, satios duxerunt remittere vigilantiæ, prudentiæ, & religioni Episcoporum pro tempore diligenter ex-
quirere existentiam non minus, quam probabilem 10
voluntatem puellarum de sanguine, & in casu contrario, in quo deficiat etiam talis spes, illi plenam relinquunt facultatem Monasterlis supplendi cum admissione extranearum de Civitate, ne alias indi- 11
rectè oriatur, vel quotidiana Monasterii defectio circa numerum puellarum a testatore exoptatum, obsequii Dei, vel perpetua ferè exclusio puellarum Concivium, quas expressè prædilexit testator eo ingenito ductus amoris impulsu, quo unusquisque Civis erga Concives duci solet juxta animadversa per *Torell. apud Mans. consult.* 67. *n.* 9. 12
Rota coram Ottobon. decis. 270. *num.* 4 *&* 5. *& in Romana, seu Senen. Dotium* 22. *Junii* 1703. §. *maximè cor. cl. me. Card. Caprara.*

Et in hunc modum utraque Parte informante resolutum fuit.

FLO-

FLORENTINA
Fideicommissi
Die 4. Martii 1603. ex Lib. Mot. 87. a 5. t.

ARGUMENTUM.

Institutio facta ordine successivo inter plores quando resolvatur in substitutionem fideicommissariam. Relatio ex una parte testomenti ad oliam quomodo fieri debeat.

SUMMARIUM.

1 *INstitutio facta ordine successivo resolvitur in substitutionem.*
2 *Relatio, qua in secunda testamenti parte fit ad supranominatos intelligi debet facta ad eos, qui sunt expressè substituti, non ad eos qui ex interpretatione juris.*
3 *Relatio non debet fieri ad id, propter quod dispositio redderetur inutilis, & num. 9.*
4 *Verba* ordine successivo, *&* quandocumque deficientibus *conveniunt magis fideicommissariæ quum vulgari.*
5 *Amplia licet descendentes per verba directa sint honorati.*
6 *Verbum* succedant, *& verba* ordine successivo *idem important.*
7 *Verba* ad supra substitutos *ad omnes referri debent.*
8 *Relatio fieri debet secundum ordinem, & modum supra in succedendo datum.*
10 *Requisita ad obtinendum in petitione fideicommissi qua sint.*
11 *Bona fidei possessor non tenetur restituere fructus perceptos nisi a die mota litis.*

DECISIO XXXVI.

In Causa Sinibaldi, e Monache di S. Andrea.

PHilippus de Cavalcantibus in oltimis constitutionibus in dimidia suorum bonorum parte hæredes instituit D. Constantiam ejus filiam, & ejus filios natos, & nascituros, & eorum descendentes ordine successivo, & his deficientibus filias dictæ Constantiæ, quibus non extantibus, aut quandocumque deficientibus voluit, ut succederent filii legitimi masculi Lucæ ejusdem testatoris fratris; in alia verò dimidia hæredes instituit Franciscum, & Joannem fratres dicti Lucæ, filios, & eorum descendentes ordine etiam successivo, & voluit, quod ipsis deficientibus prædicta dimidia ad alios supra in altera substitutos perveniret. Cum autem Dominus Julius deficientibus DD. Francisco, & Joanne, & eorom descendentibus prætenderet in personam suam fuisse verificatum fideicommissum, opponebatur exadverso, quod substitutio, ex qua ipse agebar, de se
1 in casu isto non loqueretur, quia licet institutio
Dominæ Constantiæ, & descendentium ipsius facta
ordine successivo juris interpretatione resolveretur in substitutionem juxta tradita per Doctores
in l. Gallus in principio ff. de liberis, & posthum.
2 *Peregrin. de fideicommiss. artic. 18. num. 3.* tamen
relatio, quæ in prædicta secunda parte testamenti
facta fuit ad eos, qui supra in altera dimidia substituti fuerunt, intelligenda erat facta ad eos,
qui ex verbis expressis substituti fuissent, non autem ad eos, qui ex interpretatione, & intellectu
juris, juxta doctrinam *Bald. in l. 1. in princ. ff quod quisque jur.* cum aliis, de quibus *Gabriel tit. de clausulis concl. 9. num. 17.* maximè quia illa substitutio a jure intellecta erat vulgaris, quæ per
aditionem D. Constantiæ expiraverat, onde si ad 3
eam fieret relatio, dispositio inutilis redderetur
contra ea, quæ tradit *Bartol. in l. cum vulgari ff. de dot. prælegat.* post alios *Handed. cons 69. n. 44. lib. 2.*

Sed prædictis non obstantibus res in hac parte
sine dubio mihi visa est, nam dispositio illa testatoris, qua D. Constantiam, & ejus descendentes
vocavit, respectu descendentium non est referenda tantum ad vulgarem substitutionem, sed etiam
ad fideicomissariam, & obliquam, quod manifestè colligitur ex illis verbis -- *ordine successivo, natos, & nascituros, quandocumque deficientibus* -- de 4
qoibus in dicta dispositione, quæ magis fideicommissariæ, quam vulgari substitutioni conveniunt,
ut post alios *Bero. quæst. 104. n. 6. Aym. cons 131. n. 10. lib. 1.* resolvit *Covar. in cap. Raynutius §. 1. sub num. 7. de testament. Rot. diversor. part. 1. decis. 579. ex num. 7. Peregrin.* qui alios allegat *dict. artic. 18. num. 5.* quod ampliant prædicti Doctores, 5
etsi per verba directa descendentes honorati videantur.

Ad id autem, quod considerabatur relationem ad expressè substitutos in illa prima dimidia
esse faciendam, & non ad descendentes D. Constantiæ, respondebatur primo, quod de alia nulla
facta erat expressa substitutio, sed tantum aderat
verbum *succedant*, coi æquipollet, seu idem im- 6
portat verbum *ordine successivo*, de quo in dispositione circa filios, & dercendentes D. Constantiæ.

Secundo respondebatur, quod illa verba *ad su- 7
pra substitutos*, ad omnes referri debent tam ex
mente testatoris, quam secundum naturam relationis per *Bartol. in l. talis scriptura ff. de legat. 1. Alex. cons. 59. num. 21. lib. 3. Aym. cons. 38. n 3.*
& fit prædicta relatio secundum modum, & ordi- 8
nem supra positum datum in succedendo, ut post
alios *Decius cons. 384. num. 6. versic. 3. non obstat. Cephal. cons. 292 num. 9. lib. 2. Rimenald. Jun. consil. 544. num. 31. lib. 5.* benè *Ofasc. consil. 16. num. 17. & cons. 71. sub num. 17. & seqq. Mantic. de conjectur. lib 3 tit. 14. num. 8.*

Tertio respondetur, quod prædicta consideratio procedere posset, quando quæstio esset inter
plures prætendentes se substitotos, & qood talis
relatio magis ad unum, quam ad alterum fieri
deberet, sed cum in præsenti solus supersit D Ju- 9
lius, necessario dispositio ad ipsum referri debet
alias enim redderetur inutilis, cum alii sint præmortui ad tradita per *Roman. cons 112. num. 3. Decius cons. 11. num. 14. Soccin. Jun. cons. 98. n. 41. lib. 1.*

Secundo loco, admissa purificatione fideicommissi in persona D. Julii, dubitabatur de dominio 10
ipsius testatoris in quarta parte banchi, de quo
agitur, maximè cum ageretur contra tertios possessores cum titulo, in quo censui cum Domino Judice, ex rationibus, de quibus late, & eleganter in ejus motivis, ad quæ, &c. secundum quæ, fideicommissum subesse, & ejus casum advenisse in personam Domini Julii, prædictumque banchum fuisse in dominio testatoris, re benè examinata existimavi, quæ sunt requisita ad victoriam in hoc judicio ad tradita per *Petr. de Fideicommiss. quæst 11. a princip.* unde sententiam D. Judicis confirmavi, condemnando reos ad restitutionem prædicti banchi cum froctibus a tempore motæ litis
tan-

11 tantum ex regula *l. bonæ fidei ff. de acquirend. rer. dom. l. 2. C. de fructib. & lit. expen.* ubi communiter Doctores.

Circa retentionem conceſſam in dicta ſententia prædictis reis ratione crediti D. Vogiæ eorum actricis, partes abſolvi ab obſervatione præſentis inſtantiæ, quia mihi ex deductis non conſtitit de portione certa, & alias pro parte reorum prætendebatur hypotheca in dicto hancho, tamquam proveniente a Franciſco patre Philippi teſtatoris, & hinc inde dubia erant non levia, ex quibus in hac parte cauſam reliqui plenius diſcutiendam coram Dominis meis, ut veritas habeatur, ut alias inquit *Imperator in l. fin. C. de fideicommiſſ.*

Ludovicus Gomeſius.

A D D I T I O.

A R G U M E N T U M.

Reaſſumitur materia præſentis deciſionis ſuper receſſu a theorica *Cumani in l. cum ita 33 §. in fideicommiſſo ff. de leg. 2.* & conjecturæ quæ per Rotam ſtrictè coarguuntur, hic latius enucleantur, aliis etiam examinatis.

S U M M A R I U M.

1 *Vocati collectivè deficientibus verbis tractum ſucceſſivum importantibus intelliguntur vocati per vulgarem.*
2 *Limita ſtantibus conjecturis in contrarium.*
3 *Prima eſt ſi vocati ſint nati, & naſcituri.*
4 *Amplia etiamſi expreſsè vocati non fuerint, ſed hoc reſultet ex natura diſpoſitionis.*
5 *Secunda ſi vocati fuerint ſucceſſores.*
6 *Quid in vocatione lineæ? afferuntur pro affirmativa ſentientes.*
7 *Contrarium qui voluerint.*
8 *Conciliantur diſcordantes opiniones, & declaratur in quibus caſibus utraque procedat.*
9 *Solus tractus implicitus verbi* deſcendentium *abſque aliis clauſulis tractum ſucceſſivum importantibus non ſufficit pro fideicommiſſaria.*
10 *Maximè ſi per modum adjectivi junctum ſit alteri verbo præcedenti appellativo, & non ſtet per modum ſubſtantivi.*
11 *Diſtingue an ſit intermedia copula & an non, ut primo caſu ſit loco ſubſtantivi, ſecundo vero ſit loco adjectivi.*
12 *Tertia conjectura deſumitur ex clauſula* ordine ſucceſſivo, *ſi aliis juncta ſit.*
13 *Ab aliis vero disjuncta ordo ſucceſſivus intelligitur per vulgarem.*
14 *Succeſſivè intelliguntur vocati illi inter quos cadit ordo neceſſitatis, ſimultanee inter quos cadit ordo charitatis, & exemplificatur.*
15 *Limita ut etiam ultimi intelligantur vocati ſucceſſivè ſtante contraria voluntate teſtatoris.*
16 *Voluntas hujuſmodi reſultat ex vocatione naſciturorum, ſive de illis expreſsè mentionem fecerit defunctus, ſive pateat de illis ſenſiſſe.*
17 *Contrarium in hærede extraneo qui ſenſerit.*
18 *Maximè ſi vocatio concepta non ſit de tempore mortis teſtatoris, ſed in tempus remotum, quo naſcituri poterant exiſtere.*
19 *Amplia ut hoc caſu nec intelligantur vocati per fideicommiſſariam.*
20 *Contra quod regulariter vocans naſcituros credatur eos voluiſſe vocare, qui eo vivente non extarent.*
21 *Quarta conjectura pro receſſu a theorica Cumani eſt compendioſa reſultans a verbo* quandocumque.
22 *Et quæ ſint aliæ ejus formulæ remiſſivè.*
23 *Intellige quando compendioſa adjecta eſt per viam gravaminis illis perſonis, inter quas fideicommiſſum prætenditur, ſecus quoad alios quos activè tantum reſpiciat.*
24 *Quid ſi ſubſtitutiones ſint complicatæ, & unica oratione conceptæ.*

Clarior quæſtio, quæ in hac breviſſima deciſione promovetur eſt, an inſtitutio filiæ, & ejus filiorum tam natorum, quam naſciturorum, & eorum deſcendentium ordine ſucceſſivo, & iis quandocumque deficientibus, quod alii ſuccedant, an cenſeri debeat facta per vulgarem, vel per fideicommiſſariam.

Cadit hic celebris Camani Theorica *in l. cum ita 33. §. in fideicommiſſo num. 4. ff. de legat. 2. & in l. Gallus 29. §. quidam rectè num. 7. ff. de lib. & poſthum.* quæ vult, quod collectivè vocati
deficientibus verbis tractum ſucceſſivum denotan- 1
tibus, intelligantur vocati per vulgarem, non per
fideicommiſſariam, iſtaque concluſio ſicuti noſtris
temporibus tranſivit in regulam, ita & regularis
eſt ejus limitatio, quam hic Rota ſequitur, & de
quo ſermonem facimus, quoties ſcilicet ex conje-
cturis appareat mentem teſtatoris non fuiſſe, ut in 2
primo limine, & ingreſſu ejus diſpoſitio expiraret, ſed ad omnes alios comprehenſos protraheretur, quemadmodum probant relati per me *deciſ. Senen. 31. num. 7.* quibus noviſſimè addo *Balducc. ad Ramon. obſerv 9. num 30. Provenzal apud Rodulphin. a leg. 105. num 12. 13. & alleg. 106. n 2. & ſeqq. Tarducc. apud eum allegat. 107. num. 6. & ſeqq. Manſ. conſult 66. num. 7. & conſult. 131. n. 12. & 18 & conſult. 56. num. 11. tom. 9. Torre var. tom. 1. tit. 2. quæſt. 16. n. 15. fol 279. & quæſt 43. num. 24. & 27. fol. 350. Altograd Jun controv. 33. num 10. bo. me. Aaſald. apud Paulut. poſt differt. 24. alleg. unic. num. 4. Fattin. l. reſponſ. 31. num. 2. tom. 2. Fredian. de fideicommiſſ. differt. 4. num. 30. differt. 20. num. 8. Rota noſtra apud Palm Nep. alleg. 12. num. 63. verſic. attamen, & num 76. & deciſ. 464 num. 30. & ſeqq.* ubi pluries dicta mea *deciſ. Senen.* allegatur, *& in Florentina Fideicommiſſi de Albergottis 1. Decembris 1670 §. & agenda cor. bon. mem. Matthæo Muggio* infra imprimenda *Rot. Roman. deciſ. 13. num. 3. deciſ. 100. num 1. deciſ. 318. num. 3. & deciſ 397. num. 2. & ſeqq. cor. Caprar. & in Carpentoracten. Fideicommiſſi ſuper portione Petri 20. Januarii 1727. §. fruſtra coram Aldovrando.*

Plures hic ſub *num. 4.* conglomerat pro receſſu Rota conjecturas, quarum prima eſt vocatio natorum, & naſciturorum; naſcituri enim vocatio cum implicitam habeat conditionem, ſi naſcatur, quocumque tempore verificabilem, nedum includit tractum temporis in futurum, verum etiam
cum incertum ſit, an naſcituri exiſtere poſſint de 3
tempore aditionis, illis remanet inapplicabilis vulgaris, quæ illo ſolo momento conſumitur *Balducc. ad Ramon. obſerv. 16. num. 115. & ſeqq. Altograd. Jun. controv. 33. num 17. Rodulph. alleg. 105. n. 18. de Luc. ad Gratian. cap. 788. num. 7. Torre variar. tom. 1 tit 2. quæſt. 16. num. 18. Manſ. conſult. 66. num. 13. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 479. num. 15. Peregrin. de fideicomm. artic. 19. num. 21. in fin. Petra de fideicommiſſ. quæſt. 5. num. 161. Barry de ſucceſſ. lib. 3. tit. 2. ſub num. 10. verſic. in eadem quæſtione. Baitel. deciſ. 2. ſub num. 146. num. 201. ſub num. 226. & n. 242. in fin. & deciſ. 53. n 12. Rot. cor. Seraphin. deciſ. 934 num. 10. cor. Ubald.*

decif 8. nam. 13. cor. Cerr. decif. 510 num. 14
& in recent. dec. 320. num. 12. par:. 1. decif. 344
num. 11. part. 2. decif 97. nam. 6. part 4. dec 77.
num. 17. tum feqq. & num. 33. decif. 134. num. 2.
decif. 142. num. 9 & 10. part. 7. decif. 355. n. 8.
9. & 10 part. 17. decif. 176. nam. 4. part. 18.
decif. 653. num. 2. part. 19. Rota noftra in dict.
Florentina Fideicommiffi de Albergottis §. atque ad
illam.

In idemque redit fi exprefsè non vocentur
nafcituri, fed hoc ferat natura ipfa difpofitionis
neceffario de nafcituris intelligenda, prout effet fi
tempore conditi teftamenti, & mortis inftitutus
nondum effet uxoratus, & ita non haberet filios,
4 qui patre nolente, vel impotente poffent fucce-
dere Altograd. Jun. controv. 33. num. 11. & 19.
Attol. refolut. 80. num. 5. & feqq. Sacripantes apud
Manf. confult. 46. num. 10. tom. 9. Peguer. dec. 99.
num. 5 Rot. Senen. decif. 31. num. 51. coram me.
Rota noftra apud Palm Nep. decif. 464. ex num. 36.
& plerib. feqq. Rot. Rom. decif. 397. num. 14. cor.
Caprar.

Atque hoc quod dicitur de nafciturorum voca-
tione, ut fit conjectura receffus, dicitur etiam
de vocatione fucceſſorum, quia cum eos vivens
habere non poffit l. fin. C. de hared. vel action. vendit.
fequitur ut videantur vocati poft obitum, & fic
5 per fideicommiffum, juxta latè tradita per Rotam
in Romana Fideicommiffi cor. Caprar. decif. 318. n. 5.
& feqq. & in confirmat. decif. 397. n. 12 & feqq.
iterum approbata 9. Maii 1701. cor. Molin. cum
aliis per Rot. Senen. dict. decif. 31. n. 52. & feqq.
coram me.

Quid vero in vocatione lineæ? affirmarunt
infra referendi, quia linea tanquam collectio plu-
rium perfonarum gradus continens, & numeros
diftinguens, ex fui natura tractum fucceffivum im-
6 portat, & inconveniens fit, ut coarctetur ad pun-
ctum, & ad unum gradum reftringatur, Ita fcripfe-
runt adducti per me decif Florent. 31. num. 7. & 8.
& ultra ibi congeftos Balducc. ad Ramon. obferv. 9.
num. 21. Rodulph. alleg 108. num. 6 Torre variar.
tom. 2. tit. 2. quaft. 43. num. 28 fol 530. & de
majorat. tom 1. cap. 15. num. 10. Rot. cor. Caprar.
decif. 13. num. 13. & 14 & in Fauen. Fideicomm.
22 Junii 1705. §. rurfus verfic. abfque ulla prorfus
difficultate cor. Omanna.

Contrarium alii voluerunt admittentes, quod
vocatio lineæ operari poffit vocationem filiorum
nepotum, pronepotum, aliorumque defcenden-
7 tium ufque ad lineam finitam, fed per vulgarem,
quatenus anterior in gradu nolit, vel non poffit,
cum ab honore non inferatur ad gravamen, &
onus Giovagnon. conf. 97. num. 32. lib 1. Tondut.
refol. civil. 125. num. 17. Urceol. confult. 81. n. 14.
& feqq. de Luc de lin. legal. lib 1. artic. 15. fub
num. 29. & artic. 20. num. 39. Rot. Florent. dec. 31.
ex num. 10. & feqq.

Concilientur tamen hujufmodi contrariæ opi-
niones, ut ego innui in dict. decif. 31. num. 12.
ut prima procedat quoties mentio lineæ aliis con-
jecturis fuerit coborata, altera vero ubi nude pro-
lata fuerit, quia hoc cafu etiamfi confideretur uti
8 continens nedum fimpliciter plures perfonas, fed
etiam plures gradus, differentia inter nomen col-
lectivum plurium perfonarum ab illo plurium gra-
duum in terminis hujus quæftionis jam rejecta eft,
& utroque cafu regulariter vocatio cenfetur vul-
garis, ita compofito diffidio latè fcripfit Balducc.
ad Ramon. obferv. 9. ex num. 22. & feqq. fequitur
Torre variar. tom. 1. tit. 2. quaft. 43. n. 29. fol. 530.

Sic enim quamvis etiam verbum defcendentes
gradus, & perfonas contineat, tamen deftitutum
aliis extrinfecis claufulis tractum fucceffivum im- 9
portantibus, folus ejus tractus implicitus pro fidei-
commiffaria non fufficit Rota noftra apud Urceol.
decif. 13. num. 15. decif. 19. num. 20. & feqq. &
cor. me decif. 31. num. 5. Rot. Roman. decif. 242.
num. 1. part. 17. decif. 349. num. 1. & 2. part. 19.
recent. & poft de Luc. de fideicomm. lib. 10. dec. 47.
num. 1.

Fortius fi verbum defcendentes non fit appofi-
tum de per fe, fed per modum adjectivi alteri
verbo appellativo, puta filios, ad effectum fcilicet
demonftrandi provenientiam, & defcendentiam eo-
rum, non vero per modum fubftantivi ad inclu- 10
dendos filiorum filios, & ceteros defcendentes,
ut in terminis Theoricæ Camani dixi ego in dict.
decif. Florent. 31. num. 4.

Verum & hunc effectum, & alios, fignanter
ad finem dignofcendi, an filii filiorum, cæteri-
que defcendentes propriam, & veram habeant
vocationem in illo verbo defcendentes, datur di-
ftinctio an fubfequatur hujufmodi verbum fine di-
ctione & intermedia, & tunc ftare dicitur adjecti-
vè, aut dictio præfata & legitur inter utrumque
verbum inferta, & tunc maximè in ultimis vo- 11
luntatibus mentio defcendentium cenfetur appo-
fita augmentativè, feu loco fubftantivi, & in to-
ta fui latitudine operatur, Altograd. Sen. conf. 22.
num. 17. lib 1. Altograd Jun. controv. 90. num. 31.
Rot. cor. Benincaf. decif. 144. num. 13. & decif. 177.
num. 4. & 5. in Romana Cenfus 19. Aprilis 1720.
§. quo vero cor. Fofcaro, in Terracinen. feu Corana
Donationis 15. Martii 1723. §. verum pro eo, &
feqq. cor. Crifpolto, in Afculana Fideicommiffi, feu
Immiffionis 18. Februarii 1724. §. abfque eo quod
releves cor. Corio.

Altera conjectura in cafu Rotæ concurrens
erat claufula ordine fucceffivo, quæ aliis juncta con-
jecturis fideicommifforiam denotat, maximè quia
in hypothefi pofita non erat inter Conftantiam fi- 12
liam, & ejus defcendentes, fed poft omnium vo-
cationem, ut initio decifionis legitur, & hanc cir-
cumftantiam ponderando alias dixi in decif. Florent.
prima ex num. 4 ad 9.

Ab aliis verò disjuncta circumftantiis primam
naturam retinet, juxta quam ordo fucceffivus aliis 13
non concurrentibus intelligitur per vulgarem, que-
madmodum dixit hæc eadem Rota decif. 1. n. 6. &
decif. 31. num 39. cor. me.

Quinimò in hac materia theoricæ Camani per-
fæpè accidit, ut præliminaris difputatio effe fo-
leat, an vocatio plurium perfonarum intelligenda
fit fimultaneè, vel ordine fucceffivo, & in fuppo-
fito, quod in ultimo fenfu fumenda fit, fubintrat
quæftio; an ordo fucceffivus intelligendus fit per
vulgarem, vel per fideicommiffariam; quoad pri-
mam ordinis qualitatem folemnis eft diftinctio, an
agatur de iis inter quos cadit ordo neceffitatis, fi-
cuti effet fi teftator vocet filium, & ejus filios,
vel de aliis inter quos cadit ordo charitatis, & 14
affectionis abfque ullo neceffitate inftituendi, ut
quando vocantur fratres, & eorum filii, & in pri-
mò cafu receptiffima eft conclufio pro ordine fuc-
ceffivo, in fecundo verò pro fimultaneo DD in l.
Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & pofthum. latè
Epifcop Rocc. felectar. cap. 29. n. 1. tom. 1. Altograd.
Jun controv. 54. n. 2. de Luc. ad Gratian. obferv. 788.
num. 7. Palm. Nep. alleg. 126. Menoch. præfumpt 70.
num. 16. 19. & feqq. & n. 35. & n. 55. lib. 4 Pere-
grin. de fideicomm. artic. 17. ex num. 20. ad 23 &
num. 38. Fufar. de fubftitut quaft. 476. n. 31 & 74.
Petra de fideicomm. quaft. 5. num 364 Bellon de jur.
accrefcend cap. 5. quaft. 26. num. 231. & num. 285.
& num. 304 & feqq. Mantic. de conject. ultim vo-
lunt.

Inst. lib. 4. tit. 9. num. 19. verfic. fed contrariam. de Luc. ad Franch. obferv. 633 *num.* 2. & 4 *Hadiern. ad Surd. decif.* 346. *Aut. decif.* 574 *num* 3 *part* 4 *n.* 2. *recent. & decif* 433. *num* 2. & *feqq. cor. Cavaler. decif.* 318. *num.* 1. *cor. Caprar.*, & in oltim. confirmat. *cor. Molin.* §. *hinc per confequens*, & *apud Palm. Nep. decif* 463. *num.* 1. ubi concordantes.

Atque in hoc articulo pro limitatione præfentis vulgatæ diftiuctionis recurrunt eædem conjecturæ, quas fopia adduximus ageotes de volgari, vel fideicommiffaria, cum ipfi quoque tranfverfales, & extranei gradatim, & ordine fuceeffivo vo-
15 cati intelligantur fuadente voluutate teftatoris *Palm. Nep. alleg.* 126. *fub n.* 4 §. *hac dixiffe volui. Bellon. de jur. accrefcend. cap.* 5. *quaft.* 26. *num.* 123. & *num.* 328.

Et fanè inter conjecturas hanc volontatem comprobantes enumerator, quod fint vocati nati, & nafcituri, etiamfi hoc expreffim factum non foerit, fed fimpliciter vocati filii, dummodò pateat defunctum fenfiffe de nafcitoris, ot quia tempore teftamenti nullos adbue haberet filios, & de nafci-
16 turis intellexiffe liquidò patet, fi vocati fuerint omnes in infinitum defcendeotes, quos certum eft ono eodemque tempore in rerum natura effe non poffe, latiffimè *Epifcop. Rocc. felectar. cap.* 29. *ex num* 5. *ad fin. Altograd. Jun. controv.* 54. *num.* 3. & *feqq. Bellon. de jur. accrefcend. cap.* 5. *quaft.* 26. *ex num.* 343. *ad fin. de Luc. ad Franch. dec.* 633. *n.* 5. & *feqq.*

Contrarium in hærede extraneo, quod vocatio nafciturorum non inducat ordinem foccefſivom
17 probare attentavit *Palm. Nep. allegat.* 126. *ex n.* 5. & *feqq.* maximè cum non legeretur concepta de
18 tempore mortis teftatoris, fed in tempus remotum, quo extraneus filios fufcipere potuiffet, & ita non evaderet vocatio totaliter inutilis.

Itaque poffibilitas tanti a nonnollis facta fuit, ut ex hoc fundameoto negaverint etiam vocationem nafcitororum cenferi debere per fideicommiffariam, contenti, quod tempore aditionis potue-
19 rint exiftere, & admitti per vulgarem *Mart. de fucceff. legal. par.* 4. *quaft.* 24 *artic.* 2. *num.* .11., latiffimè *Senatus Nicien. apud Balduct. ad Ramon. decif.* 90. *n.* 26. & *feqq.* & *n.* 44. & *feqq. tom* 4.

Verum oltra quam quod, an nafcituri verifimiliter tempore fucceffionis nati effe poffint, nec ne, pendeat ex motivis facti, & cafuum circumftantiis; oniverfaliter loquendo non parum urget, quod regulariter, qui teftamentom condit cogitat de morte, & vocans nafcituros, creditur eos vo-
20 care voluiffe, qui extarent noo eo vivente, fed quoconque tempore nafcerentur, ot nafciturorum vocatio fert, quemadmodum diffieultatem refolvit *Rot. noft. apud Palm. Nep. decif.* 464. *num.* 49. obi concordantes.

Poftrema conjectura per Rotam cumulata nafcitur ex dictione -- *quandocumque* -- quod verbum eft proprium, & familiare compendiofæ fubftito-
21 tionis, in qua fideicommiffaria continetur ob varietatem temporom, quam ipfum complectitur, ut in terminis theoricæ *Cumani* de hoc præcifo verbo -- *quandocunque* - fcripferunt *Provenzal. apud Radulphin. allegat.* 105. *num* 5 & *allegat.* 106. *num.* 1. *Tarduct. apud eumdem a leg.* 107. *num.* 8. & *feqq. Balduct. ad Ramon. obferv.* 9. *num.* 29. licet formu-
22 le quibus compendiofa concipitur plures, & variæ fint, ut videre eft apud *Fufar. de fubftit quaft.* 223. *num.* 1 2 & *feqq. Rot. in Romana Immiffionis* 3. *Decembris* 1714. § *nentiquam cor. Scotto*, & *in Æfina Succeffionis* 9 *Junii ejusdem anni* §. *ex his cor. Cerro.*

Nota tamen hoc non effe ita generaliter, & abfolutè tenendum, fed tunc demum procedere, quando compendiofa adjecta eft per viam gravaminis illis perfonis, inter quas fideicommiffum defcenfivum prætenditur, ut fi teftator vocaverit filium, & defcendentes, qoibus quandocunque deficientibus alios fubftitoerit, nam inter filios, & defcendentes utique vigore compendiofæ cenfetur fideicommiffum iuductum, fed in poftrema fubftitutionw, fi plures collectivè fubftituti fint, in primo expirat, eum eorum refpecto nulla adfit compendio-
fa paffiva, fed fulum activa, & ex vocatione acti- 23
va non inferator ad paffivam *Rodulphin. alleg.* 104. *num.* 35. & 36. *Caftald. confult.* 66. *num.* 6. *Manf. confult.* 131. *num.* 13. *Altograd. contr.* 33. *num.* 6. & *controv.* 64. *num.* 29. *Peregrin. de fideicommiff. artic.* 18. *num* 17. & *feqq. Fufar. de fubftit. quaft.* 479. *num.* 38. & 39. *Mart. de fucceff. legal. par.* 4. *qu.* 24. *artic.* 2. *num.* 9. & 10. *Eminentifs. de Luc de fideicomm. difc.* 91. *num.* 25. & 26. *Rot. noft. apud Uccell. decif.* 13. *num.* 18. 19. & 20. *Rot. Roman. decif.* 496. *num.* 7. & *feqq. cor. Cavaler. decif.* 24. *n* 11. *cor. Celf. decif.* 516. *num* 15. *cor. Ubald. decif.* 26. *num.* 5. & *feqq. decif.* 36. *num.* 5. & 6. *poft Albit. de inconftant. in judic.*, & *in Romana Immiffionis fuper Domo* 22. *Januarii* 1716 §. *minus hinc coram Cerro*, & *in Funen. Immiffionis* 18. *Februarii* 1724. §. *quantum enim cor. Aldovrando.*

Unicom præfidium ad fubftinendum fideicommiffum hoc cafu io eo fopereffet, quod fubftitutio
fecunda effet com prima complicata, ambæque ab 24
eodem verbo penderent, & unica oratione effent conceptæ juxta cafum latè difcuffum in *decif. Senen.* 31. *ex num.* 12. & *feqq.* inter impreff. *coram me*, obi habes concordantes.

F L O R E N T I N A
Vulgaris Subftitutionis.
24. Martii 1603. ex Lib. Motiv. 87. a 572.

ARGUMENTUM.

Contra abfentem ex caufa Militiæ etiam pro alieno Principe noo currit præfcriptio inducta per Statutum Florentioom *lib.* 2. *rubr.* 73.

SUMMARIUM.

1 *ADverfus petitionem hæreditatis an obftet præfcriptio 40. annorum, & ultra.*
2 *Subftitutus vulgariter in cafu impotentiæ, an cenfeatur fubftitutus etiam in cafu voluntatis.*
3 *Fructus in judicio petitionis hæreditatis an debeantur a die mortis, vel litis conteftatæ.*
4 *Vigore* Statut. Florent. lib. 2. rubr. 73. *omnis actio, officium Judicis, & qoalibet prætenfio 30. annis præfcribitur.*
Limita ut num. 11.
5 *Contra filiumfamilias fub patria poteftate conftitutum vivente patre non currit præfcriptio juris adeundi.*
Contra num. 9. & 10.
6 *Tempus ftatutarium 30. annorum deductis feriis repentinis trafcendit annos 35.*
7 *Aditio uti a voluntate dependens fine Judice expleri poteft.*
8 *In extrajudicialibus feriæ repentinæ non deducuntur.*
9 *Jus adeundi non denegatur filiofamil. durante patria poteftate.*
11 *Contra abfentem præfcriptio ftatutaria non currit, & num. 19.*
12 *Non tamen omnis abfentia prodeft ad hunc effectum, & qualis requiratur, & nn. feqq.*
13 *Abfentia quot fint fpecies.*

14 *Absentia ex causa militiæ inter privilegiatas, & probabi et annumeratur.*
15 *Absens ex causa militiæ in concernentibus ejus commodum pro præsente habetur.*
16 *Absentia ex causa militiæ justior est, quam ex causa studiorum.*
17 *Licet non sit necessaria, & pro suo Principe, sed voluntaria, & pro alieno.*
18 *Et ob istam conceditur restitutio in integrum.*

DECISIO XXXVII.

In Causa Sostegni, e Malegonnelli.

LAurentius olim Excellentissimi Dom. Antonii de Malegonnellis usque de anno 1555. sub die 24 Januarii, suum, cum quo decessit, testamentum condidit, in quo hæredes universales instituit DD Helenam, & Cammillam ejus filias æquis portionibus, & illis prædefunctis ejus filios masculos, & si non essent in humanis masculi, fœminas.

Mortuo testatore, sorores hæ sub die 26. Augusti 1559. cum consensu Francisci de Sostegnis viri dictæ D. Helenæ loco earum Mundualdi, ejusmodi hæreditatem repudiarunt, quam statim adiere fratres, & fratrum filii ejusdem testatoris.

De anno 1590. D. Helena asserens se, mutata intentione statim post factam dictam repudiationem, tamquam seductam, illius pœnituisse, in eaque pœnitentia semper permansisse, per viam publici documenti repudiationem ipsam revocavit.

De anno 1602. D. Capitaneus Laurentius Sostegnius dictæ D. Helenæ filius prætendens se ex dicto testamento Laurentii senioris ejus avi materni in casu vulgaris substitutionis vocatum ad portionem per matrem repudiatam, ex rescripto Serenissimi D. N. coram DD. Conservatoribus Legum intentavit petitionem hæreditatis contra D. Raphaelem Malegonnellum nepotem ex fratre dicti olim Laurentii, uti possessorem bonorum, quæ in dicta ejus hæreditate remanserunt, & quæ ad eum pervenerant ex hæreditate dicti olim D. Antonii. Huicque judicio astitere etiam Dominus Donatus, & Dominus Joannes de Malegonnellis ex alio fratre descendentes.

Perfecto processu, causaque ad nos per dd. DD. Conservatores, ut plerumque fieri solet, transmissa, de tribus principaliter fuit disputatum.

Primò, an Capitaneo petitione hæreditatis, ut
1 dictum est, agenti, obstet opposita exceptio præscriptionis quadraginta annorum, & ultra a die repudiationis D. Helenæ, aditæque hæreditatis jam dictæ per DD. de Malegonnellis, decursorum.

Secundò, an ubi non obstaret præscriptio, ve-
2 rè dici posset, ipsum fuisse vocatum per vulgarem, quasi vocatio in casu præcedentiæ filiarum testatore vivente, extendi etiam debeat ad casum existentiæ ipsarum, sed repudiantium, & sic de casu impotentiæ ad casum noluntatis.

Tertiò, & ultimò præsupposita vocatione quid
3 statuendum esset de fructibus interim per tam longum tempus perceptis per dictos de Malegonnellis.

4 Quoad primum, omissis pluribus, quæ deducebantur de jure municipali, secundum quod spatio 30 annorum præscribitur omni actioni, officio Judicis, cuilibetque prætensioni, ut patet ex Sta-
5 tuto sub *rubr.* 73. *lib.* 2. Prout de jure communi, an filio in patris potestate constituto curreret præscriptio juris adeundi in vita patris, in quo pro negativa allegabatur *authent. nisi triennale C. de bon. matern.* Supponendo patrem Capitanei Laurentii decessisse de anno 1572 sicque a dicto tempore citra 6
non fuisse impletum tempus statutarium, quod deductis feriis repentinis transcendit annos 35. & ultra, ut sæpius fuit in Rota resolutum.

E contra verò replicabatur, aditionem, uti 7
dependentem a sola filii voluntate, esse ex iis, quæ expleri possunt sine Judice, ad tradita per *Bald. cons* 403. *sub num.* 8. *lib.* 3. proindeque cum versemur in extrajudicialibus, de feriis repentinis de- 8
ducendis agi non posse, ut pluries etiam fuisse tentum per Rotam dicebatur.

Quinimmò addebatur, jus adeundi etiam durante patria potestate filio familias non denegari 9
juxta tradita per *Bart. in l. qui in alieno sub n.* 4. *ff. de acquir. hered.* quo casu cessat dispositio *auth.* 10
nisi triennale, quæ loquitur in casibus, in quibus filio in potestate constituto denegatur jus agendi, ut ibi per *gloss. in vers. apparuerit*, consequenterque etiam filio familias currere præscriptionem, & quoad hoc ipsum jus adeundi, etiam in hac parte deducebatur *Motiv. Rot. anni* 1538. *sub die* 23. *Julii.*

Iis inquam omissis, fuit resolutum, articulum 11
hunc decidi ex clara dispositione memorati Statuti sub *rubr.* 73. *lib.* 2. dum a generali regula ibi posita, ut talis præscriptio omnibus curreat, signanter excipit absentes a Civitate, Territorio, Comitatu, & districtu Florentiæ, quibus, inquit Statutum -- *durante dicta absentia non currat præscriptio, sed interim dormiat* -- cum enim in facto fuerit justificatum, Capitaneum a Civitate, & Dominio Florentino abfuisse per triginta annos, vel circa, certum est præscriptionem contra eum per dictum tempus non cucurrisse.

Et licet non omnis absentia in hoc prosit, ut
colligitur ex traditis per *Roman. sing.* 497. *tu habes.* 12
cum aliis de quibus per *Jo. Bapt. Boni de Statutar. Urbis præscript. gloss.* 19. *num.* 29. *& seqq.* ubi quod
quædam absentia reperitur, quæ est necessaria, & 13
probabilis, ut causa Reipublicæ, quædam privilegiata, & probabilis, ut causa studiorum, & causa mercatorum, & quædam necessaria, & improbabilis, ut causa banniti; dubium tamen non est, quin
absentia causa militiæ (prout hac de causa absuit 14
Dominus Capitaneus) inter privilegiatas, & probabiles sit admittenda *l.* 1. 2. *&* 3. *& per tot. Cod.* 15
de restitut. milit Absens enim ex causa militiæ ha-
betur in concernentibus commodum suum, ac si 16
præsens esset, justiorque existimatur hæc, quam absentia ex causa studiorum, ut post alios scribit *Menoch. cons.* 182. *num.* 9. Idque etiam si militiam
non susceperit quis necessariam, nempè pro suo 17
Principe, vel pro aliis ad jussum Principis, sed vo-
luntariam, quia nihilominus est laudabilis, & justa, 18
ob quam etiam de jure communi concederetur restitutio, ut per *Odd. de restitut. in integr. quæst.* 6. *artic.* 3. *num.* 10., & in proposito id inficiari nemo potest, cum Capitaneus Laurentius pro Imperatore, & Venetis militaverit contra Turcas, & pro
Rege Catholico in Belgis contra Hæreticos, quam- 19
vis stante Statuto superius relato, nulla opus sit restitutione, cum præscriptio durante hujusmodi absentia dormierit, consequenterque præscriptio ipsa completa dici nequeat, & hæc quoad primum articulom.

Alexander Zilocchius.
Marcus Antonius de Amatis.

A D D I T I O.

A R G U M E N T U M.

De Statuto Florentino *lib. 2. rubr. 73. super praescript.*, & de casu absentis, qui in eo excipitur.

S U M M A R I U M.

1 STatutum *Florentinum* lib 2. rubr. 73. de praescript. *quale tempus requirat, & quomodo hoc calculari debeat.*
2 *Non comprehendit contractus juratos, & durante pupillari aetate ejus praescriptio dormit.*
3 *Absentes in eo excipiuntur.*
4 *Intellige si absentia sit justa, & legitima, secus contra.*
5 *Potissima est absentia causa Reipublicae, & Supremi Principis, & exemplificatur.*
6 *Amplia ut legitima dicatur etiam absentia ex causa militiae suscepta pro alieno Principe.*
7 *Contrarium tamen receptius est.*
8 *Item legitima dicitur absentia causa mercatura.*
9 *Item absent occasione revidendi suos.*
10 *Amplia ut suffragetur etiam absentia voluntaria, si ex post fiat necessaria.*
11 *Et econtra necessaria non juvet, si ex post fiat voluntaria.*
12 *De privilegiis Militum tam fori, quam testandi, & an nostri Milites illis antiquorum fruantur remissivè.*

1 STatutum Florentinum *lib. 2. rubr. 73. de praescrit.* qualem temporis lapsum requirat, & quomodo hic calculari, & computari debeat, dixi supra in *addit. ad decis. 18. n. 58. & seq.*

2 Quod non comprehendat contractus juratos, quod durante pupillari aetate praescriptio dormiat, habes in *decis. 105. num. 30. & seq.* inter *Florent. coram me.*

3 Excipiuntur quoque per dictum Statutum absentes, prout super eo notavit *Sabel. resolut. cap. 7. sub num. 14. & num. 29. & resol. 22 n. 9.*

4 Quod intellige si absentia sit justa, & legitima, secus si voluntaria, illegitima, & injusta, sicut limitando super eodem nostro Statuto, notat *Ger. Spia. §. absentibus non currit*, & generaliter scripserunt *Ramm. ad Afflict. de jure prothomis. fol. 142. num. 1. & seqq.* ubi plenè. *Rubeus in addit. ad dec 6. num. 3. par. 3. recent. Rot. divers. par. 1. dec. 603. n. 1. & decis. 30. n. 25. cor. Bich.*

5 Inter causas autem legitimas potissima apud nostros illa est, quando absens Reipublicae, vel Supremo Principi serviat, uti sunt legati, oratores etiam missi simplicis gratulationis gratia; privilegio protracto etiam ad eorum uxores virum sectantes *de Marin. alleg. 41. num. 47. de Luc. ad Gratian. cap. 868. num. 4. & seqq. Altimar. ad Rovit. cons. 42. num 4 & seqq lib. 3. & de nullitat. tom. 2. rubr. 11. quaest. 18. num. 85.*

6 Quid in militia suscepta pro alieno Principe? haec quamvis necessaria causa dici nequeat, saltem laudabilis videtur, & de ea judicandum, ut de absentia ex causa studiorum, cum hoc quoque studium decorum, & utile patriae, & Principi esse possit, atque ita concludunt *Odd. de restitut in integr. par. 1. quaest. 6. art. 2. & 3. in fin. vers. unde dicerem. Gallef. de restitut. in integr. cap. 8. n. 16. & 126* causamque studiorum ad alia similia studia extendunt *Arias de Mesa variar. lib. 3. cap. 44. n. 3. in fin. Altimar. ad Rovit. consil. 42. n. 11. tom. 3.*

7 Sed contrarium, quod militia non suffragetur nisi quando est necessaria, & proinde pro suo, non pro alieno Principe, volunt magis communiter *Carol. Ant. de Luc. ad Gratian. cap. 868. num. 7. ad Galtn. de procurat. par. 1. cap. 3. n. 4. Eminentiss. de Luc. de judic. disc. 20. num. 20. Rube. in addit. ad decis. 6. num. 32. par. 3. recent. Rot. decis. 30. n. 24. coram Bich.*

8 Legitima quoque absentia dicitur illa ex causa mercaturae, dummodo res non sit potius de revenditoribus earum mercium, quas veri mercatores in Civitate deferunt, ita super nostro Statuto *Ger. Spia. §. absentia causa mercatura. Odd. de restitut. in integr. par. 1. quaest. 7. artic. 16 n. 147. Gallef. de restitut. in integr. d. cap. 8. n. 130.*

9 Item justa reputatur, si quis in patriam recedat, ut parentibus debita praestet obsequia, rebusque propriis praesit, suosque revisat *Gob. consult. 116. num. 91. tom. 1.*

10 Amplia ut etiam opituletur absentia, quae a principio fuerit voluntaria, si ex post fiat necessaria, ut si quis a praedonibus, vel potentiore vi oppressus regredi non possit *Arias de Mesa variar. lib. 3. cap. 44. num. 24. Ramm. ad Afflict. de jur. prothomis. fol. 243. num. 7. versic. ubi si competat. Altimar. ad Rovit. tom. 3. consil. 42. num. 12. & de nullitat. tom. 2. rubric. 11. quaest. 18. num. 86 versic. nisi absentia.*

11 Sicuti econtra non juvat, si absentia fuerit a principio justa, & necessaria, & ex post evaserit illegitima, & voluntaria, ut si primò arderet bellum, postea verò concessa securitas, & salvaguardia *Rot. in recent. decis. 336. num. 1. par. 17. & decis. 261. num. 4. & 5. par. 18.*

12 Plura de militum privilegiis tam fori, quam testandi, & an nostri milites illis antiquorum fruantur. *Campel. ad constitut. Ducat. Urbin. decret. 109. per tot.* ubi plenissimè.

E A D E M.

Iisdem die, & Anno.

A R G U M E N T U M.

Substitutio vulgaris concepta sub expressa conditione, si institutus testatori praemoriatur, extenditur etiam ad alium casum, in quo institutus supervivat, & haereditatem repudiet.

S U M M A R I U M.

1 SUbstitutio *vulgaris, ut habeat locum necesse est, ut institutus haeres non sit.*
2 *Conditio, qua exprimit casum, quo eveniente instituens futurus erat non haeres, censetur necessaria.*
3 *Conditio si haeres praemoriatur testatori est necessaria.*
4 *In conditionibus necessariis ad actum, vel ad effectum actus, fit extensio de uno casu ad alium habentem eumdem effectum.*
5 *Substitutus sub conditione, si institutus testatori praemoriatur, censetur etiam si institutus supervixerit, & repudiaverit, & n. 12. 13. 14. & seqq. & n. 49.*
Declara ut num. 16.
6 *Testator in substitutione vulgari censetur potius respicere ad effectum, quam ad modum, & n. 68.*
7 *Quando effectus fuit principaliter consideratus, non modus, non curatur de modo expresso, dummodo habeatur effectus.*
8 *Amplia primò, ut fiat extensio ad casum similem*

non

non expressum etiam in conditione voluntaria, quando testator consideravit effectum.
Declara ut nn. seqq.
Amplia secundò ut n. 69.
9 *Inter conditionem necessariam, & voluntariam, quæ sit differentia in proposito.*
10 *Substitutio vulgaris facta in uno casu particulari impotentiæ, vel voluntatis, tacitè comprehendit omnes alios casus, licet non expressos, & n.* 11. *& seqq. & n.* 26.
17 *Participium* -- prædefonctus -- *importat tempus præteritum, & limitatum.*
18 *Verba* -- prædefunctæ, *sive* prædefunctorum -- *faciunt conditionem, & idem sonant, ac verba* -- si præmoriontor. --
19 *Et per illa censetur facta substitutio vulgaris in casu impotentiæ.*
20 *Et exprimi tantum casus, & tempus substitutionis.*
21 *Non restringunt substitutionem sicut verba* -- si me vivo hæres moriatur.
22 *Verba* -- me vivo -- *non possunt adaptari ad tempus, & casum post mortem testatoris.*
23 *Secus verba* -- prædefunctæ &c. -- *quæ possunt adaptari ad prædecedentiam unius ex hæredibus institutis post mortem testatoris, sed ante aditam hæreditatem.*
24 *Verbum* -- prædefoncti -- *habet eamdem vim, ac verba* -- si me vivo decesserit -- *& n.* 25.
27 *Ob solam diversitatem in nuda verborum figura diversæ decisiones induci non debent.*
28 Alex. conf. 170. lib. 5. *declaratur.*
29 *In institutione non datur casus necessarius, & sic extensio fieri nequit.*
30 *Institutio semper est voluntaria, nisi fiat de filio, aut nepote, quorum præteritio rumperet testamentum.*
31 *In conditione voluntaria licitè non fit extensio.*
32 *Substitutio est secunda institutio.*
33 *Idem verbum* -- institoit -- *relatum ad filios importat primum gradum, relatum ad nepotes importat secundum gradum vulgaris.*
34 *Substitutio vulgaris fieri potest per verba* -- hæres esto -- *sicuti per verbum* -- instituo. --
35 *Verbum* -- instituit -- *relatum ad nepotes institutos post filios, idem importat, ac verbum* -- sobstituit. --
36 *Ad effectum dignoscendi, an sit locus extensioni, non inspicitur an institutio, vel substitutio sit necessaria, sed an sit concepta sub conditione necessaria, vel voluntaria.*
37 *Substitutio vulgaris extenditur de casu ad casum, non de tempore ad tempus.*
38 *Declara primò regulam procedere quando tempus est certum, secus si incertum, quale est tempus mortis testatoris, & n.* 50.
39 *Testator se restringens ad certum tempus, post illud censetur prohibere.*
40 *Quando tempus certum non est expressum, potius consideratur casus, quam tempus.*
41 *Et sic potius locum habet regula de extensione de casu ad casum, quam de non extensione de tempore ad tempus.*
Et de ratione.
42 *Omnis conditio aut principaliter, aut secundariò habet in se tempus.*
43 *Pupillaris substitutio continet etiam tacitam vulgarem.*
44 *Quæ tacita vulgaris expirat adveniente pubertate, si concepta fuit cum expressione certi temporis, secus contra.*
45 *Substitutio facta de nepote posthumo, si nascatur post mortem testatoris, extenditur etiam ad casum quando posthumus nascitur vivo testatore.*
46 *Substitutio de nepote nascituro, nedum post mortem testatoris, sed etiam filii locum habet, si nascatur vivente filio, sed emancipato.*
47 *Substitutio facta* -- si filii extabunt tempore mortis testatoris, & postea morerentur, *habet locum etiamsi filii testatoris prædecesserint.*
48 *Dispositio qualibet facta in casum eventurum post mortem, locum habet eveniente casu in vita testatoris.*
50 *Quod operatur vulgaris tacita contenta in compendiosa, multo magis operatur expressa, & de ratione.*
51 *Declara secundò regulam, de qua supra num.* 37. *non procedere quando tempus expressum est de natura substitutionis, & inest etiamsi non esset expressum, & de ratione n seq.*
52 *Tempus in dubio semper præsumitur adjectum demonstrativè, & non limitativè.*
53 *Substitutio vulgaris continet in se caput impotentiæ, & voluntatis.*
54 *Rursus caput impotentiæ continet sub se plures casus.*
55 *Præcipuus est si institutus vivo testatore decesserit.*
56 *In conditione voluntaria non fit extensio.*
57 *Declara tertiò regulam, de qua supra num.* 37. *ut non extensio de tempore ad tempus sit fundata in præsumpta voluntate testatoris.*
Et de ratione num, 58.
59 *Ideo cessat in casibus, in quibus præsumpta testatoris voluntas non refragatur.*
60 *In ultimis voluntatibus omnia secundum præsumptam testatoris voluntatem regulanda sunt.*
61 *Testatoris voluntas tunc solum supplenda est cum de casu omisso testator non cogitavit.*
62 *Secus si cogitavit, vel potuit cogitare a communiter accidentibus.*
63 *Pater non censetur cogitare de repudiatione propria hæreditatis a filio facienda.*
64 *Cum non sit verisimilis, nec præsumenda.*
Præcipuè cum non sit damnosa, vel cum beneficio inventarii adiri possit n. 66.
65 *Homines plus vero de facultatibus suis præsumunt.*
67 *Extensio fit ex verisimili mente testatoris.*
70 *Quando adest verisimilitudo casum non esse eventurum, tunc idem casus non dicitur consulto a testatore omissus.*
71 *Legatum ususfructus uxori relictum, si castè, & vidualiter vixerit, defertur substituto, uxore ad secunda vota convolante.*
72 *Ex pluribus substitutionibus testator videtur sollicitus, ne intestatus moriatur.*
73 *Enixa testatoris voluntas ergo descendentes ad exclusionem transversalium sustineri debet, non per subtilitates everti.*
74 *Qualibet colorata resolutio sufficit pro limitatione regula de non facienda extensione de tempore ad tempus.*

DECISIO XXXVIII.

QUod verò spectat ad secundum articulum, de quo in præcedenti decisione *num.* 2. super quo latissimè hinc inde fuit allegatum, Domini, licet articulus videretur satis disputabilis, censuerunt tamen dictum Dominum Capitaneum matri repudianti non minus vulgariter fuisse substitutum, quam si mater ipsa testatori prædecessisset

Moti, quia cum esset in confesso, Capitaneum D. Helenæ fuisse substitutum in casu, quo ipsa præmoreretur Laurentio testatori, conditio hæc vita est non voluntaria, sed necessaria quoad vulgarem substi-

1 substitutionem, ad hoc enim, ut substitutio vul-
garis habeat locum, necesse est, ut institutus hæ-
res non sit, & ideò cum hæc ipsa conditio expri-
2 mat unum casum, quo eveniente institutus futu-
rus erat non hæres, merito necessaria censenda
est, ut declarat *Bart. in l. Gallus §. et quid si tan-
tum sub num. 2. vers exemplum in conditione necessa-
3 ria ff. de liber. & posthum.* ubi ponit præcisè exem-
plum de conditione necessaria, & de qua etiam in
dicto §. *et quid si tamen*, nempè si hæres præmo-
reretur testatori, vel si hæres testatore vivo mo-
reretur, quod idem est, & *Bart.* sequuntur ibi
scribentes omnes *Socc. num. 6 Jas. num.* 19. *Bolo-
gnett. num* 28 *&* 206. ubi de communi *Socc Jun.
num.* 57. Doct. *in l. 1. ff. de vulgar. & pupillar.* ubi
Socc. col. 13. vers. 4. notabiliter limita, & pulchrè
cons. 76. num. 6. lib 3. optimè *Bero. cons. 63. n. 26.*
maximè in *vers. modo sic lib. 2. Alb. cons. 169. n. 6.
& cons. 171. n. 11. & seqq. & n.* 10. 13. 15. *&* 31.
ubi de magis communi. Si conditio est necessaria,
ergò succedit doctrina *Bart.* communiter approba-
ta in dicto §. *et quid si tantum* ante *num.* 3., quod
4 in conditione necessaria ad actum, vel ad effectum
actus, fit extensio de uno casu ad alium similiter
habentem eumdem effectum, itaut nil intersit pror-
sus quid ex æquipollentibus fiat, per text. in *l.
mulier 22. in princip. ff. ad Trebell. & in l. si ma-
ter C. de instit. & substit.* tradit *Jas. Socc.*, & alii
in locis supra citatis, & communiter omnes in dict.
§. *et quid si tantum*, & dicit *Decian. cons. 1. n. 112.
lib. 1.* omnes sequi *Bartol.* nemine excepto, & con-
cordat *Cammill. Gallin. in tract. de verbor. signific.
lib. 9. cap. 8. Trentacinq. de substitut. par. 1. cap. 1.
num.* 40.

Unde inferendo ad casum nostrum Capitaneus
5 substitutus sub conditione -- *si ejus Genitrix hæres
instituta testatori præmoreretur*, substitutus etiam cen-
seri debet -- *si hæres testatori supervixerit, sed re-
pudiaverit*, in vim permissæ extensionis de uno
casu ad alium similem ex prædictis.

6 Ad idem pertinet, quod ubi testator facit
vulgarem substitutionem sub conditione necessaria,
exprimendo unum casum particularem, in quo hæ-
res esse non possit institutus, ad effectum videtur
respexisse, ut scilicet sibi provideat eo casu, quo
institutus hæres non sit, non autem ad modum,
nempè an hæres non sit, quia præmoriatur, vel
quia repudiet hæreditatem, ut ex *Bart.* declarat
*Castrens. in dict. § et quid si tantum num. 7. Socc.
cons. 140. col. ultim. vers. hanc etiam partem lib.* 1.
& ideò dicit *Castr. in l. 3. ante n. 3 C. de instit.
& substitut.* testatorem in vulgari substitutione præ-
sumi semper cogitasse de effectu magis, quam de
modo, favore testamenti, & ut quis decedat te-
status.

Quomodocumque ergo contingat institutum
7 non esse hæredem, etiamsi per alium modum, quam
per expressum a testatore, debet habere locum sub-
stitutio, quia ubi modus non fuit principaliter con-
sideratus, sed effectus, non curamus de modo ex-
presso, dummodò effectum habeamus dict. *l. mulier
ff. ad Trebell. d. l. si mater C de instit. & substit.
l. 2. C. commun. de leg l. sancimus C. de testament. Bart.
in l. cum servus ff. de verb. oblig. Bald. in l. si duo
§ si quis juraverit num. 5. vers quandoque ergo con-
ditio ff. de jur. jurand.*, cum aliis latè adductis per
Decian. cons. 1. n. 116. lib. 1.

Et adeò potens est, atque efficax hæc præ-
8 sumptio ad extensionem inducendam, ut etiam in
conditione voluntaria fiat extensio ad alium casum
ejusdem effectus, si colligi possit, testatorem con-
siderasse finem, & effectum, non autem modum,
ita post multos docet *Menoch. cons. 432. num.* 25.
& accedunt *Soccin. in dict. §. et quid si tantum sub
num. 6. Gelianl. num.* 31. *&* 32. ubi quod inter con- 9
ditionem necessariam, & voluntariam illa sola est
differentia, quod in conditione necessaria in du-
bio præsumptio juris est testatorem de effectu co-
gitasse, in voluntaria verò cogitasse de modò, si
tamen colligi possit, quod in illa de modò, vel
in hac de effectu sit cogitatum, in illa etiam non
fiet extensio, & in hac fieri poterit *Bolognett* ibi-
dem *num.* 90. 120. *&* 130. *Mantic. de conject. ultim.
volunt. lib. 11. tit. 16 n.* 40.

Ex iis inferunt Doctores communiter, facta
vulgari substitutione in uno casu particulari, & in-
dividuo, sive impotentiæ, sive noluntatis, tacitè
comprehensos censeri omnes casus tam noluntatis, 10
quam impotentiæ, itaut semper succedat vulga-
ris substitutus, quomodocumque contingat institu-
tum non esse hæredem, per text in d ct. §. *et quid
si tantum, & in l. fin. C. de institut. & substitut.* ita
Bart. in dict. § et quid si tantum sub n. 3. ibi -- *si
ergo exprimatur modus, per quem non potest esse hæ-
res porrigitur ad alium similem*, & iterum *Bart. in 11
dict. l. fin. n. 3. & 4.* ubi plenè declarat, & dicit
esse casum in ea ipsa *l. fin.* & licet ibi Doctores
communiter reprobent intellectum *Bart*, ad illum
text. ejus tamen dictum tanquam in se verum o-
mnes approbant, ut testatur *Corn. cons. 310. n. 13.
vers. cum primò substituta lib. 4. Trentacinq. de sub-
stitut. cap. 1. num. 11.*, & dicit *Bald in l. cum pro-
ponas num. 22. C. de hered. instit.* quod substitutio 12
vulgaris in uno capite, vel membro includit taci-
tè omnes casus, qui eidem substitutioni adaptari
possint; hoc idem tradit *Castr. in dict. §. et quid
si tantum n. 4 & n. 7. in dict. l. cum proponas sub
num 11. & in dict. l. fin. ante n 3. C. de instit. &
substitut. Jas. in dict. l. cum proponas num.* 4. & in
effectu omnes infra citandi in specie decidentes ca-
sum nostrum contra *Angel. in l. 1. §. 1. & in dict.
l. pater filium 26 ff. de vulgar. & pupill. substit.*

In primis enim *Imol. in cap. Raynutius n.* 33.
extr. de testam. proposito casu nostro, & relata o-
pinione *Angel.* dicit eam non esse veram, sed sub-
stitutum debere admitti, quia expresso uno casu
vulgaris comprehenditur etiam alius *l final. Cod.* 13
de instit. & substit., & per dictum § *et quid si tan-
tum Gulielm de Benedict. in ead. cap. Raynutius in
vers. si absque liberis col. 2.* in materia vulgaris sub
num. 29. in 2 fall. pariter reprehendit *Angel.* &
contrariam opinionem multis confirmat, & tan-
dem ante *num.* 33. concludit veram esse conclusio-
nem, ut substitutio in uno casu, quamvis indivi-
duo concepta ad alium porrigatur, secundum opi-
nionem *Bart.* & communem, idem tenent *Barbat. in
eodem cap. Raynutius sub n. 49. Fulgos. In d. l. fin.*
ubi, quod substitutio hæc concepta in unum ca-
sum impotentiæ, si institutus in rerum natura non
extiterit, quæ in effectu est formula nostræ substi-
tutionis, comprehendit etiam caput nolontatis.
*Alex. in l. 1. num. 26. ff. de vulgar. & pupill. sub-
stitut. & in l. si pater filium 26. eod. tit. Jas. in d.
l. 1. num. 26. & in l. cum proponas n. 9. C. de hæ-
red. instit. Soccin. in sad. l. 1. col. 12. in 3. limitat.
vers. sed magis placet opin. moder. & cons. 140. col.
ult. vers. hanc etiam partem lib. 1. & cons. 76. n. 6.
lib. 3* ubi de communi *Corn. cons. 276. col. ultim.
vers. nec etiam abst. lib. 3.* ubi, quod dictum *Angel.*
confunditur per text. in dict. §. *et quid si tantum,
& in d. l. fin. Ant. de Capit. inter cons. Calcan. con-
sil. 107. sub n. 1. vers. quidquid ergo. Ruin. cons. 97.
num. 4. & cons. 102. sub n. 5. & 7. lib. 2. & in § et
quid si tantum n. 117. & 118. & in d. l. 1. num.* 44.
ubi de communi contra *Angel. Bero. cons. 102 n. 40.
vers. 4. non abst. lib.* 2. ubi pariter de communi.
Add.

Add. ad Alex. cons. 2° sub num. 2. lib 1. quod *Ang.* malè cunsuluit, recteque reprehenditur per *Alex. in d. l. 1. Alb. cons. 171. n. 15. 19. 24. & 31.* ubi de communi contra *Ang. Hiero. Gigas cons 105. col. 4. vers. et idem Soccin.* ubi sequitur indistinctè *Soccin. dict. cons. 140. col. ult. lib 1.* alias in *cons. 218. lib. 2.* & cum eo decidit casum nostrum in specie *Zasi. in tract. de substit. cap. 1. n. 6.* ubi signanter refert, & sequitur *decis. Fulgos. in dict. l. fin. C. de instit. & substit.* quem & nos supra citavimus pro hac opinione. *Lancellot. Polit. in simil. tractat. quæst. 7. princ. n 14.* ubi refert *Imol.* reprehendentem *Ang.* dicens se libentissimè opinioni *Imol.* assentiri. *Anton. Gomez variar. resol. tom. 1. cap. 3. sub n. 10. vers. ex quibus infero*, ubi quod opinio contra *Angel.* est vera, communis, & tenenda. *Emmanuel Costa in cap si pater de testam. in 6. par. 2. versic. ac deinde filii n. 24. Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. par. 5. num. 377. vers ad ultimum respondetur*, ubi de communi contra *Ang Decian. cons. 1. num. 86. & 160 lib. 1. Rimin. Jun. cons. 512. num. 76. & seqq. lib. 5. Jac. Beret. cons 36. num. 12.* ubi de communi contra *Ang. Aym. cons. 904. n. 10. lib. 5.* ubi optimè, & pleuè contra *Ang. Alex. Trentacinq. d. par. 1. cap. 2. n. 32.* ubi articulum disputat ad partes, firmatque conclusionem nostram contra *Angel.* & quidem adeò clarè, ut non solum quid ipse sentiat, sed etiam quid ab aliis tenendum sit, dubitari nequeat.

Et licet allegaretur ex adverso eodem in loeo ante *num. 23.* id tamen non pertinet ad quæstionem nostram, quia loquitur secundum notata in *l. si mater §. 1. ff. de vulg. & pupill.* quando scilicet substitutio est facta secundum *cons. Galli*, & sic in suitate, non in hæreditate, ut ipse clarè ibi explicat, & melius, & plenius *Castrens. in dict. l. Gallus §. quidam rectè n. 4 ff. de liber. & posthum.* ii autem termini longè distant a casu nostro, quoniam scilicet substitutus non poterat esse suus hæres avo materno, & sic substitutio est facta non in suitate, sed in hæreditate, inter quos sanè casus in proposita quæstione maxima est differentia, ut docet idem *Trentacinq. dict. num. 32. vers. secundò movetur. Menoch. cons. 271. num. 28 lib. 2. & in tractat. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 65. num. 19.* ubi testatur opinionem *Angel.* esse reprobatam, & licet sub *num. 40.* firmet substitutionem non extendi de tempore ad tempus, & *versic. affertur*, dicat exemplum afferri quando testator substituit sub ea conditione -- *si filius meus hæres institutus me vivo decesserit, Cajum substituo* -- & hoc casu, si institutus decedat mortuo testatore, substitutio non extendatur ad illud tempus, non tamen se firmat *Menoch.* in hoc exemplo, imò expressè vult prædictum exemplum non comprehendi sub dicta conclusione, quod substitutio non extendatur de tempore ad tempus, sed sub limitatione, quam subjicit ibi *num. 40.* ut conclusio procedat solum, quando tempus fuit adjectum voluntariè, secus si necessitate causativa, tunc enim admittit, substitutionem extendi de tempore ad tempus, & exemplum, quando tempus apponitur necessitate causativa, illud tradit, si testator substituat sub ea conditione -- *si institutus me vivo moriatur* -- tunc enim exprimitur, quod ipsi substitutioni inerat ex necessitate, cum complectatur tempus ante aditam hæreditatem, & ideò facilè trahitur ad tempus, si institutus moriatur mortuo testatore ante aditam hæreditatem, idque recidit in id, quod su-
14 pra attigimus, nempè adjectione illius temporis -- *si hæres me vivo moriatur* -- exprimi unum casum, seu tempus necessarium ad vulgarem, proindeque fieri debere extensionem ex regula receptissima, de qua supra, quod in conditione necessaria ad actum, vel effectum, illius fiat extensio, nec referat quid ex æquipollentibus fiat *Surd. cons. 236. num. 25. lib. 2. Peregr. cons. 52. num. 10. in fin.* ubi cum testator vocasset filios suos, & præmortuorum liberos, qui est casus noster, inquit filios filiorum esse substitutos per vulgarem, in casu impotentiæ expresso, quod etiam ad casum noluntatis potuisset trahi ex plenè notata in dict. *l. 1. ff. de vulgar. & pupill. Laderch. cons. 3. num. 2* ubi quod in vulgari substitutione, expresso uno individuo, universa species vulgaris substitutionis censetur comprehensa, per text. in dict *l. fin. Cod. de instit. & substit.* ea ratione, quia testator videatur habere rationem effectus potius, quam modi, & paria sint nominatim concipere vulgarem, puta -- *si hæres non erit* -- vel compendio verborum, per expressionem unius casus particularis, *& num. 14.* confirmando generalem traditionem, quod vulgaris extenditur de casu ad casum, refert, & sequitur decis. *Fulgos. in dict. l. fin. C. de instit. & substit.* quod si quis in- 15
stituat fratrem, & si præmoriatur vivo testatore, substituat alium, erit locus substitutioni, quamvis supervixerit, modo ante aditam hæreditatem decedat [qui pariter est casus noster] ut sic, quidquid in contrarium senserit *Angel.*, relati omnes clarè firment propositam conclusionem in puncto, pro qua stat etiam auriga noster *Bart.* si rectè ejus verba ponderentur in dict *§. et quid si tantum n. 5. vers. sed contra oppono*, dum enim text. ibi vult, facta substitutione de nepote secundum formulam *Galli* per emancipationem filii, fieri locum substitutioni, non secus ac per mortem, ea ratione, quia substitutio nepotis est facta in suitate, & filius desinit suus esse per emancipationem, non secus ac per mortem, sicque utroque casu pariter subintrat nepos, opponit *Bart. num. 5.* quod cum vis substitutionis vulgaris tollat suitatem *l. si filius hæres ff. de liber. & posth.* nepos filio vulgariter substitutus videtur statim admittendus, & non expectata morte, aut emancipatione filii, substitutio enim est facta in suitate, & per dationem vulgaris substituti tollitur suitas, non secus ac per mortem, vel emancipationem; respondet *Bart. in 2. solut.* substitutionem vulgarem tollere suitatem, quando est facta in caput noluntatis, idest si filius noluerit esse hæres, sed substitutio nepotis secundum formulam *Galli* concepta tantum est in caput impotentiæ, idest -- *si filius me vivo morietur*.

Sed iterum opponit *Bart.* imò factam etiam esse in caput noluntatis, quia licet expressè sit concepta tantum in unum casum impotentiæ, continat tamen tacitè alios casus, per illum text., & consequenter sive hæres non sit filius, quia nolit, sive, quia non possit, utroque casu videtur datus ei substitutus; fatetur *Bart.* utroque casu factam censeri substitutionem, sed quia quoad caput nolontatis substitutio non est expressa, sed tacita, non facit filium de hærede necessario voluntarium, & sic non tollit suitatem, hoc enim operatur sola expressa substitutio, & in casum expressum, ut per eum ibi *num. 6.* undè manifestè apparet *Bart.* habere pro indubitato substitutionem factam filio -- *si vivo testatore moreretur* -- ad terminos nostros tacitè etiam comprehendere casum, quo filius supervivat, & hæres esse nolit, prout *Bart.* benè explicat *Bolognett. in d. §. et quid si tantum sub n. 146.*

Prout id ipsum clarè sensit etiam *Castrens. in dict. l Gallus §. quidam rectè num. 4. vers. si tamen* 16
esset facta, ubi quod substitutio facta de nepote filio instituto, in eum casum -- *si filius ipse vivo testatore decederet* -- non extenditur ad casum, quo filius supervivat, & repudiet, si substitutio erat

facta

ſacta filio in poteſtate exiſtenti, de nepore pari-
rer in poteſtate ſvi conſtituto, quis fiet extenſio
de ſubſtitutione facta in ſuitate ad ſubſtitutionem
in hæreditate, quod non eſt permiſſum, ſubdit ta-
men *Caſtrenſ* facta ſubſtitorione in hæreditate, &
uno caſu expreſſo exteuſionem fieri ad omnes alios,
& in ſpecie de caſu prædeeedentiæ filii vivente te-
ſtatore ad eaſum, quo filius ſuperviveret, & hæ-
reditatem repudiarat, ſicque apertè ſentit *Caſtren.*
nepote non exiſtente in poteſtate ſvi [prout ſanè
in propoſito Capitaneus non erat in poteſtate Lau-
rentii ſvi materni] ſubſtitotionem dici factam oon
in ſuitate, ſed in hæreditate, conſequenterqoe for-
mulam -- *ſi inſtitutus vivo teſtatore deceſſerit* -- tra-
hi ad caſum, quo filius ſupervivat, & repudiet.

Hac firmata concluſione veriſſima, & commu-
ni, non cenſuere Domini obſtare multa, quæ con-
tra eam opponebantor.

In primis enim dum dicebator, Auctores præ-
citatus loqui in caſibus, in quibus non adeſt par-
ticipium illud -- *& prædefunctarum filios* -- quod
videtur importare tempus præteritom, & limita-
17 tum, juxta tradita per *Alex. conſ.* 170. *n.* 3. *&* 4.
lib. 5. *Ruin. conſ.* 102. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 2. hoc cer-
18 tè facilè admodum tollitur, quia verba illa -- *etiam
prædefuncta, ſive prædefunctarum filias maſculas* --
faciunt conditionem, & perindè eſt, ac ſi teſtator
dixiſſet, ſubſtituo filios maſculos filiarum inſtitu-
tarum, ſi ipſæ mihi præmoriantur, ut in terminis
19 declarat *Peregrin. dict. conſil.* 52. *ſub num.* 3. ſicque
dicitur facta ſubſtitutio vulgaris in caſo expreſſo
impotentiæ -- *ſi hæres vivo teſtatore decedat* -- ut in
ſpecie traduur *Dec. conſ.* 312. *num.* 1. *Bero. conſ.* 63.
num. 9. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 399. *num.* 2. *&* 2. conſe-
20 quenterque verom eſt, quod dicunt *Alex. & Ruin.*
unum dumtaxat ex præmiſſis verbis exprimi caſum,
& tempus ſubſtitutionis. At quod verba illa -- *præ-
21 defuncta* -- magis reſtringant ſubſtitutionem ſicuti
illa -- *ſi me vivo inſtitutus moreretur* -- nec *Alex.* nec
Ruin. dicunt, imò contrarium potius reſolvi debet,
22 quia illa verba -- *me viva* -- nulla ratione adaptari
poſſunt ad caſum, & tempus poſt mortem teſtato-
ris, loquimur nunc quoad proprietatem, & ſigni-
ficationem verborum, ut per ſe patet, at verba -- *præ-
23 defunctæ* -- poſſunt etiam referri ad prædecedentiam
unius ex hæredibos inſtitutis poſt mortem teſtato-
ris, ſed ante aditam hæreditatem, ut exponit *Me-
noch. præſumpt.* 65. *ante n.* 41., & ante eum *Ruin.
dict. conſ.* 102. *num.* 5. qui licet *num.* 6. *verſ. quin-
imò magis* probet, ut referatur ad prædeceden-
tiam reſpectivè teſtatoris, & nos etiam admittamus
hunc ſenſum, negari tamen non poteſt, quin dicta
verba ſint minus reſtrictiva ſubſtitutionis ad præde-
cedentiam inſtituti in vita teſtatoris, cum poſſint
etiam recipere alium ſenſum poſt mortem teſtato-
ris ante aditam hæreditatem, ut dictum eſt, ſecus
verba explicita -- *ſi me vivo inſtitutus moreretur* --
24 quæ nullo caſu poſt mortem teſtatoris adaptari poſ-
ſunt. Plurimum ergo tribuimus dicto verbo -- *præ-
defuncta* -- ſi dicamus eamdem vim habere, quam
habent verba -- *ſi me viva deceſſerit*, ut ſic com-
25 prehendant pariter ex verborum ſignificatione unum
dumtaxat caſum impotentiæ, & quidem de neceſ-
26 ſaria ad vulgarem, conſequenterque ſi ex præſum-
pta mente, & juris interpretatione in hac formula
extenſio admittitur ad alium caſum contingentem
per repudiationem poſt mortem teſtatoris, ut ex
vera, & receptiſſima ſententia firmavimus, non
minus illis admittenda ſit, niſi velimus inducere di-
verſas deciſiones ob ſolam diverſitatem in nuda ver-
27 borum figura, contra regulam text. in *l. fin. in prin-
cip. C. de uſur.* nec aliter dicit *Alex. dict. conſ* 170.
qui ex illa formola, quæ eſt eadem cum noſtra,
vult reſultare vulgarem in caſu impotentiæ, quam
dicit expiraſſe ſtatim ac primo loco vocatus reli-
ctum per ſe, aut per hæredem ſuum agnovit, ut
ibi *num.* 4. quod autem importet reſtrictionem, aut 28
limitationem ſubſtitutionis ad illum dumtaxat ca-
ſum, & tempus taxativè, ſicque excludat extenſio-
nem ad caſum voluntatis, hoc nec expreſsè, nec ta-
citè ex *Alex.* colligi poteſt. *Ruin.* verò *d. conſ.* 102.
ſub num. 5. *& num.* 7. *lib.* 2. citat, & ſequitur *Alex.
dict. conſ.* 170. & tamen clarè admittit extenſionem
in ſubſtitutione concepta per verba, quibus & te-
ſtator noſter uſus eſt, nempè -- *ſubſtituit præmor-
tuorum filiis* --

Non etiam reſiſtit, quod dicebatur, Auctores
pro hac parte citatos loqui ſecundum terminos vul-
garis ſubſtitutionis inductæ per verbum -- *ſubſti-
tuit* -- non quando teſtator uſus eſt verbo -- *inſti-* 29
tuit -- ut hoc in caſu, in inſtitutione enim non da-
tur caſus neceſſarius, quo expreſſo poſſit ſubintra-
re regula, quod in conditione neceſſaria fiat ex-
tenſio ad alium caſom, & nihil referat quid ex æ-
quipollentibus fiat, prout dicitur in ſubſtitutione,
ſed inſtitutio ſemper eſt voluntaria, niſi quando
fit de filio, aut nepote, quorum præteritio red- 30
deret teſtamentum nullum, ſecundum terminos
l. Gallus ff. de liber. & poſthum. in quo caſo nos
non verſamur, ſed in inſtitutione voluntaria, & con-
ſequenter concluſio firmanda videtur contra re-
gulam, ut in conditione voluntaria licita non fit
extenſio, ut per omnes in dict. *§. et quid ſi tan-
tum*, & in dict. *l.* 1. ubi *Ripa num.* 94. teſtatur de 31
communi *ff. de vulgar. & pupill.*, & per *Trentacinq.
dict. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 40. Reſpondetor enim hic
non agi de inſtitutione, ſed de ſubſtitutione ex-
tendenda, inſtitutio enim facta de filiabus, & de fi-
liis maſculis præmortuæ reſpectivè filiarum primo
loco vocatarum continet primam, & veram inſti-
tutionem, ſed reſpectu nepotum, qui vocantur in
ſecundo grado, ſcilicet in locum matris, quia præ-
deceſſerit teſtatori, continet ſubſtitutionem, ſub-
ſtitutio enim eſt ſecunda inſtitutio, ut per *Gloſſ. &* 32
Scrib. *in rubr. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſtitut.*
ſicque teſtator uſus unico illo verbo -- *inſtituit* --
& inſtitutionem fecit, & ſubſtitutionem, relatum
enim ad filios importat primum gradum, relatum
verò ad nepotes importat ſecundum gradum vul-
garis juxta text. cum *Gloſſ in verb. non exprimat*, 33
in l. Gallus §. quidam rectè ff. de liber. & poſthum.
& ibi expreſsè notat *Bald. in* 6. *not. Caſtrenſ. n.* 7.
Jaſ. in princ. ejuſdem l. num. 28. *&* 30. *Dec. con-
ſil.* 348. *num.* 5. *Ruin. conſ.* 99. *num.* 12. *lib.* 2. que-
madmodum enim ſubſtitutio vulgaris poteſt fieri
per illa verba -- *hæres eſto* -- *l.* 2. *in princ. ff. de* 34
vulg & pupill. ita etiam per verbum -- *inſtituo* -- 35
reſpectu enim nepotum importat idem, quod ver-
bum -- *ſubſtituit* -- d. *l. Gallus in princip.* cum
gloſſ. in verb. poſſit, & iterum in *§. quidam rectè*
ubi *Bald. num.* 1. *in* 4. *notab. Alex. ſub n.* 5. *Jaſon
num.* 8, & certè diſputare, an hoc in caſo Capita-
neus Laurentius dicatur vulgariter ſubſtitutus ma-
tri, eſſet in dubium revocare prima principia, & ter-
minos notiſſimos.

Et licet inſtitutio nepotum ſit voluntaria, &
conſequenter videatur procedere regula, quod
extenſio non fiat, fuit tamen dictum hic ſubeſſe
æquivocationem, aliud eſt enim, quod inſtitutio,
vel ſubſtitutio ſit neceſſaria, in quo ſenſu verum 36
eſſe poteſt omnem inſtitutionem, vel ſubſtitutio-
nem eſſe voluntariam, excepta inſtitutione, vel
ſubſtitutione earum perſonarum, quæ præteritæ
rumperent teſtamentum, aliud vero quod ſubſti-
tutio ſit facta ſub conditione neceſſaria, aut vo-
luntaria, ad actum, vel effectum actus ſecundum

declarationem *Bart.* communiter receptam in *dict.*
l. Gallus §. *& quid si tantum a te num.* 3. de qua
supra *in princ.* late egimus; hic autem non ipsa
necessitas substitutionis, sed necessitas conditionis,
sub qua facta est, consideratur, & alio modo accipitur,
quam in casu praecedenti, ut patet ex
Bart. in dict. §. *& quid si tantum*, aliisque supra
citatis, & in hoc sensu voluntariæ, vel necessariæ
conditionis procedunt notissimæ, & receptissimæ
illæ regulæ, ut in conditione necessaria fiat
extensio, in conditione autem voluntaria nequequam.
Et secundum hanc distinctionem fuit dictum
factam fuisse substitutionem Capitanei Laurentii,
qui secundo gradu fuit vocatus, si ejus mater
prædecessisset testatori non sub voluntaria conditione,
sed sub necessaria, ut supra deduximus,
consequenterque nos esse in caso deciso per DD.
ut extensio fieri debeat.

37 Non obstat etiam principale illud argumentum,
quod licet substitutio vulgaris possit extendi
de uno casu ad alium, non tamen in ea, nec
in aliis videtur permissa extensio de tempore ad
tempus *l. si ita quis* 21. *ff. de vulg. & pupill. Odd.*
de communi *consil.* 95. *num.* 23 *&* 24. *Menoch. præsum.*
65. *num.* 39. *lib.* 4. *Peregrin de fideicomm.*
tit 25. *num.* 8 proindeque substitutio hæc facta --
si filia instituta vivo testatore decesserit -- non videatur
extendi posse ad aliud tempus, quando scilicet
institutus supervixerit, & repudiaverit, quod
in effectu est potissimum *Angeli* fundamentum, &
tuetur ejus decisionem in *dict. l.* 2. *ff. de vulgar.*
& pupill. substit.

Pluribus enim modis fuit responsum, & primo
satis esse dicere text. *in dict l. si quis ita*, ex
qua desumitur hæc regula, non loqui in terminis
nostris, prout nec Doctores, qui eam firmant,
paucis exceptis, de quibus infra, sed in terminis
nostris extare decisiones claras, & sine dubio magis
communem opinionem, ut de caso impotentiæ
expresso fiat extensio ad casum repudiationis,
& propterea Capitaneo Laurentio sufficere ad victoriam,
si pro eo extet particularis decisio communis,
quam impugnare per regulas generales
esset contra stimulum calcitrare.

38 Sed & secundo loco responsum fuit, regulam
procedere in tempore certo, ut in *dict l. si*
ita quis, ubi testator dixerat -- *si filius meus infra*
decimum annum decesserit. -- At secus ubi certum
tempus non fuit expressum, ut in proposito, in
quo spectandum est tempus mortis testatoris, quod
incertum est *l. hæres meus* 78. *in princ ff. de cond.*
& dem. Jas. in dict. §. *& quid si tantum num* 41.
39 & ita regulam *dict. l. si ita quis* intelligit *Bart.*
notans ex ea, quod si testator se restringit ad
certum tempus, videtur post illud tempus prohibere,
sequitur *Jas. in l cum proponas sub num.* 10.
versic. sed respond. C. de hæred. instit. Ruin. dict.
consil. 97. *lib.* 2 *Socc. Jun. consil* 106. *num.* 31. *lib* 1.
Alb. consil. 171. *num.* 32. *Aym. consil.* 904. *num.* 10.
versic. neque tex. Menoch dict. præsum. 65. *num* 19.
in fin. & ita resident omnes supra allegati tenentes
contra *Angelum*, & hoc esse verissimum dixit
40 *Socc. Jun. dict. consil.* 106. *post num.* 31. ea ratione,
quia quando tempus certum non est expressum,
non dicitur tempus principaliter consideratum,
sed potius casus, & consequenter debet magis
41 considerari regula permittens extensionem de casu
ad casum, quam regula prohibitiva extensionis de
tempore ad tempus, alioquin enim si non esset
permissa extensio etiam ubi tempus est incertum,
substitutio numquam traheretur de casu ad casum,
quia semper sub expressione certi casus facta in
conditione cadit consideratio incerti temporis,
quando nempe casus ille evenerit; certum est enim 42
omnem conditionem habere in se tempus, licet
una principaliter, & alia secundario, ut inquit
Bart. in l. 1. *num* 9 *ff. de condit. & demonstrat.*

Confirmatur hæc ratio Sac. ex traditis per *Bart.*
in dict. l. 2. *num.* 56. *ff de vulgar. & pupill.* ubi
quæritur, si testator pupillarem substitutionem
expresse fecerit filio suo impuberi, quæ tacitam 43
etiam vulgarem continet, an filio pubere expiret
vulgaris, quemadmodum expirat pupillaris, distinguit
Bart. quod si pupillaris fuit cum expressione
certi alicujus temporis, puta -- *si filius intra* 44
pupillarem ætatem decesserit -- tunc adveniente pubertate
expirabit non minus vulgaris, quam pupillaris
per *dict. l. si ita quis ff. de vulgar. & pupill.*
quod si fuit facta pupillaris sine certi, atque expressi
temporis præfinitione, ut puta -- *quisquis*
mihi hæres erit filio meo hæres esto -- tunc inquit.
Bart. adveniente pubertate vulgaris non expirabit,
licet tacite. & minus principaliter in pupillari
idem tempus pupillaris ætatis contineretur, signum
evidens, expressionem temporis certi eam esse,
quæ impedit extensionem.

Confert etiam quod dicimus, substitutionem 45
factam de posthumo nepote si nasceretur post mortem
testatoris secundum formam *Galli* (quidquid
esset antiquitus) hodie porrigi etiam ad casum,
quo posthumus in vita testatoris nascatur, juxta
tradita per *Bart. in dict.* §. *& quid si tantum n.*3.
vers. opponitur ad istud ultimum, & per *Bald. in l.*
Gallus in princ. num. 7. *vers. secundo facta substitutione.*

Rursus substitutionem nepotis secundum eamdem 46
formulam *Galli* conceptam per verba de nepote
nasciturо, ne dum post mortem testatoris,
sed etiam post mortem filii, ut patet ex eadem
l. Gallus in princ. extendi etiam ad casum, quo
posthumus nascatur filio vivente, sed emancipato,
ut patet ex §. *& quid si tantum*, & accedit
text. apertissimus in *l fin. C. de posth. hæred. instituen.*
Unde cum nasci in vita, & nasci post
mortem sint diversa tempora, non secus ac mori
vivente testatore, vel eo defuncto, qua ratione
in illis casibus fit extensio, eadem ratione in hoc
etiam fieri debet, quia nempe in his omnibus casibus
tempus non est certum, & limitatum ex prædictis.

Accedit etiam quod substitutio facta -- *si filii* 47
extabunt tempore mortis testatoris. & postea morerentur
-- habet locum etiam si filii testatori prædecesserint
Castr. consil. 287. *num.* 2. *lib.* 2. qui est
casus noster, sed & econverso provisio quælibet 48
facta in casum eventurum post mortem locum
habet si casus ille evenerit in vita *Dec. consil.* 269.
num. 2. *vers. & ideo in casu proposito.*

Sic etiam vulgaris facta in casu impotentiæ 49
per mortem instituti, & sic quæ secundum verba
debebat sortiri effectum post mortem instituti,
trahitur ad casum repudiationis, & sic habebit
locum etiam vivente instituto *Castr. consil.* 86. *sub*
num. 1. *lib* 2. *Alex. consil.* 4. *sub num.* 15. *Paris.*
consil. 19. *num.* 175. *lib.* 2. & licet loquantur de vulgari
comprehensa in compendiosa, satis tamen est
eam secundum verba restrictam fuisse ad casum
certum, & ad tempus incertum, & in ea fieri extensionem;
si enim hoc procedit in vulgari contenta
in compendiosa, quæ aliquo respectu dicitur
tacita, multo magis debet procedere in vulgari 50
expressa, ne plus operetur tacitum, quam
expressum *Alb. consil.* 168. *num.* 4 ex quibus omnibus
necessaria visa est Dominis hæc conclusio,
quod ubi tempus certum non est expressum non
impeditur extensio ad aliud tempus.

Sed

51 Sed & tertio modo responsum fuit ad regu-
lam *dict. l. si ita quis*, nempe eam non procedere
quando tempus expressum est de natura substitu-
tionis, itaot insit, etiam si non esset expressum,
tunc enim licitam esse extensionem tradit *Bald. in*
dict. l. Gallus in princ. ante num. 8. *versic. quæro*,
& ibidem *Imol. & Alex. sub num.* 11. *vers. non ta-*
men ex hac glass. Ruin. cons. 97. *sub num.* 4 *versic.*
& istud etiam probatur lib. 2. [licet ipse bene non
52 inferat ad casum suum] videtur enim hoc casu
adjectum tempus demonstrative, non autem limi-
tative, prout in dubio semper adjectum præsumi-
tur, *Castr. in l. liber homo* 118. §. *decem sub n.* 1.
ubi etiam *Alex. num.* 11. *ff. de verb. oblig.* At
tempus illud in vulgari substitutione mortis hære-
dis instituti ante testamentum, & est de natura
dictæ substitutionis, & inerat, licet non fuisset ex-
53 pressum, quia substitutio vulgaris continet duo
capita principalia -- *si institutus hæres esse non po-*
tuerit, & si hæres esse noluerit -- *l. cum proponas*
C. de hæred. instit. Rursus caput illud impotentiæ
54 continet sub se plures casus principales, ut dicit
Bart. in l. fin. num. 3. *C. de instit. & substit.* quo-
55 rum præcipuus est, si institutus vivo testatore
decedat *dict. l. Gallus in princ. Bart. in dict.* §.
& quid si tantum num. 10. Cum igitur tempus
illud sit de natura dictæ substitutionis, atque etiam
non expressum inesset eodem modo, quia substi-
tutus vulgariter in singulos casus videtur fuisse
substitutus, & sic etiam in casu, quo institutus
decedat vivente testatore, non mirum si admitti-
tur extensio. At in terminis *dict. l. si ita quis*
tempus -- *si filius institutus infra decimum annum*
decesserit -- non est de natura substitutionis pupil-
laris, cujus proprium est totum tempus pupillaris
ætatis 14. scilicet annorum, & sic tempus decem
56 annorum est voluntarium. Merito ergo in condi-
tione voluntaria non fit extensio, prout ita in
terminis quæstionis nostræ bene declarat *Ruin.*
in dict. §. *& quid si tantum num.* 118. *& in dict.*
l. 1. *num* 44. *vers. salvando tamen communem*, &
post alios *Menoch. dict. quæst.* 65. *num.* 40. *&*
Trentacinq. dict. cap. 1. *sub num.* 32. *vers. tertio,*
& ult. & vers primo tempus quod exprimi.

57 Quarto denique, & ultimo fuit responsum,
regulam *dict. l. si ita quis*, ut non sit permissa
extensio de tempore ad tempus, fundatam esse in
præsumpta voluntate testatoris, ita sentire *Bart.*
& alios dicit *Jas.* ibi *sub num.* 7. *vers. huic diffi-*
cultati, & ratio quare voluntas testatoris præsum-
ptive refragatur extensioni, ea est, quia testator
verisimiliter cognovit casum posse evenire etiam
extra illud tempus; cum igitur nihilominus se ad
58 certum tempus restrinxerit, oritur præsumptio,
quod extra illud tempus nullo modo voluerit sub-
stituere, ut egregie declarat *Lancell. in dict.* §. *&*
quid si tantum num. 38. *vers. & hæc est etiam ra-*
tio; prout in casu *dict. l. si ita quis* negari non
potest, quin testator verisimiliter providerit, &
cogitaverit mortem filii pupilli contingere posse
intra ætatem pupillarem post decimum annum,
non secus atque ante, unde cum ad mortem pu-
pilli infra illud certum tempus restrinxerit substi-
tutionem, censetur noluisse de alio tempore pro-
videre.

59 In iis ergo casibus, in quibus præsumpta te-
statoris voluntas non refragatur extensioni ad
aliud tempus, dicta regula prohibitiva non pro-
60 cedit per argumentum a cessante ratione, quia in
ultimis voluntatibus omnia regulanda sunt a præ-
sumpta voluntate testatoris, quæ in eis domina
est, vel regina vulg. *l. in conditionibus primum*
locum cum similibus *ff. de condit. & demonstr.* id au-
tem erit quando testator verisimiliter non cogi- 61
taverit, quod casus contingere deberet extra tem-
pus expressum, tunc enim dici non potest noluisse
providere in tali casu, & extra illud tempus, cum
de eo non cogitaverit, & ideo recte dixit *Feder.*
de Senis cons. 293. *num.* 11. *vers. hic respondet*, im-
putandum esse testatori, quando non prospexit in 62
casibus, de quibus a communiter accidentibus po-
tuit cogitare, sed si probabiliter non cogitavit,
quia talis casus communiter forte non consuevit
contingere, supplendam esse, & substituendam ejus
voluntatem, refert, & sequitur *Mantic. lib.* 3.
tit. 19. *num.* 14. & hoc pertinent dicta ibidem per
eum *num.* 16. & per *Gabriel. cons.* 95. *n.* 10. *lib.* 1.

In iis terminis versatur casus noster, & per
DD. communiter decisus, quando scilicet testator
fecit substitutionem -- *si filius institutus præmore-*
retur -- intelligitur enim hic casus expressus, quia
hoc solum sufficere solet, ut filii instituti hæredes
patris esse non possint.

Quod autem cogitaverit testator filium, si 63
supervixisset, repudiaturum paternam hæredita-
tem, non est probabile, cum repudiatio, maxime
hæreditatis paternæ, non sit verisimilis, *Alex. con-* 64
sil. 165. *ante n.* 4. *lib.* 5. nec præsumenda *Mascard.*
de probat. conclus. 1267. nec in mentem testatoris
sibi hæredem instituentis facile cadat, cum ut plu- 65
rimum de propriis facultatibus plus præsumant
homines, quam veritas ipsa poscat, & ideo non
fuit in proposito cur testator debuerit cogitare,
hæredem suum hæreditatem non damnosam [sta- 66
timque sequuta repudiatione ab extraneis aditam]
repudiaturum, maxime vero filius, qui ubi etiam
hæreditas fuisset suspecta poterant adire cum be-
neficio inventarii, & sic evitare omne periculum
aditionis.

Si igitur testator de casu repudiationis, qui
contingere posset filio instituto superviventi ve-
risimiliter non cogitavit, non possumus nos dice-
re, ipsum hoc in casu providere voluisse, ejus-
que præsumptam voluntatem resistere extensioni
ad hunc casum contingentem post tempus ab eo
expressum, immo credendum est, quod si cogi-
tasset, eamdem fecisset substitutionem, consequen- 67
terque ex verisimili testatoris mente ad hunc ipsum
casum debet fieri extensio, ad text. *in l. Titius*
§. *Lucius*, & ibi *Bart. &* Scrib. *ff. de lib. & posth.*
gloss. vulg. in l. tale pactum § *fin ff. de pactis* cum
aliis per *Mantic. dict. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 4. Præ-
sertim quia sumus in vulgari substitutione, in 68
qua testator semper censetur cogitasse de effectu
magis, quam de modo favore testamenti, & ut
quisque decedat testatus, *Glass. Bart.* & omnes
in *d.* §. *& quid si tantum*. *Castr. in l. si mater ante*
num. 3. *C. de instit. & substit. Rim. Jun. cons.* 512.
num. 79. & sic intrat conclusio, quia dicimus ex- 69
tensioni semper locum esse, quando testator co-
gitavit de effectu etiam de præsenti ad præteri-
tum, nedum de casu ad casum, vel de tempore
ad tempus, ut late per *Mascard. conclus.* 1136.
num. 8. 10. *&* 11. ubi *num.* 16. *&* 17. inquit te-
statorem, qui expressit unum casum verisimiliter 70
existimans alium non esse eventurum, non præsu-
mi hunc consulto omisisse, maxime si subest ea-
dem ratio, & sequitur idem effectus, & huc ten-
dunt tradita per *Mantic. dict. lib.* 3. *tit.* 19. *n.* 19.
ubi si testator legavit uxori usumfructum, si ca- 71
ste, & vidualiter vixerit, & post ejus mortem
fundum legaverit Titio, concludit, quod si mu-
lier contraxerit secundas nuptias, fundus statim
pleno jure ad Titium pertinebit, quasi testator
tempus mortis eam ob causam expresserit, quod
crediderit eam victuram vidualiter, & exprimen-

do unum ex casibus, per quem ususfructus finitur, idem etiam senserit, si alio modo celerius finiretur, sicque per transitum ad secundas nuptias, ut per eum.

72 Hæc autem in proposito facilius procedunt, quia testator valde videtur fuisse sollicitus, ut haberet hæredem ex testamento, & ideo non solum in casu prædecedentium filiarum instituit filios masculos ex eis, sed etiam ad tertium gradum transivit, substituendo neptes, si masculi non adessent.

73 Tam ergo enixa voluntas erga proprios descendentes ad exclusionem transversalium omnino adjuvari, & sustineri debet, non autem per subtilitates aliquorum ex scribentibus subverti.

74 Ex his existimarunt Domini satisfactum regulæ prohibenti extensionem de tempore ad tempus, præsertim cum quælibet colorata resolutio sufficere possit ad eam evitandam, quippe quia concludenti ratione non fulciatur, & cui tot aliæ Juris Civilis regulæ repugnant, ut præclare docet *Jason in dict. l. si ita quis num. 7. ff. de vulgar. & pupillar.*

Alexander Zilocchius.
M. Antonius de Amatis.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

De extensione substitutionum, & repetitione conditionis de una ad aliam dispositionem.

SUMMARIUM.

1 *Vulgaris substitutio facta in casu, quo institutus testatori prædecedat, extenditur ad casum, quo supervivat & hæreditatem repudiet.*
2 *Conditio adiecta uni dispositioni quando in alia intelligatur repetita, & quando non*
3 *Conjectura pro repetitione ex quibus fontibus educi soleant.*

1 Casus in præsenti decisione resolutus, quod substitutio vulgaris sub conditione, si institutus testatori prædecedat, extendatur ad casum, quo supervivat, & hæreditatem repudiet, expenditur supra *in addit. ad dec. 16. n.* 10. ubi hæc decisio allegatur, & latè *per tot. addit.* de extensione in substitutionibus facienda nec ne.

2 De repetitione verò conditionum, & an conditio adiecta uni gradui extendatur ad alium, & in eo intelligatur repetita, vide *Canter. variar. resol. p. 3. cap. 10. n. 132. Fusar. de substitut. quæst. 449. & quæst. 450. per tot. Menoch. de præsum. lib. 4 præsum. 178. per tot. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 10. tit. 6. Brussell. de condit. lib. 1. tit. 4. Barry de success. lib. 17. tit. 4. per tot. Galganet. de condit. & demonstr. p. 2. cap 1. quæst. 12. & seqq. Aguir de tacit. oner. & condit. repetit. cap. 3. per tot.*

3 In hac materia, in qua coniecturæ erui solent ex triplici fonte, nempe ex conjunctione, ex unicitate orationis, ex identitate vel maioritate rationis, ut apposité notant *Episcop. Rota cap. 31. n. 25. Rot. cor. Bevilacq. dec. 207. n. 4.* quoniam hæc omnia latè enucleantur in *Melevitana Manutentionis 17. Martii 1727. cor. Cornelio* ideo hic impressam habes in sequenti appendice.

R. P. D. CORNELIO

MELEVITANA MANUTENTIONIS

Lun. 17. Martii 1727.

ARGUMENTUM.

Conditio obitus *sine dispositione* adjecta secundæ dispositioni non qualificat primam conceptam sub unica conditione *si sine filiis*. Plene examinato articulo quando non sit locus repetitioni conditionis.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio sub conditione* si sine filiis *eveniente conditione purificatur.*
2 *Et fideicommissario defertur successio, tum puri, & purificati eadem sit virtus.*
3 *Vocatus sub duplici conditione, quatenus scilicet gravatus decedat sine filiis, & absque testamento, non admittitur si decedat sine filiis, sed cum testamento.*
4 *Declara dummodo utraque conditio sit adjecta eidem substitutioni, secus si diversis, tum conditio voluntaria uni adjecta non extendatur ad alium.*
5 *Mori sine filiis, & mori cum filiis sunt contraria. Extensio conditionis non fit de uno casu ad alium contrarium.* Ibidem.
6 *Subdeclara conclusionem, de qua* num. 4. *ut non procedat, si intrare possit repetitio conditionis, ex ratione, ne testator majus privilegium induxisse præsumatur remotioribus incognitis, & minus dilectis, quam hæredi scripto ratione sanguinis, & charitatis prædilecto.*
7 *Vel si agatur de oratione unita, & recta ab eodem verbo, quo casu conditio in fine posita afficit, & determinat totam dispositionem.*
8 *Intellige istas subdeclarationes procedere in dubio, secus stante clara voluntate testatoris primo casui unam, secundo vero binas conditiones expresse injungentis.*
9 *Tunc enim conditiones prout jacent qualificare debent dispositionem, & facienda est relatio ad proxima, & quibus verba congruunt, non vero ad præcedentia, quæ stant de per se.*
10 *Prædilectionis argumentum de se est fallax, nec locum obtinet ad hoc ut conditio adjecta uni institutioni, in alio volita censeatur.*
11 *Et non intrat quando in contrarium est clara testatoris voluntas.*
12 *In claris non intrat extensio ex identitate, & majoritate rationis.*
13 *Conditio obitus* si sine dispositione *an sit favorabilis, vel odiosa.*
14 *Ratio cur testator uni, & non alteri substitutioni adjecerit conditionem obitus sine dispositione potest esse occulta.*
15 *Et in conditionibus voluntariis attenditur nudum factum, non investigata ratione motiva disponentis.*
16 *Et non est inconveniens in substitutionibus fideicommissariis, quod quis in uno casu speciali favore honoretur, & in alio sit deterioris conditionis.*
17 *Nec pariter, quod testator aliquam qualitatem in primis hæredibus requirat, quam nolit in aliis, graventque primos licet cognitos, & proximiores, non vero alios incognitos, & remotiores.*

18 *Licet*

18 *Licet substitutiones sint in unica oratione, & ab eodem verbo regantur, tamen si diversas personas, diversosque gradus complectantur, qui simul concurrere non possent, tunc diversas orationes constituunt, & pro separatis dispositionibus omnino reputantur.*

19 *Copula & si subsequatur dictioni* vel *stare dicitur augmentative, nec submovet diversitatem orationis.*

20 *Repetitio non intrat stante diversitate orationis, ac substitutionum.*

21 *Maxime quando agitur de repetenda conditione adjecta in secunda substitutione, ad hoc ut qualificet primam de per se stantem, & habentem suam specialem determinationem.*

22 *Item quando potest considerari diversitas rationis.*

23 *Quo casu locum non habet etiam data orationis identitate.*

24 *Et ad hunc effectum sufficit, quod diversitas rationis sit verisimilis, vel probabilis.*

25 *Posita diversitate terminorum admitti non potest paritas illationis.*

26 *Conditio si sine testamento respectu majoris dicitur voluntaria, respectu vero persona nascitura, qua in pupillari atate decedere potest, est necessaria.*

27 *Conditionis repetitio non admittitur quoties eadem conditio utrique substitutioni eodem modo non convenit.*

28 *Fortius si repetibiles non sint alia conditiones adjecta eidem substitutioni, eo quia sint incongrua*

29 *Auctoritates pro inducenda repetitione ex identitate orationis, & ex argumento pradilectionis, in quibus terminis procedant.*

30 *Possessio capta ubi adest Statutum continuans possessionem defuncti in haredem est spoliativa.*

31 *Declara hoc vitium non attendi quando clare constat de bono jure capientis possessionem.*

APPENDIX.

Vita functo de anno 1724. sine ulla prole Bernardino Piscopo, Conventus, & PP. S. Theresiæ Civitatis Burmulæ sui favore purificatam agnoscentes substitutionem ordinatam in testamento Bernardini Senioris, prævio mandato de immittendo reportato a Vicario Generali Melitæ realem, & actualem bonorum possessionem nacti fuerunt; reclamante autem Com. Fœlice Manduca hærede testamentario præfati Bernardini Junioris, idem Vicarius Generalis post contestatam litem in summarissimo possessorio favore ejusdem Conventus decrevit manutentionem, quæ successive confirmationem promeruit ab A. C. de Gentilibus, in quo statu delegata mihi super eadem manutentionis controversia, ulteriori causæ cognitione consuetum dubium proposui sub audientia *diei 3. Februarii prateriti;* sed cum Domini præcognita petitorii connexione putaverint differre resolutionem, injungendo -- *quod videatur de bono jure etiam ad effectum manutentionis* -- hinc optato de more novo dubio, eoque hodie reproposito, post maturam meritorum discussionem non dubitarunt respondere -- *constare de bono jure Conventus etiam ad effectum manutentionis* --

Quandoquidem bonum jus Conventus perspicue desumebatur ex testamentaria dispositione d. Bernardini Senioris Piscopi, qui scripto sibi hærede Bernardino Juniore ex germano fratre nepote, in duplici casu literaliter substituit præfatum Conventum, tam scilicet ubi hæres institutus decederet sine filiis, quam etiam ubi reliquisset filios, qui postea defecissent ante perfectam ætatem annorum 18. sine filiis, & sine dispositione ibi -- *cum hoc tamen, quod decedente d. harede universali ab hoc saculo sine filiis legitimis, & naturalibus de suo corpore legitime decedentibus, vel cum filiis, & dd. filii decederent ab hoc saculo antequam fuerint atatis perfecta annorum 18. completorum, & absque filiis legitimis, & naturalibus, & absque dispositione, quod tali casu omnia, & singula bona stabilia prasentis sua hareditatis perveniant, & pervenire debeant ad Ven. Conventum Ordinis S. Theresia fundatum in Burmula sub obligatione celebrationis duarum Missarum legendarum quotidie in perpetuum* -- & proinde cum jam evenerit casus primo loco a te- 1
statore consideratus, obitus nempe Bernardini absque filiis, utique purificata dici debet substitutio favore d. Conventus *l. penult. ff. de impub. & aliis substit. Rot. in recent. decis. 208. num. 1. & seqq. part. 14. cor. Dunozett. Jun. decis. 602. num. 5. in Tudertina Bonorum, seu Immissionis super legato Antonia 12. Martii* 1706. *§. testatrix cor. clar. mem. Card. Scotto.* Cui propterea pleno jure referenda 2
est successio sub dicta conditione delata, cum puri, & purificati eadem sit natura *Rot. in recent. decis. 318. num. 6. part. 10. decis. 98. num. 27. decis. 243. num. 16. part. 17. decis. 633. num. 2. part. 18. in Romana Fideicommissi 3. Junii 1707. §. ita cor. bon. mem. Ansaldo, & in Romana Successionis* 10. *Junii* 1718. *§. quinto. cor. eod.*

Purificationi autem hujusmodi obstare non 3
potuit prætensio, quod ex recensita dispositione Conventus dici debeat ad successionem invitatus sub duplici conditione, nimirum, quatenus Bernardinus hæres institutus decederet absque filiis, & absque dispositione, unde cum utraque conditio non fuerit verificata, ex quo idem Bernardinus decessit cum testamento, scripto sibi hærede Comite Manduca, non sit locus successioni favore d. Conventus *l. si haredi plures ff. de condit. & demonstr. l. cui fundus in princ. ff. eodem. Alex. cons. 59. num. 6. vers. praterea, & seqq. lib. 7. Ruin. cons. 153. num. 13. & seqq. lib. 2. Riminald. Jun. cons. 199. num. 241. lib. 2. Honded. cons. 78. num. 8. cum seqq. Cardin. de Luc. de fideicommiss. disc. 120. num. 2. & per tot.*

Ponderata siquidem litera memoratæ substitutionis, dubitari non poterat, conditionem obitus *sine dispositione* adjectam non fuisse Bernardino in casu obitus ejusdem sine filiis, sed bene in casu diverso, quatenus idem Bernardinus reliquisset filios, qui postea decessissent ante completam ætatem annorum 18. absque filiis, & absque dispositione; qua de re postrema hujusmodi conditio 4
tanquam adhærens huic proximæ substitutioni, & in certo casu, utique trahenda non erat ad qualificandum casum præcedentem, & omnino disparatum, cum nil magis familiare sit, quam quod conditio præsertim voluntaria adjecta in uno casu, ac certis personis, protrahi non debeat ad alium diversum casum, & diversas personas *l. qua conditio ff. de condit. & demonstrat Jason in l. Gallus §. & quid si tantum num. 43. ff. de liber. & posthum. Riminald. Jun. cons. 112 num. 35. & 37. Cravett. cons. 361. num. 2. & cons. 904. num. 8. erga fin. vers. tertio fundamento. Honded. cons. 48. sub num. 58 lib. 2. Rot. cor. Dunoz. Jun. decis. 993. num. 12. & 13. cor. Emer. Jun. decis. 1115. n. 1.* Maxime quia mori sine filiis, & mori cum filiis 5
de se sunt contraria, & contrarias inducunt conditiones, itaut dispositum in uno casu multo minus patiatur extensionem ad alium, ut docet *Bald. cons. 153. num. 3. lib. 5. Cravett. cons. 361. n. 3.*

Alto-

Altograd. conf. 46. *num.* 36. *vol.* 1. *Castil. dec.* 152.
num 100. & 103. *Rot. cor. Priol. decis.* 110. *n.* 17.
& 18. *cor. Emer. Jun. decis.* 1151. *num.* 4.

Quin ad extendendam conditionem de una sub-
stitutione ad aliam, proficere visa fuerit replica-
tio, quod licet verba illa, & *absque dispositione*,
cohæreant, & sint adjecta filiis Bernardini, qui
tunc nati non erant, attamen ex rationabilitate
dispositionis, sive ex majoritate rationis, cum aga-
tur de conditione, ac facultate disponendi certe
favorabili hæredi gravato, congruentius referenda
etiam veniant ad ipsum Bernardinum primo loco
institutum, & honoratum, ex quo verisimile non
sit, quod testator voluerit favorem, & privilegium
indulgere remotioribus incognitis, & minus dile-
6 ctis, illudque denegare Bernardino hæredi ratione
sanguinis, & charitatis prædilecto ex traditis per
Cyriac. controv. 400. *num.* 107. *Card de Luc. de
fideicomm. disc.* 120. *num.* 4. *cum plur. seqq. Rot.
cor. Coccin. decis* 2121. *num.* 97. & *seqq. cor. Be-
nincas decis.* 207. *num.* 10. *cum plur. seqq.* præ-
sertim cum oratio sit unica, & regatur ab unico
verbo, quo casu conditio in fine posita eo magis
afficiat totam dispositionem, eamdemque exigat
7 determinationem, juxta firmata per *Gratian. di-
scept.* 773. *a num.* 25. *Mans. consult.* 608. *num.* 19.
Urceol. consult. forens. cap. 79. *num.* 24. *Card. de
Luc. de fideicomm. dict. disc.* 120. *num.* 2. *Rot. in
recent. decis.* 280, *num* 16. & *seqq. part.* 20. &
in Camerinen. Fideicommissi 3. *Julii* 1703. §. *nul-
latenus cor. bon. mem. Muta*.

Ut enim animadvertebant Domini, hæc, &
similia argumenta vim aliquam constituerent, quo-
ties ex verbis testamenti dubium, & ambiguum
reddi potuisset, an d. conditio obitus *sine dispos-
itione* potius uni, quam alteri dispositioni dicenda
foret adjecta, secus vero, dum in casu verba sunt
clara, & præseferunt, ut dictum est, binas substi-
tutiones suis distinctis casibus fuisse ordinatas fa-
vore d. Conventus; alteram quoties Bernardinus
hæres decesserit absque filiis, alia non exoptata
conditione; & alteram quoties Bernardinus reli-
quisset filios, qui postea decessissent, non comple-
ta ætate annorum 18 absque filiis, & absque di-
spositione; in his quippe terminis cum verba non
egeant interpretatione, utique sepositis ratiociniis
standum est voluntati ita per testatorem patefa-
ctæ, dum nullum nostræ mentis esse queat majus
8 testimonium, quam qualitas ipsa verborum, ut
scripsit Juris Consultus *in l. Gallus* §. 1. *in fin.
ff. de liber. & posthum. Rot. cor. Seraph. dec.* 689.
num. 3. cum aliis *in Bononien. Fideicommissi de Fo-
scarariis* 3. *Decembris* 1717. §. *quoniam cor. bo. me.
Ansaldo*. Et sic conditiones prout jacent quali fi-
care debent dispositionem, cui juxta literam te-
stamenti adiiciuntur, faciendo relationem ad proxi-
ma, & cum quibus cohærent, non vero ad præce-
9 dentia, quæ stant de per se juxta doctrinam *Bart.
in l. fin. ff. de reb. dub. Curt. Sen. conf.* 63. *num.* 12.
vers. quinto respondemus, *Socc. Jun. conf.* 128. *n.* 243.
tom 1 *Rot. in recent. decis.* 249. *num.* 14. *part.* 7.
& *decis.* 332. *num.* 2. *part.* 14. & in proximis ter-
minis similis conditionis *si sine testamento* dictum
fuit *in Romana, seu Savonen. Legati* impress. apud
Torr. varior. Jur. quæst. tom. 1. *tit.* 4. *de legat.
decis.* 2. *num.* 2 & in confirmatoria *cor. clar. mem.
Card. Caprara decis.* 479. *num.* 5. & 8.

Atque hinc, retenta juxta literam testamen-
ti aperta casuum distinctione, nil stringit, quod
agatur de conditione favorabili, quodque identi-
tas, vel majoritas rationis desumpta ex prærroga-
tiva sanguinis, & prædilectionis erga Bernardinum
primo loco honoratum, & institutum suadeat,
quod sub eadem conditione utraque substitutio
dici debeat qualificata: Argumentum siquidem
prædilectionis de se est fallax, nec locum obti-
net, ad hoc ut conditio adjecta uni substitutioni
censeatur volita in alia, ex traditis per *Casanat.* 10
consil. 51. *num.* 51. *Cravett. conf.* 161. *num.* 16.
& 17. *vers secundo respondeo*, omnisque cessat ambi-
gendi ratio, quia cum conditio *si absque dispos-
itione*, ut dictum est, sit claris verbis adjecta sub-
stitutioni filiorum Bernardini, & econverso pa-
tens, & literalis sit substitutio Conventus, quo-
ties idem Bernardinus hæres institutus decesserit
sine filiis, profecto in his circumstantiis alicujus
roboris non est argumentum prædilectionis, ut
optime respondit *Rot. adornat. Card. de Luc. lib.* 10. 11
de fideicomm. disc. 65. *num.* 4. & *in dict. Romana,
seu Savonen. Legati apud Torr. variar. Jur. quæst.
tom.* 1. *sub tit.* 4. *de legat. decis.* 24. *num.* 6 & 7.
exploratique juris est, quod ubi dispositio de se
non est ambigua, sed claris notis expressa, & in
speciali casu continet conditionem voluntariam,
testatoris provisio ad alium diversum casum non
sit protrahenda ex identitate, vel majoritate ra-
tionis *Honded. conf.* 48. *num.* 58. *vers. præsertim* 12
lib. 2. *Altograd. Sen. conf* 46. *num.* 33. & *seqq.
lib.* 1 *Peregrin. conf.* 36 *num.* 2. *prope fin. lib.* 2.
de fideicomm. artic. 29. *num.* 33. *Menoch. de præs.
lib.* 4. *præs.* 65. *num.* 33. *Cancer. var. resol. par.* 1.
cap. 1. *num* 75. & *seqq. Rot. in recent. decis* 154.
num. 8. *part* 13.

Etiamsi conditio obitus *sine dispositione* dicenda
sit favorabilis, non odiosa hæredi gravato, ultra
quod enim omnis conditio regulariter talis dici po-
test, ubi habetur respectus ad substitutum, qui
nondum sequuta purificatione non valet ad succes-
sionem adspirare *Bartol. in l. illis libertis ad med.* 13
vers. sed mihi parcat ff. de condit., & *demonstrat. Ca-
sanat. conf.* 4 *num.* 173, & *conf.* 5. *num.* 11. *Decian.
conf* 1. *sub n.* 194. *vers. decimo respondeo lib.* 1. certè
in præsenti ad effectum, de quo agitur, nullus fa-
vor erat considerabilis, quia cum voluntaria con-
ditio obitus *sine dispositione* fuerit literaliter adje- 14
cta solis filiis Bernardini, utique trahi non potest
ad ipsum Bernardinum, multa namque movere po-
tuerunt testatorem ad ita disponendum potius
in secundo, quam in primo casu, quæ nos latent,
ut ponderat *Bulogrin. inter conf. Alex. conf.* 53. *n.* 18.
& *seq. lib.* 4. *Paris. conf.* 41. *n.* 53. & *seq. lib.* 3.
Giovagnon. respons. 82. *n.* 135. *lib.* 1. & regulare est,
quod in conditionibus voluntariis attenditur nu- 15
dum factum, non investigata disponentis motiva
ratione ad notata per *Bartol in l. Gallus* §. *et quid
si tantum* v. 2. & 3. *ff. de liber. & posth. Rot. cor. Prio-
lo dec* 138. *n.* 9. & *in rec. dec.* 154. *n.* 7. *par.* 13. nec 16
est inconveniens in substitutionibus fideicommissa-
riis, quod quis speciali auctus favore in uno casu,
in alio sit deterioris conditionis *Cravett. conf.* 171.
n. 17. *Decian. conf.* 1. *n.* 198. *lib.* 2. *Casanatt. dict.
conf.* 51. *n.* 47. prout nec etiam, quod testatores 17
aliquam qualitatem requirant in primis hæredibus,
quam nolint in aliis, graventque primos licet co-
gnitos, & proximiores, quamvis non gravent alios
incognitos, vel remotiores, & notat *Peregrin de
fideic. art.* 29. *sub n.* 34. *Palm. allegat.* 311. *n.* 33.
Rot. cor. Buratt. dec. 387. *n.* 6. *vers tertio*, *cor. Ro-
yas dec.* 125 *n.* 7. *in rec. dec.* 160. *sub n.* 18. & *seq.
par.* 10. cum aliis in *Ferrarien. Fideicommissi super
restitutione in integrum* 24. *Januarii præteriti* §. *Et
demum cor. me*.

Nihil juvante unicitate orationis, quia licet
utraque pars recensitæ dispositionis materialiter,
& in litera præseferat unicam orationem, ex quo
regitur ab eodem verbo *perveniant*, & *pervenire*
de-

18 *debeant*, & iungatur dictione copulativa *&*; atta-
men, ut certum est, involuit distinctas substitutio-
nes, & quod magis est in secunda substitutione
comprehensæ dignoscuntur diversæ personæ, di-
versique gradus, itaut dari nequeat simultaneus
eorum concursus sub eodem tempore, in quibus
terminis substitutiones ita conceptæ satis consti-
tuunt diversas orationes, & pro separatis disposi-
tionibus omninò reputantur, ut communiter tra-
dunt *Bern. cons.* 120. *n.* 75. *lib.* 2. *Altograd. Sen.
cons.* 54. *n.* 56. *lib* 1. *Rot. cor. Bich. dec.* 548. *n.* 16.
cor Pamphil. dec 313. *n.* 12. *& seq. cor. Emer. Jun.
dec.* 1115. *n.* 2. *&* 3. *in rec. dec.* 151. *sub n.* 23.
& seq. par. 5. *dec.* 144. *n.* 4. *&* 5. *par.* 7. *& de-*
19 *cis.* 381. *n.* 17. *par.* 18. Copula autem *&*, quæ cæ-
teroquin in casu subsequitur dictioni *vel*, postquam
testator jam disiunxerat primam substitutionem
ibi -- *vel cum filiis, & dd. filii decederent &c.* -- sta-
re dicitur augumentativè, nec submovet diversi-
tatem orationis *l. ea adiectia*, ibique *Bartol. ff de
leg.* 1. *l. qua conditio ff. de condit. & demonstrat.
Racc. disp. Jur. cap* 42. *num* 24. *Rot. in rec. de-
cis.* 172. *n.* 5. *par.* 14. *dec.* 381. *n.* 11. *&* 12. *de-
cis* 633. *n* 24. *& seq. par.* 18. *& in Bononien. Her-
culis de Elephantutiis* 25. *Junii* 1708. §. *attamen cor.
bo. me. Ansald.*

Hisque subsistentibus vanum apparuit ex ei-
sdem inefficacibus argumentis prætendere, quod
20 conditio obitus *sine dispositione* licet posita in se-
cunda substitutione adhuc operari debeat effectum
retrogradum, & censenda sit repetita in prima;
repetitioni siquidem huiusmodi non solum resiste-
bat legalis regula, necnon mox ponderata oratio-
nis, ac substitutionum diversitas, quæ de se satis in-
fluit in exclusionem repetitionis ex notatis per *Bar-
tol. in l. In repetendis ff de legat.* 3. *Fusar. cons.* 59.
n. 26 *& seq. Peregrin de fideic. art.* 36. *sub n.* 90.
versic. in quarta casu Rot. inrec. dec. 381. *n.* 11. *& seq.
& dec.* 633. *n* 22 *& seq. par.* 18. *cor. Bich. dec* 137.
21 *sub n.* 43. *& seqq.* sed urgebant etiam aliæ pecu-
liares circumstantiæ, tum quia agitur de repeten-
da conditione adiecta in secunda substitutione, ad
hoc ut afficiat, & qualificet primam de per se
stantem, & habentem suam specialem determina-
tionem, quod in Jure nostro est exorbitans, ad fir-
mata per *Bald. in l.* 1. *C. de legit. hered. Curt. Sen.
cons* 63. *n.* 11. *Cephal. cons.* 528. *n* 42 *Mantic. de
coniectur. lib.* 10. *tit.* 6. *n.* 37. *Castald. consult.* 66.
n. 13. *Peregrin. de fideic. art.* 25. *n.* 48. *vers. ad-
vertendum tamen. Barz. decis.* 219. *n.* 3. *Rot. in rec.
dec.* 154 *n.* 17. *par.* 4. *tom.* 2. tum quia inter u-
nam, & aliam substitutionem in d. oratione ut su-
22 pra compositam, non solum diversæ sunt honora-
tæ, & gravatæ personæ, sed considerari etiam po-
test dispar ratio disponendi, in quibus terminis
eò firmius excludenda venit repetitio, ut in spe-
cie ponderata personarum, & graduum diversita-
te tradunt *Altograd. Sen. cons.* 54. *n.* 116. *vol.* 1.
Cyriac. contr. 281. *n.* 80. *Palm. Nep. allegat.* 311.
n. 24 ubi etiamsi adsit unicitas orationis. *Rot. in
rec. dec* 144. *n* 4 *&* 5 *par.* 7 *dec.* 630. *n.* 20. *& seq.
par.* 18 *cor. Otthobon dec.* 265 *n.* 17. *& cor. Bich.
dec* 548. *n.* 16 ubi pariter etiamsi adsint in una
oratione, & in terminis disparatæ rationis inter-
cedentis circa unam, & alteram dispositionem *Rot.*
23 *in rec. decis* 47. *n.* 6. *par.* 3. *dec* 144. *n.* 4. *&* 5.
par 7. *dec.* 30. *n.* 11. *par.* 14. Satis est, quod dif-
ferentia rationis sit verisimilis, vel probabilis, ut
24 indistinctè semper sit excludenda conditionis repe-
titio, ut notat *Decian. cons.* 17. *n* 35. 40. *& seq.
vol.* 1 *Altograd cons.* 54 *sub n.* 116. *vers.* 4 *quia
lib* 1. *Palm. alleg.* 61. *n.* 16. & benè *Rot. in d. Ro-
mana, seu Savonen. legati apud Torr. d. tit.* 4. *de
legat. dec.* 2. *n.* 9. & in confirmatoria *decis.* 479.
n. 10. *cor. clar. mem. Card. Caprara*, posita enim
diversitate terminorum impossibile est, quod ad- 25
mittatur paritas illationis, ut optimè prosequitur
Rot. in rec. dec. 633. *n.* 21. *par.* 18.

Eoque certius in præsenti standum videbatur
pro exclusione repetitionis, nam conditio *si absque
dispositione* respectu Bernardini, qui de tempore 26
institutionis jam erat provectæ ætatis dici poterat
omni tempore voluntaria, in filiis verò Bernardi-
ni, qui nondum erant nati, & post nativitatem
decedere poterant intrà pupillarem ætatem, præ-
dicta conditio potius dicenda erat necessaria, ut in
proximis terminis probat *Alexander cons* 158. *n.* 4. 27
lib. 6. Quoties autem eadem conditio uniformiter,
& eodem modo non congruit utrique substitutio-
ni, non admittitur conditionis repetitio de una ad
aliam *l. ultima* §. *seia ff. de legat.* 2 *Soccin. Jun.
cons.* 142. *n* 23. *lib.* 3. *Bern. cons.* 122. *n.* 4. *lib.* 2.
Spin. cons. 471. *n.* 39. *Mantic. de coniect. lib.* 10. *tit.* 6.
n. 35. Juncta potissimum ponderatione, quod in se-
cunda substitutione facta filiis Bernardini hæredis
instituti tres conditiones adiectæ leguntur, qua-
tenus nempè decederent *non completa ætate anno-
rum* 18. *sine filiis, & sine dispositione*, cum enim 28
prima decessus ante complementum dictæ ætatis
certè non conveniat Bernardino hæredi de tempo-
re testamenti jam ætatis annorum quinquaginta, se-
cunda verò *si absque filiis* jam expressa fuisset in præ-
cedenti substitutione ipsius Bernardini, utique di-
cendum erat, quod sicuti respectu unius, & alte-
rius ex dd. conditionibus congruè aptari non po-
test repetitio ad qualificandam indistinctè utram-
que dispositionis partem, ita eo magis repetenda
non est postrema conditio *si absque dispositione* cum
aliis prædictis qualificans secundam substitutionem,
ut in puncto firmat *Surd. cons.* 471. *sub n.* 43. *ver-
sicul. addo quod conditiones*, & concordat *Rot. in d.
Romana, seu Savonen. legati apud Torr. var. Jur.
quæst. tom.* 1. *sub tit.* 4. *de legat. dec.* 2. *n.* 13

Nullum obicem facientibus auctoritatibus in
oppositum deductis, cum istas procedere comper-
tum sit, vel quando cum motivo prædilectionis, &
identitate rationis concurrant aliæ demonstrationes, 29
ex quibus contraria desumatur testatoris volun-
tas, vel quando de filiorum existentia habita fue-
rit mentio per modum parenthesis, non verò per
speciem perfectæ orationis de se stantis, itaut poste-
rior conditio apta sit coniungi cum priori dispo-
sitione, vel demum quando agitur de nominis de-
claratione, ad effectum repetendi qualitatem ma-
sculinitatis, seu legitimitatis, & concurrit contem-
platio agnationis una cum aliis gravibus, & æqui-
pollentibus coniecturis, qui sanè termini cum non
sint congruè aptabiles præsenti controversiæ, hinc
est, quod ex dd. auctoritatibus dari nequeat ea-
dem juris sequela, itaut cessante rationis appli-
cabilitate, cesset etiam earum efficacia text. *in l.
omni ff. de adapt. l. quod dictam ff. de pact. Rot. in
Ferrarien. seu Imolen. Bonorum* 23. *Aprilis* 1703.
§. *absonum cor. bon. mem. Ansaldi.*

Cum itaque ex hactenus expensis certè constet
de fideicommisso claro, ac bono jure præfati Con-
ventus ob jam purificatam conditionem obitus Ber-
nardini primi hæredis instituti sine filiis, ad effe-
ctum consequendi controversam successionem fidei-
commissariam, superfluum reddebatur inquirere,
an possessio bonorum memorati fideicommittentis
adepta per ipsum conventum, & PP. Theresianos 30
dici debeat nec ne spoliativa propter obstaculum
legis Siculæ transferentis in hæredem naturalem,
& civilem possessionem omnium bonorum defuncti
juxta *cap.* 43. *Regis Ferdinandi* de quo *Boniora l. in-
ter divers. cons. Sical. cons.* 6. *n.* 24. *Amat. resol.* 36.
n. 25. *& resol.* 39. *n.* 29. 52. *&* 149. *Cumia ad ri-*
tum

tum Regni Sicil. cap. 38. *n.* 372. *Milanens. decis.* 3. *n.* 191. *& seq. Mastrill dec.* 72. *n.* 9 quidquid enim sit, an censura d. Pragmaticæ locum habeat in bonis fideicommisso, & restitorioni obnoxiis, certè cum boonm jus ad consequendam successionem per-
31 spicuè assistat Conventui literaliter sobstituto in casu obitus primi instituti sine filiis, ad tramites propositi dobii in sequelam ejusdem boni juris, meritò ipsi decernenda erat etiam manutentio ex firmatis per *Rot. in Interamnen. Manutentionis* 5. *Junii* 1716. § *finali cor. Eminentiss. Althann, in Perusina Manutentionis* 21. *Martii* 1718. §. *sed non ita cor. bo. mem. Lancetta, & in Bononien. Manutentionis* 15. *Maii* 1722. §. *ratio cor. eodem.*

Et ita utraque, &c.

EADEM.

Iisdem die, & anno.

ARGUMENTUM.

Declarantur in hac Decisione auctoritates adductæ contra firmata in præcedenti, & reprobatur *Angelus in l. prim. §. prim & in l. pater filium* 26. *ff. de vulgar. & pupill.* contrariæ opinionis antesignanos. Hæreditas semel repudiata post annum amplius adiri non valet, immò nec intra annum, si interim alius adivit, & si de facto revocetur repudiatio, revocatio est nulla, & non exclodit substitotum vulgarem. Et an in dubio sit pro extensione, vel contra extensionem judicandum.

SUMMARIUM.

1 ANgel. in l. prim. & in l. pater filium ff. de volgar. & pupill. *reprobatur.*
2 Ancharan. cons. 137. *declaratur.*
3 *Gravamen nonnisi in casu vocationis censetur injunctum, & n. 5.*
4 *Fideicommissi onere non gravatur qui fortaita, non testatoris judicio succedit.*
6 *Casus superviventiæ heredis, & repudiationis continetur in substitutione vulgari facta in casu præmorientiæ testatori in vim taciti, & per interpretationem, & n. 10.*
7 Alex. cons. prim. n. 11. & cons. 170. lib. 5. *declaratur.*
8 *Substitutio fideicommissaria non extenditur de casu ad casum, præsertim concepta sub conditione voluntaria, & n. 24. & 27.*
9 Dec. cons. 394. *declaratur.*
11 *Vulgaris est favorabilis cum conservet testamentum, fideicommissaria autem odiosa cum contineat onus, & n. 62. & 64.*
12 Corn. cons. 199 vers. prædicta sobstitutio lib. 2. *declaratur.*
13 *Substitutio directa non extenditur de casu ad casum, nisi quando testator non potuit providere.*
14 *Auctoritas* Ruin. cons. 125. 102. & 97. lib. 2. *an sit deferendum.*
15 Ripa in l. prim. n. 96. in fine vers. ideò non discedas ff. de vulgar. & pupill. *declaratur.*
16 Paris. cons. 72. n. 18. & 19. lib. 3. *declaratur.*
17 Bero. cons. 11. n. 21. lib. 2. & cons. 63. eod. lib. *declaratur, & n. 19.*
18 *Argumentum a contrario sensu non potest desumi ex dictis doctorum.*
20 *Doctor loquens incidenter, & extra casum parvifaciendus est.*
21 *Doctor sibi contrarius pro neutra parte est admittendus.*
22 Riminald. Jun. cons. 531. n. 41. lib. 5. *declaratur.*
23 *Substitutio vulgaris in uno casu concepta non extenditur ad fideicommissariam, & n. 29.*
24 Honded. cons. 59. n. 66. lib. 2. *declaratur.*
25 Bertazol. cons. civil. 51. n. 49. *declaratur.*
26 *Limitata conditio limitatum producit effectum.*
27 Decian. cons. 2. n. 60 lib. 2. *declaratur.*
28 *Extensio non admittitur de casu ad casum in materia tutelæ.*
29 Sim. de Præt. lib. 3. interp. 3. dub. 6. sol. 4. *declaratur.*
30 Peregr. de fideicom. art. 15. n. 9. *redarguitur.*
31 *Per aditionem vulgaris substitutio expirat.*
32 *Aditio post repudiationem nulla est, ac invalida.*
33 *Et vulgarem substitutionem non excludit.*
34 *Ampliа etiamsi institutus adierit, & adversus aditionem fuerit restitutus.*
35 *Jus per repudiationem ab instituto factum delatum substituto, amplius ab eo auferri nequit per revocationem repudiationis.*
36 *Repudiatio intra annum revocari potest.* *Limita si interim alius adivit n. 41.*
37 *Mulier factum suum licet nullum impugnare, & contra propriam confessionem venire non potest.*
38 *Voluntas ex actu nullo colligitur.*
39 *Instrumentum per productionem videtur approbatum.*
40 *Voluntas donantis per acceptationem a donatario censetur approbata.*
42 *Repudiatio potest fieri etiam post aditionem, quia tunc valet tamquam renunciatio.*
43 *Confessio nihil operatur in iis, quæ pendent non a voluntate confitentium, sed a juris censura.*
44 *Repudiatio facta post aditionem, & aditio post repudiationem præjudicant, si fiant ad favorem tertii, secus si ad sui commodum.*
45 *Actus ut præjudicet in vim pacti, aut confessionis judicialis debet acceptari.*
46 *Et acceptatio debet fieri in totum, alias in totum reiiit.*
47 *Confessio, aut aditio cum qualitate non possunt nisi cum d. qualitate acceptari.*
48 *Absurdum est eodem tempore repudiationem, & aditionem allegare.*
49 *Argumentum repugnantiam continens non tenet.*
50 *Confessioni, & aditioni in alio judicio impugnata nemo inviti valet.*
51 *Ex eo enim quod semel impugnavit nemo juvari potest.*
52 *Confessio, contra quam fuit judicatum, non nocet confitenti, & n. 56.*
53 *Quod nullum est nullum operatur effectum.*
54 *Factum unius regulariter alteri non nocet.*
55 *Confessio ex productione instrumenti resultans tollitur sublato instrumento.*
57 *Confessio tacita, seu ficta in uno judicio non nocet in alio, etiam inter easdem personas.*
58 *Actus contra legis prohibitionem gesti per productionem non censentur approbati.*
59 *In dubio contra extensionem est judicandum.* *Contra n. 61. & 66.*
60 *Dubius casus dici non potest, qui firmatus est per triginta Doctores, licet aliqui contradicant.*
63 *Extensio quare admittatur in vulgari.*
65 *Extensio inest de natura substitutionis.*
67 *Potissimè verò facienda est, quando constat de enixa voluntate testatoris habendi heredem ex testamento.*
68 *Testator præsumitur voluisse præferre descendentes transversalibus.*
69 *Exclusio descendentium etiam fœminarum propter transversales agnatos est absurda, iniqua, irrationabilis, & contra humanitatem, & benignitatem.*

DE-

DECISIO XXXIX.

Reliquum nunc est respondere auctoritatibus, quæ ex adverso citabantur, tanquam in terminis loquentes.

1 Et quidem quoad auctoritatem *Angeli* non est cur disputemus, an contra extensionem senserit, quia hoc est indubitatum, & ipse hujus opinionis fuit auctor, licet paucissimi tantum sequantur, & maior pars eorum, qui allegantur, non attingant
2 punctum quæstionis nostræ, *Anch.* enim in *conf.* 137. tractat hunc casum, testator instituit hæredem Menguccium filium, quo præmoriente ejus filium, seu filios hæredes universales instituit, & si contingeret Menguccium, vel ejus filios decedere sine filiis, substituit pauperes Domicellas. Menguccius supervixit testatori, hæreditatem adivit, & decessit relicto Jacobo filio, qui Jacobus postea decessit sine filiis, quæritur an pauperes Domicellæ substitutæ hoc casu admitti debeant. Faciebat difficultatem quia vocatæ fuerant, si Menguccius, & ejus filius decederet sine filiis, quæ conditio videtur purificata, ex quo filius Menguccii decessit sine liberis, ergo substitutio videtur habere locum.

Contrarium concludit *Anch.* quia substitutio,
3 & gravamen injunctum Jacobo, censetur injunctum in eo dumtaxat casu, quo fuit vocatus, & honoratus, quia hoc tantum casu gravari potuit *l. ab eo C. de fideic.* casus autem vocationis Jacobi non evenit, quia is fuit vulgariter tantum Menguccio patri substitutus, *si Menguccius ipse testatori præmortuus fuisset*, quæ substitutio expiravit, quia Menguccius testatori supervixit. Et licèt hæreditas postea ad Jacobum pervenerit, in ea tantum non successit Jacobus judicio testatoris, seu ex testamento
4 avi, sed tamquam hæres patris sui Menguccii, & ex ejus persona, ut clarè ibi dicit *Anch. n.* 3. & antè; undè succedit regula, ut qui fortuitò non testatoris judicio hæreditatem ejus consequitur,
5 gravari non possit, in eo igitur consistit vis, & singularitas decisionis *Anch. in dict. conf.* quod positi in conditione generaliter, & in aliquo casu particulari expressè vocati, si postea fuerint generaliter gravati, gravamen intelligitur eo dumtaxat casu injunctum, quo fuerunt honorati, & eo eveniente, & non aliter, licèt videretur generaliter impositum, & ad hoc præsertim allegatur consilium illud per *Ruin.*, & alios citatos per *Zanch. in §. cum ita part.* 7. *n.* 26., & per *Rustic. nu*, *& quando liberi in conditione lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 2.

In quantum verò *Anch.* subdit substitutionem nepotum in casu, quo Menguccius prædecessisset testatori, expirasse, quia Menguccius supervixit, optimè loquitur, & in eo casu id erat clarissimum, quia Menguccius ne dum supervixerat, sed etiam adiverat hæreditatem, ut ibi *n.* 3. dum ait, *quod Jacobus successerat in hæreditate avi non ex substitutione, sed ex persona Menguccii patris*, & tamquam ejus hæres, quod necessario infert Menguccium adivisse patris hæreditatem, & ita referendo casum *Anch.* advertunt *Ruin. conf.* 96. *num.* 10. *vers. & ultra istos & conf.* 125. *sub n.* 6. *lib.* 2. *& conf.* 128. *antè n.* 14. *lib* 3. *Bero. conf.* 63. *ante n.* 30. *vers. quinto quid subst. lib.* 2. *& Simon de præt. lib.* 3. *interpr.* 3. *dub.* 6 *fol.* 4. *num.* 2.

Nec obstat, quod *Anchar.* dum ait defecisse substitutionem factam de Jacobo nepote, si Menguccius testatori fuisset præmortuus, non se fundet in aditione Menguccii, sed solum quia supervixit testatori [& hoc ponderant allegantes *Anch.* ad terminos quæstionis nostræ] nam fuit responsum benè loqui *Anch.* sed nihil penitus facere ad quæstionem nostram, hæc enim substitutio, *si institutus testatori præmoreretur*, seu *præmortuus fuerit*, est in unum tantum casum impotentiæ concepta, & clarum est, quod instituto supervivente hic casus non evenit, & consequenter rectè dici potest substitutionem factam eo casu defecisse, intelligendo de expressa, & de qua testator cogitavit.

Et licet, instituto postea repudiante, verum etiam sit, in hunc casum censeri datum substitutum, hæc tamen substitutio est tacita, & potius 6
legalis, & per interpretationem, quam testatoris *Bart. in d. l.* 1. *num.* 12. *&* 16. *ff. de vulgar. & pupillar.* optimè *Castr. in d. §. et quid si tantum sub num.* 4. *Alex. conf.* 4. *num.* 15. *lib.* 2., & ideò non habetur in consideratione, nec de ea cadere potest disputatio, nisi eveniente casu repudiationis. Cum itaque *Anchar.* esset propositus casus, in quo Menguccius adiverat, rectè dixit propter superviventiam ipsius defecisse substitutionem nepotis factam eo casu, quo Menguccius prædecessisset testatori, consideravit enim *Anch.* solam expressam substitutionem in eo casu, qui cum non evenerit, substitutio illa expiravit; de tacita autem legali, & interpretativa non debuit, nec potuit intelligere, nec etiam cogitare, ex quo præsupponebatur aditio Menguccii instituti; undè apparet non benè allegari *Anchar.* ad terminos nostros, quando institutus supervixit, & postea repudiavit, licet per superviventiam expiret substitutio expressè facta in casu, quo institutus prædecederet testatori, lex tamen supplet, & ex præsumpta defuncti tacitam inducit substitutionem, & in casu repudiationis, cujus contrarium non dixit, nec sensit unquam *Anchar.*, & verè *Dec. Bero. Menoch.*, & alii, qui dicunt propter superviventiam expirare substitutionem, & citant *Anch.* ferè omnes loquuntur in casibus, in quibus per institutum adita fuerit hæreditas, prout in casu *Anch.*, & sic de extensione juxta terminos nostros disputari non poterat. Hæc voluimus dixisse circa *consil.* hoc *Anch.* quia, ut rectè animadvertebant informantes pro Capitaneo Laurentio, simul cum auctoritate *Anchar.* deficit adversariis auctoritas multorum, qui *Ancharan.* citant.

Quo verò spectat ad *conf. Alexan.* 1. *num.* 11. 7
lib. 1. utique casus illius *consil.* nihil habet commune cum nostro, quia ibi erat quæstio, an substitutio fideicommissaria extendatur ad vulgarem, ut patet ibi *n.* 7, & licet *Alex.* ibi adducat in argumentum decisionem *Angel.* non tamen eam approbat, immò in *vers. et posito, quod in casu*, dicit decisionem *Angel.* esse dubitabilem, ex quo substitutio est facta in uno casu de necessariis ad vulgarem, undè facilè extenditur ad alium casum, qui fit pariter de necessariis ad eamdem substitutionem, quæ tamen ratio cessabat in casu *Alex.* ubi agebatur de extendenda substitutione fideicommissaria facta in casu, quo primus mortuus fuisset adita hæreditate, ad casum, quo decesserat vivo testatore, & sic ad substitutionem diversæ speciei, & contrariam, quo sanè in casu, certum est, extensionem permitti, ut per *Dec. conf.* 399. *num.* 6. *in fin.*, ut sic potius senserit *Alex.* decisionem *Ang.* in casu, in quo ipsemet *Angel.* loquitur, veram non esse, & ita advertit *Apostilla*, ibi dicens *Angel.* dictum reprehendi ab aliis, & malè consuluisse, ut ibi innuit *Alex.*

Non magis suffragatur idem *Alex. consil.* 170. *lib.* 5., concludit enim substitutionem conceptam in casu, quo primo honoratus prædecederet testa-

tori, non extendi ad casum, quo supervixit, & hæreditatem adivit, sieque dispositio est de extensione vulgaris conceptæ in uno casu ad alium casum ejusdem substitutionis, de quo ibi nec verbum quidem. Hæc autem quantum differant nemo non videt.

8 *Dec. cons.* 89. *sub num.* 1. *in fin. vers. sed iis non abstantibus*, nihil dicit ad rem nostram, agit enim de non extendenda substitutione fideicommissaria de casu ad casum, maximè quando facta est de conditione voluntaria ad actum.

Idem *Dec. cons.* 394. loquitur in casu, in quo
9 testator -- *si filii instituti prædecederent, substituerat nepotes vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum* -- instituti supervixerant testatori, adierant hæreditatem, & sine filiis decesserant, decidit *Dec.* quæstionem in duos articulos, ut in initio *consilii*. Primo an substituti fint vocati ad fideicommissum ex vi verborum, & usque ad *numerum quartum* resulvit pro negativa, quia verba exprimunt vulgarem tantum conceptam in uno casu impotentiæ, qui eum non evenerit, substitutio non potest habere locum, & ad fideicommissariam nullo modò adaptari potest, quando scilicet instituti supervixerunt, & adita hæreditate decesserunt, sicque concludit *Dec.* substitutos nullo modò ex verbis testatoris vocatos fuisse ad fideicommissum, in quo & nos *Dec.* subscribimus. Fatemur enim etiam in caso nostro Capitaneum non fuisse vocatum in hunc casum vulgaris, qui evenit ex verbis testatoris, quia ut alio loco diximus substitutio hæc, quæ fit
10 per extensionem, est tacita interpretativa, & legalis potius quam testatoris.

Tractat deinde *Dec. num.* 4. *& seqq.* alium articulum, an substituti suo in casu possint diei vocati, saltem per extensionem, quæ fieri solet in substitutionibus de casu ad casum, & negativè etiam concludit, quod & nos facilè admittimus, sed nihil ad quæstionem nostram, quia ibi agitur non de extensione vulgaris conceptæ in uno caso particulari impotentiæ ad alium casum ejusdem vulgaris, sed ad fideicommissariam substitutionem, & sic ad substitutionem diversæ speciei, & naturæ, cum vulgaris sit favorabilis, ex quo conservat testamentum,
11 fideicommissaria verò solum continet onus, & odiosa est, ut benè declarat *Dec.* eo loci in tertio argumento post *num.* 5. *&* 6. *in fin.* undè optimè intrat regula *cap. Odia. de reg. jur. in* 6.

12 *Corn* autem *cons.* 199. *num.* 25 *versic. prædicta substitutio lib.* 2. consuluit in eodem caso, in quo consoluit *Alex.* in supra allegato *cons.* 1. qui est longè diversissimus a nostro, ut supra ad *Alex.* dictum est, & licet *Corn* ibi adducat in argumentum *Angel.* decisionem, non tamen de ejus veritate confidit, & ideò *num.* 24. adhæret aliis rationibus, non autem secundæ, in qua decisionem *Ang.* proposuerat, dicens eam habere aliquid dubitationis.

Soc. verò *cons.* 76. *num.* 5. *lib* 3. *in princip. d.*
13 *num.* dum ait substitutionem directam non extendi de casu ad casum, nisi quando testator non potuit providere, ut testamentum conservaretur, omissa discussione de veritate hujus conclusionis, non resistit in proposito nostro, quia casus superviventiæ, & repudiationis supervenit mortuo jam testatore, & sic quando non poterat amplius providere conservationi testamenti, & ideò supplendum est per extensionem.

Quatenus verò *col. antepenult.* citat decisionem *Angel.* nobis favet ex distinctione de qua ibi *n.* 6. ubi quo ad casum nostrum resolvit contrarium ejus, quod *Angel.* voluit.

14 *Ruin. cons* 125 *num.* 3. *lib.* 2. verè *Angel.* sequitur, sed tamen ejus auctoritas potius nostræ huic resolutioni favet, dum in §. *et quid si tantum*, *& in l.* 1. *ff. de vulgar. & pupill.* contra *Angel.* tenuit, & communem esse contra *Ang.* profitetur *in cons.* etiam 102. *num.* 5. *&* 7. *eod. lib.* 2. in terminis nostris apertis verbis [quidquid ex adverso in contrarium prætenderetur] extensionem admitterit; *in cons. autem* 97. *n.* 4. *eodem lib.* clarè firmat contrarium ejus, quod *Ang.* voluit, & optimè respondet ad regulam *dict. l. si ita quis ff. de vulgar. & pupillar.*, & licet quoad casum suum [quia conditio erat voluntaria] non benè applicet, hoc tamen nihil ad nos, qui sumus propriè in terminis quæstionis firmatæ per *Ang.* & in conditione necessaria ad vulgarem substitutionem.

Rip. in l. 1. *num.* 96. *in fin. vers. idea non discedas ff. de vulg. & pupill.* non tangit casum no- 15
strum, & licet sequatur *Anch.* non tamen loquitur de *cons. Anch.* 137. sed de *cons.* 356. incip. *ex serie testamenti*, ubi loquitur de non extendenda substitutione facta sub conditione voluntaria, & est casus diversissimus a nostro, & quando etiam *Rip.* sequeretur *Anchar. dict. cons.* 137. ex dictis supra in d. *cons. Anch.* patet nihil in eo contineri, quod nobis repugnet.

Paris. cons. 72. *n.* 18. 19. *lib.* 3. nihil ad rem
nostram, loquitur enim de substitutione facta filiis, 16
si quis eorum prædecederet testatori, vel alias quandocumque decederet absque liberis legitimis, & naturalibus ante 20. annum perfectum, & quia filii supervixerant, adiverant hæreditatem, & decesserant post 20. annum sine liberis, concludit non habere locum substitutionem, & sic agitur ibi de non extendenda substitutione fideicommissaria restricta ad tempus expressum, & certum, imò & concepta sub conditione voluntaria -- *si decesserint sine liberis* -- ad *Menoch. dict. præsumpt.* 65. *ante num.* 41. *lib.* 4. nos autem sumus in vulgari non facta ad tempus certum, & sub conditione necessaria ad vulgarem.

Bero. cons. 11. *num.* 21. *lib.* 2. nihil dicit ad 17
propositum quæstionis nostræ. In *cons* verò 63. *eodem lib.* loquitur in eodem casu, in quo consoluit *Dec. d. cons.* 394. ubi institutus non solum supervixerat testatori, sed etiam adiverat hæreditatem, postea que decesserat sine filiis, & sic ibi agitur de extendenda substitutione vulgari in caso impotentiæ concepta ad fideicommissariam, ut signanter patet ibi sub *num.* 28. *&* 29. & licet sub *num.* 30. voluerit *Bero.* ostendere de mente *Bart. in l. mater §. fin. ff. de vulg. & pupill.* fuisse, ut substitutio sub conditione - *si viva testatori institutus prædecesserit* -- non extendatur ad casum, quo institutus supervivat, & non sit hæres, ad quod ponderant etiam alii multi, fuit tamen dictum, hoc non posse colligi ex dictis *Bart.* ibi, nisi a contrario sen-
su, quod sanè argumentum non valet in dictis Do- 18
ctorum *Ossasch. decis.* 58 *post num.* 31. *Bursat. consil.* 184. *num.* 55. *lib.* 2. *Seraph. de privil. juram. privil.* 1 *num.* 4 sed quod magis est in proposito nostro hoc non potest colligi voluisse *Bart.* a contrario sensu, siquidem supra ostendimus *Bart. in dict.* §. *et quid si tantum* apertè sentire contrarium ejus, quod voluit *Angel.*

Quod verò pertinet ad ipsum *Bero.* qui etiam sub *num.* 29. *vers. sed dici potest* non dubitavit as-
serere sibi videri opinionem *Ang.* esse communem, 19
de ejus attestatione parum est curandum, tum quia in *cons.* 102. *sub num* 40. *vers. quartò non obstat lib.* 2. tenet contra *Angel.*, & dicit eum communiter reprobari, tum etiam, quia in ipsomet consilio fatetur alios esse asseverantes contra *Angel.* esse magis communem opinionem. Ac denique, quia opinio contra *Angel.* est verior, & communior, ut

jam

jam ponderatis rationibus, & authoritatibus cui-
libet patere potest. Undè, & ipse *Bero. in versic.
dato, sed non concesso* ad aliam transit responsio-
nem, & certè cum quæstio nostra non caderet in
casu *Bero.* ibi enim agebatur de extensione vulga-
ris ad fideicommissariam substitutionem, ut supra
20 diximus, parvi faciendum est quidquid ipse dixit
incidenter, & extra casum, de quo disputabatur,
juxta tradita per *Abb. in cap. beat il 2. column. fin.
extra de postulat. prolat.* cum aliis per *Soccin. Jun.
cons. 1. num 143. lib. 1.*, & per *Barz. decis. Bono-
nien. 69. num.* 22. sed in omnem eventum *Bero.* pro
21 neutra parte admittendus esset tamquam sibi con-
trarius argum. *l. 1. C. de furt. Aym.* in puncto *con-
sil. 16. sub num. 12.* ibi -- *Ideo super ejus auctorita-
te fundamentum fieri non potest. Bertazol. cons. 95.
num. 6. inter crimin. divers. lib. 2.*

Rimin. Jun. cons. 531. num. 41. lib. 5. transferi-
bit *decis. Rot. Rom.* quæ inter alia ponit regulam,
22 ut substitutio limitata ad tempus certum, ultra il-
lud non extendatur dict. *l. si quis ita ff. de vulgar.
& pupillar.* sed hæc non repognare conclusioni no-
stræ, quia sumus in tempore incerto, & pluribus
aliis de causis jam supra latissimè ostensum est.

23 *Menarb. cons. 399. num. 1. & seqq.* loquitur in
casu, in quo institutus nedum supervixerat, sed
etiam adiverat hæreditatem, & postea decesserat
sine liberis, ideò nec verbum quidem facit, an sub-
stitutio vulgaris concepta in unum casum trahatur
ad alium casum vulgaris, sed concludit eam non
extendi ad fideicommissariam, & in hoc sequitur
Bero. dict. cons. 63. Dec. dict. cons. 394., & alios
plures, quod nihil facit ad casum nostrum.

Honded. cons. 49. num. 66. lib. 2. nihil ad nos.
24 Agit enim eo *consilio* de non extendenda fideicom-
missaria, seu compendiosa concepta sub conditio-
ne voluntaria, quatenus verò transit eum *Anchar.
dict. cons.* 137. ex dictis circa illud consilium patet
nihil sentire, quod nobis noceat.

Bertazol. cons. 51. num. 49. loquitur de non
25 extendenda vulgari ad fideicommissariam, de hoc
enim quærebatur in casu suo, in quo filius insti-
tutus non solùm supervixerat testatori, sed adive-
rat etiam hæreditatem, & ad hoc dict. *num.* 51.
citat *Anch.* & alios, & ejus verba sunt ultra, dum
ait, supervivente filio cessare substitutionem ne-
porum, maximè si sit hæres, vel hæreditatem a-
deat, ut per eum.

26 *Rol. cons 100. num. 77. lib.* 4 casum habet di-
versissimum a nostro, *& num.* 75. assumit proposi-
tionem illam, quod conditio limitata limitatum pro-
ducit effectum, juxta reg. *l. in agris ff. de acquir.
rer. domin.* quam aliquibus exemplis confirmat, &
n. 77. adducit illud, quod substitutio facta filiis de-
cedentibus in vita testatoris cassat, si supervi-
vant testatori, citat *Dec. cons* 434 *column.* 2. qui
loquitur in casu, in quo primus non solum su-
pervixerat, sed etiam hæreditatem acquisierat;
agitur in iisdem terminis debet intelligi *Rol.* juxta
doctrinam *Bart. in l. non solum §. liberatio ff. de li-
ber. legat.*

Decian. cons. 2. num. 60. lib. 2. loquitur de fi-
27 deicommissaria concepta sub conditione voluntaria
non extendenda ad alium casum, ut ibi *num.* 54.
& 59., & licet sub dict. *n.* 60. adduxerit in argu-
mentum dictam *Ang.* decisionem, non fuit tamen o-
pus, ut de ejus veritate loqueretur, cum ejus ca-
sus versaretur in diversis, & facilioribus terminis,
sed quid de ea sentiat patet ex supra allegato *con-
sil. 1. num. 86. & 160 lib. 2.*

Fab. de Ann. cons. 84. num. 17. loquitur de
extensione non facienda de uno casu ad alium in
28 materia tutelæ testamentariæ relictæ in certo casu,
& sic in materia strictæ interpretationis, ut ipse
dicit per totum illud consilium, ac proindè non
extendenda, licet sub dicto *num.* 17. inter cæ-
tera adducat in argumentum, quod ubi in indivi-
duo unus casus est expressus, non fit extensio, &
alleget *Angel.*, non videtur tamen adnumerandus in-
ter Auctores sequentes *Ang.* cum ejus dispositio
esset in alia materia, & incidenter, ac sine ulla
discussione *Angel.* dictum citet.

Simon de Prat. lib. 3. interp. 3. dub. 6. sol. 4. 29
num. 2. loquitur de non extendendo vulgarem ad
fideicommissariam, & ita intelligit *Anch. dict. con-
sil.* 137. nec allegat *Angel.* aut aliquem cum se-
quentem.

Peregr. de fideicomm. art. 15. num. 9. non di- 30
sputat principaliter articulum, an vulgaris conce-
pta in unum casum extendatur ad alium ejusdem
vulgaris, sed an caducato primo gradu substitutio-
nis, sequentes etiam substitutiones efficiantur ca-
ducæ, & quamvis sub *num.* 8. ponat exemplum se-
cundum decisionem *Ang.* eamque veram præsuppo-
nat ex regula, quod extensio non fiat de tempore ad
tempus, & ulterius dicat traditiones istas esse ve-
ras, & magis communes, auctores tamen per eum
allegati ferè omnes non loquuntur in terminis no-
stris, sed stant in regula generali, quod extensio
non fiat de tempore ad tempus, undè ex jam di-
ctis patet eum parum diligenter in hoc articulo
perquisiisse de veritate, & communi opinione, cum
& ipsemet in suo *cons.* 52 *num.* 10. *in fin.* expres-
sè dixerit, in terminis nostris fieri extensionem,
quod & voluit in eodem *tract. art. 34. num.* 17.,
& pro nostra hac conclusione contra *Angel.* adsint
30. Doctores, & ultra, quorum major pars in le-
cturis, aut tractatibus eam firmant, vel in consi-
liis non incidenter, sed cum aliqua discussione,
dum pro *Ang.* computando etiam eos, qui loquen-
tes in aliis casibus per transitum, & in argumen-
tum citant *Ang.* decisionem, quales sunt *Decian. Rol.
Fab. de Ann.*, & alii nonnulli, vix sunt 12., quo-
rum etiam aliqui in aliis locis per nos citatis con-
trarium tenent, & propterea nonnisi animosa fuit
Bero. & *Peregr.* attestatio de communi cum *Ang.*,
qui vincitur per dinumerationem auctorum, & per
contrariam attestationem plurium, & longè gra-
viorum auctorum *Gulielm.* nempè *de Benedict. Soc.
Ruin. Abb. Ant. Gomez, Zanch. & Jac. Berret.*, imò,
& ipsiusmet *Bero.* de quibus supra suo loco me-
minimus.

Non obstat denique ultimum fundamentum
excogitatum ad evitandam extensionem, quod in
casu isto non possit habere locum vulgaris in casu
noluntatis, quia licet mater D. Capitanei prius re-
pudiaverit, postea tamen declaravit se non habuis-
se animum repudiandi, expresseque adiit, itaut
deficere videatur voluntas, ad quam casus impo- 31
tentiæ expressus extendatur, maximè cum per adi-
tionem vulgaris expiravit ad text. in *l. post adi-
tam C. de impub. & alii substit.*

Pluribus enim modis fuit responsum, & pri- 32
mò, fundamentum hoc omni prorsus ratione de-
stitutum esse, quia cum aditio illa post repudiatio-
nem fuerit nulla, & invalida *l. sicut C. de repud.
vel abstin. hered.*, & per eam D. Helena consequi 33
non potuerit bona paterna, non debet etiam ex-
cludere substitutionem vulgarem, ad cujus exclusio-
nem non sufficit nudum hæredis nomen, sed re-
quiritur effectualis aditio, quæ duret, & per quam
testamentum conservetur, adeo ut si institutus a- 34
dierit, & postea restitutus fuerit adversus aditio-
nem, substitutus admittatur, licet institutus rema-
neat hæres nomine *l. et si sine 8. §. sed quod Pa-
pinianus*, ubi *gloss. in verb. substituta, & Bart. ff. de
minor.*

minor. l. ex contractu 44. ubi *num.* 1. *Bart. & Alex.*
ff de re judic. Doct. *in d. l.* 1 ubi *Bart. num.* 49.
Socc. num. 52. *Rip. num.* 205 *ff. de vulgar. & pa-*
pillar. Jas. in l. post aditam in 2. *limit.* ibique &
alii *C. de impub. & aliis substit.* Multò minus igi-
tur potuit impedire substitutionem aditio in caso
35 nostro, cum nec effectu, nec etiam nomine fece-
rit d. D. Helenam hæredem, stante præcedenti re-
pudiatione solemni, & valida, per quam statim
fuit purificata conditio substitutionis, & substitu-
to jus delatum, non data igitur juridica, & va-
lida revocatione dictæ repudiationis, impossibile
fuit de jure, substitutionem simul purificatam am-
plius expirare, jusque substituti extingui, aut ab
eo auferri.

Nec refragatur replicatio, quod etiamsi dicta
aditio fuerit nulla, quod non videtur, respectu ta-
men ipsius D. Helenæ, & suorum hæredum ope-
rari debeat, ac si esset valida, quia certum est re-
36 pudiationem intra annum revocari posse ad text.
in *l. filii mater* § 1. *ff. ad Tertull.* prout sanè at-
37 testata est D. Helena, se usque ab initio eam re-
vocasse, tum quia factum suum, licet nullum, non
potest impugnare, nec contra propriam confessio-
38 nem venire *Bald. cons.* 403. *num.* 8 *lib.* 3. ac etiam,
quia etiam ex actu nullo colligitur voluntas, vulg.
l. fin. ff. de reb. eorum, quæ sanè voluntas per pro-
39 ductionem instrumenti revocationis, & aditionis,
per Capitaneum Laurentium videtur etiam com-
probata, arg. *l. cum precum C. de liberal. caus.*, &
eorum, quæ tradit *Bart. in l. post legat. num.* 2. *ff.*
de iis quibus ut indig. Rom. cons. 23. n. 1. *& con-*
sil. 63. *num.* 3. cum aliis per *Jas. cons.* 57. *n.* 13.
lib. 1. ubi ampla *apostilla*, maximè cum expressè a
40 matre acceptaverit donationem jurium dictæ hæ-
reditatis, cujus virtute egit etiam contra posses-
sores bonorum, juxta tradita per *Ruin. cons* 151.
sub num. 2. *lib.* 3. *Rim. Jun. cons.* 766. *num* 2. 3.
& seqq. Menoch. præsumpt. tot. *n.* 30. *&* 31. *lib.* 4.

Hæc igitur replicatio non refragatur, siqui-
dem quod repudiatio revocari possit intra annum,
hoc non negamus, negamus tamen id factum fuis-
se hoc in casu, cum prætensa hæc revocatio pro-
cesserit post annos 40, vel ultra a die factæ repu-
diationis, ut ex publicis constat documentis. Præ-
terea tunc potest revocari repudiatio, quando alius
non adivit, ut per *gloss. in d. l. filii mater* §. 1. *ff.*
41 *ad Tertull.*, & talis erat casus *Magon. decis. Flor.* 10.
(quæ contra Capitaneum allegabatur) ut patet eo
loci sub *num.* 21. at in proposito Domini de Ma-
legonnellis statim facta repudiatione adierant.

42 Nec intrat *cons. Bald* 403. *lib.* 3. in contrarium
adductum, quia loquitur *Bald.* de repudiatione post
aditionem, cujus repudiatio si non tamquam repu-
diatio juridica, saltem tamquam renunciatio juris
quæsiti quoad abdicationem bonorum acquisitorum
mediante aditione præcedenti potest habere effe-
ctum, quippe quæ pendeat a mera voluntate ipsius
repudiantis, secus nostro in casu, ubi agimus econ-
verso de aditione sequuta post repudiationem va-
lidam; talis enim aditio tamquam invalida re, &
nomine non potest habere effectum, neque eum,
qui jam adivit, excludere, & longè minus substi-
tutum, cujus sanè substituti jus fuit per præceden-
tem repudiationem purificatum, hoc enim non pen-
det a nuda voluntate instituti, sed lex validam,
atque effectualem requirit aditionem, non nudam,
& verbalem, quæ sine hæreditate aditionis nomen
non meretur. per text. in *cap. dicat aliquis versic*
fin. 32. *quæst.* 4. undè nil nocet quævis prætensa
43 confessio, quia in iis, quæ pendent non a volunta-
te confitentium, sed a juris censura confessio nihil
operatur *l. confessionibus ff. de interrogat. action.*
Surd. decis. 104. *num.* 30. *Aymon cons.* 29. *n.* 2. *&*
cons 48. *num.* 7.

Secundò fuit responsum, repudiationem fa-
ctam post aditionem, & aditionem post repudiatio- 44
nem, ita demum præjudicare, si fiant ad favorem
tertii alicujus, non autem ubi quis vel adit, vel
repudiat ad sui commodum, cum autem nolit sibi
præjudicare, nec aliis prodesse, non possunt hæc
habere vim pacti, & tamen solum in vim pacti no-
cere possunt dict. *l. fiant*, ubi ita optimè declarat
Bart. sub num. 3. *C. de repud. vel abstin. hæred.*, *&*
Bart. sequuntur Doctores, ut ibi per *Alex.*

Tertiò cum actus ii, unus post alterum factus
non possint sustineri tanquam aditio, vel repudia- 45
tio, licet aliquando possint præjudicare talia facien-
ti respectu eorum, ad quorum favorem gesta sunt,
idque in vim pacti, ut mox diximus, aut etiam in
vim confessionis judicialis, ut declarant omnes in
dict. *l. fiat*, utique necessaria erat acceptatio Do-
minorum de Malegonnellis *l.* 1. *in princ. ff. de pact.*
acceptari autem debet confessio, vel pactum in to- 46
tum, aut in totum reiici, ut in puncto docet *Bald.*
in ead. l. fiat ante num. 6. & est regula generalis
in quacumque materia, ut per *Menoch. consil.* 320.
num. 21. *& seqq.*

Quare cum Domina Helena confessa fuerit se
verè non habuisse animum repudiandi, & adiverit
hæreditatem ad sui favorem, & ad effectum acqui-
rendi paternam hæreditatem, si adversarii volunt
in hac confessione fundamentum constituere ad ex-
clusionem substituti, acceptent confessionem in to-
tum, & relaxent bona Laurentii testatoris, quæ 47
per eos apprehensa fuere sub prætextu dictæ re-
pudiationis, ex quo confessio, & aditio fuere fa-
ctæ ad hunc effectum, & cum hac qualitate, pro-
indeque non possunt nisi cum dicta qualitate acce-
ptari, ut per *Bald. & Menoch* in locis supra citatis. 48

Alioquin non nisi absurdum erit admittere,
ut possint eodem tempore allegare ejusdem præten-
sæ hæreditatis repudiationem, & aditionem, ut per
primam excludant Dominam Helenam, & Capita-
neum ejus donatarium a jure institutionis de ea
factæ, & per secundam excludant eumdem Capita-
neum venientem jure proprio, & ex persona pro-
pria a jure sibi competenti ex substitutione; siqui-
dem si repudiatio sustinetur, Capitaneo statim a-
pertum est jus substitutionis, si aditio corruit, om-
ne jus Dominorum de Malegonnellis, & bona do-
natario fuissent restituenda, non tenet ergo argu-
mentum adversariorum, cum contineat repugnan- 49
tiam vulg. *l. ubi repugnantia ff. de reg. jur.*, sic-
que nec intrat *cons. Bald.* 403. *lib.* 3. quia suo in
caso nulla aderat repugnantia.

Quartò non omittebatur eosdem DD. de Ma- 50
legonnellis, qui in alio judicio impugnarunt præ-
dictam confessionem, & aditionem, non posse ho-
die illis inniti ad *gloss. in cap. cum venissent*, & ibi
not. *Abb. extr. de eo, qui mitt. in poss. Aret. con-*
sil. 96 *col.* 2. *vers præterea & hoc. Ruin. cons.* 21.
num. 6 *lib.* 1. *Menoch. dict cons.* 320. *num.* 25., & est 51
regula generalis, neminem posse se juvare, ex eo
quod semel impugnavit *cap. cum olim*, ubi *Abb.*
in 6. *not. extr. de censib. cap. ex eo de regul. jur.*
in 6. *Ruin. cons.* 150. *num.* 9. *lib.* 3. amplè *Surd.*
decis 196. *num.* 2. *& seqq*, & hoc in casu res est
clarissima, quia adversarii nedum impugnarunt di-
ctam confessionem, & aditionem, sed etiam ad eo-
rum favorem fuit lata sententia, quæ in judicatum
transivit, per quam confirmata fuit, & declarata
valida repudiatio D. Helenæ, & rejecta ejus con-
traria confessio, & aditio, & ideo non possunt ii-
dem adversarii in prædictis nullo modo se fundare.

Proindeque econverso potest Domina Helena, 52
& alius

& aliut quicumque habens cauſam ab ea contrave-
nire, ut per *gloſſ. ult. in authent. idem poſſeſſor C.*
qui potior. in pignor. hab. Bart. in l. Papinianus §. ſed
nec impuberis num. 2. ff. de inoff. teſtam., & eſt do-
ctrina *Innoc. in cap. mulier extr. de jur. juran.*, &
plures adducit *Marſil. ſing. 257. num. 3. Surd. con-*
ſil. 135. num. 119. lib. 1.

Quintò, & ultimò fuit reſponſum Capitaneum
Laurentium non eſſe hæredem matris, in primo enim
judicio comparuit ſemper tanquam donatarius, nunc
autem venit ex propria perſona, & ex propria vo-
catione. Undè non eſt cur prætendatur factum ma-
tris nullum, & invalidum, aut jam dictam ejus
confeſſionem aliquid ipſi præjudicium inferre poſ-
53 ſe, tum quia quod nullum eſt, nullum operatur
effectum *cap. non præſtat impedimentum de reg. jur.*
54 *in 6.* tum etiam quia factum unius regulariter al-
teri non nocet *l. fin. ff. quod & n quibus. Aymon*
conſ. 6. num. 68. Menoch. conſ. 346. n. 26. lib. 4.

Nec dicatur in propoſito adeſſe factum pro-
prium, nempè proteſtationem D. Helenæ, in qua,
revocata repudiatione, fatetur ſe uſque ab initio
fuiſſe intentionis adeundi, & propterea ceſſare ter-
minum voluntatis, a quo pendet omne jus Capita-
nei, dum nititur extendere caſum impotentiæ, ad
caſum voluntatis.

55 Siquidem præter quam quod tacita illa appro-
batio, ſeu confeſſio, quæ colligitur ex productio-
ne inſtrumenti, eſt adeò cohærens inſtrumento, ut
eo ſublato tollatur, & confeſſio, tamquam acceſ-
ſoria, ut ex communi benè deducit *Rot. dec. 159.*
56 *num. 1.*, & ante *par. 2. in noviſſ.* Res etiam judi-
cata contra Capitaneum lata operatur, ut talis con-
feſſio ex productione reſultans poſtea reprobata ei
non præjudicet, cum nec expreſſa quidem tali ca-
ſu præjudicaret, ut poſt *Innoc. Bart. Bald. Abb. Rom.*
Alex. Soc. Felin. Natt & Card. Alban. relatos, ple-
nè tradit *Hypp. Rimin. conſ. 213. num. 17. 18. & 19.*
lib. 2. ubi *num. 20.* poſt *Bart. Bald. Alexan. Corn.*
Dec. & Felin. ſpecialem etiam evitet productionem,
quia nempe confeſſio, quæ indè reſultat, tacita eſt,
57 & ficta, quo ſtante reſultat concluſio, ut confeſſio
ficta, ſive tacita in uno judicio non noceat in alio
etiam inter eaſdem perſonas, ut per eum. Et cer-
tè cum D. Helena uſa fuerit revocare repudiatio-
nem validam, & hæreditatem jam ſemel a ſe le-
58 gitimè abdicatam contra juris diſpoſitionem poſt
tantum temporis curſum adire, non eſt cenſendus
Capitaneus tales actus geſtus contra prohibitionem
legis, per productionem dicti inſtrumenti approbaſ-
ſe, ut pulchrè docet *Aym. conſ. 200. num. 5.* quem
in terminis productionis teſtamenti refert, & ſe-
quitur *Gargiar. patrocin. in num. 10. par. 1.*

59 Ex iis, pluribus aliis omiſſis, cenſuere Domini
ſatis perſpicuum fuiſſe jus D. Actoris, nec tales
fuiſſe propoſitas dubitationes, ut ex eis contra ex-
tenſionem fuerit judicandum, prout in dubio fieri
debere ſcribit *Handed. conſil. 55. num. 45. lib. 2.*
60 Dubius enim dici non poteſt caſus deciſus in pro-
priis terminis per 30. Doctores, qui concludentiſſimis
juribus, & rationibus moventur, ex quibus vix
decem contradicunt, nil tamen adducentes, quod
61 non facilè admodum reſolvatur; quinimò ubi etiam
fuiſſemus in dubio, in dubio pro extenſione fuiſ-
ſet reſolvendum.

Nam quod dicit *Handed.* procedit, prout ip-
62 ſemet loquitur, in fideicommiſſaria ſubſtitutione,
quæ inducit onus, odioſa eſt, & ſtrictiſſimè in-
terpretanda, at nos verſamur in ſubſtitutione dire-
cta, quæ eſt favorabilis, & latiſſimè interpretan-
da *Bart. in l. ſub conditione 73. n. 2. ff. de hæred. inſtit.*
amplè *Mantic. de conject. lib. 5. tit. 1. n. 2. Rot. Bo-*
non. conſ. unic. poſt deciſ. Barz. 2. num. 159.

Et hac potiſſimum ratione dicunt Doctores in 63
ſubſtitutione vulgari admittendam eſſe extenſionem
de caſu ad caſum in *l. cum proponas C. de hæred.*
inſtit. Jaſ. in l. 1. num. 24. verſ. adde quod iſtius vi-
gore ff. de vulg. & pupill. maxime quia per vul- 64
garem conſervatur teſtamentum, & ideò in dubio
latiſſima fieri debet interpretatio, & extenſio, ut
locum habeat, juxta regulam *l. in teſtamento ff. de*
reg. jur. Caſtr. in d. l. cum proponas ſub n. 2. Socc.
Jun. conſ. 106. num. 9. lib. 1. Rim. Jun. conſil. 512.
num. 79. lib. 5.

Adeout extenſio de caſu ad caſum in vulga- 65
ri ſit de natura ſubſtitutionis, ut per *Bald.* in loco
præcitato. *Decian. conſ. 1. num. 85. lib. 1. Peregrin.*
de fideicomm. artic. 34. num. 17. Franc. Viv. de-
ciſ. 513. num. 11. lib. 4.

In dubio igitur eſſet facienda extenſio juxta 66
regulam, & naturam ſubſtitutionis vulgaris, quod
& *Handed.* admittit dict. *conſ. 55. num. 49.* maxi-
mè in propoſito, ubi teſtator eximiam voluntatem, 67
& deſiderium oſtendit habendi hæredem ex teſta-
mento, cum in caſu præmorientium filiarum, ne-
dum ſubſtituit earum filios maſculos (ut ſupra quo-
que attigimus) ſed addiderit etiam alium gradum,
ut ſi non extarent maſculi, hæredes eſſent fœmi-
næ, quod ſatis oſtendit ipſum voluiſſe omninò ex-
cludere tranſverſales, propriosque deſcendentes il-
lis præferre juxta præſumptionem *l. cum avus ff. de* 68
condit. & demonſtrat. l. cum acutiſſimi C. de fideicom.
ac juxta naturale votum parentum. *l. ſcripto in fin.*
ff. unde liber. l. cum ratio in princip. ff. de bon. damn.
Undè talis voluntas debet benigna interpretatione 69
adjuvari, non autem per ſubtilitates ſubverti, cum
excluſio deſcendentium, etiam fœminarum propter
tranſverſales agnatos ſit abſurda, & iniqua *Caſtren.*
conſ. 47. verſic. ſed hic ſequeretur circa med. lib. 1.
irrationabilis, & contra omnem humanitatem, &
benignitatem *Corn. conſ. 125. ſub num. 1. verſic. &*
ſic inhærendo, & verſic. ſed non eſſet humanum lib. 4.
& hæc quoad ſecundum articulum.

Alexander Zilocchius.
Marcus Antonius de Amatis.

ADDITIO

ARGUMENTUM.

De repudiatione hæreditatis ex quibus reſultet, *de*
Statut. Florent. lib. 2. rubr. 29. & ejus vi decli-
nanda, de ſolemnitatibus in repudiatione ab eo
requiſitis, quos non afficiant.

SUMMARIUM.

1 *REpudiatio, ſicut aditio non minus ex factis,*
quam ex verbis reſultat, & de circumſtan-
tiis repudiationem inducentibus remiſſivè.
2 *Verba* -- nolo adire hæreditatem -- *vel* -- ego non
ſum hæres -- *an importent abſolutam repudia-*
tionem, vel potius voluntatem ſuſpenſivam.
3 *Aditio facta cum proteſtatione ſe velle gaudere*
beneficio inventarii, non alias &c. inventario
non facto remanet infecta.
4 *Declara hoc ſolum procedere ubi aditio non ſit fa-*
cta de præſenti, ſed collata in certum caſum,
vel diem, vel ſub conditione, ſecus ſi facta ſit
de præſenti, tunc enim proteſtatio dicitur adje-
cta ad præſervandum beneficium, & ad qualifi-
candam aditionem.
5 *Refertur* Statut. Florent. lib. 2. rub. 29. *& qui*
ſuper eo ſcripſerunt.
6 *Ejus vis quomodo declinari valeat per eos, qui*
alia

alio jure, quam hæreditario velint possidere.
7 *Solemnitates per dictum Statutum requisita in repudiationibus non ligant Ecclesiasticos.*
8 *Nec in eo comprehenduntur minores.*
9 *De restitutione in integrum adversus legati repudiationem Ecclesiæ competenti remissivè.*

QUod dicitur contrariorum eamdem esse disciplinam, optimè procedit in materia aditionis, & repudiationis hæreditatis, qui cum sint termini correspectivè oppositi, in multis a pari procedunt, adeout sicuti nuda voluntate quis efficitur hæres, ita contraria deliberatione illicò ab hæreditate excludatur, & sicuti hujusmodi adeundi vo-
1 luntas non minus ex verbis, quam factis colligitur,
ita voluntas repudiandi tam ex verbis, quam ex factis resultat, quemadmodum pluribus circumstantiis enumeratis, ex quibus eadem erui potest, scripserunt latè *Alderis. de hæred. action. par. 1. cap. 12. num. 1. & num. 24. & seqq. & n. 50. & seqq. Gallerat. de renunciat. lib. 1. cap. 2 num. 2. & seqq. Rot. nost. apud Palm. Nep. decis. 133. ex num. 9. & decis. 352. num. 16 & decis. 352. n. 13.*

De aliquibus tamen verborum formulis, an importent positivam, & absolutam repudiationem, vel
2 potius voluntatem suspensivam, & animum delibe-
11 Quamplures alias limitationes, & declarationes circa hanc quæstionem, an appellatione hæredum veniant omnes hæredes tam bonorum, quam sanguinis, vel soli descendentes, enumerant diffusè Altograd cons. 25. num. 1. & seqq. lib. 1. cons. 40. n. 18 & seqq. & cons. 91. n. 1. tom. 2. Amat. resolut. 84. n. 74. & seqq. Altolin. resolut. 39. n. 23. & seqq. resolut. 40. num. 3. 35. & seqq. resol. 54. n. 30. 97. & seqq. & resol. 74 n. 10. & 13. Palm. Nep. alleg. 86. ex n. 23. alleg. 237. n. 32. alleg. 293. n. 16 & alleg. 299. n. 15. & seqq. Rodulphin. alleg. 3. num. 8. alleg. 68. per tot. & alleg. 109. n. 1 Rocc. disput. 107. num. 27. Gob. consult. 82. n. 26. & seqq. tom. 1. & consult. 4. n. 19. fol. 28. consult. 12. n. 9. & 10. fol. 71. consult 57 n. 11. & 12. fol. 414. & consult. 69 num 35. & seqq. fol. 496. tom 2. Barbos. de appell. verbor. signific. appell. 113. per tot. Castill. quot. controvers. lib. 5. cap. 96. Fusar. de substit. quæst 339 Peregrin. de fideicom. artic. 32. Gabriel tit. de verb. signific. conclus. 2. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 14. Menoch. de præs. lib. 4 præs. 130. Rot. Marchiæ apud Venciol. dec. 41. in causa Asculana n. 28. & seqq. latissimè Rot. Senen. dict. decis. 32. n. 3. & seqq. coram me. Bonden. collect. 3 n. 89. collect. 34. n. 60. tom. 1. collect. 11. num. 56. & seqq. tom. 2. & miscell. juridic. docum. 43. n. 15. fol. 58 Rot. Rom. post eum dec. 32. n. prim. & seqq. & dec. 65. n. 1. Paulut. dissert 62. num. 96. Rota post dissert. 62. ejusdem dec. 5. n. 43. & 44 fol. 296. tom. 2. Torr. de pact. futur. success. cap. 2. n. 11. 37. & 38. & cap. 15. n. 62. & seqq. Rot. post eum dec. 51. n. 17. dec. 55. n. 14. & 18. dec. 62. n. 7. dec. 172. n. 5. dec. 199. n. 22. & in Mantiss. dec. 1. n. 15 & 16. & de Primogenit. cap. 35. n. 117. & 118 fol 280. tom. 1. & quæst. 44 n. 50. fol. 274. & quæst. 61. n. 2. fol. 418. tom. 2. Rot. post eum dec. 17. n. 3. & 29. & quæst. legal. lib. 2. tit. 6. quæst. 4 n. 14. fol. 17. tit. 7. quæst. 8. num. 46. & seqq. fol. 126. Rot. apud eum miscellan. part. 1. tit. 12. decis. 27. n. 19. fol. 692. De Luc. de fideicom. disc. 125. ex num. 6. de hæred. disc. 4. num 6. & seqq. de feud. disc. 111. n. 3. & seqq. de regalib. disc. 5. n. 15. & seqq. Rot. post eum in celebri Asculana Fideicommissi, & Donationis de anno 1686. & 1687 de fideicom. in Mantiss dict. dec. 67. n. 5. & seqq. & dict. dec. 68. n. prim. & pluribus seqq. coram Emerix Jun. dec. 1114. ex n. 8. dec 1218 n. prim. & seqq. dec. 1239 ex n. 2. dec. 1256 n. 13 Ansald. dec. 38. n. 24 & seqq. & dec. 89. n. 50. Caprar. dec. 358 n. 4 & seqq. in recent. dec. 52. num. 3. & seqq. dec. 345. n. 12. & seqq. & dec. 643. n. 8. part. 19. & in Ariminen. Fideicommissorum 8. Februarii 1715. §. in eos, & seqq. coram Cerro, in Romana seù Terracinen. Immissionis 24. Januarii 1727. §. demonstrata cor. R. P. D. Calcagnino in Romana Manutentionis, seù Evictionis 3. Martii 1727 §. objectum coram R. P. D. Ratto, in Recineten. Immissionis 21. Martii ejusdem anni §. maioris, & seqq. coram R. P. D. Nunez, in Bonon. Domus super fideicommisso Antonii Mariæ 12. Maii 1727. per tot. coram Reverendissimo Aldrovando in Buren. Beneficii 27. Junii 1727. §. obesse coram R. P. D. Cincio.

Cum verò ex conjecturis supra recensitis, aut ex dispositionis contextu evincitur, quod appellatione hæredum solos hæredes sanguinis vocare, aut substituere intellexit testator, magna est controversia inter DD. an descendentes, qui vocantur sub illo nomine hæredum teneantur accipere bona fideicommissi cum qualitate hæreditaria respectu ultimi gravati, cui sunt substituti, & verior, & ma- 12
gis recepta opinio est, quod in ipsis non requiratur qualitas hæreditaria bonorum, sed solum illa sanguinis juxta doctrinam Rip. in l. ex facto §. si quis ita n. 2. ff. ad trebell. quem communiter sequuntur Natt. cons. 537. n. 20. 21. Paris. cons. 55. n. 5. & seqq. lib. 2. Menoch. cons. 489. num. 3. 4 Decian. cons. 38. n. 3. lib. 4 Giovagn. respons. 36. n. 18. lib. 2. Beniel. cons. 61. n. 16. Petr. de fideicomm. quæst. 5. n. 179. Peregr. eod. tract. artic. 32. n. 9. & sub num. 43. vers. quia tum Fusar. de subst. quæst. 340. n. 1. & seqq. Altolin resol. 73. n. 56. 67. Capyc. consult. 10. sub num. 64. Castill. quotid. controv. lib. 5. controv. 96. n. 33. Hodiern. ad Surd. decis. 85. n. 17. Franc. decis. 153. num. 14. & seqq.

Gri-

Grivell. decis. Dolan. 18. *n.* 57. *vers. nam respondeo primo. Herennius Massin. in dec. Januen.* impress. apud *Balduct. decis. & rer. judic. tit.* 3. *decis.* 49. *n.* 1. & 2. plenissimè *Rot. Senen. dict. dec.* 32. *n.* 12. & pluribus *seqq. coram me Rot. Roman. coram Cels. dec.* 357. *n.* 6 7. *coram Bich. dec.* 605. *n.* 4. *coram Cerr. dec.* 513. *n.* 5. *& in recent. dec.* 216. *n.* 1. *& seqq. par.* 5. *decis.* 269. *n.* 2. *& seqq. p.* 14.

Aliter enim si descendentes, & sangeinis hæredes deberent accipere fideicommissum cum qualitate hæreditaria respectu oltimi gravati, substitutio illosoria redderetur, aut quia non possent vindicare alienata a gravato, aut quia in ipsius facultate esset eos a fideicommisso excludere instituendo in bonis extraneos, ut animadvertunt omnes supraciteti DD., & præcipuè *Dec. cons.* 28. *n.* 5. *Natt. cons.* 531. *num.* 20. *&* 21. *Castill. quotid. contr. lib.* 5. *controv.* 96. *num.* 33. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 32. *num.* 9. *vers. sed contra num.* 43. *Fusar. de substitut. quæst.* 340. *num.* 2. *De Ros. consult.* 45. *n.* 15. *&* 16. *Franc. decis* 153. *num.* 14. *&* 15. abundè *Rot. Senen. dict. decis.* 31. *num.* 17. *& seqq. cor. me. Rot. Rom. cor. Cels. decis.* 357. *num.* 6. *& in retent. decis.* 269. *num.* 23. *p.* 14.

Controverti etiam persæpè solet inter hæredes ultimi gravati, & vocatos ad fideicommissum, an acquisitiones factæ e gravato de bonis, aut pecunia hæreditaria pro se, & hæredibus, intelligantur factæ pro hæredibus fideicommissariis, an pro hærede bonorum ipsios gravati; & DD. communiter decidunt, qood in stipulatione pro se, & hæredibos veniunt solum hæredes bonorum gravati, 14 non substituti in fideicommisso, & res ita acquisitæ non veniunt in restitutione fideicommissi, sed substitutis datur actio tantom ad pretium pro rebus distractis a gravato *Bartol. in l. Imperator. §. cum autem num.* 1. *ff. de legat.* 2 *Menoch. cons* 213. *n.* 23. *Peregrin. cons.* 31 *num.* 11. *vers. secundus casus est lib.* 4. *& in tract. de fideicomm. art* 44. *num.* 28. *de Luc. eod. tract. disc.* 177. *num.* 4. *Salgad. labyr. credit. par.* 2. *cap* 20. *num.* 17. *Hodiern. ad Surd. decis.* 15. *num.* 67. *Rot. Rom. decis.* 411. *n.* 14 *&* 15. *post Cenc. de censib. cor. Buratt. decis.* 784. *num.* 1. *&* 2. *coram Duran. decis.* 63. *num.* 2. *cor. Cerr. decis.* 286. *num.* 3. *& in recent. dec.* 308. *n.* 5. *p.* 11.

15 Hæres enim gravatus non cogitur esse procurator, sive negotiorum gestor pro fideicommisso, & in dubio, quando aliud non exp imit, præsumitor voluisse acquirere ad sui, & hæredum commodum, non autem fideicommissi *l. postulante §. sed & in hujusmodi ff ad Trebell. Peregr. cons.* 31. *n.* 11. *vers. secundo quia haret, & de fideicomm. artic.* 44. *num.* 28. *vers. nam non cogitur. Fusar. de substitut. quæst.* 627. *num.* 8. *& seqq. Molin. de primog. Hispan. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 25. *de Luc. de fideicomm. disc.* 177. *sub num.* 4. *Rocc. disput. select. cap.* 46. *n.* 44. *Rot. Rom. coram Buratt. decis.* 784. *num.* 1. *&* 2. *post Cenc. de censib. decis.* 421. *num.* 4. 14. *&* 15. *coram Cerr. decis.* 403. *num.* 4. *cor. Emer. dec.* 1143. *n.* 3. *cor. Duran. decis.* 63. *num.* 1. *& seqq. & in recent. decis.* 308. *num.* 4. *par.* 11.

16 Supradicta tamen conclusio communiter a DD. declaratur non habere locum, cum intercedit præceptum testatoris de investiendo pecuniam fideicommissariam pro fideicommisso, hoc enim casu non obstante stipulatione pro se, & hæredibus acquisitio censetur facta hæreditati, & ad commodum fideicommissi, & venit in restitotiune favore substitutorum *Andreol. controv.* 125. *num.* 11. *Molin. de primogenit. Hispan. lib.* 4. *cap.* 4. *sub n.* 34. *Fusar. de substitut. quæst.* 627. *num.* 27. *Peregr. decis. Patav.* 2. *sub num.* 9. *Surd. decis.* 15. *num.* 28. *&* 29. *Rot. Rom. post de Luc. de dot. decis.* 6. *num.* 2. *&* 6. *in Mantiss apud Torr. de majorat decis.* 53. *num.* 5. *tom.* 3. *cor. Cerr. decis* 33. *num.* 1. *& seqq. dec.* 286. *num.* 5. *cor. Buratt. decis.* 685. *num.* 7. *& in recent decis* 653. *num.* 2. *par.* 3. *decis.* 70. *num.* 3. *par.* 9 *decis.* 308. *num.* 4. *& seqq. par.* 11. *decis.* 42. *n.* 2. *& seqq. par.* 16.

Declaratur etiam non procedere in subsidium, 17
existente scilicet hæreditate gravati non solvendo; hoc enim casu res empta ex pecunia hæreditaria, vel ex pretio rei hæreditariæ efficitur hæreditaria, & venit in restitutione favore substitutorum, ut firmant *Andreol. controv.* 125. *num.* 12. *Urceol.* olim Rot. Florent. Audit. *consult. for. cap.* 100. *num.* 46. *Rot. Florentin. apud Magon. decis.* 9. *num.* 3. *Rot. Rom. cor. Buratt. decis.* 784. *num.* 10. *& dec* 874. *num.* 2. *&* 3. & in ejus confirmatoria *cor. Duran. decis.* 63. *num.* 3. *& seqq.*

Quam tamen declarationem intelligendam esse 18
limitant DD. si hujusmodi res reperiatur in hæreditate ipsius gravati, alias enim si sit in tertium distracta titulo onceroso, non competit fideicommissario subsidiaria rei vindicatio *Urceol. dict. consult.* 100. *num.* 47. *Coll. de remed. subsid. remed.* 12. *sub num.* 4. *Fusar. de substitut. quæst.* 627. *num.* 44. *Merlin.* Rot. Florent., & postea Magni Ducis Etruriæ olim Audit. *de pignor. lib.* 1. *quæst.* 11. *n.* 11. *&* 12. *Rot. Rom. cor. Buratt. decis.* 874 *n.* 9.

F L O R E N T I N A
Fideicommissi.

23. *Octobris* 1604. *ex Lib. Motiv.* 87. *a* 243.

A R G U M E N T U M.

Filiorum appellatione in dispositione conditionali veniunt omnes descendentes. Capacitas substituti attenditur de tempore purificatæ conditionis. Frater otrinque conjunctus exclodit in successione fratris conjunctum ex uno tantum latere. Distinctio de provenientia bonorum quo casu procedat. Hæreditas ab infante non adita ad patrem dumtaxat transmittitor.

S U M M A R I U M.

1 *Filiorum appellatione in testamentis non veniunt nepotes.*

2 *Limita in dispositione conditionali, & in futurum eventum collata.*

3 *Capacitas substituti consideratur tempore purificatæ conditionis, non factæ dispositionis.*

4 *Dispositio* l. 1. §. proximior ff. unde cognati, *quod concepti post mortem testatoris non succedant, non habet locum in dispositione ex testamento.*

5 *Prima causa successionis, nullis extantibus ascendentibus pertinet ad fratres utrinque conjunctos.*

6 *Nulla habita ratione fratrum ex uno latere conjunctorum, & unde bona proveniant.*

7 *Distinctio de provenientia bonorum an a patre, vel a matre locum habet dumtaxat, quando frater reliquit uterinos, & consanguineos, tunc enim in bonis patris succedunt consanguinei, & in bonis matris uterini.*

8 *Hæreditas infanti delata, & non adita ad patrem transmittitur.*

9 *Fructus debentur fideicommissario a die purificati fideicommissi.*

DE-

DECISIO XLII.

In Cauſa Majani, e Foraſaſſi.

Michael de Mazzettis inſtituto Franciſco ejus filio hærede univerſali, cui abſque filiis decedenti ſubſtituit filios, & deſcendentes maſculos Eliſabeth, & Franciſcæ ejus filiarum. Deceſſit hæres inſtitutus ſine filiis, & pariter D. Eliſabeth, ſuperſtite ſola Dom. Franciſca, & ex ejus primo, & ſecundo matrimonio multi filii geniti ſunt, quorum nonnulli in puerili ætate, & unus in infantili obierunt. Hinc ortæ ſunt multæ difficultates inter filios, matrem, & vitricum ſuperſtites.

Prima an cum tempore mortis teſtatoris unus tantum ex ſubſtitutis eſſet in rerum natura, fideicommiſſum ſit ad illius ſolius favorem purificatum, an verò etiam ad favorem eorum, qui poſtea geniti, & nati ſunt.

An portio eorum, qui nati ſunt ex primo matrimonio, & poſtea ab inteſtato mortui, ſpectet æquo modò ad matrem, & fratres tam uterinos, quam utrinque conjunctos, an verò ad iſtos tantum.

Tertia an ad portionem illius, qui ex ſecundo matrimonio natus deceſſit in infantili ætate, hæreditate adhuc non adita, admittatur pater illius tantum, an verò frater ſuus utrinque conjunctus.

Poſtrema quid ſtatuendum ſit circa fructus iſtorum bonorum.

Quod attinet ad primam dixi, omnes æquo
modò admittendos eſſe ad iſtud fideicommiſſum,
quia licet regulariter verum ſit, quod appellatione
filiorum in diſpoſitione teſtatoris non veniant ne-
1 potes *l. ſi cognatis ff. de reb. dub.*, & ibi latè *Soc-
cin. & Zanch. in repetit. l. hæredes mei §. cum ita
num.* 256. *ff. ad Trebell. & num.* 257. hoc tamen
intelligi debet in diſpoſitione pura, & ſimplici, non
2 autem in conditionali, & in futurum eventum col-
lata *Caſtrenſ. conſ.* 16. *ſub num.* 5. *vol.* 2. *Alexand.
conſ.* 26. *num.* 15. *vol.* 3. *Rain. conſ.* 96. *num.* 16.
& ſeqq. vol. 2. *& conſ.* 160. *eodem vol. Dec. con-
ſil.* 253. *num.* 4. *in fin. Soccin. in dict. l. ſi cogna-
tis ſub num.* 39. *& conſ.* 10. *col. fin. vol.* 3. *Pariſ.
conſ.* 71. *num.* 21, *vol.* 4 *Curt. Jun.* qui de com-
muni teſtatur *conſil.* 58. *num.* 5. *Menoch. conſil.* 1.
n. 191. *vol.* 1. *Roland. conſ.* 39. *num.* 31. *vol.* 4.,
quia capacitas ſubſtituti conſideratur tempore
3 purificatæ conditionis *Magon. deciſ. Florentin.* 91.
num. 4. *& deciſ.* 92. *num.* 37. *& ſeqq.* non autem
factæ diſpoſitionis, & in individuo, quod concepti
poſt mortem teſtatoris admittantur ad fideicom-
4 miſſum, & per conſequens, quod diſpoſitio *l. pr.
§ proximior ff unde cognat.* non habeat locum in
diſpoſitione ex teſtamento, ſed tantum ab inteſta-
to, tenuerunt poſt alios *Dec. conſ.* 445. *n.* 20. *&
conſ.* 207. *in fin. Pariſ. conſ.* 36. *num.* 12. *vol.* 2.
& ita fuiſſe judicatum in *Conſilio Neapolitano* te-
ſtatur *Franch. deciſ.* 569.

Quoad ſecundam dixi de matre nullam ha-
bendam eſſe rationem tanquam à Statuto in caſu
noſtro omninò excluſam, ut videre eſt ſub *rub.* 130.
5 *lib.* 2., ideoque perindè eſſe in caſu iſto, ac ſi
nullus ex aſcendentibus ſuperſtes ſit, quo caſu plus
quam certum eſt, primam cauſam ſucceſſionis ad
fratres utrinque conjunctos pertinere *§. reliquum
authen. de hæred. ab inteſtat. venient.* nulla habita
ratione fratrum ex uno latere tantum, & etiam
nulla habita ratione undè bona provenerint *auth.
6 itaque.* & ibi *gloſſ. & DD. C. commun. de ſucceſſ.
Alexand. conſ.* 5. *num.* 3. *vol.* 6. *Soccin. Jun. con-
ſil.* 50. *num.* 1. *vol.* 4. *Rub. conſ.* 56. *n.* 1. *Tiraquel.
de retract. lignag. §.* 14. *gloſſ.* 2. *num.* 5., & rur-
ſus in *Sylva commun. opin. lib.* 1. *opinion.* 334. *n.* 1.,
cum differentia illa, quam aliqui faciunt de bonis 7
provenientibus ex linea paterna, vel materna, ha-
beat tantummodò locum, quando frater decedens
reliquit aliquos fratres conſanguineos, & aliquos
uterinos, quia tunc conſanguinei ſuccedunt in bo-
nis venientibus ex linea paterna, uterini ex mater-
na, & in reliquis omnes æqualiter admittuntur
l. de emancipatis C. de legitim. hæredib., & ibi *Bald.
Jaſon in l. poſt dotem ff. ſolut. matrim. Corn. con-
ſil.* 47. *vol.* 1. *Alexand. conſ.* 5. *vol.* 6. *nu.* 6. *Co-
varruv. de ſucceſſ. ab inteſtat. n.* 8. *verſic. eſt ani-
madvertendum*, *Tiraquell.* ubi ſupra *num.* 4. *Vivius
opin.* 335. *num.* 1.

Quoad tertiam dixi, ſucceſſionem illius in- 8
fantis ad ſolum patrem illius pertinere per text.
in l. ſi infans C. de jur. deliber., cujus privilegium
nulli præter patrem competit, ut ibidem dicitur.

Quo verò ad poſtremam dixi, fructus una 9
cum rebus reſtituendos eſſe à die purificati in ſin-
gulorum vocatorum perſona fideicommiſſi, & ſic à
die nativitatis Dominici, & Laurentii per ea, quæ
in puncto tradunt *Peregrin. de fideicomm. artic.* 49.
num. 87. *Gabriel*, qui valdè magiſtraliter loquitur
conſ. 121. *in fin. vol.* 1.

Antonius Carinus.

A D D I T I O.

A R G U M E N T U M.

Reaſſumuntur ſingulæ quæſtiones in præcedenti deciſione reſolutæ, & latius pertractatur materia tranſmiſſionis hæreditatis ab infante non aditæ, an fiat ad patrem in præjudicium patium in gradu, & quid in terminis *Statut. Florentiæ. lib.* 2. *rubr.* 129.

S U M M A R I U M.

1 *Appellatione filiorum in ultimis voluntatibus an veniant nepotes.*

2 *Subſtitutus, ut poſſit ſuccedere, debet eſſe capax de tempore purificatæ conditionis.*

3 *Frater utrinque conjunctus excludit fratrem ab uno tantum latere in ſucceſſione inteſtata.*

4 *Declara hoc non procedere in fideicommiſſis agnatitiis, in quibus non attenditur latus maternum.*

5 *Declara ſecundò, ut non procedat in Statuto diſponente de ſucceſſione inteſtata, ſi habet conſiderationem ad conſervationem agnationis.*

6 *Statutum excluſivum fœminarum, ſi ſit conditum favore agnationis, illas non excludit favore fratris uterini.*

Et fœminæ favore fratrum uterinorum tali caſu non faciunt numerum, nec partem, ibidem.

7 *Declara tertiò concluſionem, de qua num. 3. ſi teſtator habuiſſet reſpectum ad patrem, nam tunc latus maternum non attenderetur.*

8 *Prædictæ declarationes procedunt nedum quando agitur de pluribus fratribus fratri defuncto ſuccedentibus, ſed etiam quando cum eis concurrerent nepotes ex fratre præmortuo.*

Nec attenditur ſi fideicommittens ſit tranſverſalis ultra primum gradum, ibidem.

9 *Frater decedens relictis conſanguineo, & uterino, conſanguineus ſuccedit in bonis ex linea paterna, & uterinus in quæſitis ex linea materna;*

Sed ſi adeſſet Statutum excludens fœminas utriaque conjunctas propter fratres conſanguineos, intelligeretur ab hæreditate patris, non matris, ſi præ-

si præcisè non disponeret de bonis maternis, ibidem.

10 *Hæreditas materna filio infanti delata ad patrem transmittitur ex beneficio* l. si infanti.

11 *Declara, ut huic beneficio locus non sit, quando cum patre concurrunt sorores pares in gradu.*

12 *Sorores non excluduntur a Statuto Florent.* lib 2. rub. 130. *per solam existentiam masculorum, nisi isti actualiter succedant.*

13 *Masculi tali casu transmittunt hæreditatem non aditam cum facultate excludendi fæminas favore filiorum, & descendentium, non favore patris, aliorumque ascendentium, & extraneorum.*

14 *Statutum Florentinum* lib. 2. rub. 129. *admittit transmissionem hæreditatis maternæ in extraneos.*

15 *Sed hoc Statutum loquitur de dote, nec habet locum in hæreditate materna.*

16 *Nec minus habet locum in præjudicium parium in gradu.*

Contrarium in hoc sentientes reprobantur, ibidem.

17 *Infans non potest adire hæreditatem maternam sibi delatam.*

18 *Sed pater illam pro eo adire debet.*

19 *Adita non præsumitur, ex quo pater retinuerit dotem maternam.*

Sed vide num. 21.

20 *Pater quid observare debeat in aditione hæreditatis pro filio infante.*

21 *Quando talis hæreditas dicatur infanti delata.*

Ad num. pr.

1 APpellatione filiorum in ultimis voluntatibus quando veniant nepotes, aliique descendentes dixi plenè supra in *addit. ad decis. 9. num. 1. & seqq.*, & ferè *per tot.*

Ad num. 3.

2 Substitutus, ut succedere possit, debet habere qualitates requisitas, & capacitatem de tempore purificatæ conditionis, & quando, vide quæ scripsi infra in *addit. ad decis.* 53.

Ad num. 5.

Frater utrinque conjunctus in successione fratris ab intestato defuncti excludit fratrem ex uno
3 tantum latere conjunctum juxta text. literales in *Auth. defuncto C. ad Senat. Consult. Tertullian. auth. cessante C. de legitim. hæredib. auth. itaque C. commun. de success. de Luc. de fideicomm. disc.* 20. *n.* 3. *& seqq. Rot. Lucen. apud Mans. consult.* 31. *num.* 2. *tom.* 1. *Rot. Florent. apud Magon. decis.* 148. *n.* 1. *& apud Palm. Nep. decis.* 045. *num.* 08. *& seq. Rot. Rom. cor. Royas decis.* 386. *num.* 3. *&* 11. *in recent. decis.* 445. *num.* 17. *par.* 19.

Sed hoc non procederet in fideicommissis agnatitiis, in quibus non attenditur latus maternum, tamquam impertinens, sed conjunctio per medium paternum agnationis conservativum, quod cum æ-
4 qualiter concurrat tam in conjunctis ex latere paterno tantum, quam in conjunctis ex utroque latere, omnes æqualiter ad successionem in fideicommissis hujusmodi admitti debent *Rot. Florent. apud Palm. Nep. dict. decis.* 245. *num.* 29. *& seqq.*, & plenè fundat *Rot. Rom. coram Royas dict. dec.* 386. *num.* 1. *& per tot. in recent. decis.* 437. *num.* 15. *& seqq. & decis.* 445. *n.* 17. *par.* 19.

Hoc idem dicendum esset, si Statutum disponendo de successione intestata in mente, & consideratione haberet conservationem agnationis, nam tunc ab eodem patre progeniti æqualiter succedere deberent, non attento, quod aliqui essent conjun-
5 cti defuncto ab utroque latere, & alii a latere paterno tantum, quia conjunctio ex latere materno in nulla habetur consideratione, ut in specie *Ger. Spin. cons.* 78 *per tot. Cabal. cons.* 10. *n.* 4. *to.* 2. *Cratian. discept.* 661. *num.* 13. *& seqq. Cyriac. controv.* 353. *num.* 32. *& seqq. Caren. resolut.* 171. *n.* 8. *Rot. Lucen. apud Mans. consult.* 31. *num.* 3. *& seqq.* ubi reiicit contrarios, & latè examinat verba Statuti *tom.* 1. *Rot. Florent. apud Palm Nep. dict. decis.* 045. *num.* 30. *&* 31., ubi contrariæ auctoritates adducuntur, & reprobantur *Rot. Rom. cor. Burat. decis.* 802. *in fin.*

Undè jure merito decisum fuit per *Rot.* quod stante Statuto exclusivo fœminarum propter masculos, si istud fuisset conditum pro conservanda agnatione, non haberet locum favore fratris uterini, 6
ad cujus commodum fœminæ non censerentur exclusæ, ut videre est in *Viterbien. Legitima* 1695. *coram bo. me. Muto* impress. post *Albit. de incons. in judic. decis.* 67. *num.* 4. *cum tribus seqq.*, ubi plures concordantes allegantur, & reiiciuntur contrarii, & subditur quod fœminæ ad commodum fratrum uterinorum non faciunt numerum, nec partem.

Et ex eadem ratione si testator in vocatione filiorum habuisset respectum ad fratrem, non esset inspicienda conjunctio per latus maternum, sed omnes, qui ab eodem patre descendunt æqualiter admitti deberent, cum omnes æqualiter conjuncti 7
sint personæ, ad quam respectum, & contemplationem habuit testator, ut ex pluribus abundè probat *Rot. coram Royas* citat. *decis.* 386 *n.* 7. *& seqq.*

Et quod dictum est de pluribus fratribus alteri fratri defuncto succedere contendentibus, procedunt etiam, si ad successionem concurrant frater utrinque conjunctus cum nepotibus ex fratre prædefuncto conjunctis ex uno tantum latere, cum isti subingrediantur in locum patris præmortui, & per repræsentationem succedant tamquam frater, & 8
pater respectivè, non tanquam illius filii, & respectivè nepotes, ut in nostris terminis prosequitur *Rot. in recent. dict. decis.* 437. *num.* 16 *& seqq. & decis.* 445. *num.* 2. *& seqq. par.* 19., ubi quod hoc locum habet etiamsi fideicommittens sit transversalis longè ultra primum gradum.

Ad num. 7.

Quod frater ab intestato decedens relictis fratre consanguineo, & uterino, consanguineus succedat fratri consanguineo in bona provenientibus ex linea paterna, & uterinus in quæsitis ex linea materna, plenissimè *Torr. var. jur. quæstion. tom.* 1. *tit.* 2. *de substitut. & fideicomm. quæst.* 6. *num.* 24. 9
& plurib. seqq. usque ad fin. fol. 230. sed si adesset Statutum excludens fœminas utrinque conjunctas propter fratres consanguineos, & non disponeret præcisè de bonis maternis, intelligeretur solum ab hæreditate patris, non matris *Castrens. in §. itaque C. commun. de success & cons.* 291. *per tot lib.* 2. *Cephal. cons.* 318. *num.* 54. *Peregrin. cons* 51. *n.* 11. *lib.* 1. *Gabriel cons.* 6. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 1. *Ciarlin. controv.* 80. *num.* 3. *&* 11. *Cyrocc. disceptat.* 23. *sub num.* 23. *Brun de Statut. fœmin. exclus. art.* 8. *quæst.* 15. *num.* 15. *Mart. de success. legal. part.* 3. *quæst.* 4. *artic.* 4 *num.* 5. *Michalor. de fratr. cap.* 3. *num.* 08. *&* 33. *Torr. variar. jur. quæst.* loco mox citato. *Rot. Florent. apud Magon. decis.* 148. *n.* 16. *Rot. Rom. cor. Cavaler. dec.* 50. *n.* 1. *&* 2.

Ad num. 8.

Hæreditas materna filio infanti delata ad patrem transmittitur ex beneficio *l. si infanti* 18. *C. de jur. deliberand.*, ibique Scribentes omnes, & signanter *Bruneman. in l. potuit* 5. *& l. si infanti* 18.
num. 7. *C. eadem*, plenè *Altograd. cons.* 81. *n.* 14 10
& seqq. & cons. 83. *num.* 1. *& per tot. lib.* 1., ubi magistraliter materiam examinat. *Venturin. cons.* 42. *num.* 86. *tom.* 2. *Fachin. controv. jur. lib.* 13. *cap.* 37. *lit.*

litt. D. pleniſſimè *Noal. de tranſmiſſ caſ* 8 *n.* 11.
& plurib. ſeqq., ubi multipliciter ampliat, decla-
rat, & limitat, *& num.* 156. *& ſeqq. Rot. Florent.*
ſupra *deciſ.* 9. *num.* 24. *& ſeqq.*, & ego in *addit.* ibi-
dem *num.* 115 *& ſeqq.*

Declara tamen, ut huic beneficio *leg. ſi in-*
fanti locus non ſit favore patris, quando concur-
11 runt ſorores pares in gradu, quibus magis debetur
hæreditas hujuſmodi, quam patri, illaque ad eas
devolvitur *Balduc. ad Ramon. obſerv.* 77. *n.* 28,
& abundè fundat *Altograd. dict. conſ* 82 *num.* 26.
& plurib. ſeqq. & conſ. 83. *num.* 21. *& per tot lib.* 1.
& ſignanter *n.* 37. *& ſeqq.*, ubi plures Rotæ Flo-
rentinæ deciſiones refert, & juxta per eum dedu-
cta reſolvit *Rot. noſt. in Florentina Succeſſionis* 8. *Ju-*
lii 1648. §. *quatenus verò*, *& ſeqq.* infra imprim.

Nec refragatur Statutum Florentinum *lib.* 2.
rubr. 130. fœminas excludens propter maſculos,
quia quando frater infans non ſucceſſit matri, il-
lius hæreditatem adeundo mediante perſona patria,
ſorores non remanent excluſæ, per ſolam enim
exiſtentiam maſculorum fœminæ a ſucceſſione non
arcentur, niſi maſculi hæreditatem adeant, & actua-
12 liter ſuccedant, ut omiſſis generalibus in præciſis
noſtris terminis proſequitur *Altograd. dict. conſ.* 82.
num. 17. *& ſeqq.*, & citat. *conſ* 83. *n.* 102. *lib.* 2.,
ubi loquitur in terminis Statuti noſtri Florentini,
& plures alias individuales auctoritates allegat, &
annuens ejus ſcriptis *Rot. noſt.* in eadem cauſa, ubi
ſupra §. *ex diſpoſitione*, *& ſeqq.*

Haud relevante, quod hæreditas delata ma-
ſculis, & ab ipſis non adita tranſmittatur cum fa-
cultate excludendi fœminas. & propterea hoc ſuf-
ficiat ad fœminarum excluſionem tali modo ſubro-
gando tranſmiſſarium in locum fratris in infantia
defuncti, quia Statutum excludit fœminas favore
13 filiorum, & deſcendentium, ad quorum commo-
dum præſumitur directa intentio matris defunctæ,
non favore patris, aliorumque aſcendentium, vel
extraneorum, ad quos non tranſmittitur jus ex-
cludendi fœminas, quod normam, & regulam de-
ſumit a præſumpta voluntate matris defunctæ, ut
in puncto Statuti Florentini *Jaſon conſil.* 201. *n.* 4.
lib. 2., & latius explicat *Altograd.* ſæpecitat. *con-*
ſil. 82 *num* 29. *& ſeqq.*, ubi latè declarat auctori-
tates contrarias, *& conſ.* 83. *lib.* 1.

Minus obeſſe valet Statutum Florent. *lib.* 2.
14 *rub.* 129. admittens tranſmiſſionem hæreditatis ma-
ternæ in extraneos, quia Statutum prædictum lo-
15 quitur ſolum de dote, nec habet locum in hære-
ditate materna, nec in præjudicium parium in
16 gradu, ut fusè probat *Altograd.* ſæpeallegat. *con-*
ſil. 83. *num.* 94. *& plurib. ſeqq. lib* 1., ubi plu-
res deciſiones Rotæ Florentinæ adducit, & contra-
riis auctoritatibus reſpondet, & ſignanter *deciſ.*
Florent. 148. *apud Magon.*, & in caſu *Altogr. Rot.*
noſt. ſupra citata §. *non conſtito*, *& ſeqq.* non ob-
ſtantibus contrariis auctoritatibus relatis per *Bal-*
duc. ad Ramon. obſerv. 77. *cap.* 3. *n.* 29. *& ſeqq.*

17 Adverte hic, quod hæreditatem maternam
infanti delatam ipſe adire non poteſt, benè tamen
18 poteſt pater illam pro eo adire, ſed adita non præ-
19 ſumitur ex non facto, ex eo nempè, quod pater
retinuerit penes ſe dotem ſuæ uxoris, & matris e-
juſdem infantis, eamque non reſtituerit, & quid
20 pater obſervare debeat in dicta aditione, ut vali-
dè fiat latiſſimè in individuo hujus noſtri caſus *Al-*
tograd in Cauſa Florentina ſcribens *conſ.* 81. *per*
tot. lib. 1., & in ejus favorem reſolvens *Rot. noſt.*
dict. deciſ. infra imprimend. §. *nec relevat*, *& plu-*
rib. ſeqq., ubi plenè, & vide etiam in hoc puncto
21 *Braneman. in d. l. potuit* 5. *& l. ſi infanti* 18. *n.* 13.
& [illegible] dicatur delata talis hereditas *Fachine.* 22
contro. [illegible] *lib.* 13. *dict. cap.* 37.

FLORENTINA
Fideicommiſſi.

2. *Decembris* 1604. *ex Lib. Mot.* 87. *a* 294.

ARGUMENTUM.

Fœminæ veniunt ad fideicommiſſum relictum fami-
liæ, quando ceſſat ratio agnationis, & ſtante pro-
hibitione alienationis in perpetuum, ut bona
conſerventur in familia, fideicommiſſum exten-
ditur ultra decimum gradum.

SUMMARIUM.

1 *AGnationis ratio non dicitur conſiderata, ſi de ea non ſit facta expreſſa mentio in teſtamento.*
2 *Nec ſi de maſculis mentio facta non ſit.*
3 Familiæ *nomen comprehendit maſculos, & fœminas.*
4 *Fideicommiſſum relictum familiæ extenditur ultra decimum gradum ſtante prohibita alienatione in perpetuum, ut bona remaneant in familia.*
5 *Maximè ſi agatur contra tertium poſſeſſorem extraneum.*
6 *Interpretatio pro ea de familia contra extraneum ſemper capienda eſt.*
7 *Verbum* — deſcendentes — *comprehendit omnes deſcendentes in infinitum.*
8 *Differentia nulla eſt inter vocationem deſcendentium, & eorum de familia.*
9 *Poſſibilitas, quod adſint alii proximiores de familia non excludit fideicommiſſarium agentem, & de ratione.*
10 *Sententia habetur pro veritate, & facit non eſſe fideicommiſſum, quod alias erat, & alios aperatur juris effectus.*
11 *Judex debet temerè litigantem in expenſis condemnare pro eo tantum tempore, qua fuit temerè litigans.*
12 *Res inter alios acta tertio non nocet.*

DECISIO XLIII.

In Cauſa Monache di S. Orſola, Cavalcanti, e Lupicini.

SEntentiam Domini Judicis a quo, dum Lupi-
cinum condemnabat ad relaxanda bona, de
quibus agebatur, tanquam ſubjecta fideicom-
miſſo ex latiſſimè, & elegantiſſimè dedoctis per
eumdem Dominum Judicem, confirmavimus, & pro
Domina Sorore Daria dici etiam poſſe conſiderabam,
quod in propoſito non agebatur de conſervatione
agnationis, tum quia de ea in teſtamento mentio 1
expreſſa facta non fuit, prout requiritur ex *Dec.*
conſil. 287. *num.* 6. *& conſil.* 315. *num.* 5. *Cephal.*
conſil. 527. *num. fin. vol.* 4. tum etiam, quia te-
ſtator nullam de maſculis fecit mentionem, immò 2
expreſſè nominavit filias Roberti gravati, ut in
puncto reſolvit *Aym. Cravett. conſ.* 250. *num.* 2. *&*
in verſic. evidens, *& ſeqq.*, ubi diſcurrit per con-
jecturas, quibus colligitur teſtatorem non cogi-
taſſe de conſervatione agnationis, & faciunt quæ
tradit *Peregrin. de fideicommiſſ. artic.* 25 *num.* 26.
Surd. conſ. 96. *ex num.* 29. *lib.* 1., ubi ponderat ra-
tiones,

tiones, quibus testator videtur voluisse conserva-
re agnationem, quæ in presenti locum non habent.
3 Ex quibus, cum nomen *familia* ex conjectura vo-
luntatis testatoris, quæ ex prædictis desumitur, com-
prehendat & fœminas, ut per *Mantic. de conject.*
ultim. volunt. lib. 8. *tit.* 12. *num.* 6. verum vide-
tur in præsenti dictam Dominam Sororem Dariam,
tanquam proximiorem de familia Cavalcantium ad
fideicommissum esse admittendam.

Quatenus autem essemus in terminis agnatio-
nis conservandæ, & sic esset excludenda dicta Do-
mina Soror Daria, adhuc credebamus reliquis de
4 Cavalcantibus masculis, qui sunt in Causa, fideicom-
missum esse deferendum, licet non probaverint a-
liquem ipsorum esse infra decimum gradum, nam
quando vocatis proximioribus de familia testator
prohibet alienationem omnibus successoribus, &
vult, quod bona in perpetuum remaneant in fami-
lia, sine dubio ex mente testatoris omnes, & qui-
cumque de familia sunt successibiles, & uti tales
admittuntur, ut benè per *Covarruv. variar. lib.* 3.
cap. 5. *num.* 4. *versic. quintò hinc in fin.*, quem refert
Cephal. cons 386. *num.* 24., ubi dicit non dissensisse
Marzar. in epitom. de fideicomm. 2. *part. quæst.* 24.
in princ. junctu *versic. quintò tradit. Molin. de pri-*
mogenit. lib. 1. *cap.* 3. *sub num.* 14. *& cap.* 4. *ante*
num. 13. *Mantis.* ubi supra *dict. tit.* 12. *n.* 37. *Pe-*
regrin. artic. 30. *num.* 4. latè *Petra quæst.* 8. *n.* 507.
5 *& quæst.* 11. *ex num.* 518., ubi respondet contra-
riis, quod videtur sine dubio procedere, cum agi-
tur contra extraneum tertium possessorem, ut in
præsenti, ut alias ponderat *Lamberteng. de contract.*
minor. gloss. 11. *ex num.* 51., de quo *Petra* ubi su-
6 pra *num.* 519., & semper capienda est interpreta-
tio pro eo de familia contra extraneum *Peregrin.*
ubi supra *artic.* 13. *num.* 49. facit, quod testator
in prohibitione nominavit descendentes, & clausu-
7 la illa in fine posita -- *& hoc ideò fecit &c.* -- com-
prehendit descendentes, quod verbum denotat in-
finitatem, ultra quod de jure, attenta mente te-
statoris, non esse constituendam differentiam inter
8 vocationem descendentium, & eorum de familia
ostendit *Covarruv. dict. lib.* 3. *variar. cap.* 5. *num.* 4.
vers. secundum per totum.

9 Nec videtur obstare, quod alii proximiores
de familia sint, vel esse possint, nam cum non
compareant, nec se opponant, perinde habendi
sunt, ac si non essent ex regula *l. in lege ff. de*
contrahend. emption. Surd. decis. 149. *num* 2. *Petra*
dict. quæst. 11. *n.* 518. maxime cum agatur con-
tra extraneum. Fuimus igitur cum Domino primo
Judice in condemnando reum ad relaxanda bona,
cum declaratione tamen circa fructus, quod non
a lite contestata, sed a die publicationis nostræ
sententiæ veniret condemnandus, quia ipse usque
ad præsens videtur fuisse in bona fide, attenta
sententia alias lata inter dictum Robertum grava-
tum, & alios de Cavalcantibus, qua declaratum
fuit, ex rationibus, de quibus in ipsa, fideicom-
missum fuisse extinctum, & Roberto licuisse alie-
10 nare prædicta bona; & sententia pro veritate ha-
betur, & facit non esse fideicommissum, quod
alias erat, & alios operatur juris effectus, ut per
Rip. in l. qui Roma §. duo fratres num. 4. *ff. de*
verbor. obligat. Peregrin. de fideicommiss. artic. 6.
num 2. moti etiam sumus ex text. *in l. si quis*
inficiatur ff. depositi, per quem loquens in expen-
sis tenuit *Bartol. in l. properandum §. sive autem*
11 *num.* 2. *C. de Judic.* quod si apparet alteram par-
tium certo tempore temerarie litigasse, & certo
non, Judex secundum prædicta tempora eam de-
bet condemnare.

Partes ab expensis absolvimus ob probabilia Juris dubia, & varias Excellentissimorum Dominorum allegationes.

Quod attinet ad sententiam latam de anno 1579. inter Dominum Robertum, & alios de Cavalcantibus in causa citatos, qua fuit pronunciatum, fideicommissum, de quo agitur, ex defectu conditionum evanuisse, & sic bona potuisse libere alienari, a qua pro parte dictorum sororis Dariæ, & Thomæ de Cavalcantibus, & aliorum non citatorum extitit appellatum, eam revocavimus, seu 12
potius annullavimus ex regula *l. sæpe ff. re judicata, & totn tit. C. res inter alios actas*, & iis, quæ late deduxit Dominus prædictus Judex in causa, de qua supra victum victoribus in expensis condemnando juxta vulgaria.

Ludovicus Gamesius.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Fœminæ succedunt in fideicommisso favore familiæ instituto; secus si familia vocata sit cum expressione proprii cognominis, aut contemplata agnatio, vel adsit Statutum fœminarum exclusivum: deficientibus tamen agnatis, vel personis a Statuto contemplatis fœminæ admittuntur. In fideicommisso familiæ relicto servantur leges intestatæ successionis, quando ordo succedendi non fuit a testatore præscriptus; ideoque in collateralibus non extenditur ultra decimum gradum: exantibus verbis perpetuitatem denotantibus protrahitur ultra dictum gradum, & in infinitum, aliisque conjecturis concurrentibus fideicommissum ex prohibitione alienationis resultans quando extendatur ultra quartum gradum, aliaque plura ad materiam.

SUMMARIUM.

1 *AD fideicommissum familiæ relictum admittuntur omnes tam masculi, quam fœminæ, earumque descendentes.*

2 *Familia nomen est universale, & comprehendit tam agnatos, quam cognatos.*

3 *Maxime si ei sit adjunctum aliud nomen magis late patens, veluti* descendentia, cognatio.

4 *Limita primo regulam quando testator contemplatus fuit agnationem, quia tunc fœminæ non comprehenduntur sub nomine familiæ.*

5 *Agnationis tamen ratio habita non præsumitur, nisi expresse in testamento legatur.*

6 *Vel ex conjecturis eruatur.*

7 *Quæ tamen non leves, & æquivocæ, sed plenæ, & concludentes requiruntur.*

8 *Immo debent esse violentæ, urgentes, & efficaces.*

9 *Vel, ut alii dicunt, urgentissimæ, & violentissimæ.*

10 *Ideo non dicitur contemplata agnatio ex eo quod testator disposuerit, quod bona semper conserventur, & remaneant in ejus familia.*

11 *Ratio, quia dispositio facta favore familiæ referri valet ad posteritatem, & descendentiam amplectentem tam agnatos, quam cognatos.*

12 *Amplia etiam si verbo* familiæ *additum sit verbum* domus, *quia tunc etiam omnes tam agnati, quam cognati comprehenduntur, nec resultat agnationis contemplatio.*

13 *Limita in Italia, ubi nomen* familiæ *agnationem significat.*

14 *Reprobatur hæc limitatio utpote contra veritatem, & rece-*

& receptiorem sententiam Tribunalium.

15 *Et solum potest procedere limitatio concurrentibus aliis conjecturis agnationis contemplationem suadentibus.* Et num. 17.

16 *Veluti si fideicommissum relictum sit domui pro conservatione bonorum in agnatione.*

18 *Secundo limita principalem conclusionem, de qua supra num. 1. quando nomen familia reperitur expressum cum adjuncto cognominis testatoris, tunc enim fœminæ, earumque descendentes non comprehenduntur.*

19 *Declara at isto casu exclusio fœminarum non procedat absolute, & simpliciter, sed dumtaxat extantibus masculis agnatis, quibus deficientibus admittuntur.*

20 *Amplia declarationem etiamsi nuptæ sint in aliena familia.*

21 *Limita tertio conclusionem, de qua supra num. 1. quando in patria testatoris adest Statutum exclusivum fœminarum, cui præsumitur se conformare voluisse.*

22 *Hæc tamen conjectura uti levis a pluribus rejicitur, ideo admittenda est solum dato concursu aliarum.*

23 *Et quando admittitur, operatur exclusionem fœminarum non absolute, & perpetuo, sed temporaliter, & limitate ad casus, & personas in Statuto contemplatas.*

24 *Contra quod hæc exclusio non sit temporalis, sed perpetua, & extendatur ultra personas a Statuto consideratas.* Et de ratione.

25 *Sed prima opinio verior, & contraria auctoritates declarantur remissive.*

26 *Vocata familia, sub qua veniunt solum agnati, an vocatio restringatur ad agnatos veros, vel potius comprehendat etiam illos, qui per assumptionem cognominis sunt de familia, & agnatione artificiali tam in fideicommisso, quam in jurepatronatus remissive.*

27 *De aliis limitationibus, & ampliationibus regulæ quando fœminæ comprehendantur sub nomine familiæ remissive.*

28 *Pro succedendo in fideicommisso familiæ relicto, vel sub alio nomine collectivo non sufficit materialis existentia in familia, nec qualibet propinquitas, sed requiritur conjunctio in gradu successibili ab intestato.*

29 *Quæ successio ab intestato de Jure Civili non excedit decimum gradum, & quintum de Jure Canonico.*

30 *Et graduum computatio facienda est secundum Jus Civile, quod attenditur in regulandis successionibus.*

31 *Et an hoc procedat non obstante Statuto mandante computationem graduum fieri secundum Jus Canonicum remissive.*

32 *Declara conclusionem de comprehensione personarum usque ad decimum gradum sub nomine collectivo procedere, quando fideicommissum est inductum per expressam vocationem, secus si resultet a prohibitione alienationis, quia tunc non egreditur quartum gradum.*

33 *At hæc computatio usque ad quartum gradum non debet fieri secundum Jus Civile, sed secundum Jus Canonicum, & de ratione.*

34 *Nec in prima generatione computari debet persona primi gravati, cum nemo se ipsum generet.*

35 *Contrarium tenent alii.*

36 *At hæc secunda opinio procedere potest quando testator præcepisset attendendam esse proximitatem suam, non ultimi gravati.*

37 *Vel quando dictum fuisset in tertiam, aut quartam generationem simpliciter, non vero si prohibitio alienationis, & vocatio facta sit in ipsius quartam generationem.*

38 *Probatio generica, quod quis sit de familia, vel consanguineus, &c. non sufficit pro admissione, sed requiritur probatio existentiæ intra quartum, vel decimum gradum respective.*

39 *Maxime si familia, & agnatio habent plures ramos, & columellas.*

40 *Fortius si concurrant alii proximiores existentes in gradu de jure successibili.*

41 *Item si qualitas proximioritatis sit pluries in testamento repetita, & de ratione.*

42 *Expiratio fideicommissi post decimum gradum locum habet, quando testator simpliciter vocat familiam, domum, vel proximiores, secus si addiderit verba perpetuitatem denotantia.*

43 *Vel adsint conjectura exclusiva restrictionis vocationis ad gradus de jure successibiles, de quibus remissive.*

44 *Quibus in casibus non fit restrictio non obstante clausula* — secundum modum ab intestato succedendi —

45 *Ratio quia sicuti testator potest vocare extraneum, vel existentem post decimum gradum, ita a fortiori potest vocare conjunctos intra dictum gradum, & postea alios substituere.*

46 *Amplia ut propter verba perpetuitatem denotantia extendatur etiam fideicommissum a prohibitione alienationis resultans ultra quartum gradum in infinitum.*

47 *Contra, quod non obstantibus verbis perpetuitatem denotantibus fideicommissum resultans a prohibitione alienationis quartam generationem non egrediatur.*

48 *De auctoritate* novell. 159. Justiniani *dubitant non pauci opinantes fuisse unam ex illis, quas Tribonianus pecunia corruptus obscure, & ambigue composuit.*

49 *In pluribus locis non est usu recepta, veluti in Hispania.*

50 *Item in Regno Franciæ.*

51 *Item in Dominio Veneto.*

52. *Item Florentiæ.*

Decisio unius Judicis ab aliis duobus discordantis quando allegari possit pro causarum decisione. Ibidem.

53 *Dispositionem dictæ* novell. 159. *restringunt aliqui ad successionem translatam mediante persona pupilli, vel impuberis.*

54 *Limitatur ut locum non habeat, quando versamur in fideicommisso restitutorio, & absoluto in casu mortis, sed solum procedat quando fideicommissum est conservatorium, & in casu contraventionis.*

55 *Immo nec procedit in fideicommisso in casu contraventionis, quando sequuta contraventione testator substituit extraneum, vel agnatum in quolibet gradu existentem.*

56 *Item limitatur dicta* novella, *quando sumus in linea descendentium inter se, quia solum procedit in transversalibus.*

Prout in transversalibus, non autem in descendentibus procedit restrictio vocationis proximiorum ad decimum gradum. Ibidem.

57 *Item limitatur in fideicommisso favorabili pro conservanda familia in posteris, & descendentibus masculis ex masculis.*

58 *Sed reprobatur hæc limitatio.*

59 *Dispositio dictæ* novellæ *procedit solum ad effectum impediendi revocationem alienationis factæ in tertium post quartam generationem, secus ad effectum impediendi testatori prohibitionem alienationis in perpetuum.*

60 *Hæc quoque declaratio reprobatur.*

61 *Respondetur f damento contraria sententia desumpto ab inextricabilitate litium.*

62 *Dispositio dictæ* novellæ *non procedit in prohibitione reali.*

63 *Item quando testator usus est verbo* descendentium, *non verbo* familia, *& de ratione.*

64 *Contra quod nulla sit facienda differentia inter verbum* familia, *& verbum* descendentes.

65 *Nisi verbo* descendentes *adjecta sit dictio universalis* omnes, *vel aliud verbum denotans perpetuitatem.*

66 *Item non procedit dicta* novella *quando perpetuitas a testatore volita verbis amplis, effrenatis, & pragnantibus est expressa, & exemplifica, ut ibidem, & de ratione.*

67 *Amplia etiamsi voluntas testatoris ex conjecturis colligatur.*

68 *Restrictio ad quartum, aut decimum gradum non procedit quando de tempore conditi testamenti testator nullos habebat conjunctos vel in quarto, vel in decimo successibiles juxta Statuta localia, & de ratione.*

69 *Amplia etiamsi ita paucos habebat, ut proxima esset expiratio fideicommissi.*

70 *Maxime si agatur contra extraneum, quo casu capienda est interpretatio favore personæ de agnatione.*

71 *Dinnmeratio graduum in subjecta materia facienda est a testatore, non ab ultimo gravato.*

72 *Contra quod, facienda sit ab ultimo gravato.*

73 *Concilia, ut in casibus, in quibus attenditur proximitas gravantis, dinumeratio fiat a gravante, in casibus vero, in quibus attenditur proximitas gravati facienda sit ab ejus persona.*

74 *Nisi aliter constet de voluntate testatoris.*

75 *Etiamsi faciendus sit transitus de una ad aliam lineam.*

76 *Et ex quibus dicatur constare de voluntate testatoris, remissive.*

77 *Alii tenent tertiam opinionem, quod sufficiat existentia intra quartum, vel decimum gradum alternative, scilicet vel respectu testatoris, vel ultimi gravati.*

Hæc decisio est confirmatoria alterius præcedentis sopra impressæ in ordine *in* 34.

Ad num. 3. & seqq.

1 AD fideicommissum familiæ relictum admittuntur omnes tam masculi, quam fœminæ, ea-
2 rumque descendentes, cum verbum -- *familia* -- universale sit, & ex sui proprietate comprehendat tam agnatos, quam cognatos *l. final. C. de verbor. significat. l. cum ita legatur §. fideicommissum ff. de legat. 2. Mans. consult. 99 num. 6. tom. 9. Capys. latr. consult. 60. num. 27. lib. 1. Altograd. Jun. controv. 38, num. 2. Palm. Nep. alleg. 101. num. 20. Tondat. resolut. civil. cap. 47. n. 21, lib. 1. & cap 138. num. 21. lib. 2. Castill. controv. lib. 5. cap. 131. n. 27. & 28. Molin. de primogenit. lib. 3. cap. 4. num. 9. Peregrin. de fideicommiss. artic. 22. num. 26. Barbat. eodem tractat. par. 1. cap. 9. num. 4. 5. & 6. de Luc. de praeminent. disc. 13. num. 7. Torr. de majorat. p. 1. cap. 38. num. 248, & seqq. Fredian. de fideicommiss. differt. 8. sub num. 44. & differt. 19. n. 26. & 28.* ubi plures. *Monach. decis. Lucen. 63. num. 14. Rot. Rom. coram Coccin. decis. 1036. num 12. coram Dunozzet. Jun. decis. 46. num. 2. coram Bich. decis. 546. num. 8 & 9. coram Ludovis. decis 464. per tot. cor. Merlin. decis. 864. num. 21. & seqq. & dec. 890. n. 2. post Torr. de primogenit. decis. 56. num. 12. apud Dominum Audit. Calderon. resolut. 77. num. 69. post de Luc de fideicommiss. in Mantiss. decis. 4. num. 12. decis. 5. num. 8. & 9. & in recent. decis. 279. n. 18. par. 6. decis. 463. n. 5. par. 13. in Auximana Jurispatronatus 9. Martii 1703. §. non obstante cor. bo. me. Muto, in Romana Jurispatronatus 3. Julii 1705. §. cor. Molines, in Carpentoraten. Donationis 18. Junii 1706. §. eoque coram eodem. Rot. nost. apud Palm. Nep. alleg. 235. num. 15. & seq. & n. 20. & 21.,* & inter *decis. Lucens. divers.* ab eodem *recollect. decis. 194. num. 27. apud Samin. controv. 201. n. 126. dec. 92. n. 11. cor. me,* & supra *decis. 7. n. 20. & seq. & decis. 34. num. 13.,* ibique dixi ego in *addit. num. 3. & in Aretina prætensi Fideicommissi de Baccis 12. Septembris 1711. §. neque coram bo. me, Audit. Farsetto Jun. & in Geminianen. Fideicommissi de Cepperellis 11. Martii 1718. §. neutra in præsenti coram D. meo Audit. Urban.*

Quæ regula pro comprehensione fœminarum, 3
earumque descendentium indubitanter procedit quando vocationi familiæ junctum legitur aliud vocabulum, quod de se magis latè pateat, ut exempli gratia esset *descendentia, cognatio* &c. *Perege. cons 1. num. 11 lib. 5. Balduc. ad Ramon. cons. 16. num. 58. & seqq. com. 1. Torr. de primogen. cap. 38. n. 258. p. 1. de Luc. de praeminent. disc. 13. per tot, de jurepatronat. disc. 25, num. 5. & seqq Rot. coram Cerr. decis. 662. num. 3. & decis. 702. num. 5. post Constant. ad Statut. Urb. decis. 121. num. 7. in recent. decis. 337. num. 18. part. 17. in dict. Auximana Jurispatronatus 9. Martii 1703. §. non obstante cor. bo. me. Muto, & in Romana Jurispatronatus 3. Junii 1705. §. quin subsistat cor. Molines, in Interamnen. Jurispatronatus 22. Martii 1706. coram Eminentiss. Scotto §. non obstante, & in Bononien. Fideicommissi de Elefantutiis 25 Junii 1708. §. attamen cor. Ansald. Rot. nost. in Geminianen. Fideicommissi de Cepperellis 11. Martii 1718. §. sine dubio coram Domino meo Audit. Urbani, & in Florentina Detractionum 9. Septembris 1718. num. 3. coram me* in tertio volumine mearum decisionum imprimenda.

Recipit tamen regula prædicta plures limita- 4
tiones, quarum prima est, cum testator contemplavit agnationem, tunc enim fœminæ non comprehenduntur sub nomine familiæ, ut in individuo *Honded. cons. 75. num. 14. & seqq. lib. 1. Menoch. cons. 197. num. 48 & 49. Surd. cons. 96 n. 27. lib. 1. Gabriel cons. 132. num. 39. & 40. lib. 1. Altograd. Sen. cons. 92. num. 54. & seqq. lib. 1. Palm. Nep in Causa Florentina inter decis. Lucen. divers. dec. 192. num. 7. & seqq. Pacion. allegat. 196. num. 4. Barbos. de appellat. verbor. significat. appellat. 94 num. 18. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 88. num. 5. & 15. Fusar. de substitut quæst. 352. num. 10. & seq. Mantic. de conject lib 8. tit. 12. num. 9. & seq. Intrigliol de substitut. cent. 3. quæst. 83. num. 4. Marzar. in epitom. de fideicommiss. lib. 2. quæst. 43. Vit. decis. 10. num. 1. & seqq. Rot. Rom. coram Bich. decis. 546. num. 8. & 9. coram Dunozzet. Jun. dec 46. num 4. coram Ludovis. decis. 464 num. 11. & 12. coram Coccin. decis. 1036. num. 12. coram Buratt. decis. 272. num. 2. Rot. Florent.* supra *decis. 34. n. 19. & seqq.,* ibique dixi ego *num. 4.,* & in dicta *Florentina Detractionum 1718 n. 3. cor. me.*

Agnationis autem ratio a testatore habita non 5
præsumitur, nisi in testamento expressa legatur, ut in puncto verbi *familia* tradunt *Altograd. Sen. cons. 66. num. 82. lib. 2. Altograd. Jun. controv. 38. num. 8. & 9. controv. 70. num. 11. & 12. Torr. de majorat. cap. 38. § 5. num. 194. par. 1. & cap. 37. n. 15. & seqq. par. 2. Castill. quotid. controv. lib. 5. cap. 93. §. 16. sub num. 11. Rot. Lucen. post Balduc. ad Ramon. decis. 11. num. 7. & 8. lib. 2. Rot. Rom. coram Coccin. decis. 1036. num. 20. & seqq. coram Ludovis. decis.*

deciſ. 464. num. 12. coram Danoz. Jun. deciſ. 46 n. 13.
& ſeqq. & in recent. deciſ. 282. num. 4 par. 2. de-
ciſ. 151. num. 13. & 14. par. 5, & in generalibus
rum voluntatum mens teſtatoris pro lege habetur, ſic etiam in illa, de qua agitur, quando diſponens oſtendit voluntatem ſuam fuiſſe, quod verba perpetuitatis in prohibitione alienationis appoſita non reſtringerentur ad quartam generationem, ſed ulterius progredi deberet, donec, & quouſque duraret familia, vel exiſterent perſonæ, quibus prohibitio facta eſt, tunc enim menti teſtatoris obſequendum eſt, ſivè ita expreſſa ſit, ſivè ex conjecturis elicita, ut benè in ſpecie firmant *Azeved. conſ.* 18. *num.* 35. *Ritterſ. ad dict. novell. part.* 6. *cap.* 13. *n.* 1. *Covarruv. variar. reſolut. lib.* 3. *§. verum*. *Mart. de ſucceſſ. legal. part.* 4. *quæſt.* 21. *artic.* 15. *n.* 7. *Petr. de fideicomm. quæſt.* 8. *num.* 35. *Caren. dict. reſolut.* 162. *n.* 6. *Lara de Anniverſ. & Cappellan. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 16 *&* 17. ubi plures refert. *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 2. *n.* 21. *§. ſed diligenter prope fin. Molin. de primogenit. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 3. *Alvarad. de conjectur. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 1. *§.* 1. *num.* 26. *verſic. communis quidem*. *Caſtil. controv. lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 47. ubi alios refert. *Molin. de juſtit. & jur. dict. diſput.* 588. *n.* 1. *verſic. quarto in maioratus*. *Robles de repræſent. lib.* 2 *cap.* 29. *num.* 10. *Rota Florent.* infra dict. *dec.* 183. *n.* 22. *& ſeqq. & deciſ.* 184 *n.* 30. *& apud Palm. Nep. dict. alleg.* 235. *n.* 48. repetit. apud *Manſ. conſult.* 621. ubi plures conjecturæ enumerantur.

Prædictaque omnia, quæ de non reſtringenda 68
vocatione ad quartum, vel decimum gradum reſpectivè dicta ſunt, potiori jure procedere debent ſi de tempore conditi teſtamenti nullus extitiſſet teſtatori conjunctus in quarto vel decimo gradu, aut alio ab inteſtato ſucceſſibili ſecundum locorum ſtatuta, quia tunc ſi fideicommiſſum ultra quartum, vel decimum gradum progredi non deberet, nullus teſtator habuiſſet hæredem, & ſucceſſorem, & teſtamentum remaneret inutile, & de vento, quod dicendum non eſt, in puncto *Manſ. dict. conſult.* 454. *n.* 10. *verſic. nec tandem*, ubi alias individuales auctoritates adducit. *Peregrin. de fideicom. dict. artic.* 30. *n.* 4. *in fine*. *Fuſar. de ſubſtitut.* citat. *quæſt.* 381. *n.* 10. & latè conſiderat *Rot. Florent.* infra *dict. dec.* 183. *n.* 56 *&* 71 *& dec.* 184. *num.* 91. *& in dict. Aretina prætenſi Fideicommiſſi* 12. *Septembris* 1711. *§. minuſque ſubſiſtens coram Farſetti*, infra pariter ſuo loco, & tempore imprimend. confirmata die 21. Martii 1712. ab Incarn. una mecum judicantibus DD. Auditoribus Belluzzi, & Luci, & in fortioribus terminis quando pro-
xima eſſet expiratio ſucceſſionis ab inteſtato quod 69

ob volitam perpetuitatem fucceffio extendatur ul-
tra decimom gradum *Mauf. dict. confult.* 457. *n.* 13.
§. tanto magis.
70 Maximè fi agator contra extraneum tertium
poffeffurem, femper enim ezpienda venit interpre-
tatin favore perfonæ de agnarione, & familia con-
tra extraneom, ut profequitur *noftra decifio* hic
num. 5. *&* 6.
71 Opportunè hic qoæri poteft a qoa perfona gra-
dus dinumerari debeant, a teftatore nempe, vel
ab ultimo gravato, in qua quæftione alii a tefta-
tore, alii verò ab oltimo poffeffore dinumeratio-
nem faciendam effe contendunt, primamque opi-
nionem fequuntur in fpecie cafus noftri poft *Bald.*
& *Ancharan. Dec. conf.* 321. *fub n.* 5. *Curt. Jun.*
72 *conf.* 88. *n.* 17. relati a *Fufar. de fubftitut. quæft.* 381.
n. 14. & fecundam, quod infpiciatur perfona gra-
vati, cum hodie recepta fit ab omnibus opinin in
materia fideicommiffaria, proximitatem non a tefta-
tore, fed ab ulrimu gravato defumendam effe, ut
præter auctorirates, & Rotæ Florenrinæ decifiunes
a me relatas fupra in *addic. ad dec.* 7. *num.* 32.
& 33. in præcifis terminis hujus noftræ quæftionia
Palm. Nep. in Caufa Florentina fcribens *dict. alle-*
gat. 232. *n.* 20. *& alleg.* 233. *n.* 3 *Caftald.* citar.
confult. 126. *n.* 13. *& feqq. fol.* 386. *&* 387. *Torr.*
variar. jur. quæft. tom. 1. *tit.* 1. *de maiuratib. &*
primogenit. dict. quæft. 15. *n.* 28 *verfic. neque fub-*
fiftere fol. 85.
73 Ego credu qood hujus articuli refolutio de-
pendeat a quæftione, an attendatur proximitas gra-
vati, vel gravantis, in illis enim cafibus, in qui-
bus proximitas gravati attenditur, ab ipfios per-
fona computatio facienda eft, & in illis, in quibua
gravantis proximitas infpicieoda eft, graduum com-
potatio infpecta ipfius perfona fieri debet, ut pro-
fequitur in fpecie *Caftald.* citat. *confult.* 126. *fub*
n. 12. *fol* 386. *Fufar. de fubftitut. dict. quæft.* 381.
n. 16. *verfic. veritas autem*.
74 Verum tamen eft, quod fi conftet de mente
teftatoris, quod potius a perfona unius, quam al-
terius ex prædictis dinumeratio facienda fit, ipfius
voluntas artendi debet, ot in individuo *Manf.* in
75 Caufa Florentina *confult.* 622. *num.* 17. *Caftald. dict.*
confult. 126. *n.* 15. *& feqq.* obi quod hoc proce-
dit, etiam quando fit tranfitus de una linea ad aliam,
& ex quibus dicatur conftare de tali voluntate te-
76 ftatoris, pluresque alios refert *Peregrin. de fidei-*
comm dict. artic. 30 *n.* 5. *in fine*. *Fufar. de fubfti-*
tut. quæft. 318. *num.* 48. *&* 49. *Torr. variar. jur.*
quæft. tom. 1. *tit.* 1. citata *quæft.* 15. *n.* 29. *fol.* 85.
Rota Florent. in dict. Aretina Pratenfi Fideicommif-
fi 12. *Septembris* 1711. *§. verum verfic. habitoque*
refpectu coram Farfetto infra imprimend.
77 Nec defunt alii, qui rertiam opinionem fectan-
tur, nempe urriufque perfonam effe infpiciendam,
fufficit enim, quod fuccedere intendens ad fidei-
commiffum fit intra quartum, vel decimum gra-
dum refpectu teftatoris, vel ultimi gravati, ut re-
latis hinc inde opinionibus firmant in fpecie *Pere-*
grin. de fideicommifs. dict. artic. 30. *n.* 5. *& decif.*
Patavin. 5. *fub n.* 3. *Faria ad Covarruv. variar. re-*
folut. lib. 3. *dict. cap.* 5. *n.* 26. *in fine*.

FLORENTINA
Prætenfi Fideicommiffi
4 *Decembris* 1604. *ex lib. Motiv.* 87. *a* 300.

ARGUMENTUM.

Sententia lata contra primum fubftitutum nocet etiam fequentibus, præferrim citatis, etiam fi in judicium non comparuerint, & proteftati fuerint de refervandn fibi jura fua. Difpofitio *l. cum avus ff. de condit. & demonftr.* in fideicommiffo agnatitio locum non habet, & ex quibus ceffet contemplatio agnationis.

SUMMARIUM.

1 *EXceptia rei judicatæ in aliqua articulo non obftat, fi de eo non fuerit exacte cognitum, & principaliter actum. Et num.* 38.
2 *Difpofitio* l. com avus ff. de condit. & demonftr. *locum non habet quando fideicommiffum inductum eft favore agnationis.*
3 *Proteftatia confervat jus proteftantis.*
4 *Qui habet jus folum in fpe non dicitur habere jus certum, & cum effectu.*
5 *Fideicommiffarius conditionalis jus non habet pendente conditione.*
6 *Nec poteft in judicio petere aliquod jus fibi purificata conditione competere.*
7 *Et econverfa nec fuper ea conveniri.*
Amplia ut num. 9.
8 *Ufufructuarius, non data cohærede, eft heres etiam quoad proprietatem.*
9 *Fideicommiffaria conditionali, fi ante eventum conditionis agat, & fuccumbat, non obftat exceptia rei judicatæ. Et num.* 36.
Declara ut num. 37.
10 *Sententia lata contra fubftitutum non præjudicat alteri fubftituta.*
Contra num. 26. *& feqq.*
11 *Sententia contra alium lata non præjudicat venienti ex perfona propria.*
12 *Præfertim cum primus fubftitutus venit in judicio tanquam actor, non tanquam reus.*
Contra diftinctionem num. 44.
13 *Abfolutia ab expenfis fit ob probabilia juris dubia, & excellentium Advocatorum refponfa.*
14 *Exceptiones rei judicatæ, & notoriè non juris agentis impediunt litis ingreffum, & funt litis finita.*
15 *Et operantur, ut Judex non poffit fe in caufa intromittere.*
16 *Unica fententia terminari poffunt prætenfiones contra diverfas perfonas ab eadem caufa, & articulo pendentes, fi omnes citentur. Et n.* 31.
17 *Sententia lata contra ufufructuarium agentem nocet proprietario fcienti in iifdem cafibus, quibus lata contra creditorem nocet debitori.*
18 *Debitori nocet, cum reus affumpfit onus probandi de jure fuo, & de hoc cognitum, & difcuffum eft.*
19 *Amplia etiamfi debitor non fit citatus, fufficit enim ipfius fcientia.*
20 *Citationes operantur, ut judicium dicatur agitatum cum eo, qui fuit citatus.*
21 *Sententia nocet tertio, quando hic eft citatus, licet aliàs non noceret.*
22 *Proteftatio citati habentis jus præfens de refervando jura fua eft inutilis.*
23 *Quia non pendet a voluntate proteftantis, an citari velit, vel non, fed a juris difpofitione.*
24 *Ideo hoc cafu non relevat, nifi juftificetur ex caufa per proteftantem allegata.*

25 *Pro-*

25 *Protestatio non extenditur ad ea, quæ fierent post actum protestatum, nisi in unoquoque actu fuerit reiterata.*
26 *Sententia lata contra primum substitutum nocet sequentibus non citatis. Et num. 34.*
27 *Distingue, nisi lata sit contra primum hæredem.*
28 *Contra distinctionem.*
29 *Indistincte, & absolute procedit conclusio, quando sequentes substituti fuerunt citati. Et num. 35.*
30 *Quia, stante citatione, sententia nocet etiam habentibus solum jus in spe.*
31 *Quando jus de præsenti primi substituti, & jus de futuro sequentium substitutorum pendet ab eadem conditione, justum est unicum judicium agitari. Et de ratione.*
32 *Qui habet jus de futuro sicuti potest volens primo substituto in judicio assistere, ita & invitus in judicium trahi. Et de ratione.*
33 *Æquum non est hæredem, & possessorem singulis successive sequentibus respondere, & semper de jure suo incertum esse.*
36 *Agens conditione pendente, & succumbens iterum agere potest purificata conditione, nec repellitur exceptione rei judicatæ.*
37 *Declara conclusionem procedere, quando quis petit pure, quod debetur sub conditione, secus si petat sub conditione, & succumbat.*
39 *Verbum* proximior *comprehendit tam fœminas, quam masculos.*
40 *Agnationis ratio, & perpetuum fideicommissum cessat, cum proximior, qui potest esse fœmina, non est gravatus alteri restituere.*
41 *Prout quando nulla adest prohibitio alienationis.*
42 *Idem juris est in eo, per quod ad aliud pervenitur, quod est in ipso, ad quod perveniendum est.*
43 *Deterior non potest esse conditio prædilecti, quam minus dilecti.*
44 *Exceptio rei judicatæ obstat sequentibus, non solum cum primus substitutus fungitur jure actoris, sed etiam cum sustinet partes rei.*
45 L. eum avus ff. de cond. & demonstr. *& concord. disponunt fideicommissum inductum ab ascendente cessare, si descendens gravatus filios, vel filias, aut alios descendentes relinquat.*
46 *Judex in dubio debet sequi exemplum aliorum.*
47 *Et contra fideicommissum pronunciare.*

DECISIO XLIV.

In Causa Cerretani, Cerchi, e Zaccheria.

DUbitabilis fortè prima facie videri poterat exceptio declinatoria per D. Nicolaum de Cerretanis, & hæredes D. olim Alexandri de Cerchiis opposita contra petitionem D. Alexandri olim Vincentii del Zaccheria instantis coram Domin. Judice Quartierorum Bona in calce ejus petitionis descripta, & per dictos de Cerchiis detenta sibi una cum fructibus perceptis, & in futurum percipiendis relaxari, uti ad se spectantia in vim fideicommissi per olim Franciscum Juliani del Zaccheria in ejus ultimo testamento inducti ad favorem proximioris de ejus familia, in casu mortis D. Franciscæ ejus filiæ ante, vel post nuptias, ac post mortem D. Honestæ sororis testatoris relictæ in eumdem casum usufructuariæ, ex quo mortuis Dom. Francisca, successiveque D. Honesta, idem D. Alexander hodie actor reperitur solus proximior ex familia ejusdem testatoris.

Nam licet alias de anno 1584. in judicio pendente inter dictam D. Honestam prætendentem usumfructum dictorum bonorum adversus filios dictæ D. Franciscæ, quasi per illius mortem purificata fuisset vocatio ipsius Dom. Honestæ, saltem quoad usumfructum, etiam dicto D. Alexandro [quia idem fortè poterat prætendere respectu proprietatis] citato, judicatum fuerit, petita fieri non debere, resolutumque vocationem illam fuisse interpretandam, quatenus dicta D. Francisca decederet sine filiis [qui casus non evenit, cum duas filias superstites reliquerit] juxta terminos *l. cum avus ff. de condit. & demonstrat.* proindeque prærendi posse videatur ex parte conventorum eidem D. Alexandro obstare exceptionem rei judicatæ, immò & notorii ejus non juris, prout ad fundandam declinatoriam duas hasce exceptiones signanter proposuerunt, ita ut de hac causa tractari amplius non possit.

Nihilominus tamen adversus ejusmodi exceptiones egregiè replicabatur, immò actorem in sui
petitione omninò audiendum esse, ex quo ad ef- 1
fectum, ut sententia pariat exceptionem rei judicatæ in aliquo articulo, necesse est, ut de eo expressè fuerit cognitum, discussum, & principaliter actum, alias nunquam obstat res judicata *Bal. in l. receptitia num.* 18. *C. de constitut. pecu. in l. si Judex ff. de his, qui sunt sui, vel alien. jur. & in l.* 2. ubi omnes *C. quib. res judic. non nocet.* At eo in judicio de juribus dict. D. Alexandri non fuit actum, neque cognitum, cum ipse noluerit subire judicium, igitur sententiæ contra D. Honestam latæ non videntur potuisse ipsum afficere, præsertim cum diversa sint ejus jura a juribus Dom. Honestæ; quoad eam enim cessabat fideicommissum inductum ad favorem agnationis del Zaccheria, & ex ea in proximiores, quod est fundamentum prætensionis D. Alexandri; ex fideicommisso enim sic inducto ad favorem familiæ cessat ratio, ob quam rejecta fuit petitio dictæ D. Hone- 2
stæ; siquidem quando testator injunxit fideicommissum ad favorem agnationis, & adsunt descendentes fœminæ testatoris, ut hoc in casu aderant filiæ D. Franciscæ, non est locus dispositioni dict. *l. cum avus*, cum similibus, ut per *Cuma. cons.* 2. *n.* 4. *vers. & per hæc cessat. Dec. cons.* 585. *n.* 5. *Soccin. cons.* 191. *num.* 6. *lib.* 2. *Magon. decis.* 52. *n.* 11. ut propterea intrare videatur, quod dicebamos, in præsentia non obstare D. Alexandro sententias, de quibus agitur, quia jura sua tunc cognita non fuere, quæ cum protestatus fuerit sibi salva fore, quando casus fideicommissi evenisset, non videtur dubitandum, quin fuerint illi conservata usque in præsentem diem, quo fideicommissum purificatum fuit ad ejus favorem post mortem D.
Honestæ, in quem casum tantum ipse fuerat vo- 3
catus, omnes enim sciunt ex protestatione conservari jus protestantis. *Bart. in l. non solum §. morte ff. de nov. oper. nunciat. & in cap. cum M. Ferrar. extra de constitution. Menoch. cons.* 25. *n.* 69.

Nec est cur prætendatur jus aliquod certum 4
tunc temporis eidem D. Alexandro competiisse, cum illud esset in spe tantum, non autem cum
effectu, ex traditis per *Decian. cons.* 58. *n.* 8. *lib.* 3. 5
erat enim fideicommissarius conditionalis, qui jus non habet pendente conditione, ideoque in judi-
cio comparere non potest, nec petere, ut declaretur jus sibi competere purificata conditione, ut 6
post alios per *Marzar. de fideicomm. part.* 3. *quæst.* 61. 7
ideoque nec etiam videtur convenire potuisse super jure, quod non habebat, nec sibi competebat.

Nec mirum cum Dom. Honesta vivens, nullo 8
dato sibi coherede, hæres videretur uedum quoad usum-

usumfructum, sed etiam quoad proprietatem. *Bald. in l. miles ita ff. de testa nen. Alex. cons.* 172. *n.* 2. *lib.* 2. *Dec. cons.* 277. *num.* 21. *Perege. in tract. de*
9 *fideic. art.* 5. *n.* 20. Non purificata ergo conditione nec agere potuit, nec excludi; quinimò si egisset, & succubuisset ante eventum conditionis, adhuc tamen denuò non obstante exceptione rei judicatæ agere posset, ut est text. in l. *grege §. si sub conditione* ubi *Bartol. ff. de pignorib.*

10 Confirmabatur hæc sententia, quia licet in principali hærede, & substitoto dubitari soleat, an sententia contra eos lata noceat sequenti substituto, tamen sentetia lata contra substitutum alteri substituto non præjudicat *Bald.* ita distinguens *cons.* 334. *n.* 4. *lib.* 2. *Socc. Jun. cons.* 181. *n.* 89. *lib.* 2. *Mar-*
11 *zar.* ubi supra *quæst.* 27. *vers. sed advertendum* quando enim venit quis ex persona propria, sententia lata contra alium non præjudicat, *Dec. cons.* 445. *num.* 30. *&* 31. *Paris. cons.* 5. *n* 37. *lib.* 1. *Phanuc.*
12 *de invent. part.* 7. *n.* 249. præsertim quando primus substitotus venit in judicio tanqoam actor (ut fecit D. Honesta) non tanquam reus *Soccin. Jun. dict. cons.* 181. *n.* 96. *lib.* 1. ex iis existimabat D. Alexander non solum non sibi obstare exceptionem rei judicatæ, sed & simul constare de bono jure suo ad exclusionem secundæ exceptionis notorii scilicet ejus non juris.

Quibus tamen minime refragantibus, Domini omnibus diligenter perpensis in eam iverunt sententiam, ut D. Judex Quartierorum in hac causa non solum semel, ut præfertur, sed & bis in diversis tribunalibus super eisdem articulis plenissimè per binas res judicatas discussa, semperque contra fideicommissum terminata se se intromittere ulterius non possit, ambas tamen partes ob pro-
13 babilia juris dubia, & Excellentissimorum Dominorum Advocatorum responsa ab expensis absolventes.

Moti, quia ut diximus duo potissimum erant capita propositæ declinatoriæ, alterum ex re judicata, alterum ex notorio non jure actoris, & utrumque jure optimo subsistere visum est. Cum
14 enim non sit quid dubitetur, quin exceptio tam rei judicatæ, quam notorii non juris agentis sint ex iis, quæ non modo ad merita causæ, sed etiam ad processum, & ad impediendum litis ingressum
15 opponi possunt, ex quò connumerantur inter exceptiones litis finitæ, operanturque, ut Judex non possit in causa se intromittere, ut de prima est text. in *l. post rem judicatum ff. de re judic. & in cap.* 1. *de litis context. in* 6. tradunt *Bartol. in l. nam & postea n.* 5. ibique omnes *ff. de jur. jurand. & in l. cum quærebatur num.* 3. *ff. judicat. solvi. Alex. cons* 42. *n* 1. *lib.* 4. *Dec.* & scribentes *in l. fratris C de transact. Ang. Aret. in §. æquè n.* 14. *inst. de action. Alciat.* in terminis similis prætensi fideicommissi *cons.* 44. *n.* 62. *versic. fortius & num. seqq. lib.* 9. de secunda verò tradunt *Butr.* & scribentes post *Hostiens. in cap. dilecti extra de libelli oblation. Alex. cons.* 62. *n.* 11. *lib.* 7. *Aufrer. ad decis. Tholos* 67. *Blanc. de compromiss. quæst.* 4. *in tentat. de exception. impedient. litis ingress. tit* 4. *ex actionis defect. exception. prima & exceptione* 7. *Menoch. de arbitr. judic. lib.* 1. *quæst.* 16. *per tot.* & fuit pluries tentum in Rota, utique negari etiam non potest, quin in proposito inserviant utræque hæ exceptiones.

Quod enim attinet ad primam, non dubitarunt Domini sententias latas contra D. Honestam abnegativas fideicommissi affecisse etiam D. Alexandrum; siquidem stante testamento, de quo agitur, & substitutionibus in eo contentis, aut prætendit D. Alexander per mortem D. Franciscæ filiæ testatoris statim purificatum fuisse fideicommissum ad favorem D. Honestæ ejus sororis respectu ususfructus tantum, & ad favorem sui ipsius quo ad proprietatem, cum qua mortua exinde D. Honesta ususfructus debuerit consolidari, aut verò prætendit se non fuisse vocatum, nisi post mortem D. Honestæ, quia ipsa purificato fideicommisso per mortem D. Franciscæ, non in usufructu tantum, sed etiam in proprietate debuerit succedere, & sic primo loco fuerit sobstitota in totum, & post eam successivè D. Alexander, & quocumque modo jus suom deducere intendat, semper apparebit ejusmodi sententias illi efficaciter obstare.

Cum enim petusset D. Honesta declarari per mortem D. Franciscæ venisse casum substitutionis, & fideicommissi in dicto testamento injuncti ad ejus favorem, hæc petitio [quatenus prætendatur D. Honestam fuisse sobstitutam in usufructo, D. vero Alexandrum tanquam proximiorem de familia testatoris in proprietate] in necessariam consequentiam includit fideicommissum fuisse purificatum etiam ad favorem D. Alexandri respectu proprietatis, ab eadem enim conditione pendebat utriusque jus, & substitutio, quæ vel ad favorem tam D. Alexandri, quam D. Honestæ fuerat purificata, vel ad exclusionem utriusque defecerat. Id, quod animadvertentes hæredes D. Franciscæ, prætendentes ex earum superexistentia expirasse omnes substitutiones, & sic tam respectu ususfructus, quam proprietatis, voluerunt cita-
ri etiam D. Alexandrum, ut sic unica senten- 16
tia omnium prætensiones, quæ ab eadem causa, & ab eisdem articulis pendebant, terminarentur, juxta textum in terminis in *l. singulis ff. de except. rei judicat.*

Certum est enim sententiam latam contra usu- 17
fructuarium agentem nocere etiam proprietario scienti in eisdemmet casibus, in quibus sententia lata contra creditorem nocet debitori, ad notata per *Bart.* communiter receptum in *l. sæpe num.* 6.
ff. de re judic. nocet autem potissimum, quando reus 18
assumpsit in se onus probandi de jure suo, de eoque plenè cognitum, & discussum fuit, ut ibi per
Bart. n. 3. & post eum per *Alex. num.* 106. qui de 19
communi opinione testatur. Idque etiam si debitor citatus non fuisset, cum sufficiat sola ipsius scientia, ut per *Bald. in l. si probatum n.* 4. *&* 5. *C. communi dividun.* post *Innocen.* quem citat in *cap. quamvis extra de re judic.* & sequitur etiam *Castren. in dict. l. sæpe n.* 3.

Et ideo cum in proposito D. Alexander prætensus proprietarius non solum habuerit scientiam judicii moti per D. Honestam usufructuariam, sed ad illud etiam semper citatus fuerit, in eoque rei conventi probaverint dominium dictorum bonorum ad eos, uti hæredes dictæ D. Franciscæ filiæ testatoris, liberè pertinere, ex quo casus fideicommissi per eum injuncti non solum non evenerat, sed & ejus conditio prorsus defecerat ob superexistentiam filiarum, & super hoc fuerit plenissimè discussum, & cognitum, non est cur neget D. Alexander etiam jus suum fuisse in judicium illud deductum, consequenterque sententias postea ad favorem reorum latas
sibi præjudicasse in vim tum scientiæ litis, tum 20
citationum de eo factarum, quæ operantur, ut res non dicatur inter alios acta, sed judicium censeatur etiam agitatum cum eo, qui fuit citatus, ut per *Castrens. in l. filius fam.* 48. *sub n.* 3. *vers & adverte quia quæstio ff. de verb. oblig.* ubi etiam
Alex. post *Bart.* inquit sub *n.* 9. *vers. & vult etiam* 21
Bart. eo etiam in casu, quo sententia non noceret tertio, nocere tamen si tertius ille sit citatus ad

cau-

cauſam, & ſequitur *Dec.* poſt *Cin. Bart. & Bald.*
quos citat *conſ. ejus ultimo num.* 4. *& in cap. cum*
inter num. 36. *extra de except. Jaſ. in l. libertus*
n. 3. *ff. de in jus vocand. Menoch. conſ.* 320. *n.* 30.
lib. 4. & eſt ſimilis caſus apud *Curt. Jun. conſ.* 23.
ſub n. 8.

Nec refragatur proteſtatio in eo judicio fa-
cta per D. Alexandrum, quod non intenderet a-
liquam litem conteſtari, citatioque eum afficere
non poſſet, cum tunc temporis nullum haberet
intereſſe de præſenti in cauſa, reſervando ſibi ju-
ra ſua debitis loco, & tempore proponenda.

Nam quatenus prætendat, ſe ſtatim poſt mor-
tem D. Franciſcæ fuiſſe vucatum quoad pro-
prietatem, ſatis patet de ejus intereſſe, & qui-
dem de præſenti, patetque etiam illud in judicium
fuiſſe deductum, quia ſtantibus petitione D. Ho-
neſtæ, & exceptionibus reorum conventorum,
veniebat neceſſario per ſententias declarandum, &
reſolvendum, an per mortem D. Franciſcæ cum fi-
liabus purificatum eſſet, vel extinctum prætenſum
fideicommiſſum, & hoc reſpiciebat jus D. Ho-
neſtæ quoad uſumfructum, jus verò D. Ale-
xandri quoad proprietatem, ut propterea non niſi
22 cautè, & prudenter rei conventi curaverint ipſum
citari, ejuſque proteſtatio contra citationes fue-
rit omnino inutilis, ut per *Caſtrenſ. in dict. l. cum*
filius famil. poſt num. 3. *verſ. ex quibus ſimiliter*
23 *ff. de verb. oblig.* ubi inquit ſe ita de facto obti-
nuiſſe per tres ſententias conformes. Non enim pen-
debat a voluntate proteſtantis, an citari poſſet vel
non, ſed a juris diſpoſitione, quo ſanè in caſu
certum eſt, proteſtationem non relevare, ut per
Bart. communiter receptum *in l. non ſolum §. mor-*
te n. 13. *&* 31. *ff. de oper. nov. nunt.*, cum aliis, de
quibus per *Surd. dec.* 62. *n.* 34. *Decian. conſ.* 33.
n. 67. *lib* 1 *& conſ.* 59. *num.* 38. *lib.* 3. *Honded.*
conſ. 89. *n.* 38 *lib.* 1. *& Barz. deciſ. Bonon.* 130.
n. 131. maximè cum dies fideicommiſſi, & caſus
ipſius uno, eodemque tempore vel cedere, vel
deficere deberet, tam reſpectu D. Honeſtæ ſub-
ſtitutæ in uſufructu, quam D. Alexandri ſubſti-
tuti in proprietate, quia ſub una, eademque con-
ditione mortis filii, vel filiæ, naſcituri, vel na-
ſcituræ ex uxore teſtatoris, uterque eorum fuerat
vocatus, licet illa quoad uſumfructum, ipſe verò
quoad proprietatem, quod cum a legis diſpoſitio-
ne pendeat, an ſcilicet caſus fideicommiſſi etiam
reſpectu juris, ac intereſſe ipſius evenifſet, nec
24 ne, ut in puncto ſcribit *Rimin. Jun. conſ.* 714.
n. 63. *lib.* 6. quo caſu, ut ipſe inquit, proteſta-
tio non relevat, ſed juſtificari debet ex cauſa per
proteſtantem allegata, alias non prodeſt, ut poſt
Innoc. & Bald. relatos per *Decian. conſ.* 99. *n.* 75.
25 *lib.* 2. fruſtra utique ſuper prætenſa ejuſmodi pro-
teſtatione conſtituitur fundamentum ex parte D.
Alexandri, præſertim cum citatio præfata fue-
rit reiterata in unoquoque actu prædicti judicii,
proteſtatio autem ab initio ſemel tantum facta,
proindeque in omnem eventum prodeſſe non po-
tuerit, niſi quò ad actum, qui tunc fiebat, non
autem quò ad ea, quæ poſtea fierent ex interval-
lo, vires ſuas porrigere, ut per *Bart. in dict. §. mor-*
te n. 16. *& per Rot. dec.* 688. *n.* 3. *part.* 1. *noviſſ.*
ubi quod proteſtatio, ad hoc ut relevet, in om-
nibus actibus ſucceſſivis repeti debet. Et hæc qua-
tenus D. Alexander prætendat ſe ſtatim vocatum
poſt mortem D. Franciſcæ.

Quod ſi prætenderet ſe nullum jus habuiſſe,
niſi poſt mortem D. Honeſtæ, prout in prote-
ſtatione illa facta contra citationem videtur de-
claraſſe, & fortè verius eſt, illud procul dubio tunc
ſuccederet, ut poſt mortem D. Franciſcæ ea-
dem D. Honeſta diceretur ſubſtituta in primo
grado, D. verò Alexander in ſecundo, & ſic eſ-
ſemus in quæſtione illa, an ſententia lata con-
tra primum ſubſtitutum noceat ſequentibus, in
qua licet valdè controverſum ſit apud noſtrates, 26
an noceat ſequentibus non citatis, in quo partem
affirmativam, uti veriorem per text. in *l.* 1. *§. de-*
nuntiare ff. de ventr. inſpicien. & in l. ex contra-
ctu 44. *ff. de re judic.* defendunt *Pinell. in l.* 1.
in 3. *part. ante n.* 49. ubi addit etiam eſſe com-
munem. *C. de bon. matern. Honded. conſ.* 28. *per tot.*
lib. 1. *Peregrin. de fideicommiſſ. art.* 53. *num.* 49.
& ſeqq. & complures alios allegabant etiam Domi- 27
ni Informantes. Alii vero diſtinguunt, an ſenten-
tia lata ſit contra hæredem, & hoc caſu noceat ſub-
ſtitutis, an contra primum ſubſtitutum, & tunc
ſequentibus non præjudicet *Bal. dict. conſ* 334. *ſub*
n. 4. *lib.* 2. *Marzar. in epitom. fideicom. quæſt.* 72. 28
quam tamen diſtinctionem reprobant *Alciat. dict.*
conſ. 44. *n.* 72. *verſ. nam & huic rationi lib.* 9. *Pi-*
nell. ubi ſupra ante *n.* 50. *verſ. ex prædictis etiam*
infertur, & cum iis ſenſere etiam *Rolan. conſ.* 92.
num. 19. *lib.* 4. *Molin. de primogen. Hiſpan. lib.* 4.
cap. 8. *n.* 11. *in fin. & Peregr. dict. art.* 53. *n.* 39.
dum quæſtionem format conjunctim, an ſententia
lata contra hæredem gravatum, vel contra primum
fideicommiſſarium noceat ſequentibus ſubſtitutis,
& ſub *n.* 46. *&* 49. *verſic. quamobrem* concludit af-
firmative.

Attamen, quidquid ſit de hujuſmodi diſtinctio- 29
ne, certum eſt, diſputationem hanc procedere,
quando ſequentes ſubſtituti non fuerunt citati,
nam quando citati fuere ad judicium agitatum
cum primo, omnes conveniunt, ſententiam eis no-
cere, ut expreſsè voluit *Bald. dict. conſ.* 334. *poſt*
n. 4. *Socc. Jun. dict. conſ.* 181. *n.* 49. *lib.* 2. *& Pe-* 30
regrin. qui alios citat *dict. art.* 53. *ſub n.* 52. ſtan-
te enim citatione Doctores habent pro indubitato
ſententiam nocere ipſis ſubſtitutis citatis, etiam ſi
non haberent, niſi jus in ſpe *Jaſ. in l. filius familias*
§. divi in ſecunda lectura n. 93. *verſ. & fortius ff.*
de legat. prim. Curt. Jun. dict. conſ. 23. *ſub n.* 8.
Honded. dict. conſ. 28 *num.* 19. *lib. prim.* & pro-
pterea, etiamſi D. Alexander non habuiſſet tem-
pore petitionis D. Honeſtæ, niſi jus in ſpe ad
prætenſum hoc fideicommiſſum, non tamen infer-
tur ipſum non potuiſſe citari ad judicium motum
per primum fideicommiſſarium, ut volunt omnes
præcitati.

Et meritò, quia ubi tam jus de præſenti pri- 31
mi ſubſtituti, quam jus de futuro ſequentium ſub-
ſtitutorum ab eadem conditione pendet, ut hoc in
caſu, juſtiſſimum eſt, unum judicati finem ſufficere,
ne alias modus litium multiplicatus ſummam, at-
que inexplicabilem faciat difficultatem, ut forma-
liter inquit text in *dict. l. ſingulis ff. de except. rei*
judic.

Quamvis igitur ſi ſolus voluiſſet agere D. 32
Alexander pro ſuo jure, & ſubſtitutione, vi-
vente adhuc D. Honeſta, non potuiſſet, du-
bium tamen non eſt, quin agente D. Honeſta po-
tuiſſet & ipſe pro ſuo intereſſe, & ratione ſpei,
ac juris de futuro eidem aſſiſtere, & ſimul cum ea
cauſam defendere, ergo & è converſò potuit etiam
invitus ad judicium trahi, ut contrariorum eadem 33
ſit diſciplina, & quia ab omni ratione, & æquita-
te abhorret, ut hæres, & poſſeſſor hæreditatis co-
gatur ſingulis ſubſtitutis ſucceſſivè ſemper reſpon-
dere, & perpetuo de jure ſuo incertus eſſe, *d. l.*
ſingulis quæ ratio [ut alias omittamus] adeo effi-
cax plériſque ex ſcribentibus viſa eſt, ut ex ea po-
tiſſimum firmaverint ſententiam latam contra pri- 34
mum ſubſtitutum ſequentibus nocere, etiam non
cita-

eitatis, *Pinell. in dict. l. part. 3. sub n. 49. vers. & tandem in sententia C. de bon. matern. Molin. d. lib. 4. de Primagen. Hispan. cap. 8. n. 6. in fin.* dicens hanc solam rationem, etsi omnes aliæ deficerent, per se ipsam sufficere, ut concordant *Alciat. dict. cons. 44. n. 65. lib. 9. Francisc. Cald. in l. si curatorem habens in vers. prohiberis n. 83. vers. sed prima opinio in princ. C. de in integr. restit. min. Peregrin. dict. art. 53. n. 51. vers. sed horum opinio in fin.* optimè *Honded. dict. cons. 28. n. 13. in fin. lib. 2.* ubi consuluit in casu *Gabriel.* contraria
35 tenentis *cons. 42. lib. 2.* illiusque fundamentis plenissimè respondet; stante igitur citatione etiam secundi substituti versari videmur extra omnem difficultatem, cum citatio operetur, ut res non dicatur inter alios acta, ut supra diximus.

36 Non etiam refragatur, quod agens, conditione pendente, & per sententiam rejectus possit iterum agere purificata conditione, nec repellitur exceptione rei judicatæ *dict. l. grege §. si sub condi-*
37 *tione ff. de pignor.* quia text. illa procedit quando quis petit purè, & de præsenti, quod sibi debetur sub conditione adhuc non purificata, repellitur enim, quia adhuc non est debitum, purificata verò postea conditione cessat ratio, & quod prius non erat debitum, efficitur debitum, ideoque iterum petere potest non obstante prima sententia. At secus quando jus de futuro in judicium deducitur non tanquam debitum de præsenti, sed tanquam jus in spe, ut in casu nostro, & in omnibus casibus in quibus judicium agitur inter hæredem gravatum ex una, & primum, aliosque substitutos ordine successivo ex altera, tunc enim judicium est de jure primi substituti tanquam pure, & de præsenti debito, de jure verò sequentium quæstio est tanquam de jure in spe, & purificando, & in eo quæritur, & deciditur, an primus substitutus debeat de præsenti admitti, sequentes verò deinceps ordine successivo, si igitur contra substitutos lata sit sententia, omnium jus est sublatum, & ubi, deficiente postea primo substituto, sequentes iterum agerent, eadem esset causa, seu medium concludendi, eadem res, & eædem personæ, ut necessario inferatur obstare primam sententiam, exceptionemque rei judicatæ vulg. *l. cum quæritur* cum duobus *seqq. de except. rei judic.*

38 Nec dicatur eo in judicio de juribus D. Alexandri actum, vel cognitum non fuisse, cum noluerit subire judicium, & ideò intrare doctrinam *Bald. in dict. l. receptitia C. de constit. pecu.* cum similibus, nam res ipsa contrarium manifestè demonstrat, cum imò plenissimè, & exactissimè fuerit disputatum, an per mortem D. Franciscæ filiæ testatoris sine masculis, sed cum fœminis tantum, substitutiones, vocationesque primo D. Honestæ, & post ejus mortem D. Alexandri essent purificatæ, an potius defectæ, ut patet ex copiosis, & doctissimis motivis DD. Judicantium, & ab hoc articulo omne jus D. Alexandri pendet, non secus ac D. Honestæ, unde non potest negari, quin de juribus utriusque fuerit plenissimè cognitum, & licet D. Alexander noluerit comparere, hoc nihil relevat, sat enim est, fuisse citatum.

Et licèt diceretur jus D. Alexandri diversum esse a jure D. Honestæ, cum ipse vocatus fuerit favore agnationis, qui favor non cadit in muliere, hoc tamen præsuppositum minus verum visum est, ex quo in casu decedentiæ cum filiis masculis, aut fœminis nulla filio facta est substitutio, quinimo invitata est fœmina, & illi sivè tacitè, sivè expresse positæ fœminæ erant in conditione, & filiis sine filiis decedentibus substituta est D. Honesta, postremoque invitatur proximior de Domo, & quidem sine expressione aliqua masculinitatis, quare cum verbum *proximior* sit communis generis, comprehendit tam fœminas, quam masculos, ut per *Ang. cons. 289.* 39
in princ. Dec. cons. 527. n. 5. cum aliis per *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. n. 201. & 203. Decian. cons. 98. num. 5. lib. 3. Menoch. præsumpt. 84. n. 33. lib. 4. & Simon. de prat. de interpret. ultimar. volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. solut. 21. n. 67.* nulla ergo habita fuit ratio agna-
tionis, nullumque inductum perpetuum fideicom- 40
missum, cum proximior (qui potest esse etiam fœmina) non sit gravatus ulteriori restituere, *Comm.* & Doctores communiter in *l. cum ita §. in fideicommissi ff. de legat. 2.* latè *Menoch.* alios referens *cons. 85. n. 67. & præsumpt. 72. n. 29. lib. 4.* nul-
laque fuerit adjecta prohibitio alienationis, vel quid 41
aliud, quod perpetuam intentionem demonstret conservandi bona in agnatione, quæ solent esse urgentes conjecturæ in hac materia, ut egregiè advertit *Gabriel cons. 97. n. 6. vers. tertium argumentum & n. seq. lib. 2.* & multa ad propositum ponit *Mantic. lib. 11. tit. 14. num. 14. cum seqq.* quinimò cum testator D. Honestam familiæ predilexerit, ex quo eam prætulit, nec ad proximiorem pervenire posset, nisi post D. Honestam, non nisi concludenter infertur, nihil plus juris habere posse proximiorem, quam haberet D.
Honesta, ex regula quod idem juris sit in eo, per 42
quod ad aliud pervenitur, quod est in ipso, ad quod perveniendum est, *l. si viva matre §. non*
licet C. de bon. matern. nec deterior considerari pos- 43
sit conditio in predilecto, quam in sequenti. Et si legantur motiva in prædicta causa emissa, apparebit, nihil magis actum, aut disputatum fuisse, quam an fideicommissum fuisset factum intuitu conservandæ agnationis, & an inde excluderetur dispositio *l. cum avus ff. de condit. & demonstrat.* & similium. His enim argumentis utebatur D. Honesta, ut certè nihil hic casus ab eo differat, proindeque negari non possit & plenè cognitum, & D. Alexandro efficaciter obstare exceptionem
rei judicatæ, quæ an orta sit, primo substituto agen- 44
te, an partes rei sustinente, nihil prorsus videtur interesse, quidquid dixerit *Socc. Jun. d. cons. 181. n. 9. lib. 2.* hæc enim differentia verbalis videtur, cum rationem diversitatis nullam habeat, & utroque casu militet ratio finiendarum litium, & præcipuè dict. *l. singulis ff. de except. rei judic.* & in hoc nullam vim faciunt Doctores hanc materiam explicantes, & præcipuè *Peregrin. dict. artic. 53. n. 49.* imò & *Socc. Jun.* loquitur per verba dubitativa, & quando substituti non fuere citati, qui non est casus noster. Et hæc quoad primum caput hujus declinatoriæ.

Sed & secundum caput notorii non juris D. Alexandri, non minus perspicuum visum est Dominis, notorium enim non jus Actoris apparet evidenter ex facie ipsius petitionis, dum proponit substitutionem factam filiæ, narratque ipsam cum filiabus decessisse, & tamen prætendit ad sui favorem inductum fideicommissum etiam ad exclusionem descendentium testatoris, dum sibi apertissi-
mè repugnant text. omnibus obvii in dict. *l. cum* 45
avus ff. de condit. & demonstr. in l. cum acutissimi C. de fideicommiss. & in l. generaliter §. cum autem C. de institut. & substitut. ex quibus clarè deducitur, ascendentem, qui aliquem, seu aliquos ex suis descendentibus instituit, gravatque alteri restituere, non aliter censeri eos hujusmodi onere gravasse, nisi ii, qui restituere onerati sunt, sine filiis, vel filiabus, nepotibus, vel neptibus fuerint

de-

defuncti, ne, ut inquit Imperator in dict. *l. cum acutissimi, videatur testator alienas successiones suis antepanere*. Nec potest D. Alexander se tueri clypeo, seu favore agnationis, quia ut proximè diximus, nulla in testamento, de quo agitur, habita fuit ratio agnationis conservandæ, nullaque ex eo apparet conjectura perpetui fideicommissi, & in hoc articulo jam conclamatum est per binas res judicatas, & coram doctissimis viris, ac primæ clas-
46 sis, ita ut, quando etiam de eo iterum agendum esset, deberent Judices sequi exemplum aliorum, quia omnis novitas est suspecta, ut in puncto similis fideicommissi scribit *Alciat. dict. cons.* 44. an-
47 te *n.* 59. *lib* 9. maximè ad exclusionem fideicommissi, cum in dubio pro non fideicommisso respondendum sit, ut per *Dec. cons.* 335. *num.* 4. *Alciat. cons.* 68. *n.* 26. *lib.* 9. *Ceph. cons.* 67. *num.* 27. *Rol. cons.* 34. *num.* 2. *lib.* 4. *& Peregr. de fideicommiss. art.* 1. *n.* 33. 39. *&* 40.

Ex quibus existimarunt Domini & justitiæ, & utilitati utriusque partis ex hujusmodi resolutione sincerè, ut decet, fuisse consultum, & D. Alexandro satius esse jam toties resolutis acquiescere, quam se ipsum, & alios novis litibus, & expensis vexare usque ad exitum.

Antonius Corians.
Alexander Zilocchius.
Marcus Antonius de Amatis.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Latè hic tractatur & discutitur quæstio, an & quando sententia contra hæredem, aliumve possessorem fideicommissi præjudicet aliis successivè vocatis ad idem fideicommissum.

SUMMARIUM.

1 *Sententia lata contra hæredem præjudicat etiam substituto, quando is fuit citatus in illo judicio.*
2 *Proponitur quæstio, an substitutus debeat citari in judicio movendo contra possessorem fideicommissi. Aliqui dicunt quod debet citari saltem per generale proclama.*
3 *Alii sustineat, sufficere, quod ille sciat litis existentiam.*
4 *Si lis est cum primo hærede, non debet citari substitutus, si verò sit cum uno ex substitutis, citari debent & alii substituti, alias sententia istis non nocet.*
5 *In quolibet judicio sufficit citare habentem principale interesse.*
6 *Sed si lis est cum habentibus interesse solum secundarium, debet illa notificari aliis interessatis, alios contra istos non oritur exceptio rei judicatæ.*
7 *Verius tamen est, sententiam latam contra hæredem nocere etiam aliis successive vocatis, quamvis non citatis, & litis ignaris.*
8 *Sententia lata super statu rei, vel persona afficit omnes etiam non citatos.*
9 *Sententia lata super existentia, vel non existentia fideicommissi dicitur lata super statu rei, & ideò afficit successores, quamquam non citatos.*
10 *Maximè si sententia prolata fuerit a Supremo Principe, vel ab ejus Aulico consilio.*
11 *Limitantur autem prædicta, si constet de negligentia illius, contra quem lata fuit sententia.*
12 *Distinguitur inter negligentiam commissam ante, vel post sententiam: si constet de negligentia commissa antè sententiam, sententia nullo modo præjudicat successoribus.*
13 *Si verò sit rei de negligentia commissa solum post sententiam, tunc substitutus, ut præjudicium evitet, debet a sententia appellare intra decem dies a die habita illius notitia.*
14 *Limitantur etiam prædicta quando constat de sententiæ injustitia*
15 *Ad quem effectum non est necessarium, injustitiam esse notoriam.*
16 *Ponitur regula, quod sententia contra unum lata, aliis non præjudicet.*
17 *Ut sententia pariat exceptionem rei judicatæ requiritur identitas causæ, rei, & personarum.*
18 *Regula, de qua n. 16. limitatur quando sententia fuit prolata contra illum, qui habebat principale interesse in causa.*
19 *Hæres dicitur habere principale interesse in fideicommisso, & ideò sententia contra illum lata afficit etiam substitutos.*
20 *Ut sententia pariat exceptionem rei judicatæ non requiritur personarum identitas materialis, sed sufficit, quod personæ reputentur eædem secundum juris interpretationem.*
21 *Sententia lata contra unum ex condominis vel cohæredibus nocet etiam aliis condominis vel cohæredibus.*
22 *Sententia lata contra Principem, Prælatumque nocet Principi, Prælatoque successoribus.*
23 *Reiicitur opinio posita supra n.* 2.
24 *Explicatur quando sit vera opinio posita supra num.* 3.
25 *Reiicitur distinctio, de qua supra n.* 4. *& seqq.*
26 *Quis dicatur legitimus contradictor, & habens principale interesse, ad hoc ut sententia contra ipsum lata aliis non vocatis præjudicet.*
27 *Ubi eadem est ratio, eadem quoque esse debet juris dispositio.*
28 *De regula, quod sententia contra unum lata aliis non præjudicet, & ejus limitationibus qui tractent, remissivè.*
29 *Sententia lata contra gravatum an, & quando afficiat substitutos, qui non comparuerunt, & nascituros non citatos remissivè.*
30 *Dispositio* l. cum avus, *non habet locum in fideicommisso agnatio.*

Ad n. prim. & seqq.

NUlli dubium, quod sententia prolata contra illum, qui de præsenti possidet fideicommissum, noceat etiam ulterioribus substitutis, quando ipsi fuerunt citati in illo judicio, ut latè firmatur in hac decisione, & ultra auctoritates ibi
allegatas, id ipsum tradunt *Marzar. in epitom. de* 1
fideicomm. quæst. 12. *n.* 25. *vers. et postrema. Altograd. Sen. post Altogr. Jun. controv.* 2. *n.* 43. *Merlin. Pignattel. controv.* 32. *n.* 23. *&* 27. *Torr. variar. jur. quæst. lib.* 2. *miscell. par.* 1. *tit.* 12. *quæst.* 25. *n.* 10.

Difficultas autem, & quidem non modica erat olim circa quæstionem, an hujusmodi sententia lata contra hæredem gravatum, præjudicet, & pariat exceptionem rei judicatæ adversus substitutos non citatos. Aliqui enim mordicus insistebant, ex tali sententia non oriri exceptionem rei judicatæ adversus substitutos, nisi illi fuissent citati, sal-
tem per generale proclama *Bartol. in l. filiusfami-* 2
lias §. divi n. 11. *ff. de legat. prim.* ibique *Alexan.*

num. 9. Idem *Alexan. in l. de unoquoque num.* 17. *vers. quod tamen rerum ff. de re judic. Gabr. conf.* 42. *n.* 3 4. *&* 5. *lib.* 2. *Menoch. conf.* 118. *a num.* 1. *ad* 6. *& conf.* 688. *n.* 34. aliique relati per *Altograd. Sen. conf.* 99. *n.* 6. *lib.* 1.

Alii autem mitius agendo asserebant, posse quidem sententiam contra hæredem latam substitutis etiam nullo modo citatis præjudicare, dummodò
3 tamen probaretur dd. substitutos habuisse scientiam judicii contra hæredem agitati *Rogger. conf.* 8. *n.* 99. *Menoch. conf.* 311. *n.* 24 *Valenzuel. conf.* 60. *n.* 27. *Marzar. in epitom. de fideicom. quæst.* 72. *num.* 25. *Fusar. de substit. quæst.* 622. *n.* 29. *Ofasc. dec.* 157. *n.* 1. *& seqq.*

Erant etiam & alii putantes distinguendum inter sententiam latam contra primum hæredem, & sententiam latam contra unum ex ulterioribus substitutis. Primo casu dicebant, sententiam omnibus substitutis etiamsi non citatis, & judicii insciis nocere, secus autem in secundo. Ita distin-
4 guebat *Bald. conf.* 334. *n.* 4. *vers. sed in contrarium*, quem sequuntur *Socc. Jun. conf.* 181. *n.* 96. *lib.* 1. *Marzar. in epitom. de fideicom. quæst.* 72. *n.* 25. *vers. sed advertendum. Altogr. dict. conf.* 99. *n.* 8. *&* 9.

Sectatores hujus distinctionis non alia, ni fallor, moveri potuerunt ratione, quam ex quo quando judicium movetur adversus hæredem, dicitur moveri adversus eum, qui habet principale interesse, & proindè sententia contra illum lata afficit etiam substitutos habentes secundarium, quamvis non fuerint citati, nec judicii scientiam habuerint, quia sufficit in quolibet judicio citari & au-
5 diri eum, qui habet interesse primarium *Gloss. in l. de unoquoque* 47. *vers. quos causa ff. de re judic. Alexand. conf.* 284. *col.* 2. *lib.* 1. *Menoch. de adipisc. possess. remed.* 4. *n.* 457. *Rauden. de Analog. cap.* 33. *n.* 65. *& conf.* 17. *n.* 278. *lib.* 1. *Peregr. de fideicom. art.* 53. *n.* 53. *Giurb. dec.* 1. *n.* 15. *Franch. dec.* 462. *n.* 3. quando autem vice versa judicium movetur contra unum ex substitutis, tunc dicitur motum contra habentem interesse secundarium, & proindè sententia contra hunc lata non afficit
6 alios, nisi saltem hi notitiam habuerint d. judicii, ut probant ex optimo textu in *l. sæpe* 63. *ff. de re judic. Ancharan. conf.* 336. *num.* 1. *Ruin. conf.* 163. *n.* 7. *Paris. conf.* 28. *n.* 16. *lib.* 1. *Covarr. practic. quæst. cap.* 13. *n.* 7. *& num.* 13. ibique *Faria* ad eundem *cap.* 13. *n.* 35. *Negusan. de pignor. par.* 6. *membr.* 3. *num.* 39. *Cancer. variar. resol. libr.* 2. *cap.* 16. *n.* 50. *&* 52. *Capyc. dec.* 20. *n.* 30. *Surd. dec.* 256. *n.* 2.

Omnes tamen prædictæ opiniones, pro eo quod attinet ad quæstionem, in qua nos versamur, jamdiù recesserunt ab aula, & communi DD. calculo receptum absolutè, & absque aliqua distinctione est, sententiam contra hæredem latam nocere etiam successivè vocatis, & contra illos parere exceptionem rei judicatæ, quamvis citati non fuerint, nec de mota lite ullam notitiam habuerint,
7 ut aperte deciditur in textu in *l. ex contractu* 44. *ff. de re judic.* ibi -- *Ex contractu paterno actum est cum pupilla tutore authore, & condemnata est. Postea tutores abstinuerunt eam bonis paternis, & ita bona defuncti ad substitutum, vel ad cohæredes pervenerunt. Quæritur an hi, ex causa judicati teneantur? respondetur, dandam in eos actionem judicati, nisi culpa tutorum pupilla condemnata sit* -- & consentaneè tradunt *Valenzuel. conf.* 60. *num.* 26. *Altograd. Sen. post Altograd. Jun. controv.* 2. *n.* 49. *& seqq.* ubi hanc amplectitur opinionem sese retractando de iis, quæ antea in suo *conf.* 99. *per tot. lib.* 1. pro contraria opinione asseruerat. *Paz de tenut. tract.* 2. *cap.* 43. *n.* 1. *&* 2. *Molin. de primogen. Hispan. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 3. *&* 4. *Mier de majorat. par.* 4. *quæst.* 14. *n.* 7. *&* 8. *Castil. quotid. jur. controv. lib.* 5. *cap.* 157. *n.* 11. *Pacific. de Salvian. inspect.* 4. *cap.* 1. *n.* 35. *Schettin. de tert. venient. ad caus. par.* 2. *cap.* 3. *inspect.* 1. *num.* 28. *Torr. variar. jur. quæst. lib* 2. *miscell. par.* 1. *tit.* 12. *quæst.* 25. *n* 4. *idem de majorat. Ital. p.* 2. *quæst.* 50. *num.* 113. *Salgad. de reg. protect. part.* 4. *cap.* 8. *n.* 311. *Mastril. dec.* 114. *num.* 24. *& seq. Sanfelic. dec.* 90. *n.* 11. 12. *&* 13. *Giurb. decis.* 1. *num.* 14. *& seqq.*

Atque hæc opinio sine ulla difficultatis umbra pertransit, si sententia, de qua dubitatur, an afficiat successivè vocatos necne, lata, & pronunciata fuerit non super pertinentia, sed super existentia fideicommissi, tunc enim sicuti sententia bujusmodi lata dicitur super statu rei, & qua talis afficit
etiam non citatos, ad text. in *l. ingenuum ff. de* 8
stat. hom. Alex. in l. sæpe 63. *n.* 76. *&* 82. *ff. de re judic. Mier. de maiorat. par.* 2. *quæst.* 4. *illat.* 2. *n.* 3. *& seqq. tom.* 1. *Gratian. discept. for. cap.* 287. *n.* 9. *Surd. dec.* 289. *n.* 17. *Rot. dec.* 116. *num.* 4. *cor. Coccin. dec.* 62. *num.* 18. *post Salgad. in Labyr. credit.* ita nulla est difficultas, quin ea afficiat etiam futuros successores, quamquam ignaros & non cita-
tos, ut in his terminis notaruot. *Peregr. de fidei-* 9
comm. art. 53. *num.* 32. *Mier. de maiorat. par.* 4. *quæst.* 11. *n.* 9. *Castil. quotid. controv. lib.* 5. *cap.* 157. *n.* 19. *Altogr. Jun. controv.* 2. *n.* 13. *&* 14 *Card. De Luc. de fideicomm. disc.* 68. *n.* 4. *Torr. variar. jur. quæst. lib.* 2. *miscell. par.* 1. *tit.* 12 *quæst.* 25. *num.* 8. *Idem de maiorat. Ital. par.* 2. *quæst.* 50. *num.* 115.

Quæ si procedunt in sententia lata a quocumque Judice, meliori sanè, potiorique jure sibi locum vindicant in sententia prolata a Supremo Principe, sive ab ejus Aulico Consilio, hanc etiam sententiam facere jus quoad omnes substitutos & successivè vocatos, quamvis nullo modo fuerint citati, nec scientiam litis habuerint, pro indubi-
tato tenent *Menoch. conf.* 390. *n.* 39. *& conf.* 423. 10
n. 22. *&* 23. *Rovit. conf.* 1. *n.* 32. *lib. prim. Bardellon. conf.* 2. *n.* 78. *Redenasc. conf.* 86. *num.* 16. *Arias de Mes. variar. resol. lib.* 3. *cap.* 45. *num.* 6. *Altogr. Jun. controv.* 2. *n.* 15. *& Altogr. Sen. post dict. controv.* 2. *n.* 51. *Tiraquel. de jur. primogen. quæst.* 40. *n.* 162. *Schettin. de tert. venient. ad caus. par.* 2. *cap.* 3. *inspect.* 3. *n.* 6. ubi tamen subdit, nunquam id vidisse in praxi servatum *Gamm. decis.* 174. *n.* 10. *& dec.* 228. *per tot. de Franch. decis.* 258. *n.* 2.

Verum quidem est, quod sicut opinio, quam huc usque firmavimus, originaliter promanat ex dispositis in *l. ex contractu* 44. *ff. de re judic.* ita ex eadem lege descendit una ejusdem opinionis solemnis limitatio, quod nempè illa non procedat, quando is, contra quem lata fuit sententia, ne-
gligens fuerit in adducendo suas defensiones, ita 11
ut ejus culpa aditum patuerit sententiæ contrariæ, ut probant finalia verba dict. l. ibi -- *nisi culpa tutorum pupilla condemnata sit* -- & tradunt *Peregr. de fideicomm. art.* 53. *n.* 57. *&* 58. *Rosenthal. de feud. cap.* 9. *concl.* 27. *n.* 10. *Castil. quotid. controv. lib.* 5. *cap.* 157. *n.* 25. *& seqq. Andreol. contr.* 157. *n.* 4. *Altogr. Jun. controv.* 2. *n.* 17. *vers. altera limitatio*, *Manenc. dec.* 15. *n.* 35. *Surd. decis.* 256. *n.* 13. *&* 14. *Sesse dec.* 10. *n.* 27. *Rot. Senen. apud Mart. Medic. dec.* 64. *n.* 11.

Quia verò prædict. hæredis negligentia committi potest vel ante sententiam, non adducendo scilicet omnes defensiones, quæ possunt competere, vel post ipsam sententiam, omittendo scilicet

in-

interpositionem appellationis, ideo necesse est re-
ctè advertere in casuum contingentiis, de cujus
generis negligentia tractetur, quia ista secundum
dd. diversos respectus, diversos quoque producit
effectus. Si enim sermo sit de negligentia antè sen-
tentiam commissa, utpotè quia hæres omiserit af-
ferre aliqua ex juribus, quæ ad sui defensionem
tendebant, adeò verum est hanc sententiam suc-
cessoribus minimè præjudicare, ut ipsi nec tenean-
tur a d. sententia appellare, sed is qui illam ob-
tinuit, mortuo illo contra quem sententia emana-
verat, debet in judicium vocare successorem, &
12 cum illo novum ex integro judicium instituere,
ut post *Castil. quotid. controv. lib. 5. cap. 157. sub
n. 38. vers. quatenus verò* tradit *Andreol. contr.* 157.
num. 6. in fin. ibi -- *Quando negligentia consistit
ante sententiam in non proponendis juribus, tunc
ex se sententia non nocet, & consequenter non est
necessaria appellatio substituti, sed de novo debet ipse
substitutus audiri* --

Si autem negligentia fuerit commissa solum
post sententiam, eo quia is contra quos lata fue-
rat non appellaverit, tunc sententia ex se ipsa apta
quidem est præjudicium inferre ulterioribus sub-
stitutis, sed ipsis substitutis aperta est via appel-
13 landi ab illa intra decem dies a tempore habitæ
scientiæ, & sic supplere possunt prædecessoris ne-
gligentiam, ut distinguendo tradit idem *Andreol.*
loc. mox citato n. 6. *in princip.* ibi -- *maxima tamen
est differentia inter negligentiam ante sententiam, &
negligentiam commissam post sententiam in non appel-
lando, nam si negligentia consistit in non appellando,
utique licet ipsa sententia noceat substitutis ex sui na-
tura, cum usque ad eam nulla intervenerit negligen-
tia, aut collusio, tamen quia negligentia victi postea su-
perveniens in non appellando non debet nocere substi-
tutis, sed sola sententia nocet, ideo non attenta illa ne-
gligentia superveniente, substituto datur remedium
appellandi a tali sententia intra decem dies a die ha-
bitæ notitiæ* .

14 Limitatur ulterius conclusio per nos firmata
in casu, quo sententia sit, & detegatur injusta,
tunc enim substitutis non nocet *Castrens. cons.* 188.
num. 4. lib. 1. Dec. cons 445. *num.* 41. & 42. *Fu-
sar. de substitut. quæst.* 622. *num.* 30. *Rot. Senen.
apud Marc. Med. dict. decis.* 64. *num.* 14. Idque in-
telligas non solum de injustitia notoria, quia hæc
nedum substitutis, sed nec ei contra quem lata
15 fuit præjudicium aliquod infert, sed etiam de ea
injustitia, quæ non sit notoria, & de ea solum con-
stet per probationes postea factas, ut in puncto
idem *Andreol. dict. controv.* 157. *n.* 7. & 8.

Contra ea, quæ hucusque adduximus ad fun-
dandam nostram opinionem, videtur obstare tum re-
gula generalis habens, quod sententia contra unum
16 lata tertio non præjudicet ad text. in *l. 2. C. qui-
bus res judic. non noc. l. sæpè 63. ff. de re judicat.
Roland. cons.* 85. *num. 4. lib. 2. Tiraquell in tractat.
res int. al. act. in princip. Trentacinq var. resolut.
lib. 2. tit. de probat. resol. 1. Gratian. discept. for.
cap.* 769. & *cap.* 916. utrobique *num. 1. Gait. de
credit. cap. 2. titul. 3. num.* 384. tum regulæ eju-
sdem ratio, quod nempè ad hoc, ut sententia pa-
riat exceptionem rei judicatæ, requiritur identitas
17 causæ, rei, & personæ *l. cum quæritur* 12. *l. et an
eadem* 14. *cum trib. seqq. ff. de except. rei judicat.
Alciat. respons.* 378. *num.* 1. & 2. *Surd. cons.* 114. *n.* 21.
aliique apud *Schettin. de tert. ven. ad caus. cap. 3. in-
spect.* 1. *n.* 4. ex qua sequi videtur tutam non esse sen-
tentiam, quam supra fundavimus, quia quidquid sit
de identitate rei, & causæ, non videtur certè con
currere identitas personæ, personam enim hæredis
a persona substituti diversificari non ambigitur.

Re tamen benè introspecta, nec regula, nec
regulæ ratio nobis obstat. Non quidem regula, quia
inter alias plurimas limitationes, quas illa patitur,
quasque nostrum non est hic singillatim referre,
præcipuè, & primario limitatur in casu, quo sen-
tentia lata fuerit contra illum, qui habebat pri-
marium, & principale interesse in causa, quo casu
certum est oriri exceptionem rei judicatæ adversus
illos, qui habent interesse secundarium, quamvis
illi nec auditi, nec citati fuerint, immò quamquam 18
nullam judicii notitiam habuerint, ut tradunt *Mo-
lin. de primogenit. Hispan. lib. 4. cap. 8. num. 6. Pe-
regrin de fideicomm. art.* 53. *num* 44. & *seq. Ma-
rescott. var. resolut. lib. 1. cap.* 86. *num.* 55. & *seq.
Cancer. var. resolut. lib. 2. cap.* 16. *num.* 48 & *seq.
Hodiern. ad Surd. decis.* 256. *num.* 1. *Sanfelic. de-
cis.* 89. & 90. utrobique *num.* 1. aliique plurimi
videndi apud *Schettin. de tert. ven. ad caus. cap.* 3.
inspect. 3. *num.* 1. & 2.

Cum autem dubitari non possit, quin actualis
fideicommissi possessor dicatur habere principale
interesse in tuitione ejusdem fideicommissi, substi-
tuti verò solummodò secundarium, patet hinc nos
versari in casu limitationis, non regulæ, ut oppo-
sitè ratiocinantur *Bursat. cons.* 203. *num.* 17. *Cravet.* 19
cons. 10. *num.* 8. *Rovit. cons.* 1. *num.* 33. *lib.* 1.,
ibique *Altimar. in observ. num.* 40. *Cost. de fact.
scient. & ignorant. cent. 1. dist.* 62. *Pascal. de vi-
rib. patr. potest. p. 1. cap.* 8. *num.* 199. *Vasq. de
success. lib.* 1. §. 6. *num.* 28. *Cutel. de donation. tra-
ctat. 1. disc. 2. p* 2. *num.* 83. & 84 *Fontanell. de-
cis.* 594. *num.* 1. & *seqq Schettin. de tert. ven. ad
caus. cap. 3. inspect.* 1. *num.* 28

Minusque obstat ratio ejusdem regulæ, quia
illa personarum identitas, quæ requiritur, ut sen-
tentia pariat exceptionem rei judicatæ, non debet
intelligi de identitate materiali, sed de identitate
secundum juris interpretationem, quæ verificatur
respectu illorum personarum, quæ sese defendunt
eodem omninò jure, quo se defenderat ille, contra
quem lata fuit sententia, ut apprimè evenit in
substitutis, quatenus hi se tueantur eodem jure,
iisdemque mediis, quibus se tuebatur hæres, qui
contrariam passus fuit sententiam, ut omissis aliis, 20
qui citari possent, ita in specie simili objecto re-
spondet *Schettin. de tert. ven. ad caus. dict. cap.* 3.
inspect. 1. *num.* 4. ibi -- *Nam respondemus, satis es-
se eandem personam juris interpretatione, quia idem
jus prætendit, quod principalis contradictor, a quo jus
istiac procedit, olim prætenderat, & defenderat* --

Atque hinc sententia lata contra unum ex
condominis, vel cohæredibus, nocet aliis condomi-
nis, & cohæredibus, quamvis unius persona, &
altera materialiter diversificetur *l. loci corpus* 4. §. *si* 21
fundus ff. si servitus vindic. Menoch. cons. 421. *n.* 63.
Tiraquell. in tractat. res int. al. act. limit. 22. *Pe-
regr. de fideicomm. art.* 53. *num.* 43. *Schett. d. tra-
ctat. de tert ven. ad caus. cap. 3. inspect.* 3. *num.* 1.
Atque item [omissis aliis exemplis, quæ plurima
possent afferri] sententia lata contra Principem,
vel Prælatum, aliosve administratores, facit jus
etiam contra Principes, & Prælatos successores, quam-
vis isti sint materialiter diversi ab illis, contra quos
sententia fuit pronunciata *cap. cum inter* 13. *de* 22
sentent. & re judic. Cravett. cons. 10. *num.* 8. *Tira-
quel. de jur. primogen. quæst.* 35. *num.* 17. *Peregrin.
de fideicomm. art.* 53. *num.* 48. *Schettin.* loc. citat.
dict. cap. 3. inspect. 1. *num.* 48.

Firmata jam, & a contrariis vindicata opinio-
ne nostræ decisionis, parum immorandum est in
reiiciendis contrariis sententiis, quas ab initio re-
tulimus. Opinio enim illorum, qui requirunt sub-
stituti citationem saltem per proclama, de qua su-

23 pra *num.* 2., uti loquens contra communiorem Doctorum, & Tribunalium seutum, ex re ipsa reiicitur.

Illi verò Doctores relati *num.* 3. qui volunt requiri saltem scientiam in eo, qui præjudicatus remanere debet ex sententia contra alium lata, procedere, & admitti possunt quando sententia fuit lata contra illum, qui habet interesse secundarium, tunc enim non præjudicat habenti interesse primarium, nisi hic sciverit judicium contra alium agitari, nullo autem modo procedit quando sententia est lata contra habentem interesse primarium,
24 ut contrarias authoritates conciliando ait *Schettin.* in sæpedict. *tract. de tert. ven. ad cauf. cap.* 3. *inspect.* 1. *num.* 36. *vers. putavit*.

Illi demum, qui distinguunt inter sententiam
25 latam contra hæredem habentem principale interesse, & sententiam latam contra substitutum habentem interesse solum secundarium, ut supra *n.* 4. *& seqq.* scripta ab eis in secunda parte dictæ distinctionis egent declaratione. Aliud enim est, quod sententia lata contra habentem interesse secundarium non noceat habenti interesse primarium, nisi hic habuerit notitiam moti judicii, & hoc probant authoritates relatæ sub *num.* 6. Aliud verò, & longè diversum, quod ut eadem sententia noceat aliis habentibus interesse æquale, requiratur horum scientia, & hoc non probant dd. authoritates, nec probare possunt, quia in contrarium stat veritas, quod immò sententia lata contra unum nocet etiam aliis æquale interesse habentibus, quamvis nec citati fuerint, nec scientiam habuerint prædictæ sententiæ, ut probavimus *num.* 21. quæstionem autem nostram versari in his secundis terminis ex eo patet, quia nos non dicimus ex sententia prolata contra substitutum oriri exceptionem rei judicatæ contra primum hæredem, sed solum dicimus hujusmodi exceptionem oriri contra alios æquè substitutos.

Ultra quam quod sententia lata contra substitutum, postquam jam venit casus suæ substitutionis, non potest censeri prolata adversus habentem interesse secundarium, quia purificata substitutione substitutus verè, & propriè dicitur habere jus primarium, & esse legitimus contradictor, uti ille ad quem spectat prima causa defensionis in concursu aliorum substitutorum, qui nonnisi post ipsum sunt successuri, ut ad hunc præcisum effectum ex-
26 plicando quis sit legitimus contradictor ad hoc, ut exinde inferatur, sententiam contra illum latam, aliis etiam insciis nocere, tradit *Schettin. d. cap.* 3. *inspect.* 1. *num.* 2.

Si ergò substitutus post purificatam substitutionem dicitur habere principale interesse, non debet de sententia contra ipsum lata diversimodè judicari, ac de sententia lata contra primum hæredem; proindeque cum ea non alia ratione, ut vidimus, substitutis præjudicet, quam quia est lata contra habentem principale interesse, idipsum
27 quoque dicendum est de sententia lata contra primum substitutum, ubi enim eadem est ratio, eadem quoque esse debet juris dispositio ex vulgata *l. illud ff. ad l. Aquil. Fulgos. cons.* 77. *n.* 2. *&* 3. cum aliis apud *Bonden. collect. legal.* 14. *num.* 77. *vol.* 2. *Rot. decis.* 27. *n.* 6. *coram Benincas.*

Absolutis iis, quæ pertinent ad nostram quæstionem, lata hic pateret via afferendi omnes alias limitationes, quibus subest regula, quod sententia contra unum lata aliis non præjudicet. Sed quia Provinciam hanc assumentes nimis excederemus ter-
28 minos decisionis, cui subsequitur hæc Additio, ideo Lectorem plura super hac materia scire cupientem remittimus ad dict. *Schettin. de tert. ven. ad caus. cap.* 2. *per tot.*, ubi per plures inspectiones materiam hanc latè tractat, & tanta Doctorum copia suas assertiones coadjuvat, ut nihil supersit.

Sicut etiam si scire cupias, an, & quando sententia lata contra gravatum noceat sequentibus substitutis, etiamsi in judicio non comparuerint, & protestati fuerint de reservando sibi jura, & an noceat fideicommissariis nascituris non citatis, vi- 29
de ultra superius relatos, & deducta in hac nostra *decis. num.* 1., & ferè *per tot*, plenissimas *dec. Senat. Mantuan.* penes *Palm. Nep. decis.* 360. 361. 362. *&* 363. *per tot.*, & abundè etiam *decis.* 69. *n.* 37. *& seqq. & decis.* 108. *num.* 10. *& plurib. seqq. coram me*, & supra hoc eodem volumine *decis.* 34. *num.* 7. 49. *&* 50., & infra *decis.* 65. *num.* 14. *& seqq. decis.* 94. *num.* 10. *& seqq.*, & plenè in *Pisana prætensæ separationis bonorum* 28. *Augusti* 1716. *coram D. meo Audit. Urban.*

Ad num. 2. *&* 45.

Dispositionem *l. cum avus ff. de condit. & demonstr.*, *& l. cum acutissimi C. de fideicommiss.* non 30
habere locum in fideicommisso agnatitio, tenent relati in *decis. Florentin.* 57. *num.* 70. *coram me*, confirmata anno 1713. in *decis.* infra imprim.

Alia ad materiam dictarum Legum vide supra *decis.* 23.

FLORENTINA
Prætensi Fideicommissi.
16. *Februarii* 1694 *ex Lib. Mot.* 87. *a* 419.

ARGUMENTUM.

Filii in conditione positi non censentur dispositivè vocati, quando non concurrunt conjecturæ pro eorum vocatione. Et quales eæ sint breviter indicatur.

SUMMARIUM.

1 *Filii in conditione positi non censentur dispositivè vocati.*
2 *Nec tutum, nec honestum est ab hac opinione recedere.*
3 *Præcipuè non concurrentibus in contrarium conjecturis.*
4 *Prima conjectura pro vocatione filiorum est qualitas masculinitatis.*
5 *Secunda esse de descendentibus testatoris.*
6 *Tertia exclusio fœminarum.*
7 *Quarta ratio conservandæ agnationis.*
8 Liberorum *nomen tam ad masculos, quam ad fœminas referri potest.*

DECISIO XLV.

In Causa Baroncini, Consorti di Lite, e Baroncini.

Licet Nicolaus Angeli de Sancto Martino substituendo Bartholomæo ejus ex sorore nepoti, expressè dixerit, ita demum substitutioni locum fore -- *si ipse decederet sine liberis legitimis, & naturalibus* -- non per hoc tamen credidimus D. Constantiam dicti Bartholomæi filiam fuisse per fideicommissum vocatam ad bona dicti Nicolai, itaut mortuo patre, ea admittenda sit ad revocationem rerum alienatarum ab eo, cum hodie nemo sit, qui dubitet, quin receptior sit opinio illa, quæ habet, quod positi in conditione non censentur vocati ad commodum fideicommissi,

& ad

& ad effectum, ut bona fideicommiſſo obnoxia, non
poſſint per gravatum alienari, tam in vita, quam
1 in morte, ſed ſolum relicta ſit communis via ſuc-
cedendi ab inteſtato, excluſo ſubſtituto per *Gloſſ.*
vulgatiſſimam in *l. Lucius* la 2. *ff. de hared. inſtit.*
cum qua concordantes ad ſatietatem referunt *Craſſ.*
in §. fideicommiſſam quaſt 13 *in princ. Gail. pract.*
obſerv. lib. 2. *obſerv.* 136. *num.* 18. *cum ſeq.*, &
cæteris, ut in re nimis nota, omiſſis. *Theſaur. de-*
ciſ. 96. *per tot.*

Nec tutum, nec honeſtum fuiſſet ab ea rece-
dere, ut in ſimilibus terminis per multa pulchrè
2 cumulata probat *Menoch. de præſump. præſump.* 34.
num. 9., præſertim cum nulla prorſus ex illis
conjecturis in caſu noſtro militaret, ob quas li-
citum eſſe a prædicta ſententia recedere admittunt
3 Scribentes, quales videlicet ſunt qualitas maſculi-
4 nitatis *Gaid. Pap. quaſt.* 184. *Dec. in l.* 1. *num.* 16.
Cod. de pact. cum aliis relatis per *Craſſ.* ubi ſupra
5 *quaſt.* 14. *num.* 1. *Theſaur. num.* 21. eſſe de deſcen-
dentibus teſtatoris *Mantic. de conjectur. ultimar. vo-*
luntat. lib. 11. *tit.* 3. *n.* 5. *&* 7., & latiſſimè *Rot.*
Bononien. apud Barz. deciſ. 5. 6. *&* 7. *per tot.* ex-
6 cluſio fœminarum DD. in locis ſupra allegatis, &
ratio conſervandæ agnationis *Craſſ.* ubi ſupra *a* 5.
7 *& Theſaur. num.* 20.

Quarum nulla poteſt caſui noſtro applicari,
cum conditio illa -- *ſine liberis* -- poſſit tam ad
8 maſculos, quam ad fœminas referri *l. liberorum ff.*
de verbor. ſignificat., & omnes tam inſtituti, quam
ſubſtituti ex tranſverſo junguntur teſtatori, &
nulla ſine dubio fuit habita ratio propriæ agnatio-
nis, dum fuerunt ad hæreditatem vocati illi, qui
jam de aliena agnatione nati erant, & ex iis nos
moti denegavimus actrici licentiam revocandi a-
lienata per patrem ſuum in extraneas perſonas, &
D. primi Judicis ſententiam revocavimus.

Antonius Curius Prætor,
Alexander Zilocchius.
M. Antonius de Amatis,

A D D I T I O

A R G U M E N T U M.

Maſculinitas adjecta poſitis in conditione eſt urgens conjectura pro eorum vocatione, maximè ſi ſit geminata, & ex ea elici poſſit tacita agnationis contemplatio, vel aliæ conjecturæ concurrant, & contraria opinio declaratur, & quid de qualitate deſcendentiæ a teſtatore.

S U M M A R I U M.

1 *QUalitas maſculinitatis eſt una ex conjecturis pro vocatione filiorum in conditione poſitorum.*
2 *Et eſt urgens conjectura.*
Et probabilis num. 4.
3 *Etiam operatur in tranſverſalibus, vel quamvis adſit in loco Statutum fœminarum excluſivum.*
5 *Maximè quando mentio maſculinitatis fuit pluries repetita.*
6 *Quia tali caſu arguit contemplationem agnationis.*
7 *Præcipuè ſi fœminæ ſint excluſæ.*
8 *Et conſtet teſtatorem incumbere voluiſſe conſervationi agnationis.*
9 *Et talis conjectura de ſe ſola eſt potiſſima ad inducendam vocationem.*
10 *Ex quibus conſtet teſtatorem voluiſſe proſpicere agnationi, vel non, remiſſivè.*
11 *Contra quod conjectura deſumpta a qualitate maſculinitatis communiter reprobetur.*
12 *Cum cenſeatur adjecta favore ſubſtituti, nec ab ea inferatur ad vocationem.*
13 *Etiamſi fuerit geminata.*
14 *Junctaque cum excluſione fœminarum.*
15 *Concorda, ut prima opinio procedat, ſi aliæ conjecturæ concurrant, & num.* 16.
17 *Item ſi a mentione maſculinitatis, & excluſione fœminarum deſumi poſſit teſtatorem voluiſſe tacitam conſervationem agnationis.*
18 *Et ex quibus valida dicatur hæc tacita agnationis conſervatio.*
19 *Declara, quod ad hoc, ut dicta conjectura operetur, requiritur ut maſculinitas ſit præcisè adjecta poſitis in conditione, adeout non ſufficiat, quod fuerit appoſita primis inſtitutis, vel aliis.*
20 *Agnationis contemplatio inducit vocationem quando eſt generalis, non quando eſt reſtricta, & limitata ad certas perſonas, & caſus.*
21 *Qualitatem deſcendentiæ eſſe unam ex conjecturis pro vocatione filiorum in conditione poſitorum admittunt aliqui.*
22 *Contraria opinio verior.*
23 *Declara tamen ſaltem operari, ut pro vocatione admittantur leviores conjecturæ, & de ratione.*

Ad num. 4.

QUod qualitas maſculinitatis ſit una ex conje- 1
cturis pro arguenda vocatione filiorum in
conditione poſitorum ultra adductos in hac noſtra
deciſ. firmant *Hieronym. Palm. Sen.* in Cauſa hujus
Dominii *conſ.* 2. *num.* 63. *Palm. Nep. alleg.* 86. *n.* 36.
Dom. meus Audit. Calderon. reſolut. 94. *n.* 5., ubi 2
quod hæc eſt urgens conjectura. *Torr. de primoge-*
nit. tom. 2. *quaſt.* 32. *num.* 6. *Conſtantin. ad Statut.*
Urb. annot. 36 *num* 135. *& ſeqq. Fredian. de fidei-*
commiſſ. diſſert. 2. *num.* 14. *diſſert.* 3. *num.* 3 *&* 17.,
ubi quod operatur etiam in tranſverſalibus, & quam- 3
vis in loco adſit Statutum excluſivum fœminarum,
& num. 20. *& diſſert.* 29. *num.* 13., ubi quod hæc 4
eſt conjectura probabilis. *Senat. Mantuan. apud Surd.*
deciſ. 162. *num.* 10. *Seſſ. deciſ. Aragon.* 65. *num* 4.
& 13 *Rot. Florentia. apud Cabull. conſ.* 105. *n.* 4.
& ſeqq. & num. 16. 17 *&* 39. *lib.* 1. *apud Acca-*
riſ. deciſ. 100. *num.* 6. *&* 7. *apud Magon. dec.* 27.
num. 4. *& ſeqq. & apud Palm. Nep. dec.* 429. *n.* 10.
& infra *deciſ.* 82. *num.* 13 *in fin. dec.* 92. *num.* 6.
& dec. 115. *num.* 41. *& dec.* 183. *num.* 62. *& in*
Florentina Fideicommiſſi de Fabbrinis 5. *Septembris*
1710. *num.* 15. *&* 16 *coram Domino meo Audit. Ca-*
ſuregi. Adden. ad Baratt deciſ. 385. *n.* 10. *verſic.*
prima eſt. Anſald. in addit. ad deciſ. 89. *num.* 77.
Rot. Rom. coram Priol. dec. 344. *num.* 17. *Emerix*
Jun. deciſ. 203. *num.* 10 *&* 11. *Benincaſ dec.* 224.
num. 11. *poſt de Luc. de fideicommiſſ. dec.* 53. *n.* 16.
& deciſ. 58. *num.* 22.

Maximè quando mentio maſculinitatis fuit 5
pluries habita, & repetita *Mel. allegat.* 36. *n.* 6.
& allegat. 121. *num.* 19. *lib.* 3. *Bonden. collect.* 11.
num. 17. *tom.* 2. *Rodulphin. alleg.* 8. *num.* 4 *& al-*
legat. 52. *num.* 6. *Dom. meus Audit. Calderon. dict.*
reſolut. 94. *num.* 6. *Conſtantin. ad Statut. Urb.* ci-
tat. *annot.* 36. *num.* 192. *Rot. Marchia apud Tho-*
mat. deciſ. 23. *num.* 9. *& ſeqq. Sac. Conſil. Neapolit.*
apud Capyc. Latr. deciſ. 1. *num.* 22. *Rot. Florentin.*
infra *dict. deciſ.* 92. *num.* 7. *& in dicta Florentina*
Fideicommiſſi de Fabbrinis 1720. *n.* 16., quam infe-
rius impreſſam habebis, *& in Florentina Fideicommiſſi*
29. *Septembris* 1719. *artic.* 1. *num.* 21. *& ſeqq.*, ubi
plurimi referuntur *coram me*, in tertio volumine
mearum *deciſ.* imprimend., *& in Florentina Immiſ-*
ſionis 28. *Septembris* 1725. *artic.* 1. *num.* 12. *&* 13.
coram me, ubi quod reduplicata qualitas maſculi- 6
nitatis arguit contemplationem agnationis, plu-
resque

resque adducit concordantes in tertio volum. meorum decis. pariter imprimend. Rot. Rom. coram Gregor. decis. 315. num. 2., ibique Adden. num. 17. Cavaler. decis. 496. num. 13. in fin. Royas dec. 111. num. 6. in recent. decis. 494. num. 9. par. 14. decis. 276. num. 52. & decis. 481. num. 7. part. 18. & decis. 328. num. 18. par. 19.

Præcipuè autem si sint exclusæ fœminæ, ut
7 in hac nostra decis. num. 6., & tradunt Hieronym.
Palm. Sen. scribens in Causa Dominii Florentini
conf. 2. num. 63. Caren. resolut. 43. n. 11. Palm. Nep.
alleg. 86. num. 38. Rodulphin. alleg. 53. n. 9. Gob.
consult. 50. num. 6. tom. 1. Dom. meus Audit. Calder.
resolut. 39. num. 9. & resolut. 94. num. 12. Torr. de
primogenit. tom. 2. quæst. 55. num. 37. bo. me. Concivis, & olim Collega meus Constantin. ad Statut.
Urb. annot. 36. num. 138. 175. & 176. Baitell. decis. 77. num. 11. Rot. Florent. apud Caball. dict. consil. 105. num. 4. lib. 1. apud Palm. Nep. dict. decis. 429. num. 13. infra dict. decis. 82. num. 13. in fin. dict. decis. 115. num. 42. & in dict. Florentina Fideicommissi de Fabbrinis 1720. num. 17. & in dict. Florentina Fideicommissi 9. Septembris 1719. art. 1. num. 23. & seqq. ubi concordantes coram me. Ansald. in addit. ad decis. 89. num. 77. Adden. ad Buratt. decis. 385. sub num. 10. vers. undecima. Rot. Rom. in recent. decis. 526. num. 15. par. 13. & decis. 481. num. 14. par. 18.

8 Et constet testatorem incumbere voluisse conservationi agnationis, ut dicitur hic num. 7., &
uno ore confirmant omnes, & inter cæteros Caren. resolut. 43. num. 10 Cyriac. controv. 96. n. 18.
& 61. & controv. 301. num. 18. Actolin. resol. 73.
num. 17. Bonden. collect. 11. num. 27. tom. 2. Dom.
meus Audit. Calderon. dict. resolut. 39. num. 10. 18.
9 22 & 26. & dict. resolut. 94. num. 14., ubi quod
hæc conjectura de se sola est potentissima ad inducendam vocationem. Fusar. de substitut. quæst. 437.
num. 8. de Luc. de fideicomm. disc. 73. num. 4. Fredian. eod. tract. dissert. 29. num. 12., ubi quod hæc
est conjectura gravis. Rota Florent. apud Caball. dict.
conf. 105. num. 8. 39. & 40. lib. 1. apud Palm. Nep.
decis. 478. num. 34. apud Torr. variar. jur. quæst.
tom. 1. tit. 2. decis. 10. num. 100. & seqq., & infra
decis. 83. num. 65. & seqq., & plenissimè in Florentina Fideicommissi 9 Septembris 1719. art. 1. n. 19.
10 & plurib. seqq. coram me, ubi quando constet testatorem voluisse prospicere conservationi agnationis, & quando non. Ansald. in addit. ad decis. 89.
num. 77. & 82. Constantin. ad Statut. Urb. annot. 36.
num. 160. Rot. Rom. post eum decis. 111. n. 6. & 7.
& coram Merlin. decis. 359. num. 2. Manzaned. decis. 514. num. 8. Dunozet. Jun. dec. 518. n. 1. Ottobon. decis. 97. num. 15. Caprar. dec. 649. num. 9.
in recent. decis. 526. num. 3. & 4. part. 13. dec. 276.
num. 41. & seqq. part. 18. tom. 1. dec. 481. num. 15.
& 25. & dec. 500. num. 9. part. 18. tom. 2. & decis. 293. num. 5. par. 19. apud Calderon. resol. 51.
num. 45. & num. 47. in fin. & in Narnien., seu
Sabinen. Fideicommissi 13. Februarii 1713. §. progrediendo, & §. neque coram Ansaldo, nunc impress.
apud Fredian. post dissert. 13. num. 29. & in Firmen. Immissionis 1725. coram Reverendiss. Aldrovanda impress. apud eumdem Fredian. post dissert. 251.
num. 55.

11 Et quamvis aliquæ ex prædictis conjecturis fuerint a Doctoribus, & Tribunalibus reprobatæ, ut de qualitate masculinitatis in specie Hieronym. Palm. conf. 55. num. 2. & seqq., ubi reprobat contrarios, & num. 5. in fin. subdit ita fuisse judicatum in Rota Florentina. Castald. consult. 34. n. 14. Pacion. alleg. 11. num. 25. & alleg. 46. num. 12.
& seqq. Dom. meus Audit. Calderon. resol. 61. n. 20.
& seqq. Gratian. discept. 536. num. 58. & 59., ubi 12
quod talis qualitas censetur adjecta favore substituti, nec ab ea potest inferri ad vocationem positorum in conditione, & ad inducendum fideicommissum. Petr. de fideicommiss. quæst. 9. n. 172. & 185. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. titul. 3. num. 3. Constantin. ad Statut. Urb. annotat. 36. num. 141. & seqq. Scain. decis. Bonon. 2. num. 65. Rot. Florent. apud Caball. conf. 116. num. 3. lib. 1. apud Magon. decis. 27. num. 4. & seqq. apud Palm. Nep. dict. decis. 478. sub num. 35. & 36. apud Torr. variar. jur. quæst. tom. 1. tit. 2. decis. 10. num. 107. infra decis. 112. num. 17. decis. 130. n. 40. & seqq., ubi reprobat contrarios, in Florentina Fideicommissorum de Albizzis 24. Septembris 1721. n. 54. coram Dom. meo Audit. Bonfin. Sen. infra suis loco, & tempore imprimenda, confirmata de mense Augusti 1722. relati in citat. Florentina Immissionis 28. Septembris 1725. artic. 1. num. 40. coram me, ubi plures referuntur. Rot. Rom. coram Buratt. dec. 387. num. 4. Royas dec. 110. num. 8. & 9.

Etiamsi fuerit geminata, & reiterata, ut re-
probatis contrariis Dom. meus Audit. Calderon. dict. 13
resolut. 61. num. 3. 26. & 27. Rot. Florentina apud
Caball. conf. 105. num. 6. lib. 1. apud Magon. dict.
decis. 17. num. 8. & apud Palm. Nep. citat. dec. 478.
sub num. 35. & 36.

Junctaque sit cum exclusione fœminarum Hie- 14
ronym. Palm. dict. conf. 55. num. 6. & seqq. aliique supra relati.

Tamen simul junctæ sufficientes sunt ad sua-
dendum testatorem filios in conditione positos vo- 15
care voluisse, ut prosequuntur mox citatæ auctoritates, & signanter D. meus Audit. Calderon. citata
resolut. 39. num. 23., & allegata resol. 94. num. 15.,
ubi plurimi referuntur. Constantin. ad Statut. Urb.
dict. annot. 36. num. 195. & sub num. 275. & seqq.
Fredian. de fideicomm. dict. dissert. 29. num. 14. &
seqq. Rot. Florent. apud Magon. citata decis. 27. n. 4.
& seqq. & num. 7., ubi de conjectura desumpta ex 16
repetita qualitate masculinitatis, & num. 14. apud
Palm. Nep. decis. 478. num. 36. 43. & 44., ubi
declaratur quomodo hoc procedat, & infra dict. decis. 92. num. 7. & 9. citata decis. 144. num. 11. &
dict. decis. 183. num. 62. & in dict. Florentina Fideicommissi de Fabbrinis 5. Septembris 1720. n. 11.
coram Dom. meo Audit. Casaregio, infra imprimend.
& in dict. Florentina Immissionis 28. Septemb. 1725.
artic. 1. num. 44. coram me. Rot. Rom. coram Caprar. decis. 250. num. 11. & 12. & decis. 649. n. 10.
in recent. dict. decis. 276. num. 10. & seqq. part. 18.
tom. 1. citata decis. 481. num. 23., & allegata decis. 500. num. 1. par. 18. tom. 2. & post de Luc. de
fideicomm. decis. 52. num. 12. & decis. 58. n. 22.

Et in omnem casum arguitur vocatio a men-
tione masculinitatis, & exclusione fœminarum, quan- 17
do ab ea desumi potest, testatorem voluisse tacitam conservationem agnationis, ut plenissimè adductis hinc inde pluribus auctoritatibus, diffidentes opiniones conciliat bo. me. Concivis, & olim Collega meus Constantin. ad Statut. Urb. dict. annot. 36.
num. 135. & plurib. seqq., ubi quando, & ex qui-
bus in tali casu dicatur volita tacita conservatio 18
agnationis usque ad num. 183. Rota Florentina in
dict. Florentina Fideicommissi 1719. artic. 1. n. 45.
coram me.

Vel quando qualitas masculinitatis apposita est 19
illis, qui in conditione positi sunt, nec sufficeret si qualitas masculinitatis restricta sit ad primos institutos, vel adjecta aliis, qui in conditione positi non sunt, plenè Dom. meus Audit. Calderon. resolut. 55. num. 25. & 26.

Sic etiam contemplatio agnationis inducit vo- 20
catio-

cationem quando eſt generalia, non quando iſta reſtricta fuir, & limitara ad certas perſonas, caſus, & circumſtantias *Rot. in dict. Narnien ſeu Sabinen. Fideicommiſſi* 13. *Februarii* 1713. §. *progrediendo coram Anſald.* nunc impraſſ. apud *Fredian. poſt diſſert.* 13. *num.* 29.

21 An antem qualitas deſcendentiæ ſit una ex conjecturis apprnbaria ad hoc, ut filii in conditione poſiri cenſeantur vocati, admirtir noſtra *deciſ. n.* 5. aliique ſupra per nos relati in *addit. ad deciſ.* 22. *num.* 5., quibus addimus *Gob. conſult.* 5n. *num.* 5. *&* 6. ubi plurimi referuntur *tom.* 1. *Fredian. de fideicommiſſ. diſſert.* 29. *num.* 41. *&* 42. *Rot. Florent.* infra *deciſ.* 144. *num.* 11.

22 Contrarium tamen, & verius tenent alii plena mann congeſti in *addit. ad dict. deciſ.* 22. *num.* 4. *& ſeqq.*, ubi præſens deciſio adducitur, & declaratur.

23 Nam quod filii in conditione poſiti ſint deſcendentes reſtatoris efficit, quod leviores conjecturæ admittantur ex motivo majoria affectionis, quam aſcendentes veriſimiliter habent erga proprios deſcendentes, ſed non inducit vocationem, ua ulrra auctoritates per nos relatas in mox allegata *anaot.* confirmant, iſtamqne conjecturam declarant, & reprobant plures auctorirates, & Tribunalium deciſiunea, quas plena manu refert, & ſequitur *Dom. meus Audit. Calderon.* citata *reſol.* 55. *num.* 28. *&* 29.

F L O R E N T I N A
Fideicommiſſi.

21. *Auguſti* 1605. *ex Lib. Motiv.* 87. *a* 687.

A R G U M E N T U M.

Gravatus reſtituere fideicommiſſum univetſale cenſetur gravatus reſtituere prælegata, & portiones cohæredum, quæ ipſi obvenerunt, maximè concurrentibus conjecturis, de quibus in præſenti deciſione.

S U M M A R I U M.

1 *Facti ſeries.*

2 *Dictio* — in aliis — *excludit ſupranominata, & includit omiſſa in præcedenti diſpoſitione.*

3 *Verbum* — liberè — *tollit omne impedimentum.*
Limita ut non tollat fideicommiſſum in eodem teſtamento ordinatum num. 20.

4 *Subſtitutio facta ſub conditione decedentia ſine filiis tractum temporis habet, & eſt compendiaſa.*

5 *Et continet fideicommiſſariam, maximè ſi facta ſit per verbum* — pertineat — *quod eſt commune.*

6 *In fideicommiſſo univerſali comprehendantur etiam portiones cohæredum, quæ per fideicommiſſum obvenerunt gravata.*
Amplia non obſtante dictione — in aliis — *n.* 16.

7 *Maximè ſi præcedat legatum, & fideicommiſſum, & poſtea ſequatur gravamen.*

8 *Item ſi ſubſtitutio facta ſit per verbum* — ſubſtituit — *indefinitè prolatum abſque ulla mentione hæreditatis, ſeu portionis hæreditariæ.*

9 *Et quando intrat favor conſervandæ agnationis.*

10 *Et conjecturata mens teſtatoris.*
Quæ in propoſito totum operatur num. 13.

11 *Quando a teſtatore fuit conſideratus ſolus effectus, diſpoſitio locum habet, etiamſi formaliter non verificetur caſus per eum expreſſus.*

12 *Amplia non ſolum in conditione neceſſaria, ſed etiam in voluntaria.*

14 *Prælegata, & portio hæreditaria, quæ obvenit fideicommiſſaria eiſdem regulis metiuntur.*

15 *Mens teſtatoris totum facit, etiamſi fiat contra verba prohibitiva alienandi.*

17 *Quando inſtitutio eſt de omnibus bonis, prælegata, & fideicommiſſa veniant in reſtitutione.*

18 *Amplia idem eſſe, quando eſt de omnibus aliis bonis.*

19 *Fortius quando verba* — in aliis — *ſunt in ſubſtitutione, non in inſtitutione.*

DECISIO XLVI.

In Cauſa Lati, e Bianchini.

IN præſenti cauſa vertente inter Carolum de Latia actorem ex una, & Petrum de Bianchinis reum conventum ex altera, in qua tam primus, quam ſecundus Judex circa exiſtentiam fideicommiſſi in tribus quartis partibus fuerunt concordes, eorumque ſeutentia rranſivit in judicatum, ſed ſolum diſcordaverunt in qua parte hæreditatis relictæ jure legati D. quondam Auguſtino, a qua reus conventus per primum Judicem fuit abſolutus cum condemnatione in expenſis ad ratam Victoriæ, ſecundus verò diſſenſit quoad dictam quartam partem, a qua fecit abſolutionem ab obſervatione judicii.

Præſuppoſito in facto, quod in teſtamento Philippi de Latis fuerit relicta jure inſtitutionis, &
legati quarta pars hæreditatis Auguſtino fratri germano D. Philippi, & in caſu decedentiæ ipſius ſine
filiis maſculis fuerit eidem ſubſtitutus D. Joannes
Baptiſta alter ejus frater, qui in omnibus aliis bo- 1
nia dicti teſtatoris fuit univerſalis hæres inſtitutus,
eidemque in caſu decedentiæ ſine filiis maſculis ſubſtitutus fuerit Petrus de Latia, ſi viveret, ſin autem filii ejuſdem Petri.

Item quod defuncto teſtatore, & agnita hæreditate tam per d. Auguſtinum pro d. quarta parte, quam per Joanuem Baptiſtam pro reliquis, deceſſerit Auguſtinus ſine filiis, & per mortem ipſius locus factus fuerit ſubſtitutioni in dicta quarta parte ad favorem d. Joannis Baptiſtæ, qui eam agnovit, noviſſimeque deceſſerit dictus D. Joannes Baptiſta ſine filiis, ſuperſtite D. Carolo filio ſubſtituto dicti Petri.

Dubitatum fuit, an in præfata ſubſtitutione purificata per mortem dicti D. Joannis Baptiſtæ in perſonam, & ad favorem dicti D. Caroli veniat etiam portio dicti Auguſtini obventa in dictum D. Joannem Baptiſtam ex ſubſtitutione, de qua ſupra. Ratio dubitandi fuit, quia ſubſtitutio facta dicti Joanni Baptiſtæ non ſolum reſtricta fuit ad bona in ejus ſubſtitutiona comprehenſa, quæ non comprehendunt portionem dicto Auguſtino relictam, nam teſtator in memorato ejus teſtamento poſt inſtitutionem Auguſtini in dicta quarta parte, & ſubſtitutionem ei factam, dictum D. Joannem Baptiſtam in omnibus aliis bonis inſtituit, eidemque dictum Petrum, & filios ipſius ſubſtituit, quæ demonſtrant, quod noluit in dicta ſubſtitutione venire dictam quartam partem Auguſtino relictam ob
vim, ſenſum, & naturam illius dictionis — *in aliis* —
quæ ſupra nominata excludit, & omiſſa in præcedenti diſpoſitione includit, ut plenè poſt plures,
quos allegat, dicit *Peregrin. de fideicomm. art.* 7. 2
num. 44., qui propterea concludit in hujuſmodi ſpecie prælegata fideicommiſſa non venire.

Sed in eadem ſubſtitutione, ex qua pervenit dicta quarta hæreditatis in Joannem Baptiſtam, di-

dum

ctum fuit, quod illa ad eum liberè spectet, & sic
quod non sit aliquo fideicommisso subjecta, & ob-
noxia, nam verbum -- *liberè* -- tullit omne impe-
3 dimentum, ut per *Alex. cons.* 12. *num.* 2. *& con-*
sil. 14. *num.* 3. *lib.* 2., & alios citatos per *Vulpell.*
in suo tractat. de præposit. ad verb. & conjunct. si-
gnific. in dictione liberè in princip. num. 56.

DD. tamen reformantes sententias hucusque
latas censuerunt contrarium, videlicet dictam quar-
tam partem jure prælegati relictam venire in sub-
stitutione.

Moti ex infrascriptis, primo quia cum sub-
stitutio sæpedicta facta fuerit Augustino sub con-
4 ditione decedentiæ ipsius -- *sine filiis* -- quæ tra-
ctum temporis habet, dicitur compendiosa secun-
dum *Bart. in l. Centurio num.* 9. *de vulgar. & pu-*
pillar. cum cæteris, de quibus per *Peregr. de fidei-*
commiss. art. 34. *num.* 2. *& seqq. Medic. in sua tra-*
ctat. de defin. defin. 80. *num.* 15., quæ ubi facta
a Pagano per verbum -- *pertineat* -- quod commune
5 est *Bart. in l. Centurio num.* 49. sine dubio fidei-
commissarium continet, ut ibi *Bart. num.* 46. cu-
jus sententia est communiter recepta, ut per *Man-*
tic. de conjectur. lib. 7. *tit.* 3. *num.* 15. *Peregrin. de*
fideicomm. artic. 34. *num* 67. undè cum per mor-
tem dicti Augustini sine filiis purificata fuerit ad
favorem dicti D. Joannis Baptistæ, qui eam agno-
vit, portio ista de plano ad eum ex fideicom-
missaria substitutione pervenit, & subintrat rece-
ptissima Doctorum sententia, quod in fideicommis-
so universali, quo quis fuit gravatus, veniunt etiam,
& comprehenduntur portiones cohæredum, quæ
per fideicommissariam substitutionem obvenerunt
6 eidem gravato, ut per *Bart. in l. pater filium § quin-*
decim ff. de legat. 3. *& in l. scævola ff. ad Trebell.*
Rip. in l. hæredes mei §. cum ita num. 43. *eod. tit.*
Socc. Jun. cons. 107. *n.* 39. *lib.* 3.

Secundò quia agitur de specie, in qua præce-
dit legatum, & fideicommissum, postea verò sequi-
tur gravamen, nam testator prius dictum Joannem
7 Baptistam substituit Augustino sæpedicto in dicta
quarta parte hæreditatis, postea verò eumdem Jo-
annem Baptistam onere fideicommissi gravavit in
casu decedentiæ ipsius sine filiis, substituendo ei-
dem dictum Petrum de Lacla, si tunc viveret, sin
autem filios ejusdem, & sic dictum Carolum, quo
casu an comprehendatur dicta quarta non ambigi-
tur, ut censuit *Bart. in l. Marcellus §. quidam li-*
beris n. 8. *& 9. ff. ad Trebell.* quem cæteri sequun-
tur communiter, ut per *Alex.* ibi *num.* 18., & per
alios, de quibus per *Menoch. de præsumpt. lib.* 4.
præsumpt. 193. *num* 7. *Michael Graff. in §. fideicom-*
miss quæst. 48. *num* 3., & latius per *Peregrin. de*
fideicomm. art. 8. *num.* 9. *& seq.*

Tertiò quia substitutio facta dicto Joanni Ba-
ptistæ facta fuit per verbum -- *substituit* -- simpli-
8 citer, & indefinitè prolatum absque adjectione, seu
commemoratione hæreditatis, seu portionis hære-
ditariæ eidem relictæ, quo casu substitutio ei facta
censetur non modo tanquam instituto, sed etiam
tanquam substituto, ut post alios attestando de
communi concludit *Peregrin. dict. art.* 8. *n.* 11.

Quartò quia dictum relictum quartæ partis
9 fuit factum vocatis agnatis masculis de familia,
quorum conservandæ agnationis favor operatur,
quod hujusmodi controversa portio veniat in resti-
tutione, ut comprobat *Ruin. cons.* 139. *num.* 17.
lib. 3. *Menoch. cons.* 95. *num.* 51. *& seqq.*

10 Quintò quia sic suadet conjecturata mens te-
statoris sumpta ex eo, quod voluit, ut supra di-
ctum fuit, substitutionem præcedere fideicommis-
sum, illudque esse factum per verbum -- *substituit* --
simpliciter, & non sub mentione alicujus hæredis,
& in favorem conservandæ agnationis vocando ex-
pressè ad dictam portionem sæpedictum Carolum
filium dicti Petri, quem vocavit in alia substitutio-
ne præcedenter, & quidem in casu præciso, de
quo nunc agitur, nempè decedentiæ dicti Augusti-
ni sine filiis, & non existentiæ dicti D. Joannis Ba-
ptistæ, vel ejus filiorum in humanis. Undè quem-
admodum, si casus iste extitisset tempore mor-
tis Augustini dictus D. Carolus ex clara testantis
dispositione ad hanc portionem ipsius admissus fuis-
set, ita pariter voluisse censetur, quod ad eam
nunc admittatur, cum ratio differentiæ nulla pos-
sit adduci, cur magis tunc admitti voluerit, quam
nunc, cum utroque tempore ad ejus exclusionem
solum superexistentiam D. Joannis Baptistæ, & fi-
liorum consideraverit, ut ad ejus admissionem mor-
tem eorumdem verificari voluerit, ut tunc eve-
nit, Undè sicut quando a testatore consideratus
fuit effectus quomodocumque, & quandocumque
ille sequatur, dispositio ipsius locum habet, licet for-
maliter non extitisset casus per eumdem expressus,
ut tradunt scribentes post *Bart. num.* 3. *in l. Gal-*
lus §. et quid si tantum ff. de liber. & posthum.,
idque non solum in conditione necessaria ad effe- 11
ctum actus, ut ipse loquitur, verum etiam in vo-
luntaria, ut per *Socc.* ibi *num.* 6. *Alex. consil.* 100.
lib. 4. *Soccin. Jun. cons.* 42. *num.* 35. *lib.* 1., & per
alios de quibus *Menoch. cons.* 243. *num.* 28. *lib.* 3. ita 12
a fortiori conjecturam efficacem præstabit ad effe-
ctum, ut portio prædicta in dictum D. Joannem
Baptistam ex fideicommissaria substitutione obven-
ta veniat in fideicommisso universali, quo ipse
fuit gravatus ad favorem ejusdem D. Caroli, ut
doctissimè de more consideraverunt excellentissimi,
ac doctissimi Domini Informantes pro parte memo-
rati Actoris, quæ in istis terminis est magni mo-
menti, & totum facit, ut per *Mantic. lib.* 7. *tit.* 7.
num. 7. *Crass. de fideicommiss. quæst.* 47. *num.* 7. 13
Peregrin. artic. 7. *num.* 21 *Honded. consil.* 71.
num. 29. 30. *& 31. lib.* 2., & per *Riminal. Jun.*
cons. 147. *num.* 41. *lib.* 1., qui licet de obventis
per prælegata loquantur, locum tamen etiam ha-
beat in his, quæ per fideicommissariam substitu-
tionem obvenerunt gravato, cum in materia ista
hæc invicem æquiparentur, & eisdem regulis, &
conclusionibus concludantur, ut per *Peregrin. dict.*
art. 8. *num.* 9. *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 193.
num. 1., ut etiam ex se patet, cum mens testatoris 14
semper tanquam Regina dominetur, etiam si fiat
contra verba prohibitiva alienandi *Ang. cons.* 169.
Jas. in l. filius familias §. Divi num. 78. *in secunda*
lectura septima notab. Corn. cons. 178. *n.* 2. *lib.* 2. 15
Dec. cons. 511. *num.* 6. *Felin. cons.* 42. *num.* 4.

Non obstat prima difficultas de considerata re-
strictione substitutionis ad bona in institutione com-
prehensa, quæ portionem Augustini non com-
prehendit.

Nam respondetur, quod contrarium determi-
nant *Oldrad. cons.* 158. *n.* 5. *Add. ad Alex. cons.* 25. 16
lib. 1. *Ruin. cons.* 130. *num.* 10. *lib.* 3. *Natta con-*
sil. 231. *in princip. lib.* 2. *Mantic. de conject. lib.* 7.
tit. 7. *num.* 8. *Simon de Prat. lib.* 3. *interpret.* 3.
dub. 5. *solut.* 1. *n.* 4. *Honded. consil.* 71. *n.* 44.
lib. 1. *Imol. Jun. consil.* 128 *num.* 2. ubi in prin-
cipio dicit verius esse dictionem -- *aliis* -- nihil obesse,
quominus prælegata, & fideicommissa insint restitu-
tioni. *Surd. dec.* 269. *n.* 11., ubi adducendo rationem
dicit id esse, quia illa expressio de aliis bonis tacitè
inerat, ex quo si testator dixisset generaliter in omni-
bus bonis, nihilominus legata, & fideicommissa non di-
cerentur relicta titulo institutionis, ideò nihil ope-
ratur, & quemadmodum prælegata, & fideicom-
missa veniunt in restitutione, quando institutio est
gene-

generalis de omnibus bonis *Peregrin. art. 7. n. 23.*
& 24. ita etiam venire debent quando est de om-
nibus aliis bonis, ut dicit esse de mente *Alex.*, &
18 arguit *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 194. num. 7.*
vers. præterea lib. 4., qui expressè dicit, quod ve-
niant, & latissimè *Marzar. de fideicomm. quæst. 3.*
vers. sed in contrarium, ubi innumeros allegat.

Et tanto magis a præfata opinione non esse
recedendum censuerunt, quia in specie de qua agi-
tur dd. verba -- *de aliis* -- solum reperiuntur in
institutione, non autem in substitutione per ea,
19 quæ conciliando opiniones tradunt *Mantic. Natt.*,
& alii citati per *Honded. dict. cons. 71. num. 44. in*
vers. auctoritates vero lib. 1.

Non obstat secunda difficultas fundata in di-
cta dictione -- *liberè* -- quia illud non tollit fidei-
20 commissum in eodem testamento ordinatum *Ruin.*
cons. 99. n. 12. vers. & similiter aliud lib. 4. Goz-
zad. cons. 30. n. 14. & 15. Imol. Jun. dict. cons. 120.
in fin. vers. non obstant illa verba liberè, & pleno ju-
re. Peregrin. artic. 19. num. 20. & cons. 93. n. 7.
& 8. & 9. lib. 1.

M. Antonius de Amatis Prætor.
Alexander Zilocchius.
Antonius Curiunt.

ADDITIO

ARGUMENTUM.

Prælegata an & quando veniant in restitutione fideicommissi?

SUMMARIUM.

1 *Decisio hujus quæstionis pendet a testatoris voluntate.*
2 *Veniunt sub restitutione, si id testator expressè ordinaverit.*
3 *Non veniunt, si hæres ex permissione testatoris habet facultatem de illis disponendi.*
4 *In dubio pro libertate bonorum & contra fideicommissi vinculum est judicandum.*
5 *In dubio prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi.*
6 *Dictio* -- aliud -- *est adversativa, & denotat diversitatem.*
7 *Prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi quando hæredis institutio est concepta cum clausula* -- in aliis bonis --
8 *Hæc tamen conjectura non est tuta.*
9 *Et ab ea receditur ex conjecturis*
10 *Distinguendum est an illa clausula* -- in aliis -- *sit apposita in institutione, vel etiam in substitutione.*
11 *Receditur a prædicta regula quando prælegata absorbent totum, vel majorem partem hæreditatis.*
12 *Item receditur, si testator prohibendo hæredi alienationem, utatur aliqua ratione, quæ bonis prælegatis æquè, ac aliis congruat.*
13 *Maximè si testator contemplatus fuerit suæ agnationis conservationem.*
14 *Non data inter prælegatarios æqualitate, prælegata non veniunt in restitutione.*
15 *Item non veniunt, quando unicus fuit hæres a testatore institutus.*
16 *Si testator expressè mandaverit aliquorum prælegatorum restitutionem, cætera non debent restitui.*
17 *Vice versa, si aliqua ex prælegatis exceperit ab onere restituendi, cætera cadent sub restitutione.*
18 *Et veniunt sub restitutione, quando constat prælegata fuisse facta ad solum effectum dividendi inter hæredes bona hæreditaria.*
19 *Et quando ultra titulum legati testator usus fuit in illorum assignatione etiam titulo institutionis.*
20 *Doctores, qui agunt de materia an, & quando prælegata veniant in restitutione fideicommissi, referuntur.*

Frequentissima est apud Forenses quæstio hæc,
de qua in præsenti decisione tractatur, an sci-
licet prælegata veniant nec ne in restitutione fi-
deicommissi, & quia tota hujus quæstionis decisio
pendet a testatoris voluntate *l. Lucius Titius 78. ff.* 1
ad S. C. Trebell. ibique *Gloss. in verb. legatur. Man-*
tic. de conjectur. ultim. volunt. lib. 7. tit. 7. n. 7.
Peregr. de fideicomm. art. 7. n. 21. Rot. decis. 140.
n. 8. par. 15. rec. ideò sicuti si testator expressè
dixerit, portiones hæredi prælegatas restituendas
fore ab ipso hærede una cum universo fideicom-
misso, non dubitatur de eorumdem prelegatorum
compræhensione in fideicommissi restitutione *Ripa* 2
in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad S. C. Trebell.
Bero. cons. 79. n. 19 lib. 2. Honded. cons. 71. n. 13.
libr. 1. Fusar. de substit. quæst. 650. n. 122. Rot.
dec. 168. n. 8. & 9. coram Buratt. dec. 304 n. 1.
par. 15. rec. ita vice versa extra omnem dubita-
tionem est dd. prælegata non venire in restitutio-
ne fideicommissi, quando testator illa reliquit cum
expressa declaratione, ut hæres posset de illis dispo-
nere *l. si quando in principio ff. de legat. 1. Surd.* 3
cons. 352. n. 23 vers. ex prædictis. Menoch cons. 1091.
n. 2. Fusar. de substit. quæst 650. n. 45. Thesaur.
quæst. for. lib. 1. quæst. 17. n. 19. Rot. decis. 171.
n. 11. par. 13. rec.

Cæterum si de expressa testatoris voluntate
non constet, tunc cum omnia jura clament pro
libertate bonorum, & in dubio contra fideicom-
missi vinculum sit judicandum *Peregr. cons 19.* 4
num. 8. & seqq. & cons. 20. n. 14. lib. 3. Cenc. de
censib. quæst. 30. num. 28. & seqq. Rota Lucen. de-
cis. 374. n. 8. penes Palm. Rota Romana dec. 209.
n. 9. post Pacific. de Salvian. dec. 891. n. 10. & 11.
coram Dunoz. Jun. dec. 224 num. 7 & decis. 797.
num. 1. par. 18. decis. 119. num. 3 par. 19. rec.
decis. 2. num. 1. post de Luc. in Mantiss. de feud.
firmatum in jure habemus, receptumque est ab uni-
versa Doctorum schola, quod regulariter prælega-
ta non veniunt in restitutione fideicommissi juxta
theoricam *Bartol. in l. si quis servum 8 §. simul.* 5
ff. de legat. 2. Gratian. discept. for. cap. 404. n. 16.
Peregr. de fideicomm. art. 7. n. 22. Fusar. de substit.
quæst. 650. n. 26. & 131. Rot. dec. 168. n. 5. co-
ram Buratt. dec. 1295. n. 3. & dec. 1324. num. 3.
coram Emerix Jun. dec. 158. num. 6. par. 16 de-
cis. 356. n. 3. par. 19. rec. decis. 82. n. 3. & de-
cis. 86. n. 21. post de Luc. de fideicomm cum aliis
apud me in *dec. Florent. 94. n. 1.*

A qua regula tunc maxime recedendum non
est, quando testator post assignata hæredibus præ-
legata, gradum faciens ad hæredis institutionem il-
lum instituit non simpliciter in omnibus bonis, sed
in omnibus aliis bonis. Cum enim dictio illa *aliis*
sit de sui natura adversativa, & denotet, bona qui-
bus illa adiicitur diversa, & distincta esse ab illis, 6
de quibus antè fuerat dispositum *Alex. cons. 11.*
n. 10. & 11. lib. 2. Ruin. cons. 41. num. 6 lib. 5.
Menoch. cons. 335. num. 18. & seqq. Altograd.
cons. 68. n. 43. lib. 1. Rot. dec. 725. n. 11. coram
Dunoz. Jun. dec. 616. num. 5. cor. Cerr. dec. 653.
n. 8. & 9. par. 19. rec. hinc fit, quod in hæredis
institutione concepta cum dicta clausula venire so-
lum debent ea bona, de quibus antea dispositum

non fuerit, minimè autem illa, quæ per modum
prælegati fuerunt a testatore hæredi jam assignata.
7 *Bart. in dict. l. si quis servum §. final. in fin. ff.*
de legat. secundo. Ruin. conf. 147. *num.* 50. *& seq.*
Eugen. conf. 88. *num.* 26. *lib.* 2. *Surd. conf.* 265.
n. 5. *Peregr. conf.* 47. *n.* 25. *lib. prim. & de fidei-*
comm. art. 7. *n.* 44. *Fusar. conf.* 82. *n.* 13. *& seq.*
& de substit. quæst. 650. *num.* 24. *& seqq. Gratian.*
discept. 404. *num.* 16. *Thesaur. quæst. for. lib.* 1.
quæst. 17. *n.* 14. *Actolin. resolut.* 211. *n.* 108. *Me-*
rend. controv. jur. lib. 4. *cap.* 43. *n.* 7. *& seqq. &*
cap. 45. *n.* 22. *& seqq. Rot. decis.* 48. *n.* 27. *coram*
Coccin. dec. 449. *n.* 4. *coram Bich. dec.* 66. *n.* 4.
coram Ansald. dec 99. *n.* 16. *coram Benincas. de-*
cis. 112. *n.* 4. *& dec.* 155. *n* 7 *par.* 11. *dec* 150.
n 11 *& dec.* 158 *n.* 6. *par.* 16 *dec.* 60. *num.* 4.
par. 17. *dec.* 240. *n.* 1. *&* 2. *par.* 19 *rec.*

Notandum tamen, quod argumentum dedu-
ctum ab hujusmodi dictione *in aliis* non est adeo
firmiter tenendum, ut ab eo recedere multoties
non liceat, ultraquamqood enim appositio illius
dictiunis, potius quam restatoris voluntati, refer-
ri debeat stylo notariorum, qui in omnibus fer-
me testamentis, in quibus legata aliqua præcedunt,
solent subsequentem hæredis institutionem cum
dicta clausula adversativa concipere non distinguen-
tes an legata personis extraneis, vel ipsi hæredi
8 fuerint relicta, ut optimè advertit *Card. de Luc.*
de fideicomm disc. 152. *n.* 11. *& disc.* 133. *n.* 13.

Argumentum prædictum præstat quidem co-
njecturam in se validam, sed non necessariam &
invincibilem, itaut potest & debet ex contrariis
9 conjecturis elidi, ut in puncto *Honded. conf.* 71.
n. 44. *lib.* 1 *Fusar. de substit. quæst.* 650. *num.* 18.
Menoch. de præsumption. lib. 4 *præs.* 194 *num.* 7.
vers. verum. Thesaur. quæst. for. cap. 17. *sub n* 14.
vers. dixi hoc habere lib 1. *Card. de Luc. de fi-*
deicomm. disc. 131. *num.* 5. *disc.* 132. *num.* 9. *&*
disc. 135. *n.* 15. *Rodulphin. alleg.* 155. *n.* 1. *Rot.*
dec. 645. *in fin. coram Pen. dec.* 421. *n.* 25. *&* 24.
par. 5. *decis.* 140 *num.* 5. *&* 6. *par.* 15. *rec. de-*
cis. 86. *n.* 22. *&* 24 *post de Luc. de fideicom.* cum
aliis apud me in *dec. Florent.* 94. *n.* 27.

Et licet validiores requirantur conjecturæ ad
effectum recedendi a regula mox firmata, quando
illa clausula *in aliis* apposita legitur tam in insti-
tutione, quam in substitutione, leviores tamen
sufficiunt, quando eadem clausula apposita in in-
stitutione non legitur repetita in substitutione, ut
10 distinguendo firmant *Honded. dict. conf.* 71. *n* 44.
lib. 1. *Peregr. de fideicomm. art.* 7. *n.* 45. *versic.*
ibi tamen. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 7.
tit 7. *n.* 7. *&* 8. *Actolin. resol.* 106. *num.* 34 *Rot.*
dec. 646. *n.* 6 *par.* 4. *dec.* 140. *n.* 6. *par.* 15. *rec.*
aliique in dicta mea *dec. Florent.* 94. *n.* 28.

Inter conjecturas autem, quæ ad hunc effectum
considerari solent, illa est præcipua quando præle-
gata absorbent majorem, melioremque partem hæ-
reditatis, tunc enim prælegata venire in restitu-
11 tione fideicommissi ex *l. quod ergo* 92. *in fin. ff.*
de legat. 1. firmant *Bartol. in l.* 3. *§. quidam li-*
beris n. 1. *ff. ad S.C. Trebell. Paris. conf.* 94. *n.* 51.
lib. 2. *Dec conf.* 254. *sub num.* 1. *vers. & ulterius.*
Honded conf. 71. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 1. *Fusar. de*
substit. quæst. 650. *n.* 74. *Mantic. de conject. ultim.*
volunt. lib. 7. *tit.* 7. *n.* 9. *Peregr. de fideicommiss.*
art. 7. *n.* 61. *Rot. dec.* 381. *num.* 8. *& dec.* 382.
n. 6. *cor. Seraph. dec.* 845. *n.* 11. *cor. Buratt. de-*
cis. 408. *n.* 7. *par.* 12. *decis.* 140. *num.* 9. *&* 10.
par. 15 *rec.* ego in dict. mea *decis. Florent.* 94.
n. 5. *&* 6.

Potissimum si testator hæredibus institutis pro-
hibeat omnem, & quamcumque alienationem, hu-
jusmodique prohibitionis talem reddat rationem,
quæ bonis prælegatis æque ac aliis bonis in institu-
tione comprehensis conveniat *Natta conf.* 321. 12
n. 1. *Paris. conf.* 18. *n.* 17. *&* 18. *lib.* 5. *Fusar. de*
substit. quæst. 650. *n.* 125. *&* 126. *Peregr. de fi-*
deic. art. 7. *num.* 23. *& seqq. Gratian. discept. for.*
cap. 369. *n.* 16. *&* 17. *Card. de Luc. de fideicom.*
disc. 133. *n.* 14. *Surd. dec.* 269. *n.* 3. *vers. rursus*
testator. Rot. dec. 646. *n.* 8. *par.* 4. *dec.* 558. *n.* 1.
& 4. *par.* 16. *dec.* 256. *n.* 5. *& seq par.* 19. *rec.*

Retentoque themate, quod prælegata absor-
beant majorem partem hæreditatis, facilius illa ve-
nire in fideicommissi restitutione respondendum est,
si testator contemplatus fuerit sui nominis & agna-
tionis conservationem, quæ sicuti eò facilius con-
servatur quò majora sunt bona, & quò pinguius
est fideicommissum, ita validissimam præstant co-
njecturam credendi, quod testator voluerit sub fi-
deicommisso comprehendi etiam bona prælegata
ex optimè animadversis per *Card. de Luc. de fi-* 13
deic. disc. 153. *n.* 14. *&* 15. *Rot. dec.* 140. *n.* 12.
par. 15. *decis.* 356. *n.* 7. *par.* 19. *rec.* aliique in
dict. mea *decis. Florent.* 94. *n.* 8.

Quò tamen facilius pro comprehensione præ-
legatorum in universali fideicommisso judicari so-
let quando agitur de pluribus hæredibus prælega-
tariis, dummodò tamen testator in prælegando æqua-
litatis leges servaverit, nam non data inter præ-
legatarios æqualitate, prælegata non veniunt in
restitutione fideicommissi *Bartol. in l.* 3. *§. quidam* 14
liberis num. 1. *ff. ad S.C. Trebell. Altogr. conf.* 6.
n. 6. *lib.* 2. *Rot. dec.* 496. *num.* 14. *coram Bich. de-*
cis. 227. *n.* 5. *par.* 11. *dec.* 158. *n.* 1. *&* 2. *par.* 16.
rec. eo facilius pro eorum non comprehensione
respondendum venit quando agitur de unico hæ-
rede & prælegatario, nè alias videatur testator illi
inutiliter prælegasse ut ex *l. si Titius* 93. *ff. de le-* 15
gat. tertio optimè ponderat *Rot. dec.* 209. *num.* 8.
par. 13. *dec.* 121. *n.* 7. *par.* 15. *rec.*

Sic si testator expressè mandaverit restitutio-
nem aliquorum ex prælegatis, aliorum restitutio-
nem noluisse dicendum est, sumpto argumento a
discretivo modo loquendi, prout in specie conside-
rant ex *l. cum Prætor. ff. de judic. Menoch. conf.* 86. 16
n 25. *Peregr. de fideicomm. art.* 7. *n.* 32. *Fusar. de*
substit. quæst. 650. *num.* 97. *Merend. controv. jur.*
lib. 4. *cap* 45. *n.* 24. *&* 25. *Rot. dec.* 158. *n.* 3.
par. 16. *rec.*

Et vice versa si in assignatione alicujus præ-
legati declaraverit testator, illud debere *liberè* spe-
ctare ad prælegatarium, hujusmodique declaratio-
nem omiserit in assignatione aliorum prælegatorum,
non leve hinc oritur argumentum conjiciendi, quod
dempto illo prælegato, cui adjecta fuit prædicta de-
claratio, omnia alia cadere debeant in fideicom-
missi restitutione, ut post *Hondrd. conf.* 62. *n.* 1. 17
lib. 2. dixi ego in dict. mea *dec. Florent.* 94. *n.* 35.

Ac demum pro comprehensione legatorum in
fideicommisso universali absolutè respondendum est,
quoties testator immediatè post expletam dd. præ-
legatorum distributionem processit ad instituendos
hæredes eosdemmet prælegatarios, hoc namque ca-
su censetur testator dd. prælegata fecisse non ani-
mo exercendi gratuitam liberalitatem, sed ad ef-
fectum firmandi, stabiliendique divisionem inter ipsos
hæredes, & talia legata idcirco appellantur legata,
seu prælegata divisoria, ut optimè ex textu in *l.* 18
quid ergo 92. *ff. de legat.* 1. notarunt *Peregr. de*
fideicomm. art. 7. *n.* 61. *Fusar. de substit. quæst.* 650.
n. 75. *&* 124. *Rot. dec.* 847. *n.* 10. *coram Buratt.*
dec. 82. *n.* 4. *& dec.* 85. *n.* 2. *post de Luc. de fi-*
deicomm. cum aliis in dict. mea *decis. Florent.* 94.
num. 4.

Idem-

Idemque dicendum ſi teſtator non ſimpliciter prælegata ordinaverit, ſed portiones illas per modum prælegati inter filios divites eiſdem filiis titulo etiam inſtitutionis reliquerit, quia exinde ſequitur, portiones illas aſſumere qualitatem hæreditariam, & quà tales venire in reſtitutione fideicommiſſi, non ſecus ac ſub dicta reſtitutione ve-
19 nirent cætera bona hæreditaria, ut in puncto *Hondedeus conſ. 71. n. 27. & ſeq. lib. 1. Peregr. de fideicomm. art. 7. n. 60. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 650. n. 74. & 88. Card. de Luc. de fideicomm. diſc. 132. n. 12. verſ. tertio quia. Rot. Lucen. apud Palm. Nep. dec. 314. n. 15. Rot. Rom. dec. 646. num. 9. par. 4. rec. Rot. Florent. in dict. dec. 94. n. 9. coram me.*

Alia plura ad materiam hujus deciſionis, & quando prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi vide apud *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 650.*
20 *Peregrin. de fideicommiſſ. artic 7. num. 1. & ſeqq. Thomas, in tract.* cui titulus eſt -- *Reliqua trium decadum pars -- in append 2. ad primam decad. de Trebellianic. fol. mihi 236. col. 2. poſt med.* impreſs. Patavii anni 1642. *Rot. Lucen. inter recollect. per Palm. Nep. dec. 374. n. 15. & ſeqq. De Luc. de fideicomm. diſc. 89. n. 18. & 19. & diſc. 131. 132. & 133. per tot. Rot. Rom* poſt eam *deciſ. 82. 83. & 86. de fideicomm. p ſt Paulut. diſſert. legal. 91. dec. 5. n. 13. & ſeqq. coram Anſald. dec. 66. n. 4. & in Eugubina Fideicommiſſi 19. Januarii 1714. §. reddita ex his, & ſeqq. coram Criſpo*, ubi quando prælegata veniant in reſtitutione fideicommiſſi, & *ſuper Cauthela Angeli* 5. Aprilis 1715. §. *abſque eo quod, & §. Idipſum coram Lancetta*, ubi quando prælegatum in fideicommiſſo non comprehendatur. *Rot. Florent. apud Monac. dec. 71 n. 21. & 22. & infra dec. 61. dec. 62. & dec. 122.* & plenè *deciſ. 94. per tot.* inter impreſſas *coram me.*

FLORENTINA
Prætenſi Fideicommiſſi.

20. *Aug.* 1605. *ex Lib. Mus.* 87. *a* 638.

ARGUMENTUM.

Lucra, & acceſſiones ex negotiatione continuata poſt mortem teſtatoris de præcepto ipſius, non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.

SUMMARIUM.

1 *IN reſtitutione fideicommiſſi non veniunt fructus poſt aditam hæreditatem percepti, & de ratione n. ſeq. & n. 18.*
Præſertim ſi teſtator ſe reſtrinxit ad bona ſua n. 11.
2 *Fructus dicuntur pervenire non ex hæreditate, ſed ex ipſis rebus hæreditariis.*
3 *Fructus ſequuntur gravatum ſub conditione tamquam Dominum, & n. 24.*
Et dicuntur percipi ex re propria ipſius gravati n. 12.
4 *Gravatus reſtituere omne id, quod ex hæreditate, & bonis teſtatoris ad eum pervenerit, non tenetur reſtituere fructus poſt aditam hæreditatem perceptos.*
Contrarium quando locum habere poſſit num. 27. & 28.
5 *Amplia etiamſi gravatus ſit reſtituere omnia bona, quæ quomodocumque virtute teſtamenti ad eum pervenerit.*
6 *Lucra percepta ex negotiatione ſunt fructus negotiationis.*
7 *Et cedunt lucro hæredum, præcipuè ſi fuerunt exacta.*
8 *Amplia concluſionem etiam ad non exacta, quando debentur ex contractu celebrato cum ipſo hærede.*
9 *Aliquando in reſtitutione fideicommiſſi fructus, & acceſſiones continentur.*
10 *Maxime quando vel ex verbis, vel ex qualitate rei relictæ id colligi poteſt*
11 *Teſtator ſe reſtringens ad bona ſua propria cenſetur excluſiſſe fructus poſt aditam hæreditatem.*
13 *Trafficum, ſeu menſa eſt nomen juris univerſale recipiens augumentum, & diminutionem ex lucris, & damnis.*
14 *Dos eſt jus univerſale.*
15 *Et fructibus augetur.*
16 *Fructus dotis pertinent ad maritum, & in caſu reſtitutionis remanent apud eumdem.*
17 *Hæreditas eſt jus univerſale, & fructibus augetur.*
19 *Augumentum gregis, & peculii, ultra id quod fuit a teſtatore relictum, pertinet ad quem pro tempore ſpectat ipſum peculium, vel grex.*
20 *Fructus omnes ſive ante, ſive poſt aditam hæreditatem, ipſam hæreditatem augent.*
21 *Fructus poſt aditam hæreditatem proprii ſunt hæredis.*
22 *Teſtator mandans proſequi negocium ſub nomine hæredum declarat illos Dominos.*
23 *Genitivum importat Dominium.*
25 *Suum non dicitur, quod eſt obnoxium reſtitutioni.*
26 *Quando tempus eſt adjectum gratia gravati, fructus interim percepti ad ipſum pertinent.*
29 *Quando voluntas teſtatoris eſt dubia, ea attendi non debet, ut recedatur ab eo quod eſt in jure certum.*
30 *Sed ad hunc effectum requiruntur urgentes conjecturæ, vel ſaltem probabiles.*
31 *Declaratio facta ab hærede de voluntate dubia teſtatoris, illi, & ſucceſſoribus præjudicat.*
32 *Confeſſio tutoris non nocet pupillo.*
33 *In diſſolutione ſocietatis ſumma, quam ſocius recepit, dicitur prius recepta ad computum capitalis, & de ratione.*

Damnatur Stylus imprimendi eaſdem deciſiones in pluribus voluminibus.

DECISIO XLVII.

HÆc deciſio, quæ emanavit judicantibus omnibus Auditoribus Rotæ Florentinæ, nempè Marco Antonio de Amatis operibus in lucem editis claro, Alexandro Zilocchio, Carolo Lunardo, Antonio Curino, & Franciſco Piccolomineo reperitur impreſſa apud *Felic.* olim Rotæ Florentinæ Auditorem de *ſocietat. cap. 35. ſub n. 95. & plurib. ſeqq.* ideo hic omittitur; nota enim, & antiqua eſt querimonia plurium Juris conſultorum, qui increpant, objurgant, & damnant earumdem deciſionum impreſſiones in pluribus voluminibus, vel ad explendam avaritiam Bibliopolarum, vel ad augendam molem librorum, ut videre eſt inter cæteros apud *Perremut. in conflict. doctor. part. 3. tom. 2. in animadverſ. ad lectorem verb. bibliopolarum deteſtabilis avaritia. Urceol. de tranſact. quæſt. 9. num. 51. in fine Advocatus Jo: Baptiſta Riccius in epiſtol. ad lector.* impreſſa ante *deciſ. Rot. Rom. coram Ubag.* aliique paſſim, unde ad hanc cenſuram evitandam opportunum duximus in hac, & in aliis deciſionibus in ſequentibus voluminibus imprimendis imitari ſtylum aliorum plurium, qui relicto argumento, & ſummariis deciſionis Saniori Conſilio

illas fatius duxerunt omittere, & indicare lectori locum ubi impressæ fuerunt, ut servatum fuit in impressione decisionum coram Pamphilio, & Manzanedo.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Lucra, & augumenta facta ex negocio, seu traffico continuato ab hærede gravato de ordine, & mandato testatoris, qui super omnibus bonis suis fideicommissum ordinavit, spectant ad fideicommissum, non verò ad hæredem, ad quem solum spectare potest aliqua dictorum lucrorum portio ratione industriæ, & operæ ab ipso impensæ circà d. negocium. Pro debitis ab hærede contractis circà negocium ut supra continuatum de ordine testatoris remanent obligata bona ab eodem testatore relicta sub vinculo fideicommissi universalis, sed non illa bona, quæ idem testator particulariter legaverit.

SUMMARIUM.

1 *Decisio est impressa penes* Felic. de Societ.
2 *In restitutione fundaci fideicommissarii attenditur illius valor de tempore mortis testatoris.*
3 *Quæ circa hunc articulum fuerit opinio* Felic. de Societ. *non satis constat.*
4 *Rota Romana ex authoritate hujus decisionis olim hæsitavit in resolutione hujus articuli.*
5 *Firmata in hac decisione procedunt quando lucra proveniunt ex sola hæredum industria.*
6 *Hæres gravatus non tenetur negociari pro fideicommisso.*
7 *Ratione dispositionis cessante cessat ipsa dispositio.*
8 *Præcepta testatorum sunt ad unguem servanda.*
9 *Si negociationis continuatio in hærede est necessaria, accessiones, & lucra spectant ad fideicommissum, secus si continuatio sit voluntaria.*
10 *In continuatione necessaria damnum proveniens ex negociatione spectat ad fideicommissum.*
11 *Commodum sequitur eum cujus est incommodum.*
12 *Ideoque sicut in continuatione necessaria damnum, & incommodum est fideicommissi, ita ejusdem debet esse lucrum.*
13 *Et in hanc sententiam contra decisionem videtur hodie venisse etiam Rota nostra Florentina.*
14 *In quibus terminis possit procedere hæc decisio & num. 15.*
16 *Fructus ex re hæreditaria percepti spectant ad hæredem gravatum.*
Declara ut num. 17.
17 *Fructuum nomen verè, & propriè non convenit lucris, quæ fiunt ex negociatione, & de ratione*
18 *Hæredi gravato debetur aliqua portio lucrorum negociationis ratione industriæ, & laboris*
19 *Bona a testatore particulariter aliquibus legata non sunt obligata pro debitis ab hærede contractis circa negocium de illius ordine continuatum.*
20 *Legata non debentur, nisi deducto ære alieno.*
21 *Legatum deberi incipit statim a die mortis testatoris.*
22 *Et ideo dicitur tempore anterius debitis ab hærede circa negocium contractis,*
23 *Prior in tempore potior in jure.*

PRæsens decisio, quæ reperitur per extensum
impressa penes *Felic. de Societ. cap. 15. sub* 1
num. 95. & plur. seqq. non parum confirmari posse videtur ex deductis per *Rot. dec. 409. per tot.* 2
coram Coccin. ubi firmatur in restitutione tabernæ, seu fundaci subjecti fideicommisso, venire solum valorem habito respectu ad tempus mortis testatoris, remanente penes hæredes hæredis gravati toto illo valore, in quem interim fundacus ille potuerit ex lucris, & accessionibus augeri.

Sicut autem non satis comprehenditur, an *Felic. de Societ.* qui illam, ut mox dicebam, per extensum refert, opinionem in illa firmatam sequatur necne, quia absque ulla prævia suæ sententiæ
declaratione simpliciter ait -- *sub fideicommisso so-* 3
lum contineri capitale, & non lucra facta post mortem testatoris de anno 1605. *die* 20. *Augusti dictum fuit in alma Rota Florentina, cujus decisionis tenorem opportunum hic inserere judicavi* -- ita plusquam satis deprehenditur eandem decisionem non potuisse in sui sententiam trahere Tribunal Sacræ Rotæ Romanæ, hujus quippè authoritate allata in *Bononien. Separationis Bonorum* 25. *Maii* 1668. quæ est
la 253. *par.* 15. *recen.* Patres non fuerunt concor- 4
des in illius opinione amplexanda, ut legere est in dict. *decis. n.* 3. sed reproposita postmodum eadem causa sub die 23. Februarii 1674. Sacra Rota in ea fuit sententia, ut lucra provenientia ex negocio per hæredem gravatum continuato de ordine præciso testatoris, cedere debeant commodo fideicommissi, non autem hæredis, & ad prædictam authoritatem hujus nostræ Rotæ dictum fuit posse illam forsan procedere, quando lucra ex sola industria hæredis gravati proveniunt, ut videri potest in d.
decision. Rotæ Romanæ, quæ est in *rec. la* 239. 5
n. 12. 13. *&* 14. *par.* 18. & in his terminis idipsum ex text. in *l.* 3. *ff. ad l. Falcid. & in l. si hæres pecuniam in princip. ff. ad S.C. Trebell.* tradidit *Peregrin. de fideicomm. art.* 10. *num.* 16 ubi eam hujus dicti affert peculiarem rationem, quia hæres gravatus non tenetur, nec cogi potest esse procu-
rator, & negociari pro fideicommisso ad text. in *l.* 6
postulanti §. sed & in hujusmodi ff ad S.C. Trebell. Peregr. cons. 31. *num.* 1. *vers. secunda quia hæres lib.* 4. *Rot. dec.* 70. *n.* 4. *par.* 9. *dec.* 308. *num.* 4. *par.* 11. *dec.* 489. *n.* 11. *par.* 18. *rec.*

Jam verò ex hac ipsa ratione allata per *Peregr.* & reassumpta per *Rot. dict. dec.* 409. *num.* 3. *&* 4. *coram Coccin.* unicuique facile suasum esse poterit quod si quando hæres teneatur, & cogi possit negociari pro fideicommisso, contrarium illicò statuendum erit, ob regulam quod decisionis, seu dispositionis alicujus ratione cessante, cesset & ipsa
decisio, seu dispositio *l. in omni ff. de adoption. l.* 7
quod dictum ff. de pact. Bonden. collect. legal. 29. *n.* 78 *lib.* 2. *Rot. dec.* 499. *n.* 3. *par.* 5. *dec.* 205. *n.* 6. *par.* 17. *recen.*

Porrò si unquam verum est, hæredem gravatum obligatum esse negociari pro fideicommisso, id sanè apprimè verificari contingit in casu, in quo adsit testatoris præceptum circa continuationem negocii ab ipso præcedenter incæpti, præeunte enim hujusmodi præcepto, hæres non potest non negociari, cum testatoris præcepta sint ad un-
guem servanda *Picus in l. in quartam n.* 187. *ff.* 8
ad l. Falcid. Paris. cons. 26. *n.* 21. *lib.* 4. *Peregr. cons.* 31. *n* 1. *lib.* 5. *Cravett. cons.* 747. *num.* 46. *&* 47. *Bonden. collect. legal.* 32. *n.* 85. *& seq. lib.* 2. *Rot. dec.* 284. *n.* 3. *coram Benincas.*

Propterea que sicuti in his terminis continuatio negocii non potest censeri voluntariè exercita ab hærede, sed omninò necessaria reputanda est, ita dicendum venit, lucra exindè obvenientia non

ad

ad hæredem, ſed ad hæreditatem, ſeu fideicommiſ-
ſum ſpectare, ot diſtinguendo inter contiouarionem
9 voluntariam, & neceſſariam latè explicat Card. de
Luc. de fideicomm. diſc. 191. n. 11. 12. & 13. Palm.
alleg. 332. n. 38. & 39. Rot. dec. 14. n. 3 poſt Ga-
leſ. de reſtit. in integr. dec. 225. n 9. & ſeq. coram
Priol. dec. 239. n. 12. par. 18. rec.

Eadem quippe ratione, quod ſtante tali præcepto,
ſi ex negocio non otilitas, ſed damnum proficiſce-
10 retur, illud non hæredi, ſed fideicommiſſo tribuen-
dum eſſet, ot pro indubitato firmant & tenent
plures videndi apud Rot. deciſ. 2. n. 1. & dec. 25.
n. 2. poſt Rodriq. de concurſ. credit. dec. 112. n. 4.
poſt Torr. de pact. fut. ſucceſſ. dec. 721. n. 8. coram
Dunoz. Jun. dec. 426. n. 3. par. 13. rec. eadem,
inquam, ratione fideicommiſſo, & non hæredi tri-
buenda ſunt lucra, quæ in tali caſu ex negocia-
tione proveniunt, lucrum etenim, & damnum om-
nimodam habent inter ſeſe correſpectivitatem, ita
11 ot ad quem ſpectat damnum, ſpectet & lucrum, &
viceverſa ex vulgata l. ſecundum naturam ff. de
regul. jur. l. manifeſtiſſimi §. penult. Cod. de furt.
Surd. conſ. 62. n. 2. Bondon. collect. legal. 44. n. 318.
lib. 2. Rot. dec. 166. n. 37. coram Peuting. dec. 207.
n. 20. cor. Benincaſ. dec. 114. n. 4. par. 19. rec. &
12 in puncto noſtræ quæſtionis Card. de Luc. de fidei-
comm. diſc. 191. n. 11. Rot. dec. 25. n. 2. poſt Ro-
driq. de concurſ. credit. dec. 253. num. 4. par. 15.
dec. 239. n. 12. & 13. par. 18. rec. dec. 185. n. 10.
& 11. cor. Emer. Jun.

Quidquid igitur ſit de veritate unius, vel al-
terius opinionis de anno 1605. quo emanavit præ-
ſens deciſio, hodie communis in hac materia opi-
nio videtur ſtare contra firmata in eadem deciſio-
ne, adverſus quam videtur etiam adduci poſſe au-
13 thoritas Rotæ noſtræ Florentinæ deſumpta ex Flo-
rentina Immiſſionis 19. Junii 1716. coram me, im-
preſſa inter mea in ordine la 104. tom. 2. par. 2.
ubi ſub n. 8. affertur concluſio, quod ex quo ne-
gocium fuerat continuatum de ordine teſtatoris,
omne damnum ſubire tenetur ejuſdem teſtatoris
hæreditas, ſeu fideicommiſſum ab illo ordinatum.
Et licet in ſequentibus numeris damnum tributum
fuerit hæredi, id evenit, non quia in jure dubita-
rum fuerit de d. concluſionis ſubſiſtentia, ſed quia
ex facto conſtitit, damnum unicè proceſſiſſe ex cul-
pa hæredum, ot latios videre eſt in dict. mea de-
ciſione.

Dicendom itaque erit deciſionem hanc in tan-
tum attribuiſſe hæredi gravato omnia lucra, omneſ-
que acceſſiones, vel quia conſtiterit illa omnia
provenire ex ſola induſtria hæredis, ut ſupra ad-
14 vertimus cum Rota dec. 239. n. 14. par. 18. rec.
vel quia illi, qui judicarunt in cauſa crediderint
pro ita judicando nimis urgere voluntatem teſta-
toris, qui præcipiendo ab inſtitute poſt terminatum
negocium diſtribuenda fore inter hæredes omnia,
15 & ſingula emolumenta, ſatis apertè declaraverit ea
non hæreditatis, ſed hæredum commodo ceſſura fo-
re, ut ponderat deciſio n. 26.

Cæterum præciſivè ab his circumſtantiis re-
cedendum non erit a communi opinione, cui non
obſtat id, quod dicitur de fructibus regulariter ad
hæredem, non ad hæreditatem ſpectantibus l. fi-
16 deicommiſſariam in princ. ibique Gloſſ. ff. ad S.C.
Trebell. Gabr. conſ 124 num. 9 libr. 1. Menoch.
conſ. 183. n. 50. Surd. conſ. 128. num. 27. & 28.
Mantic. de conject. lib. 7. tit. 10. n. 7. Peregrin. de
fideicomm. art. 49. num. 20. & plurib. ſeqq. Rot. de-
ciſ. 680. n. 2 par. 1. diverſor. dec. 259. n. 8. & 9.
par. 5. dec. 254. num. 18. par. 16. recen. concluſio
enim præfata ſolum procedit in fructibus propriè
talibus, quales ſunt ii, qui naſcuntur, & renaſcun-
tur ex re, ſalva ſemper, & ſine aliquo periculo re-
manente ipſius rei ſubſtantia, & applicabilis ne-
quaquam eſt emolumentis ex negocio quæſitis, quia
hæc potius quam veri fructus, nuncupari meren-
tur augumentum ipſius ſortis principalis ſemper
ſub periculo totalis jacturæ permanentis, ut rem 17
hanc optimè explicat in his præciſis terminis Card.
de Luc. de fideicomm. diſc. 191. n. 8. & 9. ſolum-
que recipitur quando non adeſt præfatum teſtato-
ris præceptum.

Duæ inter cæteras ſubalternæ quæſtiones ex
jam dictis oriri poſſunt, quarum prima erit, an
ſaltem hæredi aliqua lucrorum pars tribui debeat
ratione induſtriæ & laboris ab ipſo impenſi in con-
tinuatione negocii? Et quod hæres admitti debeat
ad aliqualem participationem ad ſimilitudinem il-
lius ſocii, qui in ſocietate, in qua alter poſuit ca-
pitale, ſolam poſuit induſtriam, probabilius vide-
tur, relicta d. participationis quantitate arbitrio
Judicis, qui illam regulare debet ex qualitate ip-
ſius induſtriæ, & aliis circumſtantiis factum ipſum
concomitantibus ex benè animadverſis per Cardin. 18
de Luc. de fideicomm. dict. diſc. 191. n. 15. & 16.

Altera quæſtio eſt, an ſicuti pro debitis ab hæ-
rede contractis in negocio continuato ex ordine
teſtatoris obligata remanent bona univerſali fidei-
commiſſo ſubjecta, ita obligata etiam remaneant
bona illa, quæ idem teſtator alicui particulariter
legaverit? In quà quæſtione reſolutivè proceden-
do reſpondendum eſt, bona particulariter legata
non obligari pro debitis ut ſupra contractis, ut in
ſpecie tradunt Torr. variar. jur. quæſt. lib. 2. tit. 11. 19
quæſt. 5. n. 15. & ſeq. Rot. dec. 502. num. 8. & 9.
par. 13. rec.

Quamquam enim ideo bona teſtatoris tenean-
tur ad debita contracta occaſione negociationis con-
tinuatæ ab hærede de ordine, & mandato ipſius te-
ſtatoris, quia hujuſmodi debita habentur pro de-
bitis ipſius teſtatoris, ut connotant authoritates
ſupra relatæ, ex quo videor inferri poſſe, quod
prius ſolvi debeant hujuſmodi debita, quam lega-
ta, quæ non niſi ære alieno prius deducto deben-
tur l. ſi univerſa Cod. de legat. Gratian. diſcept. 20
forenſ. cap. 198. num. 1. Camarel. de legat. lib. 5.
cap. 8. n. 5. Rot. dec. 254. n. 13. cor. Ludoviſ. de-
ciſ. 612. n. 5. par. 3. rec. dec. 34. n. 6. poſt Sal-
gad. labyr. credit. dec. 12. n. 17. & dec. 13. n. 20.
in Mantiſſ. ad Cardin. de Luc. lib. 6. quia tamen
ſunt quidem debita teſtatoris, ſed contracta ab hæ-
redibus poſt illius mortem, ſicuti creditores ex
cauſa negociationis hoc modo continuatæ non poſ-
ſunt eorum anterioritatem deſumere, niſi a die de-
biti ab hærede contracti, ita non poſſunt eorum
crediti ſolutionem expoſcere in præjudicium lega-
tariorum, quibus cum pro legato competat hypo-
theca a die mortis teſtatoris l. a Titio ff. de furt. 21
l. cum pater §. ſurdo. ff. de legat. 2. Crotus
conſ. 119. n. 3. Surd. conſ. 300. n. 1. & ſeq. Card.
De Luc. de dot. diſc. 166. num. 11. & de credit.
diſc. 3. n. 15. Rot. dec 269. n. 2. & ſeqq. par. 6.
dec. 17. n. 3. & ſeq. par. 7. recen. congruit pro-
pterea privilegium anterioritatis, cujus ope præ-
ferri illi merentur omnibus aliis ejuſdem teſtato-
ris creditoribus, ut in his terminis proſequitur Torr. 22
variar. jur. quæſt. lib. 2. tit. 11. quæſt. 5. n. 19. &
20. Rot. dec. 41. n. 2. & dec. 51. n. 1. coram Ca-
valer. dec. 502. n. 9. par. 23. rec. & generaliter ex
l. 2. Cod. de pignor. tradunt Neguſan. de pignor. 23
par. 5. Membr. 2. n. 51. Pacif. de Salvian. libr. 2.
quæſt. 20. n. 1. Rodriq. de concurſ. credit. par. 2.
art. 1. n. 4. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 38. n. 11.
Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 2. quæſt. 21. n. 1. &
per tot. & paſſim alibi.

P I-

PISTORIEN.
Fideicommissi.

8. *Novembris* 1605. *ex Lib. Mot.* 88. *a* 126.

ARGUMENTUM.

Conformitas sententiarum ex quibus resulret. Verbo *& post eos* an inducanr vulgarem, vel fideicommissariam; reciproco unde orguotur. Jus accrescendi locum habet inter plures legararios verbis conjunctos in relictis usufructus, etiam post quæsitum emolumentum, cessante disjunctione reali, & ex quibus desumatur potius coojunctio, quam disjunctio. Fructuum appellatione quæ veniant.

SUMMARIUM.

1 S*Tatutum Pistoriense* lib. 7. rub. 2. & Florent. lib. 2. rub. 127. *disponit duas conformes facere rem judicatam.*
2 *Verbum* juxta *quid importet.*
3 *Verbum* dictis *repetit omnia precedentia cum qualitatibus suis.*
4 *Sententia debet esse conformis libello.*
5 *Ad dignoscendam voluntatem testatoris inspici debet tota testamenti series.*
6 *Divisio in stirpes, & non in capita est facienda inter fratrum filios.*
7 *Et est communis opinio.*
8 *Sententia in judicatum transacta facit jus inter partes.*
9 *In successione ab intestato proximior remotiorem excludit.*
10 *In successione transversalium filius non subintrat in locum patris, nisi agatur de hareditate patrui.*
11 *Ad excludendum substitutum sufficit dicere, substitutio de te non loquitur.*
12 *In materia fideicommissi verba* & post eos *inducunt vulgarem substitutionem.*
Limita ut n. 19.
Contraria auctoritates declarantur n. 37.
13 *Legatum annuum non transit ad haredes nisi pro annis impletis, & inchoatis.*
14 *Dictio* perinde *denotat omnimodam similitudinem, substantiam, & identitatem rei aquiparata.*
15 *Confessio haredis, & observantia subsequuta probant saltem prasumptivè voluntatem testatoris.*
16 *Et a tali observantia recedere non potest hares.*
17 *Error juris neminem excusat.*
18 *Nec restitutionem meretur.*
19 *Verbum* cujuslibet *tribuit unicuique actum in solidum.*
20 *Reciproca inducitur ex probibitione in solidum facta omnibus haredibus, addita prasertim clausula* quia voluit bona perpetuo esse in dd. ejus hæredibus.
Et ex privatione in casu contraventionis n. 22.
21 *In successione parentum prima causa est filiorum.*
23 *Observantia haredis declarat voluntatem testatoris.*
24 *Et dicitur optima interpres.*
25 *Una pars testamenti aliam declarat.*
26 *Substitutio extenditur de casu ad casum ex prasumpta mente testatoris, & identitate rationis.*
27 *Una substitutio aliam declarat.*
28 *Reciproca talis prasumitur in una parte testamenti, qualis in alia.*
29 *Relatio facienda est ad id cui convenit.*
30 *Relatio non fit ad illud, ad quod si fieret corrueret actus.*
31 *Verba modi subjunctivi extenduntur etiam ad futurum.*
32 *Verbum cujuscumque temporis si non posset operari in suo tempore, ad aliud trahendum est, in quo possit operari.*
33 *Et sic tempus prasens trahitur ad futurum.*
34 *Actus validati jura favent.*
35 *Etiam in materia odiosa, & stricti juris.*
36 *Et hac prasumptio omnes alias antecellit.*
37 Alb. cons. 29. & Lodecch. cons. 91. *explicantur.*
38 *Verba* & post eos *habent tractum temporis in futurum.*
39 *Et idem sonant ac post eorum mortem.*
40 *Compendiosa continet fideicommissoriam.*
41 *Verbum* in perpetuum *denotat infinitatem.*
42 *Clausula* ut supra *est relativa ad pracedentia.*
43 *Desiderium conservanda agnationis, & verba tractum temporis importantia multum valent ad inducendum reciprocum fideicommissum.*
44 *Item ratio servanda aqualitatis inter consanguineos.*
45 *Jus accrescendi habet locum inter re, & verbis conjunctos in relicto usufructus, & annua prastationis etiam post emolumentum quasitum.*
46 *Contra quando adest realis disjunctio.*
47 *Dictio* rata *disjunctionem operatur. Declara prout ibi*
48 *Jus accrescendi intrat quando res unica relicta est, licet sit separabilis, vel etiam intellectualiter separata, & n.* 51.
50 *Contraria jura, & auctoritates declarantur.*
50 *Legatum annuum pauperi relictum censetur factum in causam alimentorum.*
53 *Limita si sit factum pauperi consanguineo, quia potius prasumitur factum ob sanguis affectionem.*
54 *Sublimita quando testator expressit se relinquere pietatis causa.*
55 *Allegans paupertatem tenetur illam probare.*
56 *Substitutus excludit jus accrescendi.*
57 *In re recenti necessaria est probatio legitimitatis.*
58 *Limita in reo, & possessore.*
59 *In materia restitutionis fructuum debitum censetur illud recollectionis.*
60 *Amplia in materia annui census.*
61 *Legatum annuum debetur in principio cujuslibet anni.*
62 *Fructus appellatione venit omne id quod renascitur.*
63 *Sive ex propria vi natura, sive seminis, sive insitionis plantarum.*
64 *Et quidquid ad usum hominum inductum est.*
65 *Folia mori veniunt sub nomine fructuum.*
66 *Sues non veniunt appellatione immobilium.*
67 *Fructuum appellatione venit omne id, quod provenit ex re usufructuaria.*
68 *Regaliarum appellatione continentur carnes suina, & quod solvitur Dominis per Colonos singulis annis.*
69 *Per solutionem tollitur obligatio.*
70 *Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur.*
71 *Liber recordii non probat contra tertium.*
72 *Dictum ultimum juratum pravalet assertioni extrajudiciali.*
73 *Remissio facta uni ex debitoribus in solidum obligatis prodest etiam aliis.*

74 *Le-*

74 *Legatarii oneribus hareditatis non tenentur.*
75 *Usufructuarius tenetur prastare patientiam, ut pro solvendo are alieno res hareditaria vendantur, quamvis usufructus minuatur.*
76 *Attentata negliguntur stante bona jure attentantis in meritis*

DECISIO XLVIII.

In Causa Bellincioni, e Bellincioni.

CAusa Pistoriensis diù agitata inter Jacobum quondam Matthæi de Bellincionibus, modo quibus in actis ex una, & D. Petrum quondam Zenobii pariter de Bellincionibus parte ex altera, novissimeque ad Tribunal nostrum delata, complura quidem continebat capita, sed in multis etiam concordes fuerunt Excellentissimi Domini primos, & secundus Judices, quorum respectu stante conformitate sententiarom, nulla ad nos devoluta fuit jurisdictio.

Pro resolutione verò capitum ad nos devolutorum præmittendum fuit in primis Egrimum olim Matthæi de Bellincionibus usque de anno 1563. in suo ultimo, cum quo decessit testamento, hæredem sibi universalem instituisse prædictum D. Petrom ex d. Zenobio fratre nepotem, cum onere, ut quousque idem D. Petrus habuerit integram hæreditatem dicti testatoris, teneatur dare, & solvere quolibet anno Vincentio, & Joanni fratribus ipsius D. Petri, ac nepotibus ex olim Alexandro Matthæi de Bellincionibus ejus quondam fratre, & cuilibet eorum, & post eos, eorum, & cujuslibet eorum filiis masculis legitimis, & naturalibus, & de legitimo matrimonio natis, & procreatis, eam ratam, & partem fructuum, & introituum bonorum immobilium testatoris debitis temporibus, quæ ad eos, & quemlibet eorum spectat, & pertinet, spectaret, & pertineret ab intestato ex bonis immobilibus, si, & casu, quo personaliter habitent in Civitate, & districtu Pistorii, & non aliter, quia in casu, quo personaliter non habitent in Civitate, & districtu Pistorii, pro ut non habitabat Lazzarus, voluit portionem ipsius Lazzari solvi Matthæo inhabitanti, & ejus filiis, prout donec etiam Vincentius, & Joannes non habitarent, voluit eorum portionem spectare ad D. Petrum eorum fratrem, ipsiusque lucro cedere. Non habitantes enim ibi, noluit participare de dictis fructibus, quia in dict. rata, cum dictis modis, & conditionibus prænominatos omnes sibi hæredes instituit, probibens etiam alienationem dictorum bonorum, *quia voluit ea perpetuo remanere, & esse in dictis ejus nepotibus, & eorum filiis, quos ut supra instituit, & substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum.*

Rursus præmittendum fuit, mortuo testatore de anno 1568. dum inter D. Petrum, & Matthæum disputaretur super portione ejusmodi fructuum, spectante ad dictum Matthæum, per sententiam DD. Conservatorum legum, quibus causa per Serenissimum Principem fuerat demandata, sub die 8. Julii 1569. declaratum fuisse, eidem Matthæo deberi integram quartam ex persona sua, nec non & aliam etiam integram quartam ex persona Lazzari tunc Romæ familiariter degentis, condemnatumque D. Petrum ad ejusmodi solutionem, usquequò dict. hæreditas fuerit penes eum, juxta formam dicti testamenti.

Quæ sententia, bannito ex inde D. Petro de anno 1573. cum pubblicatione bonorum, fuit etiam admissa, & comprobata per sententiam fiscalem, eo autem rebannito de anno 1578. cum dubitaretur an Alexander filius Lazzari ad portionem patris admittendus esset, vel non, D. Petro, & Matthæo prætendentibus eum admitti non posse, quippè qui non esset natus, & procreatus ex legitimo matrimonio, uti requirebat testamentum, factum fuit compromissum inter eosdem D. Petrum, & Matthæum, successiveque latum laudum declarans duas tertias introituum, quæ alias ad dictum Alexandrum spectare potuissent, si ex legitimo matrimonio natus fuisset, & procreatus, spectare, rebus sic stantibus, ad Matthæum, aliam verò tertiam ad D. Pertum, durante vita Matthæi, & ejus filiorum, quibus ordinatum fuit, easdem portiones deberi usquequò viverent filii Lazzari, illis verò vita functis, voluere arbitratores, rem remanere in dispositione juris.

Denique præmittendum fuit, D. Petrum, & Fiscum suo tempore semper perseverasse in solutione partis Matthæi, tam in ejus vita, quam post ejus mortem in manibus filiorum, retenta tamen pro tempore, quo Jacobus unus ex filiis Matthæi stetit apud Turcas in captivitate, omni portione ad eum spectante, eo sub prætextu, quod in Civitate, vel districtu Pistorii, juxta præceptum testatoris non inhabitaret, quam tamen portionem Matthæi cessavit etiam solvere, judicio hoc pendente, sicuti prius de anno 1591. cessaverat in solutione totius ratæ debitæ ex persona Lazzari, & nullo umquam tempore a morte testatoris ratam foliorum mororum, carnisque Suinæ perceptam ex prædiis ejusdem testatoris exsolvit. Prout nec solvit portionem cujusdam relicti sextariorum quatuor cum dimidio grani, & cadorum trium vini per hæreditatem Egrimi singulis annis debitam D. Matthæo de Odaldis a die, qua hæreditas ipsa ab ejusmodi onere fuit liberata.

Iis sic se habentibus, oblata super prædictis, nonnullisque aliis per Jacobum ab hostibus reversum petitione coram Dom. Judice ordinario Civitatis Pistorii, de anno 1603. fuit super omnibus in prima instantia, cum consilio Clarissimi D. Petri Caballi, & in secunda cum consilio Excellentissimi D. Marci Antonii Asinii, in pluribus, ut supra diximus, concordatum, in aliis verò, in quibus eorum relationes fuere discordes, ad tribunal nostrum, ut prædiximus, fuit provocatum.

Nos autem perfecto processu, negocioque, ut decuit, diliganter discusso, diximus, quatenus sententiæ hucusque latæ sint conformes, jurisdictionem ad nos non fuisse, nec esse devolutam, quatenus verò difformes, petita per dictum Jacobum N N. &c. secundum infrascripta tantum fieri debere, & posse, & successivè quartam partem fructuum bonorum immobilium relictorum per dictum olim Egrimum tangentem olim Lazzaro patruo dict. Jacobi, post ipsius Lazzari mortem spectasse ad Matthæum, & eo mortuo, una cum portione illi jamdiu per sententiam DD. Conservatorum legum designata, spectare ad dictum Jacobum dd. N N. &c. & de ejusmodi fructibus, tam portionis Lazzari, quam etiam Matthæi, D. Petrum teneri integrè eidem Jacobo respondere a die mortis Alexandri asserti filii dicti Lazzari, & tam pro præteritis temporibus, quam in futurum tempore recollectæ singulorum fructuum, addito etiam computo foliorum Mori, & carnis Suinæ [quatenus tamen caro ipsa Suina comprehendatur sub regaliis prædiorum, volgò *vantaggi*, & non aliter] omniumque aliorum introituum ex bonis prædictis a dicto D. Petro perceptorum, & percipiendorum in executione hujus sententiæ liquidandorum, deductis tamen legitimis impensis, omnibusque ad

hanc

hanc usque diem in dictam causam soluta juxta
liquidationem faciendam, tam ex deductis, quam
ex deducendis, a cæteris hinc inde petitis partes
absolventes, & pariter ab expensis.

Movit Dominos, quo ad primum caput respi-
ciens non devolutionem in partibus conformibus,
1 Statutum Pistoriense *sub rub. 2. in fin. lib.* 7. cu-
jus virtute duæ conformes constituunt rem judica-
tam, pro ut etiam Florentiæ ex Stat. *rubr* 127.
lib. 2. super quo in terminis consuluit *Dec. cons.* 181.
num. 2.

Quò verò ad partes difformes, licet circa in-
tegras duas quartas fructuum bonorum stabilium
testatoris ad Matthæum olim spectantes, tum ex
persona propria, tum ex persona Lazzari absentis,
& respectivè defuncti, videretur subesse res judica-
ta, ex sententia DD. Conservatorum Legum an-
ni 1569. comprobata etiam ex alia sententia lata
cum fisco, ut supra retulimus.

Domini tamen dicebant rem judicatam, sal-
tem hodie, evitari non posse, respectu earumdem
quartarum ad filios Matthæi devolutarum, ex quo
in hoc clarè videntur convenisse, tam primus, quam
secundus Judex in præsenti Judicio, primus enim
condemnavit D. Petrum iis verbis.

-- *Et alterius teneri, & obligatum esse, prout
eum condemnamus ad respondendum de dictis fructi-
bus bonorum immobilium dicto actori dictis nomini-
bus, juxta tenorem dicti testamenti, habita ratione
fructuum, & foliorum arborum mori, deductis tamen
legitimis impensis per dictum Dominum Petrum fa-
ctis circa dict... arbores, & earum fructus, & fo-
lia, habita etiam ratione respectu carnis suinæ, & ejus,
quod sues de fructibus immobilium consumunt* --

Secundus vero dixit:

-- *Et alterius eum teneri, & obligatum esse*]
*prout eum itidem condemnamus, ad respondendum
de dictis fructibus bonorum immobilium dicto actori
dict. NN. juxta tenorem dicti testamenti, habita ra-
tione fructuum, & foliorum arborum mori, & illius
carnis suinæ, quæ liquidabitur, deductis tamen ex-
pensis, ut in sententia Domini primi Judicis* --

Hæc sane verba, quæ eadem fere sunt, ma-
nifestam proculdubio præseferunt conformitatem,
& præsertim in quantum uterque Judex usus est
2 verbis illis *juxta tenorem dicti testamenti*, quæ
in sententiis virtute illius dictionis *juxta* impor-
tant, ac si dictum fuisset, *quia sic disponit dictum
testamentum*, juxta tradita in puncto per *Felin.*
post relatos in *cap. 2. ante num.* 21. *extra de
rescript.* Et cum de fructibus denegatis per Do-
minum Petrum ageretur, verba illa *de dictis fru-
ctibus* manifeste referuntur ad fructus petitos, tum
quia hoc importat natura illius verbi *dictis*, quod
3 est, ut repetat omnia præcedentia cum qualitati-
bus suis, ut per *Rot. decis.* 144. *num. 7. part.* 2.
in noviss. Paris. cons. 86. *num.* 36. *lib.* 2. *Bero. con-
sil.* 132. *num. 7. lib.* 3. *Riminald. Jun. cons.* 592.
4 *num.* 66. *lib* 5. tum etiam quia, non aliter erat
judicandum, ad hoc ut sententia esset conformis
libello *l. ut fundus ff. commun. dividun. cap. licet
Heli extra de Simon.* ut merito supposita re judi-
cata, non videretur ulterius super late propositis
in hac parte per Dominos Informantes insistendum.

Cæterum Domini, ne viderentur evitare vo-
luisse laborem degustandi merita, præsertim cum
tot nullitates, tot notoriæ injustitiæ adversus
sententias hucusque latas proponerentur, dicebant
discurrendo totam seriem testamenti, de quo agi-
5 tur, prout ad perfecte dignoscendam testatoris vo-
luntatem fieri debere, est text. in *l. Mævia ff. de
manumiss. testam.* & late scribit *Simon. de Prat. de
interpret. ultim. volunt. lib. 2. interpret. 4. dubit.* 2.
num. 1. cum seqq. & præcipue *num.* 3. ex testa-
mento ipso expresse colligi, intentionem primi
testatoris fuisse, ut bona sua immobilia post ejus
mortem pervenirent ad nepotes ex duobus fratri-
bus, & eorum filios pro ratis, & portionibus, in
quibus, si testamentum non condidisset, ab inte-
stato fuissent successuri, ita ut inter eos fieret
divisio in stirpes, & non in capita, prout de jure 6
fieri debere colligitur ex traditis per *Cross. in §.
successio ab intestato quæst.* 30 *num.* 4. *Surd. cons.* 85.
num. 13. qui dicit etiam filios hoc in casu suc-
cedere in locum patris, & capere portionem, quæ
patri obvenisset. *Honded. cons. 7. num. 10. lib.* 2.
Thesaur. qui concedit hanc esse magis commu- 7
nem, licet ab ea discedat, *decis.* 162. *n.* 3. prout
in effectu secundum hanc partem resolutum fuit
de dicto anno 1569. per sententiam DD. Con-
servatorum Legum, quæ cum transiverit in ju-
dicatum, merito facit jus inter partes, nec am- 8
plius admittit hanc disputationem *l. ingenuum ff.
de stat. homin. l. res judicata ff. de reg. jur.* cum
aliis per *Papien. in forma responsion. rei in verb.
reique judicatæ num. 2. Surd. cons.* 106. *num.* 13.
cons. 123. *num.* 15. *& cons.* 162. *num.* 20. fuit enim
per sententiam prædictam declaratum (ut & supra
quoque attigimus) Lazzaro, & Matthæo nepoti-
bus ex Alexandro fratre testatoris spectare dimi-
diam, & cuilibet eorum quartam partem; D.
autem Petro, Vincentio, & Joanni similiter ne-
potibus ex olim Zenobio fratre ejusdem testato-
ris, alteram dimidiam, & consequenter divisio
facta fuit in stirpes, successiveque observata ad
favorem Matthæi etiam respectu quartæ pertinen-
tis ad Lazzarum absentem, usque ad Laudum
inter D. Petrum reversum a banno, & di-
ctum Matthæum latum super quartam, quæ di-
cebatur pertinere, seu de qua dubitabatur, an per-
tineret, ad Alexandrum filium Lazzari. Imo, &
quo ad filios Matthæi post ejus obitum respectu
degentium in Civitate, seu districtu Pistorii, usque
ad præsens judicium, quo pendente incœpit D.
etiam Petrus prætendere, nil prorsus ei de-
bere, quasi in ipsis verificari nequeant illa ver-
ba, quibus testator damnavit Dominum Petrum
ad solvendum Matthæo, & Lazzaro, & post eos,
eorum, & cujuslibet eorum filiis masculis, eam
ratam dictorum fructuum, quæ ad eos, & eorum
quemlibet de jure spectat, & pertinet, & specta-
ret, & pertineret ab intestato, ex quo [ut dice-
bant Informantes pro eo] certum est ad hos filios,
vivente eorum genitore, nullam omnino dd. bo-
norum portionem spectare potuisse, quia pater vi-
vens ipsos antecedebat, in gradu, eo autem mor-
tuo, Petrus; in successione autem ab intestato 9
proximior excludit remotiorem *l. 2. §. legata hæ-
reditas ff. de suis, & legit. §. 1. vers. non tamen
omnibus instit. de legit. agnat. success. Bart.* & scri-
bentes *in auth. post fratres C. de suis, & legit.* Et
quod filius non subintret in locum patris in suc- 10
cessione transversalium, ultra patruum, late ex
communi tradit *Gabr. de success. ab intest. conclus.* 1.
num. 13. itaut erronea videretur fuisse prætensa
hæc filiorum vocatio, & ex falsa causa, quatenus
credidit testator aliquam dictorum bonorum por-
tionem potuisse ad eos, patre, & patruo vivente,
pertinere ab intestato.

Quod si dicatur, hos filios saltem post mor-
tem patris ex persona propria venire potuisse,
sive ex jure accrescendi, sive in vim reciprocæ
alicujus substitutionis de eis factæ virtute prohi-
bitionis alienationis cum clausula *quia volo &c.
vel aliter &c.*

Negabatur in primis aliquam hic subesse reci-

p.o-

11 procam, ad cujus exclusionem sufficit dicere, sub-
stitutio non loquitor in hoc casu *Oldr. vulg. con-
sil.* 21. *Soccin. consil.* 63. *num.* 14. *lib.* 3 *Aimon
consil.* 261. *num.* 16. *Riminald. Jun. consil.* 117.
num. 64 *lib.* 2.

Et quatenos fieret fundamentom super ver-
12 bis illis *& post eos*, replicabatur ex iis verbis non
posse resultare nisi volgarem, ut in terminis per
Alb. cons. 29. *num.* 8. *& Ladercb. conf.* 92. *n.* 13.
& 14.

Quatenus vero prætenderetor soccessio ex jo-
re accrescendi, dicebatur relictum factum nepo-
tibus fuisse annoom qooddam legatum usufructus,
ut ibi -- *dare, & solvere quolibet anno, &c.* -- de
13 cojus sane relicti natura est, ot non transeat ad
hæredes legatarii, oisi pro annis impletis, vel sal-
tem inchoatis in vita patris *l. si in singulis l. cum
in annos ff. de ann. legat. l. nec semel ff. quando
dies legat. ced.* ut merito ex omni capite jure
prætendi videatur per D. Petrum nil deberi filiis
hisce Matthæi.

Hæc, etsi prima facie aliqoid coloris præ-
seferre viderentor, Domini tamen omissa dispu-
tatione respectu qoartæ pertinentis ad Matthæum,
& in cujus exactione filii qooque per plures an-
nos perseveraroot, ita ut non oisi irrationabili-
ter prorsus nisus fuerit Petrus ipsos spolia-
re hac eorum quasi possessiooe exigendi, cum ta-
men hæres qoidem sit Egrimi, sed eom onere ta-
men usqueqoo habebit hæreditatem testatoris dan-
di, & solvendi singulis annis Matthæo, & Lazza-
ro, & post eos eorom filiis per ratam fructuum,
de qoibus in testamento; mortuis vero Domino
Petro, & ejus fratribus ratam quoque eorumdem
bonorum, ex quibus fructus ipsi percipiontur,
perinde ac si nepotes omnes testatoris libere ab
initio fuissent institoti, ot clare cantant verba te-
stamenti, qua supposita institutione, prout certe
quoad hunc effectum supponi debet virtute illius
14 dictionis *perinde*, quæ denotat omnimodam simi-
litudinem, imo & substantiam, & identitatem ei
æqoiparatæ ad text. *in l. cum hæres in princ. ff.
de acquirend hæred.* com aliis per *Ant. a Gam.
decis.* 123. *num.* 2. non erat dubitandum quin filii
Matthæi absolute soccedere debuissent, id quod
nec D. quidem Petrus diffitebatur, & ob-
servantia subsequuta ipsum satis aperte coovince-
15 bat, ex quo, ut hæres optime noverat, talem
fuisse testatoris voluntatem, saltem præsumptive
ad *Ruin. conf.* 128 *a num.* 6 *ad* 10. *& cons* 147
num. 9. *lib.* 2. *Curt. Jun cons.* 192. *lib.* 3. *Paris.
cons.* 75. *num.* 52. *& seqq lib.* 2. Quo caso noo
16 potest detrectare, quo minus, etiam in futurum
sic solvat, juxta tradita per *Soccin. cons.* 12. *sub
num.* 20. *vers. secundum quia lib* 3. *Paris cons.* 11.
num. 40. *lib.* 3. *Decian. consil.* 87. *num.* 22.
lib. 2. *& Assisiens. conclus.* 38. *vers. infertur* 112,
17 & in hoc error noo potest per eum allegari,
quia esset error juris, qui neminem excusat *l. le-
18 ges sacratissimæ C. de legibus*, proindeque nec resti-
tutiooem meretur *Bart. in l. Divus* 33. *num.* 2.
ff. de re judicata, & in l. cum fideicommissum n. 4.
ff. de confess. Alex. cons 165. *num.* 10. *lib.* 2. cum
concordantibos, qoi allegari possent.

Hac inquam disputatione omissa, & agendo
de portione spectante ad Lazzarum, Domini rem
altius repetendo, dicebant hanc quoque portio-
nem, & ad Matthæom, & ad filios post eum, ut
testamentum loquitur, & pertinuisse, & pertinere.

Primo qoidem in vim reciprocæ substitutio-
nis inter Matthæom, & Lazzarum, eorumque fi-
lios inductæ.

. Secondo in vim juris accrescendi.

Reciproca substitutio sic deducitur; vocavit
testator Matthæum, & Lazzarum ad dimidiam,
ut patet ex sententiis Dominorum Conservatorum
Legum, vocavit & post eos, eorum, & cujuslibet
eorum filios, sicque post Lazzarum vocabantur
quidem ejus filii si extitissent, verum hic non
extiterunt saltem legitimi, & naturales, & de le-
gitimo matrimonio nati, & procreati, prout re-
quirit testamentum, ergo ex eisdem verbis -- *post
ejus, & cujuslibet eorum filios* -- vocati necessario
fuere & Matthæus, & filii Matthæi in vim illius
distriboitivæ -- *cujuslibet* -- quæ unicuique tribuit 19
actum in solidum *l. non distinguimus §. cum plures
ff. receptis arbitr. l. si pluribus in princ. ff de le-
gat.* 2. *Bart.* & scribentes in *l.* 2. *in* 1 *&* 2. *quæst. ff.
de duobus reis Jas. in l. si mihi, & Titio num.* 10.
ff. de verb. obligat. Ladercb. conf 40 *num.* 2. *Pe-
regrin. de fideicommiss. artic.* 13. *num.* 31. & sic fi-
lii onius tantum ex nepotibus primis institutis,
qoi superessent, capere debebunt portionem, do
qua inter ipsos institutos fuit dispositum respecti-
ve, & is videtur casus reciprucæ, de qua per
Soccin. cons. 77. *num* 4 *vers unde transes ad ter-
tiam lib.* 1. & per *Peregrin. dict. artic* 13. *n.* 73.
vers. contra vero, obi si duobus institutis dictum
sit -- *e se rimanessero figli dell'uno, o uno, o più,
succeda in detti beni* -- determinant filium, qoi ex
altero eorum superfuerit, amborum portionem
consequi debere.

Quod eo magis procedere videtor hoc in ca- 20
su, cum facta institutione, & substitutione plu-
rium, addita etiam fuerit prohibitio alienationis
dictis hæredibus, & cuilibet eorum, & sic in so-
lidum -- *quia voluit dicta bona perpetuo remanere,
& esse in dictis ejus hæredibus, & filiis prædictis,
quos ut supra instituit, & substituit* -- Hic enim
necessario etiam resultat reciproca, ut primum
succedant filii parentibus si adsint, deinde vero
transversales inter se ipsos justa gradus prærroga-
tivam, adnotata per *Bart.* & scribentes communi-
ter in *l. si cognatis ff. de rebus dubiis. Bald in l.
quoties num,* 8. *C de fideicommiss. Surd. cons.* 96.
num. 14 *& cons.* 3 0 *num* 23. Id quod satis vi-
detur testator expressisse, dum vocavit nepotes,
& eorum filios, voluitqoe eos succedere, prout
successissent ab intestato, si enim perinde est, ac
si fuissent omnes ab initio hæredes instituti, ut
prædiximus, quis negabit portiones Matthæo ob-
ventas, ubi non essemus in causa testati, ad ejus
filios perveorurs fuisse ab intestato? nemo uti- 21
qoe, com in parentum successione prima causa sit
filiorum §. 1 *instit. de hæredit. quæ ab intest. defer.
l. filius ff. de suis, & legat. Authent. in successione
C. eo tit.* cum simil.

Hæc autem, vel maxime procedunt, ex quo,
supposita prohibitione alienationis, de qua supra,
ad favorem non alienantium, & cum specifica pri- 22
vatione contravenientiom, inducta pariter cense-
tur reciproca ad favorem observantium, ut per
*gloss. in l. codicillis §. instituto in verb. filiis ff. de
legat.* 1. ample *Petra de fideicommiss. quæst.* 1. *n.* 27.
obi concordantes citat, & in specie *num.* 29. citat
Decian. de communi attestantem *cons.* 50. *num* 22.
lib. 1. quem novissime refert etiam, ac sequitur
Card. Tusch. conclus. 260 *num.* 63. *tom.* 3. & idem
scribit etiam *Peregrin. dict. artic.* 13. *num.* 79.

Accedit etiam in hac parte observantia sub-
sequuta ad favorem D. Petri in obitu Joan-
nis, & Vincentii ejus fratrum; is enim eorom
portiones sibi tantum acquisivit, non autem impar-
tivit cum Matthæo, ejusque filiis, quæ sane ob- 23
servantia optime declarat voluntatem præceden-
tem *sup. cum dilectus extra de consuet. Aimon con-*

fil. 118 *num.* 2. *conf.* 211. *in fin.* & *conf.* 290. *sub*
num. 8. *versic. vero*, *Menocb. consil.* 307. *num.* 23.
præsertim quo ad effectum percipiendi quidnam
24 senserit testator, optime enim ejus voluntatis in-
terpres dicitur *Soccin. conf.* 36. *num.* 20. *vers. duo-*
decima ibi -- *amplius dico, quod talis observan-*
tia, &c. *lib.* 4. *Affliens. dict. conclus.* 38. *vers. am-*
pliat. 5.

Confirmatur hæc sententia, quia cum habea-
mus explicitam reciprocam in casu absentiæ inter
Lazzarum, Matthæum, & filios ex una, aliamque
inter Dominum Petrum, & fratres, non videtur
absonum dicere secundum istas interpretari etiam
debere substitutionem factam in casu mortis pro-
miscue inter eosdem Lazzarum, & Matthæum,
eorumque, & cujuslibet eorum filios, nempe ut
in portione Lazzari, Matthæi, & ejus filii præ-
ferri debeant D. Petro, & fratribus, prout
in portione Joannis, & Vincentii prælatus fuit
25 idem D. Petrus, una enim pars testamenti
aliam declarat *l. si servus plurium §. fin. l. qui filia-*
bus ff. de legat. 1. Et si substitutio facta in uno
casu extenditur ad alium ex præsumpta mente
26 testatoris, & ex identitate rationis *l. fin. C. de in-*
stit. & substit. Decian. consil. 1. *num.* 258. *lib.* 2.
Menocb. conf. 97. *num.* 92. *Surd. conf.* 44. *num.* 5.
multo magis facta in uno casu, intelligi poterit
27 sicut facta in alio casu, cum uni substitutio ab alia
interpretationem recipiat, & declaretur *Decian*
dict. conf. 1. *num.* 379. *lib* 1. & *conf.* 89 *num.* 10.
lib. 3. *Menocb. præsumpt.* 178. *num* 34. *lib.* 4 *Surd.*
dict. conf. 344. *num.* 16. & in terminis, ut substi-
28 tutio reciproca talis in una parte testamenti c n-
featur, qualis in alia, scribit *Odd. in tract. de com-*
pendiosa substit. part. 5. *artic.* 5. *ante num.* 7. *vers.*
ego igitur dicerem.

Iis sic stantibus, haud resistere visa sunt, quæ
in contrarium adducebantur.

Primum enim illud de vocatione filiorum
fratrum factâ ex falsa causa, & per errorem, ex
quo viventibus Matthæo, & dicto D. Petro,
nil eorum filiis ab intestato debebatur facile su-
blatum fuit; siquidem qualitas illa -- *quæ ab inte-*
stato ad illos pertinet, vel pertineret -- referenda
est ad nepotes institutos, qui ab intestato succes
sissent testatori, & quibus relatio conveniebat,
29 non autem ad substitutos, qui ordine successivo
tantum vocati dicebantur, & quibus tunc tempo-
ris relatio non poterat convenire, ita declarat suo
in casu *Rut. Alexandrin. conf.* 99. *num.* 5. *vers. non*
obstant adducta. *Cephal. consil.* 153. *num.* 58.
lib. 2. *Menocb. conf.* 220. *num.* 80. *lib.* 3. *Petra de*
fideicommiss. quæst. 8. *num.* 200. Alioquin, referen-
do dictam qualitatem ad substitutos [ut minus ju-
ridice prætendebat Petrus] dispositio vitiare-
tur, atque corrueret, quo casu relatio, quæ alias
30 ad plures fieri posset, non fit tamen ad hoc, ut
actus substineatur *Aimon conf.* 70. *num.* 4. *Thob.*
Non. conf. 25. *num.* 18.

Quinimo ubi etiam verba illa -- *spectaret, vel*
pertineret -- essent ad substitutos referenda, adhuc
tamen non sequeretur effectus exadverso præten-
sus, ad hoc enim, ut dispositio hæc non periret,
interpretanda essent per -- *spectabit, vel pertine-*
31 *bit* -- tum quia verba modi subjunctivi vim suam
extendunt etiam ad futurum *l. cum tertius*, ubi
Bart. ff. de tritic. vin. oleoq. legat. Turrett. de claus.
codicill. quæst. 22 *num* 6. & *num.* 21. tum etiam
quia, verba cujuscumque temporis, si non pos-
32 sunt operari in tempore expresso, semper trahun-
tur ad aliud tempus, quando dispositio non pos-
set aliter habere effectum *Tiraquell. in l. si un-*
quam in vers. revertatur num. 43. *C. de revocand.*
donat. Turrett. dict. quæst. 22. *num.* 77. ubi inquit, 33
no in casu etiam tempus præsens trahi ad futu-
rum, cui addimus nos *Simon. de Prat.* optime
loquentem in tractatu *de interpret. ultim. volunt.*
lib. 2. *interpret.* 2. *dub.* 1. *solut.* 5. *num.* 42. *Surd.*
conf. 335. *ante num.* 21. *lib.* 3.

Et hæc quidem satis de plano procedunt, ex 34
quo jura omnia summopere favent actus validita-
ti *l. quoties ff. de reb. dubiis. l. quoties ff. de reg.*
jur. Dec. in cap. quoniam Abbas num. 16. *extra de*
offic. delegat. Aimon inquiens, hoc procedere etiam
in materia odiosa, & stricti juris, etiam verba im- 35
propriando *conf.* 52. *num.* 6. *conf.* 239. *num.* 6.
& *conf.* 278. *col.* 4. *vers.* 7. *septimo*. *Cephal.*
conf. 213. *num.* 4. & 5. *lib.* 2. *Menocb. de arbitr.*
Judic. cas. 199. *num.* 22. *Simon de Prat. dict. so-*
lut. 5. *num.* 3. & *seqq.* In tantum, ut præsumptio,
quæ stat pro validitate actus, omnes alias antecel- 36
lat *Dec. in l. postquam liti num.* 23. *C. de pact.*
Alciat. de præsumpt. regul. 34. *num.* 1. *Simon de*
Prat. ubi proxime ante *num.* 1. & *num.* 5. inquit,
veriorem interpretationem benignam esse, & ad
hoc inventam, ut actus valeat, non ut pereat,
quia alias diceretur crudelis, ut per *num*.

Dum vero negabatur, aliquam in hoc testa-
mento subesse reciprocam substitutionem, ex jam
dictis credimus satis apparere contrarium.

Nec refragatur auctoritas *Alb. in conf.* 29. &
Ladercb. conf. 91. excludentium omnem substitutionem
præter vulgarem, quatenus deducatur ex verbis
illis -- & *post eos*, -- nam præter quam quod 37
conclusio nostra hoc solo fundamento non innititi-
tur, loquuntur etiam *Alb.* & *Ladercb.* in substi-
tutione facta per verba mere directa, quæ vere
non poterant importare nisi vulgarem; at secus
est, ubi substitutio concepta est per verba obli-
qua, & habentia tractum temporis in futurum,
qualia sunt dicta verba -- & *post eos*, -- ita 38
Bart. loquens in dictione *post in l.* 2. *§. creditum*
num. 7. *ff. si cert. pet. Ruin. conf* 99. *num.* 10.
lib 2. Idemque importare, ac si dictum esset -- *post*
eorum mortem -- *Cephal. conf.* 449. *num.* 24 *lib.* 3. 39
Gbirard. Mazzal. inter conf. Soccin. Jun. conf. 144.
num. 27. *lib.* 3. *Mar. Anguissol. conf.* 172. *sub n.* 52.
vers secundo respondetur, & *vers. ad quintum*. *Mar-*
cabrun. conf. 61. *num.* 89. *Mazzar. in epit. fidei-*
commiss. quæst. 17. *num.* 24 dicens non temere ab
hac opinione recedendum. *Peregrin. de fideicommiss.* 40
artic. 18. *num.* 24. & cum contineant compendio-
sam, sub qua comprehenditur & fideicommissaria,
ut per *Dec. conf.* 431. *num* 6. & 7. & *Curt. Jun.*
in eodem casu *conf.* 48. *num.* 4. non possunt non
dici habere tractum temporis in futurum, præser-
tim cum nec desideretur in hoc testamento ex-
pressa fideicommissaria, & in prohibitione aliena-
tionis cum clausula -- *quia volnit* -- adsit etiam 41
verbum -- *in perpetuum* -- quod denotat infinita-
tem, ut post alios per *Decian. conf.* 34. *num.* 17.
lib. 3. *Menocb. conf.* 95. *num.* 4 *Rinaldi. Jun.*
conf. 748. *num.* 30. & *Marcabrun. conf.* 66. *n.* 324.

Non etiam resistit, quod dicebatur ex *conf.*
Odd. 41. *num.* 30. de quo per *Peregrin. d. art.* 13.
num. 73. quod scilicet neque distributiva, neque
prohibitio alienationis videantur in proposito ali-
quam præseferre reciprocam, resistente clausula
illa -- *quot ut supra instituit*, & *substituit vulga-*
riter, *pupillariter*, & *per fideicommissum* -- quæ 42
cum sit relativa ad præcedentia, & in præceden-
tibus nulla adsit reciproca, sed successiva tantum
filiorum vocatio in portionibus parentum, ortum
reciprocæ impediat.

Siquidem, præter quam quod mens *Peregrin.*
in loco præallegato aliter se habet, in *ver. contra*
vero,

vero, jam supra præsupposuimus immo inter Mat-
thæum, & Lazzarum respectu absentiæ a Civitate,
& comitatu Pistorii claram extare reciprocam.
Eadem suadent etiam verba, ac mens testatoris
desumpta ex tota serie testamenti, & præsertim
arguendo ab aliis substitutionibus, ab observantia
subsequuta, & a verbis importantibus tractum in
futurum, ut prædiximus. Quando enim in substi-
tutione ultra nomen filiorum concurrunt aliquæ
conjecturæ, & inter alias agnationis conservandæ,
& verbum aliquod importans tractum temporis,
43 reciprocum fideicommissum facile inducitur, ut
post relatos plene docet *Surd. cons.* 336. *post n.* 8.
vers. secundum quæque tum seqq. lib. 3. maxime quan-
44 do id suadet etiam ratio æqualitatis servandæ in-
ter consanguineos testatoris, ut in proposito per
Menoch. præcise loquentem in filiis fratrum, vel
sororum *cons.* 141. *num.* 11. *lib.* 2. Et hæc quo
ad reciprocam substitutionem sufficiant.

Quod vero spectat ad jus accrescendi, ut por-
tio fructuum vacans per mortem Lazzari perti-
nuerit ad Matthæum per jus accrescendi, succes-
siveque transierit etiam in ejus filios, res pariter
visa est admodum perspicua, ex quo certissima
est juris conclusio, in relicto ususfructus, & an-
45 nuæ præstationis locum habere jus accrescendi in-
ter verbis conjunctos, etiam post emolumentum
sequutum, ut est text. *in l.* 1. *§. interdum ff. de
usufruct. accrescend.* de quo late *Menoch. præsumpt.*
159. *n.* 7 *lib.* 4 *Crass. in §. jus accrescendi quæst.* 9.
in fin. Surd cons. 439. *num.* 14. *lib.* 3.

Neque hic resistunt multa subtiliter eadverso
considerata, in quantum enim primo loco dicebá-
tur, non posse hoc in casu juri huic accrescendi
locum esse inter verbis conjunctos, quia inter eos
46 adest omnimoda realis disjunctio, ad notata per
Bart. in l. re conjuncti num. 23. *ff. de legat.* 3. de-
ducendo hanc realem disjunctionem, quia cum qui-
libet ex honoratis vocentur ad ratam fructuum,
47 censeantur vocati ad diversa, cum rata unius di-
versa sit a rata alterius, non secus, ac si singulis
singuli servi, aut cuilibet mille essent relicta, qui-
bus in casibus clarum est, jus accrescendi locum
non habere *Bart. in l. hujusmodi §.* 1. *de legat.* 1.
48 Fuit responsum primo loco, quod licet dictio
rata disjunctionem operetur, non tamen eam ope-
ratur pro diviso, ut est necesse, ad hoc ut cesset
jus accrescendi, sed pro indiviso, adeo ut quo-
usque non sit deventum ad actualem divisionem,
unusquisque in qualibet parte fructuum ratam ha-
beat, juxta text. *in §. quod si frumentum*, cum ibi
notatis *instit. de rerum divisione*, & ideo cum
49 relicta sit res unica actualiter, licet separabilis,
vel etiam separata intellectualiter, suo postea tem-
pore effectualiter separanda, res caret probabili
dubitatione hic subesse jus accrescendi (*Crass. in
dict. §. jus accrescendi quæst.* 8. *n.* 4. *vers quoniam
ad perficiendum conjunctionem*, ubi de communi.

Nec urget, quod dispositum est in casu, in
quo singulis singuli servi sint legati, seu cuilibet
mille sint relicta; tunc etenim quia mille, & ser-
vi multiplicationem recipiunt, unusquisque intel-
ligitur vocatus ad diversa mille, & ad diversum
servum, quia omnino est separatus ab alio servo,
& mille, ab aliis mille, unde nimirum si conceder-
tur jus accrescendi, quia hæc non sunt unita, nec
sunt conjuncta, secus esset ubi cuilibet pro rata
relinquerentur mille unita, veluti existentia in tali
arca, tunc enim cessaret multiplicatio, & unusquis-
que intelligeretur conjunctim vocatus ad ratam
50 eorumdem mille, & hic est casus noster, ita in
puncto ex communi scribit *Crass. dict. quæst.* 8. *ad
fin. vers. secus vero si dixisset mille aureos lego
filiabus meis.*

Secundo fuit responsum, argumentum exad-
verso factum esse contra text. *in dict. l.* 1. *§. in-
terdum ff. de usufruct. accrescend.* ubi in specie po- 51
nitur exemplum juris accrescendi in usufructu fun-
di pluribus relicto; sic enim, si verum esset argu-
mentum D. Petri in fructibus ex fundo percipien-
dis esset omnimoda realis disjunctio, & *Ulpian.* ibi
inducens jus accrescendi male loqueretur, & ta-
men scribentes omnes transeunt cum hac conclu-
sione, ut legatarii, de quibus in illo textu dican-
tur non solum verbis, sed etiam re ipsa conjuncti,
ut per *Menoch. dict. præsumpt.* 159. *num.* 7. *lib.* 4.
& Peregrin. de fideicommiss. artic. 9. *num.* 8

Quatenus verò secundo loco dicebatur, lega-
tum annuum pauperi relictum censeri factum in
causam alimentorum *l. cum ii §. si in annos*, ubi 52
Doctores *ff. de transact.* proindeque cessare in eo
jus accrescendi *l. Dominus §.* 1. *ff. de usufruct. Bart.
in dict. l. re conjuncti num.* 42 *&* 141. *Mantic. de
conject. ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 3 *num.* 24. *cum
seqq.*

Respondebatur conclusionem in se veram esse,
sed quando relictum est ob solam paupertatem, se-
cus quando relictum est illi, qui licet sit pauper,
est tamen etiam conjunctus testatori, tunc enim
non censetur habita consideratio paupertatis, sed 53
consanguinitatis *Gloss. in l. illud in vers. in causa
C. de Sacrosanct. Eccles. Bald. in Authent. similiter
num.* 5., ibique etiam *Rom. num* 3 *C. ad l. falcid.
Dec. cons.* 120. *num.* 4. *Menoch. præsumpt.* 115. *n.* 1
lib 4.

Et licet relictum pauperi consanguineo pos-
set dici relictum etiam ad sublevandam illius pau-
pertatem, id tamen non præsumitur principaliter
factum ratione paupertatis [quia multi eo paupe-
riores reperiuntur, & tamen nulli alii tale lega-
tum fuit] sed potius ad excolendam consanguini-
tatem, & pro honore agnationis suæ, per quam
conservatur nomen familiæ, illiusque honor, &
dignitas, & quæ propterea per unumquemque di-
ligi admodum solet, ut egregiè per *Angel. cons* 344.
ante *num.* 4 *& num. seqq.*

Ratio igitur paupertatis sublevandæ, uti se-
cundario contingens non habetur in consideratione,
argum. *l. tum exoratione § fin ff de excus. tut. Bal.
in l.* 1. *num.* 5. *ff. de legib. & in l quod favore in
secunda opposit. C. eo tit.*, atque ita in legato facto
pauperi consanguineo in terminis scribit *Menoch.
cons.* 421. *num.* 49. *lib.* 5., & ve è contraria pro-
cedunt, quando testator cap essit. se consanguineo
relinquere *pietatis causa*, ut ex communi docet *Surd.* 54
de aliment. tit. 8. *privileg.* 2. *vers. ubi vera donata-
rius est pauper*, quæ verba hic non leguntur.

Præterea non fuit doctum in proposito Mat-
thæum, & filios tali laborare paupertate, ut re-
lictum absolutè dici possit ex causa paupertatis, &
tamen allegans paupertatem tenetur illam proba-
re *Gloss. in l. si verò §. qua pro rei qualitate in* 55
vers. dubitetur, ubi *Bald. Ang. Castr. Jas. ff. qui
satisd. cogan. Alciat. de præsumpt. reg.* 2. *præ-
sumpt.* 27. *num.* 5. *Surd.* ubi supra *tit.* 7. *quæst.* 8
num. 14.

Dum verò tertio loco ad excludendum jus ac-
crescendi in portione Lazzari adducebatur supere-
xistentia Alexandri ejus filii, qui tamquam substi- 56
tutus excludebat jus accrescendi, juxta tradita ex
communi per *Mantic. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 15.

Fuit responsum non ingrediendo limitationes
hujus regulæ, de quibus per *Mantic.* dicto loco.
num. 21. *& seqq.* memoratum Alexandrum non fuis-
se filium legitimum, & naturalem, & de legitimo
matrimonio natum, & procreatum, prout requi-
rit testamentum, ideoque Dominus Petrus, qui

non probavit hanc legitimationem, etiam in hac
parte defecisse in salutari suo, ex quo quidquid
57 sit in re antiqua, in re recenti necessaria est hu-
jusmodi probatio, ut post alios per *Peregrin.* ubi
supra *artic.* 43. *num.* 71. *vers. sed in factis de re-
centi*, ubi de communi.

Hanc autem exceptionem contra actores, qui
nec ipsi se tales probaverunt, per Dominum Pe-
trum oppositam non admisimus, quia visa est ad-
modum levis, ex quo ipsemet eos jamdiu agnovit
tamquam tales, solvendo illis portiones fructuum,
de quibus supra, & quorum fides de recepto com-
plores reperiuntur in processu, ut meritò ab one-
re justificandi eorum legitimitatem immunes fue-
rint judicandi juxta tradita per *Menoch. præsumpt.* 54.
58 *num.* 31. *lib.* 6. *Peregrin. artic.* 43. *num.* 71. *in fin.*
& mirum sit quomodo Dominus Petrus, qui hos
consanguineos suos novit a nativitate, similia op-
posuerit.

Diximus partem fructuum, tam præteritorum,
quam futurorum annorum, ut supra, ad dictos a-
ctores spectantium, præstandam esse tempore recol-
lectæ singulorum fructuum, quia sic visum est sen-
sisse testatorem in illis verbis -- *debitis temporibus
&c.* -- debita enim tempora sunt, quando fructus
59 percipiuntur, & per colonos Domino deferuntur,
vel deferri debent, juxta morem regionis, ad *Gloss.
in l. ædes. in vers. versata es circa med.*, ibique
in specie per *Bart. C. locat.*, quod ipsum in mate-
60 ria census annui persolvendi sequutus est etiam *Na-
varr. cons.* 18. *num.* 4. *in tit. de empt. & vendit. lib.* 3.
tom. 1., & eadem phrasi circa delationem portio-
nis fructuum ad domum Dominorum, utitur etiam
Statutum Pistoriense sub *rubric.* 118. *circa medium
lib.* 2.

Et certe æquum non est, ut D. Petrus dif-
ferat solutionem hujusmodi fructuum in præjudi-
cium actorum, qui æqualiter cum eo sunt in fru-
ctibus hæredes, habentque illorum Dominium pro
61 parte sua; maximè cum de natura annui relicti
sis, ut debeantur in principio cujuslibet anni *l. in
singulos vers. illud certè ff. de annn. legat. Gloss. Bart.*,
& alii communiter in *l hoc anno ff de verbor. ob-
ligat.* non autem in fine anni, prout huc tende-
bat intentio D. Petri.

Diximus addito computo foliorum mori, ha-
62 bitaque ratione impensarum, quia sicuti dubitari
non potest, quin folia mori sint fructus bonorum
stabilium, cum fructus appellatione veniat omne,
quod renascitur *l. divortio § si fundum ff. solut.*
63 *matrimon.*, sive ea propria vi naturæ, sive semi-
nis, sive insitionis plantarum, ut ex sententia *Con-
nan lib.* 4. *cap* 1. scribit *Rebuff. in l. frugem* 77.
in princip. col. 3. *vers. proventus ff. de verbor. si-*
64 *gnificat.*, immò quicquid ad usum hominum indo-
65 ctum est *l. in fructu ff. de usufruct. legat.*, & de
arbore mori latè loquuntur authores, qui de agri-
cultura scripserunt, appellantes eam utilissimam,
ita quoque fructus ii intelligi debent deductis im-
pensis *l. fructus*, ubi Scribentes *ff. solut. matrimon.
l. fructus ff. de opere servor. Rebuff. in l. impensæ* 29.
col. ult. vers. decimatertia fructus ff. de verb. signific.

Hinc pariter diximus rationem quoque car-
66 nis suinæ habendam esse, quia licet sues immobi-
lium appellatione non veniant *l. moventium* 93. *ff.
de verbor. significat.* consequenterque nec eorum
caro, in fructu tamen sunt, cum qualibet utilitas
67 proveniens ex re usufructuaria fructuum appellatio-
ne contineatur *Misinger. in §. in pecudum in verb.
fructus instit. de rerum divis. Copus in tractat. de
fructibus lib.* 1. *cap.* 1. *&* 2., & in comitatu, &
districtu Pistorii, ut nobis relatum fuit, carnes hæ
suillæ contineri dicuntur sub nomine regaliarum,
quæ per colonos Dominis exolvuntur singulis an- 68
nis, vulgò *vantaggi*, facit sext. in *l. mercedes ff.
de petit. hæredit.*, cum aliis per *Cop. cap.* 4 *n.* 1.,
& super similibus utilitatibus, uti provenientibus
ex prædiis rusticis nonnullæ etiam sententiæ nobis
allatæ fuere, quamvis illis non indigeremus, cum
de similibus etiam extra Thusciam communiter ra-
tio haberi soleat.

Excepimus soluta per D. Petrum in causas
prædictas, quia in quantum solvit, soluta est etiam
omnis obligatio *instit. quib. mod. toll. oblig. in princ.* 69
& econverso in quantum per actores receptum fuit,
bona fides non patitur, ut idem per ipsos iterum
exigatur *l. bona fides* in 1. *ff. de reg. jur.* 70

Non credidimus filiis Matthæi per hæredes
primi deberi portionem affictus olim debiti D. Mat-
thæo de Odaldis, & per eum exinde remissi, si-
quidem de hac remissione non constet, nisi ex
quodam memoriali in libro dicti D. Matthæi exa-
rato per Michaelem Angelum ejus filium, qui ho-
die mediante ejus juramento deponit remissionem
factam fuisse in gratiam, & ad commodum dicti
D. Petri tantum, id quod etiam ex verbis ipsius
recordii satis clarè videtur deduci, ibi -- *acciò Pie-* 71
ro non sia tenuta a pagare il fitto di che di sopra --
quam sanè declarationem cum facere potuisse du-
bitandum non est, actoribus enim vigore prædictæ
scripturæ nullum erat quæsitum jus, ad text. in
l. nuda ratio, ibique *Bart. & Castren. ff. de donat.*
ad tradita per *Mascard. de probat. concl.* 978 *n.* 1.,
undè non videntur scriptura illa uti posse ad pro-
bandum remissionem aliter factam esse, quam ho-
die dicat Michael Angelus, cum etiam, si aliqua
subesset varietas, hoc ultimum tantum ejus dictum
juratum videatur omninò attendendum, juxta tra-
dita per *Dec.* ex communi in *cap. per tuas num.* 41.
extr. de probat. cum aliis per *Clar. in prax. § fin.* 72
quæst. 53. *num.* 11. *vers. primus casus*, ubi *Bajard.
num.* 25., & per *Bursatt. cons.* 192. *n.* 15. *lib.* 2.

Nec ex eo, quod remissio fuisset facta hære-
dibus Egrimi inferri potest, eam prodesse etiam 73
aliis uti in solidum obligatis per doctrinam *Bart.
in l. reos quæst.* 6. *ff. de duobus reis.*

Quia stante administratione relicta D. Petro,
actores in hac parte sustinent potius personam le-
gatarii, quam hæredis, quamvis & ipsi in ratu
fructuum fuerint instituti, proindeque oneribus he-
reditariis minimè teneamur *l. quoties*, ubi notat 74
Bart., & Scribentes *C. de hæred. instit.* nec incon-
venit, si patiantur damnum, exemplo usufructua-
rii omnium bonorum, qui non obligatur debitis
hæreditariis, & tamen solutio facienda per hære-
dem ejus usumfructuum diminuit, ut per *Didac.* 75
var. resolut. lib 2. *cap.* 6. *num.* 4., & per *Crass in
§. legatum quæst.* 35. *n.* 1. *&* 2.

Non facimus mentionem de prætensis atten-
taria, quia prætensi attentantes fovebant bonum 76
jus in meritis ad *Rot. decis.* 6. *num.* 9. *par.* 5. *in
novissimis*.

Alexander Zilacchius Prator.
Livius Riccardus.
Antonius Carinus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Latè agitur de reciproca, adductaque celebri distinctione inter plures lineas a principio vocatas, & unicam lineam divisam postea in plures ramos, offeruntur variæ conjecturæ reciprocam includentes, quam excludentes, & de ejus regularibus requisitis ex *l. Titia Sejo §. Seja libertis ff. de leg. 2.*

SUMMARIUM.

1 Dictio -- post eos -- *an importet vulgarem, vel fideicommissariam remissivè.*

2 *Reciproca inter descendentes, & in una eademque linea facilius inducitur, & leviores conjecturæ admittuntur.*

3 *Sicuti leviores sufficiunt, quando non agitur de pluribus lineis a principio constitutis, sed de una linea ab uno stipite derivata in plures ramos subdivisa.*

4 *Urgentissima conjectura est, si testator voluit bona conservari integra inter institutos, & substitutos tanquam de ejus familia, & agnatione.*

5 *Vel si injunxit onus perpetuam substitutis.*

6 *Inter transversales etiam habet locum reciproca linearis stantibus conjecturis, & voluntate testatoris, cui omnes regulæ cedunt.*

7 *Sed ubi testator duas efformavit lineas, conjecturæ esse debent plures, & urgentes.*

8 *Ita ut cupienda sit omnis interpretatio pro exclusione reciprocæ linearis.*

9 *Et quoties verificari potest in eadem linea, nunquam censeri valet inducta de linea ad lineam.*

10 *Sufficiens conjectura non est substitutio filiorum, & descendentium masculorum in infinitum, quæ in una eademque linea verificari potest.*

11 *Nec perpetua exclusio fœminarum.*

12 *Sufficiens est, si pluribus hæredibus institutis, perpetuò prohibita fuerit hæreditatis divisio.*

13 *Maximè si prohibita fuerit scissura hæreditatis nedum in extraneos, sed etiam inter ipsos hæredes.*

14 *Fortius si utraque linea ab uno, & eodem stipite promanaret.*

15 *Vel si plures lineæ a principio fuissent constitutæ, sed testator eas per modum unius considerasset relativè ad ipsius fideicommittentis agnationem.*

16 *Amplia hanc conjecturam procedere, si testator in ultima substitutione divisisset totam suam hæreditatem, nam hoc præsupponeret præcedentem unionem.*

17 *Item conjectura reciproca est, si post primos masculos reciprocè institutos injungitur, quod sic perpetuo servetur.*

18 *Contra quod reciproca facta inter primos, addito quod ita servetur in descendentibus, arguit reciprocam discretivè in qualibet linea non linearem.*

19 *Concilia utramque opinionem, ut illa in casu contingentia recipienda sit, cui assistunt aliæ conjecturæ præponderantes.*

20 *Et in conjecturarum conflictu, ubi testator a principio plures efformavit lineas, opinio contra reciprocam linearem esset amplectenda.*

21 *Item aliæ conjecturæ reciprocæ sunt ampla prohibitio alienationis, & transitus perpetuus hæreditatis injunctus per testatorem de descendentibus in descendentes masculos pro conservatione bonorum in agnatione.*

22 *Intellige si adsint dictiones perpetuitatem, & infinitatem denotantes.*

23 *Limita si concurrant circumstantiæ diversam testatoris voluntatem denotantes.*

24 *Ut si testator a principio plures substituerit, & cuilibet columnello assignaverit portionem divisam.*

25 *Maximè si votum agnationis stet accessoriè, & dependenter.*

26 *Et contrarii procedunt, si testator declaraverit velle bona integra remanere in agnatione, & linea masculina.*

27 *Conjectura quoque reciproca est perpetuitas volita a testatore cum digressu ad plures gradus substitutionum.*

28 *Contra in clausula* -- in infinitum -- *aliisque similibus, quando agitur de sustinenda possessione capta propria authoritate a fideicommissario.*

29 *Reciproca non admittitur pro habenda consolidatione portionis inter duos primos hæredes proprietarios, quando apparet testatorem unicuique singulariter, & ad partes dedisse substitutum.*

30 *Ad eam inducendam requiruntur requisita text.* in l. Titia Sejo §. Seja libertis ff. de leg. 2. *& quæ sint.*

31 *Sed etiam sine hujusmodi requisitis induci potest reciproca linearis.*

32 *Afferuntur tractantes de reciproca lineari remissivè.*

33 *Sicuti de reciproca inter descendentes, & in una, eademque linea, licet inter plures columnellos divisa.*

34 *Et promiscuè de utraque reciproca tam in una, eademque linea, quam in diversa, nempe de linea ad lineam.*

35 *Jus accrescendi quando habeat locum post quæsitum primo acceptum.*

36 *Non admittitur pro habenda consolidatione portionis inter duos primos hæredes proprietarios, quando apparet testatorem unicuique singulariter, & ad partes dedisse substitutum.*

37 *Alia de jure accrescendi remissivè.*

38 *Fructuum appellatione quæ veniant.*

Ad num. 1.

Dictio -- *post eos* -- an importet vulgarem, vel 1
fideicommissariam, vide *Rot. Florent.* supra *decis. 1. num. 33. & seqq.*, & latè ego ad eandem *num. 45. & seqq.*

Ad num. 2. & seqq.

Reciproca inter descendentes, & in una, ea- 2
demque linea facilius inducitur, & leviores etiam conjecturæ admittuntur *Castald. consult. 164 n. 17. Dom. meus Audit. Calderon. resolut. 61. n. 35 Paulut. dissert. 16 num. 40 41. & 63. Rot Rom. post eum decis. 2. num. 15. post de Luc. de fideicommiss. decis. 69. num. 8 & in Mantiss. eod. tit. decis. 28. num. 40. & decis. 60. num. 10. & super consuet. legal. decis. 26. num. 7. coram Emer. Jun. decis. 116. num. 13. decis. 464. num. 6. coram Caprar. dec. 708. num. 15. & in Sabinen. seu Florentina Immissionis 20. Aprilis 1714. §. quamquam, & seqq. coram Ansald. & in Firmana Immissionis 19. Martii 1715. §. existentia coram Card Scotto, Rot. Florent. apud Palm. Nep. decis. 426. num. 83. & decis. 464. num. 73.*

Undè leviores conjecturæ sufficerent, quando
non agitur de pluribus lineis a principio constitu- 3
tis, sed una linea ab uno stipite constituto derivata in plures ramos esset subdivisa *Paulut. dissertat. 16. num. 12. & num. 40. & seqq. Rot. post eum decis. 1. num. 3. & 19. & decis. 2. num. 1. & seqq.* & pluribus relatis *Dom. meus Audit. Calderon. resolut. 57.*

solut 57. num. 4., ibique Rot. Rom. resol. 94. n. 75.
& nura 88. aliaque auctoritates mox citatæ.
Et urgentissima conjectura est ad hunc effe-
4 ctum, si testator voluit, quod bona conservaren-
tur integra inter institutos, & substitutos tan-
quam de ejus familia, & agnatione Rot. coram E-
mer. Jun. decis. 238. num. 10. post de Luc. de fi-
deicommiss in Mantiss. decis. 48. num. 22.
5 Vel si injunxit onus perpetuum substitutis Rot.
coram Emer. Jun. decis. 251. num. 17 & dec. 1059.
num. 16. post de Luc. in Mantiss. de fideicomm. de-
cis. 48. nam. 21.
Reciproca autem linearis, licet inter tran-
sversales difficilius admittatur, inspicienda nihilo-
minus est voluntas testatoris, nam si appareat, istum
voluisse reciprocam de linea ad lineam, omnes re-
6 gulæ voluntati ipsius cedere debent, quomodocom-
que enim emergat voluntas testatoris, illa servan-
da est, cum reciproca non habeat certam formam
Ansald. post Paolut. differt. 16. num. 6. Ros. con-
sult. 69. num. 64 Rot. Rom. decis. 339. num. 11.
par 17. decis. 775. num. 13. par. 18. recent., & post
plures in Amerina Immissionis 22. Aprilis 1720. §. quo
circa coram R. P. D. Corio, in Foroliviei. Fideicomm.
de Torellis 13. Januarii 1721. coram eodem.
Verum tamen est, quod ad hoc ut inducatur
7 reciproca linearis in casu, quo testator duas effor-
mavit lineas, plures & urgentes conjecturæ requi-
runtur Rot. Rom. coram Emer. Jun. decis 589. n. 18.
in Romana Pecuniaria 20. Januarii 1723. §. non sub-
sistente coram R. P. D. Foscaro. Rot. Florentin. apud
Palm. Nep. decis. 426. num. 18. & seqq.
Adeout omnis capienda sit interpretatio pro
8 exclusione reciprocæ linearis Rot. Rom. post de Luc.
de fideicommiss in Mantiss. decis 56. nam. 11. Rot.
Florent apud Palm Nep. decis. 426 num. 19., &
quoties verificari potest in eadem linea, nunquam
censeri valet inducta reciproca de linea ad lineam
9 Castald. consult 77. num. 1. & 2. Episcop. Ro.c. di-
sput. 17. num. 15 & 16. Mans. consult. 218. n. 9.
D. meas Andit. Calderon. resol. 61. num. 57. Rota
Rom. coram Carill. decis. 105. num. 23 & 31., in
recent. decis. 497. num. 7. par. 9. decis. 472. n. 29.
par 14 decis. 68 num. 2. par. 15. decis 20. n. 30.
& seqq. par. 19. Rot. Rom. post de Luc. sapee con-
flict. legal. in Mantiss. decis. 27. num. 6. Rot Flo-
rent. apud Palm. Nep decis. 426. num. 14., ubi plo-
rimi concordantes, & apud Urceol. decis. 11 n. 2.
& decis. 23. nam. 10 11. & 17.
Hujusmodi autem generis profecto non sunt
substitutio filiorum, & descendentium masculorum
10 in infinitum, cum hoc verificari possit in una, ea-
demque linea Rot. coram Emerix Jun. decis. 589.
num. 17.
Nec perpetua exclusio fœminarum Rot. coram
11 Emer. Jun. dict decis. 589 num. 18.
Perpetuitas tamen induceret reciprocam de
linea ad lineam, si testator ab initio plures hære-
des instituit, eisque prohibuit perpetuis futuris
12 temporibus divisionem hæreditatis, cum enim hæ-
reditas indivisa manere non possit sine reciproca
lineari, illa ex hoc præcepto volita a testatore cen-
setur Rot. coram Emer. Jun. decis. 1455. num. 2.
post de Luc de fideicommiss. in Mantiss. decis. 58.
num. 1 & seqq.
Maximè si prohibuerit scissuram hæreditatis
13 nedum in extraneos, sed etiam inter ipsos hære-
des Rot post de Luc. de fideicommiss. in Mantiss. dict.
decis. 58. num. 2.
Eoque facilius hoc procederet, si utraque li-
14 nea ab uno, & eodem stipite promanaret, quia
tunc si testator ordinavit, quod bona integra, &
indivisa conservarentur in vocatis, indubitanter sub-
stitutioni reciprocæ locus esset, fusè Rot. in Ra-
vennate 1. Fideicommissi Julii Camilli de Abbatis 1. Ja-
lii 1707. coram bo. mem. Reverendiss. D. meo Lan-
cetta, confirmata 16. Januarii 1708. coram eod.
Vel si plures lineæ a principio fuissent con-
stitutæ, sed testator omnes prædictas lineas per
modum unius considerasset relativæ ad ipsius fi- 15
deicommittentis agnationem, tunc enim considera-
rentur pro una, & eadem linea ab ipso provenien-
te D. meus Audit. Calderon. resol. 57. num. 31. Pau-
lut. differt. 16 num. 45. Rot. post eum decis 2. n. 18.
& 19. Rot. Florent. apud Palm. Nep. dec. 426 n. 5.
& nam. 68. & seqq.
Idemque dicendum esset, si testator in ultima 16
substitutione divisisset totam suam hæreditatem,
nam hoc præsupponeret præcedentem unionem vi-
gore reciprocæ linearis Paulut. differt 16. num. 53.
& 54 Rot. post eum decis. 1. nam. 12. 13. 22. & 23.
& decis. 2. nam. 24. & 25.
Rursus perpetuitas esset signum reciprocæ, si
post primos masculos reciprocè institutos injungitur,
quod sic perpetuò servetur, nam sicut primi ma-
sculi, qui sunt caput diversarum linearum reci- 17
procè substituuntur, ita idem volitum dici debet
in eorum descendentibus, qui eodem modo inter
se substituti fuerunt Paolut. dict. differt. 16. n. 9.
Ansald. ibidem alleg. 1. num. 5. Rot. post eum dict.
decis. 1. num. 1.
Contrarium, quod reciproca ordinata inter
primos substitutos, si postea testator addiderit -- e
così ancoli figli, e discendenti -- ista verba reperunt
quidem eandem substitutionem reciprocam, sed
discretivam in qualibet linea, non autem linearem 18
Rot. post de Luc. de fideicomm. dec 67. n. 6. & 7.
Ego credo, quod utraque opinio vera sit &
illa in contingentia casus sit recipienda, cui assi-
stunt aliæ conjecturæ præponderantes, & si Judex 19
in hoc conjecturarum conflictu remaneret omninò
dubius, opinio pro exclusione reciprocæ linearis
esset amplectenda, nam quoties testator a princi-
pio plures efformavit lineas, pluresque stipites con-
stituit diversarum linearum, reciproca censetur
tantum inducta discretivè in qualibet linea, non 20
autem de linea ad lineam Fatinell. respons. 32. per
tot. tam. 2 benè Rot post de Luc. sapee conflict. le-
gal in Mantiss. decis. 27 num. 6., aliæque aucto-
ritates supra citatæ num. 8.
Item ex ampla prohibitione alienationis, & 21
transitu perpetuo hæreditatis injuncto per testan-
tem de descendentibus in descendentes masculos
propter conservationem honorum in agnatione, &
linea masculina, linearis reciproca inducta cense-
tur D. meas Audit. Calderon. resolut. 57. num. 9.
& seqq. & resolut. 94. num. 56. & seqq. Rot. Rom.
post Paulut. dict. differt. 16. decis. 2. num. 10. & seq.
& num. 16. & 17 post de Luc. de fideicommiss. de-
cis. 68. num. 4 & seqq. decis. 71. num. 15. dec. 72.
nam. 10 & decis. 101. num. 3. & in Mantiss. eod.
tit. decis. 19. num. 20. & decis. 60. nam. 3. & seq.
& super conflict. legal. decis. 26. num. 5. Rot. Flo-
rent. apud Palm. Nep. decis. 426. num. 65. & seqq., 22
ubi quod hoc procedit, quando adsunt dictiones
infinitatem, & perpetuitatem denotantes, & quo-
modo, & num. 87.
Hoc tamen verum non esset, si concurrerent 23
circumstantiæ diversam testatoris voluntatem deno-
tantes, nam tunc reciproca linearis non censeretur
volita ex quo testator prohibuit alienationem, &
mandavit omnia bona in ejus, & hæredum familia,
& domo conservari; prout verum non esset, si te-
stator a principio plures substituerit, & cuilibet
colonnello assignaverit portionem divisam, cum 24
reciproca verificari possit in qualibet linea Rot. post
de Luc.

de Luc. de fideicommiſs. in Mantiſs. deciſ. 56. *n.* 2. 4.
& 5. *Rot. Florent. apud Palm. Nep. deciſ.* 426 *n.* 30.
& ſeqq., ubi quod hoc maximè procedit, ſi votum
25 conſervandæ agnationis iter acceſſoriè, & depen-
denter, *& num.* 39. ſubdit contrariū procedere, ſi
26 teſtator declaravit velle bona integre remanere in
agnatione, & linea maſculina, *& num.* 87. *& ſeqq.*
ubi plurimi concordantes.

Et ex hac deſcendit alia conjectura ſuadens re-
ciprocam linearem, perpetuitas nempe volita a te-
ſtatore cum digreſſu ad plures gradus ſubſtitutio-
num *Rot. poſt differt.* 16. *Paulut. deciſ.* 1. *num.* 25.
27 benè *poſt de Luc. de fideicommiſſ. deciſ.* 70. *n.* 9.

Sed clauſulæ — *in infinitum* — aliæque ſimiles,
quantumvis amplæ non inducerent reciprocam e-
tiam in eodem colomnello, quando agitur de ſu-
28 ſtinenda poſſeſſione capta propria auctoritate a fi-
deicommiſſario, ut relata *deciſ.* 225. *ex num* 6. *poſt*
Torr. de pact. Rot. in Sabinen, ſeu Florentina Immiſ-
ſionis 20. *Aprilis* 1714. *§. quamquam, & ſeqq., &*
§. nihilominus coram bo. me. Anſaldo.

Quod reciproca non admittatur pro habenda
29 conſolidatione portionis inter duos primos hæredes
proprietarios, quando apparet teſtatorem unicui-
que ſingulariter, & ad partes dediſſe ſubſtitutum.
Rot. in Auximana Bonorum ſuper fideicommiſſo Joſe-
phi quoad reſervata 18. *Februarii* 1715. *cor. clar. me.*
Card. Scotto.

Et quod ad inducendam reciprocam linearem
neceſſaria ſint requiſita text in *l. Titia S jo §. Seja*
libertis ff. de leg. 2., nempè quod omnes ſint vo-
cati, ſubſtitutio ſit facta ultimo morienti, & in
tota hæreditate, & quando dicta requiſita adeſſe di-
30 cantur, vide *D. meum Audit. Calderon. reſolut.* 57.
num. 12. *& num.* 16. *reſolut.* 61. *num.* 47. *reſol.* 77.
num. 3. *& reſol.* 94. *num.* 43. *& num.* 77. *Rot. Flo-*
rent. apud Palm Nep. deciſ. 426 *num.* 17. *& ſeqq.*
deciſ. 429. *num.* 3. *& ſeqq*, & ſupra hoc eodem
volum. *deciſ.* 30 *num.* 29. *& ſeqq. & dec.* 31. *n.* 4.
& ſeqq, & pleniſſimè *in Florentina Immiſſionis* 28.
Septembris 1725. *art.* 4. *cor me. Paulut. diſſert.* 16.
num. 14. *Rot. Rom.* poſt eam *dec.* 1. *num.* 5. *& de-*
ciſ. 2. *num* 3. *& ſeqq. poſt de Luc. de fideicommiſſ.*
deciſ. 70. *num.* 4. *& ſeqq. & dec.* 73. *num.* 1. *& in*
Mantiſſ. eod. tit. dec. 60. *num.* 7. *& ſeqq. & ſuper*
conflict. legal. decil. 27. *num* 13 *& ſeqq & in Ra-*
mana, ſeu Nicien. fideicommiſſi 6. *Martii* 1713. *§. con-*
ſtabilito aſq ad fin., ubi lateſſimè *cor. Eminentiſs.*
D. meo Card. Falconerio, & in illius confirmatoria
19 Junii ejuſdem anni *cor. eod. per tot. in Interamnen.*
Fideicommiſſi ſuper Immiſſione 26. *Junii* 1715 *per*
tot. cor. eodem.

Sed etiam ſine hujuſmodi requiſitis induci poteſt
31 reciproca linearis, & probant mox citatæ auctori-
tates, quibus addu *Rot. in Praeneſtina Fideicommiſſi*
23. *Januarii* 1713. *§. et ſanè, & per tot. coram*
Lancetta.

32 De reciproca lineari agit *Rot. Rom. in Engu-*
bina Fideicommiſſi 19. *Januarii* 1714. *§. præter ſu-*
pradicta, & ſeq. cor. Criſpi, in Faventina Fideicom-
miſſi ſuper Dama 23. *Aprilis* 1714. *§. non dicto co-*
ram Anſaldo, in Amerina Immiſſionis 29 *Junii* 1716.
§. abſque eo quod, & ſeqq. coram eodem. Rot. Flo-
rent. apud Palm. Nep. deciſ. 436 *per tot.*

De reciproca inter deſcendentes, & in una,
33 eademque linea, licet in plures columnellos diviſa
Rot. Rom. in Sabinen. ſeu Florentina Immiſſionis 20. *A-*
prilis 1714. *§. quamquam, & ſeqq. coram Anſaldo, in*
Firmana Immiſſionis 22. *Martii* 1715. *§. exiſtentia*
coram Scotto, in Bononien. Fideicommiſſi Antonii Galea-
tii de Bargellinis 4. *Februarii* 1718. *§. inconvinci-*
bilia, & ſeq coram Cerro, in Firmana Immiſſionis, ſeu
Fideicommiſſi ſuper Prædio delle Piane 4. *Maii* 1720.
coram eodem, in Tuſculana Fideicommiſſi 5. *Maii* 1727.
per tot. coram Reverendiſs. D. meo Aldrovando, & in-
numeris auctoritatibus congeſtis pleniſſimè in *Flo-*
rentina Immiſſionis 28. *Septembris* 1715. *artic.* 4 *per*
tot. coram me, in tertio volum. mear. deciſionum
Deo dante imprimenda, ubi etiam de reciproca de
linea ad lineam.

Et promiſcuè de utraque reciproca, tam in 34
una, eademque linea, quam in diverſa, nempè de
linea ad lineam, vide ſupra *deciſ.* 30. *num.* 29 &
plurimas auctoritates de hac materia agentes adduxi
in *addit.* ad eaſdem *num* 3 *&* 4., & ultra ibi-
dem relatos *Rot. Florent.* infra *deciſ.* 100. *Rot. Rom.*
in Bononien. Fideicommiſſi de Buzzani 6. *Februarii*
1708. *§. quoad primum, & ſeq. cor. Reverendiſſ. Lan-*
cetta, in Camerinen. Immiſſionis 5. *Jun.* 1714 *§ quan-*
doquidem §. nihilominus, & ſeqq., & § probè no-
ſcentes, & ſeqq coram clar. mem. Cardinali Scotto,
in Spoletana Immiſſionis 2. *Junii* 1710 *§. quod ſi &*
ſeqq. coram R. P. D. Corio, & in Tuſculana Fidei-
commiſſi 5. *Maii* 1727. *per tot. coram Reverendiſs.*
D. meo Aldrovando.

Ad num. 45. *& ſeq.*

Jus accreſcendi quando habeat locum poſt 35
quæſitum emolumentum, & alia plura ad materiam
vide quæ plenè dixit *Rot Senen. deciſ* 35 *n.* 16.
coram me, & §. 1. *&* 2 poſt eamdem *deciſ. & Rot.*
Rom in Romana Succeſſionis ſuper bona jure 26. *Ju-*
nii 1726., 20. *Januarii* 1727. *&* 27. *Junii ejuſ-*
dem anni per tot coram R. P. D. Calcagnino, in Bo-
navien. Beneficii 23. *Junii* 1727. *§. at vero, & ſeq.*
coram eodem.

Quod jus accreſcendi non admittatur pro ha-
benda conſolidatione portionis inter duos primos 36
hæredes proprietarios, quando apparet teſtatorem
unicuique ſingulariter, & ad partes dediſſe ſubſti-
tutum *Rot. in Auximana Bonorum ſuper fideicommiſ-*
ſo Joſephi quoad reſervata 18. *Februarii* 1715. *coram*
Cardinali Scotto.

Multa etiam de jure accreſcendi videri poſ-
ſunt penes *Rot. Florent.* infra *deciſ.* 54 *num.* 4. *&* 37
ſeqq. dec. 133., *& in Florentina Fideicommiſſi de Bu-*
cettis 1719. *§. placuit, & ſeqq. coram D. meo Audit.*
Bonfin. Rot. Rom in Tridentina Bonorum, ſeu Immiſ-
ſionis ſuper ſucceſſione in Bonis Philippi &c. 15. *Mar-*
tii 1706. *§. excuſa coram Scotto, in Bononien. Fidei-*
commiſſi de Buzzanis 6. *Februarii* 1708. *§. reſpectu,*
& ſeqq. coram Lancetta, in Romana, ſeu Nicien. Fi-
deicommiſſi 6. *Martii* 1713. *§. jus ſanè, & pluribus*
ſeqq coram Eminentiſs. D. meo Cardinali Falconerio,
in Nepeſina Donationis 31. *Martii ejuſdem anni coram*
Lancetta.

Ad num. 62. *& ſeqq.*

Fructuum appellatione quæ veniant plenè e-
xaminatur in *deciſ. Senen.* 4. *num* 27. *& ſeqq. co-* 38
ram me, & in addit. ad antecedentem *deciſ.* 47.
num. 17.

ANGLARIENSIS
Fideicommiſſi.

16. *Novembris* 1605. *ex lib. Mot.* 88. *n* 24.

ARGUMENTUM.

Damnatus ad tempus ad triremes habet activam teſtamenti factionem. Bona fideicommiſſi inducti non tantum in caſu mortis, ſed etiam contraventionis, ſtante prohibitione alienationis, nec etiam vivente bannito, ſpectant ad fiſcum, ſed illi dumtaxat pro legitima, & trebellianica retentio competit.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Fideicommissum tum in casu mortis, quam alienationis resultat ex prohibitione alienationis, & clausula* -- vulgariter, pupillaritet, & per fideicommissum --

2 *Lusores taxillorum, & tabernarum frequentatores efficiuntur infames, & inhabiles ad testamenti factionem.*

Contra num. 12. quoad secundam pœnam.

3 *Damnatus ad triremes non potest facere testamentum, & num.* 9

Limita ut num. 10. *& seq.*

4 *Pœna triremium successit in locum damnationis ad opus publicum.*

5 *Damnati ad opus publicum æquiparantur deportatis.*

6 *Deportati non habent testamenti factionem.*

7 *Æquiparatorum idem est judicium.*

8 *Idem est judicium partis quoad partem, quam totius quoad totum.*

Limita quando in parte limitat diversa ratio n. 21.

9 *Damnatus in perpetuum ad triremes, perpetuò est intestabilis.*

10 *Damnati ad tempus ad triremes amittunt civilitatem, non libertatem, & alia quæ sunt juris communis, & num.* 16.

11 *Damnatus in perpetuum ad opus publicum efficitur servus pœnæ, damnatus ad tempus solam civilitatem amittit.*

12 *Banniti etiam in perpetuum, qui amittunt civilitatem, salva libertate retinent facultatem testandi, etiam de bonis sitis in territorio patria amissa.*

13 *Damnatos ad metallum ad tempus non dicebatur antiquitus revera in metallum damnatus, sed metallicum opus exercere.*

14 *Sic damnatus ad triremes non potest dici damnatus ad triremes, sed potius triremium opus exercere.*

15 *Et retinet liberam testandi facultatem, quæ sequitur libertatem, & num.* 17.

16 *Unusquisque testari potest, qui non sit a lege expressè prohibitus.*

18 *Deportati alii ad tempus, & impropriè, alii in perpetuum, & propriè,*

19 *Damnatus ad triremes ad tempus quibus deportatus æquiparetur.*

22 *Substitutus bunnito, cujus bona fuere publicata, non prius admittitur, quam sit secuta mors ipsius bunniti.*

23 *Bona fideicommisso subjecta possunt per gravatum sua vita durante in extraneum transferri, & etiam in fiscum transire.*

Limita prædicta, ut infra num. 26.

24 *Si fideicommissarius, cujus bona fuere publicata, prædecedat gravato, filius pleno jure succedit.*

25 *Bannitus non habetur pro mortuo ad effectum implendi conditionem.*

26 *Bona in favorem aliquorum alienari prohibita non transeunt in fiscum etiam vivente bannito.*

27 *Bona quæ ad extraneos hæredes non sunt transitoria, nec ad fiscum transire possunt.*

28 *Fideicommissum resultans ex prohibitione alienationis, purificatur statim secuta alienatione, nec expectatur mors gravati.*

29 *Confiscatio est alienatio.*

30 *Voluntaria, non necessaria, & de ratione n. seq.*

31 *Non dicitur causa necessaria, quæ habet originem a voluntate.*

32 *Fisco super bonis fideicommissariis banniti competit retentio pro legitima, & trebellianica, quatenus non probentur per gravatum consumptæ, & de ratione.*

33 *Legatum ususfructus uxori relictum existentibus filiis, licet restringatur ad alimenta ex consuetudine Bulgari, tamen stante confiscatione bonorum filii, propriam reassumit naturam, & valet in vim pleni ususfructus.*

34 *Fiscus nec victor expensas exigit, nec victus solvit.*

DECISIO XLIX.

In Causa N. N. e Fisco.

BRotus N. N. Anglariensis ad triremes ad tem-
pus condemnatus, & adhuc ibi moram tra-
hens, testamentum condidit, in quo -- *filios*
suos hæredes instituit, & eos, & eorum descendentes
masculos ad invicem substituit, vulgariter, pupilla-
riter, & per fideicommissum, eisque omnibus quam-
cumque alienationem strictè prohibuit, quia voluit
bona perpetuo &c. atque contrafacienti proximiorem
substituit. Et demum D. Elisabetham uxorem usu-
fructuarium reliquit, ita tamen, ut tale legatum,
non victum, & vestitum solum importaret, sed ple-
num, liberum, & integrum usumfructum -- Mortuo
testatore, Emilioque uno ex filiis, & hæredibus
institutis, ob homicidium, post aliquot annos per-
patratum bannito cum publicatione bonorum, com-
paruerunt coram DD. Capitaneis Partis D. Elisabeth
mater, & nepotes ex Federico altero testatoris fi-
lio, atque bona banniti excorporari petierunt, ra-
tione quidem ususfructus ad favorem matris, ratio-
ne verò proprietatis ad favorem substitutorum,
cumque per sententiam latam de Consilio Excellen-
tissimi D. Auditoris Magistratus prædicti, mater
omninò abaudita fuisset, nepotes verò exclusi du-
rante vita naturali banniti, provocaverunt omnes
ad DD. Octo viros Baliæ Civitatis Florentiæ, a qui-
bus nos de jure consulti respondimus, malè in
utroque capite judicatum fuisse, & benè appel-
latum.

Etenim quod attinet ad interesse substituto-
rum, quoniam de fideicommisso non fuit dubitan-
dum, & quidem tam in casu mortis, quam alie-
nationis, attentis verbis illis testamenti -- *substituit*
vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum -- & 1
iterum illis -- *& prohibuit quamcumque alienationem,*
vel obligationem tam ex contractu, quam ex delicto,
& contrafacientem privavit -- per ea, quæ copiosè
traduntur per *DD. in l. peto §. fratre de legat.* 2.
Soccin. & Alex. in l. qui Roma §. cohæredes ff. de
verbor. obligat. Dec. cons. 218 *& Gabr. cons.* 123.
in princip. vol. 2. prima inspectio, quæ in propo-
sitæ difficultatis resolutione nobis obvia facta est,
circa validitatem, vel invaliditatem testamenti præ-
dicti versari visa est, uti a damnato ad triremes
conditi, prout in primordio illius legitur, nec
ipsimet actores inficiantur.

Dubium autem in primis facere poterat aucto-
ritas *Afflict. super constitut. Regn. lib.* 3. *rubric.* 53.
num 14. dicentis, quod lusores taxillorum, & ta- 2
bernarum frequentatores, ultra pœnam deportatio-
nis ad opus publicum ad tempus, & sic ad trire-
mes, arbitrio Magnæ Curiæ efficiuntur infames,
& sic inhabiles ad testamenti factionem; at pœna 3
triremium non minus affert secum infamiæ notam,
quam taxillorum lusus, & alia hujus generis, er-
go ad eam sequetur quoque privatio facultatis te-
standi.

Secundo videbatur obstare authoritas *Peregrin.*
in tract. de jur. fisc. lib. 3. *tit.* 4 *num.* 2. asserentis,
quod

quod damnati ad tempus in metallum, aut aliam
similem pœnam, & sic ad triremes, cum pœna ista
successerit in locum damnationis in opus publicum
4 *Imol. in l. 2. ff de publ. jud. Capyc. decis.* 153. *&*
Afflict. loco proximè citato, æquiparantur depor-
tatis. At deportati sine dubio nullam habent testa-
5 menti factionem *l. ejus qui §. si sui ff. de testament.*
6 *Bart. in l. si quærimus num.* 8. *ff. eod. Peregrin.* ubi
supra *tit.* 5. *num.* 4 *Crass. in §. testamentum q.* 27.
in princip., ergo nec etiam damnatus ad triremes,
cum æquiparatorum idem sit judicium DD. *in l.* 1.
7 *ff. de legat.* 1.

Tertio, ratio illa omnibus obvia, quæ ha-
bet, quod idem est judicium partis quo ad par-
8 tem, quod est totius, quo ad totum. *l. quæ de
tota ff. de rei vindicat.* at damnatus in perpetuum
9 ad triremes, perpetuo est intestabilis *Rip. in l. ex
facto §. si quis rogatus* il 2. *num.* 1. *ff. ad Trebell.*
Bursat. cons. 48. *in fin. Peregrin. dict. lib.* 3. *tit.* 4.
num. 7. *& Crass.* ubi supra proximè *quæst.* 28. *n.* 3.
ergo etiam damnatus ad tempus, erit ad tempus
intestabilis.

Domini nihilominus pro contraria sententia
steterunt, quam etiam in hac alma Civitate, esse
usu receptam non ignorarunt.

Ratio autem fundamentalis fuit, quia pro ex-
pedito habuerunt, homines hujusmodi pœna ad
10 tempus affectos, Civitatem quidem, & beneficia Ci-
vitatis, & juris municipalis amittere, at liberta-
tem retinere, & cum libertate ea omnia, quæ
juris communis sunt, id enim in primis probat pul-
cherrimus text. in *l. capitalium §. Divus Adrianus
ff. de pœn.*, ubi hæc verba habentur -- *In opus me-
talli ad tempus damnari nemo debet, sed qui in tem-
pus damnatus est, etiam si faciat metallicum opus,
non in metallum damnatus esse intelligi debet. Hu-
jus enim libertas manet, quandiu etiam il, qui non
in perpetuum opus damnantur, proinde, & mulieres
hoc modo damnatæ liberos pariunt.*

Consonat & alius text. in *l. aut damnum §. in
11 ministerium ff eodem.* in ea parte, quæ habet -- *fæ-
minas etiam in metallum, quandoque in perpetuum
damnari, quandoque vero ad tempus at in perpetuum
damnatas servas pœnæ effici, ad tempus vero solam
civitatem amittere.*

At illi, qui salva libertate, Civitatem amit-
tunt, ea sola amittere intelliguntur, quæ secun-
12 dum leges patriæ sibi competerent, cætera autem
omnia retinere, quæ juris gentium, & civilis sunt,
& inter ista facultatem testandi activam, & passi-
vam, etiam de bonis sitis in territorio jam amissæ
patriæ, dummodo id faciant secundum dispositio-
nem juris communis, ut in bannito in perpetuum
probat *Bart. in l. amissione §. qui deficiunt ff. de
capit. diminut.*, *& in l. ex facto §. ex facto ff. ad
Trebellian.*, & in disputatione incipiente *Lucanæ
Civitatis num.* 20. *&* 21. *& Peregrin.*, qui multos
alios refert, *dict. lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 9 *&* 19. Er-
go hoc idem de istis statuendum fuit, qui ut fuit
supra probatum, successerunt in locum eorum, qui
in opus metalli ad tempus damnabantur, præser-
tim cum plus sit, patriam suam in perpetuum a-
mittere, pro ut banniti in perpetuum, de qui-
bus loquuntur DD. supra citati, quam eadem ad
tempus privari, prout testatori nostro evenit, qui
per quinquennium fuit ad triremes damnatus.

Rursus si pœna triremium successit in locum
damnationis in metallum, vel aliud opus publicum,
ut supra probatum est ex *Imol. Afflict. & Capyc.*,
& qui antiquitus ad istam damnabantur ad tempus,
non dicebantur revera in metallum damnati, sed
13 benè metallicum opus exercere, ut apertis verbis
rescripsit Imperator Adrianus in allegato *§. Divus*,
sic etiam possumus nos [illegible] transmissi ad
triremes ad tempus, potius quam ad triremes da-
mnati, dicantur opus triremium exercere, & per
consequens omnia retinere, quæ plenæ libertatis 14
socia sunt, quorum potissimum est, libera testan-
di facultas vulgat. *l. fin. C. de sacrosanct. Eccles.* 15
quæ ratio confirmatur etiam ex eo, quod regula-
re sit in jure, unumquemque testari posse, qui non
sit a lege expressè prohibitus *l. si quæramus ff. de* 16
testam., & ibi DD., *& Covarr. in rubr. de testam.
par.* 3. *num.* 26. *versic. postrema illud amittendum
non est*, qualis sine dubio non est damnatus ad
triremes ad tempus, ut patet discurrendo per le-
ges omnes materiam istam pertractantes.

Postremo, ne authoritate destituti videamur,
dicimus, quod præter DD., qui dicunt facultatem
istam denegari damnatis ad triremes in perpetuum,
ideoque satis clarè supponunt contrarium esse ve-
rius in damnatis ad tempus, quos latè relatos vi- 17
dere est apud *Bursat. cons.* 48. *num.* 26. *cum seq.
Vasq. in tit. qui test. possunt lib.* 1. *§.* 1. *num.* 151.
differentiam istam inter perpetuam, & tempora-
lem damnationem ad triremes docuit expressè *Rip.
in dict. l. ex facto §. rogatus* il 2. *sub num.* 1. *ff. ad
Trebell.*, & post eum *Peregr. d. lib* 3. *tit.* 4 *n.* 2.
in illis verbis -- *Intellige in perpetuo damnatis, nam
damnati ad tempus, non amittunt libertatem.* Et li-
cet idem author statim subdat, *sicque æquiparan-
tur deportatis*, ideoque videatur sibi contrarius,
cum isti intestabiles sint, nihilominus si volumus
rem paulò diligentius introspicere, ea aliter se ha-
bet, quia cum deportati sint in duplici differen-
tia, alii enim sunt propriè tales, ut illi, qui in 18
perpetuum damnantur, alii verò impropriè, ut
damnati ad tempus *dict. §. Divus*, utique dum *Pe-* 19
regrin. dixit, condemnatos ad tempus non amitte-
re libertatem, sicque deportatis æquiparari, intel-
lexit de illis deportatis, qui libertatem non amit-
tunt, non de aliis, sic enim contrarietas evitatur, &
æquiparatio rectè procedit, dum damnati ad trire-
mes ad tempus æquiparantur deportatis, vel damna-
tis in opus publicum ad tempus, damnati verò
ad easdem triremes in perpetuum deportatis in
perpetuum.

Nec resistunt contraria, quia *Afflict.* loquitur 20
contra communes traditiones, quæ infamibus etiam
permittunt testamenti factionem, & de communi
testatur *Diducus var. resolut. lib.* 3. *cap.* 3. *num* 8.
vers. quarta lites, *& Crass.* ubi supra *quæst.* 31. *Pereg.*
vero non adversatur, ut paulò ante fuit probatum,
ratio autem deducta a toto ad partem non habet
locum, quando in parte militat diversa ratio, pro 21
ut in casu isto, retentionis scilicet libertatis.

Supposita jam testamenti validitate, successit
secunda dubitatio respiciens restitutionem substi-
tutis faciendam bonorum quæ a testatore in ban-
nitum pervenerunt, quam D. Auditor non prius
admisit, quam sequuta morte naturali ejusdem ban-
niti. Quæ conclusio licet juridica sit, & attenden-
da in fideicommisso facto in casum mortis tantum,
tam ex clara dispositione *l. Statius §. Cornelia Fe-
lici ff. de jur. fisc.*, quam ex regula generali, quæ 22
habet, quod bona fideicommisso subjecta, & quæ
per gravatum possunt sua vita durante in extra-
neum transferri, juxta *l. fin. §. sed quia nostra C.* 23
commun. de legat., eadem quoque per publicatio-
nem bonorum in fiscum transeunt *l. cum pater
§. hæreditatem ff. de legat.* 2. DD. *in l. filius fa-
milias §. Divi ff. de legat.* 1. *& in dict. l. ex fa-
cta §. ex facto ff. ad Trebell. Peregrin. de jur. fisc.
lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 69. *& Clar.*, qui dicit sic pra-
cticari *lib.* 5. *§. fin. quæst.* 78. *num.* 10. *post med.*
id quod etiam est admodum utile fisco, non so-

lum propter fruitionem bonorum in vita banniti,
sed etiam propter periculum prædecedentiæ fidei-
commissarii, quo casu bona pleno jure fisco acce-
24 derent *dict. §. Cornelio Felici in fin. & dict. §. ex*
facto, quia scilicet bannitus non habetur pro mor-
tuo, quoad effectum implendi conditionem *Bald.*
25 *cons.* 284. *vol.* 1. *Cephal. cons.* 395. *num.* 29. *& seq.*
Peregrin. ubi supra proximè *num.* 69. *in fin.*

Attamen rejicienda est, & a foro in totum exu-
lare jubenda, quotiescumque agimus de fideicom-
misso inducto per expressam prohibitionem de non
alienando in favorem aliquorum, ut in casu nostro,
quia tunc bona sic alienari prohibita, nullo modo
in fiscum transitoria sunt, etiam vivente bannito
26 [quidquid in contrarium attentaverit *Alciat con-*
sil. 783. & disputando *Peregrin.* ubi supra *lib.* 5.
tit. prim. n. 99. atque *Hieronym. Gabr. cons.* 103.
n. 5.] pro ut post *Bart. & Ang. in dict. l. Impe-*
rator, *Alex.* latissime *cons.* 23. *per totum vol. prim.*
Jason. in dict. §. Divi in secunda lectura num. 6. &
repetentes ibidem, *Roland.* plures alios referentem
cons. 98 *vol.* 2. *n.* 14. *Clar.* de communi testantem
lib. 5. *§ fin quæst.* 78. *n.* 10. *Gabr.* & ipsum te-
stantem de communi *cons.* 184. *in princ. & Pe-*
regrin. ubi supra *n.* 98. testantur novissimè *Petr.*
a Petra de fideicomm. quæst. 8. *n.* 110. dicens eam
esse in puncto juris veriorem, & *Surd. dec.* 254. fe-
rè per totam maxime verò *n.* 18. *& 03.* ratio au-
tem est, quia bona, quæ ex dispositione testato-
ris non sunt ad hæredes extraneos transitoria, nec
in fiscum transire possunt, qui extranei hæredis
27 loco habetur *Bart. in l. jura libertorum ff. de jur.*
patronat. gloss ordinaria in l. prima C. de bonis li-
bert. Alex. cons. 23. *num.* 9 *vol. prim. Roman.*
cons. 63. *vol.* 2. *Boer. decis.* 062. *Soccin. cons.* 121.
n. 17. *vol.* 4 *Soccin. Jun. cons.* 49. *n.* 12. *vol.* 3.
Roland. dict. cons. 98. *n.* 16. *& Peregrin.* ubi supra
num. 68. certum autem est, quod ex prohibitione
alienationis, ut supra facta, in tantum resultat fi-
28 deicommissum in illum casum, *dict. §. Divi, de*
legat. prim & l. pater §. filium, ubi *Bart. de le-*
gat. 3., *Decia. cons.* 218. *colon. penult.* ut ei lo-
cus fiat non expectata morte, sed statim sequuta
alienatione gravati, tamquam purificata conditio-
ne *l. cum fideicommissum l. quidam, & l. rogo ff. de*
29 *fideicomm. libert. Gabr. cons.* 184. *num.* 2. *vol. prim.*
confiscationem verò alienationem esse, nemo est,
qui dubitet, & probat in individuo *Gabr. dict.*
cons. 184. *n.* 2. *vers. idcirco quoniam. Roland. dict.*
cons. 98. *n.* 27. *& Surd. dict. decis.* 254 *num.* 28.
30 *vers. & consequenter*; & quidem alienationem vo-
luntariam, non necessariam, ut rejecta opinione
Jacobi de Aren. & Bart. in l. si quis in tantum
C. unde vi, & aliorum relatorum per *Surd.* ubi su-
pra *n* 6. *& 7.* firmat idem author ibidem, post
Tiraquell. de retract. consanguin. §. prim. glos. 14.
n. 15. *Petr. dict. quæst.* 8. *n.* 114. *Ruin. cons.* 23.
n. 23. *vol. prim. Molin. de primogenit. Hisp. lib.* 4.
cap. 11. *num.* 7 *Menoch. de arbitr. cas.* 182. & la-
tissimè *dec.* 167. *per totam*, ea ratione, quia non
dicitur causa necessaria illa, quæ habet originem
31 a voluntate, ut post *Bal. cons.* 311. *vol.* 2. probat
Cravett. in respons. pro genero n. 94. Si quis au-
tem cupiat videre dissolutionem contrariorum,
quæ conclusioni superius firmatæ solent quandoque
objici, adeat *Alex. dict. cons.* 23. *Roland. dict.*
cons 98. *Petr. dict. quæst.* 8. *n.* 118. *Surd dict. de-*
cis 254. & ad saturitatem contentus abibit.

Concessimos tamen fisco retentionem pro le-
gitima, & trebellianica, quatenus non probentur
per gravatum consumptæ, per ea, quæ in puncto
32 tradunt *Clar.* ubi supra *n* 10. *prope finem*, *& Pe-*
regr. dict. lib. 5. *tit.* 1. *num.* 79 quod & ipsum est
in ea ratione fundatum, quia ista transeunt in hæ-
redem etiam extraneum, & si gravatus forte ea
non detraxit, possunt ab hærede detrahi *Rip. in*
l. hæredes mei, §. cum ita n 54. *ff. ad Trebell.* &
ibidem *Zanch. n.* 453. & dicit indubitatum *Pere-*
grin. de fideicomm. art. 8. *n.* 03.

Superest postremum caput, respiciens usum-
fructum plenum, & integrum omnium bonorum
debitum Dominæ Elisabethæ uxori testatoris, quod
fuit apud nos indubitatum, tom attenta verbis te-
stamenti supra relatis, & novis probationibus fa-
ctis, circa viduitatis, & honestatis observantiam;
verum etiam juris communis dispositione, quo cau- 33
tum est, quod etiam in illis casibus, in quibus fi-
lio existente in medio, legatum ususfructus reli-
ctum uxori restringitur ad alimenta tantum, ex
consuetudine Bulgari communiter recepta, si po-
stea sequatur eorumdem bonorum confiscatio, ma-
ter reassumat integrum usumfructum, pro ut si fi-
lius decessisset relicto hærede extraneo *Bart. in l.*
cum testamento §. Titia ff. de legat. 2 *Curt. Senior*
cons. 14. *n.* 3. *Ruin. cons.* 26. *vol.* 5. *Rol. cons.* 74.
n. 11. *vol.* 2. *Gabr. cons.* 184. *vol. prim. & Pere-*
grin. obi supra *lib.* 5. *tit. prim. n.* 80.

De expensis mentionem non fecimus, quia
fiscus nec victor expensas exigit, nec victus sol- 34
vit *Boer. decis.* 324. *in princ. & Bald. in l. qui*
crimen n. 20. *C. qui accus. non poss.*

Alexander Zilocchius Prætor.
Livius Riccardus.
Antonius Curinus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Damnatus ad triremes in perpetuum retinet acti-
vam, & passivam testamenti factionem, eamque
uti provenientem a jure communi retinent etiam
Banniti nostri temporis, qui ea solum amittunt,
quæ profluunt a statutis illius loci, a quo fuerunt
Banniti.

Fiscus licet non succedat ad fideicommissum pos-
sessum a delinquente, quando constat de electa,
vel expressa testatoris voluntate in contrarium,
succedit tamen in legitima eidem deliquenti de-
bita, eamque potest semper detrahere, licet te-
stator ea privaverit filium in casu delicti.

SUMMARIUM.

1 *PÆna triremium successit in locum damnatio-*
nis in metallum.
2 *Condemnati in metallum ad tempus, retinebant*
utramque testamenti factionem.
3 *Condemnati ad triremes ad tempus retinent u-*
tramque testamenti factionem.
4 *Condemnati ad triremes in perpetuum perdunt*
utramque testamenti factionem. Sed contra
num. 11.
5 *Per condemnationem ad triremes in perpetuum*
rumpitur testamentum antea factum.
6 *Condemnati ad metallum in perpetuum efficieban-*
tur servi pœna.
7 *Secus verò ii, qui condemnabantur ad tempus.*
8 *Hodie inspecto jure authenticorum non datur ser-*
vitus pœna.
9 *Condemnatus ad triremes etiam perpetuas non ef-*
ficitur servus pœnæ.
10 *Nemo hodie quacumque pœna sit condemnatus, ef-*
ficitur servus pœnæ.

11 Con-

11 *Condemnatus ad triremes etiam perpetuas retinet utramque testamenti factionem.*

12 *Banniti nostri temporis retinent utramque testamenti factionem ad formam juris communis.*

13 *Retinent ea, quæ sunt juris gentium, & naturæ, & ob id possunt ex contractu se se obligare.*

14 *Pæna ibi minor statuenda, ubi minus delictum.*

15 *Aliqui tenuerunt bannitos ex sola vi banni amittere privilegia juris communis.*

16 *Opinio, pro qua adest auctoricus Rota Romanæ dicitur communior, & proinde in conflictu opinionum tenenda.*

17 *Banniti nostri temporis non possunt condere testamentum minus solemne, quamquam id a statuto aliis permittatur.*

18 *Item nec possunt succedere ex testamento minus solemni condito ad formam statuti.*

19 *Item non juvantur statuto fæminarum exclusivo.*

20 *Nec statuto concedente retractum.*

21 *Habentur pro forensibus, ut comprehendatur sub censura statuti prohibentis forensibus acquirere in territorio. Sed contra n. 22.*

23 *Banniti non juvantur statutis sibi proficuis, sed ligantur a statutis sibi contrariis.*

24 *Princeps potest bannitum privare etiam privilegiis juris communis.*

25 *Ex quibus præsumatur Principem voluisse privare bannitum privilegiis juris communis, remissivè.*

26 *Banniti possunt privilegiis juris communis privari etiam a statuto.*

27 *Damnatus ad triremes an, & quando sit capax testandi, & succedendi remissivè.*

Et quid de damnato in pænam ultimi supplitii ibidem.

28 *Publicatio bonorum in quibus casibus intret, remissivè.*

Fiscus liberè & irrevocabiliter acquirit bona libera existentia penes deliquentem, qui passus sit confiscationem, ibidem.

29 *Bonorum autem fideicommissariorum acquirit solummodo usumfructum, quo fruitur donec vivit bannitus.*

30 *Si vivente adhuc bannito moriatur substitutus, fideicommissum caducatur, & bona pleno jure remanent penes Fiscum.*

31 *Fiscus excluditur etiam ab usufructu bonorum fideicommissi, si fuerit a testatore probibita quæcumque alienatio.*

32 *Maxime si alienatio fuerit probibita, ut bona remaneant in sanguine & familia testatoris.*

33 *Vel si testator præceperit, ut illico a sequuto delicto bona transire debeant ad alios substitutos.*

34 *Exclusio Fisci, ut bona remaneant in familia, dicitur rationabilis, & ideo permissa.*

35 *Si delinquenti debita erat legittima super fideicommisso, potest Fiscus illam detrahere.*

36 *Fiscus ex persona deliquentis detrahit legittimam, quamvis a testatore probibitam.*

37 *Et quamvis testator exhæredaverit filium in casu delicti.*

38 *Contrarium, quod nempè Fiscus non detrahat legittimam ex persona filii exhæredati in casu delicti.*

39 *Maximè si testator præcipiat, ut filio ad gratiam Principis restituto, restitui etiam debeant omnia bona, quibus illum privaverat in casu delicti.*

40 *Ususfructus uxori relictus quando restringatur ad alimenta.*

Licet diu, multumque controversum fuerit inter Doctores, cui nam ex antiquis pænis successerit pæna triremium, cujus nulla umquam mentio reperitur habita in toto corpore juris; omnes tamen hodie unanimi consensu convenire videntur, quod hæc successerit in locum antiquæ pænæ, quæ dicebatur metalli, seu condemnatio in
metallum, ut videre est penes *Gabr. cons.* 174. 1
n. 17. *lib* 1. *Bursat. cons.* 48. *num.* 26. *Sim. de Prat. de interpr. ultim. volunt. lib.* 2. *solut.* 1. *n* 7. *Clar. in pract. crim.* §. *fin. quæst.* 67. *num.* 7. *Crust. in* §. *institutio quæst.* 6. *Farinacc. de delict. & pæn. quæst.* 19. *num.* 14 *Cavalcan. de Brach. reg. par* 4. *num.* 59. *Marta de success. legal. par.* 3. *quæst.* 14. *art.* 2. *n.* 1. *Peregr. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 7. *Cabal. resol. criminal. cas.* 8. *n.* 43. *cas.* 99. *n.* 82. *& cas.* 103. *num.* 10. *Guazzin. ad defens. reor. defens.* 33. *cap.* 3. *n.* 5. *Monet. de conservat. judit. cap.* 10. *n.* 70. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 4. *gloss.* 4. *n.* 35. *&* 57. *Torr. var. jur. quæstion. lib.* 2. *tit.* 8. *quæst.* 11. *n.* 5. *Capyc. dec.* 153. *n.* 3. *Vinc. de Franch. dec.* 140. *n.* 8. *Mastril. dec.* 167. *n.* 6.

Proindeque cum activam, & passivam testamenti factionem retinerent ii, qui antiquitus ad
pænam metalli damnabantur ad tempus, ut ex text. 2
in *l. capitalium* §. *Divus Adrianus*, *& in l. aut damnum.* § *in ministerium ff. de pæn.* firmat nostra *decisio num.* 10. pariformiter etiam condemnati ad triremes ad tempus testamenti factionis capaces dici debent, ut ultra relatos in *decisione n.* 17. *&*
seqq. firmant egregiè *Marta de success. legal. par.* 3. 3
quæst. 14. *art.* 2. *n.* 7. *Mastril. dec.* 167 *n.* 12.

Et sicut nec testamentum condere, nec ex testamento capere poterant ii, qui perpetuò in pænam metalli condemnabantur, ita damnati ad triremes in perpetuum non possunt testari, nec aliis
succedere, ut ratione ejusdem paritatis, de con- 4
demnato ad perpetuas triremes in puncto tradunt *Pereg. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 5. *Marta de success. legal. par.* 3. *quæst.* 14. *art.* 2. *per tot. Mastril. dec.* 167. *per tot.*

Quinimmo si contingat condemnari ad perpetuò remigandum aliquem, qui antea testamentum condidisset, testamentum hoc, licet conditum antè condemnationem, inefficax redditur ipso jure, & pro non facto omnimodè habetur, ut ex
text. in *l. ejus qui ff. de injust. testam.* tradunt *Pe-* 5
regr. de jur. fisc. lib. 3. *tit.* 4. *sub num.* 1. *vers. et testamentum per tales antea factum irritatur. Sim. de Pret. de interpr. ultim. volunt. lib.* 2. *interpr.* 2. *dubit.* 1. *solut.* 1. *n.* 8. *Mastril. dec.* 167. *n.* 15.

Contrarium verò, quod nempè damnati ad perpetuas triremes non efficiantur nec activè, nec passivè intestabiles, probabilius videtur ex eo, quod ideò illi, qui antiquis temporibus in perpetuum metallum damnabantur testandi facultatem amittebant, & aliorum successiones capere non po-
terant, quia servi pænæ efficiebantur, & pro mor- 6
tuis omnimodè habebantur *l. si in metallum ff. de his, quæ pro non script. l. intercidit* 58. *ff. de cond. & demonstr. l. ex facto* §. *si quis rogatus il secundo ff. ad S. C. Trebell.* ibique *Ripa* ibi -- *damnatus in metallum perdit facultatem eligendi fideicommissarium quia servus pænæ est.* Et viceversa ideo alii qui d. pæna damnabantur ad tempus, non efficiebatur intestabiles, quia servi pænæ non fiebant, ut
prosequitur *Ripa* in loco mox allegato ibi -- *in-* 7
tellige in damnato in metallum, seu in opus metalli in perpetuum, secus si ad tempus, nam talis non perdit libertatem, sed Civitatem tantum -- *Peregr. de jur. fisc. lib* 3. *tit.* 4. *n.* 2. *Trentacinq. variar. resol. lib.* 1. *tit. de mort. natur. n.* 7. *Mastril. dict. decis.* 167. *n.* 13. *&* 14.

Quamobrem cum inspecto jure novissimo authenticorum abolita prorsus remanserit servitus pœnæ, ut apette disponitur in *authen. sed hodie*
8 *Cod. de donation. int. vir. & uxor.* ibi — *sed hodie nemo benè natus principio, ex supplicio fit servus* — hinc constat quod sicuti condemnati ad triremes etiam perpetuas, non merentur dici servi pœnæ, nec haberi pro mortuis, ut de his in specie lo-
9 quendo tradunt *Buer. dec.* 278. *n.* 3. *Curtiad. decis.* 86. *n.* 27. ita per consequens retinere debent utramque testamenti factionem, prout damnati in metallum ad tempos eam retinebant ex hac unica ratione, quod servi pœnæ non efficiebantur, ut
10 generaliter firmant *Ripa* ubi supra *vers. idem intellige secundum jura antiqua, Peregr. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 9. & in terminis condemnati ad triremes
11 perpetuas *Curtiad. quæst.* 86. *n.* 27. ibi — *tamen de jure novo Authenticarum nemo benè natus, idest ingenuus natus, efficitur servus pœna per condemnationem ad triremes, sicut nec per condemnationem ad metallum, sive ad opus metalli, vel aliud opus publicum etiam perpetuum, sed retinet ea, quæ sunt juris gentium, ut contractus, ac consecutivè actiones tam activas, quam passivas ex illis provenientes, & est capax testamenti factionis activæ, & passivæ* —.

Quæ opinio mirificè confirmatur ex iis, quæ tradunt Doctores nostri circa alios bannitos capitales, de quibus quærentes, an illis per bannum contra eos promulgatum censeatur sublata facultas testandi, & capiendi ex testamento, respondent, censeri quidem sublatam facultatem testandi, & respectivè succedendi ad formam statuti illius Civitatis, a qua sunt banniti, firma tamen remanente apud illos facultate testandi, & succedendi ad formam
12 juris communis, ut primus omnium edocet *Bartol.* in sua celebri *quæst.* 1 *incipien. Lucana Civitatis n.* 20. & 21. *Nell. de Bannit. in prim. part. secund. tempor. quæst* 5. *in princ. Peregr. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 7 *n.* 9 & omissis aliis antiquioribus videndis penes *Altogr. cons.* 98. *n.* 5. *lib.* 1. idipsum ex recentioribus tradunt *Michalor. de fratrib. par.* 3. *cap.* 18. *n.* 13. *Clar. in pract. civ. & crimin.* §. *testamentum quæst.* 20. *Gratian. discept. for. cap.* 462. *n.* 14. & 15. *Merlin. de pignor. lib.* 2. *tit.* 2. *quæstion.* 75. *n.* 11. *Castil. dec.* 37. *n.* 2. *Rot. dec.* 354. *n.* 16. *cor. Seraph. decis.* 625. *n.* 5. *par.* 3. *rec. decis.* 25. *n.* 7 *post Card. De Luc. de legat. Sa. mem. Clem. VIII.* in suo plenissimo ac magistrali voto edito tempore, quo erat Sacræ Rotæ Auditor & subscripto ab omnibus ejusdem Rotæ Romanæ Auditoribus, quod reperitur impressum post *decisiones. Rembold. vol.* 1. *n.* 328. & *seqq.* ubi insuper ait id procedere etiam in illis bannitis, qui impune possunt a quocumque offendi.

Et multo magis retinent ea, quæ sunt juris gentium, & naturæ, ac proindè possunt contrahere, & ex contractu se obligare, ut ex text. in
13 *l. ex hoc jure*, ibique *Gloss. verb. obligationes ff. de justit. & jur.* firmant *Cephal. cons.* 324. *num.* 19. *Merlin. de pignorib & hypothec. lib.* 2. *tit.* 2. *quæstion.* 75. *per tot Rota in recent. dec.* 625. *n.* 10. *par.* 3.

Si ergo facultatem testandi, & succedendi ad formam saltem juris communis retinent banniti capitales, & ii etiam qui ex atrocitate eorum delicti possunt impune a quocumque offendi, meliori sane, potiorique jure idipsum censeo statuendum in condemnato ad triremes perpetuas, quia pœna triremium quamvis in perpetuum est semper mitior pœna capitali, & delictum, ob quod quis condemnatur ad perpetuò remigandum, est semper minus detestabile illo, ob quod indicitur contra aliquem bannum capitis, ac per consequens sicuti mitiori pœna punitur in corpore, mitiori etiam pœ-
na puniri debet in spiritu ad text. in *l. hodie ff* 14
de pœn. l. 3. §. 1. *ff. de offic. Præf. vectig. l. si quis erit ff. de offic. Proconf. l. levia ff. de accusat. Bonden. collect. legal.* 15. *n.* 82. *lib.* 2.

Verum quod mox asseruimus bannitum nempe non constito de contraria Principis eum bannientis voluntate, nec de statuti peculiari aliqua circa id dispositione, retinere ea, quæ sunt juris communis, & secundum illud posse testari, & succe- 15
dere non transit sine controversia ex plenè deductis per *Altograd qui in dict. cons.* 98. *num.* 34 affert 70. Doctores contrariæ hujus opinionis sequaces.

Recedendum tamen non crederem a prima opinione, tum ratione majoris æquitatis, quam illa præsefert, tum quia habet pro se auctoritatem Sacræ Rotæ, quæ in conflictu opinionum dicitur facere opinionem communiorem *Negusant. Jun. re-* 16
spons. 108. *n.* 50. & *seq. Bonden. collect. legal.* 11. *num.* 99. *lib.* 2. *Gais. de credit. cap.* 4. *quæst.* 7. *n.* 729. *Fontanel. de pact. nuptial. claus.* 6. *gloss.* 2. *part.* 3. *n.* 46. *Cardin. de Luc. de emphyt. disc.* 28. *n.* 5. *Franch. dec.* 605. *num.* 6. *Sperel. decis.* 121. *c.* 126. *tu.* 2. *Consul. decis. Lucen.* 42. *num.* 18. & *dec.* 58. *n.* 10.

Ex quo supra dictum fuerit bannitos nostri temporis retinere jus testandi, & succedendi ad formam juris communis, & amittere jus tam testandi, quam succedendi ad formam stricti illius Civitatis, a qua sunt Banniti, plures per modum necessariæ illationis descendunt effectus in hac materia valde notabiles, quorum principaliores sunt hi qui sequuntur.

Infertur ergo primo, quod si in Civitate, e qua sunt banniti, adsit statutum permittens facere testamentum cum paucioribus solemnitatibus, quam sint illæ, quæ a jure communi exiguntur, bannitus non poterit testamentum condere adhi- 17
bendo pauciores illas solemnitates *Bartol. in dict. quæst.* 1. *c.* 26. *Castrens. in l.* 1. *Cod. de hæred. instit. Aretin. in l. ejus* §. 1. *ff. de testam. Ripa in l. ex facto* §. *ex facto n.* 17. *ff. ad S. C. Trebell. Ancharan. in cap.* 2. *n.* 17. ibique *Imola n.* 19 *de testament. Corn. cons.* 55. *n.* 23. *lib.* 2. *Soccin. Sen. cons.* 28. *in fin. lib.* 3. *Crot cons.* 282. *num.* 30. *Menoch. cons* 491. *n.* 7. & 8. *idem de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 45. *n.* 3. & 4 *Peregr. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 13. *vers. similiter nec testari poterit ex beneficio statuti illius loci*. Nec poterit succedere ex testamento minus solemniter condito, eo nempe modo quo permittit statutum *Bartol. dict. quæst.* 1. 18
n. 27. *Ripa in dict. l. ex facto c.* 17. *vers. secundo infertur. Menoch. cons.* 271. *n.* 15. & *cons.* 492. *n.* 11. *idem de præsumpt. lib.* 5. *præsump.* 45. *n.* 5. *Peregr. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 13.

Infertur secundo quod bannitus ut supra, non potest ab intestato excludere fœminas in vim statuti illarum exclusivi existentis in Civitate, a qua reperitur bannitus *Bald. in l. Gallus* §. *et quid si* 19
tantum ff. de liber. & posthum. Castrens. in l. 1. *n.* 4 ibique *Salycet. in sexta quæst. Cod. de hæred. instit. Crottus cons.* 282. *c.* 24. *Gozadin. cons.* 96. *n.* 6. *Marcabrun. cons.* 83. *c.* 196. *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 45. *n.* 6. *Nell. de bannit. in prima part.* 2. *temp. quæst.* 37. *n.* 3. *Brun. de statut. fœmin. exclus. art.* 12. *n.* 89. *Peregr. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 7. *c.* 12. *Marta de successian. legal. par.* 3. *cap.* 11. *n.* 185. & *cap.* 17. *n.* 11.

Infertur tertio bannitum non posse gaudere retractu ex jure sanguinis, vicinitatis, vel alio quocumque titulo a statuto civitatis concesso *Tiraquel.* 20
de retract. lignag. §. *prim gloss.* 9. *n.* 27. *Peregr. de jur. fisc. lib.* 3. *tit.* 7. *sub n.* 12.

In-

Infertur quarto bannitum haberi pro forensi,
itaut si in Civitate, a qua est bannitus, adsit sta-
tutum prohibens forensibus acquirere bona stabi-
lia intra territorium, bannitus tamquam forensis
acquirere non poterit, ita in specie consuluerunt
21 Castleens. cons. 212. lib. 2. Alexan. cons. 75. n. 14.
lib. 1. Decian. cons. 86. num. 33. lib. 3. Bossius de
crim. læs. majest. n. 93. Perege. de jur. fisc. lib. 3.
tit. 7. n. 11.

Contra hanc quartam illationem vide deducta
in vot. 1. n. 337. & seqq. post dec. Rembald. ubi
22 San. mem. Clem. VIII. illius auctor latè probat ban-
nitum non effici verè forensem, sed solum desi-
nere esse civem illius loci a quo fuit bannitus.

Postremò tandem infertur, bannitum perdere
quidem beneficia provenientia a jure municipali,
sed non desinere esse subditum eidem statuto quoad
actus sibi præjudiciales; quotiescumque enim quis
ex delicto privatur, privatio illa intelligitur quoad
23 sibi proficua, non verò quoad damnosa, & præju-
dicialia Bartol. in dict. quæst. 1. num. 20. Nell. de
bannit. in prim. part. 2. tempor. quæst. 5. Perege.
de jur. fisc. lib. 3. tit. 7. n. 16.

Id autem quod supra diximus de bannito re-
tinente ea quæ sunt juris civilis, velim intelligas
nisi Princeps, vel Respubblica, quæ illum bannivit,
privare illum voluerit etiam beneficiis & privile-
giis a jure communi profluentibus, posse enim prin-
cipem, vel Rempublicam bannitum hujusmodi be-
neficiis privare, dubitandum non est, & tradunt
24 Corn. cons. 55. n. 25. lib. 2. Cart. Jun. cons. 100.
n. 2. aliique apud Menoch. de præsumpt. lib. 5. præ-
sumpt. 45. n. 12. 13.

Sed quando, & ex quibus conjecturis creden-
dum sit, Principem voluisse bannitum privare be-
neficiis, & privilegiis a jure communi provenien-
25 tibus, latè tractat Menoch. ubi supra a num. 16.
& per tot.

Statutum etiam potest illos dd. privilegiis pri-
vare, & privare voluisse censetur, si illos decla-
ret indignos quocumque auxilio & protectione Ale-
26 xan. in l. 1. sub n. 4. vers nisi statutum Cod. de
hered. justit. Bald. in l. 3 num. 5. post medium
vers. item habemus Cod. si pend. appellat. Altograd.
cons. 98. n. 38. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 5.
præsumpt. 45. n. 20.

Plura si scire desideres, an & quando damnatus
ad triremes possit facere testamentum, & aliorum
hæreditates, & successiones capere, vide superius
27 citatos, & præsertim Vermigliol. cons 362. n. prim.
& seqq Dauth. de testament. n. 215 fol. 177 Me-
noch. lib. 5. dict. præsumpt. 45. Bonfin ad banni-
mene. general. cap. 52. n. 48. Peregrin. de jur. fisc.
lib. 3 tit. 4. Sarn. in prax crim. annot. in cap. 16.
n. 1. fol. 139. Mart. de success. l gal. p. 3. quæst. 14.
art. 2. Massin. de confiscat. quæst. 24. n. 38. Cama-
rol. de legat. lib. 2. fol. 34. n. 12. Ursaia instit.
crim. lib. 4. tit. 5. n. 140 Sabell. in Summa §. con-
demnatio sub n. 10. Torr. variar. jur. quæst. to. 2.
tit. 11. quæst. 8 n. 4. 155. & 156. fol. 372. & 386.
Campel. ad constit. Ducat. Urbini decret. 109. Coe-
tiad. dec. 86. n. 23. & seqq. & de bannito in pœ-
nam ultimi supplicii vid Rocc. disput. 1. num. 17.
& seqq. Clar recept. sentent. §. testamentum quæst. 21.
n. 1. & seqq. plenè Raynald. observ. crim. cap. 33.
§. 1. & 2. n. 38. & seqq. tom. 3. Campell. ad con-
stit. Ducat. Urbin. dict. d cret. 109. n. 32. & seqq.

Ad num. 22. & seqq.

Transit hoc loci decisio ad firmandum, quod
Fiscus nullo modo succedit ad bona fideicommissa-
ria, quæ possidebantur a bannito, quando testator
expressè prohibuerat alienationem in gratiam ul-
teriorum substitutorum. Pro cujus conclusionis ple-
niore exornatione sciendum est, Fiscum in illis
casibus, in quibus intrat bonorum publicatio, de
quibus latissimè tractat Perege. de jur. fisc. lib. 5. 28
tit. 1. per tot. Seraphin. Massin. de confiscat. bonor.
q. 3. per tot. regulariter succedere in bona non solum
libera, sed etiam fideicommissaria possessa a banni-
to, cum hac solummodo differentia inter bona li-
bera, & fideicommissaria, quod primi generis bo-
na acquiruntur a Fisco tam quoad usufructum,
quam quoad proprietatem l. quisquis Cod. ad leg.
jul. majest. l. commissa ff. de publicat. cum concordan-
tibus apud Perege. de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 52.

Alterius verò generis bona acquiruntur solum
quoad usufructum, eaque Fiscus retinet quousque
vivit ille, qui passus est bonorum publicationem,
cum onere illa postmodum restituendi successivè 29
vocatis post obitum delinquentis l. Statius §. Cor-
nelio Felici ff. de jur. fisc. Alexand. cons. 23 n. 2.
& 19. lib. 1. Rolan. cons. 98. n. 10. lib 2. Surd.
cons. 258. n. 8. Rovit. cons 96. n 5. lib. 2. Clar.
in pract. civ. & crim. §. final. quæst. 78. num. 10.
Boss. in tit. de public. bonor. n. 34. Tiraquel. de re-
tract. convention. §. 1. gloss. 1. n. 10. Rot. Florent.
apud Magon. dec. 84. n 32.

Ex quà postrema conclusione duplex Fisco pro-
manat utilitas, altera consistens in præsentanea
fructuum fruitione quousque vivit bannitus, &
altera consistens in spe acquirendi etiam proprie-
tatem eorumdem bonorum, prout contingeret si vi-
vente adhuc bannito præmoreretur substitutus, per
hujus namque præmorientiam bona evadunt libe-
ra, & Fiscus efficitur illorum dominus absolutus,
sicuti talis efficeretur bannitus si non deliquisset, 30
ut ex dicta l. Statius Florus §. Cornelio Felici ff. de
jur fisc. tradunt Soccin. Sen. in l. cum avus n 106.
ff. de cond. & demonstr. aliique antiquiores penes
Fusar. de substit. quæst. 442. n. 4. Peregr. de jur.
fisc. lib. 5 tit. 1. n. 69. & firmat præsens nostra
decis. n. 24. & 25.

Hæc autem quæ procedunt in fideicommisso
simplici, locum sibi nequaquam vindicant, si te-
stator prohibuerit quamcumque alienationem, hoc
namque casu sicuti censetur prohibita etiam alie-
natio per delictum, ita Fiscus non valet ullo mo-
do succedere, & statim bona transeunt ad ulterio- 31
rem substitutum Altograd. cons. 69. n. 31. lib. 2.
Altimar. ad Rovit. cons. 96. n. 10 & 11. lib. 2.
Fusar. de substit. quæst. 442. n. 11. Peter de fidei-
comm. quæst. 11. n. 565 vers. contra autem si ex-
pressè prohibitus sit alienare, & plenè observat no-
stra decis num. 26. & seqq.

Fortius si alienationis prohibitio concomitan-
tiam habeat expressæ rationis, ut bona scilicet per-
petuo permaneant in sanguine testatoris, seu in- 32
ter vocatos juxta cautelam, quam dat Marzar.
in epitom. de fideicomm. quæst. 47. Clarus in pract.
civ. & crim. §. final. quæst 78. num. 10 Farinacc.
quæst. 25. n. 22. & 35. Scacc. de judic. lib. 2. cap. 9.
n. 1113. Peregr. de jur. fisc lib. 5. tit. 1. n. 98.
Cyriac. controv. 148. n. 1. Card. de Luc. de regalib.
disc. 160. n. 10.

Et sine ulla prorsus hæsitandi ratione idipsum
procedit quando testator expressè præcepit, ut
aliquo ex substitutis incidente in pænam confisca-
tionis, statim haberi debeat pro excluso a fidei-
commisso, & hoc transire debeat ad successivè vo-
catos, itaut Fiscus nihil possit prætendere Ruin. 33
cons. 129. n. 8. lib. 2. Socc. Jun. cons. 34. n. 7.
lib. 3. Gabr. cons. 123. n. 12. & cons. 140. n. 39.
lib. 2 Menoch. cons. 77. n. 6. & cons. 91. num. 6.
Altimar. ad Rovit. cons. 1. n 26. lib. 1. & cons. 96.
n. 14. lib. 2. Marzar. olim Rotæ Florentinæ Audi-
tor in epitom. de fideicomm. quæst. 47. Peregr. de
jur.

jur. fisc. lib. 5. tit. 1. *n.* 103. *&* 104. *de Marin. ad Reverter. dec.* 336. *n.* 2.

Non enim ambigitur, licitè posse a testatoribus excludi Fiscum a successione suorum bonorum, quando præsertim hujusmodi exclusio sit rationabilis, & non in odium Fisci, prout rationa-
34 bilis, & non in odium Fisci dicitur, quando Fiscus excluditur ut bona remaneant in familia, sive inter vocatos *Vermigl. cons.* 57. *num.* 1. *Cyriac. controv.* 148. *n.* 1. *Mans. consult.* 339. *num.* 1. *& per tot. Peregrin. de jur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *sub n.* 103. *versic. quarta. Knipschild. de fideicom. famil. nobil. cap.* 16. *n.* 350. *Card. de Luc. de regul. disc.* 160. *n.* 8. *Torr. variar. jur. quæst. lib.* 3. *Miscell. par.* 2. *tit.* 12. *quæst.* 62. *num.* 1.

Verum quidem est, quod in omnibus hisce casibus, in quibus vidimus Fisco non competere jus aliquod pro consequendo fideicommissum possessum a delinquente, competit eidem Fisco jus assequendi legitimam eidem delinquenti debitam
35 contra fideicommissum ab ejus patre ordinatum. *Bald. cons.* 8. *lib.* 4. *Natt. cons.* 528. *n.* 26. *lib.* 3. *Rolan. cons.* 98. *n.* 11. *lib.* 2. *Riminald. Jun. cons.* 50. *n.* 76. *lib.* 1. *Farinacc. quæst.* 25. *n.* 43. *Clar. in pract. civ. & criminal.* §. *final. quæst.* 78. *sub n.* 10. *Scacc. de judic. lib.* 2. *cap.* 9 *n.* 1129. *Guazzin. de confisc. bonor. concl.* 13. *limit.* 26. *n.* 7. & decisum fuit in motivo hujus causæ *n.* 32.

Eamque Fiscus potest detrahere, quamquam fortè pater illius detractionem filio prohibuerit, eodem prorsus modo, quo non obstante dicta prohibitione posset filius illam detrahere, ut pluribus
36 antiquioribus relatis firmant *Peregrin. de jur. fisc. lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 79. *vers. non obstante prohibitione. Cyriac. controv.* 148. *n.* 4.

Dubitari etiam solet, an exhæredatio & privatio totius hæreditatis a patre ordinata contra filium in casu futuri delicti, comprehendat quoque ejusdem filii legitimam, itaut Fiscus ex persona filii delinquentis non possit illam detrahere, & quamquam in hoc etiam casu pro Fisco latè responde-
37 rit *Cyriac. dict. controv.* 148. *a n.* 31. *& seqq.* tamen contra Fiscum valdè urgent ea, quæ ponderat
38 *Card. de Luc. de regulib. disc.* 160. *n.* 14. *& seqq.* ubi reprobando *Cyriacum*, solide firmat nullam in hoc casu deberi Fisco legitimam, sed illam cum universitate fideicommissi transire ad substitutos, & idipsum tradunt *Surd. cons.* 570. *per tot. Vermigl. cons.* 57. *n.* 2. *Gratian. discept. forens. cap.* 903. *n.* 25. *Fusar. de substit. quæst.* 296. *n.* 112. *Farinacc. quæst.* 173. *a n.* 7. *& seqq. Merlin.* Rotæ Florentinæ olim Auditor *de legit. lib.* 3. *tit.* 1. *quæst.* 12. *n.* 5. *Mastril. dec.* 181 *n.* 22. *& seq. Rot. dec.* 635. *n.* 6. *par.* 4. *com.* 3. *rec.*

Quæ opinio contraria Fisco tum maxime procedet, quando idem pater ordinaverit, quod eodem filio ad gratiam Principis reintegrato restitui debeant omnia, quæ per delictum amiserat, & transiverant in successorem, quia tunc sicuti prohibitio detractionis legitimæ tendit absque dubio in utilitatem ejusdem filii, qui in casu restitutionis bonorum sibi faciendæ recuperabit & ipsam legitimam, quam non recuperaret, si illa, sequuta ejus detractione transivisset in Fiscum, ita facilius in his terminis credendum est patrem voluisse prohibere dictæ legitimæ detractionem, ut ratio-
39 cinatur *Rolan. cons.* 98. *n.* 25. *lib* 2. *Surd. cons.* 412. *n.* 53. *Tondut. resolut. civil. cap.* 166. *n.* 6. *par.* 2. *Mans. consult.* 339 *num.* 14. *&* 15. *Crass. receptar. sentent.* §. *legitima quæst.* 38. *n.* 14. *Cancer. var. resol. lib.* 1 *cap.* 3. *n.* 40. *Card. de Luc. de legit. disc.* 13. *n.* 6. *&* 7. *Mastril. dec.* 181. *n.* 20.

Ad num. 33.

Ususfructus uxori relictus etiam existentibus filiis primi, vel secundi matrimonii quando, & ex quibus conjecturis restringatur ad alimenta, vel non *Calderon. resolut.* 9. *per tot. Urceol. consult.* 58. *Rota apud Palm. Nep. dec.* 436. *n.* 11. *& seqq.* & vide infra *decis.* 64. *n.* 13. *& seqq.*

Ad ornatum materiæ, de qua agitur in hac decisione, & additione non incongruum erit apponere geminas decisiones *Sacræ Rotæ Romanæ in Asculana Fideicommissi, seu domus* 13. *Junii* 1698. *coram Pio, &* 27. *Novembris* 1699. *coram Ansaldo* tenoris sequentis.

R. P. D. PIO

ASCULANA
Fideicommissi, seu Domus.
Veneris 13. *Junii* 1698.

ARGUMENTUM.

Agitur in hac *decis.* de regula juris receptissima, quod acquisita per filium familias ex re patris, Patri acquisita dici debeant, examinando an eadem regula locum habeat, quando agitur de patre bannito, & confiscationem passo. Agitur etiam, remissivè tamen, de quæstione, an per bannum amittatur patria potestas, atque firmatur, quod ut bona dici possint Fisco quæsita requiritur illorum descriptio in libris Cameræ.

SUMMARIUM.

1 *Filium ratam habuisse dicitur alienationem a Patre factam, si eo defuncto se in inventaria descripserit creditorem pretii rei alienatæ.*

2 *Bona acquisita per filium familias pauperem, & non industriam regulariter ex substantia patris comparata dici debent.*

Maximè si pater in testamento declaravit eadem a se empta fuisse, & de iisdem disposuit, filiusque positivè acquievit n. 10.

Talisque acquiescentia afficit etiam habentes causam a filio n. 4.

3 *Licet prædictæ regulæ locus non sit, quando agitur de patre bannito, & confiscationem passo.*

4 *Benè tamen locum habet quando ex partita Catastri apparet proprietatem bonorum, quæ asseruntur confiscata, penes patrem remansisse.*

5 *Vel quando apparet fructus bonorum filii consideratos ad ratam taxæ legalis fructuum quinque pro centenario, sufficientes esse nequisse ad dictas acquisitiones faciendas.*

6 *Patrem bannitum amittere patriam potestatem controversum est apud DD. & probabilior est sententia negativa.*

7 *Reintegratus plenarie, & cum clausula* -- ac si bannum non emanasset -- *reintegratus dici debet etiam quoad fructus.*

8 *In confiscatione bonorum, ad hoc ut bona dicantur incorporata, & Fisco quæsita, requiritur Fiscum illorum possessionem actualiter apprehendisse, ac descripsisse in libris Cameræ.*

9 *Eadem non habet locum in bonis potestati bannientis non subjectis.*

12 *Identitas rei, quam testator fideicommisso subiicere voluit ex quibus arguatur.*

13 *Item, ex quibus argui possit rem aliquam recognitam fuisse ab hæredibus pro fideicommissaria.*

14 *Detractiones fideicommissariæ non debentur è fideicommisso particulari.*

15 *Ædem*

15 *Eedem non competunt quando jam sunt consumpta ex alienationibus antecedentibus.*

16 *Quantitas fructuum perceptorum resultat ex depositione unius testis inducti ab eo, qui illos percepit.*

17 *Maximè quando pretii quantitas, vel rei valor ostendit eamdem minores fructus reddere nequiisse.*

APPENDIX. I.

COmmissa mihi in devolutivo per signaturam justitiæ causa appellationis e duabus sententiis Rotalibus concedentibus Oliverio de Parisanis immissionem sive virtute *l. finalis C. de edict. Div. Adrian. tollen.* sive ex utili Salviano interdicto, ad domum positam in Civitate Asculi in contrada nuncupata *la Quartarola*, tanquam fideicommisso subjectam a Mariano Seniore de Parisanis ejus favore purificato, altera nempe R. P. D. mei Capreræ præviis duabus decisionibus coram eo emanatis 5. Decemb. 1691. & 25. Junii 1694. altera verò R. P. D. mei Scotti edita prius coram eodem unica decisione sub die 17. Junii 1695. prodiit sub die 4. Julii 1696. coram me resolutio, Oliverio tantum informante pro illarum confirmatione. Cum autem reproposita causa sub diebus 26. Aprilis, 1. Julii, & 11. Decembris superioris anni discordia fuerint DD. suffragia, ex quo negabatur in Mariano dominium, & possessio domus, de qua agitur, sub supposito quod illa in Parisanum filium obvenerit ex hæreditate Marconi ejus avi materni, quam licet subinde Marianus Pater distraxerit in Servideum Moysem Ebræum, eam tamen idem Parisanus tempore, quo pater capitaliter bannitus exulabat a patria reemit proprio, ac Julii fratris nomine, adeout propterea dici deberet eamdem domum, antequam distraheretur in Hebræum, fuisse a Mariano possessam jure solum administratorio Parisani filii, postea verò, facta illius redemptione per Parisanum, fuisse ab eodem retentam jure proprio, reassumpta demum in hodierna audientia disputatione, omnibusque videntibus Dominis responsum fuit persistendum esse in decisis.

Etenim admisso, quod præfata domus sit illa eadem, quæ ex hæreditate materna primo pervenit ad Parisanum, & deinde a Mariano patre, & fideicommittente vendita fuit Servideo Moysi Hebræo, & successivè etiam per novum contractum emptionis recuperata per dictum Parisanum, adhuc tamen visum fuit Dominis non solum dubitari non posse, quia illa exierit de dominio Parisani filii attenta ratihabitione alienationis paternæ per ipsum
1 facta satis superque emergente ex eo, quod assignatis per patrem nonnullis bonis pro reintegratione domus, aliorumque corporum distractorum, ac ulterius hypothecato pro indemnitate filii reliquo hæreditatis asse, ipse defuncto patre satisfieri voluit in pecunia numerata describendo se creditorem in inventario pro summa debita, juxta literales textus in *l. de lege vers. finem. l. accepisse, & l. post diem ff. de leg. commiss. & in l. commissoriè C. de pact. inter empt. & vendit.* ibique *gloss.* & scribentes communiter.

Verum etiam esse in aperto eamdem domum, quamvis ab Hebræo per Parisanum filium redemptam, fuisse tamen quæsitam Mariano patri, ob receptissimam juris regulam, quod acquisita per
2 filium familias pauperem, & nullatenus industrium ex substantia paterna, patrique comparata dici debeant *l. acquirit ff. de acquir. rer. domin. & l. 2. C. de patr. potest. Gloss. in l. cum oportet in verbo, & substantia C. de bonis quæ liber. Bartol. in l. 1. §. sed nec castrense ff. de collat. bonor. Gratian. discept. for. cap. 401. n. 16. & seqq. Cyriac. controv. 34. n. 14. & 15. Michalor. de fratr. par. 1. cap. 6. num. 16. & seqq. Rota in rec. decis. 420. num. 6. & seqq. par. 9. & decis. 335. num. 4. & seq. par. 12.*

Quæ sanè inapplicabilis dici non potuit, ex quo ob patris delictum patria exutus potestate ple- 3
ne potiretur bonis ex hæreditate materna sibi obventis, & e contra Marianus in pœnam patrati criminis læsæ majestatis passus fuerit, ultra capitale bannum, fortunæ commoda occupari per Fiscum, proindeque tanquam omnibus egenus suppeditare nequiverit filio pecunias in memoratæ domus recuperationem impensas, quia ultra quod emptio facta fuit per Parisanum proprio, & Julii fratris nomine, qui tanquam procreatus ex altero matrimonio in dictis bonis nihil habebat commune, patet, quod ipse Parisanus, nec cum proprietate bonorum, nec cum eorumdem fructibus domum comparavit; non equidem cum proprietate, ea quippe etiam ex post tuta, & integra penes ipsum 4
remansit, ut apparuit ex partita Catastri, *Summar. Oliverii exhibito die 11. Decembris superioris anni n. 3.* quæ concordare visa fuit cum corporibus enumeratis exadverso sub die 26. Aprilis 1696. *Summar. n. 2.*

Minusque cum fructibus, quia præfata bona, dempto prædio nuncupato *di vena rossa*, exigui redditus, quod pro indiviso remansit, pariterque pro emptione domus alienatum non fuit, haud excedebat æstimationem scut. 1800. *dicta Summar. Oliverii n. 5.* adeoque fructus ab eisdem percepti, docto etiam rigoroso calculo ad rationem scut. 5. 5
pro quolibet centenario juxta taxam legalem constitutam a *Gloss. in authent. perpetuo verbo justa C. de sacrosanct. Eccles.* minimè exuperaverint sc. 80. annua, quæ in totum pro integro triennio, quod intercessit inter bannum capitale, & impensam pro domo factam conflant summam sc. 270. nullatenus exæquantem summam sc. 1200. in emptione domus erogatam.

Et in omnem casum ubi bona materna fructus sufficientes parere potuissent, adhuc domus si cum eisdem recuperata fuisset Mariano patri pertineret, non obstante præfato crimine læsæ majestatis eidem inflicto, quia quidquid sit de quæstione ab informantibus excitata, an scilicet per facinus, quod
dicitur commissum a Mariano amiserit ipse necne pa- 6
triam potestatem, quam habebat in filios, in qua Doctores divisi noscuntur in classes, nonnullis tenentibus partem affirmativam cum *Gloss. in §. relatis instit. quibus modis jus patr. potest. tollat.* aliis verò, & fortasse probabilius id negantibus cum *Claro in §. finali quæst. 71. vers. successivè quæro, & vers. dixi autem*, certum est, quod cum Ma-
rianus plenarie reintegratus fuerit a Summo Pon- 7
tifice ad omnia sua bona cum amplissimis clausulis, & ea potissimum *ac si bannum non emanasset*, reintegratus proinde dici debet etiam ad fructus bonorum maternorum, quæ interim durante banno propter ejus incapacitatem Parisano filio quæsita fuissent, ut optimè firmat *Merl. Medic. decis. Sen. 41. per tot.* & signanter *n. 4. & seq.* ubi concordantes.

Quo posito, superfluum esset respondere postremæ objecti parti, quod nempe Marianus bannitus, omnibusque fortunæ bonis a Fisco spoliatus suppeditare non potuerit filio pecunias in dicto contractu erogatas, & nihilominus asserta etiam impossibilitas exciditur nedum ob defectum realis,

& ef-

8 & effectivæ confiscationis, cum bona Mariani, fru-
ctusque exinde percepti adnotati non fuerint in
libris Cameræ, prout requiritur, ut dicantur in-
corporata, & Fisco quæsita, ut benè probat *deci-
sio edita die* 5. *Decembris* 1691. §. *finali coram
R. P. D. meo Caprara*, imo potius constiterit eos
fuisse per Parisani curatorem exactos, sed etiam
quia Marianus possidebat in Regno Neapolitano bo-
na ingentis redditus, *hodierno Summar. additiona-*
9 *li Oliverii n.* 1., qui sicuti potestati bannientis mi-
nime subjacebat, potuit pro libito investiri super
controversa domo.

Eoque libentius in hanc sententiam DD. de-
scenderunt, dum ultra præsumptionem generalem
favore patris militantem, aliasque superius expres-
sa, id etiam comprobant plures, & quidem urgen-
10 tissimæ conjecturæ desumptæ ex eo, quod Maria-
nus in suo, sub quo decessit elogio, declaravit do-
mum positam in loco *detta la Quartarola* a se fu-
isse emptam, rursus super eadem assignavit legi-
timam alteri filio, ac demum super hac ipsa do-
mo, quam suam vocavit, constitutum voluit fi-
deicommissum, ut alias observavit *Rota cor. R. P. D.
meo Scotto* 27. *Julii* 1695. §. *validitas enim*, &
§. *identitas*, e contra verò Parisanus non obstante
quodde ejus præjudicio ageretur, tantum abest, ut
in aditione hæreditatis reclamaverit, eamque do-
mum vindicare voluerit, ut potius se in inventa-
rio de illius pretio creditorem descripserit, quæ
sane positiva dicti Parisani acquiescentia facto te-
11 statoris non solum operatur, ut illud neque im-
pugnari valeat ab habentibus ab eo causam, juxta
vulgatum text. in *l. cum a matre* 14. *C. de rei
vindic.* & *l. si ab ea C. de liber. caus.* verum etiam
declarat domum propriis pecuniis revera emptam
non fuisse, solumque suo, ac fratris nomine fuisse
stipulatum contractum, ut facilius eludi possent ju-
ra Fisci, qui cum banno capitali bonorum quoque
confiscationem indixerat.

Neque valuit in dubium revocari apud Do-
minos, domum, de qua agitur fuisse illam, quam
12 testator suam vocavit, perpetuoque supposuit fidei-
commisso, quia dum doceri non potest Marianum
aliam possedisse domum, super qua ejus affectio ca-
dere potuerit, quin cæteræ omnes devastatæ fue-
runt per Fiscum, & hæc sola remanserit in il-
lius hæreditate, ut liquet ex *Summar. addit. n.* 2.
& evincitur quoque ex præcepto Gubernatoris Ascu-
li concepto sub his verbis ibi -- *ad tenendam aper-
tam januam, per quam itur, & reditur ad domum
remansam in hæreditate Columnelli Mariani, quæ est
sita in Civitate Asculi, & quarterio* chiamato Quar-
tarola, *Summar. præterito Oliverii n.* 7. ac insuper
hæc eadem domus, super qua cadit quæstio fuerit
perpetuò a testatore inhabitata, ut deponunt plu-
res testes *dict. Summ. n.* 5. sequitur pernecesse ip-
sum subjecisse fideicommisso eam domum, quam
dixerat a se emptam in quarterio *alla* Quartarola,
qui est locus præcisus domus controversæ.

Maximè quia hæc etiam recognita fuit pro fi-
13 deicommissaria tam a filiis Parisani, qui in divisio-
ne illius in se susceperunt debita fideicommitten-
tis *d. Summ. n* 6. quam a Mariano juniore, qui
habita notitia de alienatione domus curavit exami-
nari testes super illius statu, qualitate fideicom-
missaria, ac super ejus possessione retenta per te-
statorem *Summ. n.* 1. observantia enim subsequu-
ta est optima interpres quarumcumque dispositio-
num, & in dubiis removet omnes difficultates, ut
dixit *Rota dec.* 254. *coram sa. me. Alexandro VIII.
num.* 12 & *dec.* 257. *n.* 15. & *in rec. decis.* 584.
n. 11. *par.* 58.

Probatis itaque ex his dominio, ac possessio-
ne domus penes Testatorem, visum fuit DD. me-
rito decretam fuisse immissionem super eadem do-
mo, non obstante prætenso credito detractionum,
quod gravatus sibi deberi contendebat, illæ nam-
que vel nullatenus sunt detrahendæ a fideicommis- 14
so particulari *Rota in rec. dec.* 567. *n.* 5. *par.* 11.
dec. 613. *n.* 34. & *seqq. par.* 18. & *dec.* 79. *n.* 14.
par. 19. vel fuerunt totaliter consumptæ ex alie-
nationibus ab eisdem gravatis præcedenter factis, 15
ut probat *decisio* emanata prioris instantiæ *coram
R. P. D. meo Scotto* 17. *Februar.* 1695. §. *et bisi
non fuerunt*, & altera *coram me* 4. *Julii* 1696. §.
neque adversarii, cum quibus DD. transierunt.
Et ita utraque, &c.

R. P. D. PIO

ASCULANA
Fideicommissi, seu Domus super fructibus
Veneris 13. *Junii* 1698.

Quemadmodum super negotio principali in ho-
dierna audientia censuerunt DD. esse persistendum
in resolutis coram me sub die 4. *Julii* 1696. ex
rationibus extensis in altera mea decisione, ita
quoque eisdem visum est approbatione digna al-
tera *decisio* sub dicta die coram me emanata su-
per fructibus, quia eorumdem liquidatio pro
nunc in scutis 440. pro qua summa decreta fuit
mandati relaxatio, resultat ex depositione u-
nius testis deponentis de locatione domus con- 16
troversæ in annuis scutis 40. cui quidem testi,
tametsi unico, deferendum est, tum quia inductus
fuit ab executoribus reis conventis *Rota dec.* 737.
n. 14. *par.* 18. tum etiam quia valor domus ascen- 17
dens ad scut. 3000. aperte ostendit eamdem non
potuisse locari in summa inferiori scut. 40. annuo-
rum, ut firmatur in priori mea decisione.
Et ita utraque, &c.

R. P. D. ANSALDO

ASCULANA
Fideicommissi, seu Domus
Veneris 27. *Novembris* 1699.

ARGUMENTUM.

Impugnabatur in gradu restitutionis in integrum in præsenti *decisione* regula juris receptissima, quod acquisita per filiumfamilias ex re patris, patrique acquisita dici debeant ajendo eam limitari, quando agitur de patre banuito, & confiscationem passo, qui per consequens nil habere censeatur, quinimo etiam jus ipsum patriæ potestatis amittat, sed evitata hujus postremæ quæstionis decisione resolvitur, quod in hypothesi, vel ex probationibus factis apparere patrem acquisivisse simulato nomine filii, vel locum fuisse regulæ ex quo postea pater reintegratus fuisset cum clausula -- *ac si bannum non emanasset* -- unde non probato, quod filius habuisset bona castrensia, vel quasi, vel quod et proprietate adventitiorum acquisiisset, idem pater recuperare etiam posset rem a filio acquisitam

SUMMARIUM.

1 *Immissio per fideicommissarium petita concedi nequit, nisi ad bona, quæ sint de dominio fideicommittentis.*

2 *Dotali pecunia comparatum fit dotale ex dotis privilegio.*

3 *Acqui-*

3 *Aquirens rem proprio nomine ex alirai pecunia fit rri acquisita dominus, nec strurtur ad aliud, quam ad pecunia restitutionem.*

4 *Amplia id procedere rtiam in acquisitione facta per filiamfamilias rx paterna crumena.*

5 *Pecunia per filiumfamilias in emptione rei numerata de patris crumena exiisse præsumitur.*

6 *Limita quando dictus filius, atque ab eo causam habentes proprio, & non patris nomine rem emptam possederunt. Sublimita prout sub num. 15.*

7 *Filiusfamilias nihil de proprio habrre censetur, & quidquid acquirit patri acquirit.*

8 *Limita quando idem probat habere peculium adventitium, ex. gr. portionrm hereditatis avi materni. Sublimita prout sub num. 16 & 17.*

9 *Hæreditatis valor ad rffectum prædictum commensurandas non est a valore tantum stabilium, sum ista contiurat etiam mobilia, pecuniasque.*

10 *Maxime quando filius est possessor, & reus conventus.*

11 *Antiquis temporibus etiam nobiliam virorum suppellex sarta erat.*

12 *Rota tamen proportionato temporibus respecta habito semper censuit apud nobiles viros mobilia magis pretiosa, quam apud plebejos reperiri.*

13 *Confiscationem passum verisimile non est abundasse pecuniis, ex quibus investimenta facere potuisset.*

14 *Maxime probato quod luxuria deditus esset.*

18 *Dividentes si de aliquibus stabilibus indivisis relictis mentionem fecerunt, dicendum venit alia non extitisse, nam eorum etiam non omisissent tali casu mentionem facere.*

19 *Item si apparet eos reliquisse indivisum terrenum nominatum ob malam ipsius qualitatem, eo fortius id dicendum de non nominatis eadem tamen oratione comprehensis.*

20 *Acquisitio facta a filio de tempore, quo pater in angustiis rei familiaris versabatur, de rjus potius, quam patris pecuniis facta censetur.*

21 *Limita quando agitur de filio non industrio, & ex facti circumstantiis potius apparet dictam acquisitionem ex patris pecuniis fieri potuisse.*

22 *Omissio unius rei, quæ videtur in inventario dolose sequuta, arguit dolum etiam in omissione alterius.*

23 *Patrem, & non filium rem acquisivisse censetur, quando primus hoc in testamento declaravit, & de ea disposuit, filiusque acquievit.*

24 *Filius, qui acquisivit suo, & fratris nomine, id fecisse præsumitur ex pecunia patris.*

25 *Donatio nunquam præsumitur etiam inter sanguine conjunctos.*

26 *Enunciativa judicialiter facta a persona non interessata, & de tempore non suspecto magna fides præstanda est ad excludendum errorem accollationis facta in instrumento divisionis.*

27 *Simulationes ad Fiscum excludendum quotidie practicantur.*

28 *Simulatio de persona ad personam facilius inducitur, eique prævalere debet regula* — plus valere quod agitur &c.

29 *Acquisitio facta per filium non emansipatum, & peculium castrense, vel quasi non habentem patri facta dicitur.*

30 *Adventitiorum bonorum filii usufructus patri pertinet.*

31 *Patrem perduellionis damnatum amittere patriam potestatem, adeo clarum non est, ut contrarium affirmari nequeat.*

32 *Pater perduellis restitutus cum clausula* — ac si banuum non emanasset — *recuperat etiam fructus adventitiorum per filium perceptos, & investitos.*

33 *Bona etiam rffective translata in tertiam personam redeunt ad bannitum plenarie restitutum.*

34 *Legitima, & Trebellianica detractiones non admittuntur pro retardanda immissione, quando pæsquam consumptæ apparent ob alienationem prædii fideicommissarii.*

APPENDIX II.

IN gradu restitutionis in integrum Testamentarii Executores Tiburtii Emilioni causam mihi post tres contrarias uniformes sententias delegeri obtinuerant ergo Oliverium, qui in eisdem præcedentibus judicatis immissionem erat consecutus ad domum existentem in regione *della Quartarola* veluti subjectam fideicommissariæ substitutioni etiam super reliquis bonis a Marisno Sen. de Parisanis injunctæ, sed hodie judicio DD. exposita nova provocantium instantia rursus compertum est [cum nulla controversia caderet circa validitatem earumdem sententiarum] adstitricem quoque concurrere justitiam, ideoque nullum esse locum efflagitatæ restitutioni.

Parum quippe fundata comparuit in aliam quodammodo formam transmutata defensio Executorum, nimirum quod prætermissis quoque veteribus fundamentis hactenus effulgeret nullo modo subsistere posse decretam immissionem, ex quo in præsenti non amplius per conjecturas, & indicia, sed positive per publicum emptionis instrumentum ostenderetur hujusmodi domum extitisse comparatam nomine proprio, propriisque pecuniis a Parisano filio Mariani fideicommittentis, & a quo 1 liberam causam desumebat Tiburtius, cum immissio fundamentaliter, ac solide nequeat concedi, nisi ad bona, quæ sint de dominio fideicommittentis, ut fert litera vulgatissimi textus *in l. fin. C. de edict. Div. Adr. toll.* cum ibi notatis per *Bart. n. 1. & Castrens. num. 6. Peregrin. de fideicomm. art. 44. Fusar. de substit. quæst. 616.* utrobique *num. 1.* cum reliquis notissimis.

Quin etiam ubi per possibile, sive per urgentia argumenta, ac demonstrationes liquido constaret adversus literam instrumenti ipsius emptionis, illam in rei veritate factam fuisse non jam de pecuniis Parisani, sed de aliis ad Marianum patrem spectantibus, adhuc neque tribui poterat immissio memorato Oliverio substituto; firmo namque remanente prædicto principio, quod immissio non detur ad bona, quæ de tempore mortis non existant de dominio testantis, in certam emanabat consequentiam, quod præcisive a casibus in jure 2 privilegiatis, ut puta dotis, juxta disceptata ad interpretationem textus *in l. res quæ dotales ff. de jur. dot. & in l. ex pecunia C. eod. apud Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 17. num. 5. cum plur. seqq. Gais. de credit. cap. 4. quæst. 11. & num. 1452. cum seq. Addolin. resol. 48. num. 2. & 3. Cardin. de Luc. de dote disc. 166. num. 80.*

Semper sibi acquirens nomine proprio ali- 3 quam rem, sive fundum etiam de pecuniis alienis nanciscitur dominium rei aquisitæ ad sui favorem, restante dumtaxat obligatione refundendi totidem pecunias illis, a quo per eamdem acquirentem fuerunt avulsæ, seu captæ, ac respective in acquisitionem proprio nomine implicatæ, ex plene collectis *in tract. de commerc. & mercat. disc. 93. num. 9. & 10.* quem in eisdem terminis approbavit *Rota in Hortana Sylvarum super reservatis 15. Maii 1699. §. quamvis enim cor. R. P. D.*

meo Muto, & magis in individuo, videlicet acquisitionis factæ per filium familias de paterna crumena *Soccin. Sen. cons. 61. num. 6. lib. 4. Roland. cons. 90. num. 21 & seqq. lib. 2. Becc cons. 112. sub num. 11. vers. & idea. Bertazzol. cons. 119. num. 25 Ber. quæst. famil. 46 num. 1. Paschal. de patr potest. part. 1. cap. 3 sub num. 17. Bass. eodem tract cap 4 sub num. 71. vers. ex quibus. Rot. decis. 403. num. 13. part. 13 & decis. 24. n. 2. part. 14. recent.*

Libentius igitur subjungebant defensores hæreditatis Tiburtii, quando ut ad præsens, præcisive etiam ab hac secunda propositione, & primam reassumendo non tantum pro parte Oliverii nullæ afferebantur claræ justificationes in oppositum, scilicet quod re vera pecuniæ in emptionem domus erogatæ a patre profluerent, sicuti requiritur, quotiescumque, prout hic, tanquam propria ipsius filii familias fuit conquisita, & possessa
5 res, de qua est quæstio, genericæ etenim præsumptioni, quod moneta per filium familias in emptione alicujus rei numerata præsumatur descendere a bursa patris secondum ea, quæ præter laudatus in *decis. diei 14. Junii 1698. §. verum etiam cor. R. P. D. meo Pio*, prosequuntur *Caltav. cons. 19. num. 1. Udalric. Zas. cons. 5. num. 19. & 20. lib. 1. Bertazol. dict. consil. 119. num. 16. Menoch. cons 364. num. 5. & n. 13. & 14. Magon. decis. Florent. 26. num. 9. Rot. decis. 199. coram Bich. & decis. 217. coram Cardin. Cerro* utrobique *num. 6. & 7.*

6 Strenue contraponitur insinuata limitatio, quod prædicta regula, sive præsumptio minime procedat, quoties in oppositum stat possessio filii familias, & ab eo causam habentium nomine proprio, quemadmodum specifice notavit, ac limitavit *gloss. in l. cum oportet verb. ex ejus substantia in fine vers. vel dic. C. de bon. quæ liber.* cum qua communiter procedunt *Abb. cons. 36. sub num. 2. vers. aliam solutionem, & vers. in casu ergo nostro lib. 2. Alexand. cons. 24. sub num. 1. vers. & quod potenti lib. 1. Corn. cons. 54. num. 9. in fin. lib 4. Riminald. Sen. cons. 127 num. 11. Roland. dict. consil. 90. num. 9. lib. 2. Becc. dict. cons. 113. n. 14. & 15 & num. 19. in fin. Michalor. de fratr. par. 1. cap. 6. num 17. Surd. decis. 339. num. 14. Rota decis. 406. num. 1. coram Merlino.*

Verum quod magis erat, intercedebant considerabilissimæ conjecturæ satis efficaciter suadentes, emptionem ad limites expressionis factæ in instrumento, nec non successive possessionis a proprio Parisani peculio, seu pecunia provenisse, cum enim solummodo urgeat adversativa præsumptio,
7 de qua supra, ex quo filius familias nihil abstractive censeatur habere de proprio, itaut etiam quidquid acquirit acquirat patri per text. in *l. placet 78 ff. de acquir. hæred. & in l. 2. C. de patr. potest.* hæc procul dubio remanebat in facto conflictata, & convulsa, dum liquebat, Parisanum ante emptionem controversæ domus a se factam adeptum fuisse pro medietate hæreditatem Marconi illius avi materni, quapropter stante hac contraria probatione proprii, extraneique adventitii peculii, quo mediante, vel per distractionem alicujus fundi hæreditarii, vel per concervationem fructuum potuerat Parisanus eabursare pro domo coemenda
8 simplicia scuta 1200. seu verius 960., dubio procul corruebat quælibet juridica præsumptio, quæ semper cedit veritati, contrariæque probationi *l. in rebus post princ. vers non enim C. de jur. dot.* cum concordantibus apud *Surd. cons. 7. n. 61. & cons. 16 num. 22. Barbos. axiom. 186. num. 1.*

Eoque pronius, quia citra arithmeticam perquisitionem, utrum præcitata medietas hæreditatis Marconi, illiusque fructus intermedii valuerint æquare quantitatem supradicti pretii domus, ut fuit responsum in præallegata *diei 13. Junii 698. §. quo sane, & seqq. cor. R.P.D. meo Pio*, supersedebat alia circumstantia impugnativa hujusce juris hæreditarii, nimirum aderant mobilia, pecuniæ- 9
que forsan in hæreditate repertæ, ac de quibus nulla mentio fiebat in subsecuta partitione hæreditatis, nec non aderant alia stabilia, quæ remanserant expresse præservata indivisa inter cohæredes, & signanter nonnulla terrena sita in pertinentiis Apponeani sub vocabulo *Venarossa*, proindeque ubi etiam juxta suppositionem factam in prælaudata mox *decis. coram R. P. D. meo Pio* valor bonorum divisorum non ascenderet ad importantiam, ac æquationem prædicti pretii, utique poterant eadem bona indivisa tanti importare, maxime ad præsidium, sive beneficium possessoris, ac 10
rei conventi, cui regulariter exuberat offuscare intentionem, seu probationem actoris, ex regula, de qua *Rot. decis. 229. num. 34. part. 6. & decis. 253 num. 7. part. 16. recent.*

Et sane licet in illis (uti moderni Censores opinantur) felicioribus temporibus venerandæ antiquitatis ob non tam audaciter gliscentem luxum, curta soleret esse etiam virorum nobilium supellex, ut inquit *Rot. decis. 517. num. 11. par. 18* 11
recent. adhuc fortasse non poterat esse tam curta, ut conjungendo fructus intermedios probabili effectivæ existentiæ pecuniarum omne insimul non ascenderet ad pretium supra enunciatum cum facta etiam detalcatione temporum semper propor- 12
tionaliter ad plebejos, reliquosque simplices Cives, magis pretiosa apud viros nobiles stare mobilia censeantur ex iis, quæ perpetuo existimavit *Rot.* & signanter *decis. 443. num 27. & 28. cor. Cerro, in Romana Fideicommissorum de Mignanellis 5. Junii 1682. §. nec pro inventario in fin. coram clar. mem. Card. Matthæio, & in Romana Prælaturæ de Vecchiarellis 28. Januarii 1697. §. hoc posito ad medium coram R. P D. Muto.*

Pro coronide tandem, seu firmiori fulcimento præmissorum stringere videbatur consideratio, quod non erat si non possibile, saltem verisimile, Marianum tunc abundasse pecuniis, ut exul a pa- 13
tria cogitasset, ac potuisset facere investimenta propter præcedentem ab eo passam ex detestabili crimine lesæ majestatis capitalem condemnationem, bonorumque publicationem, quam sequuta semper assuescit Fiscus delinquentis bona ab initio describere, & post annum incorporare. teste *Chartar. de execut. sentent. cap. bannit. cap. 1. n. 6. cum duob. seqq. & ex num. 18. cum plur. seqq. Scacc. de judic. lib. 1. cap. 97. num. 5. Massin. de confisc. quæst. 42. num. 1. & seqq.*

Addito præcipue, quod justificabatur Maria- 14
num eo tempore profugum impudenter luxuriari cum scortis, & focariis, proindeque, si quas pecunias secum fortasse fugiens asportaverat, erogasse non poterat in emptionem stabilium, dum similis vitæ tenor non affluentiam parit, sed egestatem, proprieque substantiæ dispersionem inducit, exemplo Evangelici filii Prodigi, & ex his, quæ habentur in *Salomon. Proverb. cap. 7.* necnon apud *Tiraquel. de l. connub. leg. num. 46.*

Diximus, quod his non obstantibus hujusmodi defensio, sive omnia hæc parum fundata apud DD. apparuerunt; præmissa namque regula superius enunciata, quod ubi filius familias in acquirendo aliquam rem pecuniam expendit, jura, doctoresque subcenseant, eamdem pecuniam ex paterno marsupio provenire, obsistere non valebat insinuata

nuata

nuata limitatio, quod ad terminos *gloff. in dict. l.
cum aportet C. de bon. quæ liber* corruat hujufmodi
juridica præfomptio quoties filiusfamilias, ejusque
hæredes exiftant in poffeffione rei emptæ, five
15 acquifitæ; fiquidem, & bene, limitatio fuam reci-
pit fublimitationem, videlicet quando poffeffio
ipfa denudata dignofcitur adminiculo aliarum con-
jecturarum, cum non debeat merum factum fimplicis
poffeffionis prævalere determinationibus, five præ-
fumptionibus juris, itaut aliqualiter faltem rema-
neat ex probabili titulo colorata poffeffio, ex iis,
quæ generaliter affirmantur per *Menoch. de retinen.
poffeff. remed. ultim. num. 24. & 25. Mufcard. de
probat. conclus. 1194 num. 66. & 67. Rota coram
Seraph. decif. 332. num. 5. & coram Cardin. Celfa
decif. 211. num. 12. & 13. & in Romana Pecunia-
ria 5. Decembris 1696. §. non relevante, & feqq.
cor. Reverendiff. D. meo Malines Decano*, & in his
fpecialibus terminis *Card. de Luc. de regul. difc. 150.
num. 2. verf. unde propterea. Rot. decif. 257. n. 8.
cum duab. feqq. cor. Card. Cerro.*

Hujus vero ponderis inventæ non funt præci-
tatæ conjecturæ, quatenus enim attinebat ad illam,
quod Parifanus devenire valuerit ad emptionem
proprio ære complendam ob ei fuperventam pro
16 dimidio hæreditatem Marconi, plene fatisfactum
DD. apparuit ex refponfionibus etiam arithmeti-
ce attributis in prædicta *decif. 13. Junii 1698. §.
qua fane cum feqq. cor. R. P. D. meo Pia.*

Abfque eo quod quidquam relevaret fuper-
adjectio valoris mobilium, fructuum intermedie
perceptorum, nec non aliorum effectuum, qui pro
indivifo remanferant refpectu memoratæ hæredita-
tis inter Parifanum, illiosque cohæredem; quo-
niam circa mobilia oportuiffet oftendere, quod il-
la Parifanus diftraxiffet ad finem comparandi do-
mum, quando verifimilius erat, ut ad effectum
muniendi, ornandique eamdem domum, mobilia
potius emerentur a Parifano; & quoad fructus in-
termedios, qui consiftebant in folo triennali in-
tervallo a die capitalis condemnationis fubfequutæ
in perfona Mariani patris ad illam plenariæ rein-
tegrationis per eum a Principe reportatæ, pari-
formiter erat admodum inverifimile, cum agere-
17 tur de paupere Regno, quod hi poffent ad quin-
tam pretii partem præfatæ domus confcendere,
quinimo verifimilius erat, quod & hi fructus, aliæ-
ve, fi aderant, pecuniæ, implicarentur per Pari-
fanum ad propulfandum Fifcum, aliasque fubeun-
das expenfas, quæ in confimili facto præfcriptio-
num in maxima femper copia profunduntur, fem-
per enim expenfæ verifimiles ab omni computa-
tione, ex recto Judicis arbitrio fupputantur ad ea,
quæ in fimili propofitione habentur in *tract. de
commerc. & mercat. difc. 80. num. 16.* & præter
ibi relatos *Rot. in Romana Pecuniaria 4. Julii 1698.
§. non obftat cor. R. P. D. mea Muta.*

In ordine tandem ad afferta bona remanfa in-
divifa, lectura ipfa divifionis frigefcere faciebat
affumptum, quia etfi generaliter in ea diceretur
-- *remanentibus communibus, & pro indivifis &c. omni-
bus, & fingulis aliis bonis &c. inter partes commu-
nibus, & in præfenti divifione non defcriptis* -- ad-
huc ferme palpabatur, quod hujufcemodi præfer-
vatio fieriebat vel effectus penitus inutiles, vel qui
nondum apparebant, ficque in meram cautelam,
ubi forte tractu temporis alios reperiri contigiffet,
18 quod & denotabant illa fubfequentia verba -- *&
fpecialiter omnibus terris fitis in pertinentiis Appo-
neani, & in loco dicto Venaroffa* -- fi etenim alia
ftabilia, vel effectus revera de eo tempore exti-
tiffent, utique non omififfent de eis quoque re-
minifci, & habere mentionem, fecundum præno-
tata per *Gratian. difcept. 570. num. 31. Rot. de-
cif. 21. num. 10. poft Salgad. in labyrinth. cred.
& decif. 338. num. 13. part. 15. recent.*

Præluppofuimus quoque, quod in omnem ea-
fum effectus relicti pro indivifo probabiliter fo-
rent inutiles, dum non obftante, quod de præ-
dio, five terris *di Venaroffa* fpecifica facta foret
enunciatio, & præfervatio, attamen ut in *Summ.
refponfionis* manifeftavit Oliverius *fub num. 2.* ter-
tenum iftud ob peffimam illius qualitatem reman- 19
fit ufque ad præfens nedum indivifum, fed peni-
tus inutile, ac infructuofum; ideoque id ipfum
concludere neceffe erat de effectibus non nomina-
tis, neque defcriptis, ne plus exiftat taciti virtus,
quam expreffi contra ea, quæ admonet *Modern.
Lucenf. confult. 610. num. 15. Rot. decif. 7. n. 19.
coram Bichia.*

Ejufdemque irrelevantiæ detegebatur ille di-
fcurfus, quod Marianus capitis damnationem paf-
fus, & pelliceum inquinamento irretitus non vale-
ret tranfmittere pecunias ad finem comparandi
domum controverfam, adeo ut congrueret illa con-
clufio, quod fi demonftretur de tempore acquifi- 20
tionis patrem verfari in anguftia rei familiaris,
fupponatur potius acquifitio facta de pecuniis fi-
liifamilias ex *Abbat. dict. confil. 36. fub num. 2.
verf. fecunda concurrit lib. 2. Roland. dict. conf. 90.
num. 25. lib 2. Bece. dict. conf. 113. num. 9.*

Quoniam, ut egregie pariter occurrebat fæ-
pius allegata *decifio R. P. D. mei Pii 13. Junii 1698.
§. qua pofita*, pro parte Oliverii juftificabatur
Marianum tunc munere Centurionis, five Tri-
buni, & ut vocant Columnelli decoratum extare
a Sereniffimo Sabaudiæ Duce, quodque infimul
detinebat etiam bona fita intra limites Regni Nea-
politani, & confequenter extra territorium Ban-
nientis, quapropter retorquendo argumentum,
de quo fupra, nimirum quod ageretur in fub-
ftantia de modico pretio fcut. 960. magis proba- 21
bile erat, quod in conflictu filii familias non
induftrii, & cum Fifco femper duro inimico in-
tricati Marianus ad inftar aliorum militum ne-
ceffaria fibi etiam ad luxum, & luxuriam muni-
menta pararet ex ftipendiis, & congiariis propriæ
Tribunitiæ dignitatis, redditus vero Regni Nea-
politani mutato nomine filii propter metum Fi-
fcalium erogaret in hanc domum, cum in con-
curfu, five conflictu conjecturarum femper pol-
leat verifimilior, & fortior, ut poft *Bart. in l.
cum aportet num. 5. C. de bon. quæ liber.* in fubje-
cta materia monuerunt *Corn. dict. conf. 54. num. 9.
verf. in dubio autem lib. 4. Bero quæft. famil. 46.
num. 2. Pafcal. de patr. poteft. part. 1. cap. 3.
num. 24. Boff. eod. tract. cap. 4. num. 76. Card.
de Luc. de regal. dict. difc. 150. num. 5.*

Pari modo decidebat, five retorquebatur [li-
cet fuo loco prætermiffa] circumftantia, quod Pa-
rifanus omiferit inter bona hæreditaria patris fuc-
ceffive demortui, domum hanc connotare; fiqui-
dem jam ex teftamenti ipfius Mariani lectura li-
quebat, quod alia quoque bona per ipfum tam-
quam propria dinumerata defcribere neglexerat
Parifanus, ideoque facilius admittenda foret fu- 22
fpicio, quod idem Parifanus fortaffe inhians ad
everfionem fideicommiffi, cum quo Marianus il-
lum obftrinxerat, hanc etiam domum defcribere ne-
glexerit, prout in fimili ratiocinata eft *Rot. cor.
Royas decif. 195. n. 14. & feqq. & cor. Peutinger.
decif. 509. num. 2. & decif. 149. num 27. & 28.
part. 9 recent.* & comprobat poftrema decifio hu-
jus caufæ edita in antecedenti inftantia 10. *Decem-
bris 1698. §. qua vero ad folutionem cor. R. P. D.
meo Pia.*

Usquedum DD. animadvertebant, vel adhuc
regulam Oliverio favorabilem in sua firmitate re-
manere, vel saltem rem in ambiguo pendere, sed
superimpositis in statera Justitiæ circumstantiis
ipsam regulam confoventibus, visum est, casum
effici planum, signanter etenim [cum non amplius
controvertibilis foret identitas] maximam securi-
tatem parturiebat explicita declaratio, ac assertio
facta per Marianum in suis extremis tabulis, quod
23 domus, de qua agitur, coempta extitisset cum
suis propriis pecuniis, specifice ulterius illam pro
medietate prælegando favore Julii ejus filii ex se-
cundo thalamo procreati cum progressiva ordina-
tione desuper inita particularis fideicommissi, cum-
que ab hac declaratione, sive dispositione nusqu-
quam Parisanus filius pariter, & cohæres reclama-
verit, profecto præponderans insorgebat demon-
stratio, quod domus foret acquisita non de pro-
prio, sed de paterno peculio, quemadmodum præ-
ter animadversa in toties memorata *decis.* 13. *Ju-
nii* 1698. §. *eoque libentius coram R. P. D. meo Pia*
punctualiter ad rem ponderavit *Rot. decis.* 199.
num. 8. *cor. Bichio*, *&* *dict. decis.* 217. *num.* 11.
& 12. *cor. Card. Cerro*.

Clarius quia hæc successiva tacita [ut ita dica-
mus] emulogatio, sive approbatio Parisani apparebat
in ipsomet instrumento acquisitionis facta de hac do-
mo, dum Parisanus in illo positive eamdem acquisitio-
24 nem stipulatus erat etiam commodo, & favore præ-
nominati Julii, nisi enim pretium effective pro-
manasset ab arca patris, procul dubio non ita de
facili inivisset hanc implicitam donationem in per-
sona fratris mere consanguinei, & non utrinque
conjuncti, & ad quem exagerata hæreditas Marco-
ni avi materni solius Parisani nullo modo specta-
bat ex congestis per *Michalor. de fratribus part.* 3.
cap. 14. *num.* 11. *Rota post eumdem decis.* 10. *n.* 3.
in fin. nil quippe magis tritum est, ac familiare,
quam quod donatio nunquam præsumatur etiam in-
ter sanguine conjunctos, ut dicunt *Menoch. de ar-
bitrar. cas.* 88. *num.* 10 *cum seqq. Farinac. in re-
25 pert. de contract. quæst* 65. *ex num.* 1. *cum seqq.*
& præsertim *num.* 7. *Rota coram Arguell. de-
cis.* 67. *num.* 7. *& decis.* 36. *num.* 3. *& seqq. coram
Cerro*.

Accedebat in idem alia per necessarium ante-
cedens expressissima agnitio, & confessio, quod
domus hæc attineret ad Marianum, dum filii Pari-
sani, quibus proveniebant jura Tiburtii occasione
dividendi bona reperta in hæreditate ejusdem Pa-
risani, palam in se assumpserunt, & accollarunt
quæcumque debita, quæ super hujusmodi domo
imposita apparerent a Mariano eorum avo, ac fi-
deicommittente, quomodo namque Marianus va-
luisset ad sui commodum gravare prædictam do-
mum, si ejus propria non fuisset? quod & enun-
ciaverat Carolus filius naturalis prædicti Mariani
fideicommittentis in quodam præcepto per acta
Gubernatoris Asculi transmisso ad eosdem Parisa-
ni filios ex verbis jam opportune registratis in al-
legata *decis.* 13. *Junii* 1698. §. *neque valuit* impos-
sibile quippe videbatur, quod vel filii ipsius Pa-
risani potuerint errare in hac accollatione su-
scepta, quando & hoc ipsum judicialiter asserue-
rat Carolus, cui tanquam nullum super fideicom-
26 misso interesse confoventi, & tempore non suspe-
cto id enuncianti magna procul dubio fides præ-
standa erat, prout observat *Rot. decis.* 1644. *n.* 22.
cor. Caccino, *& decis.* 302. *num.* 3. *& seqq. par.* 18.
recent.

Atque ita a primo ad ultimum, si quæ in hac
causa cecidit asperitas, sive hæsitatio, unice pro-
venit, ex quo quantumvis nunquam ad actum effe-
ctivæ confiscationis, & incorporationis ob delictum
fideicommittentis descentum appareret, nihilomi-
nus idem Marianus illius formidine detentus cau-
tius duxerat proprium nomen in hac acquisitione 27
Fisco velare, & illud Parisani filii superimpinge-
re, juxta illas fraudes quandoque licitas, quando-
que inhonestas, quæ ad evertendum Fiscum quo-
tidie practicantur ex prænotatis apud *Giurbam con-
sil.* 54. *Surd. decis.* 116. *per tot. Bass. de dote cap.* 10.
num. 163. *Rot. decis.* 179. *num.* 4. *part.* 4. *tom.* 2.
recent. & cor. Card. Cels. decis. 255. *num.* 2. *& in
Fanen. Dotis* 12. *Decembris* 1681. §. *vel ad præser-
vandu coram bon. mem. Ursino, & in Perusina Cen-
sus* 26. *Junii* 1697. §. *causa quippe cor. R. P. D.
meo Priolo*; unde jure merito huic velamini, sive
fraudi, ac simulationi prævalere debebat rubrica
— *plus valere, quod agitur, quam quod simulate
concipitur*, præcipue in subjecta materia simula-
tionis de persona ad personam, quæ facilius in-
ducitur, & comprobatur ex traditis per *Modern.* 28
Palm. alleg. 8. *num.* 39. *Rot. decis.* 714. *num.* 4.
& 5. *cor. Merlino*, & in præcitata *Perusina Census*
§. *quod autem*.

De reliquo pro fatali profligatione totius ama-
ritudinis in hac causa tam circa præmissa, quam
respectu ordinis, mature Domini animadverterunt,
quod incassum prætendi poterat, valuisse Parisa-
num fructus avitæ hæreditatis ex latere matris ef-
ficere suos, eosque investire, vel respective evi-
tari immissio adversus domum, de qua quærеba-
tur, ex quo [ut supra annotavimus in objecto]
domus acquisita de pecuniis alienis, sive paternis
transeat in dominium acquirentis sub obligatione
dumtaxat restituendi tantumdem Domino pecuniæ;
quoniam Parisanus non apparebat de tempore
acquisitionis, mediante actuali emancipatione solu- 29
tus a patria potestate, proindeque cum minime
ageretur de peculio castrensi, seu quasi, vel de
proprietate bonorum adventitiè obventorum, &
ipsa acquisitio, ac ipsi fructus ex jure usque 12. Ta-
bularum nunquam per successivas leges sublato ad
Marianum patrem, & fideicommittentem pertine-
bant ad textus supracitatos in *l. placet ff. de ac-
quiren. hæredit. & in l.* 2. *C. de patr. potestat.*, & in
ordine ad usumfructum quoad bona adventitia te-
xtus pariter est in *l. cum oportet C. de bon. quæ li-* 30
ber. Rota coram Merlin. dec. 168. *num.* 15. *&* 16.
& in recent. dec. 377. *num.* 4. *par.* 1. *& decis.* 281.
num. 8 *par.* 10., & alibi frequenter.

Replicatio vero, quod Marianus tunc ob de-
testabile crimen læsæ majestatis effectus perduellis
subierat pœnam ultimæ condemnationis, & univer-
salis publicationis bonorum, ideoque veluti æqui-
parandus in hoc casu vero deportato deperdidisset
jura civilia, & per consequens jus patriæ potesta-
tis, ut etiam agnovit toties adducta decisio 13 Ju-
nii 1698. §. *et in omnem casum coram R. P. D. meo* 31
Pio, hujusmodi conclusio, sive suppositio non erat
adeo clara, ut non posset fortasse solidius affirma-
ri contrarium ex iis, quæ sive abstractivè, sive in-
dividualiter colligi, & trutinari possunt per dispu-
tata apud *Gratian. discept.* 462. *n.* 3. *& seq. Mun-
tau. de tutel. cap.* 18. *num.* 33. *Ascan. Clement. de
patr. potest. cap. fin. ex num.* 15. *cum plurib. seqq.
Boss. eod. tractat. cap.* 2. *num.* 7. *Bellon. de jur.
accrescend. cap.* 7. *quæst.* 51. *ex num.* 94. *cum seqq.
cn. me. Clement. VIII.* in voto impresso post *decis.
Rembold. num.* 385. *& seqq. Rot. dec.* 916. *num.* 2.
coram Merlin.

Et nihilominus, posito etiam quod Marianus
per tanti delicti atrocitatem prolapsus esset a quo-
cumque beneficio juris civilis, & signanter ab ipsa
patria potestate, cum tamen successivè reservato
dum-

dumtaxat exilio a Civitate Asculi plenariè in re-
liquia fuerit in gratiam Principis restitutus per
illa amplissima verba -- *Sua Santità non vuole, che
s' abbina per banditi, nè capitalmente condannati per
qualsivoglia delitto, etiam enormissimo, come se di
ciò non fossero mai stati condannati*, profecto dissolutio
lutiu Parisani a patris potestate, tamquam purè
consecutiva ad ipsum delictum, sicque dumtaxat
occasionalis ratione tantummodo incapacitatis in
32 patre in stato banni exercendi civilia jura patriæ
potestatis, secuta a superiori, ac principaliori au-
thoritate repositione in statum pristinum, ac si
bannum non emanasset, incontinenti cessavit, adeo-
ut & fructus investiti (quidquid dicendum foret
de consumptis) & ipsa domos quomodolibet acqui-
sita, extra causam tamen peculii castrensis, seu
quasi, aut adventitii, redierint in fruitionem, ac
dominium Mariani uberrimè restituti, dum in lon-
gè fortioribus bona etiam effectivè, secuto banno,
33 translata in dominium alterius tertiæ personæ re-
deunt ad hujusmodi plenariè restitutum, a quo re-
cuperari possunt contra quemcumque interim ef-
fectum juridicum illorum acquisitorem, prout ul-
tra *Mart. Med. dec. Senen.* 41. *num.* 4. *& seqq.*,
laudatum in præadducta *decis.* diei 12. Junii 1698.
§. *et in omnem casum in fin. coram R. P. D. meo Pio*,
plenissimè habetur in *decis.* 714. *num.* 1. *&* 2. *ac
num.* 25. *cum duob. seqq par.* 4. *tom.* 3. *recent. &
dec.* 125. *num.* 1., & signanter *num.* 3. *cum seqq.
coram Merlin.*

Circa detractionem legitimæ, & trebellianicæ,
sive prælegatum ex hisce titulis de medietate con-
troversæ domus initum a Mariano fideicommitten-
te in personam Julii fratris Parisani nullatenus DD.
pro effectu retardationis immissionis in hoc agona-
li grado restitutionis in integrum rati sunt immo-
randum, nedum quia pro parte Executorum mini-
mè ostensum fuit, quod Julius in proposito pater-
nam dispositionem acceptaverit, sed etiam quia in
oppositum ad oculum parefecit Oliverius, quod
jam ex judicio hodie supponendo nostri Tribunalis
legitima, & trebellianica Julio competens plusquam
34 consumpta remanserat ob alienationem prædii fidei-
commissarii appellati *del Marino* factam a Joanne
Vincentio, & Mariano juniore mediatis hæredibus
Julii, & respectivè authoribus Monasterii erigen-
di, prout videre est in *Asculana Fideicomm.* 21. *Ju-
nii* 1694. §. *et secundum coram R. P. D. meo Caprara*,
ra, *&* 2. *Maii* 1695. §. *demum coram R. P. D. meo
Muta*, & magis præcisè ad subversionem hujusmo-
di refugii responsum fuit in præcedentibus deci-
sionibus hujusmet causæ, signanter vero in illa diei
17. Junii 1695. §. *hinc non fuerunt cum seqq. coram
R. P. D. meo Scotto*, & in ultima diei 4. Julii 1696.
§. *neque adversari coram R. P. D. meo Pio*.

Et ita omnibus DD. suffragium mihi præbere
dignantibus responsum fuit utraque &c.

FLORENTINA
Fideicommissi.
10. *Decembris* 1605. *Lib. Mot.* 88. *a* 89.

ARGUMENTUM.

Vulgaria substitutio induit naturam fideicommissa-
riæ cum facta est post aditam hæreditatem, ma-
ximè cum adsunt clausula codicillaria per verba
futuri temporis, & verba tractum temporis im-
portantia. Regula *quem de evictione tenet actio &c.*
locum non habet in hærede fidejussoris.

SUMMARIUM.

1 *Vulgaris substitutio cessat facta aditione hæreditatis.*
2 *Verbum* instituit *est directum, & non inflectitur ad fideicommissum.*
3 *Nomen* hæredis universalis *fideicommissario propriè non competit.*
4 *Limita prima regulam, de qua supra num. 1. non procedere, quando substitutio est facta post aditam hæreditatem, tunc enim verba obliquantur, ut valeat jure fideicommissi.*
5 *Limita secundo quando adest clausula codicillaris contracta per verba de futuro.*
6 *Limita tertio cum adsunt verba tractum temporis successivum importantia.*
7 *Cum de testatoris voluntate constat, verba sunt impropriunda.*
8 *Vendens rem fideicommisso subjectam non potest contra proprium contractum venire.*
9 *Ita nec ejus hæres.*
10 *Limita quando res evincitur ex natura, vel qualitate inhærente, vel ex præordinatione authoris.*
11 *Regula* quem de evictione tenet actio *locum non habet in hærede fidejussoris.*
12 *Pacta sunt servanda.*

DECISIO L.

In Causa Rondinelli, e Niccolini.

Dubitabatur primo de fideicommisso, quia
fratres, & eorum filii, & descendentes
tunc demum vocabantur, si filii testatoris
non adivissent hæreditatem, nec ex eis extarent
filii, onde cum hæreditas fuerit adita, cessavit vul-
garia, quæ tamen inducta videbatur ex relatis per
Peregrin. de fideicomm. artic. 29 *num.* 19., maxi- 1
mè cum testator ipse fuerit verbo -- *instituit* --
quod est directum, & non inflectitur ad fideicom- 2
missum, ad *Jason. in l. Gallus in princip. num.* 30.
ff. de liber. & posthum., & adjecerit verbum -- *hæ- 3
redem universalem* -- quod fideicommissario propriè
non competit, ut post alios *Ruin. cons.* 99. *n.* 12.
lib. 2.

Sed respondebatur primo, quod substitutio 4
facta hæredi post aditam hæreditatem, & per ver-
ba merè directa obliquatur, ut jure fideicommissi
valeat, ut tradunt post alios *Alex. in l. verbis ci-
vilibus num.* 10., ubi etiam *Jason ff. de vulgar. &
pupillar.*, dicit communem. *Peregrin.* ubi supra *ar-
tic.* 5. *num.* 19. *ad fin.*

Secundo addo, quod in præsenti adest clau- 5
sula codicillaris concepta per verba futuri temporis,
quo casu cessat traditio illa Doctorum, ut post alios
Grat. cons. 8. *sub num.* 12. *lib.* 2. *Peregrin.* ubi
supra *artic.* 34 *num.* 69., qui dicit communem
contra *Decium* aliter sentientem, plures in eam-
dem sententiam cumulat *Turrett. consil.* 39. *n.* 20.
& seq. lib. 3., ubi dicit omnia communem, & ab
ea non esse recedendum in judicando, & con-
sulendo.

Tertio quia in hoc casu aderant verba deno- 6
tantia tractum temporis successivum, quibus testa-
tor significavit velle, ut bona perpetuo remane-
rent in familia, quo casu necessario fideicommis-
sum censetur inductum ad *Cravett. consil.* 22. *n.* 7.
latius *consil.* 231. *num.* 3. *Turrett. dict. consil.* 39.
num. 7. *& consil.* 43. *col.* 5. *versic. aliquando vol.* 3.
junctis traditis per *Peregrin.* ubi supra *artic.* 10.
num. 5.

7 *num.* 5. *& artic.* 34. *num.* 70., ubi resolvit, quod
quando constat de voluntate testatoris verba sunt
improprianda, ex quibus prima difficultas sublata
videbatur.

Secundo verò principaliter dicebatur, quod
sicut Antonius de Rondinellis fidejubens pro Do-
nato venditore bonorum fideicommisso subjecto-
8 rum, agens postea ad ipsa non poterat audiri ad
tradita per *Peregrin.* ubi supra *artic.* 40. *num.* 88.
9 ita actores ejus filii, & hæredes, ad regulam *l. cum
a matre C. de rei vindicat.* in puncto *Romun. con-
sil.* 18. *num.* 4. ampliat *Peregrin.* ubi supra *art.* 33.
num. 7.

10 Sed respondebamus primo prædicta non pro-
cedere, quando res evincitur ex natura rei, vel
qualitate inhærente, vel ex præordinatione autho-
ris, ut accidit in præsenti post *Becc. cons.* 24. *n.* 36.
tradit latissimè *Sued. cons.* 70. *n.* 16. *&* 17. *per tot.*

Secundo, quod regula *quem de evictione &c.*
11 non habet locum in hærede fidejussoris, ut est text.
in *l. fin. C. de evistion.*, ut comprobat post alios
Surd. cons. 114. *num.* 24. eleganter *Valusc. Lusitan.
consult.* 69. *num.* 20. *post Pinel. in l.* 1. *de bon. ma-
tern.* 3. *part. n.* 83. *vers. limitatur decimatertia.*

Poterat etiam aliter responderi. Sed cum D.
12 Antonius in Instromento promiserit tantum centum
in casu molestiæ, & evictionis bonorum, oppositum
omnino cessabat, pacta enim attendi debent *l. con-
tendit ff. de regul. jur.* igitur secundum prædictas
resolutiones, sententia dicta cum D. primo Judice,
partes in expensis hujus tamen instantiæ, & causæ
condemnavimus.

Ludovicus Gomesius.

ADDITIO

ARGUMENTUM.

Agitur de theorica *Cuman.* & de ejus principaliori-
bus limitationibus. Regula -- *quem de evictione
tenet actio &c.* -- non militat contra hæredem fi-
dejussoris.

SUMMARIUM.

1 *DEscendentium substitutio intelligitur facta per fideicommissum.*
2 *Contra, quod immo intelligatur facta per simplicem vulgarem.*
3 *Hæc secunda opinio est tenenda pro regula.*
4 *Limitatur hæc regula, si testator usus fuerit verbis denotantibus tractum successivum.*
5 *Hujusmodi autem verba debent respicere personas ipsorum descendentium, alias non receditur a regula.*
6 *Non est tamen necessè, quod dicta verba legantur in ipsa substitutione descendentium.*
7 *Clausula* -- ordine successivo -- *ostendit testatorem cogitasse futurum tempus, & ideò ex ea limitatur theorica* Cuman.
8 *Intellige quando dicta clausula est posita post vocationem descendentium, secus si fuerit posita ante.*
9 *Item receditur a dicta theorica, quando testator imposuit ipsis descendentibus aliquod onus perpetuum.*
10 *Contra, quod hæc conjectura non sufficiat ad inducendum dictam limitationem.*
11 *Sufficiet tamen, quando fuerit imposita pœna caducitatis non adimplenti illud onus, & n.* 13.
12 *Privatio non potest dari sine præcedenti acquisitione.*
14 *Ex digressu ad plures gradus substitutionum oritur alia conjectura pro recedendo a dicta theorica.*
15 *Item ex contemplatione agnationis.*
16 *Et ex simplici desiderio conservandi suum nomen.*
17 *Clausula codicillaris inducit limitationem a dicta theorica.*
18 *Contra juxta aliorum opinionem.*
19 *Prima opinio procedit quando dicta clausula est posita per verba futuri temporis, altera autem quando illa clausula est posita per verba temporis præsentis.*
20 *Clausula codicillaris, si fuerit posita per verba* -- si non valeret &c. -- *dicitur posita per verba temporis futuri.*
21 *Alia de hac materia remissivè ad eundem authorem.*
22 *Quem de evictione tenet actio, eumdem agentem repellit exceptio.*
23 *Hæc regula non procedit contra hæredem fidejussoris.*
24 *Hæc limitatio non reperitur alibi, quam in* l. fin. C. de evictìon.
25 *Dispositio hujus textus est singularis, & mirabilis.*
26 *Doctores non conveniunt in assignanda illius legis ratione.*
27 *Ratio illius legis assignata a Pinello.*
28 *Bartolus rationem repertendam Lectoribus reliquit*
29 *Ratio non omnium reddi potest, quæ a majoribus nostris constituta fuerunt.*

DUas hæc decisio habet partes, in quarum pri-
ma aliqua attingit de iis, quæ a Doctoribus
circumferri solent pro limitatione theoricæ Cuma-
ni, & in altera firmat, in hærede fidejussoris non
procedere regulam *quem de evictione tenet actio &c.*

Quod attinet ad primam partem decisionis,
non levis fuit antiquis temporibus quæstio illa, an
substitutio directa ad plures personas, pluresve gra- 1
dus per nomen collectivum censeretur comprehen-
dere solum vulgarem, vel etiam fideicommissariam.
Et licet *Castrens. in l. Gallus § quidam rectè ff de
liber. & posthum.* crediderit substitutionem prædi-
ctam judicandam esse fideicommissariam, in praxi
tamen, & in omnibus forensibus Tribunalibus præ-
valuit contraria opinio, quod nempè substitutio,
ut supra directa ad plures sub uno, eodemque no-
mine collectivo comprehensos, censeatur vulgaris 2
simplex, ut originaliter contra *Castren.* tenuit *Cuman.*
tam in dicta *l. Gallus §. quidam rectè num.* 7. *&* 8.
de liber. & posthum., quam in *l. cum ita* 33. *§. in
fideicommisso sub num.* 47. *ff. de legat.* 2., ut dixi
in mea *decis. Florent.* 1. *in princ.*

Pro regula ergo tenendum est, ut hærede in-
stituto, exempli gratia, Titio, eique substitutis e-
jus filiis, & descendentibus, horum substitutio
censetur solummodo facta per vulgarem, itaut in
primo ex dictis filiis, vel descendentibus verifica-
ta substitutione, aliorum omnium substitutio eva-
nescat, ut sequendo dictam theoricam *Cuman.* tra-
dunt *Alex. cons.* 105. *num.* 3. *lib.* 1. *& consil.* 185. 3
num. 25. *lib.* 3. *Soccin. Sen. cons.* 249. *n.* 22. *lib.* 3.
Paris. cons. 87. *num.* 25. *lib.* 2. *& cons.* 39. *n.* 7.
lib. 3. *Cravett. consil.* 180. *in fin. Roland. cons.* 34.
num. 62. *lib.* 4. *Gabr. cons.* 121. *num.* 13. *lib* 1.
Menoch. cons. 85, *num.* 54. 67. *&* 84., latè *Cafanat.
cons.* 46. *num.* 18. *& seqq. cons.* 49. *num.* 22. *&
seqq. cons.* 52. *num.* 31. *& seqq. Rrdenasc. cons.* 10.
num. 20. *Fusar. de substitut. quæst.* 382. *num.* 1. *&
plurib. seqq. Molin. de primogenit. Hispan. lib.* 1.
cap. 5. *num.* 26. *&* 27. *versic. his tamen non obstan-
tibus. Card. de Luc. de fideicommiss. disc.* 91. *n.* 3.
disc. 92.

diſc. 92. & 93. utrobique *num.* 2. & 3. & *diſc.* 94.
num. 8. *Joſeph de Roſa conſult* 42. *num.* 4. & 5. *Ro-
dulphin. allegat.* 104. *num.* 7. & *n.* 31. *Palm. alleg.* 46.
a num. 37. & *plurib. ſeqq. Rot. deciſ.* 812. *num.* 2.
coram Seraphin. deciſ. 207. *num.* 1. & 2. & *dec.* 464.
num. 14. & *num.* 17. *coram Ludoviſ. dec.* 129. *n.* 4.
poſt Merlin. de legit. deciſ. 221. *num.* 6. & *dec.* 326.
num. 3. & 6. *par.* 3. *deciſ.* 209. *in fin. par.* 8 *de-
ciſ.* 190. *num.* 8. *par.* 11. *deciſ.* 171. *num.* 11. &
ſeqq. par. 12. *deciſ.* 429. *num.* 5. *par.* 13. *dec.* 47.
num. 1. & *deciſ.* 67. *num.* 3. *in Mantiſs. ad Card.
de Luc. lib.* 10.

Hæc tamen regula, quamvis ſit communiter
recepta, æquè etiam communiter recepta eſt ejus
limitatio, ut ea ſcilicet non procedat, quando ap-
4 pareat teſtatorem in ſua diſpoſitione uſum fuiſſe
verbis tractum temporis ſucceſſivi denotantibus, ne
admittunt ipſe *Cuman. in dict. l. cum ita* §. *in fi-
deicommiſſs num.* 4. *ff. de legat.* 2. *Ancharan. con-
ſil.* 27. *Menoch. conſ.* 220. *num.* 40. *Beniel. conſ.* 6.
num. 41. *Altograd. controv.* 33. *num.* 10. *Manſ. con-
ſult.* 66. *num.* 7. *Palm. allegat.* 49. *num.* 6. *Rodul-
phin. alleg.* 105. *num.* 13. & *alleg.* 108. *num.* 4. &
ſeqq. Fuſar. de ſubſtitut. quaſt. 382. *num.* 52. & *con-
ſil.* 191. *num.* 12. *Molin. de primogen. Hiſp. lib.* 1.
cap. 3. *num.* 17. *Torr. de primogen. Ital. lib.* 2. *q.* 34.
num. 5. idem *variar. jur. quaſt. lib.* 3. *miſcell. p.* 2.
tit. 12. *quaſt.* 76. *num.* 4. *Surd. deciſ.* 346. *n.* 22.
Grivell. deciſ. 18. *num.* 54. & *ſeqq. Adden. ad Gre-
gor. deciſ.* 207. *num.* 9. *Rot. deciſ.* 81. *num.* 6. *coram
Arguel. deciſ.* 622. *num.* 18. *coram Bich. deciſ.* 338.
num. 4. & 3. & *deciſ.* 1124. *num.* 4. *coram Emerix
Jun. deciſ.* 5. *num.* 4. & 3. *coram Benincaſ. deciſ.* 226.
num. 3. & 4. *par.* 16. *deciſ.* 339. *num.* 4. & *dec.* 353.
num. 7. *par.* 17. *deciſ.* 176. *num.* 4. *par.* 18. *recen. de-
ciſ.* 47. *num.* 2. *in Mantiſs. ad Card. de Luc. lib.* 10.
cum aliis concordantibus in mea *deciſ. Florent.* 1.
num. 3.

Pro recta autem intelligentia hujus limitatio-
nis, notandum eſt, quod verba tractum temporis
ſignificantia, ut ſint apta inducere limitationem theo-
ricæ *Cuman.* debent reſpicere perſonas ipſorum de-
ſcendentium, nam ſi reſpiciant ſolas perſonas pri-
5 mo loco vocatas, ut ſi fuerit dictum -- *inſtituo Ti-
tium, eique quandocumque morienti ſubſtituo ejus
deſcendentes* -- non erit recedendum a dicta theo-
rica *Ruin. conſ.* 102. *num.* 8. *lib.* 2. *Cravett. con-
ſil.* 131. *num.* 4. *Rimin. Jun. conſ.* 371. *n.* 162. *Ro-
dulphin. alleg.* 104. *num.* 16. & 17. *Peregr. de fi-
deicommiſſ. artic.* 18. *num.* 23. *Rot. deciſ.* 496. *n.* 7.
coram Cavaler. deciſ. 33. *num.* 6. *coram Ubald. de-
ciſ.* 129. *num.* 3. *poſt Merlin. de legitim. deciſ.* 24.
num. 11. *coram Celſ. deciſ.* 110. *n.* 15. *coram Royas
deciſ.* 516. *num.* 13. *coram Cerr. deciſ.* 47. *num.* 5.
& 6. *in Mantiſſ. ad Card. de Luc. lib.* 10.

Si verò dd. verba tractum futuri temporis ſi-
gnificantia directa ſunt ad perſonas ipſorum de-
ſcendentium, limitationem theoricæ *Cuman.* ſem-
per inducunt, nec eſt neceſſè ad hunc effectum,
6 ut eadem verba legantur appoſita in ipſa deſcen-
dentium ſubſtitutione, de qua agitur, ſed ſufficit,
quod deſumantur etiam ex aliis partibus teſtamen-
ti, ut appoſitè notant *Natta conſ.* 531. *n.* 28. *Bel-
lon. Jun. conſ.* 11. *num.* 13. *Rodulphin. allegat.* 54.
num. 14. *Torr. variar. jur. quaſt. lib.* 3. *miſcellan.
par.* 2. *tit.* 12. *quaſt.* 76. *num.* 45. *Rot. deciſ.* 266.
num. 13. & *ſeqq.* & *deciſ.* 320. *num.* 12. & *ſeqq.
par.* 1. *recent. deciſ.* 34. *n.* 3. *coram Arguell.*

Dicitur teſtator conſideraſſe tractum tempo-
ris ſucceſſivi, ſi in ſuo teſtamento adhibuit clau-
7 ſulam -- *ordine ſucceſſivo* -- ut ponderando dictam
clauſulam ad præciſum effectum limitandi theori-
cam *Cuman.* tradunt *Gratian. diſcept. for. cap.* 386.
num. 18. *Saminiat. controv.* 101. *num.* 3. *Bonden col-
lect. legal.* 50. *num.* 117. *lib.* 1. *Fuſar. de ſubſtitut.
quaſt.* 382. *num.* 55. *Caſtill. quotid. controv. lib.* 5.
cap. 93. § 12. *num* 1. & *plurib. ſeqq. de Luc. de
lin. legal. par.* 1. *art.* 15 *ſub num.* 16. *Mart. de
ſucceſſ. legal. par.* 1. *quaſt.* 21. *art.* 1. *num.* 28. &
ſeqq. Mart. Med. deciſ. Senen. 16. *num.* 55. *Palm.
deciſ.* 263. *num.* 45. *deciſ.* 313. *num.* 3. *coram Ubald.
deciſ.* 337. *num.* 1. *coram Celſ. deciſ.* 420. *num.* 7.
par. 13. *recent.*, quæ concluſio licet aliquam pati
poſſit difficultatem, quando dicta clauſula eſſet
poſita inter perſonas primo loco nominatim voca-
tas, & illas vocatas ſub nomine collectivo, quip-
pe quia hoc caſu cenſeri forſan poſſet ordo ſucceſ-
ſivus volitus ſolummodo inter inſtitutum, & ſub-
ſtitutos, nullam ſanè admittit ambiguitatem, quan-
do eadem clauſula legitur poſita poſt collectivam
deſcendentium vocationem, ut diſtinguendo fir-
mant *Bonden. dict. collect. legal.* 30. *num.* 117. *lib.* 1. 8
Fuſar. de ſubſtitut. quaſt. 382. *ſub num.* 58. *verſic.
ſed tamen advertendum eſt. Rot. deciſ.* 87. *n.* 11. &
ſeq. coram Roxas, cum aliis a me relatis in dicta
mea *deciſ. Florent.* 1. *num.* 9.

Itidemque dicitur teſtator conſideraſſe tractum
temporis futuri, quando deſcendentibus collectivè
vocatis impoſuit aliquod onus perpetuo duraturum, 9
ut in hac eadem ſubjecta materia docuit *Ancharan.
conſ.* 27. quem ſequuntur *Fuſar. conſ.* 24. *n.* 37.
& *ſeqq. Balduct. ad Ramon. obſerv.* 16. *n.* 20. *Con-
ciol. alleg.* 13. *num.* 23. *Manſ. conſult.* 66. *num.* 8. &
conſult. 131. *num.* 18. *Rodulphin. alleg.* 54. *num.* 16.
Card. de Luc. de fideicomm. diſc. 228. *num.* 4. *ver-
ſic. quarto. Baitell. de ultim. volunt. dec.* 12. *n.* 188.
Rot. deciſ. 424. *num.* 7. *coram Bich. deciſ.* 16. *n.* 16.
& *ſeq. coram Arguell. deciſ.* 338. *num.* 10. *coram
Emer. Jun. deciſ.* 581. *num.* 6. *par.* 19. *recent. de-
ciſ.* 3. *num.* 12. *coram Benincaſ.*

Hæc tamen conjectura ſi ſola ſit, & ex ver-
bis teſtamenti clarè appareat, quod ſubſtitutio de-
ſcendentium facta fuerit per vulgarem, non erit
apta dictam ſubſtitutionem convertere in fideicom-
miſſariam, ſed ea remanebit in ſuo eſſe vulgaris, 10
& deſcendentes dici deberent gravati retento eo-
dem schemate ſubſtitutionis vulgaris, quatenus ſci-
licet ipſi ex vulgari ſuccedant, ut notarunt *Alex.
conſ.* 24. *ſub num.* 6. *lib.* 3. *Peregrin. conſ.* 29. *n.* 12.
lib. 2. & *de fideicommiſſ. art.* 12. *num.* 19. *Rot. de-
ciſ.* 62. *num.* 17. *ad ornat. Cardin. de Luc. de fidei-
commiſſ.*

Intellige autem hanc poſtremam concluſio-
nem reſtrictivam prædictæ conjecturæ ex perpetui-
tate oneris reſultantis, ut illa procedat in ſolo 11
caſu oneris ſimpliciter injuncti, in quibus termi-
nis loquuntur authoritates mox allegatæ. Sed ſi
teſtator non contentus oneris adjectione, progreſ-
ſus fuerit ulterius ad comminandam caducitatem,
& privationem iis deſcendentibus, qui in adjecti
oneris implemento minus diligentes eſſe contingat,
tunc cum caducitas, & privatio dari non poſſit ſi-
ne præcedenti acquiſitione *Cyriac. controv.* 99. *n.* 50. 12
& *ſeq. controv.* 302. *num.* 43. *Magon. dec. Luc.* 39.
num. 9. *Rot. deciſ.* 605. *num.* 1. & *ſeqq. coram Bich.*
onus hoc modo injunctum cum pœna caducitatis
in caſu inadimplementi erit validiſſima conjectu- 13
ra pro ſuadendo regreſſum a theorica *Cuman.* ut in
his terminis ponderant *Palm. alleg.* 389. *num.* 13.
Card. de Luc. de fideicomm. diſc. 92. *n.* 3. *verſ. ſe-
cundo. Torr. var. jur. quaſt. lib.* 3. *miſcellan. p.* 2.
tit. 12. *quaſt.* 76. *num.* 23. & 24. *Rot. dec.* 54. *n.* 23.
coram Arguel., & dixi ego in mea *deciſ. Floren.* 1.
num. 26.

Validiſſimum quoque argumentum pro conii-
cienda teſtatoris voluntate ad tempus futurum, &

ſic pro

sic pro inducendo limitationem theoricæ *Cuman.* habebitur tam ex digressu ad plures gradus substitutionum, cum imperceptibile sit quodammodo,
14 testatorem voluisse prælongam substitutionem seriem a se ordinatam expiraturam, & evanidam remansuram fore illicò post admissionem primi descendentis *Cephal. cons.* 416. *in fin. lib.* 4. *Fusar. de substitut. quæst.* 437. *num.* 95. *Rot. decis.* 315. *n.* 4. ibique *Adden. num.* 16. *& seqq. coram Gregor. decis.* 313. *num.* 3. *coram Ubald, decis.* 113. *num.* 15. *coram Ottobon. decis.* 146. *num.* 8. *par.* 1. *dec.* 424. *num.* 2. *par.* 2. *decis.* 385. *num.* 32. *par.* 9. *recent. decis* 37. *num.* 10. *decis.* 38. *num.* 7. *& decis.* 39. *num.* 19. *in Mantiss. ad de Luc. lib.* 10., quam ex
15 voto conservandi agnationem ab eodem testatore præ oculis habito *Soccin. Sen. cons.* 250. *num.* 14. *lib.* 2. *Curt. Jun. cons.* 16. *num.* 7. *Rot. decis.* 320. *num.* 18 *par.* 1. *decis* 649. *num.* 2. *& seq. part.* 4. *tom.* 3. *decis.* 378. *num.* 8. *par.* 16. *recent.* immo non solum limitatur prædicta theorica *Cuman.* ex contemplatione agnationis, sed etiam quando te-
16 stator sollicitus fuit de simplici sui nominis, & memoriæ conservatione, ut tradunt *Ludov. Bell. consil.* 52. *num.* 11. *& seqq. Ramon. cons.* 15. *num.* 40. *Giovagnon. cons.* 36. *num.* 23. *& seqq. & num.* 35. *lib.* 2. *Rodulphin. alleg.* 54. *num.* 15. *Torr. de primogenit. Ital. lib.* 1. *cap.* 38. §. 4. *num.* 81. *Thesaur. decis* 270. *num.* 10 *Rot. decis.* 48. *num.* 1. *in Mantiss. ad Card. de Luc. lib.* 10.

De clausula codicillari, quæ in hac *decis. n.* 5. ponderatur ad effectum limitandi theoricam *Cuman.*
17 non una est Doctorum opinio, an ea sit apta talem limitationem inducere. Alii enim absolutè affirmant, ut sunt *Soccin. in l. Gallus* §. 1. *erga fin. ff. de liber. & posthum.* Idem in *cons.* 14. *& cons.* 144. *lib.* 1. *Cravett. cons.* 22. *num.* 8. *& cons.* 210. *n.* 4. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 71. *n.* 36. cum aliis, quos sequitur *Rot. decis.* 8. *num.* 9. *cor.*
18 *Ubald.*, & alii absolutè negant, ut sunt *Dec. consil.* 248 *num.* 8. *Alciat. cons.* 5. *num.* 39. *lib* 4 *Laderch. cons.* 92. *num.* 17. *Anguis. cons.* 38. *num.* 7. *& 8. Petra de fideicommiss. quæst.* 5. *num.* 168. *Rot. decis.* 107. *num.* 6. *coram Ludov. decis.* 33. *num.* 9. *coram Ubald.*, ubi receditur a *decis.* 8. mox allegata.

Ex duabus hisce opinionibus, quæ e diametro inter sese contrariæ videntur, postrema procedit,
19 quando dicta clausula est apposita per verba præsentis temporis, & viceversa prima opinio locum sibi vindicabit, quando eadem clausula est apposita per verba futuri temporis, & quando aliæ conjecturæ concurrunt, ut distinguendo tradunt *Cravett. cons.* 22. *num* 8. *Gratian. discept. forens. cap.* 774. *num.* 38. *& 39. Andreol controv.* 368 *num.* 8. *& 9. Rodulphin. allegat.* 105. *num.* 8 *& 13. Fusar. de substitut. quæst.* 479. *num.* 19. *Peregrin. de fideicomm. ff. artic.* 18 *sub num.* 12. *& art.* 19. *sub n.* 19. *Rot. Florent. apud Palm Nep. decis.* 354. *num.* 8. *& decis.* 464. *num.* 45 *Rot. decis.* 26. *num.* 34 *& seq. coram Arguel. decis* 97. *num.* 13. *par.* 4. *recent.*,
20 & nota obiter, quod dicitur apposita per verba futuri temporis non solum si dictum fuerit -- *si non valebit &c.* -- sed etiam si fuerit dictum -- *si non valeret* -- ut ex *Gratian. discept forens. cap.* 774. *n.* 38. *& 39. Baitell. de ultim. volunt. decis.* 2. *num.* 431. dixi ego in mea *decis. Senen.* 31. *num.* 67.

Atque hæc breviter notasse sufficiat circa primam hujus decisionis partem, quæ cum contineat materiam apud singulos ferè Doctores frequentissimè tractatam, operæpretium non censui longio-
21 rem super ea sermonem habere, maximè cum ego ipse de hac eadem materia plura dixerim in meis decisionibus, & præsertim inter *Senen. decis.* 31. *& decis.* 35. §. 1. & inter *Florent. decis.* 1. *& decis.* 31. *& decis.* 81. *& in addit. ad decis.* 36 *n.* 1. *& seqq.* supra impressa hoc eodem volumine.

Descendendo modo ad alteram hujus decisio- 22
nis partem, præmissa regula, quod is, qui pro alicujus rei evictione tenetur, nequit agere pro ejusdem rei vendicatione, quæ exprimitur in hæc verba - *quem de evictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio* -- ad text. in *l. vendicantem ff. de eviction. Palm. alleg.* 378. *num.* 30. *Rot. decis.* 2120. *num.* 4. *coram Coccin. decis.* 686. *num.* 1. *coram Cerr. decis.* 525. *num.* 3. *& decis.* 526. *n.* 14. *par.* 18. *decis.* 393. *in fin & decis.* 607. *num.* 10. *par* 19. *recent. decis.* 15. *num.* 10. *in Mantiss. ad Card. de Luc. lib.* 8. Firmatur in hac decisione prædictam regulam non procedere contra fidejussoris hæredem, qui quantumvis teneatur pro evictione rei, cujus venditioni ejus author tanquam fidejussor accessit, non tamen prohibetur eamdem rem suo jure, & nomine vindicare, ut est text. expres- 23
sus in *l. fin. C. de evict.* ibi -- *Hæredem fidejussoris rerum pro quibus defunctus apud emptorem intercesserat pro venditore, factum ejus, cui successit ex sua persona dominium vendicare non impedit, scilicet evictionis causa durante actione* -- & tradit *Mangil. de evistion. quæst.* 54. *num.* 9.

Dispositio hujus textus, quam non esse alibi 24
in toto juris corpore asserit summator ad d. *l. fin.* ibi -- *iste casus non est alibi* -- quamqua modo singularem, modo mirabilem appellant Doctores o- 25
mnes super illa lege scribentes, quos recenset *Velasc. consult.* 69. *num.* 20. *Pinel. ad l.* 1. *C. de bon. matern par.* 3. *sub num.* 83. *pag. mihi* 384. *erga fin. Surd. cons.* 114 *num.* 22. *& seqq.* excitavit eorumdem Doctorum studia ad investigandam ejusdem dispositionis rationem, in cujus indagatione illorum ingenia adeo contorsit, ut nemine ipsorum sese devictum sentiente a ratione per alterum assignata, novam quilibet e suo ingenio rationem studuit excogitare, ita ut quot ferè sunt Doctores, qui super illa lege scripserunt, tot sunt diversæ rationes, quæ in comprobationem ejusdem legis afferuntur, quas tamen omnes, & singulas refert, & 26
reiicit *Pinel.* loco citato *pag.* 385. *vers. circa rationem vero, & intellectum*, qui aliorum Doctorum inhærendo vestigiis, aliam credidit assignari posse rationem ab omnibus aliis diversam, *dict. pag.* 385. 27
ibi -- *Videretur igitur aliquo colore dicendum, esse diversam rationem inter venditorem, & fidejussorem, venditor enim rem ut suam vendit, unde nec ipse, nec hæres debet rem ab emptore avocare, quia esset evidens repugnantia. Fidejussor autem accedit pro interesse sequuta evictione, & rem non suam esse magis fateri videtur, unde ejus hæres facilius ad rem vendicandum admittitur.*

Quod si neque hanc rationem a prædicto Doctore assignatam tua approbatione, lector studiosè, dignam reperias, scias velim tibi ipsi licere rationem aliquam de novo investigari, juxta monitum *Bartol.* qui fortasse rationem congruam hujus di- 28
spositionis non adinveniens, in repetitione hujus legis ita scriptum reliquit -- *est casus, quem nescio alibi, rationem autem hujus legis investiga per te* -- sique post diuturnam investigationem aliquid adhuc dubii superererit in vera illius ratione assignanda, non per hoc tamen non debebimus ejusdem legis dispositionem assueta veneratione excipere, at- 29
que observare in casuum contingentiis, quia -- *non omnium, quæ a majoribus constituta sunt ratio reddi potest* -- sunt verba textus in *l. non omnium ff. de leg.*, & tradit *Rot. decis.* 42. *in princip. coram Ausald.*

Pl.

P I S A N A
Fideicommiſſi.
1. *Januarii* 1605. *ex Lib. Mot.* 88. *a* 173.

ARGUMENTUM.

Teſtator diſponens ad favurem ſuæ lineæ, eippi, vel dumus intelligitur de ſua linea ſpeeiali, nun de generali, maximè ſi alii de generali linea, cognumine, & inſignibus ſior diverſi a ſpeelali linea teſtatoris, & ſi contra illos ſit obſervantia.

SUMMARIUM.

1 *TEſtator ſi vocavit cippum ſuum in principio, & in fine, & in medio ſe non declaravit, de ſuo cippo intelligitur loqui voluiſſe.*
2 *Pradecedentia declarant ſubſequentia, & econtra.*
3 *Teſtator in principio, & in fine loquens de maſculis, intelligitur fuiſſe locutus de maſculis, etiam in medio.*
Et de ratione n. ſeq.
4 *Una pars teſtamenti aliam declarat.*
5 *Pronomen me..m adjectum cippo, ſeu lineæ reſtringit ſignificationem ad cippum, ſeu lineam teſtatoris.*
6 *Verba declarantur ad limites adjectæ rationis, quæ interpretatur, & ampliat diſpoſitionem.*
7 *In fideicommiſſis magis attenditur ratio, quam verba.*
8 *Ratio eſt medulla diſpoſitionis, & declarat leges, ſtatuta, fideicommiſſa, & omnes diſpoſitiones.*
9 *Mens magis ex ratione, quam ex verbis deducitur.*
10 *Poſſeſſori ad excluſionem actoris ſufficit dicere ſubſtitutio de te non loquitur.*
11 *Qui dicit ſe vocatum concludentiſſimè probare debet, nec relevat probatio dubia.*
12 *Exceptio non juris agentis non eſt de jure tertii.*
13 *Poſſeſſor poteſt opponere etiam exceptiones de jure tertii, & de ratione num. 14.*
14 *Non curamus de jure poſſeſſoris, ſi non conſtat de jure actoris.*
15 *Diverſitas familiæ probatur ex diverſitate cognominum.*
16 *Qui diverſè cognominantur non veniunt appellatione domus, vel cippi teſtatoris.*
17 *Item probatur diverſitas familia ex diverſitate armorum.*
18 *Amplia etiamſi diverſitas ſit modica.*
19 *Item ex diverſitate originis, & progeniei.*
20 *Unuſquiſque ex fratribus propriam lineam facit.*
21 *Deſcendentes ex duobus fratribus dicuntur de eadem agnatione habito reſpectu ad avum, vel proavum, ſed non dicuntur de eadem linea.*
22 *Nec veniunt in fideicommiſſo, in quo teſtator vocavit proximiores de ſua linea.*
Et de ratione num. 23.
24 *Item diverſitas arguitur ex diſcretivo modo loquendi.*
25 *Conſuetudo teſtatoris attendenda eſt ad interpretanda verba, & mentem ejus diſpoſitionis.*
26 *Mos regionis comprobat diverſitatem familiæ.*
27 *Teſtator loquens de ſua linea, ſeu columnello, intelligitur de effectiva, non de contentiva.*
28 *Obſervantia ſubſecuta eſt optima interpres diſpoſitionum teſtatoris.*
29 *Et talis intelligitur fuiſſe voluntas, qualis fuit ſubſecuta obſervantia.*
30 *Condemnatio in expenſis ſecunda inſtantia facienda eſt ex conſtitutione Rotæ Florentinæ, quando confirmatur ſententia Judicis a quo.*

DECISIO LI.

In Cauſa Chelini, e Abrami.

DOmini firmarunt duas conelufiones; primo ſubſtitutionem, de qua agitur intelligi de cippo, linea, & progenie de Chelinis, quamvis non fuerit nuneupatim expreſſum iſtud eognomen de Chelinis; ſecundo cippum, & progeniem de Chelinis eſſe diverſum a eippu, & progenie de Abramis, & propterea confirmarunt ſententiam D. Judieis Quarteriorum abſulvendu D. Thomam a petitis.

Quo ad primum ponderabant Domini verba teſtamenti, & rationem in eo appoſitam, Petrus enim de Chelinis teſtatur ſubſtituit in hæc verba -- *Domum prædictam lego, judico, & relinquo ſeniori mihi in gradu propinquo cippi, & progeniei mea* -- & paulu poſt -- *Dictam domum lego ſeniori dicti mei cippi, & progeniei*, & in fine ſubdit -- *Et deficiente tota mea linea dicti mei cippi, & progeniei, dictam domum lego, Officialibus domus Miſericordiæ Civitatis Piſarum, ſalvo, & excepto, quod nolo, quod dictus Antonius, nec alii mei cippi, & progenies, nec dicti Officiales poſſint dictam domum alienare, quia magnopere cupio, quod dicta domus dicatur ſemper fuiſſe, & eſſe illorum de Chelinis.*

Ex quibus manifeſtè patet, quod illa verba
-- *cippi, & progeniei mea* -- exprimant cippum, &
prugeniem de Chelinis, quia eum teſtator in prio-
ripiu nominet ſe de Chelinis, & in fine dicat,
quod magnupere cepit, quod domus dicatur ſem-
per de Chelinis, ſequitur, quod dictum legatum, &
fideicommiſſum dictæ dumus pusitum in medio ad
favorem ſeniuris de ſuu eippo, intelligitur de cip-
po de Chelinis, quia talia intelligantur eſſe media,
qualia ſunt extrema *Tiraquel. de præſcript § primo* 1
gloſſ. unic. col. 2. *in fin.*, & ex extremis probantur
media *Calcan. conſ.* 32. *num.* 3. *Maſcard. concluſ.* 730.
in princip. & Tiraquell. loco eitato, & præcedentia
declarant ſequentia, & econtra, vulgata *l. ſi ſer-* 2
vus plurium ff. de legat. 1. *l. qui filiabus*, & ibi *Jaſ.*
de legat. 1. ſicut dicimus, quod ſi teſtatur io prin-
cipiu, & in fine teſtamenti loquutus eſt de maſcu-
lio, ſi io medio loquatur ſimplieiter de filiis, in- 3
telligitur de maſculis, quia una pars teſtamenti
aliam declarat *Thob. Non. conſ.* 36. *num.* 9. *verſic.* 4
ergo dum in ſubſequenti, & *num.* 17. *per tot.*, &
num. 18. *Honded. conſ.* 8. *num.* 30. *verſ. cum igitur*
lib. 2. & *conſ.* 57. *num.* 10. *verſ. tertio eadem in-*
tentio lib. 1. & *num.* 33. *verſic. & licet Abb.* ubi
ſine ſcrupulo admittit hanc eonelufionem in mul-
tis eaſibus, qui benè ad propoſitum poſſunt ap-
plicari *Abb. conſ.* 36. *num.* 3. *lib.* 1. cum aliis latè
deductis per *Non.* locu eitato.

Et denique, quia illud pronomen *meum* toties
repetitum, & ineulcatum in ſupradicta expreſſione 5
cippi, & prugeniei, & præſertim in illis verbis
-- *tota mea linea dicti mei cippi* -- reſtringit ſigni-
ficationem ad cippum de Chelinis, & ad deſeenden-
tes a Chelino, a quo nomen de Chelinis ſumpſit
initium, ut tradit *Nell. in ſuo tract. bannitor. in*
prima par. prim. tempor. num. 9. *verſ. propter pro-*
nomen ſuum, vel meum. Turret. conſ. 49. *num.* 3. 4.
& 6. *lib.* 3.

Sed uptimè umnium probatur iſta concluſio ex prædicta ratione, quia ſeilicet vult, quod domus ſemper dicatur de Chelinis, ſi enim priora illa verba -- *de cippo, & progenie mea* -- non intelligerentur de eippo, & progenie de Chelinis, ine-

pta prorsus esset ratio ista, quud non est dicen-
dum, sed potius ex ea declaranda sunt dicta ver-
ba ad limites rarionis, quia ratio interpretatur, &
6 ampliat dispositionem, & mentem probat *Honded.*
cons. 4. *num.* 88. & *cons.* 29. *num.* 75. *lib.* 1., & in
7 fideicommissis magis attendirur ratio, quam ipsa
verba, ut per eumdem *Honded. cons.* 71. *num.* 36.
eodem lib., est enim ratio medulla dispositionis, &
a ratione ampliantur, restringuntur, & declaran-
tur statuta, leges, fideicommissa, & omnes aliæ
8 dispositiones, ut latè per *Tiraqeil. in tract. cessan.*
caus num. 130. ubi de more exornat, & mens ma-
9 gis deducitur ex ratione, qu m ex verbis *Fab.*
Turrett. cons. 52. *num.* 13. *lib.* 1.

Ex quibus Domini habuerunt pro absoluto
substitutionem hanc loqui de illis de Chelinis, &
per eam censeri vocatos seniores de cippo, & pro-
genie de Chelinis, inferentes propterea, quod ad
exclusionem D. Actoris de Abramis satis fuisset di-
cto D. Thomæ possessori dicere sobstitutio de te
non loquitur, quia regula est universalis, & vera
in materia substiturionum, quod ad victoriam suf-
10 ficit possessori dicere substitutio hoc casu non lo-
quitur *Soccin. Sen. consil.* 62. *num.* 4. & *consil. seq.*
num. 14. & *consil.* 116. *num.* 6. *lib.* 3. *Soccin Jun.*
consil. 103. *num.* 23. *lib.* 1. *Mantic. de conject. ult.*
volunt. lib. 5. *tit.* 1. *num.* 18. *Honded. cons.* 78. *n.* 10.
lib. 1. & *consil.* 55. *num.* 23. *lib.* 2. *Decian. resp.* 54.
num. 1. *lib.* 2. *Rolan. cons.* 56. *num.* 4 *vol.* 3. *Bur-*
satt. consil. 337. *num.* 4. *lib.* 3., ubi de communi,
& qoi dicit se vocatum debet evidentissimè proba-
re, nec relevat probatio dubia *Honded. consil.* 55.
11 *n.* 78. latissimè *Simon de Prat. consil.* 122. *num* 9.
Bursatt. dict. cons. 337. *num.* 4., & omnes alii su-
pra citati.

Nec dicitur exceptio de jure tertii, sed dici-
12 tur exceptio non juris agentis, quia concludit a-
gentem non habere actionem, & si esset de jure
tertii, adhuc posset opponi, quia excludit agentem,
etiam tertio nolente, ut in terminis respondet *De-*
13 *cian. in allegat. resp.* 54. *num.* 7. *vers. neque huic*
fundamento lib. 2. *Honded. consil.* 4. *num.* 105. *ver-*
sic. et stantibus prædictis lib. 1. & *num.* 107., ubi
firmat licitum esse opponere de defectu juris acto-
ris, & de jure tertii, ne reus sua possessione pri-
vetur, & est regula vulgata, quod non curamus de
14 jure possessoris, si non constat de jure petitoris.
l. fin, & ibi *Bart. Bald.*, & alii *C. de rei vindic.*

Sed in proposito pro parte dicti D. Thomæ
fuit etiam plenè probatum, quod substitutio non
loquitur de illis de Abramis, quia cippus, linea,
& progenies de Abramis est diversa a cippo, li-
nea, & progenie de Chelinis juxta secundam con-
clusionem in principio positam, quam Domini ha-
buerunt pariter pro verissima ex pluribus.

Primo ex diversitate ipsa cognominum, cum
15 alii de Chelinis, alii de Abramis appellentur *l. si*
idem tum Cod. de codicill., & in puncto, qood illi,
qui non eodem, sed diverso cognomine cognomi-
nantur, non veniant appellatione domus testatoris,
16 & consequenter minus veniant appellatione cippi
domus, & quod propterea non admittantur vigo-
re dictæ substitutionis firmat nuncupatim *Corn.* vi-
dendus *consil.* 41. *num.* 11. *versic. & ideo*, & *ver-*
sic. posset ex hoc capite lib. 4. *fol. mihi* 53.

Secundo ex diversitate armorum, sive insi-
17 gnium, quando enim aliqui cognominantur diver-
so cognomine, & utuntur diversis armis, tunc sine
difficultate admittunt omnes, quod dicuntur de
diversa agnatione, & de diversa linea, & proge-
nie *Corn. dict. cons.* 41. *num.* 11. & 12. *Simon de*
Prat. de interpret. ultim. volunt. lib. 3. *interpr.* 3.
dub. 1. *solut.* 11. *num.* 19. *Menoch. de præsumption.*
lib. 4. *præsumpt.* 88. *num.* 17. *Vivius dec.* 324. etiam 18
si diversitas armorum esset modica *Cassan in catal.*
glor. mund. in pr. par. concl. 21. & 23. cum aliis
deductis per excellentissimum D. *Lunardum* in suis
elegantissimis motivis.

In proposito autem diversitas est magna, non
parva, nam ut legitur, in visitatione dictæ domus,
& descriptione facta de armis positis in domo di-
cti testatoris, & de armis positis in domo actoris,
arma testatoris de Chelinis, sunt Aquila in parte
superiori, caput armatum in parte inferiori, &
sbarra in medio; arma vero de Abramis sunt A-
quila in campo aureo in parte superiori cum stel-
la aurea supra dictam Aquilam, & tres stellæ au-
reæ in campo turchino subtus Aquilam, & una stel-
la subtus dictas tres stellas.

Tertio ex diversitate originis, & progeniei a 19
testatore consideratæ, quia Chelini, & Abrami
trahunt originem a duobus fratribus, quorum al-
ter Chelinus, alter Abramus vocabatur, ut patet
ex arbore, duo autem fratres duas constituunt li-
neas, & unusquisque ex fratribus propriam lineam
facit. *Dec. cons.* 379. *num.* 4. *versic. quia unusqui-* 20
sque. Nell. loco citato *num.* 9. *circa fin. vers. sed*
unusquisque fol. mihi 206., & descendentes ex uno
non dicuntur de linea alterius nec contentivè, nec
effectivè, sed dicuntur de linea diversa, quia qua-
libet linea incipit a suo stipite, sicut a limite ho-
spitii inchoantur diversæ viæ, ita egregiè *Bald.*
omnino videndus, qui decidit hanc quæstionem
in *cons.* 334. *incip. in quæst. quæ vertitur num.* 9.
usq. ad fin. lib. 3., & præcipuè circa medium illius
numeri *vers. est & alia linea*, ubi concludit, quod 21
licet descendentes a duobus fratribus possint dici
de eadem agnatione, habito respectu ad avum, vel
proavum, tamen non possunt dici de eadem linea,
quia descendunt ex diversis principiis, & quod 22
non comprehenduntur sub fideicommisso, in quo
testator vocat proximiores de sua linea, & de sua
progenie, quia testator non respexit ad illam a-
gnationem in genere, nec de tali linea curavit, sed
respexit ad lineam propriam, sive ut ipse loquitur
ad lineam substantiæ, non qualitatis, si enim inci-
peremus ab Adam omnes essemus de una linea, &
de uno cippo, sed incipimus ab eo, a quo linea,
de qua loquitur testator trahit originem, ut la-
tius ibi per eum, qood optimè confirmatur ex
traditis per *Bartol. consil.* 55. *lib.* 2., ubi ex 23
facto respondet, quod proavus est caput dua-
rum linearum, prout in proposito nostro fuit Pe-
trus de Capannulis, & ex quacumque quis descen-
dat, descendit a proavo, non tamen dicitur de il-
la linea, de qua loquitur testator descendens ab uno
ex filiis dicti proavi, & vocans eos de sua linea,
& progenie, quia proavus est caput duarum linea-
rum, & testator vocat eos, qui sunt de sua linea,
non eos, qui sunt de linea proavi, ut clarè, & ad
oculum ostendit *Bart.* loco citato, ponendo arbo-
rem, & figuram, & ex ejus dictis resultat pariter
decisio casus nostri.

Quarto ex consuetudine testatoris, & ex con- 24
suetudine regionis, testator enim in ipsomet testa-
mento, in quo fecit substitutionem prædictam, fe-
cit etiam plura legata, & quando legavit descen-
dentibus ab Abramo cognominavit eos de Abra-
mis, & quando legavit descendentibus a Chelino
cognominavit de Chelinis.

Legavit enim Antonio de Chelinis, Francisco
Raphaelis de Chelinis, & Barbaræ de Chelinis. Item
Bastiano Andreæ Abrami, sorori Sanctæ Jacobi A-
brami, & Chelino Michaelis Angeli Abrami.

Ex quibus patet, quod habuit istas progenies,
& istas lineas pro diversis, cum omnes essent sibi
conjun-

conjuncti eodem gradu, & omnes descenderent ab eodem Petro de Capannulis, & nihilominus conjunctos ex linea sua de Chelinis vocavit de Chelinis, & ex linea Abrami vocavit de Abramis.

Certi autem juris est, consuetudinem testatoris maximè attendendam esse ad interpretanda ver-
25 ba, & mentem suæ dispositionis *Gloss. in dict. l. si servus plurium §. fin. in vers. consuetudo ff. de legat. 1.*, & ibi *Jas. num. 7. Roman. cons. 179. n. 5. Alex. cons. 197. num. 7. lib. 6. Barc. in l. Centuris num. 27. ff. de vulgar.* de communi *Socc. Jun. consil. 51. num. 9. lib. 4. Mantic. de conject. lib. 3. tit. 9. num. 3.* ubi consuetudinem loquendi testatoris in primis spectandam esse dicit.

In loco pariter cognominatio prædicta diversa est usque de anno 1502. ut legitur in quadam scriptura dicti anni in illis verbis -- *electi a Sancte olim Abeami* -- & in alia scriptura anni 1519. in illis verbis -- *Sancti Abeami* -- & in aliis scripturis recentioribus pater dicti D. Actoris cognominatur pariter de Abramis.

Econtra illi de linea, & progenie Chelini cognominati fuerunt de Chelinis, ut in instrumento anni 1554. in illis verbis -- *domus haredum Presbyteri Petri Chelini*, & paulo post *Julia olim Ni-*
26 *colai Chelini*, mos igitur regionis diversitatem eamdem comprobat ad tradita per eumdem *Mantic. dict. lib. 3. tit. 9. num. 7.*

Quinto ex diversitate columnelli de Chelinis a columnello de Abramis. Ista enim diversitas efficit, quod si omnes tam Chelini, quam Abrami essent de una, & eadem familia [quod tamen dici non potest in casu nostro, cum nullum sit cognomen generale, sub quo ponantur dicta cognomina specialia] adhuc tamen non dicerentur vocati illi, qui sunt de columnello de Abramis, sed illi tantum, qui sunt de proprio stipite, & columnello testatoris, & de proprio ejus ramo, & de familia ipsius
27 speciali, non generali *Curt. Sen. cons. 40. num. 13. Paris. consil. 51. num 10. vol. 2. & consil. 1. n. 59. & seqq. vol. 3. Menoch. consil. 30. num. 13. vol. 1. & consil. 633. num. 9. & cons. 732. num. 41. Dec. consil. 320. num 3. & 5*, & faciunt allegata *consil. Bart. Bald. & Dec.* in proximo fundamento.

Sexto, & ultimo comprobatur ista veritas ex observantia subsequuta, cum enim alias venerit casus fideicommissi dictæ domus, & superessent personæ utriusque lineæ de Chelinis, & Abramis ad-
28 missos fuit una de Chelinis, excluso patre D. Actoris de Abramis, observantia autem subsecuta est optima interpretatio *Alb. consil. 334. n. 15.*, & sufficit probare, quod alias fuit ita observatum *Marant. de ord. Jud. in 3. par. num. 128. versic. quanda ergo esset.* Et talis intelligitur fuisse voluntas, qualis fuit subsequens observantia *l. Julianus §. proin-*
29 *de ff. ad Maced.*, & quod multum operetur, neque recedendum sit ab observantia, tradit latissimè *Joseph Ludov. conclus. 38. per tot. Add. ad Alb. consil. 428. sub num. 10.*

Ex quibus virtualiter remanent etiam sublata ea omnia, quæ in contrarium deducta fuerunt.

Condemnavimus partem in expensis hujus in-
30 stantiæ tantum propter constitutionem Rotæ, quæ ita mandat, quoties confirmatur sententia Judicis a quo.

Alexander Zilocchius Prætor.
Livius Riccardus.
Antonius Carinus.

ADDITIO

SUMMARIUM.

1 *FAmilia vocata, quando, & in quibus casibus veniat effectiva, vel contentiva, & quando contentiva proxima, vel remota præsertim in subsidium, comissivè.*

2 *Si plures sint familia ejusdem cognominis, censetur illa solum vocata, in qua testator natus est non obstante signo universali* tota &c., *& in una familia in plures ramos subdivisa censetur solum invitatus columnellus testatoris.*

HÆc decisio est confirmatoria alterius supra impressæ in ordine *in 35. & in addit.* ad eamdem plenè demonstravi, quando, & in quibus casibus censeatur vocata familia effectiva, vel contentiva, & quando contentiva proxima, vel remota, præsertim in subsidium. 1

Et quod vocata familia, seu domo etiam cum signo universali, & generico *tota, omnes de familia*, vel simili, si plures sint ejusdem familiæ, & cognominis censentur vocati solum illi, qui sunt de familia, in qua testator natus est, & si una tantum sit familia in plures subdivisa ramos, seu columnellos, intelligitur vocatus dumtaxat columnellus testatoris, abundè *Rot. Florent.* infra *decis. 79. per tot.* 2

ARETINA
Prætensi Fideicommissi.
10. *Junii* 1606. *ex Lib. Mat.* 88. *a* 487.

ARGUMENTUM.

Plenè examinatur articulus, an appellatione filiorum veniant nepotes, & negativa sententia lege, ratione, & authoritate verior ostenditur, præsertim in transversalibus, quorum favore decidit cessare etiam transmissionem, non obstantibus nonnullis conjecturis pro ea suadenda adductis.

SUMMARIUM.

1 *APpellatione filiorum in favorabilibus veniunt etiam nepotes.*
Contrarium verius est num. 3. & seqq. & n. 31.
Præsertim quando non sunt tales, qui succederent ab intestato num. 30.
2 *Præsertim quando dispositio confertur in futurum eventum.*
3 *A proprietate vocabuli in dubio non est recedendum.*
4 *Quando appellatione filiorum veniunt nepotes, veniunt ex tacito sensu, & intellectu.*
5 *Intellectus tacitus cessat, cum potest esse locus expresso.*
6 *Legata, & fideicommissa continent honorem, & favorem vocatorum.*
7 *Et econversa onus haredum, & ideo restringenda.*
8 *Legatum, & fideicommissum relictum filiis, non intelligitur relictum nepotibus.*
9 *Appellatione filiorum non veniunt nepotes in his, qua habent implicitum favorem, & odium.*
10 *Ubi concurrit odium, & favor, prævalet odium.*
11 *Fideicommissum recipere est favorabile.*
12 *Substitutio fideicommissaria facta inter filios non extenditur ad nepotes, & de ratione.*
13 *Appellatione nepotis non venit pronepos in testamentis.*

14 *Plus differt nomen filii a nomine nepotis, quam nomen nepotis a nomine pronepotis.*
15 *Substitutio fideicommissaria non extenditur de persona ad personam.*
16 *Contrariorum eadem est disciplina, quando non militat diversa ratio.*
17 *Gravatis filiis non censentur gravati nepotes, & idem in vocatione.*
18 *Gravatus restituere, in necessarium antecedens est prohibitus alienare.*
19 *In prohibitione alienationis appellatione filiorum non veniunt nepotes.*
20 *Clausula* tunc, & eo casu *substitutionem restringit, & omnem extensionem impedit.*
21 *Amplia etiam quando in casu omisso vigeret ratio conservandæ agnationis, quæ habita fuerat in casu suo.*
22 *Quod procedit in extensione de casu ad casum, & fortius de persona ad personam.*
23 *Dictio* ejus *restringit substitutionem ad filios primi gradus.*
Contraria auctoritates reprobantur num. 28.
24 *Dictio* ejus *refertur ad proximum subjectum, non ad remotum,*
25 *Et ad personas immediatas.*
26 *Quod est commune cuicumque pronomini.*
27 *Quæ dictiones sunt relative, & restrictive dispositionis, ad quam referuntur.*
28 Putc. decis. 263. par. 2. *loquitur contra communem.*
29 *Testator vocando filios intelligitur sensisse de existentibus, & sibi cognitis, non de nepotibus non natis, nec conceptis.*
32 *Quando fit mentio de filiis, non de gradu, appellatione filiorum non veniunt nepotes.*
33 *Conclusio quod appellatione filiorum veniant nepotes facilius procedit in descendentibus, quam in transversalibus.*
34 *Nepotes dulciori nomine vocari nequeunt, quam nomine filiorum.*
35 *Filius dicitur a voce græca* φίλος, *hoc est amor.*
36 *Majori amore nepotes prosequimur, cum per eos longius nostra propagatio protrahatur.*
37 *Sed hæc consideratio cessat in transversalibus.*
38 *In transversalibus appellatione filiorum non veniunt nepotes.*
39 *Contraria opinio reprobatur.*
Et ad summum procedere potest ad effectum exclusionis fideicommissi, non inclusionis n. 41.
40 *Communiori opinioni in judicando standum est.*
41 *Appellatione filiorum veniunt nepotes cum agitur de excludendo fideicommisso, secus quando agitur de includendo.*
Contra num. 42.
43 *Amplia etiam si nepos nec conceptus, nec natus esset tempore mortis testatoris, sed purificati fideicommissi, & de ratione.*
Contra num. 61. *&* 62.
44 *Maximè si testator vocavit filios cum qualitate masculinitatis, & agnationem respexit.*
45 *Sed hæc opinio cum suis ampliationibus reprobatur, & declarantur contraria auctoritates, & num. seqq.*
46 *Descendentium appellatione veniunt omnes in infinitum.*
52 *Patrueles non sunt propriè fratres, sed secundum quid.*
56 *Quando dispositio confertur in futurum eventum sufficit, ut conditio tempore fideicommissi purificetur.*
57 *Declaratur conclusio in quibus terminis procedat.*
58 *Ratio conservandæ agnationis non attenditur, nisi sit expressa.*
59 *Expressio qualitatis masculinitatis non ostendit votum conservandæ agnationis, nisi concurrant digressus ad plures substitutionum gradus, prohibitio alienationis, & reciproca substitutio.*
60 *Ratio conservandæ agnationis non extendit fideicommissarium de persona ad personam, & de casu ad casum.*
63 *Ratio conservandæ agnationis non censetur considerata, cum in casu alienationis prohibitæ substituta sit causa pia, non agnati.*
64 *Et cum agitur de tenui hæreditate in plures partes divisa.*
65 *Quando prohibitio alienationis est restricta ad certum tempus, post illud censetur concessa facultas alienandi.*
Contra quando deducitur per argumentum a contraria sensu, & de ratione num. 67.
Declara ut num. 70.
66 *Hujusmodi facultas est contraria conservationi agnationis.*
67 *Argumentum a contrario sensu non admittitur ad inducendam correctionem.*
68 *Inter permittere, & prohibere datur medium, nempe non permittere, nec prohibere.*
69 *Prohibitio tacita legalis durat etiam sublata expressa, & num.* 71.
72 *Limita concurrente contraria voluntate testatoris, & unde ista eliciatur.*
73 *Hæres, cui concessa est facultas alienandi fideicommissum, censetur ea usus per hæredis institutionem.*
74 *Licet de fideicommisso mentionem non fecerit.*
75 *Per clausulam* in stirpes, & non in capita, *non potest colligi quempiam fuisse gravatum.*
76 *Quia dicta verba intelliguntur activè, & non passivè.*
77 *Dicta clausula non extendit dispositionem ad nepotes, nisi successorè essent ab intestato.*
78 *Non operatur nisi in casu, in quo cum patruo nepotes de jure admittuntur.*
79 *Fideicommissum conditionale non transmittitur.*
80 *Limita quando adsunt conjectura.*
81 *Conjectura servandæ æqualitatis est satis efficax inter descendentes, secus inter transversales.*
82 *Inter transversales æqualitas est de consilio, non de præcepto.*
83 *Ex eo quod testator providit nepotibus existentibus tempore testamenti, non infertur voluisse providere nepotibus non natis, nec conceptis.*
84 *Conjectura ad suadendam fideicommissi transmissionem desumi debent ex testamento.*
85 *Unusquisque est rei suæ moderator, & arbiter.*
86 *Conjectura quod testator interrogatus sic respondisset, est levis, & de ratione.*
87 *Dispositio restricta ad certum tempus personarum in vim dictionis* ejus *impedit transmissionem.*
88 *Quando testator separatam de filiis, & nepotibus mentionem fecit, non possunt nepotes prætendere se vocatos sub nomine filiorum, vel fideicommissum fuisse transmissum.*

DECISIO LII.

In Causa Pensi, e Ottaviani.

ANtonius quondam Dominici de Pensis de Civitate Aretii de anno 1554. suum condidit testamentum, in quo inter alia, in ejus bonis in Etruria existentibus sibi hæredem instituit Dominicum ejus ex fratre nepotem, cui quandocumque sine filiis decedenti, tunc, & eo casu substituit

ſtituit in medietate ejuſmodi bonorum Bartolinum
Franciſci ejus fratrem patruelem, & ejus filios ma-
ſculos, & in alia medietate Hieronymum, & Do-
natum fratres, & filios Sebaſtiani Franciſci pariter
de Penſis, eorumque filios maſculos æquis portio-
nibus *in ſtirpes, & non in capita &c.* & cum hoc
teſtamento paulo poſt obiit, ſuperſtite Dominico
nepote hærede inſtituto, qui tandem, & ipſe de-
ceſſit ſine filiis, ſuperſtite D. Marietta de Octavia-
nis ejus uxore ſibi hærede univerſali inſtituta, con-
tra quam apprehenſa per eam hæreditate inſurre-
xit Bartholomæus de Penſis nepos dicti Bartolini ex
Franciſco ejus filio prædefuncto, & narrato teſta-
mento dicti quondam Antonii, quodque ante di-
ctum Dominicum deceſſerunt Bartolinus, & filii,
nec non & Hieronymus, & Donatus Sebaſtiani, &
filii, unde poſt mortem Dominici ex illis de Pen-
ſis ſuperſtes dumtaxat fuit, & eſt ipſe Bartholomæus,
qui prætendens ſe per fideicommiſſariam vocatum
in dicto teſtamento, in quo teſtator ſubſtituit Do-
minico hæredi ſine filiis decedenti dictum Bartoli-
num Franciſci ejus fratrem patruelem, illiuſque
filios maſculos, quorum ſanè filiorum Bartolini ap-
pellatione ſe quoque venire profitetur, petiit de-
clarari ex prædictis purificatum eſſe ejuſmodi fi-
deicommiſſum ad ſui favorem, ſucceſſiveque & di-
ctam D. Mariettam condemnandam eſſe ad ſibi dicto
N. relaxandum bona in eodem fideicommiſſo com-
prehenſa, & quidem una cum fructibus, & expen-
ſis, ut in petitione.

Cui ſanè petitioni, facta per D. Mariettam con-
tradictione, perfectoque proceſſu, Primus Judex ex
conſilio Sapientis ream conventam abſolvendam
cenſuit, DD vero Priores Aretii in ſecunda inſtan-
tia pro fideicommiſſo reſponderunt. Nos autem,
negocio ad Tribunal noſtrum devoluto, in tertia
diximus bene per primum Judicem judicatum, am-
baſque partes ab expenſis abſolvimus.

1 Moti potiſſimum, quia licet notiſſima ſit ju-
ris concluſio, appellatione filiorum in favorabilibus
venire etiam nepotes, ut eſt doctrina *Bartol. in l.
liberorum num. 5. ff. de verb. ſignificat.* cum aliis
per *Alex. conſil. 37. per tot. lib* 6. quorum ſenten-
2 tia communiter recipitur, quando diſpoſitio filiis
non ſolum favorabilis eſt, ſed etiam confertur in
futurum eventum, ut in hoc caſu, uti de commu-
ni teſtes ſunt *Simon de Prat. de interpret. ultimar.
volunt. lib. 3 interpret. 3. dub. 4. ſolut. 1. num.* 57.
*Peregrin. de fideicomm. artic. 22. num. 50. & 62.
Craſſ. in § fideicommiſſ. quæſt. 10. num. 6. Gab. de
verb ſignific. concluſ. 1. num. 5. 7. & 36.* quem ſe-
quitur *Rot. dec. 212. par. 2. in noviſſim.*, & acce-
dunt *Pute dec. 263. lib. 2. Cæſar de Graſſ. dec. 152.
num. 10.*, quæ eſt ſecunda in *tit. de teſtam. Dec.
conſil. 38 num. 54. & ſeq. lib. 2. Molin. de primo-
genit. Hiſp. lib. 1. cap. 6. num. 2. Zanch.* qui de
communi in *§. cum ita par. 4. num.* 197. *Natt. con-
ſil.* 602 *Cephal. conſil* 262 optimè in puncto *Chri-
ſtophor. de Caſtillion. conſil. 26. per tot. Paul. de Mon-
te Pic. conſil. 74. num. 7. & 10. Magon. dec. Flo-
rent.* 71., cum aliis multis, qui per Clariſſimos
Advocatos Actoris cumulabantur ultra 40.

3 Nihilominus tamen contraria ſententia longe
tutior in propoſito viſa eſt, quippe quia attenta
proprietate vocaboli, a qua in dubio non eſt re-
cedendum *l. non aliter ff. de legat. 3 l. ſi alii ff.
de uſufruct. legat.*, & in puncto egregiè poſt alios
ſcribunt *Mantic. de conject. ultimar. volunt. lib. 8.
tit. 8. n. 2. verſ. ſed diverſa, & Menoch. conſ. 215.
n. 7. cum ſeqq. lib* 3. & magis vera eſt, & magis
communis, ut ex infraſcriptis patebit.

Probatur hæc concluſio, ut eo loci inquit
Mantic. lege, ratione, auctoritate. Lege per text. *in
l. quid ſi nepotes ff. de teſtamentar. tut. in l. liber-
tum ff. de excuſat. tut. in l. filium habeo ff. ad
Macedon. & in §. fin. inſtit. qui teſtam. tut. dar.
poſſ.* & fatetur etiam *Bart. in dict. l. liberorum n.* 9.
10. & eſt communis, ut poſt *Soccin. conſ. 152. in
prima ſubſcriptione lib. prim.* teſtatur *Menoch* alios
referens *dict. conſ. 215. n. 12.* ubi infert *n. ſeqq.*
quod cum appellatione filii, non veniat nepos, 4
niſi per quamdam interpretationem, dicitur veni-
re ex tacito ſenſu, & intellectu, ut inquit *Gloſſ.*
communiter recepta in *cap. cupientes §. quod ſi
per viginti de electione in* 6. & tradit *Socc. conſ.* 30.
n. 23. lib. 1. intellectus autem tacitus ceſſat, cum
expreſſo locus eſſe poteſt *l. continuus §. cum ita
ff. de verbor. obligat.*

Probatur etiam ratione, inquit *Mantic. in loc. 5
præcitato*, quia licet legata, & fideicommiſſa con-
tineant honorem, & favorem vocatorum *Jaſon* 6
conſ. 103. n. 16. verſ. non obſt. ſecundo lib 3. *Natt.
conſ. 602. n.* 16. hæredibus tamen ſunt onerosa, & 7
ſic reſtringenda *l. ſi ita ſit ſcriptum ff. de legat.
prim. l. Sempronius l. ſi ita relictum, & l. unum ex
familia §. ſi rem tuam ff. de legat. 2. l. nummis
ff. de legat. 3. l. pen. ff. de dot. prælegat. Jaſ. in
l. cohæredi §. cum filia n. 12. ff. de vulg. & pupil.
Soccin. Jun. conſ. 185. n. 9. lib. 2. Aim. conſ.* 183.
in fin. Hieronym. Gab. conſ. 121. n. 15. lib. 1. con- 8
ſequenterque legatum, ſeu fideicommiſſum reli-
ctum filiis non debet intelligi relictum nepotibus
Mantic. ubi ſupra *verſ. præterea licet legata. Me-
noch.* atteſtans de communi *dict. conſ. 215. ſub n.* 31.
verſ. his conſtat veram eſſe, ac receptam, certum 9
eſt enim appellatione filiorum non contineri ne-
potes in his, quæ habent implicitum favorem, &
odium *Bald. conſ. 362. verſ. idem in diſpoſitio-
ne implicata libr.* 4. odioſa enim dicitur diſpo-
ſitio, in qua odium concurrit cum favore, am-
ple *Tiraquell. de retract. lign. in præfat. num.* 65.
& 66. Simon de Prat. conſ. 56. n. 16. & in ter-
minis noſtris ita in ſpecie reſolvunt *Rom. Alex.
Corn. Soccin. Deci. Alciat. Crot. Socc. Jun. Ferrett.
Noni. Mantic. Aim. Rim. Jun. Ral. Scot.* quos ſeria-
tim refert, & ſequitur *Menoch. dict. conſ. 215.
num. 22. & ſeqq.* ubi *n* 28. poſt relatos generali- 10
ter firmat, quod ubi concurrunt odium, & favor,
prævalet odium, & hac ratione ſubdit, quod etſi
fideicommiſſum recipere, ſit favorabile *l. de fi-* 11
*deicommiſſo C de tranſact. Caſtr. conſ. 131. num. 2.
lib. 2. Jaſon* & ſcribentes in *l. ſi pater puellæ ff.
de inoffic. teſtam. Dec. conſ. 465. n. 10. Rub. conſ. 2.
n. 5. Bellon. conſ. 5. n. 14. & conſ. 41. in fin. Ro-
land. conſ. 43. n. 25. 26. & 27. lib.* 4. attamen fi-
deicommiſſaria ſubſtitutio facta inter filios non ex- 12
tenditur ad nepotes, quia ex parte gravati onus
eſt, ut per eum, cui accedunt etiam *Bellon.* at-
teſtans de magis communi *conſ. 50. num. 5. Alb.
conſ. 29. n. 12. conſ. 511. n. 18. & ſeqq. & n. 20.
& 26. conſ. 312. n. 37. conſ. 329. n. 11. & conſ. 568.
n. 15. & Franc. Vivi. dec. 503. n. 13. par.* 3.

Tertia etiam aſſignari poteſt ratio, quia ſi in 13
diſpoſitione teſtamentaria appellatione nepotis non
venit pronepos *l. Gallus §. inſtituens ff. de liber. &
poſth.* ſecundum verum intellectum, ut ibi per *Bald.*
ante *n.* 7. & communiter, ut per *Riminald. Jun.
conſ. 389. n. 18. lib.* 4. multo minus filii appella-
tione nepos contineri debet, quia plus habet di- 14
verſitatis nomen filii a nepote, quam nomen ne-
potis a pronepote, & ita in puncto arguunt *Aret.
conſ. 145. num.* 2. & poſt eum *Mantic. dict. lib. 8.
tit. 8. poſt n. 2. verſ. ſecundo in teſtamentaria di-
ſpoſitione*.

Quarta etiam accedit ratio, quia ſi dicere-
mus in fideicommiſſaria ſubſtitutione facta de fi-
liis

liis contineri etiam nepotes non nominatos, seque-
retur ut substitutio ipsa fideicommissaria extende-
retur de una persona ad aliam personam, nempe de
15 ipso filio ad nepotem, quæ diversæ personæ sunt,
& tamen certum est hanc substitutionem non ex-
tendi de persona, ad personam, ita in terminis at-
guunt *Aimon cons.* 98. *n.* 13. *Federic. Scot. cons.* 41.
in fin. lib. 4. *tom.* 2. *Rimin. Jun. cons.* 173. *n.* 15.
lib. 2. *& cons.* 390. *n.* 36. *& seqq. lib.* 4. *Decian.*
cons. 47. *n.* 34. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 215. *n.* 28.
vers. præterea vel ex eo.
Quinto confirmatur hæc sententia argumen-
16 to ducto a contrariis, quorum eadem est discipli-
na, quando eadem subest ratio *l.* 1. *ff. de his qui*
17 *sunt sui, vel alien. jur.* at in substitutione, per
quam gravantur filii restituere, non censentur gra-
vati nepotes non nominati, ergo nec è contra gra-
vati restituere filiis censebuntur gravati restitue-
re nepotibus, ita post *Curt. Deci. Durnat. Paris.*
Alciat. Curt. Jun. Marzar. Federic. Scot. Decia. &
Pancirol. relatos, arguit *Menoch. dict. cons.* 215.
18 *n.* 34 *&* 35. subdens rationem, quia gravatus re-
stituere dicitur in necessariam antecedens prohi-
19 bitus alienare *l.* 2. §. *fin autem avaritia C. com-*
munia de legat. in prohibitione autem alienationis
appellatione filiorum non continentur nepotes §.
nos itaque in Auth. de restit. fideic. & tradit *Bart.*
in l. filius fam. §. *Divi n.* 20. ibique post alios.
Rip. n. 106. *ff. de legat.* 1. *Bald. cons.* 304. *n.* 1.
lib. 5. *Ruin. cons.* 208. *n.* 4. *lib.* 1. *Deci. cons* 182.
col. 1. *Curt. Jun. cons.* 43. *n.* 11. & plenius *cons.* 255.
per tot. & cons. 332. *n.* 11, 12. ubi de communi.
Bero. cons 84. *n.* 40. *lib.* 2. *Soccin. Jun. cons.* 63.
n. 15. *lib.* 2. *& cons.* 136. *in fin. lib.* 3. *Didac. var.*
resolut. lib. 3. *cap.* 5. *num.* 4. *vers. ego verò pri-*
mum.
Sexto Antonius testator in substitutione, de
qua agimus, non solum nullam fecit mentionem
nepotum Bartolini, quin potius substituendo eum,
& ejus filios adjecit clausulam illam *tunc, & eo*
20 *casu, &c.* quæ eam vim habet, ut quamvis substi-
tutio ex sui natura trahi posset de casu ad casum,
nihilominus ejus virtute restringatur ad id tantum,
quod expressum est, ita ut omnis extensio, seu
casus omissi, vel non expressi comprehensio prohi-
bita prorsus censeatur, ut post *Bald. Anch. Socc.*
Dec. & Paris. respondit *Decian. cons.* 2. *n.* 25. 26.
lib. 2. *& cons.* 34. *n.* 12. *lib.* 3. & accedunt *Ro-*
land cons. 70. *n.* 14 15. *lib.* 3. *Purpurat. cons.* 592.
n. 13. *lib.* 2. *Crot. cons.* 368. *n.* 25 *lib.* 3. *Rimin.*
Jun. cons. 291 *n* 61. *Bero. cons.* 49. *n.* 11. *cons.* 148.
num. 28. *lib.* 2. *& cons.* 35. *num.* 2. *lib.* 3. *Cephal.*
cons. 517 *n.* 45. *lib.* 4. *Menoch. cons.* 152. *num.* 41.
21 *Simon de Pret. cons* 42 *n.* 28. inquiens hoc pro-
cedere etiam quando in casu omisso vigeret ea-
dem ratio conservandæ agnationis, quæ habita fue-
rat in casu suo. *Pancirol. cons.* 94. *n.* 25. *Pedroch.*
qui de communi testatur *dict. cons* 38. *num.* 24.
inferens, quod si hæc procedunt quando agitur de
22 extensione de casu ad casum, longe magis locum
sibi vindicabunt in extensione de persona ad per-
sonam, quæ difficilius conceditur, ut per eum.
23 Septimo facit quia testator non invitavit Bar-
tolinum, & filios simpliciter, sed Bartolinum, &
filios ejus, & sic primi gradus, alii enim proprie
non possunt dici filii Bartolini, & per consequens
nec vocati dici possunt *Corn. cons.* 47. *ante n.* 6.
vers. secunda pro hac conclusione lib. 4. ubi in casu,
in quo testator D. Ludovicæ (si decederet sine fi-
liis) substituit Joannem, ipsiusque Joannis filios,
concludit ejusmodi vocationem referri non posse
ad pronepotes, qui non possunt dici proprie filii
Joannis, idque in vim illius dictionis *ipsius. Me-*
noch. dict. cons. 215 *n.* 51. *& n* 132. ubi in casu,
in quo testator institutis filiis masculis dixerat, *&*
residuum veniat filiabus dicti Joannis Guglielmi, &
deinde iterum *filiabus suis*, inquit ex iis verbis te-
statorem limitasse, ac restrinxisse dispositionem suam
ad filios Joannis Gulielmi, proindeque filiorum ap-
pellatione nepotes non contineri, quia immedia-
te filii dici non possunt.
Et in puncto, ut dictio *ejus*, qua usus est te- 24
stator in præsenti casu, referatur ad proximum su-
bjectum, non ad remotum, scribunt *Soccin. dict.*
cons. 252. *n.* 16. *lib.* 2. *Corn. cons.* 9. *ante num.* 7.
lib. 1. *Ruin. cons.* 99. *n.* 16. *lib.* 2. *Paris. cons.* 18.
n. 32. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 390. *n.* 13. *lib.* 4. *Turrett.* 25
inquiens referri ad personas immediatas *cons.* 23.
n. 56. *lib.* 2. optimè *Vivi. dec.* 503. *n.* 17. *vers. quinto*
& ultimo, & post *n.* 9. *Rimin. Jun.* inquiens hanc
dictionem denotare quamdam personalitatem, ita
ut non possit excedere personam specificatam, id-
que commune esse cuicumque pronomini *cons* 358 26
n. 135. *lib.* 4. *Bald.* loquens in verbo *ipsis cons.* 304.
n. 1. *lib.* 5. ubi quod extra filios extendi non pos-
sest. *Deci. cons.* 217. *sub n.* 9. *vers. cum ergo facta*
fuerit substitutio, & cons. 290. *sub n.* 6. *vers. his*
præmissis. *Natt. cons.* 678. *n.* 23. *Roland. cons.* 79.
n. 54 *lib.* 3. *Simon de Pret. de interpret. ultimar.*
volunt. lib. 2. *interpret.* 4. *dub.* 2. *sol.* 3. *num* 60.
vers. dictis ejus filiis, sunt enim hæ dictiones re- 27
strictivæ, & relativæ dispositionis, ad quam refe-
runtur *Cephal. cons.* 269. *num.* 28. *Rimin. Jun.*
cons. 786. *n.* 7. *lib.* 7. *Pedroc. dict. cons.* 38. *n.* 28.
& seqq.
Et licet *Put. dict. decis* 263. *par.* 2. videatur 28
naturam harum dictionum spernere, de ejus ta-
men authoritate non multum videtur curandum,
tum quia, præter quamquod Domini in casu non
fuere concordes, ut ibi *n.* 5, loquitur etiam con-
tra communem, ut ex prædictis patet, præsuppo-
nitque conjecturas pro vocatione, & præcipue ra-
tionem conservandæ agnationis, ut ibi ante *n.* 1.
& *n.* 4. quæ hic procul dubio cessat, ut infra de-
ducetur, immò sub *n.* 3. videtur etiam loqui in
casu, in quo agebatur de filiis gravatis, ut ipsis
verbis utamur, non in filiis oneratis, quales es-
sent hic filii Bartolini, si filiorum appellatione ve-
nirent nepotes, sicque nisi codex ille sit corrup-
tus, pro hac parte facere videtur decisio *Putei*.
Octavo cum versemur in substitutione facta
per transversalem, Bartolinusque tempore facti te-
stamenti filios quidem haberet, sed non nepotes,
succedit etiam clara juris conclusio, ut testator 29
vocando filios senserit de tunc existentibus, & sibi
cognitis, non autem de nepotibus nec natis, nec
conceptis, ita *Alex. cons.* 184 *n.* 2. *lib.* 2. *Socc.*
cons. 73. *n.* 27. *&* 28. *lib.* 4. *Niccolin.* Inter con-
silia ejusdem *Soccin.* cum subscriptionibus decem
Clarissimorum *JJ. CC. dict. cons.* 152. *n.* 2. *vers. sed*
ut prædixi lib. 2. *Deci. cons.* 95 *n* 7. *vers tertio prin-*
cipaliter. *Ruin. cons.* 37. *n.* 10. *vers. sed tamen præ-*
dictis non obstantibus lib. 2. *Paris. cons.* 20 *n.* 58.
lib. 3. *Gozzad. cons.* 36. *n.* 7. *vers. quinto quoties.*
Curt. Jun. cons. 111. *num.* 3. *Soccin. Jun. cons* 30.
n. 24. *lib.* 3. *Rub. cons.* 8 *num.* 1. *Bero. cons.* 122.
sub n. 2. *lib.* 2. *Rol.* qui *Anch. Imol.* & non nullos
alios allegat *cons.* 38. *n.* 5. *&* 6. *& cons.* 43. *n.* 1.
vers. quarto respondetur, & n. 38. *lib.* 4. *Pancirol.*
cons. 59. *n.* 12. *vers. sed posito*. *Rim. Jun. cons.* 75.
n. 35. *Noni. cons.* 33. *n.* 20. *Bursat. cons.* 202. *n* 7.
lib. 2. *Bec. cons.* 56. *n.* 57. *Gabr. de verbor signi-*
ficat. conclus. 1. *num.* 68. *&* 70 ubi de communi.
Decian. cons. 54. *n.* 29. *lib.* 2. *Cephal. cons.* 3. *n.* 36.
& cons. 12 *n.* 18. *Menoch.* qui alios etiam addu-
cit *dict. cons.* 215. *n.* 73. *lib.* 3. *Mathæus de fidei-*
comm.

comm. lib. 2. vers. quinto n. 9. Pedroc. qui de magis
communi dict. cons. 38. n. 1. optimè Ant. Crot.
cons. 75. n. 14. lib. 2. ultimar. volunt. Augetur vis
hujus argumenti, quia Bartholomæus in præseo-
tiarum actor, erat non solum transversalis testato-
ri, & non natus, nec conceptus eo vivente, sed
nec ei successurus erat ab intestato, si fuisset in
rerum natura, cum testator ipse haberet fratres,
30 qui & ab eo fuere instituti, quo casu sub nomi-
ne filiorum non comprehenduntur indubitanter
nepotes, ut post alios per Menoch. præsumpt. 94.
n. 21. vers. cæterum lib. 4. his rationibus satis ro-
borata Dominis visa est hæc ab ipsis firmata con-
clusio.

31 Quæ ut propositum ordinem servemus, ulti-
mo loco suos quoque habet auctores, & quidem
longe ultra 50. inter quos numerantur per Man-
tic. dict. lib. 8. tit. 8. n. 2. vers. porrò tertio loco.
Jac. de Aren. Cin. Bald. Imol. Alex. Aret. Corn.
attestans sic judicatum Florentiæ. Niccolin. cum
dictis subscriptionibus. Soccin. Deci. Gozzad. Zasi.
Curt. Jun. Alciat. Soccin. Jun. & Rol. Menoch. ve-
rò dict. cons. 215. num. 12. & n. 95. addit Franc.
Accurs. Albert. Signorol. Roma. Castrens. Angel. Aret.
Bartol. Sicul. Rube. Bertran. Durant. Boer. Bellon.
Crot. Bero. Ferret. Mantic. Aymon. Rim. Jun. Fe-
deric. Scot. Pedroch. autem dict. cons. 38. n. 1. ad-
dit Anchar. Ruin. Paris. Gherard. Mazzol. Noni.
Anton. Gabr. Cephal. Pancirol. Franc. Bec. & De-
cian. quibus & nos addimus Bursatt. cons. 337. n. 12.
cum pluribus seqq. lib. 3. Alb. cons. 568. num. 15.
Rimin. Jun. dict. cons. 390. n. 5. & seqq. lib. 4.
Marcabr. cons. 61. n. 95. Turrett. cons. 68. n. 26.
lib. 2. Cephal. cons. 607. n. 57. lib. 4. & cons. 730.
n. 10. lib. 5. Berett. cons. 130. per tot. Mattheac.
de fideicommiss. lib. 2. c. 5. n. 4. & 5. Odd. cons. 91.
n. 2. & 3. Surd. in tract. de aliment. tit. 9. quæst. 36.
num. 6. Honded. qui alios etiam adducit cons. 60.
n. 61. lib. 2. Franc. Vivi. dict. decis. 503. n. 13.
32 & Milanens. qui inquit filiorum appellatione num-
quam venire nepotes, quando fit simplex mentio
de filiis, non autem de gradu dec. 9. n. 33. par. 1.
qui numerus excedit DD. 70. inter quos de com-
muni testatur Socc. cons. 104. in princ. lib. 4. DD.
omnes convenire inquit Deci. dict. cons. 95. n. 5.
vers. sed tamen in casu proposito, de magis com-
muni Bellon. cons. 50. n. 5. Berret. dict. cons. 130.
sub n. 15. vers. exadverso, de communiter recep-
ta, quidquid alii in contrarium dixerint, Turrett.
dict. cons. 68 n. 26. de vera, ac recepta Menoch.
dict. cons. 215. sub num. 31. & de receptiori sub
n. 15. de veriori, & magis communi Alciat. cons.
31. num. 37. lib. 9. & de crebriori Pedroc. dict.
cons. 38. ante n. 2.

Et licet satis insignis sit etiam numerus ex
adverso citatorum, multi tamen vel sibi ipsis con-
tradixerunt, vel loquuntur in aliis terminis, &
præsertim substitutionis factæ per ascendentes ad
33 favorem descendentium, in quibus terminis eo-
rum conclusio facilius concedi potest. Quia nepo-
34 tes nostros dulciori nomine non possumus appel-
lare quam filiorum l. liberorum in fin. ff. de verb. si-
35 gnificat. filius enim dicitur a φιλος græcè, qod est
amor Gloss. in §. fin. instit. qui test. tut. dar. poss.
36 unde cum nepotes nostros soleamus maiori amore
prosequi, quia per eos longiorem nostram pro-
pagationem videmus, prout etiam naturaliter
desideramus Oldrad. cons. 269. in fin. meritò
37 eos appellamus filios. Quæ consideratio non
cadit in transversalibus, quibus mediantibus pro-
pagationem nostram non videmus, & ideo in
transversalibus filiorum appellatione non venire
38 nepotes clarè tenuerunt Franc. Accur. Cin. & Bal.
quos refert Alex. cons. 1. n. 12. lib. 1. cons. 185.
n. 23. vers. præterea lib. 2. post Salic. in l. 1. C. de
condit. insert. & cons. 26. num. 7. lib. 3. Soccin.
cons. 14. n. 2. vers. secundo conclusio prædicta lib. 1.
& cons. 73. n. 79. vers. sed tamen his non obstanti-
bus lib. 4. Niccolin. dict. cons. 152. post n. 1. lib. 1.
inter cons. Soccin. Signorol. cons. 247. num. 1. Corn.
cons. 182. n. 7. & cons. 199. n. 34. lib. 2. Soccin.
Jun. cons. 30. n. 15. & seqq. lib. 3. Paris. cons. 78.
n. 19. lib. 2. Alciat. cons. 31. num. 39. lib. 9. Bero.
cons. 122. n. 2. lib. 2. Bellon. qui de magis com-
muni cons. 50. n. 5. Cephal. cons. 194 n. 21. Ma-
zol. dict. cons. 108. n. 55. Rolan. cons. 43. n. 37. vers.
septimo dicitur lib. 4. Simon de Pret. ubi supra lib. 2.
interpret. 3. dub. 2. solut. 2. n. 303. Menoch. præ-
sumpt. 94. n. 21. lib. 4. & cons. 591. sub num. 1.
lib. 6. Ant. Crot. dict. cons. 75. n. 14. 15. libr. 2.
ultim. volum. Riminald. Jun. cons. 389. num. 14.
cum seqq. & cons. 390. a n. 13. usque ad num. 25.
lib. 4. Peregrin. dicens distinctionem non irratio-
nabilem, quia dulcis illa filiorum nominatio, de
qua in l. liberorum in fin. occurrit quidem ascen-
denti, sed non transversali de fideicomm. art. 28.
sub n. 56. & novissimè distinctionem ipsam esse ma-
gis communiter receptam testatur Morot. cons. 91.
num. 9.

Ut certè parum curandum videatur de autho- 39
ritate Alex. dict. cons. 37. lib. 6. Imol. & Jas. in
l. Gallus §. instituens ff. de lib. & posthum. Zanch.
in §. cum ita n. 243. Gabr. de verbor. signific. con-
clus. 1. n. 7. & n. 88. Natt. cons. 602. & Cephal.
cons. 262. quorum authoritate adducti contrarium 40
tenuere DD. Judices a quibus, tum quia commu-
niori standum est in judicando l. 2 vers. & sanè
crebrior, & ibi Bald. ff. de offic. quæstor. cap. novi-
mus, ibi -- opinio a pluribus approbata -- ibique Butr.
Abb. & cæteri extr. de verb. Sign. Jas. cons. 8. n. 39.
lib. 3. & in l. 2. n. 19. ff. de jure jur. tum quia
Alex. & Cephal. alibi tenuere contrarium, & Alex.
Gabr. & Natt. in specie reprobat Rimin. Jun. dict.
cons. 389. n. 17. vers. ex iis patet. Imol. verò, Jas.
& si qui eos sequuntur, ut idem Rimin. subdit,
fuere decepti in intelligentia text. in l. Lucius
la 2. in fin. ff. de hæred. instit. cui ipse plenissimè
satisfacit ex menta aliorum in dict. cons. 390. n. 30.
& seqq. ubi referens Bal. reprobantem Bar. in dict.
l. liberorum, dum vult in substitutionibus appella-
tione filiorum venire etiam nepotes per text. in
dict. l. Lucius, dicentemque quod si hæc opinio
esset vera, cum in infinitum intelligantur hæc ver-
ba, omnes in perpetuum censerentur substituti,
quod est falsum, subdit text. in dicta l. Lucius in-
telligendum esse de liberis primi gradus, ponde-
rando verba illa, si filium, filiamve ex se natum,
natamve non habebit, quæ debent intelligi de filiis
immediatis ipsius fratris, & sic de filiis primi gra-
dus, uti clarè ostendunt verba illa ex se, quæ re-
ferunt personam immediatam, ad Paris. cons. 87.
n. 45. lib. 3. & ad ipsiusmet Rimin. Jun. cons. 97.
n. 8. non autem de nepotibus, qui ejus liberi non
dicuntur, sed filiorum suorum, id quod ante Ri-
minald. Jun. tenuere Socc. Jun. cons. 3n. num. 19.
lib. 3. & Natt. cons. 164. n. 34. & latius cons. 191.
num. 21.

Ac demum, quia ubi etiam textus ille intelli- 41
gendus esset de nepotibus, id tamen ibi proceda-
ret ad exclusionem fideicommissi, ut scilicet servi
illi substituti non admitterentur, quod erat favo-
rabile fratri instituto, ut ab onere fideicommissi
immunis esset, ideoque lata eo in casu potuisset
fieri interpretatio, ut appellatione filiorum veni-
rent nepotes, at secus in proposito, ubi ageretur
de gravando hæredem institutum, sicque de inclu-
dendo

dendo fideicommissum ad illios præjudicium, quod
valde diversum est, ut prædiximus, sicque in suo
casu concludit *Rim. Jun. dict. cons.* 390. *num.* 34.
& 35.

42 Nec dicatur Illustrissimos Doctores loqui etiam
in terminis, in quibus agitur de substitutione fa-
cta de filiis, ad inducendum fideicommissum in eo-
rum favorem, & sic in præjudicium instituti, ju-
xta *Bart. doctrinam in dict. l. liberorum*, & tradita
43 per *Rot. dict. dec.* 212. *part.* 2. *in noviss.* cum aliis,
idque quantumcumque nepos iste non esset natus,
nec conceptus tempore mortis testatoris, cum suf-
ficiat eum natum fuisse tempore purificati fidei-
commissi, ex quo non sumus in dispositione pura,
sed in ea, quæ respicit futurum eventum, quò tem-
pore non poterat scire testator, an tempore eve-
nientis conditionis exrituri essent filii, vel nepo-
tes, quo sine in casu filiorum appellatione veniunt,
& nepotes ex communi, de qua per *Cephal. dict.
cons.* 262. *n.* 8. *& Peregrin. dict. art.* 22. *num.* 69.
& 70.

44 Præsertim quando filii vocati sunt cum qua-
litate masculiniraris, tunc enim censetur testator
ad conservationem agnationis respexisse, sicque fi-
liorum appellatione veniunt nepotes, *Gabr. dict.
concl.* 1. *n.* 37. *Deci. cons.* 15. *n.* 2. *Aym. cons* 113.
Cephal. cons. 46. *num.* 11. *&* 12. *Mant. lib.* 6.
tit. 15. *n.* 8. *Mar. Anguissol. cons.* 127. *n.* 31. *De-
cian. cons.* 38. *n.* 54. *lib.* 2. *Peregrin. dict. art.* 22.
num. 55. *Thesaur. dec.* 96. n. 21. *Fab. de Ann.* qui
de communi *cons.* 10. *n.* 49.

45 Nam sicuti nos non negamus, non deesse Do-
ctores loquentes in terminis activæ [ut aiunt] sub-
stitutionis, ita quoque constanter dicimus, magis
communem esse in contrarium, multosque ex al-
legatis diversissimos a nostris terminis præsuppone-
re, & præsertim *Alex. cons.* 37. *per tot. lib.* 6. qui
loquitur in substitutione directa, quæ nemini est
onerosa, non in fideicommissaria, ut in specie
animadvertunt *Alciat. dict. cons.* 31. *n.* 38. *lib.* 9.
& alio modo satisfacit etiam *Bero. dict. cons.* 122.
sub num. 5. *vers. ex prædictis etiam lib.* 2.

Rota verò *Romana dict. dec.* 212. suo in casu,
ultra expressionem filiorum, habet etiam verbum
46 *descendentium*, ut ibi in principio, & in principio
decisionis sequentis, quæ vox omnes omninò con-
tinet [ne dum nepotes] usque in infinitum *l. fin.
C. de suis, & legit. Auth. de hered. ab intestat. ve-
niat. in princ. Alex. cons.* 18. *in fin. lib.* 5. *Soc-
cin. cons.* 43. *col.* 2. *lib.* 3. *& cons.* 51. *in princip.
lib.* 4. *Ruin. cons.* 22. *n.* 11. *& seqq. lib.* 2. *Paris.
cons.* 88. *col* 2. *& cons.* 92. *col.* 1. *lib.* 2. *Gozad.
cons.* 20. *n.* 8. *Decian. cons.* 103. *num.* 24. *&* 25.
lib. 2.

47 *Cas. de Grass. dec.* 152. *n.* 10. quæ est secun-
da *in tit. de testam.* nil firmare videtur, & si quid
firmat stat pro nobis, dum sub *n.* 11. videtur con-
cludere cum *Soccin.* intelligentiam, de qua ibi *n.* 10.
esse contra communem intelligentiam Doctorum.

48 *Put. dec.* 263. *lib.* 2. *& Christophor. Castillion.
cons.* 26. supponunt rationem agnationis conservan-
dæ, quò sanè in casu facilius admittitur, ut fi-
liorum appellatione veniant nepotes *Surd. de ali-
ment. tit* 9. *quæst.* 36 *n.* 37. licet hoc etiam non
sit perpetuum, ut per *Menoch. cons.* 328. *n.* 36.
lib. 4. quam nos hic negamus, ut mox dicetur.

49 *Veronen. cons. civil.* 7. *num.* 10. *& seqq.* loqui-
tur in dispositione legis, vel statuti, & plus po-
test dispositio legis, vel statuti quam dispositio
hominis *Pedroch.* in terminis nostris dict. *cons.* 38.
50 *n.* 6. *&* 9. *Curt. Jun. cons.* 332. *num.* 13. sequitur
in fideicommisso inducto favore agnationis, ut ibi
num. 20.

Franc. in cap. si pater n. 110. firmat conclusio- 51
nem nostram, & licet postea dicat ex communi usu
loquendi appellatione nepotis venire etiam filium
fratris, nos tamen sumus in filiis filiorum fratris
patruelis, ad quos usus iste loquendi non exten-
ditur, cum patrueles non sint proprie fratres, sed 52
secundum quid, ut per *Bart. in l. Lucius §. quæ-
situm ff. de legat.* 3. *Ang. in lib. prim. n.* 2. *de in-
offic. testam. Alex. cons.* 97. *n.* 2. *l.* 2. *Jas. cons.* 124.
n. 17. *&* 18. *lib.* 1. *& cons.* 205. *n.* 16. *lib.* 2. *Ro-
lan. cons.* 55. *n.* 17. *&* 18. *lib. prim.*

Decian. cons. 88. *n.* 54. *& seqq. lib.* 2. suppo- 53
nit & ipse favorem agnationis *n.* 60. habet substi-
tutionem reciprocam, vocatque prædecedentis fi-
lios, & sic nepotes, & succederent ibi adulte-
rini, si appellatione filiorum non continerentur ne-
potes, sicque sequeretur absurdum, contra ex-
pressam voluntatem testatoris, qoi vocavit natos
de legitimo matrimonio, ut *n.* 58. *in fin.* junct.
num. 63.

Surd. decis. 73. *n.* 14. loquitur in descenden- 54
tibus, & ex larga significatione, nos autem supe-
rius ostendimus a proprietate verborum non esse
recedendum, etiam ipsemet *Surd.* hoc non admit-
tit in transversalibus, ut patet ex traditis per eum
dict. *tract. de aliment. tit.* 9. *quæst.* 36. *n.* 28.

Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. *cap.* 6. 55
sub n. 27. ex communi sententia firmat conclusio-
nem nostram in materia fideicommissaria, filiorum
nempe appellatione nepotes non venire, sub *num.*
autem 28. dicit hoc non procedere in majorati-
bus Hispanorum, subdens rationem, quia natura
majoratus est perpetua in omnes descendentes, cæ-
terosque etiam transversales, qui ex propria in-
stitutoris familia procedunt, quod secus est in
fideicommissis, quæ non extenduntur ultra perso-
nas, & gradus enumeratos, ut supra quoque at-
tigimus.

Unde vel facit quod dicebat idem *Molin.* ubi 56
supra *n.* 29. de dispositione, quæ confertur in in-
certum, futurumque eventum, in qua sufficit si
conditio tempore fideicommissi purificetur. Quod
fundamentum tutissimum visum est DD. Judici-
bus, ut in eorum motivis, ea traditis per *Cephal.
cons.* 262. *n.* 8. *lib.* 2. cum aliis per *Peregr. dict.
artic.* 22. *n.* 69. *&* 70.

Siquidem si loquamur in casu vocationis *libe-* 57
rorum, descendentium, familiæ, agnationis, in qui-
bus terminis loquuntur *Molin. & Peregrin.* con-
clusio forte admitti poterit, si verò loquamur de
verbo *filiorum* contrarium dicimus, & verius esse,
& magis communiter receptum. Verius quis ut
considerat *Aret. in cons.* 145. *num.* 1. & sequitur
Menoch. dict. cons. 215. ante *n.* 104. ratio incerti,
futurique eventus, in quem præsumitur testato-
rem ignorasse, an tempore cedentis fideicommissi
exrituri essent filii, an nepotes, vel ulteriores,
cadit etiam in filiis de præsenti, seu existentibus
tempore conditi testamenti. Quia cum quælibet
ultima voluntas sortiatur effectum post mortem,
potuisset similiter considerare testator, quod tem-
pore mortis suæ non semper adfuturi essent filii,
& ideo videretur cogitasse de nepotibus, & ta-
men quando dispositio confertur in filios de præ-
senti *Imol.* & sequaces probant opinionem *Jac. de
Aren.* ut sub nomine filiorum non contineantur
nepotes.

Magis communem verò esse hanc conclusio-
nem patet ex dinumeratione authorum. Eam enim
tenuere *Bal. Alex. Ram. Cora. Areti. Soccin. Goz-
zad. Deci. Ruin. Crot. Ferret. Soccin. Jun. Mantic.
Aymo. Rimin. Jun. Scot. Marcabr. Noai. & Pinell.*
quos refert, & sequitur *Menoch. dict. cons.* 215.
n. 100.

n. 100. & dict. præſumpt. 94. n. 31. verſ. cæterum
ab Imol. & ſequacibus. Pedroc. dict. conſ. 38. n. 2.
& de communi teſtantur Soccin. conſ. 73. n. 20.
lib. 4 dicens etiam opinionem Imol. non eſſe re-
ceptam, & tutam non eſſe dixit Mantic. lib. 8.
tit. 8. n. 9., nec placet Bero. conſ. 122. num. 2.
lib. 2.,& cum ſe fundet in l. Lucius la 2. ff. de
hæred. inſtit. lex illa nil probat, ut inquit Ruin.
in dict. l. Gallus §. inſtituens n. 17. & 18. Rimin.
Jun. dict. conſ. 390. n. 34. 35. de magis commu-
ni, & veriori teſtantur Alciat. dict. conſ. 31. n. 36.
lib. 9. Menoch. dict. conſ. 215. n. 100. & ſeqq.,&
noviſſimè Morot. conſ. 91. n. 9.
Nec eſt cur fiat fundamentum ſuper qualita-
te maſculinitatis, quaſi teſtatur vocando filios ma-
ſculos Bartolini videatur reſpexiſſe ad favorem
agnationis,
58 Siquidem ratio conſervandæ agnationis non
ſolet attendi, niſi ſit expreſſa Alex. conſ. 97. n. 12.
lib. 2. Aretin. conſ. 27. ſub n. 3. Dec. conſ. 315. n. 5.
verſ. præterea a tali ratione. Pariſ. conſ. 40. n. 43.
& conſ. 86. n. 30. lib. 2. Socc. Jun. conſ. 4. n. 20.
& conſ. 43. num. 38. verſ. nec habet obſtare lib. 4.
Bero. dict. conſ. 122. num. 6. & 7. lib. 2. Mantic.
lib. 11. tit. 14 n. 7. Cephal. conſ. 134. num. 41,
lib. 1. Menoch. conſ. 35. n. 102. & conſ. 86. n. 37.
Pedroc. d. conſ. 38. num. 3. verſ. ex quo infero, &
n. 12. Gherard. Mazol. conſ. 108. n. 88.
59 Oportet enim, ut ultra expreſſionem quali-
tatis maſculinitatis concurrant etiam alia, puta
digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionum, prohi-
bitio alienationis, reciproca ſubſtitutio inter in-
ſtitutos, & ſubſtitutos, prout animadvertit poſt
alios Mantic. in loc. ſupra allegat. num. 6. dicens
propterea iis non concurrentibus non rectè infer-
ri ad fideicommiſſum, quod etiam firmavit The-
ſaur. dec. 96. n. 23. ubi inquit conſulentes pro
maiori parte ultra qualitatem maſculinitatis requi-
rere concurſum aliarum conjecturarum.
Præterea, & ſecundo reſpondetur, etiam ſi
ex dicta maſculinitatis adjectione argui poſſet, men-
tem teſtatoris fuiſſe agnationi favere, & conſer-
vationi bonorum in agnatione proſpicere, non
tamen inde ſequeretur, fideicommiſſariam de per-
ſona ad perſonam, & de caſu ad caſum extendi
poſſe, atque ita fideicommiſſum, ad quod filii a-
60 licujus invitantur, porrigi etiam ad nepotes, quia
eatenus tantum agnationi favere voluiſſe cenſen-
dus eſſet, quatenus diſpoſuit, & ſecundum con-
ditiones, & quoad perſonas formaliter in ejus
diſpoſitione expreſſas, per hanc vero agnationis
contemplationem limitatam, fideicommiſſum ad alios
caſus, aut ad alias perſonas diverſas, & non ex-
preſſas non extenditur, ut egregiè declarant Alex.
conſ. 59. n. 21. verſ. non obſtat etiam lib. 3. Deci.
conſ. 286. n. 9. & conſ. 290. n. 6. verſ. non obſtat
allata. Rub. conſ. 120. num. 9. Menoch. conſ. 276.
n. 26. & conſ. 376. n. 40. Peregrin. conſ. 55. n. 22.
verſ. neque huic conjecturæ. Honded. conſ. 8. n. 58.
& conſ. 51. n. 93. lib. 1. Simon de Prat. lib. 3. in-
terpret. 3. dub. 1. ſolut. 11. n. 71. cum aliis per
Turrett. conſ. 23. num. 50. lib. 2. & in fortioribus
terminis Pedroc. dict. conſ. 38. ubi latiſſimè ad ter-
minos caſus noſtri inſiſtendo concludit, filiorum ap-
pellatione nepotes non comprehendi in ſubſtitu-
tione fideicommiſſaria facta per tranſverſalem,
61 præſertim quia tempore conditi teſtamenti, vel
mortis teſtatoris non erant adhuc nati, vel con-
cepti, ut ibi n. 1. ubi multos refert, & de cre-
briori opinione teſtatur, quam ſub n. 2. inquit
procedere, etiam ſi verba ſubſtitutionis in incer-
62 tum, futurumque eventum fuerint collata, & pa-
riter etiam quando eadem ratio, & veriſimilis mens
teſtatoris ſubeſſet, ut ibi n. 3. ubi authores ad-
ducit, & de communi teſtatur, infertque, quod
etſi ſuo in caſu teſtator favorem agnationis re-
ſpexiſſet, idque etiam clare expreſſiſſet, nibilo-
minus ad perſonas tantum enumeratas, atque ex-
preſſas, ſubſtitutio illa foret reſtringenda.
Quod ſi Pedroc. ſic conſuluit in caſu, in quo
ratio conſervandæ agnationis expreſſa fuerat, for-
tius idem dicendum fuit in præſenti caſu, in quo
rario hæc nullibi fuit expreſſa, ſed colligi tantum
contenditur ex expreſſione qualitatis maſculinitatis,
quæ neceſſario id non infert, non concurrentibus
aliis adminiculis, quæ hic deficiunt, quinimo po- 63
tius firmari poteſt, teſtatorem rationem aliquam
non habuiſſe agnationis, tum quia piam cauſam in
caſu alienationis infra ætatem prohibitam ſubſti-
tuit, non agnatos, tum quia ſumus in hæredita-
te ſatis tenui, & in plures partes diviſa, quo ca- 64
ſu longe minus argui poteſt agnationis rationem
habitam a teſtatore, ut animadvertit D. de Nic-
colinis in dict. conſ. 152. ſub num. 3. lib. 2. inter
conſ. Soccin.
Ac demum, quia quidquid dixerint Caſtr.
conſ. 263. n. 2. lib. 2. & qui eum ſequuntur, idem
teſtator prohibendo alienationem uſque ad æta-
tem triginta annorum, cenſetur poſt illud tempus 65
alienandi facultatem conceſſiſſe, quæ ſanè facultas
contraria prorſus eſt conſervationi agnationis juxta
tradita per Alex. conſ. 55. n. 6. in fin. & num. 7. 66
lib. 3. Alciat. conſ. 112. n. 26. lib. 9. Ruin. conſ. 79.
per tot. lib. 2. conſ. 112. num. 4. 132. num. 6. &
conſ. 121. n. 8. lib. 3. Pariſ. conſ. 25. n. 14. lib. 2.
Amod. conſ. 80. n. 46. lib. 2. ultimar. volunt. De-
cian. conſ. 9. num. 18. qui dicit ſic judicatum, &
conſ. 78. num. 15. & 35. lib. 3. ubi de communi,
& veriori. Marzar. conſ. 8. n. 19. ubi recitat de-
ciſionem Bononiæ. Mantic. lib. 3. t. 17. n. 11. Me-
noch. conſ. 151. n. 45. ubi de communi, & conſ. 152.
n. 60. ubi reſponder contrariis, ſe ipſum allegan-
do conſ. 327. n. 38. conſ. 379. num. 1. conſ. 602.
n. 16., & præſumpt. 165. num. 27. lib. 4. Pedroc.
conſ. 20. n. 147. ubi de magis communi. Rimin.
Jun. conſ. 381. num. 51. 59. & 68. Crot. conſ. 61.
n. 9. cum ſeqq. qui n. 29. reſpondet tacitæ pro-
hibitioni legis. Surd. conſ. 294. n. 11. & n. 12. & dec.
75. n. 6. & 7. ubi teſtatur ſic ſæpiſſimè judicatum.
Et licet fortè deducendo licentiam alienandi
per argumentum a contrario ſenſu, res non ca- 67
reat difficultate, quia argumentum a contrario
ſenſu non ſolet admitti ad correctionem inducen-
dam l. 2. C. de cond. inſert. imo non poſſit etiam
dici deſumptum ad limites verborum, pro ut de-
bet, cum non ſequatur, prohibuit intra certum
tempus, ergo poſt dictum tempus conceſſit, ſed
potius ergo poſt dictum tempus non prohibuit, 68
datur enim medium inter permittere, & prohi-
bere, nempe non permittere, neque prohibere
Deci. in l. 1. n. 38. ff. de offic. ejus. duratque in- 69
terim legis prohibitio l. Marcellus §. reſque ff. ad
Trebell. aut. res quæ C. communia de legat.
Attamen, quando prohibitio fuit facta per 70
verba non poſſit, vel non liceat, ut in præſenti ca-
ſu, argumentum optimè procedit, non poſſit alie-
nare intra 30. annos, ergo a contrario ſenſu alie-
nare poſſit poſt triginta annos, ut egregiè per
Ruin. conſ. 132. per tot. lib. 2. quem refert, &
ſequitur Mantic. lib. 3. tit. 17. num. 11. cum qui-
bus conſentiunt etiam DD. tres in motiv. diei
28. Maii 1596. qui articulum accuratiſſimè exa-
minant, & in puris terminis prohibitionis tenent
veram opinionem Caſtr. Lib. Mot. 78. fol. 393.
Neque hic intraret tacita legalis prohibitio, 71
quæ etiam ſublata expreſſa, videtur adhuc dura-

re. Quia ut inquit *Ruin. dict. conf.* 132. *num.* 6.
72 *lib.* 2 tacita quidem prohibitio intrat de jure, sed
fuit etiam modifiesta per testatorem, dum prohi-
bitioni expressæ adjecit tempus limitatum, quod
In effectu sensit etiam *Mantic. dict. lib.* 3. *c.* 17.
vers. sed contrariam opinionem, ubi complures ci-
tat in eamdem sententiam, quibus accedunt *Crot.*
dict. conf. 61. *n.* 29. qui inquit contrarium proce-
dere, nisi prohibitio tacita insurgens ex substitu-
tione fideicommissaria tempore esset limitata, quia
tunc illud tempus non egrederetur, & *Surd. dict.*
conf. 294. *n.* 11. & 12. respondens tacitam pro-
hibitionem legalem habere locum concurrente vo-
luntate testatoris, quæ non concurrit, quando a-
lienationem aliquo casu permittit, subditque fa-
cultatem illam alienandi, quæ post tempus cen-
setur concessa, debere esse liberam, non autem
per regulas juris limitatam, ut per eum.

Hoc fundamentum sic obiter deductum per
se sufficere posset pro causæ hujus resolutione,
siquidem permissa alienatione per testatorem, Do-
73 minicus per institutionem hæredis dicitur alienas-
se *l. si quis prioris §. certum C. de secundis nupt.*
l. 1. *C. de fund. dotal. l.* ex *hoc edicto vers. aliena-*
re C. de alienat. judic. mut. causa facta, *l. ficus §.*
venditionis ff. quibus mod. pign. vel hypot. solv. Bart.
in l. si ita quis §. ea lege n. 7. *ff. de verb. obligat.*
74 idque quantumcumque de fideicommisso non fece-
rit mentionem *Alex. dict. conf.* 55. *num.* 6. *lib.* 3.
Ruin. omnibus contrariis respondens *dict. conf.* 76.
num. 11. *cum seqq.* amplè *Peregr. art.* 40. *n* e. 55.
usque ad *n.* 63.

Mittimus quæ ad suadendum fideicommis-
sum, etiam ad favorem nepotum deducebantur ex
75 clausula, *in stirpes, & non in capita*, per testato-
rem in testamento adhibita, siquidem præter quam-
quod ex hac clausula colligi non potest quempiam
76 fuisse gravatum, quia hæc verba intelliguntur a-
ctivè, & non passivè *Paris. conf.* 87. *n.* 25. *ad fin.*
77 *lib.* 2 *Mantic. lib.* 3. *tit.* 2. *n.* 19. nec extendunt
dispositionem ad nepotes, nisi inter eos, qui alias
testatori fuissent successuri ab intestato [quod hic
non contigisset] *Mantic. lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 18.
vers sextus casus est, fuit etiam hæc ipsa clausula
apposita non ad filios Bartolini, sed ad filios Hie-
ronymi, & Donati, qui cum essent plures, Barto-
linus verò solus succederet in sua dimidia, utique
78 quod ad eum attinet cessabat successio in stirpes,
quæ non operatur nisi in casu, in quo nepotes cum
patruo de jure admitterentur *Bart. cons.* 93. *n.* 21.
multaque deduci possunt ex *Simon. de Prat. lib.* 3.
interpret. 3. *dub.* 4. e. 20. & *seqq.*

Omitti fortè etiam possent, quæ ultimo lo-
co dicebantur de transmissione hujus prætensi fi-
deicommissi in Bartholomæum deducta ex variis co-
njecturis.

Primo, ut æqualitas inter hos patrueles servaretur.

Secundò, quia absurdum esset, si mulier ex-
tranea succederet exclusa Bartholomæo, qui est de
domo testatoris.

Tertiò, quia testator ipse voluit favere agna-
tioni, tum quia vocavit masculos, tum quia vo-
luit bona conservari in stirpes.

Quartò, quia si de hoc fuisset interrogatus, ita
verisimiliter respondisset.

79 Omitti inquam fortè hæc possent, quia regu-
la est communis, fideicommissum conditionale,
quale hoc est, non trasmitti *Gloss.* est communi-
ter recepta in *l.* 1. *C. de his, qui ante apert. tab.*
Tusc. concl. 228. *n.* 6. *lib.* 3.

80 Et licet regulæ hæc limitetur, quando in con-
trarium extant conjecturæ, prima tamen respiciens
81 æqualitatem facilè admodum tollitur, quia nem-
pè licet hæc conjectura videatur satis efficax quoad
ascendentes erga suos descendentes [quibus ta-
men non admittitur facultas inducendi inequali-
tatem etiam inter liberos, cum jus contentum sit,
si ipsis relinquatur legitima *Alb. conf.* 307. e. 4.
lib. 2.] utique inter transversales non reperitur
lex, quæ probet necessariam in aliquo esse æquali-
tatem, & eam esse de consilio, non de præcepto, 82
dixit *Magon. dec. Florent.* 35. ante *n.* 25.

Nec tenet consequentia, testator providit ne- 83
potibus ex Sebastiano patruele, qui erant in rerum
natura tempore testamenti, ergo & nepotibus Bar-
tolini alterius patruelis, qui nec nati erant, nec
concepti, ut supra pluries diximus, & clarè tra-
dit *Roland. dict. conf.* 43. *n.* 38. *lib.* 4. & licet *Pere-*
grin. art. 31. *n.* 9. suadeat æqualitatem etiam in-
ter transversales, loquitur tamen in existentibus
in pari gradu, & in jam natis, & cognitis testa-
tori.

Accedat, quod ad suadendum fideicommissum, 84
vel ejus transmissionem, conjecturæ debent desu-
mi ex ipso testamento, alioquin non relevant
Bald. in l. 1. *eum.* 10. *in fin. C. de his, qui ant.*
apert. tab. Paris. conf. 44. *num.* 25. *lib.* 2. *Decl.*
conf. 417. *sub n.* 4. *Soccin. Jun. conf.* 29. *num.* 2.
lib. 4. *Simon de Prat. lib.* 1. *interpret.* 2. *dub.* 1.
sol. 1. *n.* 8.

Idem dicitur de secunda, qua considerabatur
absurdum, ut per mulierem extraneam exclude-
tur unus de familia, nam præterquamquod libe-
ra unicuique rerum suarum est dispositio, nisi lex 85
aliter disponat, *l. in re mandata C. mandati §. di-*
sponat. in auth. de nupt. hæc quoque conjectura est
hominis, desumiturque extra testamentum fidei-
committentis, cum D. Marietta non veniat ex te-
stamento ipsius, sed Dominici ejus viri, qui si in-
testatus decessisset, non potuisset procul dubio actor
obiicere hoc absurdum venientibus ab intestato,
quia ipsum præcessissent in gradu, longè ergo mi-
nus potest hoc obiicere hæredi venienti ex testa-
mento.

Tertia conjectura de favore agnationis, & præ-
tensa intentione conservandi bona in familia, jam
sublata est.

Quarta verò, quod testator pro eo respon- 86
disset, si super hoc fuisset interrogatus, levior
est cæteris, quia potuisset & aliter respondere
Bersatt. conf. 337. *num.* 11. *lib.* 3. quinimo cum 87
restrinxerit dispositionem suam ad certum genus
personarum, nempe ad filios Bartolini dumtaxat,
in vim dictionis *ejus*, cessat omnis spes transmis-
sionis *Menoch. conf.* 215. *num.* 13. & cum optime 88
noverit differentiam, quæ est inter filium, & nepo-
tem, dum separatim de utrisque in testamento
mentionem fecit, non possunt nepotes prætendere
se vel vocatos, vel jus fideicommissi in ipsos esse
translatum *Menoch. præsumpt.* 94. *n.* 12. *lib.* 4. &
dict. conf. 215. e. 72. *Surd. dict. tract. de aliment.*
tit. 9. *quæst.* 36. e. 18.

Ex quibus satis, superque justificatam censui-
mus nostram hanc resolutionem.

Livius Riccardus Pe ator.
Alexander Zilocchius.
Antonius Carinus.

A D.

ADDITIO.

SUMMARIUM.

1 *Appellatione filiorum an, & quando veniant nepotes.*
2 *Fideicommiſſum conditionale an tranſmittatur.*

Ad num. 1. & ſeqq.

1 Quando appellatione filiorum veniant nepotes, vel non vide quæ latiſſimè dixi ſupra in *addit. ad dec. 9. n. prim. & plur. ſeqq.* ubi *n. prim. &* 117. allegatur præſens *deciſio*, *Rot. Florent. dec.* 42. pariter ſuperius impreſſ. hoc eodem volumine, & *dec. 57. n. 27. & 28.* inter impreſſ. coram me, & vide etiam *Rot. Senen. dec. 9. & dec. 25. n. 16. & ſeqq.* pariter coram me.

Ad num. 79. & ſeqq.

2 Quod fideicommiſſum conditionale non tranſmittatur abundè ſcripſi ſupra in *addit. ad dec. 28. n. 1. & ſeqq.*

PETRASANCTEN.
Fideicommiſſi.

17. *Junii* 1606. *ex lib. Motiv.* 88. *a* 422.

ARGUMENTUM.

Vocato ad fideicommiſſum proximiore in gradu de agnatione teſtatoris, ſuccedit proximior de tempore purificatæ conditionis, poſthabita vinculi duplicitate. Pro declaranda dubia voluntate teſtatoris licet duo teſtes ſufficiant, tamen ſi agatur de nova diſpoſitione inducenda ſeptem, vel quinque requiruntur. Et an, & quando dicatur agi de nova inducenda diſpoſitione, ſeu potius de obſcura declaranda.

SUMMARIUM.

1 *Vocato proximiore, ſuccedit qui talis eſt de tempore purificatæ conditionis, & n.* 43.
2 *Licet ante alter proximior, vel in pari gradu extitiſſet.*
3 *Verbum* proximior *plures poteſt habere ſignificationes.*
4 *Declaratio verbi* proximior *non eſt parvi facienda, quando haberi poteſt ab eo, qui illum protulit.*
5 *Teſtator ubi ſe ipſum gloſſat, non quæritur de interpretatione legis.*
6 *Amplia ſive declaratio ſumatur ex his, quæ teſtator dixit ante teſtamentum, ſive poſt.*
7 *Voluntas teſtatoris, non ſermonis proprietas attenditur in fideicommiſſo.*
8 *Amplia etiamſi agatur inter plures idem fideicommiſſum, vel legatum prætendentes.*
9 *Cum teſtator minus ſcripſit, vel in ſcribendo erravit, error iſte, ſi per teſtes probetur, emendari debet.*
10 *Declarabit voluntatis dicatur probata ex depoſitione duorum teſtium.*
Secus ad probandam novam diſpoſitionem, quia ſeptem requiruntur n. 26.
11 *Amplia primo, etiamſi ſint ſingulares.*
12 *Amplia ſecundo, etiamſi ſint fœminæ.*
13 *In diſpoſitionibus, præſertim teſtamentariis, ſingula verba debent aliquid operari.*
14 *Qualitas adjuncta verbo qualificat illud, & ponit ſub diverſa ſpecie.*
15 *Ubi mens teſtatoris eſt interpretanda, ejus affectio plurimum valet.*
16 *Et proprietati ſermonis anteponitur.*
17 *Arctior ſanguinis conjunctio reputatur, quæ duplici vinculo conjungitur.*
18 *Cognationis vinculum nihil operatur, quando teſtator de eo rationem non habuit.*
19 *E converſo multum prodeſt, quando teſtator de illo curavit.*
20 *Conjectura majoris affectionis deſumitur ex arctiori ſanguinis conjunctione.*
21 *Quando quis teſtatori eſt inviſus, non præſumitur de illo ſenſiſſe.*
22 *Ex prædilectione in vita arguitur prædilectio in morte.*
23 *Teſtator potius præſumitur diligere aſcendentes, & deſcendentes, quam tranſverſales.*
24 *Et inter tranſverſales, qui habent cum eo commune principium.*
25 *Voluntas teſtatoris talis præſumitur, qualem verba ſonant.*
26 *Ad inducendam novam, & diverſam voluntatem ſeptem teſtes requiruntur, & n.* 55.
Sed ad eam declarandum duo ſufficiunt.
27 *De declaranda voluntate teſtatoris agitur, cum tractatur de explicandis verbis, quæ habent duplicem ſenſum.*
28 *Et quando agitur de verbis, quæ ſecundum propriam ſignificationem unum important, & alium ſenſum ſecundum legem in veriſimili mente teſtatoris fundatum obtinent.*
Exemplifica ut n. 29.
30 *Duo teſtes ſufficiunt ad declarandam voluntatem teſtatoris, quod ſub expreſſa vulgari non intellexerit comprehendere pupillarem.*
31 *Vinculum naturale non poteſt non ineſſe.*
32 *Duplicitas vinculi redditur inefficax a lege ultra fratres, & fratrum filios.*
33 *Intelligentia verborum teſtatoris deſumenda eſt ab ejus uſu loquendi, non a generali hominum conſuetudine.*
34 *In teſtamentis non tam veritas, quam opinio attenditur.*
35 *Pro vero accipitur, quod teſtator verum credidit.*
36 *Quando teſtator erravit circa nomen hæredis aptum comprehendere plures, ſi conſtet de perſona, in ea verificari debet diſpoſitio.*
37 *Ad judicandum quis vocatus fuerit nomine æquivoco, attendi debet demonſtratio conveniens notitiæ diſponentis.*
38 *Ubi verba ſunt clara non indigemus gloſſis.*
39 *Et ceſſant omnes advocatorum ſubtilitates.*
40 *Nec poteſt dici teſtatorem aliter ſenſiſſe.*
41 *Licet aliqua præſumptio id ſuadeat.*
42 *Verbum* proximior *ſignificat illum, quem nemo antecedit.*
43 *Paria ſunt aliquem nominatim vocari, vel ſub nomine proximioris, ſi proximioritas in eo concurrat, & de ratione n.* 44.
45 *Conſanguineus excluditur ab utrinque conjuncto, cum vocatus eſt* proximior.
46 *Limita quando vocatus eſt* proximior in gradu.
47 *Quando habita eſt ratio gradus, duplicitas vinculi non operatur.*
48 *Sed cenſetur vocatus, qui habet gradus qualitatem.*
49 *Agnatio a ſolo virili ſexu deſcendit.*
50 *Ideo in illa majorem partem non habet conſanguineo utrinque conjunctus.*
51 *Quando habita eſt ratio agnationis, duplicitas vinculi non operatur.*
52 *Vinculum maternum eſt impertinens, cum a ſtatuto, vel teſtatore vocantur agnati.*
53 *Cum teſtator primum, & ſecundum gradum hæredum expreſſe nominavit, & deinde* proximiorem in gradu de agnatione, *cenſetur agnationem tantum conſideraſſe, non certas perſonas.*

54 *Status purificatæ conditionis attendendus est, non testamenti.*

56 *Cum agitur de probando id, quod naturali, & civili verborum significationi repugnat, tunc agitur de inducenda nova, & diversa dispositione, non autem de declaranda.*

57 *Sub expressa vulgari continetur tacita pupillaris non ex proprietate verborum, sed ex legis interpretatione fundata in verisimili mente testatoris.*

58 *Si pater duobus filiis impuberibus uni vulgariter, alteri pupillariter tantum substituat, tunc una substitutio non comprehenditur sub alia, & de ratione.*

59 *Et si quis velit contrarium probare septem testes inducere debet.*

60 *Declaratio mutans substantiam dispositionis non dicitur declaratio, sed dispositio.*

DECISIO LIII.

In Causa Tolomei, e Tolomei.

Vincentius de Tholomeis de Petrasancta, instituto sibi hærede universali Nicolao filio, eidemque sine filiis decedenti, substituto Sebastiano de Venois fratre uterino, tandem ita disposuit: *Et casu quo dictus Sebastianus decederet sine liberis legitimi matrimonii, voluit, & ordinavit, quod ejus hæreditas devolvatur ad proximiorem in gradu domus, & agnationis de Tholomeis dicti testatoris ordine successivo per fideicommissum.*

Evenit casus postremæ substitutionis, & statim orta est contentio inter Jacobum, & Claudium, testatoris agnatos, existimante isto, successionem ad se pertinere, uti in tertio grado consanguinitatis conjunctum, ideoque tempore purificatæ conditionis cæteris omnibus testatori proximiorem, illo verò contendente, testatorem de Andrea patre suo, qui tempore conditi testamenti adhoc in humanis agebat, & postea de se ipso intellexisse, ac propterea instante, condemnari Claudium ad sibi dimittendum bona omnia Vincentii, jam ab ipso in judicio possessorio obtenta, una cum fructibus ex eis perceptis.

1 Et quia non ignorabat, sibi maxime obstare
verba testamenti proximiorem in gradu vocantis,
quæ sine dubio referenda sunt ad tempus purificatæ
conditionis *l. intervenerit ff. de legat. præst.*
Alex. cons. 26. in fin. vol. 3. Dec. cons. 299. n. 8.
2 *& Magon. dec. Florent. 92. num. 37.* etiam si fortè
ante illud tempus alter fuisset proximior, vel in
pari gradu, ut in casu isto *Castr. cons. 164. col. 5.
vers. ad secundum respondetur vol. 2. Dec. cons. 1.
n. 6. Paris. cons 40. n. 17. 20. & 22. & cons. 74.
n. 12 & 13. & cons. 83. n. 13. vol. 2. & Magon.*
ubi supra *n. 38.* quo tempore sine dubio Claudius Jacobum antecedebat. Idcirco totum se vertit ad probandum, quod testator per ea verba intellexit in primis de Andrea patre suo, mox vero de semetipso, excluso prorsus Claudio uti sibi inviso, & secundum testatoris existimationem nullo sibi agnationis vinculo colligato.

Id autem satis se præstitisse credidit per attestationes nonnullorum testium, quorum primus dixit, *che avanti, che Vincenzio si partisse da Pisa per navigare sulle Galere di S. A. dichiarò aver fatto testamento, ed esser sua volontà, che morendo Niccolò suo figliuolo, e Bastiano suo fratello uterino, la sua roba andasse a Andrea, ed a Jacopo suo figliuolo de' Tolomei.*

Secundus verò, *che Vincenzio Testatore avanti si partisse di Pietra Santa, per andare a navigare si lasciò intendere di voler far testamento in Pisa, e lasciar suo erede Niccolò suo figliuolo, e dopo Bastiano suo fratello, e dopo Bastiano Andrea Tolomei suo zio, e suoi figliuoli, come più prossimi parenti.*

Et demum tertius, *che Vincenzio Tolomei, nel tempo, che venne a Pisa per andare a Napoli sulle Galere del Gran Duca, e prima che partisse di Pisa fece testamento, e gli udì dire, avanti che lo facesse, che teneva per il suo più prossimo della Casa de' Tolomei Andrea, e non Claudio, e mostrava di avere malagevolezza con Claudio.*

Quapropter cum dictio illa *proximior*, qua 3
usus est testator in se ipsa subobscurior sit, & varias
possit excitare difficultates, quia quandoque
proximiorem respectu testatoris importare potest,
quandoque verò gravati, aliquando ordinem
successivum, aliquando non, & demum pro
nunc aliquando proximitatem secundum gradus
juris civilis, & aliquando secundum gradus juris
canonici, profectò illius declaratio parvifacienda 4
non est, præsertim si ab eo haberi possit, qui
eam protulit, hoc est a testatore, ut inquit *Soccin. cons. 102. col. penultim. vers. ex quibus patet
vol. 3.* quia ubi testator se ipsum glossat, non quæ- 5
ritur amplius interpretatio legis *Curt. Sen. cons. 29.
col. 3. vers. ita in proposito. Paris. cons. 91. n. 27.
& cons. 97. n. 24. lib. 2. Gramat. cons. civil. 105.
n. 67.* probat text. in *l. ex facto*, & ibi notata
ff. de vulgar. & pupillar. & multis exornat *Simon
de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib. 1. dub. 3.
sol. 5. n. 1.* sive ista declaratio sumatur ex his, 6
quæ dixit testator ante, sive post testamentum *Simon
de Prat.* ubi supra *n. 23. & 25. & Mantic. de
conjectur. ultim. volunt. lib. 12. tit. 16. sub c. 3.*
& melius *lib. 5. tit. 15. n. 2. & 3.* post *Bart. in l. 2.
n. 40. ff. de vulgar. & pupill.*

Rursus cum in fideicommissis sola testatoris 7
voluntas attendatur, spreta prorsus omni proprietate
sermonis *l. cum visum in fin. C. de fideicom.
l. non aliter ff. de legat. 3. & Mantic. lib. 3. tit. 3.
n. 9. & 10.* etiam quando res agitur inter plures 8
idem legatum, vel fideicommissum prætendentes,
idem *Mantic. lib. 8. tit. 4. n. 5. & Menoch. lib. 4.
præsumpt. 16. n. 2.* qui concordantes allegat, frustra
videtur Claudius tueri se sub clypeo proprietatis
illius vocis, *proximior*, cum probatum fuerit
exadverso, testatorem de ipso non sensisse, sed
de alio, notariumque vel minus scripsisse, quam 9
testator dixerit, vel in scribendo errasse, quo casu
omissum suppleri, & error emendari debet, si
per testes sufficienter probetur *Castr. cons. 18. n. 3.
vol. 2. Roman. cons. 385. n. 7. in fin. & Soccin. Sen.
in l. in ambiguo n. 7. ff. de reb. dub.*

Neque verò satis probabiliter in dubium re- 10
vocari posse videbatur, an voluntas ista sic declarata
esset sufficienter probata, quia si regulariter
duo testes ad id sufficiunt *Gloss. in l. hæredes palam
§. si quid post ff. de testam.* & ibi *Bart. n. 4.
& Castr. n. 13.* idem *Bart. in l. 2. num. 39. ff. de
vulgar. & pupillar. & in l. 1. n. 2. C. de codicillis,*
cum multis aliis relatis per *Mantic. lib. 12. tit. 16.
n. 2. & Simon. de Prat. dict. solut. 5. n. 33.* etsi 11
sint singulares *Simon* ibidem *num. 34. in fin. & n. 35.*
& etiam fœminæ *Mantic.* ubi supra *n. 2.* post *Ol-* 12
drad. cons. 297. n. 8. certe probatio facta in casu
isto plusquam sufficiens erit, uti trium virorum
testimonio roborata, accedentibus præsertim multis,
ac illis quidem validissimis conjecturis depromptis
ex ipsamet substitutione rei, hoc est ex ver-

bis

bis testatoris, & qualitatibus inhærentibus tam
personæ ipsius, quam ipsorummet contendentium.
Quarum prima illa est, quæ deducitur ex il-
lis verbis *domus, & agnationis de Tholomeis dicti*
13 *testatoris*, quia cum in dispositionibus, præser-
tim testamentariis, singula verba stare debeant cum
ministerio aliquid operandi *l. si quando in princip.*
ff. de legat. 1. & latè *Mantic. lib.* 3. *tit.* 6. *n.* 2.
cum seq. facile admittendum non est, quod verba
illa *dicti testatoris* ociose prolata fuerint, sed be-
ne ut qualificent, & separent Tholomeos testato-
14 ris, ab aliis, juxta regulam, quod qualitas adjuncta
verbo qualificat illud, & idipsum reponit sub alia
specie *cap. cum Marta §. quæsivisti de celebrat.*
miss. & in processu probatum est, quod quando te-
stator loquebatur de Tholomeis, intelligebat de
Andrea, & ejus filiis, tamquam sibi ab utroque
latere conjunctis, quinimò quod palam dubitabat,
Claudium non esse de Tholomeis, ergo dicendum
est, quod etiam ex vi ipsorummet verborum An-
dreas, & filii includuntur, Claudius verò excludi-
tur.
15 Secunda principalis conjectura deducebatur ex
singulari affectione, qua testator prosequebatur An-
dream, & filios, quæ & ipsa plurimi valet, ubi
mens testatoris interpretanda est *l. si servus plu-*
rium §. ultimo ff. de legat. 1. *& l. Aurelius §. Ti-*
tius ff. de libertat. legat. Ang. cons. 18. *n.* 2. *Ancbar.*
cons. 237 *n.* 2. *Socc. cons.* 26. *n.* 4. *lib.* 4. *& Gra-*
16 *vett. cons.* 62. *n.* 8. & proprietati sermonis ante-
ponenda est, idem *Soccin. & Gravett.* ubi supra pro-
xime, & post eos *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 16.
n. 2. cujus quidem multa in casu isto argumenta
17 habemus, primum, arctior sanguinis conjunctio a du-
plicitate vinculi proveniens, cum negari non pos-
sit, quin illi, qui ex iisdem prorsus parentibus cum
nobis nati sunt, arctiori consanguinitatis vinculo nos
attingant, quam illi, qui ex uno tantum, argumen-
to text. in *cap.* 1. *de treg. & pac. & §. si verò*
neque fratres, auth. de hered. ab intest. venient. &
in casu nostro eo magis admittendum est, cum
de eo testatore loquamur, qui semper magnifecit
conjunctionem a cognatione descendentem, ideoque
prætulit fratrem suum uterinum proprio agnatio-
18 ni, ut in ejus testamento explicite legitur, quare
sicut cognationis vinculum nihil prorsus operatur,
quando testator de eo rationem non habuit *Me-*
noch. latè *lib.* 5. *præsumpt.* 75. *n.* 2. 12. 18. & 25.
19 sic per contrarium multum operatur, quando te-
stator cognationis rationem habuit. Magnam au-
tem esse conjecturam illam affectionis, quæ duci-
20 tur ab arctiori sanguinis conjunctione, probat text.
in *l. Titius ff. de hered. instit. Alciat. de præsumpt.*
regula prim. præsumpt. 2. *& Menoch. dict. præ-*
21 *sumpt.* 16. *n.* 4. quibus si illud addamus Claudium
fuisse in primis testatori invisum, profectò num-
quam de eo fuisse sensum evidenter concludemus,
vulgata *l. Lucius §. Lucius Titius ff. de legat.* 2.
Socc. cons. 37. *n.* 6. *lib.* 3. *Mantic. lib.* 8. *tit.* 4.
num. 6. *Molin. de primogen. Hisp. lib.* 1. *cap.* 14.
n. 13. *& Peregrin. de fideicomm. art.* 22. *n.* 99.
22 Secundum, ipsius Andreæ prædilectio, cum
præsumptio sit, ut quem vivens prædilexi etiam
moriens magis diligam, *l. penult. ff. de adim. le-*
gat. Bart. in l. in quartam n. 9. *ff. ad l. falcid. &*
in l. filium, quem habentem n. 6. *C. fam. Ercifcun.*
Bald. ibidem *n.* 16. *& Menoch.* ubi supra *n.* 9.
23 Tertium, commune procreationis principium,
quia sicut præsumitur testator magis diligere ascen-
dentes, & descendentes, quam transversales *Dec.*
24 *cons.* 315. *num.* 10. *& Gravett. cons.* 613. *num.* 10.
sic etiam verisimile est, ut inter transversales eos
magis amet, qui principium omnino commune,
cum eo habent, quam qui ex una tantum parte,
illum attingunt.
Neque intentioni Jacubi obstare videbatur,
fundamentum illud, in quo tota vis Adversarii re-
sidere videtur, nempe quod supradicta forte pro-
cederent, si eadem legitime constarent, quia cum
verba illa *proximior in gradu* sine dubio designent
Claudium, & voluntas testatoris talis esse præsu-
matur, qualem verba sonant, quia verba sunt no- 25
tæ, & signa earum passionum, quæ sunt in animo
Angel. in l. fin. ff. de hered. instit. Luc. de Pen. in
l. fin. C. de præd. Decur. lib. 10. *Simon de Prat.*
lib. 2. *interpret.* 3. *dub.* 2. *solut. prim.* utique dum
agitur de admittendo Andrea, & filiis ejus, jam 26
non declarationis voluntatis per verba designatæ,
sed de novæ, ac diversæ voluntatis, cui verba
nullo modo conveniunt, inductione agitur, ut pa-
tet ad sensum, ad quod faciendum, non duo, vel
tres testes, sed septem necessarii sunt *Bart. in l.* 2.
n. 39. *& 40. ff. de vulgar. & pupill. & Mantic. &*
Simon de Prat. in locis supra allegatis.
Quia respondetur, quod imo agitur de decla- 27
ratione primæ, non autem de novæ voluntatis
probatione, ut ex infra dicendis liquido constat.
Quia tunc dicitur agi de voluntate testato-
ris declaranda, non autem de nova, & diversa pro-
banda, quando tractatus non solum de declaratio-
ne verborum, quæ duplicem sensum recipere pos-
sunt [id quod transit sine difficultate ex traditis
per *DD. in l. heredes palam §. si quid post ff. de te-*
stam.] verum etiam quando agitur de declaratio- 28
ne eorum verborum, quæ secundum propriam, &
naturalem significationem unum important, at se-
cundum legis dispositionem fundatam in verisimi-
mili mente disponentis, alium sensum consequun-
tur, exemplum sit
Testator filio suo impuberi vulgariter substi- 29
tuit, certe sub conceptione substitutionis vulga-
ris ex proprietate sermonis numquam comprehen-
ditur, imò potius excluditur pupillaris, quia se-
cundum naturam impossibile est, ut illa verba *si*
heres non erit, importent, *si heres erit, & in pu-*
pillari ætate decesserit, nihilominus lex fundata in
verisimili mente testatoris, & animadvertens, quod
si testator cogitasset casum substitutionis pupilla-
ris, in illum etiam casum verisimiliter substituis-
set, statuit ut unus sub altero comprehendatur *l.* 2.
ff. de vulg. & pupill & l. jam hoc jure eod. titul.
Et tamen admittunt DD. quod ad tollendam hanc 30
præsumptam mentem testatoris, & ad efficiendum,
ut sub illa expressa vulgari non includatur taci-
ta pupillaris, sufficiant duo testes *Bart. in dict. l.* 2.
n. 39. *Bald. in l. quamvis n.* 2. *ff. de impub. & aliis*
substit. & ibi *Salic. n.* 4. *& Alex. n.* 2. *& Mantic.*
lib. 12. *tit.* 16. *n.* 5. *& 6.* at in casu nostro agi-
tur de declaratione illorum verborum, quæ secun-
dum naturalem significationem unum important, &
secundum civilem aliud, ergo duo testes satis su-
perque erunt. Quod autem res ita se habeat, pro-
batur
Quia cum Jacobus secundum naturam, & rei
veritatem sit proximior testatori, & ei magis co-
njunctus ob duplicitatem vinculi, quod naturale 31
est, & non potest in eo non inesse *l. jus agnationis*
ff. de pact. l. abdicatio, & ibi *Gloss. C. de patr.*
potest. & l. jura sanguinis ff. de regul. jur. at fa-
ctus sit non proximior per dispositionem legis, quæ 32
virtutem duplicitatis vinculi reddit inefficacem,
ultra fratres, & fratrum filios *§. si verò neque fra-*
tres, Auth. de hered. ab intest. venient. Bart. in l.
post consanguineos §. legitima ff. de suis, & legit.
& Gabr. cons. 136. *n.* 2. *& 3. lib.* 1. certe dum
agitur de probando testatorem intellexisse de pro-
ximi-

ximitate secundum naturam, & veritatem propter
vinculi duplicitatem, non autem secundum legis
dispositionem, nemo dixerit umquam agi de di-
versæ voluntatis inductione, cum eo in casu eef-
set fundamentum legis scilicer, verisimilis mens te-
statoris.

Tandem unus ex Dominis Informantibus, qui
acrius, quam cæteri facerent, partes agentis tue-
batur, totum se vertit ad usum loquendi tastato-
ria, quia cum in processu esset per duos testes pro-
batum, quod testator, quando loquebatur de Tho-
lomeis semper intelligebat de illa linea Tholomeo-
rum, ex qua oriundus est Jacobus, quæque ipsum
ab utroque latere contingebat, quinimò quod pas-
sim dictitabat, Claudium non esse de suis Tholo-
meis, non videbatur ulterius hæsitandum, de qui-
bus non ipse sensisset, eum regula juris sit, quod
33 si incidat controversia circa intelligentiam verbo-
rum a testatore prolatorum, attendendus sit spe-
cialis usus loquendi ipsius, non autem generalis ho-
minum consuetudo *l. si servus plurium §. fin. ff. de
legat 1. Rom. in l. haeredes palam §. 2. n. 5. & Aret.*
ibidem *n 9 ff. de testam. & Mantic. de conjectur.*
34 *lib. 3. tit 9. n. 1.* prætertim cum in testamentis
non tam veritas, quam opinio attendatur *Bald. in
l. ultim. §. 1. n. 22. C. comm. de legat. Jas. in l.
si tibi homo in princ. n. 10. de legat.* 1. & probat
text. in *l. quo loco*, & ibi *Gloss. ff. de hered. in-*
35 *stit.* & pro vero accipiendum sit, id quod testa-
tor credidit esse verum *Mantic.* qui multa ad hoc
propositum refert *lib. 3. tit. 20. n. 1. & 2.*

Quin etiam stante supradicto usu loquendi, &
36 opinionis testatoris probatione, resultat alia con-
clusio juris, quod cum testator erraverit circa no-
men hæredis, quia eo nomine usus est, quod est
aptum comprehendere etiam Claudium, & nihilo-
minus constet de persona, dispositio in ea verifi-
cari debet *l. 2. & fin. C. de testam. & §. si qui-*
37 *dem in nomine instit. eodem tit.* & ad indicandum,
quis vocatus fuerit sub nomine æquivoco, atten-
ditur demonstratio, quæ convenit notitiæ dispo-
nentis *l. qui habebat ff. de reb. dub.*

Hæc omnia, licet subtiliter admodum excogi-
tata, & eleganter proposita a Dominis Informan-
tibus essent, non tamen tantæ molis fuerunt, ut
Dominos avertere potuerint a vera, naturali, &
plana significatione verborum a testatore prolato-
rum, & a confirmatione illius voluntatis, quam
ea verba evidenter præseferunt, atque Claudii fa-
38 vorem undequaque redolent, quia ut inquit *Bald.
cons. 337. vol. prim.* ubi verba sunt clara, non in-
39 digemus glossa, & tunc etiam cessant omnes Ad-
vocatorum subtilitates, ut idem inquit *cons. 174.*
40 *in fin. vol. 2.* nec potest dici, quod testator aliter
senserit *Capr. cons. 128. in fine*, etiam si forte ali-
41 qua præsumptio id suadeat *Castr. cons. 71. num. 2.
vol. 2.*

Et omisso rigoroso examine testium dicta, &
personas respiciente, nec non etiam posthabitis
probationibus exadverso factis infringentibus ma-
gna ex parte probationes actoris, cum ab eis causæ
istius resolutio petita non fuerit. Ad id in primis
42 ponderata fuit dictio illa *proximior*, quæ cum ex
natura sua illum importet, quem nemo antecedit
43 *l. proximi, & l. proximus*, & ibi *Rebuff. ff. de ver-
bor. significat.* & tempore purificatæ conditionis
[quod tempus in materia ista sine dubio atten-
dendum est *l. cum ita §. in fideicommissis*, & ibi *DD.
ff. de legat. 2.*] talis certè sit Claudius, ut ex ar-
bore familiæ ab ipsomet actore producto clare col-
ligitur, utique dicendum est, perinde esse, ac si
Claudius nominatim vocatus fuisset dict. *l. qui ha-*
44 *bebat ff. de reb. dub.* quia sicut quando testator, non

habet satis nota nomina eorum, super quibus di-
sponit, intelligitur sensisse de illis, quibus conve-
niunt qualitates in oratione expressæ, licet fortè
non conveniant nomina, ut ibi clarè deciditur,
sic etiam in casu nostro, cum testator non potue-
rit scire, quis nam proximior sibi futurus esset
eo tempore, quo purificaretur fideicommissum, de
eo sensisse intelligendus est, in quo qualitas illa ma-
joris proximitatis verificatur.

Quod si forte aliquis existimet, qualitatem 45
istam melius verificari in persona utrinque conjun-
cta, atque contendat, consanguineum excludi ab
utrinque conjuncto, quando proximior simpliciter
vocatus est, ut volunt *Paris. cons. 59. n. 18. vol. 3.*
sensit *Castr. cons. 376. vol. 2.* & clarè firmat *La- 46
derch. cons. 54. n. 5. in fin.* & melius *n. 7. in princ.*
adhuc tamen in casu isto cessat omnis difficultas,
ob adjectionem subsequentis verbi *in gradu*, quod
cum non possit aliquo pacto verificari in Jacobo,
qui sine dubio est in gradu remotiori, quemque
duplicitas vinculi amplius adjuvare non potest, quia
ubi est habita ratio gradus, ea nihil operatur se- 47
cundum *Paris. Castr. & Laderch.* ubi supra, certè
alium apertè designat, in quo hæc qualitas repe- 48
riatur, ut in puncto argumentatur *Laderch.* ibidem
vers. quinto statutum ipsum, & dixit ante eum, & lon-
ge plenius *Alb.* ab ipso non citatus *cons. 81. n. 24*

Tertiò loco ad idem considerata fuit dictio
agnationis, quæ enim æquo modo conveniat con-
sanguineo, & utrinque conjuncto, quia in agnatio- 49
ne, quæ a solo virili sexu descendit *§. prim. in-
stit. de legit. agnat. success.* non habet majorem par- 50
tem unus, quam alius *Bero. cons. 244. vol. 2.* &
alii relati per *Laderch.* ubi supra *n. 7. & Alb.
dict. cons. 81. n. 26.* satis etiam aperte designat,
duplicitatem vinculi nihil in proposito operari, 51
quinimo evidenter demonstrat testatorem nullam
cognationis habuisse rationem, quia sicut statutum, 52
quando vocat expresse agnatos, reddit vinculum
maternum impertinens, ita etiam testator, pro ut
in puncto argumentatur *Alb.* ex communi opinio-
ne *dict. cons. 81. n. 9.*

Prædictis confert modus a testatore obser- 53
vatus in institutionibus, & substitutionibus præ-
cedentibus, quia cum non solum primum gradum
hæredum, sed etiam secundum sub eorum proprio
nomine expresserit, certè si in tertio, & ulteriori
de certis personis in individuo sensisset, nihil fa-
cilius fuisset, quam eas exprimere, quod cum non
fecerit, sed novo loquendi modo proximiorem
in gradu de agnatione vocaverit, satis evidenter
docuit, se non certas personas amplius contempla-
ri, sed agnationem solam, ut egregiè considerat
*Anchar. cons. 27. col. penult. vers. et hanc ejus men-
tem*, & per consequens omnes alias qualitates ab
agnatione extraneas, inutiles prorsus esse ad voca-
tionem arguendam, quarè cum Claudius sit æquo
modo cum Jacobo agnatus, sed ipsum postea su-
peret in eo, quod est agnatus in gradu proximior,
procul dubio ipse debet dici substitutus, non au-
tem ille, cui demonstrationes a testatore expres-
sæ non conveniunt, præsertim cum de eo testa-
tore loquamur, qui non tam qualitatis conjunctio-
nis, quam proximitatis gradus in cæteris rationem
habuit, dum fratrem uterinum tantum præposuit
universæ suæ agnationi.

Et licet duo, vel tres testes exadverso examinati
probare nitantur, testatoris mentem longe aliam fuis-
se, ipsumque de Jacobo, seu de Andrea patre suo ve-
re sensisse, nihilominus istud non potuit obesse Clau-
dio, non solum, quia stant ista duo simul, quod te-
stator ita crediderit, quia tempore facti testamenti
Andreas pater Jacobi erat in gradu æquali cum
Clau-

Claudio, & ſi caſus tunc eveniſſet, ſine dubio &
ipſe in medietate ſucceſſiſſet, quinimo ſi Claudius
ante eum vita functus eſſet, ſucceſſiſſet in totum,
54 & quod mutata rerum facie, aliter ſtatuendum ſit,
quia non ſtatus teſtamenti, ſed purificatæ condi-
tionis eſt attendendus.

Verum etiam, & multo magis, quia dato,
citra præjudicium veri, quod teſtium depoſitio id
importet, ut ſolus Andreas, & ejus deſcendentes
vocati fuerint, Claudius verò excluſus, adhuc ta-
men iſtud parvi refert, cum per legitimum nu-
55 merum teſtium id non conſtiterit, quia cum ſine
dubio agatur de inducenda omninò diverſa diſpo-
ſitione ab ea, quam verba præſeferunt, non au-
tem de declaranda dubietate aliqua ex eis proce-
dente, jam non duo, vel tres, ſed vel ſeptem,
vel ſaltem quinque teſtes neceſſarii ſunt, ut ſu-
pra fuit probatum ex *Bart. Mantic. Simon. de Prat.*
& aliis.

56 Quod autem res ita ſe habeat, ex eo mani-
feſte deprehenditur, quia ſicut tunc dicitur agi
de declaratione, cum res reducitur ad eum ſen-
ſum, qui verbis convenire poteſt, vel ſecundum
eorum naturalem ſignificationem, vel ſecundum
legis interpretationem, ut ſupra dictum eſt, ſic
etiam tunc dicitur agi de novæ, & diverſæ vo-
luntatis inductione, cum id probari contenditur,
quod omninò repugnat & naturali, & civili ver-
borum ſignificationi, exemplum ſit

Nemò eſt qui neſciat, quod ſub expreſſa vul-
gari continetur tacita pupillaris, & è contra, non
quidem ſecundum ſenſum naturalem, ſed ſecun-
dum civilem interpretationem fundatam in veri-
57 ſimili mente teſtatoris, ut ſupra fuit probatum
ex *l. prim. & 2.* & ibi *Bart.* & alii *ff. de vulgar.
& pupill.* pone modo, quod pater habens duos fi-
lios impuberes uni pupillariter tantum ſubſtitue-
58 rit & alii vulgariter tantum, an eo in ca-
ſu, una ſub altera comprehendatur? certe non,
quia cum appareat teſtatorem de utraque co-
gitaſſe, ceſſat ratio legis fundata in præſumpta
teſtatoris de hac, vel de illa oblivione *Soc. in
l. prim. ff. de vulgar. & pupill. & Deci. conſ.* 316. *n.* 3.

Quid modo, ſi quis velit probare, imò te-
ſtatorem ſenſiſſe, ut una ſub alia comprehendatur,
poterit ne hoc facere? certe ſic, dummodo id fa-
ciat per ſeptem teſtes, ſecundum *Bald. in l.* 2.
59 *in penult. column. in verſ. quaero ergo ff. de vulgar.
& pupill. Dec. conſ.* 316. *n.* 7. *& Surd. conſ.* 129.
n. 28. ea ratione, quia quando tacita pupillaris,
non continetur regolariter ſub expreſſa vulgari, vel
è contra, ſi probandum eſt, quod teſtator voluerit
contineri, jam non de voluntate declaranda agitur,
ſed de nova inducenda, ut in allegatis locis ha-
betur.

Sic in propoſito noſtro dicimus, quod cum
verba illa *proximior in gradu agnationis* ſecundum
naturalem eorum ſignificationem non poſſint con-
venire remotiori, neque ſecundum legis interpre-
tationem, quia nullibi cautum id reperitur, ac
propterea ſecundum utrumque ſenſum denotent
Claudium reum conventum, certe ſi volumus di-
cere, quod denotent Andream, vel Jacobum, ne-
ceſſe eſt, ut fateamur teſtatorem aliud voluiſſe,
quam illud, quod verba importare poſſunt, iſtud
autem novæ, & diverſæ voluntatis probatio dici-
tur, non veteris, & jam expreſſæ, ſed minus cla-
0 re expreſſæ declaratio, quia ubi declaratio mutat
ſubſtantiam, non dicitur amplius declaratio, ſed
diſpoſitio *Menoch. conſ.* 443. *n.* 71. *Surd. conſ.* 356.
n. 25. *Burſatt. conſ.* 339. *num.* 26. & idem *Surd.
conſ.* 129. *num.* 19. & hinc dicebat *Simon de Prat.
Lib.* 1. *interpret. prim. dubit.* 3. *ſolut.* 5. *num.* 33.

poſſe dari in hac materia generalem doctrinam, quod quotieſcomque a lege, vel a Doctoribus dicitur in aliquo articulo, ſic teſtatorem ſenſiſſe, id poteſt probari per duos teſtes, dummodo talis probatio non vergat in novam diſpoſitionem dando, limitando, vel adimendo, quia tunc vel ſeptem, vel quinque teſtes neceſſarii ſunt, ut ipſemet paulo ante dixerat ſub *num.* 30.

Supereſſet nunc ad contraria reſpondere, verum quia ea omnia ceſſant ex defectu probationis voluntatis teſtatoris, cui ipſa in totum innituntur, ideo ulterius non inſiſtimus.

Livius Riccardus Prætor.
Alexander Zilocchius.
Antonius Carinus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

In ſucceſſionibus fideicommiſſariis attenditur proximitas de tempore mortis ultimi poſſeſſoris, eaque deſumenda eſt ex perſona gravati, non gravantis, & quando ſecus. Declaratio facta a teſtatore quomodo probetur. Quænam dicatur vera declaratio, & plura ad materiam declarationis expenduntur.

SUMMARIUM.

1 *PRoximitas verificari debet de tempore mortis ultimi poſſeſſoris.*
2 *Proximior qui hodie non eſt, quamvis olim fuerit talis, non poteſt ſuccedere.*
3 *Proximior ſuperveniens poſt mortem ultimi poſſeſſoris, non avocat bona interim quæſita ei, qui tempore aperti fideicommiſſi erat proximior.*
4 *Limita ſi in contrarium urgeat expreſſa, vel conjecturata teſtatoris voluntas.*
5 *Quænam ſint conjectura ad hunc effectum apta, remiſſive.*
6 *Proximitas gravati, non gravantis attenditur in fideicommiſſis.*
7 *Difficile, & quandoque impoſſibile eſt reperire verum proximiorem teſtatoris, maxime in fideicommiſſis antiquis.*
8 *Regula tamen procedit tam in antiquis, quam in recentibus fideicommiſſis.*
9 *Teſtatores præſumantur ſe conformare voluiſſe cum diſpoſitione juris.*
10 *Proximior defuncto ſemper ſuccedit ab inteſtato inſpecta diſpoſitione juris.*
11 *Proximiorum appellatione ſemper præſumuntur vocati illi, qui ſuccederent ab inteſtato, & ſic proximiores gravati.*
12 *In fideicommiſſis ſuccediter gravanti, non gravato.*
13 *Quod tamen verum eſt ſolum mediate, nam immediate ſucceditur gravato.*
14 *Receditur a prædicta regula de attendenda proximitate gravati ex contraria teſtatoris voluntate.*
15 *Voluntas teſtatoris eſt pro lege ſervanda.*
16 *Ut tamen recedatur a prædicta regula, voluntas teſtatoris debet eſſe clara.*
17 *Receditur, ſi ſubſtituerit agnatos ſibi magis adhærentes.*
18 *Item ſi vocaverit proximiorem, & propinquiorem ſibi.*
19 *Agnatorum appellatione venit agnatio tam effectiva, quam contentiva.*
20 *Si vocati fuerint* — li più proſſimi dell'agnazio-
ne

ne dì esso testatore — non receditur a dicta regula de attendenda proximitate gravati.

21 *Receditur a prædicta regula quotiescumque fit transitus de una ad aliam lineam, & de uno ad aliud genus personarum.*

22 *Limitatio hæc secundum aliquos non procedit in fideicommissis perpetuis.*

23 *Sed contraria opinio est verior.*

24 *Si in defectum masculorum debeat succedere fœmina proximior, succedet fœmina proximior gravanti, non gravato.*

25 *Limita si ex ultimo masculo superfit filia, hæc namque succedet in exclusionem fœminæ proximioris gravanti.*

26 *Regula de proximitate gravati attenditur etiam in primogenituris.*

27 *Proximior ad effectum succedendi in primogenitura dicitur ille, qui habet prærogativam lineæ, quamvis adsit alius, qui illum vincat in prærogativa gradus.*

28 *Testamentum est semper revocabile ad nutum testatoris.*

29 *Donator potest ex intervallo suam donationem declarare.*

30 *Declaratio, quando est vere talis, probatur duobus testibus.*

31 *Si vero sit potius nova dispositio quam declaratio, requiruntur eadem probationes, quæ requiruntur in actu, qui declarari prætenditur.*

32 *Declaratio proprie est illa, quæ tendit ad explicationem alicujus ambiguæ dispositionis.*

33 *Declaratio non est, sed nova dispositio, quando cadit super re clara.*

34 *Vocato proximiore, perinde est ac si fuisset nominatim vocatus ille, qui tempore successionis erit proximior.*

35 *Ideo vocatio illa non admittit declarationem.*

36 *Donator, qui posuit in conditione filios donatarii, potest ex intervallo declarare, illos voluisse dispositive vocare.*

37 *Filii in conditione positi an censeantur dispositive vocati, est quæstio valde intricata, & qui eam tractent.*

38 *Is, qui vocavit descendentes alicujus, potest ex intervallo declarare dictam vocationem, illam restringendo ad solos majores natu.*

39 *Et potest etiam declarare, an necne intellexerit sub descendentium appellatione fœminas comprehendere.*

40 *Contrarium tamen, absolute loquendo, est verius.*

41 *Fœminæ veniunt appellatione descendentium ex proprietate vocabuli.*

Ad num. 1. & seqq.

CErtissimum in jure nostro est, eum, qui vult
uti proximior succedere ad aliquod fideicom-
missum, ad quod proximiores fuerint invitati,
debere probare qualitatem illam proximioritatis
de tempore præciso, quo per mortem ultimi pos-
sessoris aperta fuit fideicommissi successio; ad di-
gnoscendum enim gradus proximitatem attenden-
1 dum esse tempus mortis ultimi possessoris unani-
miter tradunt *Altogr. Sen. cons. 47 num. 70. lib. 2. Altogr. Jun. controv. 4. num. 2. Intrigliol. de feud. centur. 2. artic. 46. num. 7. 8. & seqq. Fusar. de substitut. quæst. 318 n. 2. & 6. Schrader. de feud. part. 7. cap. 7. num. 20. vers. respondeo. Castil. quotid. controv. lib. 3. cap. 12. num. 103. Torr. variar. jur. quæst. lib. 2. miscell. part. 1. tit. 2. quæstion. 1. num. 10. Rot. Florent. decis. 58. num. 26.* inter impress. *coram me.*

Ex qua conclusione sequitur, quod sicuti qui
olim fuit proximior, sed talis amplius non est
tempore mortis ultimi possessoris ob sequutam in-
terea nativitatem alterius existentis in meliori
gradu, non solet ad fideicommissum succedere,
nec jus succedendi in filios transmittere, ut fir- 2
matur in hac *decisione*, & tradunt *Menoch. consil. 220. num. 121. Valenzuel. cons. 83. num. 36. lib. 1. Tiraquel. de primogen. quæst. 3. num. 6. Torr. de majorat. Ital. lib. 3. decis. 29. num. 14.* ita qui
est proximior tempore, quo moritur ultimus pos-
sessor, adeo ad succedendum admittitur, ut a be-
neficio successionis non valeat excludi per proxi- 3
miorem postea natum ex firmatis per *Castrens. consil. 17. num. 5. lib. 2. Alciat. cons. 119. num. 7. lib. 9. Menoch. cons. 413. num. 16. & consil. 830. per tot. Palm. Nep. alleg. 128. num. 7. Thesaur. quæst. 84. num. 12. vers. ampliatur etiam lib. 3. Fusar. de substit. quæst. 318. num. 1. & seqq. Castil. quotid. controv. lib. 5. cap. 9. num. 1. & seqq. Olea. de cess. jur. tit. 3. quæst. 4. num. 1. & seqq. Torr. de majorat. Ital. lib. 2. quæst. 56. num. 6.* juncto *num. 22. vers. & licet non ignorem, & variar. jur. quæst. lib. 1. tit. 1. quæst. 4. num. 4. Rot. dec. 493. num. 3. cor. Bich. decis. 403. & decis. 413.* utrobique *num. 1. cor. Emerix Jun. decis. 95. num. 19. part. 11. decis. 519. num. 22. part. 13. decis. 397. num. 14. & decis. 398. num. 12. part. 15. dec. 131. num. 31. part. 19. recent. decis. 17. num. 22. post Consal. ad Peregr. de fideicomm. decis. 7. num. 13. in Mantiss. ad Card. de Luc. de fideicomm.* & pluribus relatis concordantibus *Rot. Florent. in dec. 58. num. 26. coram me.*

Ab hac tamen postrema conclusione receditur
tam ex expressa, quam ex conjecturata testatoris 4
voluntate, ut pro indubitato firmant *Altograd. cons. 66. num. 20. & 21. lib. 2. Surd. cons. 315. num. 41. Cyriac. controv. 205. num. 93. Carol. Ant. de Luc. ad Franch. decis. 169. num. 2. vers. amplexanda. Torr. de majorat. Ital. part. 2. quæst. 56. num. 26. Rot. decis. 404. num. 19. cor. Merlin. decis. 142. num. 10. cor. Dunoz. Jun. dec. 232. n. 33. in princ. part. 19. recent.* quæ autem, & quales esse
debeant hujusmodi conjecturæ, ne nimium a no-
stræ decisionis materia divagemur, videre potes 5
penes *Castil. quotid. controv. lib. 5. cap. 91. per tot. Torr. var. jur. quæst. lib. 1. tit. 1. quæst. 4. a n. 29. & seqq.* & penes omnes in præcedenti numero allegatos.

Redeundo igitur ad nostram principalem materiam, is qui vult succedere tamquam proximior, debet probare se esse talem de tempore præciso mortis ultimi possessoris, ut ab initio dictum fuit. Et quidem debet probare se proximiorem habito respectu ad dictum ultimum possessorem, non autem respectu ad testatorem; quidquid enim antiquitus disceptatum fuerit, hodiernis hisce tempo-
ribus transivit quodammodo in regulam non ha-
bentem contradictorem, quod in successionibus 6
fideicommissariis attenditur proximitas, gravati
non autem gravantis, ut uno ore firmant *Soccin. Sen. in l. si cognatis 20. num. 40. ff. de reb. dub. & cons. 249. num. 21. lib. 2. Corn. cons. 97. n. 6. & 7. lib. 1. Rolan. cons. 100. num. 18. & per tot. lib. 1. Decian. cons. 100. num. 11. & per tot. lib. 3. Pancirol. cons. 91. num. 16. Venturin. cons. 48. n. 30. & seqq. Balduc. ad Ramon. cons. 16. n. 110. Mier. de majorat. part. 2. quæst. 8. num. 1. Fusar. de substit. quæst. 484. n. 10. Castil. quotid. controv. lib. 3. cap. 19. num. 140. & seqq. Marta de success. legal. part. 4. quæst. 22. artic. 1. num. 22. Torr. de majorat. Ital. lib. 1. cap. 12. §. 1. num. 7. Guttier. quæst. civil. lib. 3. quæst. 66. num. 7. & seqq. Bondon. collect. legal. 41. num. 109. vol. 1. Altograd. Jun. controv. 73. n. 3. Urceol. consult. for. cap. 11.*

num.

num. 7. & seqq. Cirocc. discept. 25. num. 13. &
discept. 26. num. 9. Mans. consult. 84. num. 14.
Rodulphin. alleg. 113. n. 23. Saminiat. controv. 103.
num. 19. & seqq. Rot. decis. 115. num. 5. & de-
cis. 152. num. 1. cor. Duran. decis. 21. & decis. 35.
utrobique num. 1. car. sa. me. Alex. VIII. dec. 135.
num. 1. & decis. 406. num. 2. car. Priol. dec. 681.
num. 2. part. 2. decis. 109. num. 9. part. 5. dec. 135.
num. 10. part. 8. decis. 108. num. 23 part. 9. de-
cis. 194 num. 2. part. 12. decis. 250. n. 2. par. 14.
decis. 69. num. 37. & seqq. par. 17. decis. 26. n. 8.
part. 18. decis. 437. num. 1. part. 19. rec. Et cum
hac opinione semper pertransiit Rota hæc nostra
Florentina, & præcipue in decis. 6. num. 11. de-
cis. 14. num. 33. decis. 26. num. 25. decis. 57. n. 23.
car. me tom. 1. & in addit. ad decis. 7. ad num. 24.
& seqq. ubi alii plures, & ad decis. 17. num. 64.
& seqq. & num. 70. & seqq. ubi aliæ declaratio-
nes in hac materia adducuntur hoc eodem vol.

Cujus conclusionis ea potest ratio assignari,
quod si pro regulanda proximitate attendi debe-
ret persona testatoris, difficillimum, ne dicam
impossibile, quandoque esset reperire verum pro-
7 ximiorem, in iis præsertim fideicommissis, quæ
longissimi temporis durationem habuerunt, ut in
specie ponderat Surd. cons. 370. num. 1. Peregrin.
cons. 44. num. 14. lib. 1. Altogr. cons. 92. num. 22.
lib. 2. Fusar. de substit. quæst. 484 num. 62. Molin.
de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 9. num. 13. Castil.
quotid. controv. lib. 5. cap. 138. num. 12. Torr. de
majorat. Ital. lib. 1. cap. 6. num. 56. & 57. Fon-
tanel. decis. 35. num. 3. & seqq. Rot. decis. 465.
num. 4. cor. Cavaler. decis. 107. num. 6. cor. Burat.
decis. 72. num. 7. part. 1. decis. 681. in fin. par. 2.
recent.

Hæc tamen ratio, quamvis non spernenda,
non est tamen unica, quia si esset unica, seque-
retur, quod in fideicommissis saltem recentibus ob
facilitatem inveniendi proximiorem testatoris, pro-
ximitas ex persona hujus, non ex persona gravati
desumenda foret, & tamen videmus regulam de
attendenda proximitate gravati non minus in fidei-
8 commissis recentibus, quam in antiquis servari,
ut in specie notavit Torr. de majorat. Ital. lib. 1.
cap. 12. §. 1. sub n. 6. & 7. Saminiat. controv. 103.
num. 24. Rot. decis. 65. num. 14. post Urceol. de
transaction. cum aliis ibi allegatis.

Altera ergo, & quidem validissima, & com-
munissima ratio est, quia cum testator nullum
designans succedendi ordinem, præsumatur sese
9 voluisse conformare cum dispositione a jure com-
muni tradita pro successionibus ab intestato l. con-
ficiuntur, & l. si quis cum nullum ff. de jur. codicill.
l. heredes mei §. cum ita ff. ad S. C. Trebell. Cephal.
cons. 489. num. 34. Gammaver. cons. 5. num. 129.
Simon de Prat. cons. 123. num. 1. Knipschild. de
fideicomm. famil. nob. cap. 9. num. 8. Altogr. Jun.
controv. 53. num. 2. Saminiat. controv. 62. num. 16.
Palm. Nep. alleg. 395. num. 93. Torr. variar. jur.
quæst. lib. 1. tit. 2. quæst. 11. num. 63. & lib. 2.
tit. 6. quæst. 4. n. 56. Roxas de incompatib. par. 1.
cap. 4. num. 23. Rot. decis. 56. num. 5. cor. Ludov.
decis. 67. num. 17. cor. Coccin. decis. 177. num. 17.
cor. Cels. decis. 345. num. 18. part. 16. decis. 80.
num. 8. & decis. 453. num. 1. part. 19. recent.
Hinc est, quod sicuti ab intestato semper succedit
10 ille, de cujus defuncti hæreditate agitur l. 1. & 2.
ff. quor. bonor, & authent. cessante C. de legit. hæ-
red. Palm. Nep. alleg. 294 num. 2. Rot. decis. 19.
num. 1. cor. Zarat. decis. 15. num. 21. car. sa. me.
Alex. VIII. decis. 24 num. 1. & 3. & decis. 40.
num. 1. part. 19. recent. ita testator sub collectiva
proximiorum vocatione præsumitur illos voluisse
vocare, qui in singulis respective casibus ab in-
testato succederent, & sic illos, qui proximiores 11
sint respectu gravati, prorsus posthabitis proxi-
mioribus respectu sui ipsius, ut ex hac ratione ita
concludunt plerique ex supra allegatis, & præcipue
Bart. in l. heredes mei §. cum ita ff. ad S. C. Tre-
bell. Bald. in l. si duo ff. de acquir. hered. Decian.
cons. 28. num. 9. & 10. Peregr. cons. 51. num. 9.
& cons. 108. num. 7. lib. 3. Gabr. cons. 86. num. 10.
lib. 1. Fusar. de substit. quæst. 481. num. 1. & 2.
Peregr. de fideicomm. artic. 20 sub num. 2. §. con-
trarium vers. rationes hujus secunda, & artic. 21.
num. 5. Clarlin. controv. 84 num. 5. Urceol. con-
sult. for. cap. 12. num. 27. Saminiat. controv. 103.
num. 21. Gamm. decis. 206. num. 25. Bevintend. de-
cis. 88. num. 4. Magon. decis. Florent. 37. num. 19.
Rot. decis. 102. num. 12. & 13. part. 4. com. 3.
decis. 109. num. 9. part. 5. decis. 194. num. 2.
part. 12. decis. 24. num. 6. part. 15. recent.

Quin hucusque dicta obstet quod proximi-
tas ex gravantis potius, quam ex gravati persona
desumenda sit, eo quia in fideicommissis non gra- 12
vato, sed gravanti succeditur, ut ex text. in l. cohæ-
redi 41. §. cum filia ff. de vulgar. Dec. consil. 1.
sub num. 2. & consil. 79. num. 1. in fin. Cephal. con-
sil. 46. num. 4. Cyriac. controv. 57. num. 41. De-
cian. consil. 74. num. 30. lib. 3. Handed. consil. 55.
sub num. 62. & consil. 73. num. 20. lib. 1. Fusar.
de substit. quæst. 274. n. 1. Bellon. de jur. accresc.
quæst. 79 in princ. Quia verum quidem est, quod
fideicommissarius dicitur succedere testatori, sed
æque verum est, quod illi succedit non immediate,
sed mediate, mediante scilicet persona gravati, in
cujus locum subintret, ac proinde pro dimetien-
da proximitate attendi potius debet persona illius, 13
cui immediate, quam illius, cui solum mediate
succeditur, ut simili objecto in puncto respondent
Peregr. consil. 51. num. 10. lib. 3. Bellon. Jun. con-
sil. 61. num. 7. Urceol. consult. 12. num. 26. Mans.
consult. 88. num. 5. Card. de Luc. de fideicommiss.
disc. 202. num. 13. Torr. de majorat. Ital. part. 2.
quæst. 3. num. 21. Palm. Nep. alleg. 396. num. 140.
Saminiat. controv. 103. num. 23. Rot. decis. 64. n. 3.
& decis. 65. num. 16. post Urceol. de transact.

Hæc, quæ diximus, quamquam limitationem
recipiant in casu, quo constet de testatoris volun-
tate directa potius ad proximiores hæredis grava- 14
ti, ex traditis per Peregr. de fideicomm. artic. 20.
sub num. 9 vers. secundus casus, Castil. quotid. con-
trov. lib. 5. cap. 93. §. 13. num. 5. Adden. ad Mo-
lin. de primogen. Hispan. cap. 9. num. 3. & seqq.
Torr. de majorat. Ital. lib. 1. cap. 12. §. 1. num 11.
Rot. decis. 292. num. 7 part. 10. recent. quia ubi
adest testatoris voluntas, receditur a dispositione 15
legum, & ipsa testatoris voluntas pro lege habe-
tur Paris. consil. 26. num. 21. lib. 4. Peregr. con-
sil. 31. num. 1. lib. 5. Cravet. consil. 747. num. 46.
& 47. Bonden. collect. legal. 32. num. 85. & seqq.
lib. 2. Rot. decis. 284. num. 3. cor. Bentacasa.

Ut tamen a dicta regula mox firmata recedi
debeat, debet contraria testatoris voluntas esse
clara, & aperta, alias si sit dubia, & subobscura, 16
tenenda est ipsa regula, ut dixit Peregr. de fidei-
comm. dict. artic. 20. sub num. 9. vers. tertius ca-
sus, Torr. de majorat. Ital. lib. 1. cap. 12. §. 1. n. 11.
in fin. & clara ad hunc effectum dicitur testatoris 17
voluntas, si substituerit agnatos sibi magis adhæ-
rentes Decian. cons. 10. num. 38. & 39. Peregrin.
cons. 58. num. 8. lib. 4. Fusar. de substit. quæst. 318.
num. 48. & 49. Palm. Nep. allegat. 291. num. 72.
Rot. decis. 693. num. 3. part. 2. recent. Item si vo-
caverit proximiorem, & propinquiorem sibi Amat.
resol. 10. num. 32. Gratian. discept. for. cap. 493. 18

num. 21. *&* 21. *Joseph de Ros. consult.* 2. *num.* 3.
& seqq. Rot. decis. 673. *per tot. cor. Pen. dec.* 233.
num. 11. *cor. Carill. decis.* 315. *num.* 3. *cor. Dunoz.*
Sen. decis 33. *num.* 6. *cor. Cels. decis.* 622. *num.* 6.
cor. Bich. decis. 98. *num.* 1. *& decis.* 135. *num.* 10.
& seq. par. 8. *decis.* 297. *num.* 1. *& seqq. part.* 12.
recent.

Si vero vocatio directa sit ad proximiores
agnationis ipsius testatoris, tunc quia dubitari po-
test an verba illa -- *ipsius testatoris* -- referri de-
beant ad agnationem, vel ad proximitatem, ideo
in hoc dubio admittitur interpretatio, ut prædicta
verba posita fuerint ad qualificandam agnationem,
ad exclusionem nempe cognatorum, & illorum
de agnatione contentiva, qui cæteroquin præcisi-
ve ab illa restrictiva -- *ipsius* -- sub vocatione agna-
torum comprehenderentur *Altogr. cons.* 95. *n.* 78.
19 *& 85. lib.* 2. *Bouden. collect. legal.* 13. *num.* 19.
lib. 1. *Mans. consult.* 105. *num.* 18. *Torr. variar.*
jur. quæst. lib. 1. *tit.* 2. *quæst.* 15. *num.* 8. *Rot. de-*
cis. 65. *num.* 12. *&* 13. *cor. Cerr.* Et ob id non
receditur a regula supra firmata, ut præcise in
casu, in quo vocati fuerant -- *li più prossimi del-*
l'agnazione di esso testatore -- tradit *Torr. de ma-*
20 *jorat. Ital. lib.* 1. *cap.* 11. §. 1. *num.* 9. *Rot. dec.* 69.
num. 5. *&* 6. *& decis.* 70. *num.* 5. *post Urceol. de*
transact.

Receditur quandoque a prædicta regula, etiamsi
non adsit circa hoc expressa testatoris voluntas, &
hoc evenit quando ob terminationem lineæ primi
admissæ faciendus est transitus ad novam lineam,
novumque genus personarum, tunc enim silet re-
gula de ratione habenda proximitatis respectu gra-
vati, & subintrat altera de attendenda proximitate
21 respectu gravantis *Rustic. consil.* 2. *num.* 113. *post*
tractat. de fil. in condic. posit. Menoch. consil. 957.
num. 12. *Tondut. resolut. civil. par.* 2. *cap.* 102. *n.* 13.
Samminiat. controv. 28. *num.* 19. *Palm. Nep. al-*
legat. 221. *num.* 89. *Mans. consult.* 89. *n.* 22. *Torr.*
de majorat. Ital. par. 2. *quæst.* 64. *num.* 21. *Bal-*
duct. rer. judicat. tit. 3. *de legat. dec.* 39. *num.* 56.
Peregrin. dec. 132. *num.* 3. *& ferè per tot. Rot. de-*
cis. 234. *num* 5. *coram Rox. dec.* 70. *num.* 3. *&* 4.
& dec. 233. *num.* 11. *coram Carill. decis.* 98. *num.* 6.
par. 8. *dec.* 458. *num.* 8. *par.* 9. *dec.* 232. *num.* 35.
par. 19. *recent.*

Dubitari solet, an hæc conclusio procedat in
fideicommissis perpetuis, & licet quod ea in illis
locum non habeat, quodque ideo in dictis fideicom-
missi perpetuis semper attendenda sit proximitas
gravati, etiam quando agitur de transitu ab una ad
aliam lineam, teneant *Soccin. consil.* 249. *num.* 21.
versic. decimoquarto lib. 3. *& consil* 51. *n.* 31. *&* 32.
22 *lib.* 4. *Molin. de primogenit. Hispan. lib.* 3. *cap.* 9.
num. 13. *&* 16. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 21.
num. 12. aliique relati per *Altograd. controv.* 73.
num. 4. verior tamen videtur opinio tenens, quod
in fideicommissis etiam perpetuis quando fieri de-
bet transitus de una ad aliam lineam, proximitas
desumi debeat a gravante, non a gravato, ut in
23 specie hanc opinionem in terminis fideicommissi per-
petui tuentur *Cephal. consil.* 457. *num.* 7. *& seqq.*
& consil. 493. *num.* 43. *& seqq. Venturin. cons.* 25.
num. 193. *lib.* 1. *Gratian. discept. forens. cap.* 493.
num. 25. *De Rosa consult.* 2. *num.* 15. *Peregrin. de*
fideicomm. art. 20. *num.* 7. *Mantic. de conject. ult.*
volunt. lib. 8. *tit.* 12. *num.* 39. *Bellon. de jur. ac-*
crescend. cap. 5. *quæst.* 56. *num.* 45. *& seqq. Rot. de-*
cis. 693. *num.* 2. *& seqq. par.* 2. *recent.*

Procedit insuper limitatio in eo etiam casu,
in quo fieri debeat simpliciter transitus a genere
masculorum ad genus fœminarum. Quotiescumque
enim ob masculorum defectum successio devolvi de-
bet ad fœminam proximiorem, fœmina hæc proxi-
mior quærenda non est inter proximiores gravati, sed
inter proximiores gravantis *Fusar. cons.* 85. *n.* 11. *Al-*
togr. cons. 65. *n.* 11. *lib.* 1. *Venturin. cons.* 25. *n.* 184. 24
& seq. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 8. *tit.* 12. *sub*
num. 39. *versic. et si una linea. Peregrin. de fidei-*
commiss. artic. 20. *num.* 5. *& decis. Patav.* 132. *sub*
num. 2. *versic. sed istis non obstant. Fusar. de sub-*
stitut. quæst. 484. *num.* 21. *& seqq. Rot. decis.* 469.
num. 4. *par.* 13. *dec.* 232. *num.* 35. *par.* 19. *rec.*

Intellige postremam hanc conclusionem in ca-
su, quo ultimus masculus nullos post se reliquerit
descendentes nec masculos, nec fœminas, itaut
admitti debeat ad successionem fœmina diversæ li-
neæ, secus autem si ex ultimo masculo superfit
fœmina, tunc enim, quia non verificatur transi-
tus de una linea ad alteram, sed perseverante, &
remanente successione in eadem linea, agitur de
solo transitu ab una qualitate ad alteram, nempè
a masculo ad fœminam, ideo varietas in sola hac
qualitate consistens non est apta operari recessum
a regula superius firmata, & ad successionis benefi-
cium admittitur filia ultimi gravati in exclusionem
aliarum fœminarum, quæ proximiores sint respe- 25
ctu testatoris, ita in specie *Surd. consil.* 370. *per tot.*
Molin. de primogenit. Hispan. lib. 3. *cap.* 6. *num.* 31.
& cap. 9. *num.* 11. *versic. his tamen, & num.* 16.
Cephal. consil. 13. *num.* 57. *Peregrin. consil.* 50. *n.* 11.
lib. 1. *Venturin. consil.* 48. *num.* 34. *Altograd. con-*
sil. 92. *num.* 35. *lib.* 2. *Card. de Luc. de fideicomm.*
disc. 23. *sub num.* 8. *vers. aut enim agitur. Palm.*
Nep. alleg. 154. *num.* 3. *& alleg.* 246. *n.* 35. *Bal-*
duct. ad Ramon. cons. 16. *num.* 108. *lib.* 1. *Sammi-*
niat. controv. 103. *num.* 34. *Fontanell. dec.* 36. *n.* 10.
Rot. decis. 21. *num.* 19. *coram sa. me. Alexand. VIII.*
decis. 520. *n.* 13. *& seqq. coram Merlin.*

Omnia, quæ hucusque diximus procedunt ne-
dum in simplici fideicommisso, verum etiam in pri-
mogenituris, ad quas post primos nominatim insti-
tutos, seu substitutos, debeant ex vocatione suc- 26
cedere proximiores; in his quippè etiam terminis
proceditur cum regulis supra traditis *Castill. quo-*
tidian. controv. lib. 5. *cap.* 93. §. 13. *num.* 19. *Paz*
de tenut. cap. 85. *num.* 62. *Barbat. de fideicommiss.*
par. 2. *cap.* 1. *num.* 14. *vers. primò, & cap.* 3. *n.* 81.
versic. cæterum. Altograd. Sen. consil 92. *num.* 18.
& seqq. lib. 2. *Amat. resolut.* 10. *num.* 21. *decis* 6.
num. 22. *post Torr. de majorat. lib* 3. *Rot. decis.* 510.
num. 3. *coram Merlin.* eaque solum interest diffe-
rentia inter primogenituras, & fideicommissa sim-
plicia, quod ubi in his habilitas ad succedendum
desumitur ex majori, vel minori proximitate gra-
dus, in illis is dicitur verè proximior, qui positus
reperitur in meliori linea, & hic succedit quam-
vis forte adsit alius, qui inspecto gradu dici pos-
sit proximior *Valenzuel. consil.* 97. *num.* 13. *&* 14.
Covarruv. pract. quæst. cap. 38. *num.* 12. *Amat. re-* 27
solut. 1. *num.* 32. *Mans. consult.* 46. *num.* 98. *Palm.*
Nep. alleg. 84. *num.* 17. *Card. de Luc. de fideicomm.*
disc 15. *num.* 4. *& disc.* 16. *num.* 5. *Torr. de majo-*
rat. Ital. par. 1. *cap.* 12. §. 4. *num.* 25. *Fontanell.*
decis. 34. *num.* 7. *Palm. Nep. decis.* 411. *num.* 25.
Rot. decis. 30. *num.* 2. *post Torr. de majorat. Ital.*
lib. 3. *decis.* 18. *num.* 3. *par.* 18. *recent.*, & latissi-
mè in *Bononien. Fideicommissi de Barberiis* 17. *Janua-*
rii 1710. §. *et hoc coram Reverendiss. Dom. Aldro-*
vando.

Quibus ita se habentibus dubitari contingit, an
testator, qui in testamento proximiorem simplici-
ter vocavit, possit postea ex intervallo declarare
sese intellexisse de tali, vel tali persona, quæ in
rei veritate non est proximior? in qua quæstione
ita absolutè, & simpliciter proposita hæsitandum
non

non eſt, quin reſponderi debeat affirmativè, ſicut
enim teſtator poteſt teſtamentum antea ſactum, in
totum mutare, atque abolere §. *poſteriori inſtitut.*
28 *quib. mod. teſtam. infirm. l. 2. ff. de injuſt. rupt. Surd.*
conſil. 356. num. 7. Mantic. de conject. ultim. volunt.
lib. 12. tit. 1. num. 26. & num. 37. Borden. collect.
legal. 23. num. 65. lib. 2. Rovit. decif. 56. num. 3.
Rot. decif. 201. num. 1. par. 6. recent. ita poteſt il-
lud corrigere, emendare, & declarare, prout hæc
facultas conceditur etiam ei, qui fecit aliquem a-
29 ctum de ſui natura irrevocabilem, puta donationem,
contractumque *Remin. Jun. conſ. 131. n. 9. & con-*
ſil. 200. num. 13. Cyriac. controv. 210. num. 15. &
controv. 595. num. 7. & 8. Bonden. collect. legal 37.
num. 68. lib. 2. Card. de Luc. de emption. diſc. 34.
num. 14. & 15. de regal. diſc. 15. num. 8. de te-
ſtament. diſc. 21. num. 16. Larrea decif. 33. n. 10.
Rot. decif. 234. num. 18. & 19. par. 11. recent.

Difficultas ſolum cadit circa modum proban-
di dictam declarationem, nam ſi ſupponamus mu-
tationem illam, de qua in propoſita quæſtione, eſſe
veram, & propriam declarationem, utique illius
30 probatio haberi poterit per depoſitionem duorum
teſtium, aliaſve leviores probationes ad notabilem
gloſſ. in l. hæredes palam §. ſi quid poſt factum te-
ſtamentum ff. de teſtam. Oldrad. conſ. 297. num. 7.
Corn. conſ. 174. num. 13. lib. 2. Pariſ. conſ. 34 n. 40.
lib. 2. & conſ. 13. num. 14. lib. 3. Maſcard. de pro-
bat. concluſ. 486. num. 1. & 2. Mantic. de conjectur.
ultim. volunt. lib. 2. tit. 16. num. 2. Gratian. diſce-
ptat. for. cap. 637. num. 5. Magon. dec. Flor. 146.
num. 26. Rot. decif. 381. num. 6. & 7. coram Cava-
ler. decif. 812. num. 12. coram Merlin. decif. 765.
num. 8. par. 2. decif. 102 num. 13. par. 9. dec. 296.
num. 11. & 12. decif. 430. num. 15. & decif. 478.
num. 4. par. 13. recent.

Si vero actus ille poſterior excedat terminos
meræ, & ſimplicis declarationis, vireſque aſſumat
novæ diſpoſitionis, tunc ſine dubio requiruntur ad
31 illius probationem tot teſtes, quot requiruntur ad
probationem teſtamenti, ut firmat hæc noſtra *de-*
ciſio num. 55., & ultra ibi allegatos idipſum tra-
dunt *Jaſ. in l. Lucius num. 17. ff. de vulgar. Natta*
conſ. 363. num. 16. Surd. conſ. 380. num. 51. Caſ-
ſan. ad conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 1. num. 190.
Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 12. tit. 16. n. 10.
Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 486. n. 11. Mier. de
majorat. lib. 1. par. 1. quæſt. 44. num. 55. Gratian.
diſcept. for. cap. 650. num. 13. & cap. 922. n. 32.
Rot. decif. 61. n. 1. & 4. par. 10. recent.

Ad dignoſcendum vero, quando actus ſubſe-
quens ſub nomine declarationis expletus, ſit vera
declaratio præcedenter diſpoſitorum, vel potius no-
va diſpoſitio, obſervari oportet an ea, quæ præ-
cedenter fuerunt diſpoſita, admittunt necne dubie-
tatem aliquam, quæ indigeat declaratione; ſique
de hac ambiguitate in præcedenti diſpoſitione con-
ſtabit, actus ille ſubſequens accipi poterit in ſen-
ſu veræ, & propriæ declarationis, cujus proprium
eſt ſine alteratione ſubſtantiæ explicare ambiguam
diſpoſitionem, quæ ex verbo aliquo dubio in ea
32 inſerto ad plures ſenſus adaptari poterat *Caſtrenſ.*
in l. hæredes palam §. ſi quis poſt factum n. 4. ver-
ſic. et hoc intellige ff. de teſtamen. Menoch. conſ. 160.
num. 48. & conſ. 191. num. 49. Valaſc. conſult. 146.
num. 14. Honded. conſ. 51. num. 75. lib. 1. Cyriac.
controv. 210. num. 18. Cancer. variar. reſol. p. 3.
cap. 3. num. 64. Niger de laudem. quæſt. 22. ar-
tic. 6. n. 12. lib. 2. Bonden. collect. leg. 37. n. 66.
lib. 2. Manſ. conſult. 96. num. 13. Palm. conſul. 62.
num. 69. & conſult. 96. num. 13. Amat. decif. Mar-
chiæ 61. num. 68. Rot. decif. 604 num. 19. par. 5.
recent., & viceverſa, ſi nulla ambiguitas in præce-
denti diſpoſitione detegatur, ille actus, qui ſub-
ſequitur ſub nomine declarationis, non niſi nomine
tenus erit declaratio, in ſubſtantia vero erit nova
diſpoſitio, cum ſuper re non dubia non poſſit ca- 33
dere declaratio *Caſtrenſ. in dict. l. hæredes palam*
§. ſi quid poſt factum poſt num. 4. verſ. ſed inter-
dum conſiſtit circa id, quod non erat dubium de ju-
re, & tunc declaratio habet vim novæ diſpoſitionis
ff. de teſtam. Ruin. conſ. 76. ſub n. 5. lib. 5. Cra-
vett. conſ. 830. num. 9. Burſatt. conſ. 339. n. 26.
lib. 3. Surd. conſ. 426. num. 47. Gratian diſceptat.
for. cap. 560. num. 18. Cyriac. controv. 210. n. 19.
& 20. Caſtill. quotid. controv. lib. 3. cap. 10. n 29.
Gabriel de regul. jur. concl. 3. num. 25. & 26. &
num. 63. Simon de Præt. de interpret. ultimar. vo-
lunt. lib. 1. interp. 1. dubit. 5. num. 1. Fontanel. de
pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 5. num. 14 & gloſſ. 9.
par. 4. num. 137. Giurb. de feud. §. 2. gloſſ. 2. n. 18.
Bonden. collect. legal. 37. num. 70. lib. 2. Rot. de-
cif. 307. num. 24. coram Bich. decif. 84. num. 22. &
decif. 195. num. 3. par. 10. decif. 234. n. 18. p. 11.
recent.

Ex quibus ita præmiſſis concluſionibus facilè
cuique erit inferre ad deciſionem quæſtionis mox
propoſitæ, vocato enim proximiore, perinde eſt ac
ſi nominatim vocatus fuiſſet ille, cui de tempore
apertæ ſucceſſionis convenit qualitas proximiorita-
tis, ut ex *l. qui habebat ff. de reb. dub.* firmat no-
ſtra *deciſio num. 44.*, & ex text. in *l. Titius ff. de* 34
liber. & poſthum. tradunt *Ruin. conſ. 101. num. 9.*
& 10. lib. 2. conſ. 127. num. 4. & conſ. 163. n. 10.
lib. 3. Valaſc. conſult. 97. num. 32. Fuſar. de ſub-
ſtitut. quæſt. 359. num. 7. Peregrin. de fideicomm.
artic. 21. num. 34. Mantic. de conject. ultim. volunt.
lib. 7. tit. 12. num. 12. Robles de repræſent. lib. 2.
cap. 30. num. 15. & ſeqq., & per conſequens vo-
catio illa proximioris, utpotè in ſe clariſſima, nul-
lamque admittens dubitationem, nulla quoque in-
digebat declaratione, quæ ſi fuit adhibita, non am-
plius uti declaratio, ſed tamquam nova diſpoſitio
haberi debet, ut conſentaneè ad firmata in hac
decif. dict. num. 44. & ſeqq. in terminis vocatio-
nis pariter directæ ad proximiores, quod illa non
indigeat declaratione, quodque declaratio circa
illam ſubſequenter adhibita aſſumat vires novæ 35
diſpoſitionis, optimè firmatur per *Palm. Nep. al-*
leg. 367. num. 11. & alleg. 370. num. 34. & ſeqq.
& num. 56. & ſeqq., & dixi ego in mea *dec. 82.*
num. 42.

Ex oppoſito autem, ſi quis nedum in teſta-
mento, ſed etiam in donatione inter vivos voca-
verit Titium, eique ſine liberis decedenti Cajum 36
ſubſtituerit, poteſt etiam ex intervallo declarare,
ejus mentis fuiſſe, quod filii Titii in conditione
poſiti haberi debeant pro diſpoſitivè vocati, ut
latè probat *Fontanell. decif. 172. num. 6.* juncto
num. 15. & ſeqq., quem laudat, & ſequitur *Rot.*
Lucen. decif. 33. num. 17. poſt Torr. de majorat.,
& hujuſmodi declaratio eſt vera declaratio rei am-
biguæ, utpotè tendens ad dirimendam intricatiſſi-
mam illam queſtionem, an filii poſiti in conditio-
ne cenſeantur diſpoſitivè vocati, de qua integrum
librum compilavit *Ruſtic. de fil. in condit. poſit.*,
& latè etiam agunt *Gomez. var. reſolut. tit. 5. de*
ſubſtit. fideicomm. Fuſar. de ſubſtitut. qu. 437. Petra 37
de fideicomm. quæſt. 9. Peregrin. de fideicommiſſ. ar-
tic. 28. Hieron. Palm. conſ. 35. num. 30. & ſeqq.
Palm. Nep. alleg. 254. num. 1. & ſeqq. Sammiuiat.
controv. 104. a num. 22. controv. 105. 106. & 107.
per tot. D. Audit. Calderon. reſolut. 94. per tot., &
pleniſſimè dixi ego in *Florentina Immiſſionis 28. Se-*
ptembris 1725. art. 1., ubi plurimæ aliæ auctori-
tates referuntur.

Simi-

Similiter quia dubitari potest an is, qui ad
fideicommissum a se ordinatum invitavit Titium,
& ejus filios, & descendentes masculos, voluerit
successionem referri ad omnes per viam simplicis
fideicommissi, vel potius ad majorem natu inter
illos per viam veræ primogenituræ, ideo ei per-
missum est posse ex intervallo declarare sese in-
tellexisse ordinare, sive instituere primogenituram,
cujus successio devolvi semper deberet de majore
38 in majorem, juxta casum, in quo versatur supra lau-
data *decis.* 33. *per tot.*, & præsertim *num.* 13. *&*
num. 17. *post Torr. de majorat. lib.* 3.

Itidemque non de novo disponere, sed sim-
pliciter declarare dicitur is, qui post vocatos in
genere descendentes vel suos, vel alterius ex in-
tervallo profitetur se sub nomine descendentium
39 voluisse comprehendere fœminas, ut in puncto con-
suluit *Decian. respons.* 7. *per tot. lib.* 1., quem se-
quuntur *Cutell. de donat. tract.* 3. *disc.* 1. *special.* 7.
num. 27. *Mier. de majorat. lib.* 1. *quæst.* 44. *n.* 16.
Fontonell. de pact. nuptial. claus. 4. *gloss.* 5. *n.* 12.
Rosa consult. 69. *num.* 108. *Rot. decis.* 252. *n.* 25.
& decis. 307. *num.* 21. *coram Bich.*

Notandum tamen est circa hanc ultimam con-
clusionem eam posse solum procedere ex particu-
lariter circumstantiis, quæ urgebant in casu *De-*
40 *cian.*, ut optimè advertit *Rocc. disput. jur. select.*
cap. 20. *num.* 36. Cæterum illa conclusio absolutè
sumpta non est vera, & omnes præfati Doctores,
qui sequentes *Decianum* vera loquentem in casu
suo, inferunt ad generalitatem conclusionis, sup-
ponunt vocationem descendentium esse dubiam,
utpotè referibilem vel ad solos masculos, vel etiam
ad fœminas, & sic locum esse posse declarationi,
quod suppositum est penitus insubsistens, cum cer-
tissimum, & nullo modo dubium sit, sub vocatio-
ne descendentium ex proprietate, & natura voca-
buli venire tam masculos, quam fœminas, ut in
puncto notavit idem *Rocc. disput. jur. select. dict.*
41 *cap.* 20. *num.* 36. §. *final.*, & generaliter ex *l. hæ-*
redis appellatione ff. de verbor. significat. l. ex facto
§. *fin. ff. ad S. C. Trebell.* tradunt *Giovagnon. con-*
sil. 11. *num.* 11. *& seqq. lib.* 2. *Fusar. de substitu-*
tion. quæst. 323. *num.* 1. *& seqq. Samminiat. con-*
trov. 162. *num.* 52. *Turr. variar. jur. quæst. lib.* 2.
tit. 6. *quæst.* 4. *num.* 15. *Rot. decis.* 890. *n.* 2. *cor.*
Merlin. decis. 370. *num.* 7. *par.* 13. *decis.* 170. *n.* 1.
& 9. par. 14. *recent.* cum aliis in mea *decis. Se-*
nen. 32. *& decis.* 38. utrobique *num.* 2.

VOLATERRANA
Legati.

11. *Julii* 1606. *ex Lib. Mat.* 88. *a* 481.

ARGUMENTUM.

Legatum filiis nascituris, an & quando intuitu ipso-
rum censeatur relictum, an potius contempla-
tione parentum.

SUMMARIUM.

1 *IN ultimis voluntatibus non ipsa dispositio, sed qua contemplatione fiat, inspici debet.*
2 *Quod mea contemplatione dispositum est, meum esse videtur.*
3 *Nomen collectivum filiorum re, & verbis conjungit.*
4 *Conjuncti per unicum verbum, & copulam, & dicuntur conjuncti re, & verbis.*
5 *In conjunctione mixta portio conjuncti deficientis per jus non decrescendi defertur alteri, & de ratione.*
6 *Verba* -- si filii non extarent -- *conditionem important.*
7 *Paria sunt dispositionem esse puram, vel conceptam sub conditione purificata.*
8 *Purificata conditione legati, seu fideicommissi, illud statim peti potest.*
9 *Legans filiis nascituris præsumitur id facere contemplatione parentum.*
Amplia ut num. 11. *&* 12.
Contra ut num. 32.
Contraria auctoritates declarantur num. 42.
10 *Posthumus non potest ex propriis meritis promereri dilectionem testatoris, utpote incognitus.*
13 *Nullum filii nomine dulcius reperitur.*
14 *Contemplatio regulariter deducitur ab affectione.*
15 *Persona primo nominata censetur principaliter contemplata, & per consequens prædilecta.*
16 *Contemplatio principalis attenditur.*
17 *Affectio, & contemplatio non cadit in ignotos.*
18 *Testator præsumitur fecisse actum validum, non jocari, & deludere legatarium.*
19 *Ad interpretationem validitatis actus principaliter est recurrendum.*
20 *A semetipso legari non valet.*
21 *Amplia id procedere tam in legato speciei, quam in legato quantitatis, & de ratione n. seq.*
22 *Non potest quis esse sui ipsius debitor, & de ratione.*
23 *Rei penes alium existentis non datur retentio.*
24 *Retinere possessionem quid sit.*
25 *Legatum debet interpretari, ut valeat.*
26 *Testator relinquens hæredi, & ejus filiis, censetur removisse hæredem ab eo, quod dedit filiis.*
27 *Legatum regulariter censetur contemplatione legatarii, non alterius.*
28 *Conditio non existentia filiorum importat causam finalem.*
29 *Favor piæ causæ videtur principaliter contemplatus.*
30 *Dispositio ad alium casum non expressum porrigi nequit.*
31 *Legatum factum per propinquum alteri propinquo censetur factum ratione propinquitatis.*
32 *Et mentio parentum censetur stare demonstrativè.*
33 *Positi in conditione non censentur vocati.*
Limita si sint extranei num. 36.
Vel substituta sit pia causa num. 37.
Vel agatur de relicto particulari num. 38.
34 *Substitutio pupillaris extraneo, & in re certa fieri non potest.*
35 *Contemplatio in legato cessat ex eo, quod quis sit hæres.*
39 *Conditio* -- quod si filii non existant -- *per illorum existentiam deficit, & substitutus excluditur.*
40 *Conditio* -- si sine filiis -- *subintelligitur per* l. cum avus, *non obstante favore piæ causæ.*
41 *Limita in legato non multi valoris.*
43 *Per duplex vinculum conjunctus præsumitur magis dilectus.*
44 *Pro causa pia in dubio est respondendum.*
45 *Amplia etiam contra filium extra legitimam.*

DE-

DECISIO LIV.

In Causa Broccardi, e Spedale di Volterra.

DOmina Phillia quond. D. Octaviani de Broccardis de Volaterris, dum erat in rerum natura, nupsit primo loco D. Scipioni de Lottinis, eoque prædefuncto, D. Hieronymo de eadem familia de Lottinis, qui quidem D. Hieronymus cum omni prorsus careret sobole, sibi in filium adoptavit Alexandrum Liscium ejus ex sorore nepotem, cui etiam in progresso temporis nuptui tradidere unanimiter D. Martiam de Broccardis neptem dictæ D. Phillidis ex fratre.

Iis sic se habentibus eadem D. Phillis de anno 1575. suum, cum quo decessit, condidit testamentum, in quo inter alia, instituta sibi hærede universali D. Martia, relictisque æquè usufructuariis eisdem D. Hieronymo, & Alexandro, addidit etiam legatum tenoris infrascripti:

-- *Item reliquit, & legavit filiis nascituris ex supradicto Alexandro ejus filio adoptivo, & Martia uxore ipsius Alexandri ejus nepte ex fratre donationem, eidem testatrici factam a prædicto olim D. Scipione ejus primo viro. Quod si ex prædicto Alexandro non extarent filii legitimi, tam ex præfata D. Martia, quam ex alia quacumque ejus legitima uxore, vel si extiterint ex utraque, vel earum altera, & in pupillari ætate decesserint, tunc, & eo casu reliquit, & voluit, ut dicta donatio sit, & perveniat ad Hospitale Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Volaterris, & ejus pro tempore Hospitalarius, qui teneantur, una cum Consiliariis dicti Hospitalis de dicta donatione emere tot bona immobilia, & de eorum fructibus quolibet anno in die Annunciationis Beatæ Virginis Mariæ pro anima sua, & suorum nubere duas puellas pauperes de Volaterris, quæ non sint de dicto Hospitali, & ut latius in dicto legato.*

Obiit testatrix, & post eam D. Hieronymus, successiveque & Alexander Liscius nullis post se relictis filiis, superstite tamen D. Martia ejus uxore, quæ postea secundo loco nupsit D. Præsentino de Bisdominis, quæ, uti hæres D. Phillidis, statim a Supremo hujus inclitæ Civitatis Magistratu obtinuit D. Equitem Michaelem Angelum de Lottinis, uti fideicommissarium, & detentorem bonorum dicti olim D. Hieronymi de Lottinis, condemnari ad sibi d. n. solvendum legatum, seu donationem prædictæ D. Phillidi ut supra factam per dictum olim D. Scipionem, præstita tamen per dictam D. Martiam idonea cautione de conservando indemnem eumdem D. Equitem Michaelem Angelum adversus quemcumque jus, & causam in illa donatione prætendentem.

Quibus ad notitiam D. Antonii de Ormanis Hospitalarii Sanctæ Mariæ Magdalenæ pervenientis, factum est, ut ipse prætendens conditionem dicti legati per mortem Alexandri Liscii sine filiis purificatam fuisse ad favorem memorati Hospitalis, comparuerit coram D. Capitaneis Sanctæ Mariæ del Bigallo, tamquam suis Judicibus competentibus, petieritque fieri declarationem hujusmodi purificatæ conditionis, dictumque D. Equitem Michaelem Angelum teneri jam dictam donationem D. Phillidi factam, eidem Hospitali, sibique uti Hospitalario prædicto exolvere, D. Martia ab ea penitus exclusa.

Cui petitioni contradixit eadem D. opponens in specie, legatum hujusmodi fuisse factum filiis
quidem ex se, & dicto Alexandro nascituris, sed
contemplatione ipsius D. Martiæ, uti neptis testatricis, & ab ea plurimum dilectæ, prout honorabilis titulus hæredis in eam collatus satis evidenter demonstrat, & ideò eum in ultimis voluntatibus idem operetur contemplatio, quod propria
demonstratio, debeatque semper considerari non 1
ipsa dispositio simpliciter, sed qua contemplatione fiat, ad *Bald. in l. si pater §. quod duot in ult. num. ff. de adoption. Alex. cons. 179. per tot. lib 5. Dec. cons. 278. num. 3. Aim. cons. 231. n. 16.* in
tantum, ut quod mea contemplatione dispositum
est, meum esse videatur *Bald. in l. aditia in fin.* 2
ff. de acquir. hæred. amplè *Simon de Prat. de interpret. ultimar. volunt. lib. 1. interpret. 2. dub. 2. salut. 6. num. 2. & 3.* inferebat jus hujusmodi donationis ad ipsam, non autem ad Hospitale præfatum pertinere. Et quatenus contemplatio hæc posset dici communis fuisse etiam Alexandro, idem tamen dicendum esset, cum donatio ipsi D. Martiæ debeatur partim ex propria vocatione ex jam dictis, & partim ex jure non decrescendi, ob non agnitum legatum per Alexandrum, ex quo illi erat, & re, & verbis conjuncta virtute nominis collectivi *filiarum*, quod solet re, & verbia conjungere, ut
per *Bart. in l. re conjuncti num. 29.*, ibique etiam 3
Jason num. 99. ff. de legat. 3. Crass. in §. jus accrescendi quæst. 6. num. 3., & quia præsupposita contemplatione parentum in legato facto filiis eorum nascituris, proinde videtur esse, ac si fuisset dictum -- *Alexandro, & Martiæ do, lego* -- quo casu
essent procul dubio conjuncti re, & verbis legali,
seu mixta conjunctione *Bart. dict. l. re conjuncti* 4
num. 17. Jas. ibidem *num. 50. & num. 58.* undè, & sibi fecissent partes per concursum *§. si eadem res instit. de legat. Bart.* ubi supra *num. 24.* Quo concursu cessante, portio deficiens in mixta conjunctione alteri ex conjunctis defertur, ut prædiximus, per jus non decrescendi *Crass.* inquiens hanc esse
omnium irrefragabilem sententiam *dict. §. jus ac-* 5
crescendi quæst. 10. idque ea ratione tantum, quia faciunt sibi partes per concursum, ut per eum.

Hæc etsi subtilia viderentur, DD. tamen, quibus causæ hujus resolutio per dictos DD. Capitaneos Bigalli fuerat demandata, pro Hospitali unanimiter responderunt, declarantes propterea posse D. Equitem Lottinium comprehensa in dicta donatione eidem Hospitali, & pro eo dicto D. Antonio d. n. exolvere, D. Martia ab ipsa donatione prorsus exclusa, quam tamen ob probabilia juris dubia censuerunt ab expensis absolvendam, ut in relatione.

Moti potissimum, quia supposita vocatione Hospitalis in eventum non existentiæ filiorum ex Alexandro, & D. Martia, vel ex alia quacumque ejus uxore, quæ certè negari non potest, cum verba relicti sint clarissima ibi -- *Quod si ex dicto Alexandro non extarent filii, tam ex dicta D. Martia, quam ex alia quacumque ejus legitima uxore, tunc & eo casu voluit, ut dicta donatio sit, & perveniat ad dictam Hospitale &c.* -- non est cur dubitetur
conditionem deductam ex verbis illis -- *Quod si non* 6
extarent &c. -- juxta text. in *l. qui permisit ff. de condit. indebit.* cum aliis per *Barbos. in l. 1. n. 3. ff. de condit. & demonstrat. Alex. in l. hujusmodi num. 2. ff. de legat. 1. Socin. Jun. cons. 65. n. 57. lib. 1. Castrens. cons. 259 sub num. 2. lib. 1. Dec. consil. 603. num. 9. Jo. Bapt. de S. Blas. cons. 107. num. 6. lib. 2. ultimar. volunt. Paris. cons 13. n. 1. & consil. 26. n. 6. lib. 2. Menoch. cons. 262. n. 3. lib. 3.* per mortem Alexandri sine filiis neque ex D. Martia, neque ex alia ejus uxore, fuisse purificatam, perindeque esse, ac si Hospitale purè fuisset vo-

set vocatum ; paria enim sunt, dispositionem esse
puram, vel factam sub conditione, sed purificatam
7 *l. sed etsi §. pr. ff. de acquir. hæredit. l. fin. §, contra si purè ff. de vulgar. & pupillar. Din. consil.* 41 *num.* 3. *Jas. in l. fin. §. Titius num.* 3 *cum seqq. ff. de vulgar. & pupillar. Dec. consil.* 273. *n.* 2. *Cephal. consil.* 272. *num.* 59. *Surd. consil.* 179. *n.* 28. *lib.* 2. *Simon de Prat. de interp. ultim. volunt. lib.* 5. *interpret.* 2. *dub.* 2. *sub num.* 145. Purificata autem conditione legata, seu fideicommisso adjuncta, certum est rem legatam, seu fideicommisso subjectam statim peti posse *Paris. consil.* 18. *num.* 16. *cum*
8 *seqq. & consil.* 36. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 2. *Cephal. consil.* 137. *sub num.* 13. *vers. ideo postrema lib.* 1. *Menoch. consil.* 563. *num.* 12. *lib.* 6. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 43. *num.* 17.

Nec visum est resistere, quod dicebatur D. Phillidem, dum legavit filiis nascituris ex Alexandro, & Martia, ad id motam fuisse contemplatio-
9 ne parentum *Soccin. consil.* 72. *num.* 11. *lib.* 3. *Menoch. præsumpt.* 26. *&* 28. *num.* 5. *lib.* 3. *Surd. consil.* 177. *num.* 19. *& decis.* 322. *num.* 47. *& seqq.* Posthumi enim incogniti testatrici non potuerunt ex propriis meritis illius dilectionem promereti,
10 *l. si quis in suo §. legit C. de inoffic. testam. l. peto §. matre, & l. cum ita §. in fideicommissu ff. de legat.* 2. *Surd. dict. consil.* 177. *num.* 18. *vers. accedat. Bero. quæst.* 127. *num.* 2. *Mantic. lib.* 8. *ti-*
11 *tul.* 16. *num.* 7. ubi *num.* 1. ostendit legatum sustineri in contemplatione parentum, etiam extra limites patriæ potestatis. *Bero.* ubi supra *num.* 1., ac rursus etiam, si non extet, seu deficiat persona, in quam verba sunt directa, sed contemplatio-
12 ne alterius *Simon de Prat.* ubi supra *lib.* 2. *interpret.* 2. *dub.* 2. *fol.* 6. *num.* 22. *versic. secundo si deficiat.*

Siquidem licet admittamus personam Alexan-
13 dri fuisse per testatricem contemplatam ex affectione, qua eum prosequebatur, quippe quia non solum erat ei nepos, uti maritus illius nepotis, sed etiam filius, pro ut eum signanter talem nuncupavit, quo sanè filii nomine nullum dulcius reperitur *l. liberorum in fin. ff. de verb. signific.*, & contemplatio regulariter deducitur ab affectione *Si-*
14 *mon de Prat. dict. fol.* 6. *num.* 2. certè respectu D. Martiæ nulla subesse visa est contemplatio, tum quia persona Alexandri uti primo nominata fuit principaliter contemplata, consequenterque, & ma-
15 gis dilecta juxta regulam *l. quoties §. quod ergo ff. de fideicomm. libert.*, & principalis contemplatio
16 attenditur *Simon de Prat. dict. solut.* 6. *num.* 13. *ad fin.* tum etiam quia testatrix vocavit non solum filios nascituros ex ipsa D. Martia, sed etiam nascituros ex quacumque alia legitima uxore dicti Alexandri, quæ tamquam incognita testatrici, ut proximè dictum est de posthumis, non potuit nec mereri, nec demereri apud ipsam testatricem, ut propterea minus rectè inferatur, relictum virtute contemplationis personæ D. Martiæ ad eam pertinere; posset enim eadem ratione dici pertinere ad futuram uxorem Alexandri, quod ea res omni verisimilitudine, & fundamento, cum affectio, quæ causa est contemplationis, non cadat in ignotos *Surd.*
17 *dict. consil.* 177. *num.* 19. præsertim quia sic inanis fuisset prorsus substitutio Hospitalis, quia si filii extitissent, donatio ad eos pertinuisset, si non extitissent, pertinuisset ad D. Martiam, vel etiam ad
18 aliam uxorem Alexandri. & tamen præsumitur testatrix voluisse facere actum validum, non jocari, locumque pium deludere, argum. text. in *l. si quis*
19 *locuplex ff. de manumiss. test.*, & quæ per *Bart. in l. Seja §. Cajo ff. de fund. instruct.* cum aliis per *Ruin. cons.* 72. *num.* 4. *lib.* 2., ubi inquit recurrendum in primis esse ad hanc interpretationem validitatis actus.

Secundo nulla potuit considerari contemplatio respectu D. Martiæ, quia ipsa D. Phillidis hæres est, & ideo legatum uti factum sibi e se ipsa
non subsisteret *l. legato generaliter §.* 1. *l. legatum* 20
est, l. planè §. si duobus ff. de legat. 1. *Ruin. dict. cons.* 72. *ante num.* 4. *Cephal. cons.* 485. *n.* 52. *cum seqq. lib.* 4. *Natt. cons.* 363. *num.* 13. *Menoch. consil.* 183. *num.* 11. *& præsumpt.* 17. *num.* 8. *lib.* 3. *Decian. cons.* 10. *num.* 10. *lib.* 3. *Turrett. consil.* 6. *num.* 8. *lib.* 2. *Simon de Prat. dict. lib.* 1. *interp.* 2. *dub.* 2. *fol.* 6. *num.* 13. *Peregrin. dict. art.* 37. *n.* 20. Idque sive simus in legato speciei, sive in legato quantitatis, prout in legato quantitatis loquuntur
Ruin. dict. cons. 72. *Peregrin. dict. art.* 37. *num.* 19. 21
& seqq. non potest enim quis esse sui ipsius debi-
tor, quia actio, & passio non concurrunt in eodem 22
subjecto *l. Uranius ff. de fidejuss. l. frater a fratre ff. de condict. indeb.*

Nec quidem per viam retentionis, prout hic prætendebatur, cum res donatæ sint penes Equitem Lottinium, non penes D. Martiam, rei enim penes alium existentis retentio non datur *Gloss. ult.*
in l. post emancipationem 38. *§. fin. ff. de legat.* 3., 23
& hinc est, ut in interdicto retinendæ retinere possessionem nihil aliud sit, quam assequutam possessionem, & apud se existentem tenere, atque con-
servare, ut egregiè docet *Menoch. in proœm. sui* 24
tractat. retinendæ possessionis num. 3.

Tertio stante conclusione, de qua in præcedenti fundamento, ut legatum de quo agitur, non possit dici factum contemplatione D. Martiæ hæredis, succedit aliud fundamentum, ut dici debeat factum contemplatione ipsorummet filiorum voca-
torum, tum quia sic valebit legatum, ut in ter- 25
minis docent *Ruin. dict. cons.* 72. *n.* 3. *&* 4. *lib.* 2. *Natt. dict. cons.* 362. *num.* 13. *Cephal. d. cons.* 185. *num.* 52. *Menoch. dict. cons.* 188. *num.* 11. *&* 12. *Simon de Prat. dict. lib.* 1. *interpretat.* 2. *dub.* 2. *fol.* 6. *num.* 18. ubi id confirmat alia ratione, quia nempe, ubi etiam testatrix dedisset nepti ejus hæ-
redi, & illius filiis, dando filiis censeretur hære- 26
dem removisse ab eo, quod dedit filiis per text in *l. quod in rerum §. quod si post ff. de legat.* 1., & idem in effectu tradit etiam *Peregrin. dict. artic.* 37. *num.* 19. *in fin. & num.* 20.

Tum quia regula est, ut quotiescumque aliquid legatur alicui, semper præsumatur relictum
propria ejus contemplatione, non alterius, ut per 27
Bald. in l. fin. num. 6. *C. quib. ad libert. proclamar. non lic.* quem refert, & sequitur *Mantic. lib.* 8. *titul.* 16. *num.* 2. ubi præcisè loquitur de relicto facto filiis familias, & faciunt tradita per *Panciról. cons.* 188. *num.* 11.

Ac demum, quia vocatio filiorum clara est,
& conditio non existentiæ eorum importans causam 28
finalem ad notata per *Bart. in l.* 2. *§. fin. num.* 2.
ff. de donat. maximè concurrente etiam favore piæ 29
causæ, ut ibi sub *num.* 1. videtur contemplata prin-
cipaliter, ideoque ad alium casum non expressum 30
dispositio porrigi non posset *Simon de Prat.* ubi supra *lib.* 2. *interpret.* 3. *dub.* 1. *solut.* 3. *ante n.* 132. *cum seqq.*, & cum legatum factum sit per propin-
quum alii propinquo, censetur factum ratione pro- 31
pinquitatis, mentio autem parentum demonstrationis gratia, quæ non præsumitur causa finalis dispositionis, ut egregiè etiam in casu filiorum nascito-
rorum considerat *Cuman. cons.* 73. *a num.* 3. *vers.* 32
cæterum illud non videtur, usque ad fin. cons. & post eum *Natt. cons.* 363. *num.* 11. *&* 12. de quibus meminit etiam *Simon de Prat. dict. fol.* 6. *ante n.* 18. firmatque post *Bart. Bald. Castr. Alex. & Ruin.* relatos

latos *Mantic. dict. lib.* 8. *tit.* 16. *sub num.* 4. *vers. et hac regula debet extendi &c.*

Undè non intrat, quod dicebatur ex *Sim. de Prat.* ubi proximè *num.* 17. solam posthumorum
vocationem, ubi ad alios contemplatio referatur,
33 non sufficere, neque ex eo, quod inferius in conditione sint positi, censeri vocatos ad *Giuss. in l. Lucius ff. de hared. instit.* de quo amplè *Mantic. lib.* 11. *tit.* 2.

Et ubi essent vocati, pupillarem substitutionem non suis hæredibus, & in re certa fieri non potuisse *l. moribus ff. de vulgar. & pupillar. Bart. in l.*
34 *Centurio num.* 33. *ff. eod. tit. Peregrin. art.* 34. *n.* 7, *& num.* 19.

Nam quoad contemplationem D. Martiæ, jam dictum est, eam cessare, quia hæres est, undè non
35 potest esse legataria, & debitrix sui ipsius, sicque se ipsum declarat *Simon de Prat. d. solut.* 6. *n*, 18. suadentque aliæ rationes latè supra deductæ.

Quo vero ad vocationem filiorum ex Alexandro, & D. Martia, seu ex alia quacumque ejus uxore nasciturorum, ea certè in testamento legitur. Quod si supposita contemplatione Alexandri dubitaretur, an ipso jam prædefuncto censerentur vocati, utique affirmativè respondendum esset, ne dum quia fuere honorati, ex quo gravati *l. ab*
36 *eo C. de fideicomm.* sed etiam, quia post eorum nominationem substituta est pia causa, ut in puncto
37 post alios scribunt *Cephal. cons.* 268. *num.* 25. *lib.* 2. *Rustic. de liber. in condit. posit. lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 1, *& num.* 5., ubi de communi, & denique, quia versamur in relicto particulari, in quo filii, saltem
38 concurrentibus aliis conjecturis, positi in conditione censentur vocati, idem *Rustic.* ubi supra *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 1. *& num.* 12. ubi de magis communi.

Et hæc obiter dicta sint, cum quod attinet ad D. Martiam, sufficiat negare ejus vocationem, & contemplationem ex jam dictis.

Nec quærendum sit, an testatrix potuerit substituere non suis pupillariter, quod est expeditum, ex quo Hospitale non venit ex capite pupillaris, sed ex defectu conditionis, nempè non existentiæ filiorum ex Alexandro, & D. Martia, aliave ejus uxore, ut supra diximus.

Prout nec opus est quærere, ubi filii extitissent, an possent dici gravati restituere Hospitali, cum hic casus non contigerit, quamvis negativè respondendum videretur, quia per eorum existen-
39 tiam desuisset conditio, sub qua Hospitale fuit vocatum *l. pen. C. de impub. & aliis substitut. Alciat. cons.* 51. *num.* 9. *lib.* 9. *Rot.* ex communi *dec.* 230. *par.* 2. *in noviss*

Minusque, an D. Martiæ censeretur onus restituendi impositum, si hæc bona ad ipsam pervenissent non susceptis filiis ex Alexandro, ex quo
40 non obstante favore piæ causæ, locus est tacitæ conditioni -- *si sine filiis decesserit &c.* -- ad *Soccin. in l. cum avus num.* 42. *ff. de condit. & demonstr. & Mantic. lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 3.

Siquidem sublato fundamento contemplationis cessant vocatio, & gravamen D. Martiæ, & parum refert, an pia causa habeat, vel non privilegium *l. cum avus, & l. cum acutissimi*, quia hic non est
41 casus noster, quamvis in legato non multi valoris, privilegium hoc commune esse etiam piæ causæ scripserit *Menoch. præsumpt.* 89. *num.* 125. *lib.* 4. prout idem dixit numero antecedenti, quando sumus in legato aliquo particulari.

Ex his sublata visa sunt potiora fundamenta, exadverso deducta, levia enim erant, quæ deducebantur ex *Castr. cons.* 150. *lib.* 2. *Honded. cons.* 14. *num.* 24. *lib.* 1, *Surd. cons.* 177. *num.* 18. *vers. accedat lib.* 2.

In casu enim *Surd.* Bovius ille, ut patet ex 42
initio illius consilii expressè fuerat protestatus, se donasse primogenito ex filia ipsa nascituro, contemplatione ejusdem filiæ, ideoque clara erat contemplatio, qui non est casus noster; præterea filia ibi non erat hæres patris, undè repugnabat, quod legatum sibi a se ipsa factum non subsisteret, ibi non aderant alii, quos testator potuisset contemplari. Hic aderat filius, idemque nepos D. Phillidis, uti copulatus ejus nepti, sicque intrabat etiam
ratio duplicis vinculi argum. text. in *Auth. itaque* 43
Cod. commun. de success., aderat & alia quæcumque uxor Alexandrij ultra D. Martiam, quæ præbet evidens argumentum affectionis testatricis erga filios, vel patrem dumtaxat [quod ad hoc legatum attinet] non autem ad matrem, cum D. Martia æquaverit mulierem sibi prorsus incognitam.

Sic & in casu *Castr. & Honded.* agebatur de contemplatione generi respectu filiæ, undè facilius poterat admitti affectu matris erga filiam. Hic autem adest contemplatio filii, & respectivè nepotis, ac legatarii in concursu nepotis, & quidem hæredis, ut merito intrent duplicitas vinculi, impedimentum mox relatum, & alia fundamenta superius deducta.

Ex quibus jure optimo pro Hospitale resolu-
tum censuimus, pro quo etiam ubi res fuisset du- 44
bia, in dubio fuisset respondendum *l. sunt personæ*
ff. de religios. & sumpt. funer. etiam contra filium, 45
dempta legitima, nedum contra neptem ex fratre *Dec. cons.* 426. *num.* 3. *Ossat.* pro communi *dec.* 110. *num.* 16.

Livius Riccardus Prætor.
Alexander Zilocchius.
Antonius Curinus.

ADDITIO

ARGUMENTUM.

Legatum quando unius, vel alterius contemplatione factum dicatur, & ex quibus id commodè cognoscatur.

SUMMARIUM.

1 *Legatum relictum præsumitur contemplatione legatarii.*
2 *Limita quando constat, fuisse legatum uni sub alterius contemplatione.*
3 *Legatum factum Episcopo, vel administratori alicujus Universitatis, an spectet ad Episcopum, aut administratorem, seu potius ad Ecclesiam, & Universitatem remissivè.*
4 *Legatum relictum filiofamilias sub contemplatione patris, acquiritur patri, non filio.*
5 *Legatum ut supra relictum filiofamilias, censetur relictum contemplatione ipsius filii, non autem patris.*
6 *Amplia quamquam in legato habita fuerit mentio ipsius patris.*
7 *Maximè si legatum relictum sit a persona extranea.*
8 *Fortius si fuerit relictum a persona, quæ parentelam habeat cum filio, non cum patre.*
9 *Contrarium si testator parentelam habeat cum patre.*
10 *Sive sit illius amicus.*
12 *Declaratur conclusio prædicta, & num.* 11. *&* 13.
14 *Filius imputat in legitimam id, quod sibi fuit legatum sub patris contemplatione.*
15 *Et viceversa non imputat in legitimam legatum sibi relictum absque dict. patris contemplatione.*

16 *Le-*

16 *Legatum relictum tum onere tutelæ, si sit relictum extraneo ab extraneo, non debetur, si tutela non inceperit, & cessat cessante tutela.*
17 *Si verò relictum sit consanguineo a consanguineo, debetur tam ante inceptam tutelam, quam post illam terminatam.*
18 *Maximè si agatur de legato relicto uxori a viro.*
19 *Alia circa hunc articulum, remissivè.*
20 *Quæstionem ab initio propositam qui tractent.*

QUamquam regulariter legatum alicui relictum
censeatur relictum contemplatione ipsius le-
gatarii, non autem contemplatione alterius ex no-
tatis per Bald in l. final. num. 6. C. quib. ad li-
1 bert. proclam. non lic., quem refert, & sequitur
Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 16. n. 2.
tamen non rarò evenit, ut legetur uni personæ
sub alterius contemplatione, & hoc casu legatum
2 debetur non personæ nominatæ, sed ei, cujus fuit
habita contemplatio, ut ex text. in l. filiusfamilias
ff. de condit. & demonstr. tradunt Menoch. de præ-
sumpt. lib. 3 præsumpt. 28. num. 1. Mantic. de co-
njectur. ult. volunt lib. 8. tit. 4. num. 7. & tit. 16.
num. 1. Staibun Jun. resolut 45. num. 25. Rocc. di-
sputat. jur. selectar. cap. 118. num. 16. Palm. alle-
gat. 126. num. 11.

Sic videmus in legato relicto Episcopo, alte-
rive administratori Ecclesiæ, vel Universitatis, quod
ejusdem Ecclesiæ, vel Universitatis contemplatio-
ne relictum censetur, & non ad Episcopum, vel
administratorem spectabit, sed ad ipsam Ecclesiam,
3 vel Universitatem, ut latè hanc quæstionem tra-
ctando tradunt Masiard. de probat. conclus. 968. per
tot. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumption. 111.
& 112. per tot.

Frequentius autem idipsum evenit in legato
relicto filiofamilias, in quo si præsumi, vel conjici
possit, a testatore habitam fuisse contemplationem
patris, legatum illud patri debebitur, & non filio
4 Castrens. cons. 96. sub num. 2. lib. 2. Alex. cons. 76.
n. 3. vers. hoc etiam lib. 5. Cephal. cons. 105. n. 33.
& seqq. Menoch. cons. 81. n. 40. & cons. 161. n. 12.
& de præsumption. lib. 3. præsumpt. 28. num. 1. &
seq. Surd. dec. 169. n. 3.

Verum quidem est, legatum relictum filiofa-
milias, vel filiæfamilias censeri regulariter relictum
contemplatione ipsius filii, non verò contempla-
5 tione patris — cum plerumque verisimile sit, testato-
rem contemplatione magis filii, quam patris, usum-
fructum ei reliquisse — ut legitur in l. final. C. de
usufruct. & habitat. ibique Bartol. num. 3. & Bald.
n. 6. idem Bartol in l. si filiusfamilias la 2. num. 1.
vers. si verò ff. de donation. caus. mort. Soccin. Sen.
cons. 72. num. 11. vers. sed prædictis libr. 3. Ruin.
cons. 194. n. 1. lib. 2. & cons. 24 n. 2. lib. 5. Me-
noch. de præsumpt. lib 3. præs. 28. n. 17. Michalor.
de fratrib. par. 1. cap. 7. n. 4.

Idque procedit, etiamsi in legato fuerit nomi-
nata persona patris, ut si fuerit dictum — lego Ti-
tio filio Sempronii — hoc namque casu legatum pa-
riter relictum præsumitur contemplatione ipsius
filii, & mentio patris censetur habita ad solum ef-
fectum magis demonstrandi, & specificandi perso-
6 nam ipsius filii Bartol. in d. l. si filiofamilias la 2.
num. 1. versic. quandoque ff. de donation. caus. mort.
Menoch. de præsumption. lib. 3. præs. 28. n. 4. Mi-
chalor. de fratrib. par. 1. cap. 7. n. 5. Mantic. de
conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 16. n. 4. vers. &
hæc regula. Sim. de Præt. de interpr. ultim. volunt.
lib. 1. interpr 2. dubit. 2. solut. 6. num. 14. & 15.
Gratian. discept. for. cap. 971. n. 42. Mangil. de
imputation. quæst. 24. n. 6. Merlin. de legit. lib. 2.
tit. 2. quæst. 16. n. 22. versic. secundo. Capyc. Latr.
dec. 114. num. 18. & 19. Rot. dec. 181. num. 30.
par. 11. rec.

Declara, hanc conclusionem locum habere in 7
legato relicto a persona extranea Gratian. discept.
forens cap. 971. n. 7. & 42. Mangil. de imputat.
quæst. 24. num. 6. Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2.
quæst. 16. n. 21. & fortius in legato relicto a per-
sona, quæ sanguinis conjunctionem habeat cum fi-
lio, non cum patre, prout ex. gr. si socer legas-
set genero, ut exemplificant Menoch. cons. 151. 8
n. 2. & 16. & de præsumpt. lib. 3. præs. 28. n 15.
Michalor. de fratrib. par. 1. cap. 7. n. 8.

Cæterum si testator sit conjunctus ipsi patri,
ex hac sola circumstantia inferunt aliqui, legatum
hoc casu, quamquam directum in personam filii,
censeri relictum contemplatione potius patris, quam
filii, ut ex text. in l sed si plures §. in arrogato 9
ff. de vulgar. & pupill. tradunt Soccin. Sen. cons. 72.
n. 10. vers. sed prædictis lib. 3. Cephal. cons. 485.
n. 62. & seq Surd cons. 488. num. 17. & seqq.
Sim. de Præt. de interpr. ultim. volunt. lib. 1. in-
terpr. 2. dubit. 2. solut. 6. n. 17. Merlin. de legit.
lib 2 tit. 2 quæst. 16. n. 25. itidemque si testator
amicitiæ vinculo erga patrem devinciatur Menoch. 10
de præsumption. lib 3. præs. 28. n. 11. Mantic. de
conject. ultim. volunt. lib. 8. tit. 16. n. 7.

Horum tamen traditionem sic absolute sumptam
veram non crederem, prout eam veram non credide- 11
runt Merlin. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 16. n. 16.
Mangil. de imput. quæst. 21. n. 50. & 51. Capyc. Latr.
consult. 158. num. 31. Hodiern. ad Surd. dec. 312.
n. 20. & 26. Rot. dec. 181. n. 35. & 36. par. 11.
dec. 417. n. 17. & 18. par. 14. rec. & tunc solum
illam procedere posse arbitrarer, quando conjun-
ctus, vel amicus patris legat, seu donat filio ali-
quid, ad cujus præstationem tenebatur pater, ut
ex. gr. si donet, seu leget filiæ dotem, seu filio a-
limenta. Cum enim onus alendi, & dotandi filios, 12
& filias spectet ad patrem, ut de alimentis est text.
in l. si quis a liberis 5. in princ. & §. vel parens
ff. de liber. agnoscen. & tradunt Paschal. de Patr.
potest. par. 2. cap. 3. n. 1. Surd. de alimen. tit. 1.
quæst. prim. n. prim. Rot. dec. 2220. num. 3. coram
Coccin. dec. 564. n 4 coram Dunoz. Jun. dec. 1106.
n. 1. coram Emer. Jun & de dote sunt textus in l. fi-
nal. C. de dot. promiss. & in l. qui liberos ff. de
rit. nuptiar. & tradunt Fontanel. de pact. nuptial.
clausul. 5. gloss. 1. par. 1. n. 37. Giurb. ad consuet.
Messan. cap. 3. gloss. 3. n. 4. Cardin. de Luc. de dot.
disc. 142. n. 2.

Hinc fit, ut quotiescumque aliquis, qui ad
neutrum horum tenetur, horum alterutrum filiis
alicujus legavit, censetur id fecisse contemplatio- 13
ne patris, quem relevare voluerit ab onere præ-
dicto Ruin. cons. 24. n. 2. lib. 5. Mantic. de conject.
ultim. volunt. lib. 8. tit. 16. n. 8. Merlin. olim Ro-
tæ Florentinæ, & postea Magni Ducis Hetruriæ Au-
ditor de legitim. lib. 2. tit. 2. quæst. 16. num. 25.
& 26. Rot. dec. 181. n. 36. par. 11. dec. 417. n. 17.
par. 14. rec.

Effectus autem, qui ex hucusque traditis se-
quitur, is potissimus est, quod si legatum relictum
fuerit filio contemplatione patris, debebit filius
illud imputare in legitimam sibi debitam ex bo-
nis paternis, perinde ac si legatum illud brevis ma-
nus fictione fuisset directè relictum patri, & ab hoc 14
deinde filio assignatum, ut ponderant Dec. cons. 81.
n. 5. Cephal. cons. 105. num. 23. Honded. cons. 90.
n. 6. lib. 1. Mangil. de imput. quæst. 19. num. 17.
Turr. variar. jur. quæst. lib. 2. tit. 6. quæst. 7. n. 41.
Rot. dec. 610. n. 37. cor. Bich. dec. 146. n. 6. & 7.
par 6. rec. ubi verò cessaret contemplatio patris,
cessat quoque in filio obligatio imputandi prædi- 15
ctum

etiam legatum in legitimam *Saccin. Jan. conſ.* 79. *n.* 51. *lib* 3. *Bero conſ.* 46. *n.* 8 *&* 9. *lib.* 3. *Riminald. Sen. conſ.* 230. *n.* 6. *Decin. conſ* 81. *n.* 5. *Mangil. de imputat. quæſt.* 19. *n.* 20. *Peregr. de fideicomm. art.* 37. *ſub n.* 1.

A quæſtione hactenus agitata parum diſtat illa, de qua diſceptatur in caſu legati alicui relicti cum onere gerendi tutelam filiorum teſtatoris. Quæritur quippè in bis terminis, an legatum prædictum cenſeatur relictum contemplatione perſonæ legatarii, ſeu potius contemplatione tutelæ, ad effectum decidendi an illud debeatur etiam ante inceptam, vel poſt terminatam tutelam. Et pro regula diſtinguendum eſt, aut legatum cum dicto onere gerendi tutelam filiorum relictum eſt alicui perſonæ extraneæ, & tunc legatum cenſetur relictum contemplatione tutelæ, itaut ea non incæpta non de-
16 beatur legatum, eaque ceſſante ceſſet & ipſum legatum ad text. in *l. Neſennius* 35 *ff. de excuſat. tutor. l. ultima in princ. ff de confirm. tutor. Carp. de exequat. teſtam. lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 3. *& ſeqq. Sard. de alimen. tit.* 8 *privil.* 33. *num* 6. *Card. de Luc. de legat. diſc.* 22. *n.* 6. cum aliis in mea *deciſ. Florent.* 43. *num.* 2. *tom.* 1.

Aut verò legatum cum dicto onere relinquitur alicui perſonæ conjunctæ, & in his terminis cenſetur relictum contemplatione ſanguinis, & conjunctionis, non autem contemplatione oneris, ſeu tutelæ, & ideò legatarius illud conſequitur quouſque vivit, quamquam vel non incæperit officium tu-
17 telæ ob præmorientiam pupilli, vel illud jam terminaverit, quia pupillus exceſſerit pupillarem ætatem, ut ſunt textus expreſſi in *l. tutor petitus* 31. *ff. de excuſat. tutar. l. Cajo §. Imperator ff. de alimen. & cib. legat. Peregrin. conſ.* 38. *n.* 2. *lib.* 3. *Adden. reſol.* 116. *n.* 7. *& ſeqq. Carp. de exequut. teſtam. lib.* 1. *cap.* 18. *n.* 4. *Galganet. de condit. & demonſtr. par.* 2. *cap.* 4. *quæſt.* 9. *num.* 12. *& ſeqq. Hodiern. ad Sard. dec.* 38. *n.* 2. *& ſeqq. Rota deciſ.* 636. *num.* 5. *& ſeq. par.* 4. *tom.* 3. *dec.* 290. *n.* 17. *dec.* 349. *n.* 15. *& ſeqq. par.* 10. *rec.* cum aliis concordantibus in dicta mea *deciſ. Flor.* 43. *num.* 1. *tom.* 1.

Idque potiſſimum locum ſibi vindicat in legato relicto uxori a viro, qui ſine dubio legare voluiſſe præſumitur contemplatione ejuſdem uxoris,
18 potius quam tutelæ ab illa exercendæ, maximè ſi in actu legandi uſus fuerit verbis amorem & dilectionem erga ipſam uxorem præſeferentibus *Socc. Sen. conſ.* 69. *n.* 3. *& ſub num.* 8. *lib.* 1. *Peregr. conſ.* 38. *ſub n.* 10. *lib.* 2. *Surdus. controv.* 127. *n.* 23. *& controv.* 130. *n.* 35. *Paulut. differt.* 88. *n.* 82. *Manſ. conſult.* 268. *n.* 5. *Card. de Luc. de legat. diſc.* 22. *ſub n.* 8. *Torr. variar. jur. quæſtion. lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 4 *n.* 10.

Atque hæc tetigiſſe ſufficiat circa hunc articulum, de quo ſi quis plura deſideret, adeat dictam
19 meam *dec. Florent.* 43. *tom.* 1. ubi de hoc ex profeſſo tractatur. Sicuti circa quæſtionem ab initio
20 propoſitam, ultra jam dicta, in cæteris remiſſivè me habeo ad *Mantic. de conject. ultim. valunt. lib.* 8. *cap.* 16. *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 28. *Michaelor.* Rotæ Florentinæ olim Auditorem *de fratrib. par.* 1. *cap.* 7. *Merlin. de legitim. libr.* 2. *titul.* 2. *quæſt.* 16. *Rot. dec.* 159. *n num.* 5. *& ſeqq. par.* 13. *recen.*

FLORENTINA
Fideicommiſſi.
9. Octobris 1606. ex lib. Mot. 89. a 137.

ARGUMENTUM.

Probibitio alienationis veſtita a pœna privationis, & ratione, *quia voluit &c.* inducit fideicommiſſum ſucceſſivum, & operatur, ut fideicommiſſarius non ſimpliciter ad pretium contra alienantem, ſed ad rem contra poſſidentem agere poſſit.

SUMMARIUM.

1 P*Rohibitio alienationis facta a teſtatore cum clauſula* quia voluit, &c. *& cum pœna privationis inducit fideicommiſſum ſucceſſivum inter illos de familia.*
2 *Alienationis permiſſio inter comprehenſos inducit probibitionem in extraneos.*
3 *Identitas probatur ex demonſtratione loci cum duobus, vel tribus confinibus.*
4 *Et in antiquis per conjecturas.*
5 *Fidicommiſſario agenti ex fideicommiſſo juſtificatis juſtificandis eſt danda immiſſio.*
6 *Alienatio rei fideicommiſſariæ ab ignorante ignoranti valet, & fideicommiſſarius contra alienantem ſolammodo agere poteſt ad pretium.*
7 *Ignorantia fideicommiſſi præſumitur ex antiquitate teſtamenti.*
8 *Limita ſi ultra tacitam legis probibitionem adſit expreſſa teſtatoris.*
9 *Maximè ſtante fideicommiſſo in caſum mortis.*

DECISIO LV.

In Cauſa Villani, e Medici.

IN cauſa fideicommiſſaria, quæ coram nobis verſa fuit inter D. Laorentium, & fratres de Villanis actores ex una, & D. Laurentiam quondam Petri de Medicis ream conventam, ac D. Hieronymum de Villanis ejus neceſſarium defenſorem ex altera, ſententiavimus juxta petita per Actores, condemnando dictam D. Laurentiam, uti poſſedittricem cujuſdam domus, ſive domunculæ, de qua agitur, poſitæ in Civitate Florentiæ, & via Cucumeri ad illam dimittendam actoribus, uti ſuppoſitam fideicommiſſo olim inito per Jacobum Joannis de Villanis in ejus teſtamento, purificato ad favorem dd. Actorum, moti quia invenimus per Actores fuiſſe juſtificata omnia incumbentia.

Probaverunt enim primo loco, per teſtamentum in publicam, & authenticam formam redactum, & conditum per Jacubum Joannis de Villanis uſque de anno 1454., quod dictos Jacobus ſuppoſuit particulari fideicommiſſo ejus domum cum horto, & domo veteri, ſive domuncula contiguis, ac poſitis in via Cucumeri, expreſsè ſuis filiis, & deſcendentibus ex eis prohibendo venditionem, & omnem alienationem, præterquam inter ipſos, & deſcendentes maſculos per lineam maſculinam, quia voluit dictam domum, & domunculam cum horto ſemper ſpectare ad ſuos filios, & eorum deſcendentes maſculos, apponendo pœnam, quod ſi aliquis contrafaceret, ſtatim aliis ſuperſtitibus, & ex deſcendentibus maſculis domum prælegaverat, & etiam conſtituendo perpetuum abſo-

absolutum fideicommissum in illis domibus in casu decedentiæ alicujus ex filiis, & ex illis descendentibus sine filiis masculis legitimis, & naturalibus, prout latius in dicto testamento, certum est enim,
1 quod prohibitio expressa a testatore facta suis filiis, & descendentibus de non alienando, cum expressione certæ causæ, præcipue quia vult, quod bona remaneant in familia, & pœnam privationis alienanti imponendo, inducit fideicommissum successivum inter illos de familia, & descendentes, Doctores in *l. filius famil. §. Divi ff. de legat. prim. Socin. consil.* 57 *in princip. lib.* 3. *Dec. consil.* 38. *n. prim. versic. sed præditiis*, & toto tit. *ff. & C. de his, quæ pœnæ nomine. Parif. consil.* 19. *n.* 137. *& seq. lib.* 2. Doctores citati per *Gabriel. in tit. de fideicomiss. conclus.* 9 *n.* 7 *cum plurib. seqq. Simon de Præt. de interpret. ultim. volunt. lib.* 3. *dubit.* 5. *solut* 50. *n* 90. *Petr. a Petr. de fideicomm. quæst.* 5. *n.* 64. *& seqq.* & præcipuè *n.* 68. 71. *&* 74. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 14. *num.* 50. *cum duobus*
2 *seqq.* verba enim illa, quod non possint alienare, nisi inter se, operantur, quod non possit fieri alienatio in extraneos *Berrett consil.* 55. *num.* 3. & hanc conclusionem comprobat etiam *Ruin. cons.* 134. *n.* 6. *& seq. vol.* 2.

Secundo loco justificaverunt, ipsos actores esse de descendentibus præfati Jacobi de Villanis per lineam directam, & masculinam ex legitimis matrimoniis productis per positiones, quæ pronunciatæ fuerunt pro confessis.

Tertio loco docuerunt, quod dictus D. Hieronymus alterius Hieronymi, Raphaelis, Hieronymi, Jacobi de Villanis sub die 24. *Augusti anni Domini* 1582. donavit D. Beatrici Alexandri del Caccia, & olim uxori Hieronymi Raphaelis de Villanis matri dicti donatoris dictam domum veterem, sive domunculam per instrumentum rogatum a Ser Francisco de Berghis

Quarto demum, & ultimo deduxerunt, quod domus prædicta possidetur hodie a dicta Lucretia, per testes in causa examinatos, nec non per fidem decimæ, visitationem loci differentiæ, ac depositiones testium domum prædictam, sive domunculam, quæ possidetur a præfata muliere, esse eandem in corpore, & substantia cum domo veteri, sive domuncula, de qua in dicto testamento, verificata enim fuerunt plura latera per confessionem ipsiusmet dicti Hieronymi, ut in visitatione loci descripta legitur, nec non reperta fuit domus prædicta in via Cucumeri prope domum
3 magnam, mediante horto ipsorum de Villanis; quod enim identitas ultra demonstrationem loci cum duobus, vel tribus confinibus ad tradita per *Simon de Præt. consil.* 143. *n.* 8. *Roland. consil.* 67.
4 *n.* 5. 14. *& seqq. Decian. consil.* 17. *per tot. vol.* 1. possit in antiquioribus, prout sumus, cum versemur in tempore 150 annorum, & ultra, probari etiam conjecturis tradit *Simon de Præt. consil.* 8.
5 *n.* 12. *& seqq. Mascard. de probat. conclus. nobis* 874. *n.* 6. cum igitur pro parte actorum fuerint justificata justificanda juxta tradita per Doctores in materia, & præcipuè per *Marzar. in ejus epitome de fideicommiss. in tertia parte quæst.* 55. *& seqq.* & novissimè latè per *Peregrin. de fideicomm. artic.* 43. *&* 44. merito sententiandum censuimus pro actoribus.

6 Nec nobis difficultatem fecit, quod alienatio facta ab ignorante ignoranti rei subjectæ fideicommisso conditionali valet irrevocabiliter, & conditione purificata, fideicommissarius contra hæredem, dumtaxat ad pretium agere potest, post alios copiose *Roland. consil.* 81. *n.* 1. *lib.* 2. *Alex. consil.* 3. *n.* 3. *lib.* 3. *Odd. ad leg. fin. §. fin. ff. de legat.* 2. *Osasch. dec. Pedemont.* 73. *Cephal. consil.* 261. *n.* 31. *lib.* 2. *& consil.* 393. *num* 78. *& seqq. lib.* 3. sed 7
stante antiquitate testamenti probabiliter alienatio a dicto Hieronymo ejus matri facta, fuit merito facta ab ignorante ignoranti fideicommissum.

Nam inter limitationes, illa affertur commu- 8
niter per DD. ad dictam conclusionem, ut non procedat, quando simul concurrunt prohibitio tacita legis de non alienando, & prohibitio testatoris expressa. ita *Roland. dict. consil.* 81. *n.* 3. *lib.* 2. & clarius *n.* 57. *Grat. consil* 91. *n.* 13. *&* 14. *Riminald. Jun. consil.* 23. *n.* 324. *lib.* 1. *Gabriel consil.* 119. *in princip. lib.* 1. ubi præcipuè id tenet, 9
quando fuit inductum fideicommissum, ne dum in casu alienationis, sed etiam mortis. *Osasch. dec.* 73. *in fin. Cephal. consil.* 393. *n.* 128. *cum tribus seqq. Petr. a Petr. quæst.* 3. *n.* 35. *& seqq. & quæst.* 14. *n.* 351. *Peregrin. de fideicomm. art.* 40. *num.* 38. *& seqq.* sed in casu nostro, ne dum adest prohibitio legis ob successivas substitutiones factas descendentibus in casu mortis sine filiis, juxta tradita per *Peregrin. artic.* 30. verum etiam adest expressa prohibitio hominis, ut diximus, merito, &c.

Ex quibus mori fuimus ad, ut supra, sententiandum, salvo semper, &c.

Sempronias de Sempronii.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Continuativè ad materiam decisionis agitur de prohibitione alienationis validæ, addita ratione *quia voluit*, quos pariat effectus.

SUMMARIUM.

1 PRohibitio *alienationis valida adjecta ratione* quia voluit *inducit perpetuum fideicommissum, si stet principaliter, non accessoriè.*
2 *Amplia, ut nedum fideicommissum inducat in portione propria sed etiam in portione uni ex fideicommissariis per mortem aliorum obveniente.*
3 *Quod etiam operatur prohibitio realis, & quando talis dicatur ibidem.*
4 *Limita ut non inducat fideicommissum in casu obitus, si aliud fuerit in eodem casu ordinatum expressè.*
5 *Prohibitio alienationis cum ratione* quia voluit, *si amplior sit fideicommisso, illud extendit ultra personas expressas.*
6 *Amplia, ut extendat fideicommissum etiam ad fœminas.*
7 *Item sive agatur de extensione fideicommissi intra, sivè ultra decimum gradum.*
8 *Prohibitio alienationis consequutiva fideicommisso descendentali restricto ad tertiam generationem, & transversali perpetuo, relatu ad primum esset limitata, ad secundum vero esset perpetua.*
9 *De prohibitione alienationis, cum clausula* quia voluit *remissivè.*
10 *Posita prohibitione alienationis si bona alienentur, possunt ab iis, quorum favore facta fuit prohibitio, vindicari, nisi fuerint hæredes alienantis mediate vel immediate.*
11 *Item nisi facta fuisset bona fide, quo casu fideicommissarius non revocat alienationem, sed agit ad pretium contra alienantem, ejusque hæredes.*
12 *Superveniens post secutam alienationem, & vindicationem bonorum non revocat bona a possessoribus, maximè si testator jusserit fideicommissum statim devolvi.*

Ad

Ad num. 1. & feqq.

PRohibitio alienationis alias validæ, & veftitæ
1 apœna privationis, & ratione *quia voluit, &c.* quod inducat fideicumm fium etiam in cafum mortis, fi ftat principaliter, & nun acceſſoriè, vide fupra *Rot. Florent. dec. 7. num. 1. & feqq.* & infra *dec. 58. n. 1. & feqq.* ubi adeft plena additio fuper hac materia, & *dec 63. n. 3. & feqq.* ubi daclarat contrarios, & *dec. 72. n. 2. & feqq. dec. 84. n. prim. & feqq. & dec. 131. n. 4. & feqq.*

Et nedum fideicummiffum inducit in portione propria, fed etiam in portione uni ex fidei-
2 commiffariis per mortem aliorum obveniente *Rota Florent.* infra *dec. 135. n. 31.*

Declara, quod fi teftator ufus fit verbis perpetuitatem denotantibus, vel prohibitio alienatio-
3 nis fit realis, inducit fideicommiffum perpetuum etiam in cafum alienationis, quam in cafum mortis, ut firmant *Rota Florent. dec. 24. in prim. ex n. 1. 14. feqq.* fupra impref. hoc eodem volum. ubi quando prohibitio dicatur realis, & *dec. 78. n. 22. & feqq.*

Hoc tamen non procederet, quando in cafu
4 obitus fuiffet ordinatum aliud fideicommiffum expreffum *Rot. coram Emerix Jun. dec. 628. num. 4. & feqq.*

Declara fecundo, quod fi prohibitio alienatio-
5 nis, & ratio *quia voluit, &c.* eft amplior fideicommiffo, illud extendit ultra perfonas expreffas *D. meus Auditor Calderon. refolut. 57. num. 37. Rota Florent.* fupra *dict. dec. 24. n. 15. & feqq. & n. 20. & feqq.* & infra *dec. 56. n. 19. & dec. 92. n. 34. & feqq.*

Et quod extendat fideicommiffum etiam ad
6 fœminas *Rot. Florent.* infra *dec. 56. n. 17. & feqq.*

Sive agatur de extenfione fideicommiffi intra, fivè ultra decimum gradum, nam ftante prohibitione alienationis cum caufa, ut bona perpetuò in familia remaneant, fideicommiffum extenditur ul-
7 tra quartum, & decimum gradum *Rota Florent.* fupra *dec. 34. n. 34. & feqq. & dec. 43. n. 4. & & feqq.* ubi pleniffimè fcripfi de materia in *addit. n. 28. & plurib. feqq. n. 42. & feqq. 46. & feqq. ufque ad fin.*

Obferva tamen, quod fi teftator condidiffet fideicommiffum reftrictum inter defcendentes ad certos gradus, & generationes, & inter tranfver-
8 fales perpetuum, prohibitio, quæ effet confequutiva utrique fideicommiffo, relata ad fideicommiffum defcendentale effet reftricta ad illos gradus, & ad tranfverfale effet perpetua *Rota Florent.* infra *dec. 142. n. 27.*

9 De prohibitione alienationis cum claufula *quia voluit* plures adduxi in *addit. ad decif. 7. num. 1. & 2.* & ultra ibidem citatos *D. Audit. Calderon. refol 44. n. 27. & feqq. num. 47. & feqq. & refolut. 45. n. 15. & feqq. & n. 36. & feqq. Rot. Rom. coram Emerix Jun. dec. 628. n. 2. & feqq. dec. 1163. n. 6. & feqq.* & pleniffimè *Rot. Florent. in Florentina Fideicommiffi 9. Septembris 1719. art. 3. n. 33. & feqq. & n. 41. & feqq. coram me* in tertio volum. mearum decif. imprimend.

Ad num. 6. & feqq.

Pofita prohibitione alienationis, fi bona alienentur, poffunt ab iis, quorum favore facta fuit prohibitio, vindicari, nifi fuerint hæredes alienan-
10 tis mediatè, vel immediatè *Rota Florent.* infra *decif. 72. n. 4. feqq.*

Nifi alienatio facta fuiffet bona fide citra fcientiam fideicommiffi, quo cafu fideicommiffarius non revocat alienationes jam factas, fed agere de-
11 bet ad pretium contra alienantem, ejufque hæredes, ut dicitur in hac *dec. n. 6. & feqq.* ubi declarat, & tradunt *Peregrin. de fideicomm. artic. 40. n. 38. Fufar. de fubftitut. quaft. 556. n. 1. de Luc. de alienat. difc. 57. n. 7. Rota Roman. coram Bevincaf. dec. 253. n. 10. Rota Florent. infra dec. 109. n. 10* in feq. volum. imprimend.

Et admittitur ad vindicandum bona alienata, qui exiftit tempore fequutæ alienationis, nec cum ipfis concurrere poffunt proximiores nondum concepti, qui etiamfi poftea fupervenient, bona a poffefforibus avocare non valerent, præcipuè fi con- 12
currat voluntas teftatoris, quod fideicommiffum ftatim devolvatur *Rota Florent. infra dec. 106. n. 19. & feqq.*

DOVADOLENSIS
Fideicommiffi.

5. Decembr. 1706. ex lib. Mot. 89. a 76.

ARGUMENTUM.

Appellatione defcendentium per lineam mafculinam non veniunt fœminæ, maximè ftante ftatuto exclufivo fœminarum, & conjecturata mente teftatoris.

Prohibitio alienationis an & quando ampliet fideicommiffum etiam ad fœminas. Conditio in cafu præmorientiæ filiorum purificatur etiam in cafu non nativitatis.

SUMMARIUM.

1 *FActi feries.*
2 *Florentiæ extat lex, quod mulieres nubentes extra territorium fiant ipfo facto privata omnibus hæreditatibus quoad ftabilia, & n. 10.*
Declura ut n. 16.
3 *Appellatione defcendentium per lineam mafculinam non veniunt fœminæ.*
4 *Maximè ftante ftatuto exclufivo fœminarum.*
5 *Et exclufione facta a teftatore fœminarum exiftentium de tempore conditi teftamenti, relicto legato pro dote.*
6 *Indubitanter fi teftator difcretivè de fœminis locutus fuit, & de ratione n. feq.*
7 *Quando teftator loquitur diftretivè de fœminis, tunc mafculinum non continet femininum.*
8 *Prohibitio alienationis propter delictum potius ad mafculos, quam ad fœminas eft referenda, & de ratione ibi.*
9 *Ufus teftatoris infpiciendus eft, præfertim in eodem teftamento.*
11 *Defuncto patre, qui fuerat fideicommiffo privatus propter alienationem contra voluntatem teftatoris, filii præferuntur aliis vocatis.*
12 *Prohibitio, & privatio cum applicatione portionis alienantis non alienantibus, intelligitur folum durante vita alienantis.*
13 *Quando ex difpofitione legis bona fideicommiffaria transferuntur in fifcum, poft mortem gravati delinquentis revertuntur ad vocatos ex teftamento.*
Et de ratione ne fequatur abfurdum n. 14.
15 *Amplia bona reverti ad vocatos, etiamfi fuiffent in Ecclefiam tranflata.*
17 *Prohibitio alienationis ampliat fideicommiffum ad fœminas, quando mafculis fine eo provifum fuerat.*
18 *Stirps, & defcendentia comprehendit tam mafculos, quam fœminas.*
19 *Quando verba non patiuntur commodam reftrictionem, fideicommiffum ampliatur ex prohibitione alienationis.*

20 *Substitutio in casu nativitatis, & mortis filiorum, habet locum etiam in casu non nativitatis,*

31 *Nepotes ex filia prædefuncta succedunt cum alia filia.*

DECISIO LVI.

In Causa Badignani, e Bianchi.

IN causa vertente inter D. Catharinam de Badignanis de Dovadula ex una, & D. Fabium, & D. Jacobum Leonelli de Blancbis de Meldula ex alia, super revisione laudi inter partes lati per Clarissimum, & Excellentissimum D. Gerium Spinium, D. Bartholomeum de Ductoribus, & D. Franciscum de Fontana.

Retulimus Clarissimis DD. Locumtenenti, & Consiliariis hujus inclitæ Civitatis Florentiæ pro S. C. S. bene fuisse laudatum, & male appellatum, & laudum prædictum confirmandum, & approbandum, prout confirmavimus, & approbavimus, cujus quidem relationis rationem de more reddituri, necesse est facti speciem breviter referre, & prædicti laudi tenorem inserere.

Anno 1578 Nicolaus de Badignanis instituit hæredem Andream ejus fratrem, cui triplicem fecit substitutionem, nempe in casu mortis, in casu alienationis cum ratione prægnantissima, & in casu delicti. Verba testamenti sunt hæc —

In omnibus aliis, &c sibi hæredem universalem instituit Andream ejus fratrem pleno jure, cui suo fratri substituit ejus filios, vel nepotes, vel pronepotes, vel cæteros descendentes per lineam masculinam dumtaxat, ordine tamen successivo vulgariter & per fideicommissum, quos descendentes etiam ad invicem substituit vulgariter, & per fideicommissum. Prohibens eisdem, & cuilibet eorum alienationem bonorum quorumcumque ejusdem testatoris, & ad ejus hæreditatem spectantium quomodolibet extra prædictam ejus stirpem, etiam ex titulo institutionis, donationis, vel alio. Et hoc ideo fecit dictus testator, quia voluit perpetuo bona sua remanere, & conservare in stirpe, & descendentia dicti Andreæ ejus fratris. Et in eventum, in quem omnes de dicta stirpe decederent, ultimo morienti substituit in tota, & integra ejus hæreditate absque ulla diminutione magnificos LL. DD. DD. Ludovicum, & Fabritium fratres, & filios quondam Francisci Ronconi de Mutilinna, vel eorum respectivè filios, & nepotes, vel pronepotes, vel descendentes per lineam masculinam, ordine tamen successivo, prout supra dictum fuit de aliis. Hoc insuper addito, quod si dictus Andreas ejus frater, & hæres, vel ejus filii, nepotes, pronepotes, seu descendentes ullo unquam tempore commiserint aliquod delictum, &c.

Andreas hæres prædecessit dicto Nicolao testatori, qui non aliter mutato testamento decessit postea, superstitibus Fabio filio masculo dicti Andreæ, & Julia, Justina, Catharina, & Andrea ejusdem filiabus fæminis. Et quia omnes erant minores, propterea D. Margharita eorum mater adivit hæreditatem prædictam, nulla facta declaratione, an adiret nomine solius masculi, an communi nomine etiam fæminarum.

Decessit postea Fabius præmortua dicta D. Julia ejus sorore, & condito prius testamento, in quo hæredes sibi universales instituit quoslibet filios masculos nasciturOs ex se, & ex qualibet ejus uxore, & eos invicem substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & si omnes dicti sui filii masculi decederent sine filiis, tunc & eo casu ultimo decedenti substituit filias fæminas dicti testatoris nasciturAs, ut supra. Et si dictus testator decederet sine filiis masculis, sibi hæredem instituit dictam D. Margharitam ejus matrem, cui decedenti, vel ad secunda vota transeunti substituit ejus filias, si extabunt, & si omnes dictæ suæ filiæ decederent sine filiis, tunc & eo casu ultimæ earum sic decedenti substituit supradictas DD. Juliam, Justinam, Catharinam, & Andream suas sorores.

Defuncto D. Fabio, D. Margarita ejus mater hæreditatem ipsius adivit, ex quo nulli ex eo remanserunt filii nec masculi, nec fæminæ.

Decesserunt postea aliæ duæ sorores ejusdem Fabii, nempè Andrea sine filiis, & Justina cum filiis, Fabio scilicet, & Jacobo prædictis, cum quibus est controversia, & sola Catharina superstes remansit ex dictis sororibus, denique decessit etiam dicta D. Margharita mater Catharinæ, & avia materna dicti Fabii, & Jacobi nullo condito testamento.

Post mortem itaque prædictarum D. Margharitæ, Fabii, & Nicolai, cum prædictæ partes concurrerent ad prædictas hæreditates, ex decreto supremi Magistratus compromiserunt in prædictos DD. arbitros.

Illud autem non est omittendum, quod dicta D. Justina mater dictorum Fabii, & Jacobi fuit maritata extra statum S. C. S. & nomine dotis fuerunt ei promissa scuta 500. sibi relicta a dicto Fabio fratre, & supra dictam dotem, sic enim loquuntur partes, fuerunt & promissa bona dicti quondam Nicolai pro sua virili portione.

Extat autem lex Florentiæ, quod mulieres nubentes extra territorium sint ipso facto privatæ 2
omnibus hæreditatibus, & omni successione ab intestato quoad stabilia, bis stantibus dicti DD. Arbitri laudaverunt in hunc modum, &c.

In prima dichiariamo l'eredità di Niccolò Badignani per il suo testamento, stante la morte di Andrea suo fratello ered. Instituito, vivente ancora detto Niccolò testatore, essersi appartenuta a Fabio figliuolo di Andrea solamente, escluse le sorelle di detto Fabio, dopo la morte del quale dichiariamo il fideicommisso ingiunto in detto testamento essersi purificato a favore di Giustina, Caterina, ed Andrea sorelle di detto Fabio, e ad esse essersi appartenuti i beni del fideicommisso predetto, dedotti nondimeno i debiti di detto testatore, ed i legati da lui lasciati, che fossero stati pagati da detto Fabio, dedotta ancora la spesa del mortorio di detto testatore, ed i miglioramenti, che si fossero fatti da detto Fabio in detti beni nell' esecuzione del presente lodo, da liquidarsi, e dichiararsi, e i quali debiti, legati, spese di mortorio, e miglioramenti essersi dovuti agli eredi di detto Fabio di che di sotto.

Item dichiariamo per la morte della detta Andrea senza figli, la porzione della detta eredità in lei pervenuta, essersi appartenuta alla Caterina sua sorella solamente, esclusa la detta Justina altra sua sorella.

Item dichiariamo la portione della detta eredità pervenuta in detta Justina, come sopra, dal dì del consumato matrimonio infra di lei, e Leonello Biondi da Meldola suo marito, quanto a' beni stabili, ed immobili esistenti nelli stati di S. A. e quanto a' beni che si equiparino a' beni stabili, se ce ne fussino, e quanto a denari, o crediti, che fossero obbligati a rinvestirsi in beni nelli stati di S. A. essere appartenuti, e devoluti a detta Caterina insieme con i frutti, e questo per tutto il tempo, che detta Justina naturalmente visse. Dopo la morte della quale dichiaramo li detti beni in virtù del detto fideicommisso del detto Niccolò resultante dalla proibitione della alienazione esersi

fersi appartenuti a Fabio, ed Jacopa figliuoli di detta Justina, esclusa detta Caterina.

In oltre dichiariamo l'eredità di detto Fabio di Andrea Badignani, stante la morte sua senza figli essersi appartenuta a Maria Margherita sua madre in virtù del testamento di detto Fabio. Dopo la morte di detta Margherita dichiariamo il fideicommisso ad esso ingiunto in detto testamento essersi purificato a favore di detta Caterina sorella di detto Fabio solamente, esclusi detti Fabio, e Jacopa fratelli, e figliuoli di detta Justina altra sorella predefonta, e ad essa Caterina essersi appartenuti i beni del fideicommisso predetto. Dedotta nondimeno la Trebellianica dovuta a detta Maria Margherita, in quanto però non fusse consumata con i frutti presi da lui de' beni del fideicommisso predetto, e dedotti ancora i debiti di detto Fabio, ed i legati fatti da lui in detto testamento pagati da detta Maria Margherita, insieme colla spesa del mortorio di detto Fabio, e con i miglioramenti, che da lei fossero stati fatti sopra detti beni da liquidarsi nell'esecuzione del presente lodo. Quali debiti, legati, spese di mortorio, e miglioramenti dichiariamo appartenersi alli eredi di detta madonna Margherita.

Item dichiariamo l'eredità di detta Maria Margherita morta ab intestato sopravivente la detta Caterina sua figlia, e gli detti Fabio, ed Jacopa figliuoli di detta Justina altra figliuola predefonta quanto a' beni stabili, e quanto a' danari, o crediti, che fossero obbligati a rinvestirsi, essersi appartenuta a detta Caterina solamente, esclusi detti Fabio, ed Jacopa. E quanto a tutti gli altri beni di detta Margherita essersi appartenuta per la metà a detta Caterina, e per l'altra metà a' detti Fabio, ed Jacopa. Dichiarando in oltre detta Caterina, o detti Fabio, ed Jacopa esser tenuti a' debiti rimasti nell'eredità di detta Margherita per le rate, e porzioni ereditarie, fatto calcolo tanto de' stabili, quanto degli altri, e di che rata ne sia pervenuto in ciascuno.

Item dichiariamo li beni livellarii appartenersi a quelle, e come nell'investiture, e concessioni di essi si dispone, e da essi non esser esclusi detti Fabio, ed Jacopa per la legge Ducale del 1591. sopra le donne maritate, o che si mariteranno a' forestieri.

In oltre dichiariamo a' detti Fabio, ed Jacopa doversi come figli, ed eredi di Justina lor madre lire 200. bol. lasciate a detta Justina lor madre nel testamento di detto Niccolò Badignani, e non esser dette lire 200. comprese, nè compensate nel legato, e col legato delli scudi 500. lasciati a detta Justina da detto Fabio nel suo testamento, e di poi promessi a detta Maria Margherita in dote di detta Justina, &c.

Hactenus laudum, quod de necessitate fuit transcribendum, quia non poterat ex nostra sententia confirmatoria aliquid percipi, nisi apparuisset de laudo confirmato.

Quantum itaque pertinet ad primum caput fideicommissi dicti quondam Nicolai, tota difficultas fuit super illo articulo, an filia dicatur descendens per lineam masculinam, & consequenter an illa verba *substituit ejus filios nepotes, vel pronepotes, vel caeteros descendentes per lineam masculinam* comprehendant faeminas, si eas comprehenderent subintraret statim reciproca inter ipsas filias, & Justina mater Fabii, & Jacobae fuisset obligata restituere suam portionem Catharinae sorori superstiti, quia in reciproca facta a transversali non subintelligitur tacita conditio, *si decesserit sine filiis*, si autem in dicta substitutione non censentur vocatae feminae, sed solum masculi, tunc solus Fabius fuisset substitutus, & per ejus mortem expirasset dicta prima substitutio, una cum reciproca in ea apposita, ex quo decessit sine filiis, & filiabus, & intraret secunda substitutio facta ad favorem etiam faeminarum, ut inferius dicetur.

In articulo igitur praedicto post longam discussionem, & post dinumerationem Doctorum hinc inde allegatorum Domini tenuerunt in casu proposito faeminas non comprehendi. Moti primo auctoritate eorum, qui hanc partem sequuti sunt, videlicet *Castren. in l. maritus n. 5. C. de procurat. & consil. 190. in princip. vers. sed advertendum est lib. 2. Alex. in l. Gallus §. nunc de lege num. 3. vers. sed juxta hoc quaero ff. de liber. & posthum. & cons. 53. num. 6. & 9. lib. 6.* quidquid addens ad eum ibi per rationem satis apparentem contrarium firmet, cum *Alciat. in dict. §. nunc de lege, & in cons. 46. lib. 9.* alias est *cons. 13. n. 12. lib. 3.* apposite admodum respondeat dictae rationi, & sententiam nostram confirment *Ruin. cons. 126. n. 13. vers. praterea lib. prim. & cons. 208. n. 7. vers. & probari videtur eod. lib. & cons. 4. col. 1. lib. 3. Curt. Jun. de feud. in 8. part. princ. n. 28. Bero. cons. 77. n. 14. vers. alio modo lib. 2. Gabriel cons. 90. n. 32. & 33. lib. prim.* subdens male defendi posse contrarium *Cephal. cons. 413. n. 22. vers. & controversia lib. 3. Menoch.* latissime *cons. 205. num. 20. cum seqq.* ubi multos refert attestantes de communi, subdens propterea non esse curandum de nonnullis, qui adversus *Castren.* tenuerunt. *Idem cons. 379. n. 26. lib. 4. & 585. n. 18. lib. 6. & praesumpt. 91. n. 6. lib. 4. Pinel. ad l. 3. n. 27. C. de bon. matern.* ubi de communi, quamvis ipse contrariam sequatur. *Mantic. de conjectur. lib. 8. tit. 11. num. 9. vers. primum est, &c. Alciat. in dict. §. nunc de lege n. 10. & cons. 13. n. 12. lib. 3.* alias est *cons. 46. lib. 9. Claud.* bene declarans *in dict. §. nunc de lege Curt. cons. 154. n. 12. & cons. 172. n. 5. & 6. Soccin. Jun. cons. 186. n. 14. vers. quarto comprobatur lib. 2.* & per totum illud *cons.* quod est magistrale in hac materia. *Curt. Senior cons. 44. col. 7.* allegatus per *Peregr.* in loco mox deducendo *Peregrin. de fideicomm. art. 20. n. 28. vers. hos circa ista*, ubi dicit hanc opinionem verissimam. *Paris. cons. 22. n. 44. lib. 3. Crot. in repet. §. Divi l. Filius familias n. 10. in fin. de legat. 1.*

Secundo moti sunt Domini, quia stante statuto Florentino excludente faeminas propter masculus usque ad octavum gradum, & stante exclusione duarum filiarum dict. Andreae, quae solae tempore testamenti reperiebantur natae, ab universali haereditate testatoris, relicto solum legato librarum 200. pro dote, indubitabile visum fuit testatorem sensisse de solis masculis descendentibus ex masculis, alias si inclusae fuissent etiam faeminae, fuissent faeminae melioris conditionis, quam masculi, quia habuissent legatum, & viriles portiones dicti fideicommissi. Attenta igitur intentione testatoris, & statuto praedicto verba illa *descendentes per lineam masculinam*, debent intelligi de masculis descendentibus ex masculis, ut firmant *Curt. Jun. dict. cons. 154. n. 12. & 13. Mantic. dict. lib. 8. tit. 11. n. 9.* ex mente *Alciat. in dict. §. nunc de lege*, qui nuncupatim firmat hanc conclusionem in casu statuti. *Cravett. cons. 350. num. 3. vers. tertius casus. Menoch. dict. cons. 205. num. 4 cum seq. & lib. 4. praesumpt. 84. n. 20. Surd. dec. 66. n. 11. Peregr. dict. art. 26. n. 30.* circa medium.

Quae tanto magis procedunt in proposito nostro, quia testator loquutus est discretive de faeminis, quando fecit illis particulare legatum librarum 200. pro dote, quo casu masculinum non concipit faemininum *Peregr. dict. tract. art. 25. n. 24. vers. si vero eadem ratio, & n. 45. Socc. cons. 124. n. 18. lib. 1. Menoch. praesumpt. 84. n. 29. vers. tertia est conjectura. Gabriel conclus. 6. n. 130. de verbor.*

bor. signif. ubi firmat, quod quando de fæminis
fuit facta specialis provisio, masculinum non con-
cipit fœmininum.

His accedit, quod in fideicommisso facto ul-
timo loco in casu delicti, testator repetit eamdem
substitutionem per illa verba *filios, nepotes, pro-*
nepotes, & descendentes per lineam masculinam cum
illa dictione *supradictos*, & certum est hujusmodi
fideicommissa in casu delictorum non consuevisse
fieri, nisi masculis, quia in fœminis de raro solent
8 contingere delicta confiscationem merentia, pro-
pterea illa verba referenda sunt ad masculos, in
quibus hæc frequentius accidunt, ut cum illis cau-
tius agamus, in quibus maius est periculum delin-
quendi. Sicut igitur in isto tertio fideicommisso
testator per prædicta verba intellexit de masculis,
sic etiam in primo de masculis intellexisse dicendum
est, tum propter dictionem illam *supradictos*, tum
quia usus testatoris inspiciendus est, præsertim in
uno, & eodem testamento, ut in propriis termi-
9 nis ponderat *Menoch. dict. conf.* 205.

Cum itaque in dicta substitutione non compre-
hendantur fœminæ, sed solus Fabius, & masculi,
qui ex Fabio nati fuissent, cessat illa reciproca sub-
stitutio, in qua totum principale fundamentum
partis adversæ positum erat, ex quo hæreditas non
devenit ad sorores Fabii vigore dictæ primæ sub-
stitutionis, in qua erant reciproce substitutæ, sed
vigore secundæ substitutionis resultantis ex pro-
hibitione alienationis tam in casu alienationis, quam
in casu mortis absolutè, & simpliciter facta ad fa-
vorem omnium descendentium, & totius stirpis
dicti Andreæ sine illa restrictione per *lineam mascu-*
linam, in qua secunda substitutione sine scrupulo
comprehenduntur etiam fœminæ cum onere re-
stituendi filiis, & descendentibus ex eis, & ex ista
substitutione declararunt Domini per mortem Fa-
bii factum esse locum substitutioni Justinæ matris
dictorum reorum, & aliarum sororum, & per mor-
tem Justinæ vocatos esse filios ipsius, Fabium sci-
licet, & Jacobum juxta seriem ejusdem substitu-
tionis.

10 Cæterum quia Justina nupsit forensi, & sic
effecta est incapax hæreditatum ex dispositione di-
ctæ legis S. D. N. propterea portio dictæ Andreæ so-
roris prædefunctæ devoluta fuit in totum ad Ca-
tharinam juxta dispositionem dictæ legis, cum Ju-
stina tempore mortis prædictæ reperiretur nupta,
& consequenter incapax dictæ acquisitionis.

Portio verò propria ipsius quartæ tempore
mortis Fabii devoluta fuit ad ipsam, quia eo tem-
pore non erat nupta; fuit postmodum ex disposi-
tione dictæ legis translata in dictam Catharinam du-
rante vita ipsius Justinæ, quia nupsit forensi, &
propter matrimonium contractum cum forensi fuit
ipso jure privata sua portione, sed post ejus mor-
tem, portionem hanc ad filios pertinere, & ad
eos redire fuit per dictos DD. laudatum, & per
nos confirmatum vigore prædicti fideicommissi per
11 text. in *l. Statius florus ff. de jure fisci in* §. *Corne-*
lio, quem ad hoc propositum cum multis concor-
dantibus citat *Magon. dec. Florent.* 138. *num.* 14.
& est pulchra decisio ad propositum, quam unus
ex DD. allegavit ad hoc, quod non obstante pro-
hibitione, & contraventione, & privatione, & quod
bona transferantur in alios, tamen si contraveniens
habet filios, isti filii defuncto patre contravenien-
te præferuntur aliis vocatis, ut per totam illam
decisionem, & faciunt in simili deducta per *Gabriel.*
conf. 123. *n.* 33. *& seqq. lib. prim.*

Translatio enim fit revocabiliter, & cum suo
onere, ut ibi per eum *n.* 38. *&* 40 *Cephal. conf.* 282.
lib. 2. ubi firmat quod prohibitio, & privatio cum
applicatione suæ portionis non alienantibus, intel-
ligitur solum durante vita alienantis, & quod post 12
mortem ejus revertitur ad ejus filios, quia cessat
causa odii, & sic illo mortuo debet cessare odium
Rain. conf. 122. *num.* 6. *vers. quinimò, cum multis*
seq. lib. 2. firmans quod quando ex legis dispositio-
ne in pœnam gravati fit translatio in Fiscum, du- 13
rat adhuc fideicommissum, & post mortem dicti
gravati delinquentis revertitur ad vocatos ex te-
stamento allegat. dict. *l. Statius* §. *Cornelio ff. de*
jure Fisci, alias fuisset in potestate Justinæ in hac 14
facti specie privare filios vocatos a Nicolao, quod
esset absurdum, ut prosequitur in casu suo *Rain. &*
Rolan. conf. 98. *n.* 10. *lib.* 2. *Capra conf.* 125. *Be-*
ro. quæst. fam. 41. & hæc procedunt etiam si tra- 15
slatio facta fuisset in Ecclesiam, ut per *Rain.* lo-
co citato, & optimè omnium *Peregrin. artic.* 54.
num. 48.

Nec obstat quod lex deferat hæreditatem ad
alios proximiores, perinde ac si dicta mulier, aut
ejus filii non extarent; quia ista verba verifican-
tur vivente dicta muliere, ut sit sensus quod 16
donec vivit dicta mulier, quæ forensi nupserit,
hæreditas ipsi delata transferatur ad proximiores,
perinde ac si ipsa, & filii ejus non extarent, ipsa
verò mortua dicti proximiores secundum intelle-
ctum juris debent restituere dictis filiis vocatis ex
testamento dicti Nicolai, & sic intellectus est fun-
datus in dict. §. *Cornelio*, & in rationibus allega-
tis per Doctores superius citatos, quarum illa po-
tissima est, quod translatio fit cum sua causa, &
quod cessante causa odii cessat odium, & subintrat
substitutio, & vocatio dictorum filiorum. Et quia
non debet esse in potestate hæredis gravati delude-
re fideicommissum, & quia hæc est propriè pœna
mulieris, non fideicommissariorum, ideoque abla-
tio restringi debet ad causam suam, & ad personam
delinquentem, & hoc modo utraque dispositio o-
peratur, dispositio legis vivente muliere, & di-
spositio testatoris post mortem mulieris, per quas
rationes concludit intrepidè *Peregrin.* ibi hanc o-
pinionem esse tenendam, & hanc interpretatio-
nem esse amplectendam, per quam lex, & fideicom-
missum reducuntur ad concordiam.

Quod autem dicti filii, & filiæ prædictæ Ju-
stinæ sint vocatæ post ejus mortem ex secunda sub-
stitutione, fuit optimè deductum per DD. Infor-
mantes pro hac parte, quibus addimus *Pedrot.*
conf. 40. *n.* 322. ubi firmat ex prohibitione aliena-
tionis ampliari fideicommissum, ut comprehendat 17
etiam fœminas, ex quo sine alia prohibitione satis,
superque provisum erat descendentibus masculis per
reciprocam substitutionem, verba enim illa, *quia*
voluit dicta bona perpetuo remanere, & conservari
in stirpe, & descendentia dicti Andreæ non patiun-
tur restrictionem ad solos masculos, qui statim de-
fecerunt, ut res ipsa ostendit, quia sic restringen-
do non remanerent, nec conservarentur perpetuò
in dicta descendentia, & propterea non sunt vio-
landa, & arctanda ad masculos, sed secundum eo-
rum proprietatem intelligenda sunt etiam de fœ-
minis, cum stirps, & descendentia æque compre- 18
hendat fœminas, sicut masculos *Menoch. lib.* 4. *præ-*
sumpt. 84. *n* 25. *&* 26. *Natta conf.* 64. *num* 6.
Mantic. de conject. lib. 8. *tit.* 18. *n.* 13. *l. libero-*
rum, & ibi *Alciat. & Rebuff ff. de verbor. signific.*

Et quando verba non patiuntur restrictionem
commodam, ampliari fideicommissum ex prohibi-
tione voluit etiam *Peregr. art.* 14. *n.* 47. in fina- 19
libus verbis dicti numeri, & *art.* 11. *n.* 55. *vers.*
illa tamen.

Quo verò ad hæreditatem Fabii filii dicti An-
dreæ, quam prædicti filii Justinæ prætendebant ab
in-

intestato, fub prætextu quod D. Margarita maser esset vocata in cafu, quo testator decederet cum filiis, & filii decederent fine filiis, DD. confirmarunt laudum, per quod hæreditas fuit delata juxta formam testamenti, & legis prædictæ, qoia dispositio facta in cafu nativitatis, & mortis filio-
20 rum babet locum etiam filiis non natis, secondum veram, & magis receptam opinionem, de qua testantur novissimè *Surd. dec. 37. n. 27. D. Oddus in tract. de compend. part. 6. art. prim. nom. 6. & in cauf. 12. n. 7. & 29.* & utrobique testatur de magis communi, & fibi femper placoisse.

Ultimo circa hæreditatem dictæ D. Marghatitæ ab intestato defunctæ, in bonis per legem non prohibitis æqualiter fuccedere diximos Catharinam,
25 & filios dictæ Justinæ, quia nepotes ex filia prædefuncta fuccedunt cum alia filia *l. 3. C. de fuis & legit. auth. post fratres C. de legit. hared. §. tum filius instit. de hared. qua ab intestat. deferunt.*

Cætera nollam habuerunt disputationem, nec contradictionem aliqoam inter partes, propterea ulterius non insistimus.

Alexander Zilocchius.
Livius Riccardus.
Antonius Curinus.

ADDITIO

ARGUMENTUM.

Lex Florentina anni 1591. inhabilitans ad fuccedendum mulieres oubentes forensibus quando loeum non habeat. In vocatione descendentium ex linea, vel per lioeam masculinam veniont fæminæ ab oltimo gravato immediatè descendentes, nisi contrarium constet ex conjectoris, quæ fingillatim recenfentur, & declarantur. Extensio de tempore ad tempus, de cafu ad casum, & de persona ad personam quando admittatur, vel non.

SUMMARIUM.

1 *Lex Florentina anni 1591. inhabilitans ad fuccedendum mulieres nubentes forenfibus non comprehendit eas, qua a patre, matre, vel aliis perfonis, quibus debetur reverentia, in matrimonium collocantur.*

2 *Item non comprehendit mulierem minorem, vel ei adverfus privationem competit restitutio in integrum.*

3 *Item nec legata, vel fideicommiſſa particolaria, nec fucceſſionem confiſtentem in creditis, fed folum in ftabilibus.*

4 *Hujufmodi lex poteſt folum allegari a fuccedentibus ab inteſtato, non ab aliis.*

5 *Sub vocatione defcendentium per lineam mafculinam, vel ex linea, five de linea mafculina comprehenditur fæmina a mafculo ultimo gravato immediate defcendens, & de ratione.*

6 *Nec refert an vocati fint defcendentes ex, vel per lineam mafculinam, & de ratione.*

7 *Inter iſtas formulas nulla adeſt diſtinctio, aut differentia.*

8 *Limita ſtante conjecturata voluntate teſtatoris in contrarium.*

9 *Conjectura autem debent eſſe efficaces, univoca, & concludentes.*

10 *Prima conjectura elicitur ex quo agitur de fæmina primi acquirentis, ſeu primi vocati, & gravati, & de ratione.*

11 *Secunda conjectura deſumitur, ſi vocationi deſcendentium per lineam maſculinam addita ſit dictio* in infinitum, *vel ſimilis perpetuitatem denotans, tunc enim præſumitur teſtatorem voluiſſe progreſſum maſculorum ex maſculis, ſeu linea maſculina cum perpetua excluſione fæminarum.*

12 *Hac tamen conjectura de per ſe eſt debilis, & a Doctoribus communiter reprobatur.*

13 *Et ſolum robur habere poſſet, quando concurrerent alia validiores conjectura, vel nullo exiſtente maſculo, qui cum fæminis concurrat, nam tunc eſſent admittenda, etiamſi agnationis ratio habita fuiſſet.*

14 *Tertia conjectura naſcitur ex contemplatione agnationis, & conſervatione bonorum in linea maſculina.*

15 *Quarta eruitur ex quo teſtator proprias fæminas admitti noluit, cum ex excluſione proximiorum arguatur excluſio remotiorum.*

16 *Sed hac conjectura reprobatur.*

17 *Nam ab excluſione neptum, qua fuerunt dotata, non licet arguere ad excluſionem ulteriorum deſcendentium.*

18 *Quinta deſumitur ex ſtatuto fæminarum excluſivo, dum enim adeſt tale ſtatutum, fæmina non venit appellatione deſcendentium per lineam maſculinam, & de ratione.*

19 *Declara, ut procedat extantibus maſculis in gradu a ſtatuto contemplato, ſecus vero iis deficientibus, & de ratione.*

20 *Sexta promanat ex eo, quod teſtator diſcretivè loquutus fuit de maſculis, & fæminis, quia ex. gr. fæminis legaverit aliquam ſummam.*

21 *Fæmina regulariter non veniunt in diſpoſitione, vel conditione ſub termino communi apto comprehendere tam maſculos, quam fæminas, ubi teſtator fæminas diſcrevit a termino communi eas ſpecialiter nominando.*

22 *Hac conjectura a nonnullis debilis reputatur, cum argumentum a diſcretiva ſit leve.*

23 *Ideo recurrendum eſt ad conſiderandum totam maſſam negocii, & alias circumſtantias, qua operari valent, ut una, & eadem conjectura in uno caſu admittatur, in alio vero reiiciatur.*

24 *Fæmina non veniunt quando ſimpliciter invitata fuit linea maſculina, cum linea maſculina debeat incipere a maſculo, & progredi de maſculo in maſculum abſque ulla intermixtione fæminarum.*

25 *Item quando vocati ſunt deſcendentes maſculi per lineam maſculinam.*

26 *Conditio nativitatis, & mortis filiorum dicitur purificata etiam in caſu non nativitatis.*

27 *Limita ſi teſtator de caſu non nativitatis cogitaſſet, & eo eveniente non ſubſtituiſſet, tunc enim ſubſtitutio facta in caſu mortis hæredis ſine filiis ad caſum non nativitatis extendi non poſſet, & de ratione.*

28 *Extenſio non admittitur, quando conſtat de contraria voluntate teſtatoris, cum ſolum permittitur, quando apparet talem fuiſſe mentem expreſſam diſponentis, vel tacitam deſumptam ex maioritate, vel identitate rationis.*

29 *Prohibitio de non alienando cum clauſula* quia voluit, &c. *facta hæredibus extenditur ad hæredes hæredum.*

30 *Et tali caſu hæredes hæredum ſunt vocati ad bona alienata contra prohibitionem.*

31 *Verbum* cujuſcumque *temporis ſi non poteſt operari in ſuo tempore, ad aliud trahendum eſt, in quo operari poſſit, & ſit extenſio de tempore ad tempus, quando aliàs diſpoſitio ſuam effectum habere non poſſet.*

32 *Sub-*

32 *Substitutus in casu, quo filius succedat matri suæ, & postea decedat sine filiis, ex maioritate rationis admittitur, etiamsi decessert ante matris obitum.*

33 *Extensio in substitutione vulgari ad casum incapacitatis admittitur, quando aliàs testamentum effectum habere non posset.*

34 *Limita quando adesset dictio tunc, & eo casu, quæ operatur, ut substitutio, quæ de sui natura trahi potest de casu ad casum restringatur solum ad id, quod specificè fuit expressum, omnemque impendit extensionem.*

35 *Et multo magis illam de persona ad personam, quæ difficilius admittitur.*

36 *Sublimita quando ex conjecturis constat, testatorem voluisse extendere fideicommissum de casu ad casum, vel de persona ad personam.*

37 *Alia de dictis dictionibus restrictivis, & limitativis aa, & quando extensionem impediant remissivè.*

Ad n. 2. 10. & seqq.

DE hac lege anni 1591. inhabilitante ad succedendum fœminas nubentes forensibus latè differitur in *dec Florent.* 500. *num. prim. & per*
1 *tot. coram me*, obi quod lex præfata non comprehendit mulieres, quæ a patre, matre, vel aliis
2 personis, qoibus debetur reverentia in matrimonium collocantor, non comprehendit mulierem minorem, vel adversus privationem ei competit in
3 integrum restitutio, non comprehendir legata, vel fideicommissa particularia, nec successionem consi-
4 stentem in creditis, sed solum in stabilibus. Et ejusdem legis dispositio allegari solum potest a succedentibus ab intestato, non ab aliis.

Ad num. 3. & seqq.

5 Sub vocatione descendentiom per lineam mascolinam, vel ex linea, sive de linea masculina joxta veriorem, & ab omnibos Tribunalibos receptam sententiam comprehenduntur, præcisivè a particolaribus conjecturis, fœminæ a mascolo ultimo gravato immediatè descendentes, cum filia, vel neptis ex filio ex proprietate sermonis descendat ex linea masculina patris, vel avi, licet ipsa non sit in linea masculina *Menoch. cons.* 205. *a.* 9. *& a.* 26. *& a.* 35. *Ventarin. cons.* 25. *n.* 24 *& seqq. lib.* 1. *Giovagnon. cons.* 7. *n.* 2. *& seqq. lib.* 1. *Gerispin. cons.* 13. *n.* 80. ubi quod ita sæpe Florentiæ fuit judicatum. *Fachin. controv. jur. lib.* 11. *cap.* 25. *Palm. Nep. alleg.* 96 *per tot. alleg.* 97. *& alleg.* 98. *per tot. & alleg.* 214. *n.* 1. *& alleg.* 215. *num.* 23. *& seqq. & alleg.* 216. *a.* 63. *&* 65. *Rodulph. alleg.* 111. *n.* 6. *&* 9. *Castald. consult.* 61. *&* 62. *per tot. tom.* 1. *& consult.* 579. *n.* 1. *& seqq. per tot. tom.* 2. *Piton. discept. eccles. cap.* 14. *n.* 5. *& seqq. tom.* 1. *Rocc. disput. jur. select. cap.* 26. *per tot Mans. consult.* 97. *n.* 5. *&* 6. *tom.* 9. late *Censal. ad Peregrin. de fideicomm. art.* 26. *vers. pro contraria verò*, & in voto impress. post *tom.* 2. *Panint. a.* 19. *De Luc. de linea legal. artic.* 56. *n.* 45. *lib.* 1. *artic.* 48. *n.* 3. *lib.* 2. *Roxas de incompatibil. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 335. *& seqq. Murt. de success. legal. par.* 1. *quæst.* 1. *artic* 4. *n.* 5. *& seqq. Castill. quotid. controv. lib.* 2. *cap.* 2. *per tot. Molin. de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 37. *Torr. de primogen. Ital. quæst.* 54. *a.* 24. *par.* 2. *Rot. Lucana* apud eum dict. *dec.* 32. *n.* 16. *tom.* 3. *Palm. Nep. in dec. Lucea. per ipsam recollect. dec.* 191. *a.* 8. *vers. licet autem. Rot. Florent. in Flavent. fideicomm. de Giachit* 30. *Septembris* 1701. *n.* 18. *& seqq. coram Farsetto Jan. &* 16. *Septembris* 1720. §. *& primo, & seqq. coram Chelliai*, & plenè *in Cinsentina Fideicommissi* 1716. impress. apud *Palm. Nep. dec.* 453. *n.* 7. *& seqq. tom.* 5., & in alia *Florentina Fideicommissi* 13. *Septembris* 1721. *a.* 24. *coram. D. meo Audit. Calderoni Rot. Rom. in Bonon. Fideicommissi coram Jaya* impress. apud *Palm. Nep. alleg.* 217., & repetit. post *Torr. de primogen. dec.* 43. *par.* 3. *coram Carill. dec.* 266. *a.* 11. *coram Bich. dec.* 493. *n.* 10. 11. *coram Dunozett. Jun. dec.* 494. *num.* 10. *& in recent. dec.* 420. *n.* 17. 18. *par.* 4. *tom.* 2. *dec.* 707. *a.* 10. 11. *par.* 4. *tom.* 3. *& decis.* 475. *num.* 2. *& dec.* 482. *par.* 19. *tom.* 2.

Nulla prorsus habita ratione, an vocati sint 6
descendentes, *a*, *ex*, vel per lineam masculinam, quia unaquæque ex istis dictionibus æquali modo denotant dependentiam a linea mascolina, & qualitatem inhærentem producenti, absque eo quod talis qualitas concurrat in ipso descendente, & rejecta distinctione *Alciat. in l. Gallus §. nunc de lege n.* 10. *ff. de liber. & posth.* ejusque sequacium firmant *Venturin. dict. cons.* 25. *& seqq. lib.* 1. *Gerispin. consil.* 13. *n.* 80. *Menoch. cons.* 205. *a.* 23. *Giovagn. respons.* 7. *n.* 5. 26. 27. *& seqq. lib.* 1. *Palm. Nep. dict. alleg.* 254. *a.* 3. *& seqq. alleg.* 215. *a.* 12. 13. *alleg.* 216. *n.* 63. *& seqq. Peregrin. de fideicomm. art.* 26. *n.* 30. *Censal. ad eumdem art* 26. *vers. pro contraria verò. Molin. de primog. lib.* 5. *cap.* 6. *a.* 37. 38. *De Luc. de fideicomm. disc.* 33. *n.* 8. *Castill. quotid. controv. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 5. *& seqq. Torr. de majorat. par.* 5. *n.* 7. *& seqq. par.* 2.
Rot. Lucen. post eumdem *dec.* 32. *a.* 36. *& seqq.* 7
tom. 3. ubi quod inter istas formulas non adest realis, sed verbalis distinctio, ac differentia. *Palm. Nep. in recollect. dict. dec.* 191. *a.* 4. *Rota Genuen. apud Balduec. tit. de legat.* 3. *dec.* 34. *a.* 4. *Rot. Florent. supra dec.* 17. *a.* 5. *& seqq.* & in citata *Cinsentina Fideicommissi apud Palm. Nep. dec.* 453. *n.* 14. *& seqq. Rot. Rom. coram Duraz. decis.* 300. *sub num.* 5. *in recent. decis.* 475. *num.* 3. *par.* 19. *tom.* 2.

Verontamen cum quæstio supradicta moltum 8
pendeat a conjecturata testatoris mente, ideò fœminæ non comprehenduntur sub vocatione descendentium ex linea, vel per lineam mascolinam, qoando ex conjecturis de contraria voluntate constat ut in puncto *Venturin. dict. cons.* 25. *num.* 52. *& seqq. lib.* 1. *Torr. de primogen. quæst.* 5. *a.* 32. *par.* 2. *Rosenthal. de feud. cap.* 7. *conclus.* 37. *a.* 9. *Palm. Nep. in dec. Rotæ Lucen. per ipsum recollect. dec.* 191. *n.* 10 51.

Quæ conjecturæ debent esse efficaces, univo- 9
cæ, & concludentes, cum per eas recedatur a regula in contrarium superios firmata, ut in subjecta materia tradunt *Palm. Nep. alleg.* 96. *num.* 4. *& seqq. alleg.* 97. *n.* 7. *dict. alleg.* 214. *num.* 33. *alleg.* 215. *sub a* 36. 39. ubi qood conjecturæ requiruntur evidentissimæ, & urgentissimæ *De Marin. resol.* 126. *num.* 25. 26. *lib.* 2. *Castald. consult.* 62. *a.* 59. *Rota nostra apud Palm. Nep.* citata *dec.* 453. *n.* 22. 23.

Prima itaque conjectura elicitur, ex qoo ager- 10
tor de fœmina primi acquirentis, seo primi vocati, & gravati, nam fœmina hujusmodi non posset venire sub appellatione descendentiom per lineam masculinam, cum ea sit principium, & caput lineæ fœmininæ, & linea descendentium incipiat a primo descendente masculo primi gravati *Menoch cons.* 205. *num.* 50. *&* 20. *Altogr. cons.* 82. *num.* 87. *lib.* 2. *Cyriac. controv.* 281. *num.* 84. *& controv.* 365. *num.* 23. *Palm. Nep.* citat. *alleg.* 214. *num.* 9. *Episcop. Rocc. disput. jur. cap.* 26. *num.* 17. *Peregr. de fideicomm. art.* 26. *num.* 29. *Fusar. de substit. quæst.* 346. *num.* 35. *& seqq. Roxas de incompat. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 345. *Mart. de success. legal. part.* 4. *quæst.* 21. *art.* 13. *num.* 17. *Rot. Lu-*

cen.

ten. apud Palm Nep. decis. 216. num. 69. Rot. Senen. decis. 57. num. 42. inter impress. coram me. Rot. Florent. in citata decis. 453. num. 17. & 18. apud Palm. Nep., decis. 17. num. 9 hoc eodem vol. ibique ego scripsi in addit. num. 16 & seqq. Rot. Rom. apud Posth. de manut. decis. 168. sub num. 6. in recent. decis. 34. num. 1. & seqq. part. 12. & decis. 676. num. 4. part. 19. tom. 2.

11 Secunda conjectura desumitur, si vocationi descendentium per lineam masculinam addatur dictio in infinitum, aut alia similis perpetuitatem denotant, ex hoc enim præsumitur testatorem voluisse progressum masculorum ex masculis, seu lineæ masculinæ cum perpetua exclusione fœminarum Altogr. dict. cons. 80. num. 87, lib. 2. Altimar. ad Rovit. cons. 16. num. 12. lib. 1. Noguerol, alleg. 23. num. 155. & 156. de Luc. ad Gratian. cap. 295. n. 11 in fin. Censal. ad Peregr. de fideicomm. art. 26. vers. octavo declaratur. Torr. de primogen. quæst. 5. num. 27. & quæst. 6. num. 1. & seqq. part. 2. de Luc. de linea legal. artic. 16. num. 30. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 6. sub num. 38. Rot. Florent. penes Palm. Nep. decis. 194. num. 3. & dict. decis. 453. num. 24.

12 Hæc conjectura tamen de per se debilis, nulliusque roboris est, & a DD. communiter reprobatur, ut in individuo Dec. cons. 319. n. 1. Papon. cons. 135. num. 1. 11. & seqq. Episcop. Rocc. dict. disput. 26. num. 1. Rot. Lucen. apud Palm. Nep. citat. alleg. 216. num. 26. ubi erant vocati descendentes per lineam masculinam -- fino a che se ne troveranno -- late Rot. Florent. apud Palm Nep. dict. decis. 453. num. 24. & seqq. ubi late hæc conjectura omnino insubsistens reputatur, & contrariæ auctoritates declarantur Rot. Roman. coram Priol. decis. 127. num. 1. & 2. & in Bononien Fideicommissi cor. Taya impresso penes Palm. alleg. 217. num. 10. vers. non tertia, repetit apud Torr. de majorat. decis. 43. num. 4. tom. 3.

13 Robur vero suum habere posset quando aliæ validiores conjecturæ concurrerent, vel si extarent masculi, sed nullo existente masculo, qui cum fœminis concurrat, ipsæ absque dubio admittendæ essent, etiamsi ex pro se agnationis ratio habita fuisset, ut in puncto Giovagn. cons. 7. n. 35. tom. 1. Castald. consult. 62. num. 16. de Luc. de fideicomm. disc. 40. num. 15. Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap 15. num. 60. & seqq. Rot. Florent. apud Palm. Nep. d. alleg. 214. n. 15. & prius alleg. 96. n. 9. & seq. qui scripsit in causs agnationis, & conservatione, ubi emanavit decisio, alleg. 97. n 12. & seq. Rot Rom. decis 205. num. 15. part. 16 recent.

4 Tertia conjectura nascitur ex contemplatione bonorum in linea masculina, quoties enim hoc modo contemplata est agnatio, tunc per vocationem descendentium ex linea, vel per lineam masculinam non venit fœmina ultimi masculi Gabr. cons 132. num. 38 & seqq. lib. 1. Honded. cons. 75. num. 14. lib 1 Giovagn. dict. resp. 7. num. 34. lib. 1. Altogr. allegato cons. 80. num. 71. vol. 2. Venturin. citato cons. 25. num. 54. & seqq. Fachin. controv. jur. lib. 11. cap. 25. in fin. Palm. Nep. d. alleg. 96 sub num. 4. alleg. 216. num. 16. Rocc. disput. select. dict. cap. 26. num. 9. Simon de Prat. de interpret. lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. solut. 11. num 54. & seqq. Molin. de Hispan. primogen. lib 1. cap. 6. num. 38. Adden. ad eumd. num. 34. 35. & seqq. lib. 3 cap. 5. num 69. Paschal. de patr. potest. part. 4 cap. 9. num. 56. vers. alii autem dicunt, Roxas de incompatibilit. part. 1. cap. 6. num. 342. & seqq. Castill. lib. 5. cap 91. num. 48. Rot. Rom. decis. 2. num. 2. & decis. 3. num. 6. post Baldacc. ad Ramon. vol. 2.

Quarto fœminæ descendentes ab ultimo masculo non veniunt sub appellatione descendentium per lineam masculinam, quando testator proprias admitti voluit, cum ex exclusione proximiorum multo magis arguatur exclusio remotiorum Altogr. dict. cons. 80. num. 86. & 87. lib. 2. Altimar. ad Rovit. adnot. ad cons. 16. num. 10. lib. 1. Venturin. citato cons. 25. num. 49. lib. 1. Palm. Nep. citata alleg. 215. num. 34. Fusar. de substitut. quæst. 346. num. 38. & seqq. Rot. Lucen. apud Torr. de primogenit. dict. decis. 32. sub n. 4. vers. minime. Rub. ad decis. 199. num. 272. part. 8. recent. 15

Hæc conjectura tamen nullius momenti reputatur, nulloque modo apta pro recessu a regula fœminarum comprehensiva, quia fœminarum proximiorum exclusio, & dotatio censetur facta ad commodum masculorum tunc superstitum, temporaliter tamen donec ipsi, & eorum descendentes masculi supervixerint, eis vero deficientibus fœminæ quasi per posterius vocatæ censentur, ut in puncto quæstionis nostræ respondent Palm. Nep. dict. alleg. 215. num. 35. & 36. Castald. consult. 62. num. 17. & 18. & generaliter firmant Rot. Rom. decis. 133. num. 25. part. 9. recent. 16

Nec ab exclusione neptum, quæ fuerunt dotatæ, licet arguere ad exclusionem ulteriorum descendentium, ut eodem retento themate firmat Castald. dict. consult. 62. num. 18 & in proximia pluries firmatum fuit per Rot. Rom. decis. 485. num. 4 part. 4. divers. coram Dunozett. dec. 837. num. 4. decis. 581. num. 17. & 18. part. 5. recent. 17

Quinta deducitur ex statuto fœminarum exclusivo, extante enim hujusmodi statuto fœmina non venit sub appellatione descendentium per lineam masculinam, cum præsumatur testatorem suam conformare dispositionem cum dispositione statuti Giovagn. allegat. respons. 7. num. 31. lib 1. Altimar. ad Rovit. cons. 16. num. 13 lib. 1. Fusar. de substit. dict. quæst. 346. num. 45. Rustic. ad l. cum avus lib. 2. cap. 5. num. 5. vers. hancque opinionem ff. de condit. & demonstrat. Peregr. de fideicomm. artic. 26. num. 30. 18

Hæc tamen conjectura non absolute accipienda venit pro perpetua fœminarum exclusione, sed intelligenda est limitate, ut scilicet procedat extantibus masculis in gradu a statuto contemplatis, secus vero iis deficientibus; quemadmodum enim statutum, ex quo deducitur conjectura voluntatis in testatore excludendi fœminas, istas non excludit, nisi quamdiu extant masculi, ita etiam interpretari debet dispositio testatoris, ut sit statuto conformis, ut in individuo quæstionis nostræ respondet Castald. allegat. consult. 62. num. 20. & 21. Palm Nep. dict. alleg. 96. num. 12. alleg. 98. sub num. 9. vers. & ratio. allegat. 215. num. 49. Rot. Florent. apud eum citat. alleg. 214. num. 21. quæ decisio emanavit in causa, in qua scripsit Palm. & in proximis terminis firmant Altogr. Jun. controv. 70. num. 27. & 28. tom. 2. Rot. Rom. coram Ottoben. decis. 111. num. 29. decis. 133. num. 16. & seqq. part. 9. & decis. 16. n. 15. par. 14. rec. 19

Sexta desumitur, ex eo, quod testator discretive loquutus fuerit de masculis, & fœminis, ex. gr. quia legaverit fœminis aliquam summam, quo casu dicitur fœminas non venire appellatione descendentium per lineam masculinam, late Venturin. dict. cons. 25. num. 63. Altogr. cons. 60. n. 111. lib. 1. Mans. consult. 355. n. 23. Palm. Nep dict. alleg. 215. num. 32. Rot. Rom. decis. 33. num. 16. part. 7. recent. 20

Cum sit regulare, quod fœminæ non veniant in dispositione, vel conditione sub termino communi apto tam fœminas, quam masculos compre- 21

hendere, ubi testator fœminas ipsas discrevit a termino communi, eas specialiter nominando Venturin. dict. cons. 25. sub num. 63. Menoch. cons. 205. num. 33. Fusar. de substit. quæst. 346. num. 9. Peregrin. de fideicomm. artic. 25. num. 45. Castill. de conject. ultim. volunt. cap. 91. sub num. 83. Molin. de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 5. num. 55. Rot. Rom. decis. 203. num. 2. part. 2. recent.

22 Verum hæc conjectura a multis debilis, nulliusque momenti reputabatur, cum argumentum a discretiva desumptum sit valde ex sui natura leve, ut prosequitur in terminis Palm. Nep. dict. alleg. 215. num. 33.

23 Et semper recurrendum est ad considerandam totam massam negocii, omnesque conjecturas simul junctas, quæ operari possunt, ut una, eademque conjectura, quæ in uno casu, in quo aliæ non concurrunt, vel valde debiles sunt, reiiciatur, & in altero casu, in quo eadem conjectura aliis efficacibus circumstantiis associatur, admittatur, ut docent supracitati.

24 Septimo demum fœminæ succedere non possent, si vocati non essent descendentes per lineam masculinam, sed tantum ipsa linea masculina simpliciter invitata fuisset, quia hoc casu cum linea masculina debeat incipere a masculo, & progredi cum eadem continuatione qualitatis de masculo in masculum absque ulla intermixtione fœminarum usque ad finem, sub ejusdem vocatione fœminæ ultimi masculi non comprehenduntur, ut communiter firmant Venturin. dict. cons. 25. n. 28. lib. 1. Rodulphin. alleg. 59. num. 21. Palm. Nep. alleg. 221. num. 4. Pansut. controv. 26. num. 30. & seqq. vol. 2. Card. de Luc. de fideicomm. disc. 27. num. 10. Dominus meus Auditor Calderon. resol. forens. 97. n. 34. Rocc. disput. jur. select. cap. 2. num. 12. & 14. Fusar. de substit. quæst. 346. num. 32. Torr. de majorat. Ital. cap. 38. n. 408. & 482. tom. 2. Mans. consult. 98. num. 5 & 6. de fideicomm. tom. 9. & in voto decis. post differt. Paulut. num. 20. tom 2. Rot. Lucen. apud Torr. de primogen. decis. 32. n. 36. & 37. Rot. Senen. inter impress. coram me dec. 37. num. 3. plene Rot. nost. in Florentina Fideicommissi 13. Septembris 1721. §. certoque certius tot. D. meo Auditore Calderono, ubi quamplurimus cumulat. Rot. Rom. apud Mans. consult. 484 per tot. & consult. 486. per tot. post Bonden. collect. legal. dec. 66. num. 11. & 12. tom. 1. coram Bich. decis. 493. n. 6. coram Aeguel. decis. 38. num. 58. & 59. & dec. 22. num. 14. 18. & seqq. post de Luc. de fideicomm. & in recent. decis. 95. num. 4 & 6. part. 11. dec. 76. num. 13. & 27. part. 13. & decis. 278. num. 16. part. 18. tom. 1. decis. 445. n. 5. & seqq. par. 18. tom 2. & decis. 410. num. 33. part. 19.

25 Idemque prorsus dicendum est quando vocati essent descendentes masculi per lineam masculinam Giovagn. cons. 7. n. 25. lib 1. Fusar. de substit. quæst. 346. n. 32. quæst. 499. n. 28. Rudolphin. alleg. 59. n. 2. & alleg. 111. n. 5. Pansut. controv. 43. n. 38. & seqq. lib. 2. Torr. de primogen. Ital. cap. 38. num. 482. part. 1. Rot. nost. in supracitata decis. 17. num. 23. §. & in primo. Rot. Rom. in Faventina Jurispatronatus Lunæ 12. Maii 1710 §. quotiescumque, & Veneris 12. Junii 1711. § quoniam coe. R.P.D. Ansaldo.

Ad num. 20.

26 Conditio in casu nativitatis, & mortis filiorum dicitur purificata etiam in casu non nativitatis, ut dicitur in hac decis. num. 20. & supra decis. 15. num. 7. & seqq. & num. 35. & seqq. ibique scripsi ego in addit. num. 17.

27 Hæc tamen conclusio non procederet, si testator de casu non nativitatis cogitasset, & eo eveniente non substituisset, nam tunc substitutio facta in casu mortis hæredis sine filiis ad casum non nativitatis extendi non posset Rot. Florent. supra decis. 4. num. 7. & seqq. ubi ampliat, & dict. decis. 15. num. 9. ibique ego dixi in addit. num. 8 & decis. 38 num. 62.

Isto enim casu diceretur constare de voluntate 28
testatoris contraria extensioni, in quibus terminis illa admittenda non est, cum solum permittatur quando apparet talem fuisse mentem disponentis expressam, vel tacitam ex identitate, vel majoritate rationis desumptam, ut dictum fuit in citat. decis. 16. num. 14. & seqq. & in addit. ad eandem num. 18. & 21. & ultra ibidem citatos Rot. Florent. decis. 48. num. 26. hoc eodem vol.

Et ex hoc promanat, quod prohibitio de non 29
alienando facta hæredibus extenditur ad hæredes hæredum si concepta sit cum clausula -- quia voluit &c. -- Rot. Florent. infra decis. 58. num. 4. & seqq. ubi quod tali casu hæredes hæredum sunt 30
vocati ad bona alienata contra prohibitionem.

Quod verbum -- cujuscumque temporis -- si non 31
potest operari in suo tempore ad aliud trahendum est, in quo operari possit, & sic tempus præsens trahitur ad futurum, & fit extensio de tempore ad tempus, quando dispositio alias suum effectum habere non possit, ut prosequitur additio ad dict. decis. 16. num. 35. & seqq. num. 38. & num. 48. & seqq. & firmavit Rot. Florent. supra decis. 38. num. 59. & seqq. & dict. decis. 48. n. 32. & seqq.

Substitutos in casu, quo filius testatoris suc- 32
cedat matri suæ, & postea decedat sine filiis ex majoritate rationis admittitur etiamsi ille decesserit ante matris obitum Rot. Florent. infra dec. 137. num. 4. & seqq.

In substitutione vulgari, licet non fiat exten- 33
sio ad casum incapacitatis, cum iste necessarius non sit ad esse substitutionis vulgaris, tamen talis casus in ea comprehenderetur, quando alias testamentum effectum habere non posset Rot. Florent. infra decis. 57. num. 3. & seqq. & dixi ego supra in addit. ad decis. 16. num. 48.

Extensio autem non fieret de casu ad casum, 34
quando adest dictio -- tunc, & eo casu -- quæ operatur, ut substitutio, quæ de sui natura trahi posset de casu ad casum, restringatur solum ad id, quod specifice fuit expressum, omnemque impedit extensionem, ut dixi supra in addit. ad decis. 15. num. 10. & seqq. & Rot. Florent. decis. 52. num. 20. superius impress. & num. 21. 60. & seq. ubi ampliat.

Et multo minus extensionem pateretur de 35
persona ad personam, quæ difficilius admittitur Pedroch. cons. 38. num. 20. Rot. Florent. supra decis. 52. num. 32.

Solumque extensionem non impediret, si ex 36
conjecturis constaret testatorem voluisse fideicommissum extendere de casu ad casum, vel de persona ad personam Rot. Florent. supra decis. 24. in prima num. 21. & seqq.

Verum quando dictiones istæ restrictivæ, & 37
limitativæ impediant extensionem, vel non, vide quæ plenius scripsi supra in addit. ad decis. 15. num. 10. & seqq. aliaque plura ao, & quomodo admittatur extensio fideicommissi de uno caso ad alium Rot. Florent. supra decis. 4. num. 5. & seq. & ego in addit. num. 22. & seqq. decis. 15. & decis. 16. per tot. & utrobique plura scripsi in plenissimis addit. decis. 24. in prima num. 20. & seq. ibique pariter dixi ego in addit. num. 26. & seq. decis. 38. num. 4. & plur. seqq. & ibi ego in addit. num. 1. & seqq. Rot. Rom. post eandem in append. num. 4. & seqq. decis. 39. num. 50 & seqq. & decis. 52. num. 20. & seqq. & num. 60. & seqq. hoc eodem vol. Rot. Rom in Interamnen. Immissionis 5. Junii 1716. §. semper equidem coram Eminentiss. D. meo Card. Albano.

FLO-

F L O R E N T I N A
Vulgaris substitutionis.
19. *Januarii* 1606. *ex Lib. Mot.* 89. *a* 149.

A R G U M E N T U M.

Instituto spurio, eique dato substituto sub conditione -- *si sine filiis* -- succedit substitutus per vulgarem, non autem per fideicommissariam.

S U M M A R I U M.

1 *Substitutio sub conditione mortis est compendiosa.*
2 *Spurio, & incapaci per fideicommissum substitui non potest.*
3 *Substitutio facta in uno casu, ad alium extenditur.*
4 *Limita ad casum incapacitatis.*
Sublimita in substitutione vulgari, in qua fit extensio etiam ad casum incapacitatis num. 6.
5 *In substitutione admittenda est legitima interpretatio.*

DECISIO LVII.

In Causa Cresci, e Beretti.

JOannes Franciscus de Crescis Silvium filium haeredem instituit, qui spurius circumfertur, eique decedenti sine liberis Franciscum de Berettis nepotem ex sorore substituit, quae substitutio sub conditione mortis est compendiosa *Bart.*
1 & caeteri cum eo in *l. Centurio ff. de vulgar. & pupillar.*, *& in l. precibus C. de impuber.*, & non continet in casu nostro fideicommissariam, cum spurio, ut incapaci per fideicommissum substitui non
2 possit *Alb. cons.* 167. *num.* 16. *vers. & quamvis*, sed respicit tempus ante aditam haereditatem, quo tempore vulgarem substitutionem complectitur, nempè si conditio substitutionis, si moriatur Silvius sine liberis ante aditam haereditatem impleatur. Quare Silvio existente incapace, dubitabatur an substitutioni vulgari locus fieri possit. Angela Francisci substituti soror agebat in judicio ad substitutionem invalidandam, ut admissa legitima successione, posset cum fratre concurrere, cum ex testamento penitus sit exclusa, & pro ea plurimum urgebat, quia licet pro regula tradatur, substitutionem factam in uno casu, esse ad alium extendendam *l. Gallus §. et quid si tantum ff. de liber.*
3 *& posthum. Bartol.*, & alii in *l. 1. ff. de vulgar. & pupillar.* tamen substitutio non venit extendenda ad casum incapacitatis, cum iste casus non sit necessarius ad esse substitutionis vulgaris *Soccin.*
4 *Jun. cons.* 106. *num.* 3. *vol.* 1. Nos autem in substitutione hujusmodi legitimam esse admittendam interpretationem judicavimus ad tradita per DD. in dict. §. *et quid si tantum*, ne testamentum in
5 totum tollatur *l. in testamentis ff. de regul. jur.* ut comprehendatur casus incapacitatis in substitutione vulgari, ut in puncto consuluit *Ang. con-*
6 *sil.* 204. *Alb. cons.* 169. *num.* 3., & in puncto *Socc. Jun.* diver, & pingue consilium exaravit in dict. *cons.* 106. *in princip. per tot.*, & ibi respondet omnibus contrariis, ut *num.* 20. *versic. ad clariorem tamen cum plurib. seqq.* Nec obstat, quod praetenditur per dictam Angelam, nempè Franciscum ab intestato adivisse, cum non constet ex parte ejus de scientia testamenti, quo casu non videtur Franciscus ignorans juri suo renunciasse *l. mater dece-* 7
dens ff. de inoffic. testam. l. si is, ad quem ff. de acquirend. haredit. l. ex sextante §. Latinus Largus versic. cum autem ff. de except. rei judicat.

Ex quibus &c.

Joannes Baptista Burghesius.

A D D I T I O

A R G U M E N T U M.

Incapax succedendi non potest institui, nec illi potest substitui per fideicommissum, sique ei per fideicommissum datus fuerit substitutus, hic succedet ex vulgari, non autem ex fideicommissaria substitutione. Spurii regulariter sunt incapaces succedendi, an autem ullo umquam casu possint fieri capaces?

S U M M A R I U M.

1 *INcapace instituto succedit hares ab intestato.*
2 *Vel substitutus, si hic fuerit datus a testatore.*
3 *Causa testati facit cessare causam intestati.*
4 *Non admittuntur haredes ab intestato, donec est spes aditionis ex testamento.*
5 *Substituti existentia excludit haredes ab intestato.*
6 *Substitutis non contradicentibus, incapax institutus non potest hareditate spoliari a venientibus ab intestato.*
7 *Non fit locus successioni intestata donec adest spes, quod hareditas adiri possit ex testamento.*
8 *Incapaci succedendi non potest substitui per fideicommissum.*
9 *Fideicommissarius capit hareditatem de manu haredis.*
10 *Substitutus persona incapaci succedendi, succedit ex vulgari, non autem ex fideicommissaria substitutione.*
11 *Spurius est incapax succedendi ejus patri, aliisve ascendentibus ex paterno latere.*
12 *Substitutus pupillaris dicitur succedere pupillo, non testatori.*
13 *Spurius potest substitui pupillariter filio legitimo.*
14 *Intellige ad effectum succedendi in bonis propriis ipsius pupilli, non autem in bonis provenientibus a patre.*
15 *Nepotes legitimi ex filio spurio non possunt ab avo institui, si ille habeat legitimam sobolem.*
16 *Secus si avus legitima prole sit destitutus.*
17 *Spurii possunt succedere fratribus, aliisve collateralibus.*
18 *An autem possint succedere in fideicommissis eorumdem collateralium remissive.*
19 *Mater non solum potest, sed immo debet proprios filios quamvis spurios instituere, illisque competit querela inofficiosi adversus testamentum matris, qua iis postbabitis alios instituat.*
20 *Plura de spuriis remissive.*

QUoties in testamento legitur instituta persona incapax succedendi, institutio habetur pro non scripta, & fit locus vel successioni intestatae, si nullus sit datus cohaeres, vel substitutus,
ex text. in *l. 1. C. de natur. liber. Honded. cons.* 68. 1
num. 23. *lib.* 1. *Vasq. de success. creat. lib.* 1. *§.* 7. *num.* 35. in 2. *Mans. consult.* 348. *num.* 53. *Constantin. ad Statut. Urb. annot.* 37. *num.* 36. cum aliis a me relatis in mea *decis. Florent.* 67. *n.* 10. *&* 11. vel admissioni substituti, si ille a testatore datus

2 apparent *Mertabrüs. conſ.* 100. *num.* 31. *&* 32. *La-*
dercb. conſ. 34. *num.* 3. *Altograd. conſ.* 82. *num.* 7.
lib. 1. *Marta de ſucceſſ. legal. par.* 1. *quæſt.* 13. *ar-*
tic. 9. *num.* 32. *Pigant. ad Statut. Ferrar. rub.* 98.
num. 44. *Bellon. de jur. accreſcen. cap.* 7. *quæſt.* 52.
num. 12. *&* *num.* 33. *& cap.* 9. *quæſt.* 9. *num.* 38.
& num. 47. *Torr. variar. jur. quæſt. lib.* 1. *tit.* 1.
quæſt. 6. *n.* 2. *& lib.* 2. *tit.* 9. *quæſt.* 1. *n.* 19. *& ſeq.*

Cum enim cauſa teſtati faciat ſemper ceſſare
cauſam inteſtati *l. quamdiu ff. de acquirend. hære-*
3 *dit. l.* 1. *C. de ſecund. tabul. l. antequam Cod. com-*
mun. de ſucceſſ. l. jus noſtrum ff. de reg. jur. Alta-
grad. conſil. 60. *num.* 30. *lib.* 1. *Torr. variar. jur.*
quæſt. lib. 1. *tit.* 3. *quæſt.* 17. *num.* 2. *Rot. in Man-*
tiſſ. ad de Luc. deciſ. 16. *num.* 1. *lib.* 16. *deciſ.* 231.
num. 1. *coram Benincaſ.* nec debeant propterea ad-
mitti ad ſuccedendum hæredes ab inteſtato, donec
adeſt ſpes, quod teſtamentum ſortiri poſſit effectum
4 *Angel. de Peruſ. conſil.* 204 *num.* 2. *Conſil. Placent.*
apud Andreol. controv. 300. *num.* 93. *conſil. unic. poſt*
Barz. num. 91. *&* 92., & dixi ego in mea *deciſ.*
Florent 67. *num.* 8. fit inde, quod ex ſola incapa-
citate hæredis primo loco ſcripti, nullum ſibi jus
ſuper hæreditate naneiſci poſſunt hæredes ab in-
teſtato venientes, ſi dati fuerint ſubſtituti ſucceſ-
5 ſionis capaces *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.* 52. *num.* 4.
Theſaur. deciſ. Pedemont. 127. *&* 128. *per tot.*, ego
in mea *deciſ. Florent.* 67. *num.* 50.

Idque adeo verum eſt, ut pro excluſione hæ-
redum ab inteſtato venientium, non requiratur,
quod ſubſtitutus actu ſuccedat, ſed ſufficiat illius
para exiſtentia; illo enim exiſtente, poteſt per-
ſona illa incapax hæreditatem ſibi a teſtatore da-
tam accipere, & in illius poſſeſſione ſeſe tueri ad-
verſus hæredes ab inteſtato ex juribus ejuſdem ſub-
ſtituti non contradicentis; ubi quippe adſunt ſub-
ſtituti, perſona incapax excluditur in gratiam il-
lorum, non vero in gratiam hæredum ab inteſta-
to, quibus propterea datum eſſe non debet incа-
pacem hæreditate ſpoliare, dum illum in ſua pa-
cifica poſſeſſione non turbant ſubſtituti, de quorum
6 intereſſe ſolummodo agitur, ut probant *Lupus de*
illegit. comment. 2. §. 2. *num.* 34. *Peregr. de jur.*
fiſc. lib. 3. *tit.* 18. *num.* 100., ubi ait ita per duas
conformes judicatum fuiſſe contra hæredes ab in-
teſtato pro quodam ſpatio, cujus jura is tuebatur,
cum aliis, quos ſequutus fui in mea *deciſ. Floren-*
tin. 67. *num.* 9. ex ſimplici enim non contradictio-
ne ſubſtitutorum ſicuti non poteſt inferri, quod
juribus ſubſtitutionis eorum favore inductæ renun-
ciaverint, ita non poteſt dici, quod defecerit ſpes
aditionis ex teſtamento, eaque ſpe adhuc duran-
7 te, non poſſunt ſuccedere hæredes ab inteſtato,
ut ultra ſupra allegatos ex text. in *l. nec eis* §. *fin.*
in fin. ff. de teſtam. tutel. tradunt *Altagrad. con-*
ſil. 74. *num.* 31. *lib.* 1. *Argel. de acquiren. poſſeſſ.*
quæſt. 3. *art.* 21. *num.* 1897. *Giurb. dec.* 11. *n.* 5.
Surd. deciſ. 125. *num.* 45. *&* 46. *& conſ.* 268. *n.* 51.
Rot. deciſ. 56. *num.* 10. *par.* 16. *recent.*

Ex jam dictis colligitur, quod ſicut incapax
non poteſt hæres inſtitui, ita nec poteſt ei ſub-
8 ſtitui per fideicommiſſum, quia cum fideicommiſ-
ſarius debeat hæreditatem capere de manu hære-
9 dis, ad text. in *l. ſi nemo ff. de teſtam. tutel. & l.*
eam quam Cod. de fideicomm. Gabr. conſ. 117. *n.* 15.
lib. 1. *Caſsuat. conſ.* 45. *num.* 22. *Peregrin. de fi-*
deicomm. art. 15. *num.* 19. *verſic. item vulgaris, &*
num. 40. *Card. de Luc. de fideicommiſſ. diſcurſ.* 107.
num. 6. *& ſeqq Rot. dec.* 339. *num.* 30. *coram Du-*
ran. dec. 32. *num.* 7. *coram Benincaſ. dec.* 8. *num.* 1.
poſt de Luc. de fideicomm. eo ipſo, quod perſona
incapax non poteſt eſſe hæres, jam non poteſt hæ-
reditatem acquirere, nec etiam ad effectum illam
dandi fideicommiſſario, & propterea videmus, quod
ſubſtitutus perſonæ alicui ſucceſſionis incapaci, non
poteſt ſuccedere ex fideicommiſſaria, ſed tantum
ſuccedit ex vulgari ſubſtitutione, ut firmatur in
hac *deciſione*, & ea relata dixi ego in *addit. ad*
dec. 1. *num.* 43., & ulterius tradunt *Caſanat. con-* 10
ſil. 8. *num.* 17. *conſil. unic. poſt dec. Barz. num.* 86.
& num. 91. *verſic. ex quibus probatur. Mantic. de*
conject. ult. volunt. lib. 5. *tit.* 5. *num.* 4. *Gomez. var.*
reſolut. tom. 1. *cap.* 3. *tit. de ſubſtit. vulgar. n.* 14.
verſic. ex quo, latè *Caſtill. quotid. controv. lib.* 5.
cap. 110. *num.* 51. *Rot. dec.* 351. *lib.* 3. *cor. Puteo.*

Hæc quæ in qualibet perſona ſucceſſionis in-
capace procedunt, merito ab hac noſtra *deciſione*
applicantur filio ſpurio, quia ſpurius inter perſo-
nas ſuccedendi incapaces adſcribitur tam a jure 11
communi in *Authent. licet, & in Authent. ex com-*
plexu C. de inceſt. nupt. quam ex particulari Conſti-
tutione *S. Pii V.* la 2. §. 4. *Spad. conſil.* 228. *n.* 3.
& ſeqq. lib. 3. *Cyriac. controv.* 8. *num.* 20. *Antun.*
de donat. Reg. lib. 3. *cap.* 28. *num.* 66. *& ſeq. Al-*
timar. de nullit. contract. tom. 8. *quæſt.* 1. *num.* 86.
verſic. ſed filii. Torr. var. jur. quæſt. tom. 2. *tit.* 8.
quæſt. 10. *num.* 35. *Palm. alleg.* 241. *num.* 2. *Ludo-*
vic. deciſ. Peruſ. 18. *a num.* 23. *& ſeq. Rot. dec.* 334.
num. 20. *coram Celſ. dec.* 151. *n.* 31. *& dec.* 613.
num. 4. *par.* 28. *dec.* 154. *in princ. par.* 19. *rec.*

Ampliatur hæc concluſio, ut non ſolum filii
ſpurii non poſſint directo inſtitui ab eorum patre,
ſed nec etiam poſſint ab eodem patre pupillariter
ſubſtitui filiis legitimis; quidquid enim dixerint
aliqui, qui ea moti ratione, quod ſubſtitutus pu- 12
pillaris non ſuccedit teſtatori, ſed pupillo *l. ſi is*
qui bonis ff. de vulgar. & pupill. Vinn inſtitut. de
pupill. ſubſtit. in princ. Menoch. de præſumpt. lib. 4.
præſumpt. 38. *num.* 7. *Amat. reſol.* 15. *n.* 2. *Barr.*
de ſucceſſ. lib. 4. *tit.* 5. *num.* 1. *Turr. variar. jur.*
quæſt. lib. 2. *tit.* 8. *quæſt.* 3. *num.* 45. in ea fue-
runt opinione, quod ſicuti ſpurius poteſt ſuccede-
re fratribus, aliiſque collateralibus, ut infra ego
etiam probabo, ita poſſit a patre pupillariter ſub-
ſtitui filio legitimo *Sanchez conſil. moral. lib.* 4. 13
cap. 3. *dubit.* 24. *num.* 7. *Peregrin. de jur. fiſc. lib.* 3.
tit. 18. *num.* 15.

Tutior tamen, ſolidior, atque receptior vi-
detur opinio aliorum contrarium ſentientium; ſub-
ſtitutus quippe pupillaris ſuccedit quidem pupil-
lo, non teſtatori; ſed cum pupillo ſuccedat ex di-
ſpoſitione teſtatoria, non autem ex diſpoſitione i-
pſius pupilli, poterit idcirco ſpurius hoc modo ſub-
ſtitutus retinere bona, ſi quæ ſunt, ipſius pu-
pilli adventitia, non autem bona, quæ a patre ad
ipſum filium profecta ſunt, ut egregiè tradunt *Me-* 14
noch. conſil. 1065. *num.* 5. *& ſeqq.*, ubi materiam
hanc latè exornat. *Bellon. de jur. accreſcend. cap.* 7.
quæſt. 53. *num.* 32. *& cap.* 10. *quæſt.* 35. *num.* 29.,
& juxta hanc opinionem deciſum fuit ab excelſo
Ducali Conſilio Mediolani, cujus deciſio eſt apud
Torr. variar. jur. quæſtion. lib. 2. *tit.* 8. *quæſt.* 3.
num. 24. *& ſeqq.*

An autem eadem ratione, qua ſunt incapaces
ſuccedendi patri filii ſpurii, ſint etiam incapaces
eidem ſuccedendi nepotes legitimi ex filiis ſpuriis,
cum diſtinctione reſolvitur, aut enim avus habet
legitimam ſobolem, & tunc nepotes ex filio ſpu-
rio afficiuntur eadem incapacitate, qua eorum pa- 15
ter afficitur *Surd. conſil.* 277. *num.* 27. *verſic. his*
vero. Sanch. conſil. moral. lib. 4. *cap.* 3. *dubit.* 45.
num. 8. *Torr. variar. jur. quæſt. lib.* 2. *tit.* 8. *qu.* 3.
num. 27. *&* 28., aut avus legitima prole deſtitui-
tur, & tunc non prohibetur nepotibus ex filio
ſpurio tam inter vivos, quam per ultimam volun-
tatem relinquere, dummodo id non faciat contem-
platio-

16 platione, & intuitu ipsius spurii *Bartol. in l. Gallus §. quid si, versic. tertius casus ff. de lib. & posth. Casanat. consil. 9. num. 17. Lucidor. de illegitim. cap. 10. num. 1. Antunez. de donat. Reg. lib. 3. cap. 18. num.* 88. cum aliis apud *Torr. variar. jur. quest. lib. 2. tit. 8. quaest. 3. n. 29. & de majorat. lib. 2. quaest. 10. num. 9. & seqq.*

Quæ diximus de incapacitate spuriorum procedunt solum quoad hæreditatem eorum patris, aliorumve ex latere paterno ascendentium. Cæte-
17 rum iidem filii spurii non prohibentur succedere, & capere vel ex testamento, vel ex donatione ab aliis personis collateralibus juxta *Gloss.* magistralem communiter receptam in *authent. quib. mod. natur. effic. sui. Bart. in l. ultim. sub num. 9. ff. de his quib. ut indign. aufer. & in l. pronunciatio ff. familiæ circa fin. ff. de verb. signific. Alciat. consil. 14. num. 5. lib. 9. Simon de Prat. de interp. ultim. volunt. fol. 188. n. 11. versic. & alius spurius. Trentacinq. variar. resolut. lib. 2. tit. de noth. & spur. num. 26. Peregrin. de jur. fisc. lib. 3. tit. 18. n. 41. Barr. de success. lib. 1. tit. 8. num. 12. Marta de success. legal. par. 3. quaest. 7. art. 1. num. 7. Lucidor. de illegit. cap. 13. num. 1. Rot. dec. 334. n. 12. & 14. coram Cels. dec. 87. num. 4. coram Bevincas. decis. 98. num. 2. & decis. 407. num. 6. part. 16. dec. 171. num. 31. par. 17. recent.*

Ex quo autem filii spurii sint capaces succedendi in hæreditate collateralium, qui illos directo instituerint, quæri solet, an sit etiam capaces succedendi in fideicommissis ab aliquo collaterali ordinatis ante illorum nativitatem, de hac quæstio-
18 ne latissimè, & magistraliter cum congrua casuum distinctione tractat *Tartagl. apud Palm. alleg.* 241., & vide etiam sequentes *alleg.* 242. & 243., quæ sunt decisiones Rotæ Romanæ editæ in illa eadem Causa, de qua in præcedenti *allegat.* 241.

Notandum denique, quod filius spurius incapax succedendi patri, aliisque ascendentibus ex paterno latere non est eodem modo incapax succedendi matri, immo respectu matris spurii sunt hæredes sui, ita ut si illis posthabitis, alios mater instituat, competit spuriis inofficiosi testamenti querela, non minus ac ea computat filiis legitimis *Gratian. di-*
19 *scept. for. cap. 35. num. 11. Peregrin. de jur. fisc. lib. 3. tit. 18. num. 24. Rot. coram Buratt. dec. 520. num. 7. & 8. & post Torr. de pact. futur. success. decis. 23. num. 25.*

20 Alia plura de spuriis vide supra *dec. 34. n. 38. & seqq.*, ibique ego in *addit. num. 16. & in dec. Florent. 67. num. 19. & seqq.* inter impressas *coram me.*

F L O R E N T I N A

Fideicommissi.

15. *Augusti 1607. ex lib. Motiv. 89. a 442.*

A R G U M E N T U M.

Ratio *quia voluit &c.* adjecta probibitioni alienationis alias validæ, & vestitæ a pœna privationis inducit fideicommissum in casum mortis. Identitas in antiquis probatur conjecturis, & quæ sint istæ, & quod dicatur in proposito tempus antiquum.

S U M M A R I U M.

1 *PRohibitio alienationis quando de per se est valida, & postea accedit ratio* quia voluit *&c. extendit fideicommissum de casu alienationis ad casum mortis.*
Nonnulli distinguunt ut num. 3.
Sed distinctio non recipitur, ibidem.
Maximè stantibus dictionibus geminatis num. 7.
2 *Dicitur valida, si sit vestita a pœna privationis.*
4 *Probibitio de non alienando facta heredibus non extenditur ad heredes heredum.*
5 *Limita si sit addita clausula* quia voluit &c.
6 *Et tunc heredes heredum sunt pariter vocati ad alienatum contra probibitionem.*
8 *Tempus septuaginta annorum dicitur antiquum in materia probationum, & de ratione nu. seq.*
9 *Tempus antiquum quale dicatur est remissum Judicis arbitrio.*
10 *In antiquis admittuntur probationes leviores, & per conjecturas.*
11 *Identitas in antiquis probatur solis conjecturis.*
12 *Unus testis facit semiplenam probationem.*
13 *Testi deponenti de re sequuta tempore quo erat annorum quatuor, quando nihilominus sit deferendum.*
14 *Pupillo deferri potest juramentum in litem super his, quæ gesta sunt tempore pupillaris ætatis, & de ratione.*
15 *Identitas probatur per exclusionem pluralitatis.*
16 *Testium depositiones post didicita testificata, & parte contradicente non sunt habenda in consideratione.*
17 *Limita primo, si consuetudo loci hoc admitteret.*
18 *Limita secundo, si producantur cum instrumento de novo reperto.*
19 *Limita tertio, si absit timor subornationis, & ex quibus ille excludatur.*
20 *Depositiones testium emissæ occasione monitorii faciunt adminiculum, & de ratione.*
21 *Judex moveri potest ad iudicandum etiam ex iis, quæ sunt extra acta.*
22 *Limita quarto regulam de qua supra num. 16. ut post didicita possint examinari novi testes ad faciendam præsumptionem.*
23 *Inducens non censetur approbare dicta testium, sed tantum personam.*
24 *Maximè si contraria depositio non sit super capitulis, sed super interrogatoriis.*

DECISIO LVIII.

In Causa Romena, e Romena.

CUm Reverendus ser Angelus ser Francisci de Romena Clericus Florentinus in ejus ultimo testamento usque de anno 1533. per eum condito, post legatum factum Alexandræ, Clementiæ, & Magdalenæ suis ex Francisco fratre nepotibus de scutis centum pro qualibet pro dotibus sibi per suos hæredes solvendis temporibus, vel copulationis cum viro, vel ingressionis in Monasterium, quas suas neptes in casu deficientiæ innuptas, sive Religionem non ingressas adinvicem substituit, suos hæredes universales instituisset filios masculos tam natos, quam nascituros ex quacumque uxore legitima dicti Francisci ejus fratris, & eos ad invicem substituisset vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, cum conditione, quod ususfructus non acquireretur patri, & probibitione expressa hæredibus institutis de non alienando bona immobilia testatoris tam voluntaria, quam necessaria alienatione, præter quam pro satisfaciendis legatis dictis ejus neptibus factis, quia illa voluit remanere, & semper, & omni tempore esse, & permanere in dicta familia de Romena, supponitur quod cum dicto testamento suum ultimum diem clauserit superviventibus Joanne, Christophoro, Jacobo, ser Michaelangelo, & Antonio suis nepo-

nepotibus, & hæredibus, quibus omnibus ex hac vita migratis, Horatius, & Alexander filii dicti Joannis, nec non Michaelangelus, & Joannes nepotes ex Bernardo altero filio dicti Joannis fideicommissarium judicium instituerunt, contra Michaelangelum Joannis de Sarchis de Pelago, uti possessorem duorum petiorum terræ arativæ, & prativæ stariorum 30. in circa, positorum in communi Burgi Colline, loco dicto *a Burazzo* provinciæ Casentini; qui Michaelangelus cum suas exceptiones dedisset, ac tandem esset hinc inde instructa causa, D. primus Judex cum voto Excellentissimi D. Venturii reum conventum absolvit, quia non esset probata identitas bonorum, ut in motivo, a qua sententia interposita per Actores ad nos appellatione, ac petito accessu ad locum differentiæ, & illo viso, nec non factis novis justificationibus, tandem revocando sententiam primam, condemnavimus reum ad dimittendum bona petita una cum fructibus a die litis contestatæ perceptis in executione liquidandis, retenta per dictum reum tanta rata bonorum petitorum pro dotibus maternis, quanta una cum aliis bonis prius per matrem in dote receptis, liquidandis melius tam ex deductis, quam ex deducendis, ascendet ad summam scutor. 333. secundum tamen æstimationem faciendam, habito respectu ad tempus contracti Matrimonii, & consignationis bonorum factæ.

Moti autem fuimus primo, quia stantibus verbis, de quibus supra in testamento contentis, censuimus in hoc casu, ne dum per testatorem fuisse inductum fideicommissum in casu alienationis, verum etiam in casum mortis, & sic simplex, & absolutum fideicommissum ad favorem omnium de familia Romena, & præcipuè istorum, qui agunt in
1 hoc judicio; receptissima enim videtur Doctorum opinio, quod quando prohibitio testatoris de non alienando est valida, absque illa universali ratione *quia voluit bona immobilia remanere, & semper, & omni tempore esse, & permanere in familia*, tunc talis ratio extendat fideicommissum de casu ad casum, & sic de casu contraventionis ad casum mortis *Ruin. cons.* 110. *num.* 7. *& cons.* 173. *n.* 9. *& cons.* 156. *num.* 1. *cons.* 125. *num.* 4. *& cons.* 127. *num.* 13. *lib.* 2. *Crot. cons.* 53. *num.* 13. *lib.* 1. *Decian. respon.* 50. *num.* 22. *&* 23. *lib.* 1. *Ruin. consil.* 122. *sub num.* 42, ubi de magis communi *lib.* 2. latè *Petr. a Petr. de fideicomm. quæst.* 5. *num.* 96. *&* 112. novissimè *Surd. cons.* 67. *num.* 37. 38. 39. 40. *&* 41. *& consil.* 96. *num.* 47. *&* 48. *& dec.* 84.
2 *n.* 12. *&* 13. ubi de communi. At in hoc casu prohibitio erat de per se valida, absque illa ratione, *quia voluit &c.* ex quo testator in casu alienationis, & contraventionis inobedientes eorum portione privavit, & portionem servantibus in pœnam applicavit, merito prohibitio tamquam non nuda erat de per se valida *tota tit. ff. & C. de his, quæ pœnæ nomine. Alex.* latè *consil.* 52. *in princip. lib.* 2. *Angel. cons.* 168. *num.* 2. *Paris. consil.* 59. *num.* 137. *& seq. lib.* 2. *Cephal. consil* 730 *n.* 48. *cum seqq.*, & licet *Odd.* in ejus *consil.* 65. *sub n.* 43. *versic. secundo respondeo*, dicat id verum esse, quan-
3 do testator post prohibitionem factam hæredibus statim apposuit pœnam contrafacientibus, & sic validavit prohibitionem, deinde addidit rationem generalem, *quia voluit &c.* secus autem, si ratio generalis sit apposita post appositionem pœnæ, ut apud ipsum, ut hic contingere videtur, & dicat ita loqui Doctores superius citatos; tamen ultra, quod *Ruin.* & alii superius adducti loquuntur promiscuè, & quando pœna fuit apposita ante rationem generalem, & quando postea, in casu nostro non censuimus aliquid referre, quia si etiam fuisset tantummodo inductum fideicommissum in casu alienationis, ut voluit *Odd. in dict. consil.* 65. in suo casu, adhuc actores obtinere debebant, post-
quam alienatio sequuta fuit, & bona reperiuntur 4
apud tertium, nam licet testator prohibendo alienationem suorum bonorum hæredibus institutis, & inobedientes privando, ac eorum portionem servantibus applicando, non censeatur prohibere hæredibus hæredum, nec quod ad illos extendatur prohibitio *DD. in l. filius famil.* §. *Divi ff. de le-
gat.* 1., tamen si testator addat hanc rationem ge- 5
neralem, *quia vult bona sua conservari perpetuo in agnatione*, tunc etiam hæredes hæredum censentur prohibiti alienare, ita in puncto post *Soccin. consil.* 43. *in pr. dub. vol.* 3. *Roman. cons.* 457. *in secundo dub.*, & alios, quos allegat, tradit *Bertazz.
consil. civil.* 6. *vol.* 1., & sic quemadmodum hæ- 6
redes hæredum sunt prohibiti alienare, ita hæredes hæredum de domo de Romena ad alienatum contra prohibitionem sunt vocati, ut novissimè tradit etiam *Surd. cons.* 96. *num.* 21. *& cons.* 67. *n.* 24.
& quod stantibus præcipuè dictionibus geminatis 7
— *semper, & omni tempore remanere, esse, & permanere in familia de Romena* — adsit fideicommissum absolutum ad favorem omnium de familia, tenuit plenissimè hæc alma *Rot. in Causa Dominarum de Deis super Palatio existenti in Platea Sancti Spiritus die* 5. *Decembris* 1585. *lib. Mot.* 59. *fol.* 226. ut in Motivis per nos etiam alias visis, & pro communi pariter, stantibus his decisionibus, post per eum adductos testatur *Eugen.* in ejus *consil.* 81. *num.* 33. *& seqq.*, ex quibus devenimus in opinionem, quod adesset fideicommissum, & quod actores essent vocati.

Undè difficultas remansit in videndo, an esset probatum, quod bona prædicta fuerint ipsius testatoris, & successivè supposita fideicommisso, & sic quod de identitate constet.

Secundo an Michaelangelus sit tutus, ex quo dicat illa in omni casu fuisse alienata ex causa permissa a testatore, quia fuerunt in dotem data D. Magdalenæ ejus matri, & nepti testatoris ex Francisco fratre.

Quoad primum consideravimus, quod sumus 8
in tempore annorum 74. circiter, quod secundum multos, cum vita hominum hodie sit abbreviata, dicitur tempus antiquum in materia probationum, ut in puncto tenuit *Aretin. consil.* 36. *column. ult.* relatus per *Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 3. *sub num.* 5. *versic. quanta eorum. Jas. consil.* 114. *num.* 18. *lib.* 1. *Mandell. de Alb. cons.* 84. *num.* 9. *cum duob. seqq. Soccin. Sen. consil.* 89. *column.* 2. *num.* 7. *vol.* 1., qui dicit, quod cum sit
repositum in arbitrio Judicis, quod tempus dica- 9
tur in materia probationum antiquum, ut etiam post citatos de communi testatur *Menoch. d. cas.* 3. *num.* 2. nemo hodie non arbitrabitur tempus 60. & multo magis 70. annorum esse antiquum, attento communi cursu hodiernorum temporum, & attenta illa ætate, qua homo, quidquid vidit, ignorat, & licet *Cravett. de antiq. temp. in princ. n.* 4. teneat communem esse, quod requiratur tempus centum annorum, tamen & ipse *num.* 5. admittit, quod tamen tempus 50. & 60. annorum operatur,
quod faciliores probationes admittantur, undè 10
stante quod in antiquis admittantur probationes leviores, ac etiam per conjecturas, ut per *Jason. & Mandell.* in locis superius citatis, & in termi-
nis, quod identitas in antiquis probetur etiam so- 11
lis conjecturis *Afflict. decis.* 23. *num.* 4., latè, & plenè *Simon de Prat. consil.* 8. *num.* 12. *& seqq & de interp. ultim. volunt. lib.* 5. *dubit.* 4. *& ultim. num.* 335. *& seqq.*, ideo ex pluribus, de quibus infra,

infra, animum nostrum informantibus, censuimus sufficienter fuisse justificatum, quod bona per actores petita remanserint in hæreditate testatoris.

Primo ex decima producta etiam in prima instantia, extracta ex Catastro hujus Civitatis Florentiæ, in qua legitur, quod dictus Ser Angelus testator possidebat unum prædium loco dict. *a S. Paolo* prope Castrum Burghi Collinæ, cum duobus petiis terrarum existentibus de pertinentiis illius prædii, quod prædium pro ejus portione levaverat ex æstimo Ser Francisci sui patris, & quod eadem bona per mortem dicti Ser Angeli de anno 1534. devenerunt ad dictos ejus nepotes ex fratre, vigore successionis ex testamento dicti Ser Angeli.

Secundo ex depositione D. Clementiæ Amitæ Horatii, & Alexandri actorum, & Materteræ Michaelis Angeli Rei conventi, quæ expresse deponit, quod bona, de quibus agitur, remanserunt in hæreditate Ser Angeli ejus patrui, cujus dictum saltem semiplenam facit probationem *Bero. consil.* 95. *n.* 6. *lib.* 3. *Gabr. de testib. conclus.* 1. *n.* 4. cum aliis doctrinis notis, nec credidimus, quod ei diminueretur de fide, ex quo dicatur, quod poterat esse ætatis quatuor, vel septem annorum, quando Ser Angelus diem suum extremum clausit, quasi quod deponat de gestis tempore, quo quidquid videbat ignorabat, nam cum hæc mulier sit de neptibus ipsius testatoris, & legataria, ac usquequò fuit viro copulata steterit in domo hæredum testatoris suorum fratrum, & successivè potuerit sæpius audire ab hæredibus, quæ bona sibi obvenerunt ex hæreditate Ser Angeli, credidimus adhuc fidem ei præstandam esse, ad tradita in simili per
14 *Bero. consil.* 157 *n.* 2. *& seqq.* ubi tenet, quod licet regulariter non informato non detur juramentum in litem, tamen etiam pupillo de gestis tempore pupillaris ætatis datur dictum juramentum, quando de illis est informatus, quia pupillus factus pubes potest certificari, & consequenter jurare de iis, quæ vidit, & cognovit tempore pupillaris ætatis.

Tertio ex alia decima de novo producta, extracta ab æstimo Comunis Romenæ, quæ cantat in hæredibus Ser Francisci, Ser Jacobi de Romena, & fit mentio de vocabulo *al Buralla*, & de terra arativa, & prativa, junctis testibus in hac secunda instantia de novo examinatis, qui concorditer deponunt, quod in illo communi non fuit alia ter-
15 ra prativa in vocabulo *al Burallo*, quam ista, & sic probant identitatem per unitatem, excludendo pluralitatem, qui modus probandi identitatem est multum concludens, ad tradita in puncto per *Aym. consil* 112. *n.* 5. *cum duobus seqq.* ultra quod testes in hac secunda instantia examinati, aliis etiam mediis satis concludenter probant bona prædicta remansisse in hæreditate Ser Angeli testatoris, & eorum identitatem, ut ex eorum lectura colligitur.

16 Nec resistere judicavimus, quod eorum dicta non deberent haberi in aliqua consideratione, ut deposita super eisdem, post deducta testificata, parte contradicente, ad tradita per *DD. in cap. fraternitatis de testibus*, *& in Auth. qui semel C. de probat. cum simil.*

17 Primo, quia actores allegabant ex consuetudine hujus Curiæ in loco differentiæ, prout hic factum fuit, posse etiam post didicita super eisdem induci, ac examinari testes, & talis consuetudo de jure valet *Gabriel de testib. conclus.* 21. *n.* 116.

18 Secundo, quia cum instrumento de novo producto possunt produci testes *Gabriel dict. concl.* 21. *n.* 95 sed actores in hac instantia produxerunt illam decimam extractam ex æstimo Communis Romenæ, & ad concomitantiam illius ob illud vocabulum *al Buralla* induxerunt novos testes, merito &c.

Tertio, quia testes de novo examinati prius 19
idem revelaverunt literis monitorialibus pro exoneratione eorum conscientiæ, ut ipsi dicunt, unde videtur cessare timor subornationis, & quod eorum dicta aliis concurrentibus, de quibus supra, potuerint inclinare animum nostrum, ex traditis in puncto per *Curt. Jun. consil.* 106. *sub num.* 8.
versic. tamen ad confirmationem, ubi dicit, quod li- 20
cet testimonia facta in executionem literarum monitorialium de per se fidem non faciunt, licet plenè probantia, ut in suo casu, tamen junctis aliis debent inclinare animum Judicis, quia nemo præsumitur immemor salutis æternæ, quem refert,
& sequitur *Aim. consil.* 198. *sub n.* 11. circa finem, 21
ubi plus subjungit, quod Judex potest moveri ad judicandum etiam ex his, quæ sunt extra acta.

Quarto, quia etiam post didicita possunt exa- 22
minari novi testes ad faciendam præsumptionem *Gabriel dict. conclus.* 21. *n.* 145. *post Innocent. Bart. Angel.*, *& Felin.* quos allegat, sed & ex præsumptionibus junctis aliis hic videtur procedi posse, merito &c. Quinque etiam aliis modis respondebatur per DD. Informantes pro actoribus, qui videri poterunt in eorum allegationibus.

Minusque difficultatem nobis fecit, quod nonnulli ex testibus dictorum actorum in prima instantia examinati videantur super interrogatoriis rei concludere, quod bona, quæ allegantur per actores fuisse Ser Angeli testatoris, fuerunt Francisci ejus fratris, & sic non supposita fideicommisso,
nam ultra quod actores non censentur approbas- 23
se dicta testium in eo, in quo contra se deponunt, sed tantum personas, ut latissimè prosequitur *Lu-*
dovicus Assisien. in sua conclus. 7. *ferè per tot.* præ- 24
cipue quando testes illud dicunt super interrogatoriis partis, non autem super capitulis, ut per *Borgnin. dec.* 12. *n.* 39. *&* 40. *part.* 1. ubi vult, quod testis partis probet contra ipsam, si deponat super capitolis, non super interrogatoriis alterius partis, ex decimis productis, & ex depositione D. Clementiæ verisimiliter melius informatæ constat, quod bona erant Ser Angeli, non autem Francisci, qui, ut ipsa deponit, mortuus est nullis relictis bonis, merito ergo hujusmodi dicta actoribus non præjudicare credidimus.

Demum ad fundamentum rei conventi, quod ipse possideat bona, de quibus agitur, uti hæres D. Magdalenæ ejus matris, cui a Reverendo Ser Michaelangelo, & Ser Jacobo fuerant in dote consignata, quia pars replicabat, & per fidem gabellæ ostendebat, quod dicta mulier tres viros habuerat, & quod prima vice pro dote habuerat vineam unam, cum agriculo prope Ecclesiam Sancti Pauli, & alium agrum prope flumen, & quod dictis secondo, & tertio viro in augumentum dotis fuerunt etiam data bona, de quibus agitur, eidem mulieri, & suis viris per ejus fratres, prout expresse dicit D. Clementia in primo, & in secundo examine, tamen cum nobis hoc non ad unguem probatum videretur, ideo diximus in sententia, quod omnia bona, quæ dicta mulier habuit in dotem, tam prima, quam alteris vicibus, liquidanda tam ex deductis, quam ex deducendis, debeant æstimari, habito tamen respectu ad tempora consignationum factarum, & quatenus excedant summam scutorum 133. uti alienata præter facultatem a testatore concessam, debeant abinde restitui una cum fructibus a die litis contestatæ, & partes ab expensis absoluimus justis de causis, & ob de novo deducta.

Sempronius de Semproniis.

A D-

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Prohibitio alienationis quando, & ex quibus vestita dicatur ad effectum inducendi fideicommissum conservatorium, vel restitutorium. Identitas ad effectum immissionis ex quibus probetur.

SUMMARIUM.

1 Prohibitio alienationis quando non est vestita aliqua causa, resolvitur in simplex consilium, quod impune sperni potest.

2 Amplia, etiamsi adjecta sit pœna extrinseca, puta pecuniaria.

3 Hoc tamen casu, pœna adjecta committitur.

4 Item amplia, etiamsi prohibitio sit vestita aliqua causa, quæ tamen reducitur ad non causam.

5 Limita primo in legatis rerum particularium, in quibus valet prohibitio etiam sine causa.

6 Contra, nisi constet de affectione testatoris erga rem alienari prohibitam, cum affectio tacita non sufficiat, sed requiratur expressa.

7 Limita secundo, quando adest statutum, quod prohibitio alienationis semper censeatur vestita.

8 Limita tertio, quando prohibitio alienationis est facta in contractu, tunc enim etiam absque causa est valida.

9 Licet Contrarium teneat Capycius.

10 Prohibitio alienationis cum non est nuda, sed ab aliqua causa vestita, vel quando sumus in casibus limitationum, quod etiam nuda inducat fideicommissum, tale fideicommissum regulariter locum habet in casu contraventionis, & non in casu mortis.

11 Prohibitio dicitur vestita, primò si adjecta sit dictio extra familiam.

12 Vel dictio nisi in familia.

13 Tales enim dictiones parificantur.

14 Secundo prohibitio dicitur vestita, si facta sit favore alicujus.

15 Tertio, quando est facta pluribus.

16 Contra quod hoc casu non dicatur vestita.

17 Et hæc opinio absolutè procedit, quando ii, quibus facta fuit prohibitio, non sunt æquali vocatione honorati, quia alii sint legatarii, alii hæredes, & de ratione.

Reciprocatio præsumpta non censetur facta inter diversimodi vocatos ibidem.

18 Conciliantur supradictæ sententiæ, ut secunda procedat, quando testator pluribus hæredibus institutis facit omnibus prohibitionem alienandi, tunc enim prohibitio nuda dicitur.

Prima verò, quando testator ultra primos institutos, prohibet alienationem successivè eorum filiis, & descendentibus, tunc enim prohibitio satis induta dicitur.

19 Maximè si dictum fuerit — ejus descendentibus in perpetuum.

20 Quarta prohibitio alienationis vestita dicitur, quando in casu alienationis datus est alienanti substitutus.

21 Quod procedit, sive substitutio fuerit mediatè, vel immediatè prohibitioni apposita.

22 Mans. contrarium tenens reprobatur.

23 Quinto prohibitio alienationis dicitur vestita, quando est concepta per verba perpetuitatem denotantia.

24 Sextò, quando concepta est per verba prægnantia, & geminata.

25 Septimò, quando prohibitio est in rem concepta.

26 Licet alii teneant contrarium.

27 Octavo prohibitio dicitur vestita, quando est facta sub conditione, tunc enim conditio est pro indumento.

28 Nono, quando testator non solum prohibuit alienationem, sed illam annullavit, & adjecit pœnam caducitatis.

29 Decimo, quando testator prohibuit alienationem tam in totum, quam in partem, & de ratione.

30 Undecimo, quando vocatis in casu alienationis rem alienatam non recuperantibus, substitutus est locus pius.

31 Duodecimo, quando fideicommissum restitutorium in casu mortis præcedit prohibitionem alienationis.

32 Decimotertio, si fuerit facta prohibitio tam inter, quam extra descendentes.

33 Decimoquarto, quando testator prohibuit alienationem provenientem a confiscatione, eique civiliter providit.

34 Decimoquinto, quando prohibitioni adjecta est clausula quia voluit, &c.

35 Prohibitio alienationis cum clausula quia voluit regulariter non inducit fideicommissum restitutorium in casu mortis, sed solum conservatorium in casu alienationis, & de ratione.

37 Contrarium qui teneant.

37 Prima opinio est tenenda, & contrariæ authoritates declarantur.

38 Ratio quia voluit si accedat prohibitioni ab alia causa vestitæ, ultra fideicommissum contraventionale, inducit etiam restitutorium in casu mortis.

39 Contrariæ authoritates refelluntur.

40 Sublimita limitationem, de qua n. 38., quando causa conservandi bona in agnatione non esset adjecta prohibitioni vestita per modum rationis, seu dispositivè, sed enunciativè, & per modum illationis, tunc enim non resultat fideicommissum in casu mortis.

41 Quidquid etiam in isto casu induci fideicommissum restitutorium, & in casu mortis dixerit Mans.

42 Causa conservationis non dicitur stare enuntiativè, si deficiat verbum volo, cum adsunt alia verba denotantia causam finalem, & exemplifica, ut ibi.

43 Et contrariæ authoritates procedunt, quando causa esset adjecta per verba enunciativa cujusdam futuri eventus.

44 Item sublimita limitationem, de qua n. 38., quando testator post prohibitionem vestitam dixisset, & hoc fecit, vel & hoc quia voluit, tunc enim ratio restricta est ad casum alienationis, & fideicommissum conservatorium, non restitutorium parere potest.

45 Talis limitatio rejicitur.

46 Conclusio, de qua n. 38. potissime locum habet, quando prohibitioni adjecta sunt verba perpetuitatem denotantia.

47 Maxime si testator dictam perpetuitatem primum in ipsa prohibitione inseruit, & postea in ratione adjecta repetivit.

48 Quando agitur de fideicommisso inducto ex ratione adjecta prohibitioni, tunc restringitur, & ampliatur ad personas, & tempora, quæ ipsa ratio comprehendit, licet plus, vel minus in prohibitione legatur expressum.

49 Identitas in antiquis probatur conjecturis, adminiculis, & præsumptionibus.

50 Etiam levibus, & semiplenis.

51 Præsertim quando non agitur contra tertios possesso-

ſeſſores, ſed contra haredes, vel fideicommiſſarios.

52 *Identitas dicitur probata ex denominatione, & demonſtratione loci, cum duabus, vel tribus confinibus, & n. 56.*

53 *Immo ſufficit unum confine, & n. 55.*

54 *Et in antiquis contra haredes ſufficit denominatio.*

57 *Contra, quod non ſufficiat confrontatio unius confinis.*

58 *Identitas rei probatur ex duabus demonſtrationibus, una generali, altera particulari, vel ex una denominatione, & demonſtratione generali, & uno confine particulari, aut ex duobus confinibus, uno particulari, altero generali.*

59 *Non ſufficerent tamen duo confines generales, ſi duo ſpeciales diſcordarent.*

60 *Identitas probatur ex deſcriptione prædii facta a teſtatore in ſuo teſtamento, vel ex notula in eo inſerta.*

61 *Et dicitur ad fideicommiſſum ſpectare totum illud, quod continetur intra eoſdem confines in teſtamento expreſſos.*

62 *Intellige, dummodo favore fideicommiſſarii alia concurrant circumſtantiæ, quidquid in contrariam aliqui dixerint.*

63 *Præcipue quando agitur contra tertium poſſeſſorem a fideicommittente cauſam non habentem.*

64 *In judicio immiſſionis identitas probanda eſt plenè, & concludenter.*

65 *Nec ſufficiunt generales præſumptiones, & æquivoca demonſtrationes.*

66 *Maximè ſi concurrat diverſitas menſuræ.*

67 *Hæc tamen non excludit identitatem, ſi concordarent confinia, & demonſtrationes.*

68 *Signanter ſi menſura eſſet major, ex quo in majori ſumma ineſt minor.*

69 *Vel ſi numero tornaturarum ſit adjecta dictio* in circa, *quæ certam quantitatem excludit, & recipit augumentum, vel diminutionem arbitrio Judicis a facti circumſtantiis regulando.*

70 *Identitas probatur ex quo hæres poſſidet in loco, ubi poſſidebat teſtator, nam tunc præſumuntur eſſe eadem bona, quæ a teſtatore fuerunt poſſeſſa.*

71 *Limita ſi conſtaret, hæredem in eodem loco bona acquiſiviſſe.*

72 *Et ſufficit probare acquiſitiones aliquas fuiſſe factas ab hæredibus, nam ſi de contrario fideicommiſſarius non doceat, omnia bona præſumantur ab iiſdem hæredibus acquiſita.*

73 *Identitas probatur ex teſtibus.*

74 *Licet in alia cauſa examinatis.*

75 *Et etiamſi deponerent de auditu.*

76 *Limita ſi teſtes non ſpecificarent bona, neque deſignarent confinia, & fortius ſi in confinibus non concordarent.*

77 *Item limita ſi nullam, vel inſubſiſtentem cauſam eorum depoſitionis redderent.*

78 *Item limita ſi teſtis eſſet unicus.*

79 *Teſtes ſi diverſimode deponerent, & certa confinia aſſignarent reſpondendo interrogatoriis, diverſa reſpondendo articulis, in concurſu iſtarum depoſitionum attendenda eſt illa emiſſa ſuper interrogatoriis.*

80 *Teſtes, & circumſtantiæ circa probationem identitatis admittuntur, vel reiciantur ſecundum ſubjectam materiam, & exemplifica, ut ibi.*

81 *Identitas probatur ex inſtrumento diviſionis, vel enunciativis in eo emiſſis.*

82 *Maxime brevi tempore poſt primos hæredes teſtatoris celebrato.*

83 *Et præcipuè contra habentes cauſam a dividentibus.*

84 *Identitas reſultat ex convenientia qualitatis rei.*

85 *Sed ſola ſatis non eſt ad probandam identitatem, quæ certis ſignibus probari debet.*

86 *De identitate bonorum tractantes afferuntur remiſſive.*

87 *Et de teſtibus ad illam probandam pariter remiſſ.*

Ad num. prim. & ſeqq.

PRohibitio alienationis, quando non eſt induta 1
aliqua cauſa, reſolvitur in nudum, ſeu ſimplex
conſilium, quod impune ſperni poteſt *Manſ. conſult. 485. n. 1. Capon. controv. 57. n. 38. Altograd. Jun. controv. 90. n. 9. Mel. obſerv. 143. num. 5. & 15. & obſerv. 144. n. 40 Saminiat. controv. 55. n. 12. Palm. Nep. alleg. 148. num. 8. Torr. variar. jur. quæſt. part. 1. tit. 2. quæſt. 8. n. 30. pag. 245. & de majoratib. part. 1. cap. 9. num. 53. cum ſeqq. pag. 68.* Modern. *Fredian. de fideicommiſſ. diſſert. 11. n. 7. & diſſert. 13. n. 12. & 13. Rot. Januen. penes Balduc. dec. & res judicat. tit. 3. dec. 6. n. 21. Rot. Rom. coram Benincaſ. dec. 5. n. 18. in recent. dec. 283. n. 1. part. 15., dec. 276. n. 40. par. 18. & dec. 380. n. 2. part. 19. Rot. Florent. apud Palm. Nep. alleg. 235. n. 2. apud Saminiat. controv. 132. n. 47. & in Florentina Fideicommiſſi de Spinis 7. Februarii 1719. a Nativit. artic. 1. num. 4. coram D. meo Audit. Urbani.*

Amplia, etiam ſi adjecta ſit alienationi pœna 2
extrinſeca, puta pecuniaria, nihilominus enim prohibitio nuda remanebit *Altograd. Sen. conſ. 92. num. 4. lib. 1. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 685. n. 22.*
ubi refert DD. tenentes, quod, licet prohibitio ſit 3
nulla, tamen pœna ei adjecta ex contraventione committatur.

Prout nuda remanebit, nec eſſet ſufficiens ad 4
inducendum fideicommiſſum, ſi veſtita fuerit cauſa, quæ ad non cauſam reducatur *Rot. Florent.* infra *deciſ. 134. n. prim. & ſeqq.*

Limita primo dictam concluſionem in legatis 5
rerum particularium, in quibus valet prohibitio etiam ſine cauſa *Torr. de majoratib. part. 1. cap. 9. n. 95. pag. 68.* quem refert dict. *deciſ. de Spinis dict. artic. ſub. n. 14.*

Contra, quod dicta prohibitio non ſit valida, 6
etiam quando agitur de re particulari, niſi conſtet de affectione teſtatoris ergo rem alienari prohibitam, & quod affectio tacita non ſufficiat, ſed requiratur expreſſa *Palm. Nep. alleg. 149. ſub num. 20. verſic. reſponſio. Actolin. reſol. 39. num. 3. & 4.*

Limita ſecundo, quando adeſſet ſtatutum, quod 7
prohibitio alienationis ſemper cenſeatur veſtita *Torr. de majoratib. part. 1. cap. 9. num. 4. pag. 71. Rot. Januen. penes Balduc. dec. & res judicat. tit. 3. de legat. & fideicommiſſ. dec. 1. n. 9. & 10.*

Limita tertio, quando prohibitio alienationis 8
eſt facta in contractu, quia tunc etiam abſque cauſa eſt valida *Mart. de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 21. artic. 8. n. 43. Palm. Nep. allegat. 232. n. 39. Actolin. reſolut. 73. num. 28. Rota coram Seraphin. deciſ. 417. n. 11.*

Licet contrarium teneat *Capyc. Latr. con-* 9
ſult. 33. n. 36. & ſeqq.

Quando vero prohibitio alienationis non eſt
nuda, ſed ab aliqua cauſa veſtita, vel ſumus in
caſibus ſupraſcriptarum limitationum, in quibus 10
etiam nuda inducit fideicommiſſum, tunc regulariter tale fideicommiſſum locum habet dumtaxat in caſu contraventionis, non autem in caſu mortis *Altograd. Sen. conſ. 82. n. 9. lib. 2. Venturin. conſ. 2. num. 475. lib. prim. Balduc. ad Ramon. obſerv. 61. n. 94. Caſtald. conſult. 47. n. 6. & ſeqq. Capyc. Galeot. controv. 25. n. 31. Gob. conſult. deciſ. 121.*

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Prohibitio alienationis quando, & ex quibus vestita dicatur ad effectum inducendi fideicommissum conservatorium, vel restitutorium. Identitas ad effectum immissionis ex quibus probetur.

SUMMARIUM.

1 *Prohibitio alienationis quando non est vestita aliqua causa, resolvitur in simplex consilium, quod impune sperni potest.*
2 *Amplia, etiamsi adjecta sit pœna extrinseca, puta pecuniaria.*
3 *Hoc tamen casu, pœna adjecta committitur.*
4 *Item amplia, etiamsi prohibitio sit vestita aliqua causa, quæ tamen reducitur ad non causam.*
5 *Limita primo in legatis rerum particularium, in quibus valet prohibitio etiam sine causa.*
6 *Contra, nisi constet de affectione testatoris erga rem alienari prohibitam, cum affectio tacita non sufficiat, sed requiratur expressa.*
7 *Limita secundo, quando adest statutum, quod prohibitio alienationis semper censeatur vestita.*
8 *Limita tertio, quando prohibitio alienationis est facta in contractu, tunc enim etiam absque causa est valida.*
9 *Licet Contrarium teneat* Capycius.
10 *Prohibitio alienationis cum non est nuda, sed ab aliqua causa vestita, vel quando sumus in casibus limitationum, quod etiam nuda inducat fideicommissum, tale fideicommissum regulariter locum habet in casu contraventionis, & non in casu mortis.*
11 *Prohibitio dicitur vestita, primò si adjecta sit dictio* extra familiam.
12 *Vel dictio* nisi in familia.
13 *Tales enim dictiones parificantur.*
14 *Secundo prohibitio dicitur vestita, si facta sit favore alicujus.*
15 *Tertio, quando est facta pluribus.*
16 *Contra quod hoc casu non dicatur vestita.*
17 *Et hæc opinio absolutè procedit, quando ii, quibus facta fuit prohibitio, non sunt æquali vocatione honorati, quia alii sint legatarii, alii hæredes, & de ratione.*
Reciprocatio præsumpta non censetur facta inter diversimodè vocatos ibidem.
18 *Conciliantur supradicta sententia, ut secunda procedat, quando testator pluribus hæredibus institutis fatie omnibus prohibitionem alienandi, tunc enim prohibitio nuda dicitur.*
Prima verò, quando testator ultra primos institutos, prohibet alienationem successivè eorum filiis, & descendentibus, tunc enim prohibitio satis induta dicitur.
19 *Maximè si dictum fuerit* -- ejus descendentibus in perpetuum.
20 *Quarto prohibitio alienationis vestita dicitur, quando in casu alienationis datus est alienanti substitutus.*
21 *Quod procedit, sive substitutio fuerit mediatè, vel immediatè prohibitioni apposita.*
22 Mans. *contrarium tenens reprobatur.*
23 *Quinto prohibitio alienationis dicitur vestita, quando est concepta per verba perpetuitatem denotantia.*
24 *Sextò, quando concepta est per verba prægnantia, & geminata.*
25 *Septimò, quando prohibitio est in rem concepta.*
26 *Licet alii teneant contrarium.*
27 *Octavo prohibitio dicitur vestita, quando est facta sub conditione, tunc enim conditio est pro indumento.*
28 *Nono, quando testator non solum prohibuit alienationem, sed illam annullavit, & adjecit pœnam caducitatis.*
29 *Decimo, quando testator prohibuit alienationem tam in totum, quam in partem, & de ratione.*
30 *Undecimo, quando vocatis in casu alienationis rem alienatam non recuperantibus, substitutus est locus pius.*
31 *Duodecimo, quando fideicommissum restitutorium in casu mortis præcedit prohibitionem alienationis.*
32 *Decimotertio, si fuerit facta prohibitio tam inter, quam extra descendentes.*
33 *Decimoquarto, quando testator prohibuit alienationem provenientem a confiscatione, eique civiliter providit.*
34 *Decimoquinto, quando prohibitioni adjecta est clausula* quia voluit, &c.
35 *Prohibitio alienationis cum clausula* quia voluit *regulariter non inducit fideicommissum restitutorium in casu mortis, sed solum conservatorium in casu alienationis, & de ratione.*
37 *Contrarium qui teneant.*
37 *Prima opinio est tenenda, & contraria authoritates declarantur.*
38 *Ratio* quia voluit *si accedat prohibitioni ab alia causa vestita, ultra fideicommissum contraventionale, inducit etiam restitutorium in casu mortis.*
39 *Contraria authoritates refelluntur.*
40 *Sublimita limitationem, de qua n. 38., quando causa conservandi bona in agnatione non esset adjecta prohibitioni vestita per modum rationis, seu dispositivè, sed enunciativè, & per modum illationis, tunc enim non resultat fideicommissum in casu mortis.*
41 *Quidquid etiam in isto casu induci fideicommissum restitutorium, & in casu mortis dixerit* Mans.
42 *Causa conservationis non dicitur stare enunciativè, si deficiat verbum* volo, *cum adsunt alia verba denotantia causam finalem, & exemplifica, ut ibi.*
43 *Et contraria authoritates procedunt, quando causa esset adjecta per verba enunciativa cujusdam futuri eventus.*
44 *Item sublimita limitationem, de qua n. 38., quando testator post prohibitionem vestitum dixisset,* & hoc fecit, *vel &* hoc quia voluit, *tunc enim ratio restricta est ad casum alienationis, & fideicommissum conservatorium, non restitutorium parere potest.*
45 *Talis limitatio rejicitur.*
46 *Conclusio, de qua n. 38. potissime locum habet, quando prohibitioni adjecta sunt verba perpetuitatem denotantia.*
47 *Maxime si testator dictam perpetuitatem primum in ipsa prohibitione inseruit, & postea in ratione adjecta repetivit.*
48 *Quando agitur de fideicommisso inducto ex ratione adjecta prohibitioni, tunc restringitur, & ampliatur ad personas, & tempora, quæ ipsa ratio comprehendit, licet plus, vel minus in prohibitione legatur expressum.*
49 *Identitas in antiquis probatur conjecturis, adminiculis, & præsumptionibus.*
50 *Etiam levibus, & semiplenis.*
51 *Præsertim quando non agitur contra tertios possesso-*

sessoret, sed contra baredes, vel fideicommissarios.

52 *Idantitas dititur probata ex denominatione, & demonstratione loci, cum duobus, vel tribus confinibus, & n. 56.*

53 *Immo sufficie unum confine, & n. 55.*

54 *Et in antiquis sontra baredes sufficit denominatio.*

57 *Contra, quod non suffitiat confrontatio unius tonfinis.*

58 *Identitas rei probatur ex duabus demonstrationibus, una generali, altera particulari, vel ex una denominatione, & demonstratione generali, & uno confine particulari, aut ex duobus confinibus, uno particulari, altero generali.*

59 *Non sufficerent tamen duo confines generales, si duo speciales discordarent.*

60 *Identitas probatur ex descriptione pradii facta a testatore in suo testamento, vel ex notula in eo inserta.*

61 *Et dicitur ad fideisommissum spectare totum illud, quod continetur intra eosdem tonfines in testamento expressos.*

62 *Intellige, dummodo favore fideidommissarii alia concurrant circumstantia, quidquid in contrarium aliqui dixerint.*

63 *Pracipue quando agitur tontra tertium possessorem a fideicommittente causam non babentem.*

64 *In judicio immissionis identitas probanda est plenè, & toncludenter.*

65 *Nec suffitiunt generales prasumptiones, & aquivoca demonstrationes.*

66 *Maximè si concurrat diversitas mensura.*

67 *Hac tamen non excludit identitatem, si concordarent confinia, & demonstrationes.*

68 *Signanter si mensura esset major, ex quo in majori summa inest minor.*

69 *Vel si numero tornaturarum sit adjecta dictio* in circa, *qua certam quantitatem excludit, & recipit augmentum, vel diminutionem arbitrio Judicis a facti circumstantiis regulando.*

70 *Identitas probatur ex quo bares possidet in loco, ubi possidebat testator, nam tunc prasumuntur esse eadem bona, qua a testatore fuerunt possessa.*

71 *Limita si constaret, baredem in eadem loco bona acquisivisse.*

70 *Et sufficit probare acquisitiones aliquas fuisse factas ab baredibus, nam si de contrario fideicommissarius non doceat, omnia bona prasumentur ab iisdem baredibus acquisita.*

73 *Identitas probatur ex testibus.*

74 *Licet in alia causa examinatis.*

75 *Et etiamsi deponerent de auditu.*

76 *Limita si testes non specificarent bona, neque designarent confinia, & fortius si in confinibus non concordarent.*

77 *Item limita si nullam, vel insubsistentem causam eorum depositionis redderent.*

78 *Item limita si testis esset unicus.*

79 *Testes si diversimode deponerent, & terta confinia assignarent respondendo interrogatoriis, diversa respondendo articulis, in toncursu istarum depositionum attendenda est illa emissa super interrogatoriis.*

80 *Testes, & circumstantia circa probationem identitatis admittuntur, vel reiciuntur secundum subjectam materiam, & exemplifica, ut ibi.*

81 *Identitas probatur ex instrumento divisionis, vel enunciativis in eo emissis.*

80 *Maxime brevi tempore post primos baredes testatoris celebrato.*

83 *Et pracipuè tontra babentes causam a dividentibus.*

84 *Identitas resultat ex convenientia qualitatis rei.*

85 *Sed sola satis non est ad probandam identitatem, qua tertis finibus probari debet.*

86 *De ide titate bonorum tractantes afferuntur remissive.*

87 *Et de testibus ad illam probandam pariter remiss.*

Ad num. prim. & seqq.

PRohibitio alienationis, quando non est induta 1
aliqua causa, resolvitur in nudum, seu simplex
consilium, quod impone sperni potest *Mans. consult.* 485. *n.* 1. *Capon. controv.* 57. *n.* 38. *Altograd. Jun. tontrov.* 90. *n.* 9. *Mel. observ.* 143. *num.* 5. & 15. & *observ.* 144. *n.* 40 *Samiuiat. controv.* 55. *n.* 12. *Palm. Nep. alleg.* 148. *num.* 8. *Torr. variar. jur. quaest. part.* 1. *tit.* 2. *quaest.* 8. *n.* 30. *pag.* 245. & *de majoratib. part.* 1. *cap* 9. *num.* 53. *sum seqq. pag.* 68. Modern. *Fredian. de fideisommiss differt.* 11. *n.* 7. & *differt.* 13. *n.* 12. & 13. *Rot. Januen. penes Balduec. dec. & res judicat. tit.* 3. *dec.* 6. *n.* 21. *Rot. Rom. taram Benintas. dec.* 5. *n.* 18. *in recent. dec.* 083. *n.* 1. *part.* 15., *dec.* 276. *n.* 40. *par.* 18. & *dec.* 380. *n.* 2. *part.* 19. *Rot. Florent. apud Palm. Nep. alleg.* 235. *n.* 2. *apud Samiuiat. controv.* 132. *n.* 47. & *in Florentina Fideisommissi de Spinis* 7. *Febroarii* 1719. *a Nativit. artic.* 1. *num.* 4. *coram D. meo Audit. Urbani.*

Amplia, etiam si adjecta sit alienationi pœna 2
extrinsecea, puta pecuniaria, nihilominus enim prohibitio nuda remanebit *Altograd. Sen. cons* 92. *num.* 4. *lib.* 1. *Fusar. de substituc. quaest.* 685. *n* 22.
ubi refert DD. tenentes, quod, licet prohibitio sit 3
nulla, tamen pœna ei adjecta ex contraventione committatur.

Prout nuda remanebit, nec esset sufficiens ad 4
inducendum fideicommissum, si vestita fuerit causa, quae ad non causam reducatur *Rot. Florent.* infra *decis.* 134. *n. prim.* & *seqq.*

Limito primo dictam conclusionem in legatis 5
rerum particulariom, in quibus valet prohibitio etiam sine causa *Torr. de majoratib. part.* 1. *cap.* 9. *n.* 95. *pag.* 68. quem refert dict. *decis. de Spinis dict. artic. sub. n.* 14.

Contra, quod dictaprohibitio non sit valida, 6
etiam quando agitur de re particulari, nisi constet de affectione testatoris erga rem alienari prohibitam, & quod affectio tacita non sufficiat, sed requiratur expresso *Palm. Nep. alleg.* 149. *sub num.* 20. *versic. responsio*, *Actolin. resol.* 39. *num.* 3. & 4.

Limita secundo, quando adesset statutum, quod 7
prohibitio alienationis semper censeatur vestita *Torr. de majoratib. part.* 1. *cap.* 9. *num.* 4. *pag.* 71. *Rot. Januen. penes Balduec. dec. & res judicat. tit.* 3. *de legat. & fideicommiss. dec.* 1. n. 9. & 10.

Limito tertio, quando prohibitio alienationis 8
est facta io contractu, quia tunc etiam absque causa est valida *Mart. de success. legat. part.* 4 *quaest.* 21. *artic.* 8. *n.* 43. *Palm. Nep. allegat* 032. *n.* 39. *Actolin. resolut.* 73. *num.* 28. *Rota coram Seraphin. decis.* 417. *n.* 11.

Licet contrarium teneat *Capyt. Latr. con-* 9
sult. 33. *n.* 36. & *seqq.*

Quando vero prohibitio alienationis non est nuda, sed ab aliqua causa vestita, vel sumus in
casibus suprascriptarum limitationum, in quibus 10
etiam nuda inducit fideicommissum, tunc regulariter tale fideicommissum locum habet dumtaxat in casu contraventionis, non autem in casu mortis *Altograd. Sen. cons.* 82. *n.* 9. *lib.* 2. *Venturin. cons.* 0. *num.* 475. *lib. prim. Balduc. ad Ramon. observ.* 61. *n.* 94. *Castald. consult.* 47. *n.* 6. & *seqq. Capyt. Galeot. controv.* 25. *n.* 31. *Gob. consult. decis.* 121.

cis. 121. n. 12. & 13. lib. 1. Altograd. Jun. controv. 38. n. 53. Cammarat. resp. dec. 1. n. 167. & seqq. lib. 2. Mel. abserv. 243. n. 16. & observ. 144. n. 87. de Ros consult. 41. n. 21. Mans consult. 27. n. 3. tom. 9. Torr. variar. jur. quæst. par. 1. tit. 2. quæst. 8. n. 28. fol. 245. & de majoratib. par. 2. cap. 9. n. 113. & 114. fol. 72. Rot. Florentina coram Urceol. decis. 11. n. 32. & in dict. Florentina Fideicommissi de Spinis coram D. Audit. Urbani dict. artic. 1. n. 14. in fin.

11 Dicitur autem vestita pluribus modis &

Primo, si prohibitioni adjecta sit dictio -- Extra familiam -- Torr. de major. par. 1. cap. 9. num. 98. & seqq. pag. 71. Rota Florentina penes Samminiat. controv. 132. n. 45. & seqq. & in dict. Florentina Fideicommissi de Spinis coram D. Audit. Urbani dict. art. 1. n. 16. pag. 13.

12 Vel dictio -- nisi in familia -- Torr. de major. par. 1. dict. cap. 9. n. 102. pag. 71.

13 Istæ siquidem dictiones purificantur Torre dict. capit. 9. dict. num. 102. Andreol. controv. 278. n. 15. Rot. Florentina in dicta dec. Florentina de Spinis citat. art. 1. num. 115.

14 Secundo, si prohibitio facta sit favore alicujus Altograd. cons. 92. sub n. 26. vers. et ideo lib. 1. Torr. de majorat. par. 1. dict. cap. 9. sub num. 77. pag. 69. Sammin. controv. 134. n. 32. Rot. coram Caprar. dec. 397. n. 19.

15 Tertio, quando prohibitio est facta pluribus Redenast. cons. 29 n. 46. Altograd. dict. cons. 92. n. 27. lib. 1. & cons. 80. n. 37. & cons. 81. n. 28. lib. 2. Rodulphin. alleg. 47. n. 26. Senat. Mantuan. apud Bonden. collect. legal. 11. n. 136. & collect. 23. num. 11. lib. 2. Rot. Lucen. post Torr. de maiorat. par. 3. dec. 32. n. 4. Rot. Rom. cor. Arguell. decis. 79. n. 17. & 18 Rot. Florent. in dict. dec. Florentina de Spinis dict. art. 1. n. 9.

16 Contra, quod prohibitio facta pluribus non dicatur vestita, Altograd. Jun. controv. 90. num. 12. Palm. Nep. alleg. 115. n. 6 & seqq. & alleg. 116. n. 16. & alleg. 149. n. 9. & 10. Rot. decis. 131. n. 7. par. 17. rec.

17 Et hæc secunda opinio absolutè procedit, quando ii, quibus facta fuit prohibitio non sunt æquali vocatione honorati, veluti quia alii sint legatarii, alii vero hæredes, tunc enim cessat ratio contrariæ sententiæ, nempe præsumpta reciprocatio, quæ non censetur facta inter diversimode honoratos Rot. Lucen. post Turr. de major. dec. 32. num. 27. repetit. penes Palm. Nep. alleg. 216.

18 Cæterum si agatur de prohibitione facta pluribus eodem modo honoratis, pro concordia utriusque opinionis dicendum est, quod secunda procedat quando testator, pluribus hæredibus institutis, facit omnibus prohibitionem alienandi, tunc enim hæc prohibitio nuda dicitur, prima vero quando ultra primos institutos, prohibet successive alienationem eorum filiis & descendentibus, tunc enim prohibitio satis induta dicitur Altograd. cons. 80. n. 38. & 39 & cons. 81. n. 28. & seqq. lib. 2. Mans. consult. 303. sub num. 23. vers. neque forte, & consult. 483. n. 4. & 5. & cons. 487. n. 5. Andreol. controv. 342. n. 5. Rot. Jan. penes Balducc. dec. & res jud. tit. 3. dec. 1. n 5. Rot. Rom. coram Caprar. dec. 397. n. 23. & seqq.

19 Maximè si dictum fuerit -- ejus descendentibus in perpetuum -- Mans. dict. consult. 483. num. 6. & consult. 487. num. 7.

20 Quarto dicitur vestita prohibitio, si in caso alienationis datus sit alienanti substitutus Altograd. dict. cons. 92. n. 29. lib. 1. & cons. 81. n. 3. lib. 2. Mans. consult. 112. n. 1. & consult. 483. sub n. 6. & consult. 487. n. 7. Andreol. controv. 342. n. 4. Episcop. Rocc. disput. 10. n. 13. Rodulphin. alleg. 47. n. 27. Palm. Nep alleg. 251. n 40. Rot. Florentina apud eum alleg. 235. n. 13. Sammin. controv. 18. n. 7. & controv. 134. n. 33. Rot. Rom. penes eum controv. 135. n. 15. & apud Giovagnon. cons. 75. n. 76. lib. 1.

21 Et hoc sive substitutio fuerit mediatè, sive immediatè prohibitioni apposita Altograd. cons. 80. num. 42. lib. 2. Rodulphin. alleg. 47. in fine.

22 Quidquid in contrarium dixerit Mans. sibi ipsi inconstans consult. 303. sub n. 29. ante vers. præterquamquod, & consult. 25. sub n. 13. ante vers. licet, & consult. 27. n. 6. Tom. 9.

23 Quinto, quando prohibitio concessa est per verba perpetuitatem importantia Redenasc. cons. 60. n. 71. Balduct. ad Ramon. observ. 25. n. 82. Samminiat. controv. 134. n. 30. Rot. coram Benincas. decis. 5. n. 20.

24 Sexto dicitur vestita, quando concepta est per verba prægnantia, & geminata Altograd. dict. cons. 92. n. 30. lib. 2. Sammin. controv. 134. n. 34. Bonden. collect. 23. n. 14. lib. 2. Rot. Florent. apud Palm. Nep. alleg. 235. n. 11. & 12. & in dict. decis. Florentina de Spinis dict. art. 2. n. 11.

25 Septimo quando prohibitio est in rem concepta Altograd. dict. cons. 92. n. 31. lib. 1. Torr. de maior. par. 1 dict. cap. 9. n. 103. pag. 71. Bonden. collect. 23. num. 15. lib. 2. Altograd. Jun. controv. 37. n. 38. Rot. Florent. apud Palm. Nep. dict. alleg. 235. n. 10. Rot. Rom. cor. Caprar. dec. 397. num. 21. & 22. Benincas. dicta dec. 5. n. 21.

26 Licet contrarium teneant Palm. Nep. alleg. 143. n. 18. Torr. var. par. 2. tit. 2. quæst. 8. sub n. 29. §. et pariter pag. 245.

27 Octavo, quando prohibitio est facta sub conditione, quo casu conditio est pro indumento Torr. de major. dict. cap. 9. n. 77. pag. 69. Rot. Florentina penes Palm. Nep. dict. alleg. 235. n. 5. Rot. Rom. coram Arguell. dec. 28. n. 72.

28 Nono, quando testator non solum prohibuit alienationem, sed ulterius eam annullavit, & adjecit pœnam caducitatis Altograd. cons. 92. num. 43. lib. 1. & cons. 81. n. 31. lib. 2. Rocc. select. jur. disput. cap. 10. n. 13. Andreol. controv. 194. n. 15. Sammin. controv. 134. num. 33. Rot. post eum controv. 135. n. 12. post observ. Mel. dec. 53. n. 16. post de Luc. de fideicomm. dec. 71. n. 19. & dec. 72. num. 14.

29 Decimo, quando testator prohibuit alienationem tam in totum, quam in partem, ex istis enim verbis desumitur prohibitio detractionum, ac consequenter vestimentum ipsius prohibitionis Andreol. controv. 342. num. 6. Senat. Mantuan. post Bonden. collect. 11. n. 137. vol. 2. Bonden. collect. 23. n. 12 & 13. vol. 2.

30 Undecimo, quando vocatis in casu alienationis rem alienatam non recuperantibus, substituitur locus pius Palm. Nep. in causa Florentina scribens alleg. 232. num. 41. Rot. Florentina apud eum alleg. 235. sub n. 13. vers. quæ cum.

31 Duodecimò, quando fideicommissum restitutorium in casu mortis præcedit prohibitionem alienationis Rocc. select. disp. cap. 10. num. 14. Andreol. controvers. 194 sub num. 15. Bonden. collect. 11. n. 135. lib. 2. Rot. dec. 131. n. 5. par. 17. rec.

32 Decimotertio, si fuerit facta prohibitio extra, & intra descendentes Rot. Florentina penes Samminiat. controv. 132. n. 45.

33 Decimoquarto, quando testator prohibuit etiam alienationem provenientem a confiscatione, eique viriliter providit, tunc enim alia prohibitio a testatore facta dicitur vestita Senat. Mantuan. penes Bonden. dict. collect. 21. num. 138. lib. 2.

Deci-

34 Decimoquiuto demum prohibitin dicitur vestita, quando adjecta est eidem clausula -- *quia voluit &c.* -- *Balduc. ad Ramon. observ.* 61 *sub n.* 93. *versic. aut demum*. *Mel. observ.* 144. *n.* 87. *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 7. *tit.* 15. *sub num.* 24. *circa med. versic. quod igitur ad propositum*. *Peregr. de fideicomm. art.* 14. *sub num.* 95. *versic. ubi considerat*. *Mans. consult.* 27. *n.* 3. *tom.* 9. *Torr. de majorat. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 24. & 115. *pag.* 72. *Mart. de success. legal. par.* 4. *quaest.* 21. *art.* 8. *sub num.* 1. *versic. in primo*.

35 Ex hoc infertur primo, quod etiam si prohibitioni alienationis adjecta sit ratio -- *quia voluit &c.* -- non ideo tamen regulariter censetur inductum fideicommissum restitutorium in casu mortis, sed solum conservatorium in casu alienationis, quia nimirum dicta ratio nil aliud operatur, quam convalidatinuem prohibitinnis, alias de per se nullae *Venturin. cons.* 2. *num.* 475. *lib.* 1. *Redenasc. consil.* 3n. *num.* 136. *Altograd. Sen. consil.* 89. *num.* 9. *Balduc. ad Ramon. consil.* 63. *num* 94. *de Ros. consult.* 41. *num.* 21. *Mart. de success. legal. par.* 4. *quaest.* 21. *art.* 8. *num.* 2. *Torr. de majorat. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 105. *pag.* 72. *Fredian. de fideicommiss. differt.* 13. *num.* 11.

Contrarium, quod per hanc rationem, etiam
36 adjectam prohibitioni nudae inducatur fideicommissum, etiam in casu mortis, tenent *Altograd. consil.* 92. *num.* 17. *lib.* 1. & allegato *consil* 8n. *n.* 31. *lib.* 2. *Redenasc. consil.* 29. *num.* 44. *Sammin. controv.* 134. *num.* 36.

Sed non recedas a prima sententia tamquam communiori, praesertim quia *Altograd.* totum fun-
37 damentum in hac conclusione non constituit, ut videre est in dicto *consil.* 92. *num.* 24. idemque facit *Redenasc. dict. consil.* 29. *sub num.* 44. & *seqq.* *Samminiat. dict. controv.* 134., qui potius ad pompam utitur dicta opinione, quam ad fundamentum in ea constituendum, ut consideranti patebit.

Secundo infertur limitatio ejusdem regulae,
38 nimirum, quod si ratio -- *quia voluit &c.* -- accedat prohibitioni jam vestitae ab alia causa, tunc ultra fideicommissum contraventionale inducat etiam fideicommissum in casu mortis *Altograd. consil.* 81. *num.* 23. *lib.* 2. *Redenasc. consil.* 29 *num.* 47. *Balducc. ad Ramon. observ.* 61. *num.* 70. & *sub n.* 87. *tom.* 3. *Andreol. controv.* 194. *num.* 15. *Epis. Rocc. disp.* 1n. *num.* 15. *Mans. consult.* 483. *num.* 8. & *seqq.* & *consult.* 487. *num.* 8. & *consult.* 621. *sub num.* 1. & *tom.* 9. *de legat.* & *fideicom. consult.* 27. *sub num.* 2. *versic. in primis*. *de Luc. de fideicomm. disc.* 54. *sub num.* 12. *Torr. de majorat. par.* 1. *dict. cap.* 9. *num* 85. & *num.* 106. *Fredian. de fideicommiss. differt.* 13. *n.* 15. *Senat. Mantuan. penes Bonden. collect.* 11. *num.* 139. idem *Bonden. collect.* 23. *num.* 16. *volum.* 2. *Palm. Nep.* in Causa Florentina scribens *alleg.* 232. *num.* 43. *Rot. Florentin. penes eum alleg.* 235. *num.* 4 11. & 39. *apud Mans. consult.* 484. *num.* 1. & *apud Samminiat. controv.* 132. *num.* 45. & 46. & *num.* 49. idem *Samminiat. controv.* 134. *num.* 35. *Rot. Rom. post eum controv.* 135. *num.* 11. & *plurib. seqq. post de Luc. de fideicomm. decis.* 72. *num.* 16. & *coram Emer. Sen. decis.* 119. *num.* 5.

Et licet contrarium teneat *Venturin. d. consil.* 2. *num.* 476. & *seqq.* tamen ultra, quod loqui-
39 tur contra communem, fundatur dumtaxat in doctrina *Peregrin. de fideicomm. artic.* 14. *num.* 18. & *seqq.*, qui se postea retroctavit in *consil.* 63. *n.* 6. *lib.* 2., ut testantur *Mans. consult.* 483. *sub num.* 8. *Rot. Bonon. apud Rodulphin. alleg.* 170. *n.* 4. ideoque in hac parte ejus auctoritati deferendum non videtur.

Sublimitari tamen dupliciter potest commu- 40
nis limitatio, & primo quando causa conservandi bona in agnatione non esset adjecta prohibitioni vestitae per modum rationis, seu dispositivè, sed enunciativè, & per modum illationis, veluti quia dictum foret -- *ita fiet, ut bona conserventur &c.* -- tunc enim non resultaret fideicommissum in casu mortis, sed dumtaxat in casu alienationis *Redenasc. consil.* 30. *num.* 118. *Balducc. ad Ramon. observ.* 61. *num.* 82. & *seqq.*

Quidquid etiam in isto casu induci fideicom- 41
missum restitutorium, & in casu mortis dixerit *Mans. consult.* 483. *sub num.* 8.

Declara sublimitationem, ut non dicatur cau-
sa conservationis stare enunciativè, etiam si defi- 42
ciat verbum -- *volo* -- quod est dispositivum, sed alia verba adhibita fuerint denotantia causam finalem, veluti quia dictum sit -- *ad hoc ut bona remaneant, vel conserventur in familia* -- quia cum dictiones illae -- *ad hoc ut &c.* -- causam finalem importent, pernecesse resultat dispositio, cujus vim habet causa finalis, etiam deficiente verbo -- *volo* -- quod non est de forma *Rodulphin. alleg.* 170. *n.* 3. & 4. *Rocc. disput. selectar. cap.* 23. *num.* 5. & 6. *Balducc. ad Ramon. observ.* 61. *sub num.* 65. *versic.* & *in similibus*, & *num.* 84. *vers. qua tamen*. *Palm. Nep. alleg.* 95. *sub num.* 3. *Rot Rom. dec.* 2n. *n.* 1. & 2. *par.* 19. *recent. Rot. Florentina in dict. Florentina Fideicommissi de Spinis artic.* 1. *num.* 20. *coram D. Audit. Urban.*

Contrariae vero authoritates procedunt, quan- 43
do causa esset adjecta per verba enunciativa cujusdam futuri eventus, ut exemplificatur in text. in *l. pater filiom* 36. §. *fundum ff. de legat.* 3. ibi -- *ita enim fiet, ut de nomine vestro unquam exeat* -- & declarat *Rot. Florentina dict. decis. Florentina Fideicommissi de Spinis dict. artic.* 1. *n.* 20. & 21.

Secundo sublimitari potest, quando testator 44
post prohibitionem vestitam dixisset -- & *hoc fecit*, vel -- & *hoc, quia voluit &c.* -- tunc enim ratio restricta est ad casum alienationis, idenque solum fideicommissum conservatorium, non autem restitutorium parere potest *Osasch. dec.* 50. *sub n.* 12. *versic. non obstat*.

Sed haec limitatio reiicitur in specie ab *Al-* 45
tograd. dict. consil. 92. *num.* 45. *lib.* 1., & contradicit omnibus auctoritatibus supra relatis *num.* 38. & 41.

Conclusio autem superius adducta, quod ra- 46
tio conservandi bona in familia adjecta prohibitioni vestitae inducat fideicommissum in casu mortis, habet potissimè locum, quando ei apposita sunt verba perpetuitatem denotantia *Altograd. cons.* 92. *num.* 22. *lib.* 1. *Mans. consult.* 483. *num.* 11.

Indubitantius, si testator dictam perpetuitatem
primum in ipsa prohibitione inseruit, & postea in 47
ratione adjecta repetivit *Altograd. consil.* 91. *n* 20. *lib.* 1. *Mans. consult.* 483. *num.* 12. *de Luc. de fideicommiss. disc.* 101. *num.* 1n.

Infertur tertio, quod cum vis inducendi fi- 48
deicommissum in casu mortis tota tribuatur praedictae rationi, non autem prohibitioni, propterea in mensuranda ejus duratione, progressu, vel comprehensione personarum, omnino spectandus sit contextus ejusdem rationis, adeo ut etiam si in prohibitione plures, vel pauciores personae sint consideratae, tamen fideicommissum restringatur, vel extendatur ad personas expressas in ratione *Redenasc. consil.* 29. *num.* 49. *Balducc. ad Ramon. consil.* 15. *num.* 19. *Mans. consult.* 483. *n.* 32. & *seqq.* *Palm. Nep.* in Causa Florentina scribens *alleg* 232. *Actolin. resolut.* 103. *num.* 22. *Rot. dec.* 276. *n.* 39. *par.* 18.

par. 18. *recent.* cum aliis pluribus allegatis in *dict. Florentina Fideicommiffi de Spinis dict. art.* 1. *n.* 30.

Ad num. 8. *& feqq.*

49 Identitas in antiquis probatur conjecturis præfumptionibus, & adminiculis *D. meus Audit. Calderon. refolut.* 17. *num.* 34. *refolut.* 94. *num.* 66. *Rot. Florent. dec.* 30. *num.* 53. *cor. Urceol.* fupra *dec.* 55. *num* 4., & dicitur in hac *dec. num.* 10. *& feqq.*, & infra in *Florentina Fideicommiffi de Albizzis* 24. *Septembris* 1721. *num.* 9 *cor. D. meo Bonfin. Sen. Rot. Rom. coram Caprar. dec.* 10. *n.* 12. *dec.* 56. *num.* 5. *dec.* 101. *num.* 9. *& dec.* 333. *num.* 6 *coram Emerix Jun. dec.* 264. *num.* 9. *coram Benincaf dec.* 138. *num.* 4 *& in Bononien. immiffionis coram Falconer. apud Dynum dec.* 96. *num.* 18. *& poft de Luc. de fideicomm. lib.* 10. *dec.* 30. *num.* 6. *dec.* 68. *num.* 6. *&* 7. *dec.* 101. *num.* 8. *&* 9 *dec.* 103. *n.* 6. *dec.* 105. *num.* 19. *& in Perufina Pecuniaria fuper detractionibus* 2. *Martii* 1722. §. *porro ultra defectum coram R. P. D. meo Cerro.*

50 Etiam levibus, & probationibus femiplenis *D. meus Audit. Calderon. dict. refolut.* 17. *num.* 34. & citata *refolut.* 94 *num.* 66. *Rot. Florentin.* fupra *dec.* 3. *num.* 30., & infra *dec.* 109. *num* 3., & firmat præfens noftra *decif. num.* 10. *&* 12. *Rot. Romon. coram Emer. Jun. dec* 737. *num.* 7. *coram Caprar. dict. dec.* 10. *num.* 12. *dec.* 56. *num.* 5. *dec.* 101. *num.* 9. *& dec.* 233. *num.* 6.

51 Præfertim quando non agitur contra tertios poffeffores, fed contra hæredes, vel fideicommiffarios *Rot. Florent.* fupra dict *dec.* 3. *num.* 50. *& in dict. Florentina Fideicommiffi de Albizzis n.* 3.

52 Probata autem remaneret identitas ex denominatione, & demonftratione loci cum duobus, vel
tribus confinibus *D. meus Audit Calderon.* citat. *refolut.* 17 *num.* 26. *& feqq. refol.* 57. *num.* 23. *&*
53 *refolut.* 94 *n.* 65., ubi quod fufficit unicum confine, *& refolut.* 100. *num* 12. *& feqq. Rot. Florent.*
54 fupra *dec.* 3. *num.* 30., ubi quod in antiquis contra hæredes fufficit denominatio, *& dec.* 55. *n* 3.
& infra *dec.* 109. *num.* 5. *Rot. Rom. coram Emerix*
Jun. dec. 117. *num.* 11 *& dec.* 738. *num.* 8., ubi
55 quod fufficit unicum confine, *& dec.* 446. *n.* 4., ubi
quod fufficit demonftratio loci cum contrada, vel
confine, *decif.* 1235. *num.* 5., ubi de duobus con-
56 finibus, *& decif.* 1238. *num.* 7., ubi pariter de
duobus confinibus, *coram Caprar.* allegata *decif.* 10.
num. 10., *& dec.* 604 *num.* 11. *& feqq. & in Prænestina Fideicommiffi fuper refervatis* 10. *Februarii* 1727. §. *final. coram R. P D. meo Crifpolto.*

57 Sed non fufficere unius tantum confinii confrontationem dixit in fpecie *Rot. in dict. Prænestina Fideicommiffi fuper refervatis* 10. *Februarii* 1727. §. *nullatenus coram R. P. D. meo Crifpolto.*

58 Et ex duabus demonftrationibus, una generali, & altera particulari, vel ex una denominatione, & demonftratione generali, & uno confine particulari, aut ex duobus confinibus, uno particulari, & altero generali *D. meus Audit. Calderon. refolut.* 94. *num.* 64. *& refolut.* 100. *num.* 13. *Rot. coram Emer. Jun. dec.* 1238 *num.* 7. *& coram Caprar.* citata *decif.* 10. *num.* 8. *&* 10., ubi quod hoc procedit in antiquis, *& decif.* 56. *num.* 4. *& decif* 684. *num.* 11. *& feqq & poft de Luc. de fideicomm. lib* 10. *dec.* 68. *num.* 13.

59 Verificatio tamen duorum confinium generalium non fufficeret ad probandam identitatem, fi duo fpeciales difcordarent *Rot. coram Emer. Jun. decif.* 617. *num.* 4.

60 Probatur etiam identitas ex defcriptione prædii facta a teftatore in teftamento, vel ex notula in eo inferta *Rot. coram Emerix Jun. dec.* 132. *n.* 2. *coram Caprar. dec.* 233. *num.* 2. *& dec.* 684. *n.* 2. *& in dicto Bononien. Immiffionis apud Dynum dec* 96 *num.* 15. *& poft de Luc. de fideicommiff. lib.* 10. *decif.* 102. *num.* 2. *decif.* 103. *num.* 16.

Et totum illud dicitur ad teftatorem, & ad 61
fideicommiffarium fpectare, quod continetur intra eofdem confines expreffos in teftamento *Rot. cor. Caprar. dict. dec.* 484. *num.* 2.

Sola tamen denominatio facta a teftatore in te- 62
ftamento non fufficeret ad probandam identitatem favore fideicommiffarii immiffionem petentis, nifi aliæ circumftantiæ concurrant *Rot. Roman. coram Emer. Jun. dec.* 49. *num.* 2. *& in Prænestina Fideicommiffi quoad bona Torquati* 14. *Februar.* 1727. §. *ceffante coram R. P. D. meo Crifpolto*, quicquid contrarium dixerint aliqui.

Præcipuè quando agitur contra tertium pof- 63
fefforem a fideicommittente caufam non habentem cum tunc identitas debeat magis concludenter probari *Rot. coram Emer. Jun. decif.* 49. *num.* 2. *& dec.* 617. *num.* 2. *coram Caprar. dec.* 718. *num.* 10. *& in Afculana Dotis, & Legitimæ* 14. *Junii* 1700. §. *reaffumendo coram Reverendiff. D. meo Lancetta, & in dict. Prænestina Fideicommiffi fuper refervatis* 10. *Februarii* 1727. §. *nunc vero coram R. P. D. meo Crifpolto, & in eadem quoad bona Torquati* 14. *Februarii ejusdem anni* §. *ceffante infuper cor. eod.*

In judicio enim immiffionis identitas proban- 64
da eft plenè, & concludenter *Rot. coram Emerix Jun. dict. dec.* 49. *num.* 1. *& dec.* 232. *num.* 2., & in citata *Afculana Dotis, & Legitimæ* 14. *Jun.* 1700. §. *reaffumendo coram Reverendiff. D. meo Lancetta Decano*, & in fæpè allegata *Prænestina Fideicommiffi quoad bona Torquati* 14. *Februarii* 1727. §. *ceffante infuper coram R. P. D. meo Crifpolto.*

Nec fufficiunt generales præfumptiones, & 65
æquivocæ demonftrationes *Palm. Nep. allegat.* 31. *num.* 45. *Rot. cor. Arguell. dec.* 19. *num.* 3. *& decif.* 30. *num* 9. *in recent. dec.* 452. *num.* 26. *in fin. par.* 19., ubi plures referuntur, & in dicta *Prænestina Fideicommiffi quoad bona Torquati* 14. *Februarii* 1727. §. *atque ex eodem coram R. P. D. meo Crifpolto.*

Maximè fi concurrat diverfitas menfuræ *Rot.* 66
coram Emerix Jun. decif. 126. *num.* 10., & profequitur in dicta *Afculana Dotis, & Legitimæ* 14. *Junii* 1700. §. *quoad hortum coram Reverendiff. D. meo Lancetta Decano*, ubi de diverfitate menfuræ, formæ, cohærentiæ, & fimilium, *&* 21. *Junii* 1709. §. *quatenus coram eod, & in Civitatis Plebis Tranfactionis* 14. *Februarii* 1727. §. *nec error coram R. P. D. meo Crifpolto*, ubi quod ftante difcrepantia menfuræ, & capacitatis prædii fola demonftratio contradæ non concludit identitatem.

Hæc tamen menfuræ diverfitas non exclude- 67
ret identitatem, fi concordarent confinia, & demonftrationes *Rot. coram Caprar. decif.* 56. *num.* 7. *& decif.* 551. *num.* 2.

Signanter fi menfura effet major, cum hæc non 68
excludat identitatem, ex quo in majori fumma ineft minor, in puncto *Rot. coram Caprar. dict. decif.* 10. *num.* 9. *& decif.* 56. *num.* 6.

Vel fi numero tornaturarum adjecta effet di- 69
ctio -- *in circa* -- quæ certam quantitatem excludit, & recipit augumentum, vel diminutionem arbitrio Judicis a facti circumftantiis regulando, & præcipue, ut diverfæ expreffiones quantitatis reducantur ad concordiam, ut profequitur in fpecie *Rot. coram Caprara decif.* 551. *num.* 2.

Pariter probata remanet identitas, ex quo
hæres poffidet in loco, ubi conftat teftatorem pof- 70
fediffe, nam tunc præfumuntur effe illa eadem bona, quæ a teftatore poffeffa fuerunt juxta celebre *tranf. Fulgofii* 145. *Paulut. differt.* 16. *num.* 4. late

Rot.

Rot. noſt. in dict. Florentina Fideicommiſſi de Albizis num. 5. infra imprim. *Rot. Rom. cor. Emerix Jun. decif.* 218. *num.* 3. *decif.* 264. *num.* 12. *decif.* 638. *num.* 5. *& decif* 446. *num.* 3. *& coram Beninoaf. decif.* 233. *num.* 6. *& apud Pulm. Nep. decif.* 428. *num.* 30. *& poſt de Luc. de fideicomm. decif.* 68. *num.* 12. *decif.* 102. *num.* 3. *& dec.* 103. *num.* 17.

71 Sed hoc non procederet, ſi probaretur hæredem in eodem loco bona acquiſiviſſe *Rot. coram Emerix Jun. decif.* 428. *num* 4. & in citat. *Præneſtina Fideicommiſſi ſuper reſervatis* 10. *Februarii* 1727. *§. præſertim coram R. P. D. meo Criſpolto*.

72 Satiſque eſſet, ſi probarentur aliquæ acquiſitiones factæ ab hæredibus, nam, ſi fideicommiſſarius non doceret contrarium, omnia bona in eodem loco præſumerentur ab iiſdem hæredibus acquiſita *Rot. Rom. coram Emerix Jun. dict. decif.* 428. *num.* 5.

73 Identitas pariter probata remanet ex teſtibus *Rot. noſt. in dict. Florentina Fideicommiſſi de Albizis num.* 7. *Rot. Rom. coram Caprara dict. dec.* 233. *num.* 4. *& poſt Conſtant. ad Stat. Urb. decif.* 119. *num.* 19. *& poſt de Luc. de fideicomm. decif.* 102. *num.* 4.

Quamvis exceptiones patiantur, cum inſerviant pro adminiculo, in puncto *Rot. coram Emerix Jun. decif.* 264. *num.* 15.

74 Et licet in alia cauſa examinatis *Rot. Florent.* ſupra *dict. decif.* 3. *num.* 28.

75 Etiamſi deponerent de audito *Rot. cor. Emerix Jun.* citat. *decif.* 264. *num.* 10.

76 Si tamen teſtes non ſpecificarent bona, neque deſignarent confinia, & fortius ſi in confinibus non concordarent, identitatem non probarent *Rot. coram Emerix Jun. decif.* 126. *num.* 9. *& in dict. Aſculana Dotis, & legitima* 14. *Junii* 1700. *§. reaſſumendo coram R. P. D. meo Lancetta*.

77 Prout identitatem non probarent, ſi deponerent nullam, vel inſubſiſtentem cauſam reddendo eorum depoſitionis, ut poſt plures auctoritates, quas refert, firmat in ſpecie *Rot. in Præneſtina Fideicommiſſi ſuper reſervatis* 25. *Januarii* 1726. *§. talis porro, &* 10. *Februarii* 1727. *§. hujuſmodi generis coram R. P. D. Criſpolto, & in eadem quoad bona Torquati* 14. *Februarii ejuſdem anni §. atque ex eodem coram eodem*.

78 Vel ſi teſtis eſſet unicus, qui nullum probationis gradum conſtituit, in individuo *Rot. in dict. Præneſtina Fideicommiſſi quoad bona Torquati* 14. *Februarii* 1727. *§. fin. coram R. P. D. meo Criſpolto*.

79 Quod ſi teſtes diverſimode deponerent, & certa confinia aſſignarent reſpondendo interrogatoriis, & diverſa deponendo ſuper articulis, in concurſu iſtarum depoſitionum, attendendæ, & præferendæ eſſent depoſitiones emiſſæ ſuper interrogatoriis, ut in ſpecie proſequitur *Rot. in dict. Aſculana Dotis, & legitima* 14. *Junii* 1700. *§. non attenta coram Reverendiſſ. D. meo Lancetta*, ubi plures concordantes.

80 Et quamvis aliquando nonnullæ ex dictis exceptionibus contra teſtes fuerint admiſſæ, & quandoque rejectæ, prout aliæ circumſtantiæ ſuperius recenſitæ, tamen hoc provenit a ſubjecta materia, quia quando quæſtio eſt in re antiqua, & agitur contra hæredem, vel habentem cauſam ab eo, facilius proceditur, quam in caſibus, in quibus quæſtio eſt de probandis confinibus in materia de recenti. vel contra tertium poſſeſſorem ex auctoritatibus ſuperius relatis. Sic etiamſi ad probandam identitatem, & teſtes coadjuvandos concurrerent aliæ conjecturæ, & adminicula, tunc illa concluſa remaneret ex ſupradictis, & aliis ſimilibus circumſtantiis, vel ex teſtibus exceptionis patientibus, ſecus ſi iſtæ deficerent, vel circumſtantiæ in contrarium concurrerent.

Ex inſtrumento diviſionis, & ex enunciativis 81
in eo emiſſis pariter probatur identitas *Paulut.*
differt. 16. *num.* 5. *D. meus Auditor Calderon. re-*
ſolut. 57. *num.* 19. *& reſol.* 94. *num.* 61. ubi de
inſtrumento diviſionis brevi tempore intermedio 82
inter primos hæredes immediatos teſtatoris cele-
brato *Rot. noſt. in dict. Florent. Fideicommiſſi de*
Albizzis num. 1. *& ſeqq. Rot. Rom. coram Emerix*
Jun. decif. 116. *num.* 14. *decif.* 387. *num.* 2. *de-*
cif. 414 *num.* 1. *decif.* 428. *num.* 3. *decif.* 638. *n.* 2.
& 3. *decif.* 652. *num.* 1. *& decif.* 1362. *num.* 4. *&*
ſeqq. ubi quod hoc præcipue locum habet, quan- 83
do agitur contra habentes cauſam a dividentibus,
coram Caprara decif. 526. *num.* 11.

Et demum identitas reſultat ex convenientia 84
qualitatis rei *Rot. Florent.* infra *decif.* 109. *num.* 1.

Sed ſola convenientia, & cohærentia ſatis 85
non eſt ad probandam identitatem, quæ certis finibus probari debet *Rot. in Præneſtina Fideicommiſſi quoad bona Torquati* 14. *Februarii* 1727. *§. atque ex eodem coram R. P. D. meo Criſpolto*.

De identitate bonorum vide auctoritates ſu- 86
pra citatas in *addit. ad decif.* 3. *num.* 42. quibus addimus *Balduſc. ad Ramon. obſerv.* 46. *num.* 5. *Rot. Bononien. poſt eum decif.* 58. *num.* 6. *& ſeqq. tom.* 4. *Rot. Florent. decif.* 81. *num.* 2. *& ſeqq.* inter hactenus impreſſas coram me. *Rot. Rom. coram Caprar.* in cauſa Aſculana *decif.* 233. *per tot. & in Aſculana Dotis, & Legitima* 14. *Junii* 1700. *&* 21. *Junii* 1709. *coram Reverendiſſ. D. meo Lancetta, in Foroſempronien. Legatorum ſuper Fideicommiſſo Tiberii* 22. *Januarii* 1714 *num.* 7. *§. nequaquam coram Anſaldo, in Peruſina Fideicomm.* 9. *Decemb.* 1715. *coram Eminentiſſ. D. meo Card. Althnan, Bononien. Fideicommiſſi de Marſiliis* 17. *Februarii* 1716. *§. quoad bona cor. Anſaldo, in Peruſina Immiſſionis* 6. *Junii* 1721. *§. ſit itaque coram R. P. D. Foſcaro, & in Peruſina Pecuniaria ſuper detractionibus* 2. *Martii* 1722. *§. porro coram Cerro, in Lauretana Spolii* 24. *Januarii* 1724. *§. præmiſſis, & ſeqq. cor. Kovault de Gamachet, & in Lauretana Immiſſionis ſuper horto* 31. *Januarii ejuſdem anni §. ſiquidem, & ſeqq. coram eodem, & in Peruſina Fideicommiſſi ſuper reſervatis* 10. *Februarii* 1727. *coram R. P. D. meo Criſpolto, & in eadem quoad bona Torquati* 14. *Februarii ejuſdem anni coram eodem*.

Et de teſtibus ad probandam identitatem bo- 87
norum in judicio immiſſionis a fideicommiſſario intentata, vide apud ſupradictos, & in *Melevitana Bonorum* 21. *Junii* 1706. *§. non ſolum, & ſeqq. coram Reverendiſſ. D. meo Lancetta Decano*.

FLORENTINA
Fideicommiſſi.

6. Septembris 1607. *ex Lib. Mot.* 89. *a* 443.

ARGUMENTUM.

Donatio a Principe facta non ſubjacet ſolemnitatibus Juris Civilis. Fideicommiſſa etiam in contractibus ordinari poſſunt, & an, & quando ante eventum conditionis ad hæredes tranſmittantur, vel potius revertantur bona ad eum, a quo proveniunt, vel penes gravatum libera remaneant.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *PRinceps adire potest hæreditatem cum beneficio legis, & inventaris, non obstante statuto Florentino id prohibente.*

2 *Fideicommissa, & substitutiones etiam in contractibus inter vivos ordinari possunt.*

3 *Stipulatio, vel pactum favore substituti in donatione hodie non requiritur, ad hoc ut eidem jus quæratur.*

4 *Requiritur tamen, quod intercedat saltem stipulatio, & pactum inter donatorem, & primum donatarium pro substitutis etiam stipulantem.*

Limita in donatione facta a Principe non recognoscente superiorem n. seq.

5 *Serenissimus Magnus Dux Florentiæ non recognoscit superiorem.*

6 *Ideo solutus est ab omnibus solemnitatibus Juris Civilis.*

Et signanter contractus donationis ab eo celebratus.

7 *Princeps aliquid faciens interrogari nequit, cur ita faciat.*

8 *Præsertim quando utitur clausulis* ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, *& de ratione n. seq.*

10 *Fortius accedente alia*, non obstantibus quibuscunque contrariis.

11 *Per istam derogatum censetur omnibus solemnitatibus Juris Civilis.*

12 *Institutus ad vitam in usufructu, dato solum post mortem substituto, interim est hæres etiam in proprietate, licet gravatus restituere, & de ratione.*

13 *Res feudalis, vel emphyteutica certis personis concessa, illis deficientibus, cedit ad priores dominos, & de ratione.*

14 *Extensio non fit in contractibus de persona ad personam.*

15 *Fideicommissarius prædecedens gravato fideicommissum ad hæredes non transmittit.*

16 *Amplia conclusionem procedere etiam in suis hæredibus.*

17 *Limita in fideicommisso facto in contractu, & de ratione, sublimita ut n. 26. 27. & 28.*

18 *Præmorientia substituti operatur, ut bona fideicommissaria penes gravatum remaneant.*

19 *Gravatus per fideicommissum si nullus extet ex substitutis, potest de rebus ad libitum disponere & de ratione.*

20 *Bona revertuntur ad eum, a quo processerunt, resoluto jure acquirentis, si ita pacto cautum est, secus contra.*

21 *Vel quando aliunde constat cogitatum de tali reversione.*

22 *Ususfructus legatus, per mortem legatarii redit ad hæredem.*

23 *Conditio si sine filiis ex* l. cum avus ff. de condit. & demonstr. *subintelligitur in dispositione facta a patre inter filios.*

24 *Amplia non obstante taxativa* tantum.

25 *Alterum de duobus sufficit, vel quod fuerit dictum, & non scriptum, vel quod non fuerit dictum, nec cogitatum.*

DECISIO LIX.

In Causa Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, & Creditorum quondam Illustrissimi D. Petri Medices.

MOrtuo sine filiis, & descendentibus masculis, legitimis, & naturalibus Illustrissimo, & Excellentissimo D. Don Petro Medices filio tertio genito Serenissimi Cosmi Magni Ducis Etruriæ primi gloriosissimæ recordationis, & illius hæreditate ab intestato delata Serenissimo Magno Duci Don Ferdinando nunc feliciter imperanti, qui eam adivit cum beneficio legis, & inventarii [id quod jure suo facere potuit, non obstante statuto Florentino, ut tradit in puncto *Phanucc. de invent. hæred. part. 6. n. 135* & ultra eum mirificè comprobari potest ex traditis per *Rol. a Vall. de lucro dotis quæst. 83. & 84.*] cum animadvertisset idem Serenissimus, & Æquissimus Princeps, eam non solum restitutionis, & fideicommissi, verum etiam ingentis æris alieni pondere esse adeò gravatam, ut impossibile sit omnibus ex æquo satisfacere, ut omnibus innotesceret titulus, quo ipse bona dicti Excellentissimi fratris sui penes se retineret, institit coram Clarissimo Magistratu declarari bona prædicta ad se jure paterni fideicommissi pertinere, Cumque idem Clarissimus Magistratus, nos super petitione ista consuluisset, nos postquam diligenter perpendimus jura tam Serenissimi Magni Ducis, quam etiam creditorum Excellentissimi Don Petri, respondimus petitionem prædictam, secundum infrascripta de jure admittendam esse.

Quia diximus fideicommissum re vera purificatum fuisse ad favorem Serenissimi D. Ferdinandi in bonis olim donatis dicto Excellentissimo Don Petro a Serenissimo Parente, mox ex eis detrahendam esse legitimam sibi debitam, ascendentem ad scutos 128791. tertio eandem legitimam, seu illud quod superest ex ea, detractis prius scutis 42612. consumptis a dicto Excellentissimo Don Petro dum vixit, relaxandam esse creditoribus illius, una cum fructibus a die mortis ejusdem, & in primis Monti Pietatis Civitatis Florentiæ omnibus anteriori, & demum teneri Serenissimum Don Ferdinandum, uti successorem universalem Serenissimi Magni Ducis Francisci, qui fidejussit pro Excellentissimo Don Petro apud prædictum Montem, ad sibi satisfaciendum de omni residuo, quod superest, cuique legitima supradicta sufficiens esse non potest.

Cujus resolutionis rationes, ut facilius ab omnibus intelligantur, libet ob oculos legentium ponere ipsamet verba, quibus usus est Serenissimus Magnus Dux Cosmus, quando in pluribus donationibus inter vivos factis dict. Excellentissimo Don Petro, eidem in casum decedentiæ sine filiis substituit. Ea autem sunt hujusmodi:

Ipsi autem Don Petro sine filiis masculis legitimis, & naturalibus quandocumque decedenti, Illustrissimum, & Reverendissimum S. R. E. Cardinalem Ferdinandum filium nostrum, durante ejus vita substituimus, & ad prædictam donationem admitti volumus, atque decernimus, post obitum verò Ferdinandi, Illustrissimum, & Excellentissimum Principem Franciscum primogenitum nostrum, ejusque filios, ac descendentes masculos legitimos in stirpes, cum onere tamen dotandi fœminas, ad ipsam donationem vocamus, & succedere jubemus, contrariis quibuscumque

non

non obstantibus, quibus omnibus, & singulis, &c.
His ita se habentibus, fuit inter nos primo
loco dubitatum de validitate prædictæ dispositio-
nis, & sanè si res inter privatos, non autem Prin-
cipes viros peragenda fuisset, probabili difficul-
tate non caruisset. Quia licèt verius sit, & re-
2 ceptius, quod fideicommissa, & substitutiones or-
dinari possunt, non solum in ultimis voluntati-
bus, sed etiam in contractibus inter vivos l. Pu-
blia ff. depofit. l. qui Romæ §. Flavius Hermes ff. de
verb. oblig. l. ut hæredibus ff. de legat. 2. & l. quo-
ties C. de donat. quæ sub mod. Castr. conf. 347. n. 1.
vol. 1. Bald. conf. 249. col. 2. vol. 1. Socc. conf. 125.
n. 1. vol. 3. Crovett. conf. 19. num. 8 post Oldrad.
Dec. & Bellum. per eum allegatos Boer. dec. 353.
n. 12. Jas. in l. stipulatio hoc modo concepta n. 10.
ff. de verb. oblig. & conf. 8. n. 33. inter conf. feu-
dalis Bruni. Decian. conf. 55. n. 1. lib 3. Rota Ro-
mana decis. 488. num. 8. part. prim. diversor. Bero.
conf. 84. n. 5. & seqq. lib. 1. Dec. conf. 239. n. 7.
Decian. conf. 31. n. 63. lib. 1. & conf. 41. n. 17.
eod. vol. Ofasc. dec. 85 n. 6. Odd. conf. 39. n. 13.
& Peregr. art. 51. in princ. & art. 1. n. 16. quid-
quid in contrarium attentaverint Castr. in l. qui
Romæ §. cohæredes n. 1. de verb. obligat. Alex. ibi-
dem n. 4. & Jas. n. 15. Ruin. conf. 214. num. 16.
lib. prim. & conf. 7. n. 14. lib. 3. Dec. conf. 488.
num. 19. Alciat. conf. 517. & 518. Riminald. Jun.
conf. 675. n. 45. Emil. Ferrett. conf. 12. n. 4. Goz-
zad. conf. 4. n. 31. & Menoch. conf. 85. num. 28.
3 lib. 1. & licet verum etiam sit, quod stipulatio,
vel pactum alias necessarium inter primum dona-
tarium, & substitutum, juxta l. ut hæredibus ff. de
legat. 2. hodie non sit necessarium, stante disposi-
tione l. quoties C. de donat. quæ sub modo, Salycet.
in l. 1. in fine C. de donat. caus. mort. Imol. in l.
si cui ff. eod. Socc. Sen. conf. 125. num. 1. lib. 3.
& Gabriel conf. 16. n. 16. lib. 1. itaut licitum sit
donatori substituere etiam absentem, dicta l. quo-
ties, & Gabriel ubi supra n. 17.
4 Tamen est etiam verum, quod saltem opus
est intercedere stipulationem, vel pactum ad fa-
vorem substituti, & sic quod donatus pro substi-
tuto paciscatur, vel stipuletur cum donatario, seu
alio, qui pro donatario interveniat, ut post Gabr.
ubi supra, optimè declarat Honded. conf. 32. n. 31.
vol. 1. quorum neutrum in casu nostro factum
fuit, nec etiam fieri potuit in substitutione, & do-
natione absentibus facta, & nemine pro eis stipu-
lante.
5 Verum quia quæstio nostra versatur circa do-
nationem, & substitutionem a Principe factam, &
quidem ab eo Principe, qui neminem recognoscit
superiorem, ut nuncupatim de Civitate Florentiæ
loquentes dixere Corsett. de potest. reg. n. 4. Alex.
conf. 296. lib. 6. Dec. conf. 357. n. 2. & conf. 557.
num. 12. & 13. Felin. in cap. cum non liceat col. 9.
6 vers. quarto considera de præscript. & Socc. conf. 275.
col. 5. quique idcirco solutus est ab omnibus so-
lemnitatibus Juris Civilis, ut in terminis dona-
tionis a Principe factæ, tradunt Ruin. conf. 126.
n. 14. lib. 1. Jas in l. quoties n. 5. ff. de rei vend.
Natt. conf. 28. num. 4. lib. 1. Thob. Non. conf. 1.
n. 15. Bero. conf. 174. n. 36. lib. Riminald. Jun.
in §. prim. inst. de donat. num. 1829. cum seq. &
conf. 642. n. 26. & Menoch. conf. 423. num. 1. &
conf. 606. n. 8. idcirco omnis amaritudo statim su-
7 blata fuit, cum Princeps aliquid faciens, interro-
gari non possit, cur ita faciat Bald. in proem.
feud. n. 4. Dec. conf. 37. n. 8. & conf. 390. n. 13.
& Luc. de pen. in l. fin. n. 88. & 89. C. de locat.
8 præd. civil. lib. 11. præsertim quando (id facit ex
certa scientia, & de plenitudine potestatis, ut in
casu nostro Curt. Jun. conf. 138. n. 4. & 5. Goz-
zad. conf. 8. n. 43. Grat. conf. 9. num. 176. lib. 1.
Menoch. conf. 1. n. 388. & conf. 103. n. 48. Roland.
conf. 71. n. 48. lib. 2. Socc. Jun. conf. 68. num 12.
lib. 3. idem Grat. conf. 10. num. 173. lib. 1. Dec.
conf. 190. n. 4. & 5. & plenissimè Decian. conf. 41.
n. 15. 18. & 62. vol. 2. quia dispositio cum his 9
clausulis facta, est omnia, & super omnia, Grat.
& Menoch. ubi supra, accedente maxime alia clau- 10
sula non obstantibus quibuscumque contrariis, per
quam censetur derogatum omnibus solemnitatibus 11
Juris Civilis, DD. in l. fin. C. si contra jus, vel
pub. utilit. cap. quæ in Ecclesiar. de constitut. & Ruin.
in terminis dict. conf. 126. n. 14. in fin.
Supposita itaque validitate actus, de illius
effectu tantummodo agendum fuit, quæ inquisitio
duas habet inspectiones. Prima respicit jus perve-
niens in Serenissimum Magnum Ducem Ferdinan-
dum ex paterna substitutione, & conditionis pu-
rificatione ob decessum Excellentissimi Don Petri
absque filiis legitimis, secunda jus ei accedens ob
prædecedentiam Magni Ducis Francisci sine sobo-
le masculina legitima.
Quod attinet ad primam, non fuit dubitan-
dum, quin bona inventa in hæreditate prædicta
spectent ad Serenissimum Magnum Ducem Ferdi-
nandum, virtute fideicommissi paterni, & quidem
pleno jure, hoc est tam respectu proprietatis,
quam ususfructus. Quia licet ipse fuerit substitu-
tus fratri, solum ejus vita durante, nihilominus,
quia nullus alius interim fuit institutus hæres,
pro hærede, & proprietario habendus est, cum
regula juris sit, quod institutus ad vitam, dato 12
sibi post mortem substituto, dicitur interim ve-
rus, & secundum aliquos perpetuus hæres, licet
rogatus per fideicommissum restituere illi, qui post
mortem suam substitutus est, ut pulchè declarat
Bald. in l. hæreditatis vers. quæro namque ff. de hæ-
red. instit. Bald. & Ang. in l. 2. ff. si pars hæred.
petat. Imol. melius quam cæteri in dict. l. hæredi-
tatis n. 11. in fin. idem Bald. Salyc. Alex. & Corn.
in l. extraneum C. de hæred. instit. latissimè Ma-
rian. Socc. conf. 14. n. 5. 6. & 7. Peregrin. plures
referens art. 5. n. 20. Crass. in §. institutio quæ-
stion. 42. n. 4. Surd. conf. 439. n. 22. vol. 3. Gomez.
de testam. cap. 2. n. 11. Simon de Præt. de inter-
pret. ultim. volunt. lib. 3. dubit. 1. solut. 1. n. 14.
& idem Peregr. conf. 69. n. 2. vol. 3. & est adeo
verum, ut procedat etiam si forte institutio, vel
substitutio sit facta in usufructu tantum, nullo interim
dato hærede Bald. in dict. l. hæreditatis, & in l. id quod
pauperibus C. de Episc. & Cler. & in l. miles ita
ff. de milit. testam. Guid. Pap. dec. 308. Socc. Sen.
dict. conf. 14. Peregr. rem latè pertractans dict. art. 5.
num. 21. Decian. conf. 57. n. 2. & n. 55. vol. 1. &
conf. 129. n. 66. vol. 3. Laderch. conf. 3. n. 1. &
Peregr. conf. 58. n. 3. vol. 3. & conf. 63. num. 7.
eod. volum. idque ea ratione, quia alias relictum
ususfructus esset inutile, quod non debetur, nisi
adita hæreditate l. prima ff. quand. dies usuf. cedat,
& Peregr. rem pulchrè declarans dict. conf. 58.
num. 3.
Verum quia [& nunc ingredimur secundam
inspectionem supra propositam] nomen istud veri
hæredis, non aliter in supradicto casu acquiritur,
quam cum onere restituendi hæreditatem illi, qui
postea vocatus est, si forte eveniat istum præde-
cedere, prout in casu nostro factum est ob mor-
tem Serenissimi Magni Ducis Francisci, dubium est
& quidem non leve, an bona restitui debeant hæ-
redibus primi vocati, vel redire ad eum, a quo pro-
cesserunt, vel transire in hæredes ultimi vocati
prædefuncti, vel denique remanere penes gravatum.
Nam

13 Nam quod debeant redire ad eum, a quo processerunt, seu hæredes illius, probari videtur exemplo rerom feudalium, & emphyteuticarum, quæ certis quibusdam personis, & ad certum tempus concessæ, eveniente casu, redeunt ad Dominos suos priores §. *emphyteusim auth. de non alien. reb. Eccles. & auth. si quas ruinas*, & ibi *Cyn. C. de Sacrosan. Eccles. Castr. cons. 68. num. prim. vol. 1. Dec. cons. 328. in princ. Corn. cons. 76. n. 9. vol. 2. Rimiuald. Sen. cons. 124. n. 18 vol. 1. & Corbul. de jur. emphyt. in cap de caus. privat. ob comp. fin. in princ.* & omnes ea ratione, quia concessum ad tempus, post tempus censetur prohibitum, & concessio ad tempus limitata, non porrigit effectum suum ultra illud. Quæ ratio ad casum nostrum, optimè applicari videtur, in quo concessio facta
14 Serenissimo Don Ferdinando, fuit & ipsa ad certum tempus limitata, & agitur de dispositione facta per contractum, in quo non fit extensio de persona ad personam non nominatam *l. si unus §. antè omnia ff. de pact. l. si ita stipulatus § Chrisogonus ff. de verb. oblig.* & ita in puncto sensisse visi sunt *Dec. cons. 106. & Socc. Jun. cons. 53. lib. 2.* quos refert *Peregr. dict. art. 51. n. 21.*

Sed quod imo bona prædicta restituenda sint hæredibus illius, qui primus gravatus est, sensit *Bart. in l. Ticia §. fin. de legat. 2.* volens quod si testator instituit aliquem hæredem, & alii legavit fundum donec vixerit, si hæres moriatur vivente legatario, fundus restituatur hæredi hæredis.

15 Demum, quod imo ista bona, transire debeant in hæredes ultimè vocati prædefuncti, evincei videtur ex eo, quod licet regulariter verum sit, quod si fideicommissarius decedit ante eventum conditionis, vel temporis, fideicommissum extinguitur, & ad hæredes non transmittitur *l. intercidit ff. de cond. & demonstr. l. unica §. sin autem aliquid sub conditione C. de caduc. tollend. Mantic. de conject. lib. 11. tit. 20. in princ. & Crass.* alios referens in §. *transmissio quæst. 28. n. 4. & Surd. cons. 253. n. 27. & cons. 267. n. 38. & 40. Rolan. cons. 46. n. 5. vol. 3 Cravett. cons. 152. n. 3 Menoch. de arbitr. casu 165. & Handed cons. 70. n. 10.*
16 *& 11. vol. 1.* etiamsi simus in suis hæredibus, DD. in locis supra citatis, & *Socc.* testis de communi *cons. 14. n. 7. lib. 3. Menoch. cons. 105. num. 37. & Bursatt. cons. 71. n. 7 lib. 1.* Istud tamen mi-
17 nimè sibi locum vindicat, quando fideicommissum fuit factum in contractu, quia istud etiam pendente conditione ad hæredes transmittitur *l. quoties C. de donat. quæ sub mod. Ang. in §. ex conditionali, inst. de verb. oblig. Benedict. in cap. Raynutius in verbo uxorem n. 62. de testam. in 6 & Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita part. 4. n. 18. ff. ad Trebell.* ea ratione secundum *Ang. & Zanch.* ubi supra, quia ea, quæ sunt ex contractu firmiora sunt, quia innituntur authoritati duorum, & ille, qui sibi ex pacto, vel stipulatione prospexit, etiam hæredi suo consulere voluisse est credendum.

18 Verum re tota diligentius considerata, quarta sententia verior apparuit, quæ habet, quod bona remanere debeant penes eum, qui fuit de restituendo gravatus, permansura quidem penes eum, dum vivit ex beneficio concedentis, & in suos hæredes transitura, casu, & fortuna, ut inquit *Peregr.* ubi supra *num. 21. in fin.*

Quam opionem probat egregie text. in *l. unica §. pro secundo, & §. sin autem aliquid sub conditione C. de cad. tollend. & in l. in causa in 2. §. Pompejus ff. de minor.* & approbavit communis schola DD. ut videre est apud *Castr. in l. fin. C. de legat. Imol. in l. hæreditas ex die num. 12. vers. & ex prædictis ff. de hæred. instit. Fulgos. cons. 70. col. 1. Alex. cons. 92. num. 5. vol. 3. Paris. cons. 83. num. 1. vol. 2. & cons 22. num. 43. eod. vol. Alciat.* omnino videndus *cons. 3. num. 20. lib. 8. Socc. cons. 7. num. 1. lib. 4. Corn. cons. 298. n. 3. vol. 4. Decian. cons. 9. num. 35. & cons. 29. n. 14. vol. 4. Surd. cons. 264. num. 31. vol. 2. Cephal. cons. 158. num. 9. vol. 2. & cons. 472. num. 94. vol. 4. Peregrin. cons. 63. num. 1. vol. 3. & Simon de Prat. de interp. ultim. volunt. lib. 3. interp. 1. dubit. 1. sol. 1. num. 14.* in quibus omnibus locis habetur, quod legatarius, fideicommissarius, & donatarius, gravati de restituendo post mortem, si supervivant vocato, liberantur ab onere restitutionis, & res remanent penes eos, vel eorum hæredes supervenientes, nisi forte virtute transmissionis, vel juris accrescendi aliter statuendum sit dict. §. *sin autem aliquid sub condicione*, & confert generalis illa con-
clusio juris, quæ habet, quod gravatus per fidei- 19
commissum, si nemo extet ex substitutis, potest de rebus ad libitum disponere, de qua per *Natt. cons. 145. num. 19. Rol. cons. 25. num. 19. vol. 1. & Surd. cons. 95 num. 1. vol. 1.* & quam probat text. *in l. cum pater §. liberis in fin. ff. de legat. 2. & in l. qui solidum §. qui prædium eod. tit.* & est in ea ratione fundata, quia nullus superest, qui petere possit, quam ponit *gloss. in dict. l. qui solidum*, & est desumpta *ex l. Mutiana in fin. ff. de cond & demonstr.*

Igitur cum post Serenissimum Magnum Ducem Ferdinandum esset vocatus Serenissimus Magnus Dux Franciscus, & ejus descendentes masculi legitimi, & naturales; is vero prædecesserit nullo alio filio, vel descendente relicto, sequitur quod ea bona, quæ durante vita Serenissimi D. Ferdinandi, apud eum permanere debent ex jure descendente ex propria persona, & vocatione, eadem illius facta sint irrevocabiliter, & ejusdem liberæ dispositioni supposita; prout etiam ex contrariorum omnium dissolutione clarius apparebit.

Non obstant itaque ea, quæ primo loco con- 20
siderata fuerunt ad favorem ejus, a quo bona processerunt, vel hæredum illius; quia procedunt tantummodo, quando disponens ita pactus est, ut est text. in terminis nostris in *l. si verum C. de do-*
nat. quæ sub mod. vel quando alio modo enixe 21
constant ipsum cogitasse de reversione, ut in casibus *Dec. & Socc.* & ita respondet *Peregrin. dict. artic. 51. num. 21.*

Minus negocium facit doctrina *Bart. in dict.* 22
l. Ticia §. fin. de legat. 2. quia ea procedit, quando legatum manet in puris terminis ususfructus, tunc enim virtute consolidationis, redit ad proprietatem, secus autem, ubi dispositio importat proprietatem, quia tunc non datur consolidatio, nec amplius redire potest onde discessit, & ita eleganter distinguit *Castr. in dict. l. Ticia §. fin. & in l. fin. C. de legat. & in cons. 24. lib. 2.* atque sequuti sunt *Socc. Jun. cons. 184. col. fin. lib. 1. Cephal. cons. 158. num. 8. lib. 2. Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita num. 172. ff. ad Trebell. & Ant. Trigon. singulari 2.* qui dicit istud esse de auro captando, & pluries in practica observatum.

Et est eo magis in casu nostro admittendum, 23
quia versamur in dispositione facta a patre inter filios, in qua sive ex præsumpta voluntate disponentis, sive ex fictione legis subintelligitur clausula -- *si sine filiis* -- vulgata *l. cum avus ff. de cond. & demonstr. & l. cum acutissimi C. de fideicommiss.* etiamsi in dispositione adsit taxativa *tantum Cuman. in dict. l. cum avus*, & ibi *Socc. n. 25. & 26. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 89. num. 133.* ubi adducit *Ruin. & Diaz regula 287. ampliation. 11.*

Et li-

Et licet Serenissimus Magnus Dux Ferdinandus, tempore paternæ dispositionis non esset in proximo spe suscipiendi filius, quia erat unus ex S. R. E. Cardinalibus, quo casu verisimile est, quod non fuerit de liberis cogitatum, adhuc tamen dictorum legum dispositio admittenda est, quia negari non potest, quin simus in dubio, an Serenissimus Pater casum istum cogitaverit, & tunc alterum de duobus necessario præsumendum
23 est, vel quod fuerit dictum, & non scriptum, ut in dicta *l. cum avus*, vel quod non fuerit cogitatum, & errore omissum, quo casu subintrat præsumptio legis in conjectura pietatis fundata, quæ vult perinde esse, ac si dictum fuisset *Soc. in dict. l. cum avus num. 67. cum seqq.* quem cæteri communiter sequuntur.

Demum non obstat validior consideratio facta ad favorem hæredum ultimi vocati, quia plures ad eam accommodantur responsiones. Prima est
24 quod licet verum sit, quod fideicommissa facta in contractibus ad hæredes transmittantur, etiam pendente conditione, attamen est animadvertendum, quod istud contingit virtute stipulationis, vel pacti, quod regulariter in contractibus apponitur, & est transiturium ad hæredes, secus autem ubi pactum, & stipulatio non intervenit, vel etiam in favorem absentis apposita fuit, quia tunc nullus est transmissioni locus *Bald. cons. 306. vol. 3. Aret. in §. ex conditionali instit. de verb. oblig. & Zanch. in dict. l. hæredes mei §. cum ita part. 4. num. 21.*

25 Secunda est, quod quando donatio est facta alicui ejus vita durante, & post mortem ejus alteri, si iste præmoriatur, donatio irrita fit in totum, nec ad hæredes transmittitur, quia substitutio sub ea conditione facta fuit, si persona illa supervixerit, unde defectus conditionis necessario substitutum excludit, & ita respondet *Alciat. d. cons. 3. lib. 8.* & sequitur *Peregr. dict. artic. 52. num. 20*

26 Tertia, & validior [quod attinet ad casum nostrum] quod tunc forte contrarium procederet, quando hæredes, in quos transmissio ista facienda esset, haberent eas qualitates, quæ sunt expressæ in substitutione, quod in casu isto minime contingit, cum Serenissimus Magnus Dux Franciscus fœminas tantum reliquerit a substitutione rejectas *Surd. cons. 403. num. 47. cum seqq.* omnino videndus.

Cætera omittimus, quia in se clara, & passim unicuique obvia.

Sempronius de Sempronlis Peator.
Alexander Zilocchius.
Livius Riccardus.
Antonius Curinus Relator.
Jo. Baptista Burghesius.

ADDITIO

ARGUMENTUM.

Donatio facta a Principe superiorem non recognoscente quæ habeat specialia. Transmissio fideicommissi conditionalis in contractu ordinati regulariter locum habet, & quando secus.

SUMMARIUM.

1 *Donatio facta a Principe superiorem non recognoscente habet vim legis, quæ mortuo etiam donatore locum habet, & a successore revocari non potest.*
2 *Amplia etiam in donatione facta a Civitate, seu Communitate non recognoscente superiorem.*
3 *Declara nisi multum lædat Imperii, seu Regni dignitatem.*
4 *Item donatio a Principe uxori facta, vel econtra valet.*
5 *Item valet a Principe facta filio in potestate existenti propter excellentiam dignitatis.*
6 *Contra, nisi sit expressa principalis authoritas.*
7 *Sed hæc sententia reprobatur.*
8 *Militi non licet donare suæ concubinæ.*
9 *Limita in Principe.*
10 *Donatio facta a Principe, licet excedat quingentos solidos, non eget insinuatione.*
11 *Quod militat & in donatione a privato Principi facta.*
12 *Dominium sine traditione non transfertur.*
13 *Limita in donatione facta a Principe.*
14 *Amplia limitationem in donatione a privato Principi facta.*
15 *Declara conclusionem, de qua n. 13. procedere in donatione a Principe facta per modum gratiæ, secus si fieret per modum contractus, tunc enim Princeps intelligitur contraxisse secundum juris dispositionem.*
16 *Hæc declaratio, vel non est vera secundum aliquos,*
17 *Vel limitanda, si constet de voluntate Principis volentis omnino dominium transferre.*
18 *In donatione Principis prior in tempore præferatur secundo, etiamsi iste possessionem adeptus fuerit.*
19 *Contrarium tenet* Alcograd.
20 *Sed ejus opinio tamquam contra communem rejicitur.*
21 *In donatione facta a Principe habet locum jus accrescendi etiam post quæsitum emolumentum, quod non procedit in donatione facta a privato.*
22 *Facta tamen tacita onerum repetitione.*
23 *Donatio est contractus stricti juris.*
24 *Limita in donatione facta a Principe, quæ est bonæ fidei.*
25 *In donationibus facienda est stricta interpretatio contra donatarium.*
26 *Limita in donatione facta a Principe, & n. seq.*
28 *In alternativis electio regulariter est debitoris.*
29 *Limita in donatione facta a Principe, in qua electio non spectat ad concedentem, sed ad accipientem.*
30 *In donatione a Principe facta non datur evictio, licet incipiat a promissione.*
31 *Donata filio contemplatione patris conferuntur.*
32 *Limita in donatis a Principe.*
33 *Patri quæritur usufructus in bonis adventitiis filii.*
34 *Limita in bonis a Principe donatis filiofamilias.*
35 *Amplia etiamsi bona sint donata ob servitium patris, quia non est inspiciendum cujus contemplatione fuerint concessa, sed in quem conferantur.*
36 *Item amplia idem obtinere in bonis majoratus erecti ex gratiis, & donationibus Principis.*
37 *Legitima non quæritur patri in bonis filio a Principe donatis.*
38 *Hæc sententia reprobatur.*
39 *Donatarius, in quem Princeps omne jus suum transtulit, potest alienare in forenses, licet adsint statuta prohibentia alienationem stabilium in eos.*
40 *Donatarius Principis tenetur actione personali ad æs alienum donatoris.*
41 *Donatarius Principis est securus ipso jure, nec potest inquietari etiam a domino rei donatæ, cui*

cui solum superest actio contra Principem.

41 *Donatio a Principe etiam minus legitimè facta substinetur, & pro legitima habetur.*

43 *Et ex ea quaritur jus absenti etiam sine acceptatione.*

44 *Intellige, si post aliquando acceptetur, & sic pendente acceptatione revocabiliter acquiritur jus respectu donatarii, irrevocabiliter post acceptationem.*

45 *Magnus Etruria Dux non recognoscit superiorem.*

46 *Respublica Florentina, & Magni Duces ejus successores tantum possunt in locis sibi subjectis, quantum Reges, aliique Principes superiorem non recognoscentes, & quantum Imperator in Imperio.*

47 *Fideicommissa ordinari possunt in donationibus, aliisque contractibus, vel actibus proportionatis inter vivos, sicut in ultimis voluntatibus, & valida sunt.*

48 *Et talis opinio est usu receptior, licet contraria in puncto juris verior sit.*

49 *Amplia ut possint ordinari tam per modum fideicommissaria, quam vulgaris substitutionis.*

50 *Ex fideicommisso in contractu ordinato possunt detrahi dotes vigore* authen. res quæ, *& de aliis circa materiam remissivè.*

51 *In fideicommissis, majoratibus, & primogenituris ordinatis per contractus inter vivos locum habet transmissio tam activa, quam passiva, etiam pendente conditione.*

52 *Ratio est, quia in dispositionibus factis per contractum stipulator censetur sibi, & suis haredibus prospicere voluisse, quod secus est in ultimis voluntatibus.*

53 *Declara conclusionem non procedere in actibus inter vivos naturam ultimarum voluntatum habentibus, prout esset donatio causa mortis.*

54 *Donatio facta a patre filiofamilias morte confirmatur, & ideo habet vim ultima voluntatis.*

55 *Trasmissio facilius datur in contractibus, quam in ultimis voluntatibus, & de ratione.*

56 *Quod procedit, quando agitur de impedienda reversione bonorum ad donantem, vel alium extraneum, non verò quando agitur de excludenda filia superstite, & ut pars donationis possessa a defuncto ad ejus successores in donatione non comprehensos transferatur.*

57 *Post jus quasitum donatario, ejusque haredibus, bona eorum favore fideicommisso supposita non possunt a donatore alienari, vel hypothecari.*

58 *Et eorum alienatio nulla est, non solum si fiat pro debitis gravati, sed etiam si fiat pro debitis ipsiusmet fideicommittentis post conditum fideicommissum.*

59 *Nisi tamen fideicommissum fuisset ordinatum sub conditione potestativa, & voluntaria, qua medio tempore non impedit alienationem bonorum fideicommissariorum, secus si fuisset ordinatum sub conditione casuali, & mixta.*

60 *Transmissio locum non habet, quando donatio, vel contractus inter vivos sunt personales, & de ratione.*

61 *Non tamen donatio personalis dicitur, licet nomen proprium donatarii expressum fuisset.*

62 *In dubio non prasumitur personalis*

63 *Transmissio impedita remanet, si in donatione, vel contractu apposita fuerit conditio supervivencia.*

64 *Declara ut ad hunc effectum talis conditio debeat esse expressa, cum non sufficiat tacita, vel subintellecta.*

65 *Contra, quod etiam tacita elicita ex conjecturis sufficiat.*

66 *Transmissioni locus non est, quando fideicommisso in contractu ordinato adjecta fuerit aliqua conditio, qua non fuit adimpleta a donatario, vel a vocato ad fideicommissum.*

67 *Transmissio etiam in contractu non datur in prajudicium persona magis dilecta.*

68 *Ad hunc effectum filius dicitur persona magis dilecta, in concursu nepotis ex alio filio, qui non fuit vocatus.*

69 *Filii non vocati habentur pro extraneis.*

70 *Item transmissio non datur, quando favore persona superstitis habet locum jus accrescendi conventionale, seu non decrescendi.*

Ad num. 1. 5. & seqq.

DOnationes a Principe superiorem non recognoscente factæ habent plura specialia.
Primum speciale est, quod donatio facta a 1
Principe habet vim legis, quæ mortuo etiam Principe donatore locum habet, ita ut non possit ab
ejus successore revocari *Spad. cons.* 144. *n.* 3. *lib.* 1.
Barbos. in l. donationes 26. *n.* 6. *C. de donat. inter vir. & ux. Mant. de tacit. lib.* 13. *tit.* 17. *num.* 16.
Antunez de donat. reg. lib. 1. *cap.* 3. *num.* 2. quod
etiam in Civitate, seu Communitate non recogno- 2
scente superiorem militare dixit *Venturin. dec. Florentina* 47. *n.* 54. *& seqq.*
Intellige tamen, dummodo non multum lædat 3
Imperii, seu Regni dignitatem *Mant. dict. loc. n.* 17.
Barbos. ibidem *sub n.* 6. *De Pont. de feud. lect.* 8.
num. 8. *in fin. Larr. alleg. Fiscal.* 12. *n.* 3. *&* 11.
Secundum, quod licet donatio facta inter vi- 4
rum, & uxorem non teneat *tot. tit. ff. & Cod. de donat. inter vir. & ux.* tamen hoc limitatur in donatione Principis propriæ uxori factæ, & è contra
l. donationes 26. *C. de donat. inter vir. & ux.* ibique
Barbos. n. 1. *& Brunem. n.* 1. *& seqq. & cons.* 1.
sub n. 224. *Mant. de tacit. lib.* 21. *tit.* 3. *n.* 2. *& tit.* 4. *n.* 2. *Mastrill. de magistrat. lib.* 1. *cap.* 4.
n. 21. *& seqq. Sanchez. de matrim. lib.* 6. *disput.* 3.
n. 1. *Tiraquell. de nobil. cap.* 37. *n.* 51. *Antun. de donat. reg. dict. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. *&* 5. *Gail. lib.* 2. *observ.* 38. *n.* 17. *Fagundez de justit. lib.* 4.
cap. 11. *num.* 22. *Onnat. de contract. tract.* 10. *disput.* 33. *de donat. inter vir. & ux. n.* 110. *Mangil. de imput. quast.* 45. *n.* 33.
Tertium, quod valet facta a Principe filio in 5
sua potestate existenti; licet enim regulariter pater filio in sua familia existenti donare non possit,
eo quia sibi donaret propter identitatem filii cum
patre a juris fictione præsumptam, tamen hoc in
Principe locum non habet propter excellentiam dignitatis *Brunemann. dict. cons.* 1. *n.* 225. *Barbos. in l. donationes quas parentes* 25. *n.* 4. *C. de donat. inter vir. & ux. Gaill. observ.* 38. *n.* 16. *lib.* 2. *Tiraquell. de nobilit. cap.* 37. *sub n.* 51. *Mangil. de imput. dict. quast.* 45. *n.* 29. *& seqq. Menoch. de prasumpt. lib.* 3. *prasumpt.* 29. *n.* 97. *Sarmient. de redit. Eccles. part.* 4. *cap.* 4. *n.* 6. *Antun. dict. cap.* 3.
n. 6. *Cassan. in catalog. glor. mund. part.* 5. *consider.* 24. *privil.* 154. *Tepat. var. sent. tit.* 496. *capit.* 10. *vers. quinto limitatur.*
Sed contra, quod donatio facta a Principe fi- 6
lio suo in sacris paternis adhuc existenti non valeat, nisi expressa sit Principalis authoritas, tenuit
Gallus in causa Magni Etruriæ Ducis scribens *cons.* 4.
num. 24.
At hæc restrictio reprobatur a *Sarmient. loc.* 7
cit. sub n. 1. *Mangil. loc. pariter cit. n.* 31. *&* 32.
& Menoch. dict. prasumpt. 29. *n.* 100. optimam rationem reddentibus, ideoque nullo modo admitti
debet.
Quartum, quod etsi militi non liceat donare 8
suæ

suæ concubinæ l. 2. C. de donat. tamen hoc limita-
9 tur in Principe Barbos. in dict. l. 2. n. 14. C. de
donat. inter vir. & uxor. Tiraquell. de Nobil. ca-
pit. 37. n. 52. Peregrin. de jur. fisc. lib. 2. tit. 9.
num. 14. Mart. de success. legal. part. 4. quæst. 18.
art. 11. num. 49. Antun. de donat. reg. dict. cap. 3.
num. 7. Hermosill. ad leg. partit. lib. 1. tit. 4.
partit. 5. gloss. 6. num. 13. Trentacinq. var. resol.
lib. 3. tit. de donat. resol. 7. sub n. 6. vers. tertio.

10 Quintum, quod etiam si quingentos solidos
excedat, non egeat insinuatione l. sancimus 34.
vers. exceptis C. de donat. Bruneman. dict. cons. 1.
num. 223. Salern. cons. 19. sub n. 43. lib. 1. Gra-
tian. discept. forens. 312. n. 4. Cævall. pract. quæst.
commun. quæst. 222. num. 9. Altograd. controv. 95.
num. 56. Tiraquell. de nobilit. cap. 37. num. 53. An-
tun. dict. cap. 3. n. 28. Hermosill. ad leg. partit.
l. 9. tit. 4. partit. 5. num. 36. Onnat. de contractib.
tract. 10. de donat. disput. 30. num. 143. Uan. en-
cycloped. jur. tit. 2. cap. 4. num. 26. Eustach. a S.
Ubald. de contract. lib. 2. cap. 15. num. 5. Fagun-
dez de just. lib. 4. cap. 9. num. 12. Castill. controv.
jur. lib. 8. cap. 11. sub num. 8. vers. sexto. Francisc.
Mart. dec. Delphin. 549. num. 6. part. 2. Rot. de-
cis. 242. n. 15. par. 18. rec.

11 Quod etiam è contra militat in donatione,
quam privatus Principi facit dict. l. sancimus 34.
vers. exceptis C. de donat. Unn. loc. cit. n. 28. On-
nat. loc. pariter cit. Antun. dict. cap. 3. n. 41.

12 Sextum, quod licet dominium sine traditione
non transferatur l. traditionibus C. de pact. nihilo-
13 minus ex donatione facta a Principe transfertur do-
minium in donatarium absque traditione, vel ap-
prehensione possessionis Caldas in l. si curatorem
habens verb. lasis num. 109. Mart. cons. 8. n. 10.
& seqq. Altograd. cons. 4. num. 45. & cons. 74.
num. 15. lib. 2. Aguirr. de tacit. repet. oner. cap. 5.
§. 2. sect. 1. n. 16. in fin. Mieres de maior. par. 1.
quæst. 26. num. 20. & plurib. seqq. Hermosill. ad
leg. partit. l. 7. tit. 4. partit. 5. gloss. 3. sub n. 14.
Tiraquell. de nobilit. cap. 37. num. 57. Gaill. obser-
vat. 55. num. 6. lib. 2. Amat. resol. 12. num. 15.
Gratian. discept. 310. num. 11. Covarruv. var. re-
sol. lib. 2. cap. 19. n. 3. Altograd. dict. controv. 95.
num. 33. Antun. dict. cap. 3. num. 8. Mascard. de
probat. concl. 541. num. 10. Solarzan. de jur. Indiar.
tom. 2. lib. 2. cap. 9. sub num. 21. & num. 22. Cas-
san. catalog. glor. mund. part. 5. consider. 24. pri-
vil. 14. Cabed. dec. Lusitan. 39. sub num. 7. part. 2.
Magon. dec. Lucens. 30. num. 32. Adden. ad Baratt.
dec. 602. sub n. 23.

14 Quod pariter è converso militat etiam in do-
natione a privato Principi facta Altograd. Jun. dict.
controv. 95. num. 32.

15 Declara hoc speciale procedere, si Principis
donatio, vel concessio facta sit per modum gra-
tiæ, nam tunc dominium transfertur sine traditio-
ne, secus autem si fieret per modum contractus,
tunc enim Princeps secundum juris comunis di-
spositionem intelligitur contrahere voluisse Mart.
dict. cons. 8. num. 13. & 26. Gaill. observ. 55. sub
num. 6. vers. limita, & num. 7. lib. 2. Cassan. in
catalog. glor. mund. part. 5. dict. consid. 24. privi-
leg. 142. Magon. dict. decis. Lucens. 38. n. 33.

16 Sed hæc declaratio, vel non videtur vera per
ea, quæ tradunt Altograd. Jun. dict. controv. 95.
num. 33. Rot. dec. 664. sub num. 18. part. 2. ubi
quod generaliter in contractibus Principum domi-
nium transfertur sine traditione.

17 Vel saltem limitanda est, si constet de volun-
tate Principis volentis omninò dominium transfer-
re Add. ad Magon. dict. decis. Lucens. 38. litt. G.
Cassan. loc. citat.

Ex hoc infertur septimum, quod scilicet in 18
donatione hujusmodi qui prior est tempore præ-
fertur secundo, etiam si secundus possessionem a-
deptus fuerit, quamvis enim de jure secus sit vol-
gata l. quoties. Cod. de rei vind. tamen cum in do-
nationibus Principis nulla, ut diximus, traditio re-
quiratur, priori statim dominium, & possessio ex
sola concessione acquiritur, ideoque traditio in se-
cundo nihil operatur Bruneman. cons. 20. num. 3.
Tiraquell. de nobilit. cap. 37. n. 56. Covarruv. var.
resol. lib. 2. cap. 19. num. 3. Gaill. obser. 55. n. 1.
lib. 2. Antun. de donat. reg. dict. cap. 3. num. 17.
& cap. 4. num. 14. eod. lib. 1. Solorzan. de jur. In-
diar. tom. 2. lib. 2. dict. cap. 9. num. 11. & seqq.
& num. 21. Cassan. catalog. glor. mund. part. 5. dict.
consid. 24. privil. 140. Hermosill. ad leg. partit.
l. 53. tit. 5. partit. 5. gloss. 6. num. 1. & 2. Mie-
res de major. loc. cit. num. 13. & 16. Aguirr. loc.
pariter cit. sub num. 16. vers. nisi donatio, & §. 3.
sect. 1. sub n. 19.

Sed contrarium, quod etiam in donatione Prin- 19
cipis locum habeat dicta l. quoties C. de rei vind.
& quod Princeps absque traditione transferat do-
minium tantum revocabiliter, ita ut si Princeps alte-
ri donet ante acceptationem secundus præferatur, te-
nuit Altograd. Sen. dict. cons. 4. num. 47. lib. 2.

At ejus dicto non est deferendum, quia loqui- 20
tur contra comunem, ut patet ex superius addu-
ctis, quibus addi possunt Altograd. Jun. controv. 95.
sub num. 33. Rot. decis. 664. sub num. 18. part. 2.
recent. individualiter ad dictam l. quoties respon-
dentes.

Octavum, quod in hisce donationibus a Prin- 21
cipe factis locus est juri accrescendi ad favorem
alterius donatarii, etiam post quæsitum emolumen-
tum, quod in aliis privatorum contractibus secus
se habet l. unic. Cod. si liber. Imp. soc. lib. 10. Bru-
neman. cons. 19. num. 10. Altograd. cons. 11. n. 2.
& seqq. & cons. 91. num. 5. lib. 2. Bellon. de jur.
accresc. cap. 6. quæst. 32. num. 66. vers. quintus ca-
sus, & quæst. 36. num. 15. & seqq. Mantic. de ta-
cit. lib. 13. tit. 17. n. 15. Crass. de success. §. jus ac-
crescendi quæst. 15. n. 4. Peregrin. de jur. fisc. lib. 1.
tit. 2. num. 103. Cancer. var. resol. part. 3. cap. 22.
num. 51. & 52. Tiraquel. de nobilit. cap. 37. n. 54.
Antun. dict. cap. 3. num. 22. Solorzan. de jur. Ind.
tom. 2. lib. 2. cap. 12. num. 49. & seqq. Paschal.
de virib. patr. potest. part. 1. cap. 3. n. 49. & 50.
Caldas Pereyr. de emptit. lib. 3. cap. 13. sub n. 36.
Capyc. Galeot. respons. fiscali 12. num. 107. Dua-
ren. de jur. accresc. lib. 1. cap. 16. in princ. Rot.
Bonon. divers. dec. 129. num. 46.

Quo casu fiet etiam tacita onerum repetitio, 22
ex regula, quod ubi in contractibus locus est ju-
ri accrescendi, ibi quoque tacita onerum repetitio
locum habet Aguirr. de tacit. oner. repet. dict. ca-
pit. 5. §. 3. sect. 1. num. 20. Bellon. de jur. accre-
sc. cap. 8. quæst. 19. n. 3. Rosental. de feud. cap. 6.
concl. 74. n. 13.

Nonum, quod licet donatio sit contractus stri- 23
cti juris l. eum qui ff. de donat. tamen hoc fallit
in Principe, ejus siquidem donatio est contractus 24
bonnæ fidei Gallus in causa Magni Etruriæ Ducis
scribens cons. 3. num. 13.

Ex quo promanant duo sequentia specialia, 25
decimum scilicet, quod quamvis in donationibus
contra donatarium sit facienda interpretatio, eo
quia obligatio est strictè interpretanda l. pleramque
ff. de jur. dot. l. si in emptione 34. §. si emptio,
& l. si ita 25. ff. de contr. empt. tamen hoc non 26
procedit in donatione Principis, ut distinguendo
tradunt Casanat. cons. 56. n. 64. Cancer. var. re-
sol. part. 1. cap. 8. n. 145. & 146. Tesaur. dec. 199.

n. 2.

n. 2. ibique etiam firmant *Spad. cons* 144. *num.* 1. *lib* 1. *Boscul. apud Torr. de majorat. respons.* 1. *n.* 169. *fol.* 472. *part.* 2. *Cobed. dec. Lusitan.* 95. *num.* 1. *part.* 2.

27 Et hoc esse speciale in donatione Principis absolute tenendum est, quidquid in contrarium dicat *Montic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 21. *num.* 16. quem refert *Redenast. cons.* 46 *n.* 76.

28 Et undecimum, quod quamquam in alternativis regulariter electio sit debitoris *cap. in alternativis de R. I. in* 6. nihilominus in donatione a Principe facta, electio non spectat ad concedentem, sed
29 ad accipientem *Barbos. in dict. cap. in alternativis num.* 16. *Tiraquell. de nobilit. cap.* 37. *n.* 53. *Antun. de donat. reg. dict. cap.* 3 *n.* 16. *Caldas Pereyr. de emphyt. lib.* 2. *quæst.* 10 *n.* 61. *Cresp. de Valdaur. part.* 2. *observ.* 86. *num.* 11. *& seqq.*

30 Duodecimum speciale est, quod etsi in donatione, quæ incipit a promissione regulariter detur evictio, tamen hoc in donatione Principis locum non habet *Antun. de donat. reg. dict. cap.* 3. *n.* 49. *Alfar. de offic. fiscal. gloss.* 10. *n.* 10. *Guzman. de evict. quæst.* 25. *nu.* 32.

31 Decimum tertium, quod quantumvis donata filio contemplatione patris cum fratribus conferri
32 debeant, tamen hoc fallit in donatis a Principe, quia ea non conferuntur, sed sunt præcipua donatarii, quia censentur bona quasi castrensia *Antun. dict. cap.* 3. *num.* 63. *Caldas in l. si curatorem verb. lesis sub n.* 100 *Molin. de just. & jur. disput.* 231. *num.* 7. *Cabed. dec. Lusitan.* 115. *n* 4. *part.* 1.

33 Ex eadem ratione deducitur speciale decimum quartum, quod etsi patri ususfructus in bonis filiofamilias donatis quæratur *l* 1. *&* 2. *C. de bon. matern. l* 1. *&* 3. *C. de bon. quæ liber.* tamen hoc lo-
34 cum non habet in donatis a Principe filiofamilias *l. cum multo* 7. *C. de bon. quæ liber. Antun. de donat. reg. dict. cap.* 3. *num.* 68. *Mangil. de imput. quæst.* 43. *num.* 33. *Solorzan. de jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 5. *Gratian. discept.* 993. *n.* 10. *&* 11 *Michal. de fratrib. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 29. *Posthal. de vir patr. pot. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 47. *Cassan. cons'og glor. mund. part.* 5. *consid.* 24. *privil.* 134 *Caldo in l. si curatorem verb. lesis n.* 106. *& seqq.* & confert *Rot. dec.* 54. *n.* 3. *&* 4. *part.* 10. *recent.*

33 Ampl a primo, dictam conclusionem locum habere etiam in donatione a Principe facta filio ob servitium patris, quia non est inspiciendum cujus contemplatione fuerit concessa, sed in quem conferatur *Solorzan. de jur. Indiar. lib.* 2. *dict. cap.* 15. *num.* 4. *tom.* 2.

36 Amplia secundo, idem obtinere in bonis majoratus erecti ex gratiis & donationibus Principis *Solorzan. de jur. Ind. tom.* 2. *lib.* 2 *cap.* 15. *n.* 9. *Antun. de donat. reg. dict. cap.* 3. *n.* 68.

37 Decimum quintum, quod neque legitima patri quæratur in donatis a Principe dixit *Cyriacus controv.* 474. *num.* 23.

38 Sed hæc opinio vera non est. *Cyriac.* enim male pro sua sententia allegat *Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 11. *n.* 1. *& seqq.* qui postea sub *n.* 3. *vers sed contraria opinio*, eam reicit, & contrariam sequitur, concludens etiam ex his bonis legitimam parentibus deberi.

39 Decimum sextum speciale est, quod licet valeant statuta prohibentia, ne forenses bona stabilia acquirant, tamen non ligant forensem acquirentem a donatario, in quem Princeps omne jus suum transtulit, sicuti enim Princeps ipse posset in forensem alienare, neque ab hujusmodi statutis ligaretur, ita & talis ejus donatarius *Cyriac. controv.* 529. *n.* 24. *& seqq.*

Decimum septimum, quod quidquid sit in donatario personæ privatæ, tamen donatarius Princi- 40
pis tenetur actione personali ad æs alienum donatarii *Ger. Spin. cons.* 75. *num.* 32. *Counciol. de donatar. solvent. debit. donator. n.* 103.

Decimum octavum, quod donatarius Principis 41
sit ipso jure securus, nec possit inquietari, etiam a domino rei donatæ, cui solum superest actio contra Principem donantem ad celebres text. in *l. omnes, & in l. bene a Zenone. C. de quadrien. præscrips. De Luc. de regal disc.* 148. *num.* 42. *& disc.* 43. *sub num.* 1. *vers. secundo*, unus pro cunctis *Gob. ad dictam l. bene a Zenone per tot. tract.*

Decimum nonum denique speciale est, quod 42
donatio Principis etiam minus legitimè facta substinetur, & pro legitima habetur *Posserin. problem.* 7. *sub num.* 1. *Boscul. apud Torr. de maior. respons.* 1. *n.* 199. *part.* 2. *Mieres de major. part.* 4. *quæst.* 1. *num.* 176. *Roudens. dec. Pisan.* 42. *sub n.* 91. *versic. septimum caput.*

Ideoque ex ea quæritur jus absenti, etiam sine 43
ejus acceptatione *Menoch. cons.* 331. *num.* 99. *Mieres de major. part.* 1. *quæst.* 36. *num.* 123. *Hermogill. ad leg partit. l.* 9. *tit.* 4. *part.* 5. *gloss.* 1. *num.* 36. *Mort. vot. Pisan.* 215. *num.* 14. *Thesaur. decis.* 70. *ampliat.* 4 *n.* 8 *Actoris. dec. Florentina* 84 *n.* 9. & firmat hic nostra *dec. n.* 7.

Intellige tamen si postea aliquando accepte- 44
tur, & sic pendente acceptatione revocabiliter respectu donatarii, irrevocabiliter vero post acceptationem *Antun. de donat. reg. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 26. *Aguirr. de tacit. repet. oner. cap.* 5. §. 3. *sect.* 1 *sub n.* 19. *vers sed notandum.*

Hæc omnia, quæ huc usque dicta sunt, procedunt in donationibus supremorum Principum superiorem non recognoscentium, quales sunt Magni 45
Etruriæ Duces, ut ex pluribus firmat hæc nostra
dec. num. 5. & quod Respublica Florentina, & Se- 46
renissimi Magni Duces ejus successores tantum potuerint, & possint in locis sibi subjectis, quantum Reges, aliique Principes superiorem non recognoscentes, & quantum Imperator in Imperio innumeris relatis auctoritatibus firmat *dec. Florent.* 124. *n.* 14. *&* 17. inter impress. *coram me.*

Nunc verò in *seqq. num.* agemus de aliis concernentibus donationes privatorum.

Ad num. 2. *& seqq.* 17. *&* 26.

Quod fideicommissa ordinari possint in dona- 47
tionibus, aliisque contractibus, vel aliis actibus proportionatis inter vivos, sicuti in ultimis voluntatibus, & valida sint, post plures, quos refert plene *decis. Florent.* 33. *num.* 74. *coram me*, & infra *decis.* 83. *num.* 34. *& seqq.* impress. post *Girond. de gabell. decis.* 16. *& decis.* 135. *num.* 2. *& seqq.* in sequenti vol. imprim. *& apud Magon. decis.* 71. *num.* 6. firmant *Gratian. discept.* 247. *num* 1. *Mans. consult.* 276. *num.* 94. *& seqq. Peregrin. de fideicomm. artic.* 51. *num.* 2. *Fusar. de substit. quæst.* 14. *n.* 8. *Petr. de fideicomm. quæst.* 4. *num.* 1. *& seqq. Merlin. de legitim. lib.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 19. *num.* 1. *Robl. de repræsent. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 4. *& seqq. Castill. controv. jur. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 152. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 4. *& seqq.* ubi latissime adducens rationes, & auctoritates hinc inde, illasque explicans, &
num. 38. subdens, quod licet contraria opinio in 48
puncto juris sit verior, nostra tamen fatetur, quod sit usu receptior, & in *Mantiss.* post eumdem *decis.* 6. *num* 7. *de primogen. part.* 1. *cap.* 34. §. 1. *num.* 2. *& seqq. fol.* 254 *& variar. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 25. *n.* 1. *fol.* 327. *& quæst.* 40. *n.* 1. *& seqq.*

& feqq. fol. 417. Maftril. decif. 190. num. 9. Capyt.
decif. 2. num. 2. & feqq. Ofafch. decif. 85. num. 6.
Vrv. decif. 407. num. 16. Milanen. decif. 8. num. 395.
Cutel. decif. 5. num. 51. Rot. Rom. in recent. de-
cif. 284. num. 27. part. 6. decif. 51. num. 17. de-
cif. 216. num. 1. & decif. 555. num 4. part. 18.
decif. 355. num. 5. & 6. part. 19. coram Seraphin.
decif. 416. num. 16. & difcuffa materia Dunozett.
Jun. decif. 915. num. 2. & feqq. Celf. decif. 36.
num. 1. Caprar. decif. 78. num. 1. decif. 221. n. 16.
& decif. 433. num. 1. ubi reprobat Menoch. con-
trarium fentientem, poft Conftant. ad Statut. Urb.
decif. 111. num. 11. apud Palm. Nep. decif. 350.
num. 1. & 2. & in alia caufa Florentina de Luc.
de fideicomm. difc. 225. num. 4. Rot. poft ipfum ad
eumdem tract. decif. 50. num. 1. & in Interamnen.
Immiffionis 5. Junii 1716. §. quia idem, & §. al-
tera vero coram Eminentiff. D. meo Card. Althann, in
Romana, feu Terracinen. Immiffionis 15. Februa-
rii 1723. §. immiffionem, & 11. Junii ejufdem anni
§. ratio fiquidem coram Eminentiff. D. meo Falcone-
rio, & in Romana Fideicommiffi Jo. Antonii Urfini
Junioris 2. Decembris 1724. §. nihilominus coram
R. P. D. meo Calcagnino, ubi quod ordinari pof-
49 funt in contractibus nedum per medium vulgaris,
fed etiam fideicommiffariæ fubftitutionis, in Prane-
ftina Fideicommiffi fuper refervatis 14. Februar. 1721.
§. fublato, & feqq. coram Foftaro, confirmat. 28.
Junii ejufdem anni §. fic autem coram eodem, &
6. Martii 1722. coram Cerra, & in eadem quoad
bona Torquati 14. Februarii 1727. coram R. P. D.
meo Crifpolto.

50 Et an ex dicto fideicommiffo detrahi poffint
dotes vigore Auth. res quæ dict. decif. 53. num. 20.
& feqq. & num. 50. ubi pro affirmativa, & reii-
ciuntur contrarii, & afferuntur limitationes, &
declarationes coram me, & num. 46. & feqq. &
fupra hic decif. 33. num. 16.

52 Agitur etiam in hac decifione de tranfmiffio-
ne, in qua regula eft, quod in fideicommiffis,
primogenituris, & majoratibus, quæ ordinantur
in contractibus inter vivos, difpofitio conditionalis
tranfmittitur ad hæredes tam active, quam paffi-
ve, & hæres ftipulatoris agere valet contra pro-
mifforem, vel ejus hæredes, quamvis conditio
non advenerit in primo ftipulatore, vel difponens
deceflerit ante donatarium, textus eft literalis in
§. ex conditionali inftit. tit. de verbor. obligat. &
l. quoties C. de donat. quæ fub modo. Mantic. de ta-
cit. lib. 14. tit. 41. num. 10. Noal. de tranfmiff.
caf. 5. num. 2. & 3. Cancer. variar. refolut. lib. 3.
cap. 21. de tranfmiff. n. 65. Fufar. de fubftit. quæft. 490.
num. 46. Cutel. de donat. lib. 2. tract. 2. difc. 1.
fpecial. 37. num. 1. de Luc. de fideicomm. difc. 142.
num. 5. & de donat. difc. 8. num. 12. Altograd. in
caufa hujus Dominii controv. 29. num. 2. ubi plures
alios textus adducit, & in alia caufa hujus Domi-
nii controv. 53. num. 11. Thefaur. decif. 70. num. 5.
verf. dito autem, Guidopap. decif. 147. num. 1. &
feqq. Surd. decif. 144. num. 24. ibique Hodiern.
Capyt. Latr. decif. 2. num. 9. & feqq. ibique Gizz.
num. 3. & 4. Phæb. decif. Lufitan. 191. num. 13.
Torr. de primogen. tom. 1. cap. 34. num. 82. & feqq.
fol. 259. & 260. & num. 87. & feqq. ubi contra-
rias auctoritates adducit, & reprobat, & variar.
jur. quæft. tom. 1. tit. 2. quæft. 25. num. 5. & feq.
fol. 327. & num. 32. & de pact. futur. fucceff. lib 3.
cap. 2. num. 66. & feqq. ubi latiffime Rot. poft eum
decif. 39. num. 14. & in recent. decif. 9. num. 7.
part. 7. decif. 98. num. 18. & 19. part. 12. & co-
ram Duran. decif. 94. num. 14. & feqq. Merlin. de-
cif. 664. num. 35.

51 Idque ea inuitur ratione, quia difpofitiones
factæ in contractibus firmiores, & validiores funt,
ex quo in eis intervenit factum ftipulatoris, qui
in dubio cenfetur voluiffe profpicere fibi, & fuc-
cefforibus fuis, & ex tali contractu perpetuam, &
duraturam utilitatem adipifci l. fi pactum ff. de
probation. Quod non procedit in teftamentis, aliif-
que difpofitionibus ultimam voluntatem fapienti-
bus, quæ unice pendent a teftatoris voluntate,
qui hæredibus legatarii, vel vocati ad hæredita-
tem, in teftamento providere voluiffe non cen-
fetur, ut declarat gloff. in dict. §. ex conditionali
verb. contigerit, Gomez variar. refol. tom. 2. cap. 11.
num. 36. ibique Ayllon. De Marin. refol. 86. n. 4.
lib. 1. ibique de Luc. num. 2. & feqq. Mart. de
fucceff. legal. part. 1. quæft. 24. artic. 5. num. 11.
Noal. de tranfmiff. cap. 5. num. 3. Torr. de pact.
futur. fucceff. lib. 3. dict. cap. 2. num. 70. & feqq.
& de primogen. tom. 1. cap. 34. num. 83. & feqq.
abunde Sperel. decif. 169. num. 25.

Hanc tamen conclufionem procedere intelli- 53
gas in difpofitionibus inter vivos, quæ naturam
contractus fortiuntur, non in aliis actibus inter vi-
vos naturam ultimarũ voluntatum habentibus, prout
effet donatio caufa mortis, in iftis enim actibus, &
difpofitionibus non effe locum tranfmiffioni diftin-
guendo unum cafum ab alio firmant Torr. de pact.
futur. fucceff. lib. 3. cap. 2. num. 74. & de primo-
genit. tom. 1. dict. cap. 34. num. 92. & feqq. & n. 94. 54
ubi quod nec etiam tranfmittitur donatio facta a
patre filiofamilias, quæ naturam ultimæ voluntatis
fortitur, eo quia morte confirmatur fol. 261. &
num. 101. & feq., ubi quando, & ex quibus di-
catur facta donatio caufa mortis.

Ex prædictis infertur tranfmiffionem facilius 55
dari in contractibus, quam in ultimis voluntatibus,
cum vigore jam dictæ ftipulationis jus fuper re
donata fuerit filiis, & fuccefforibus donatarii ir-
revocabiliter acquifitum, abundè Ludovic. Bell. con-
fil. 20. num. 2. per tot. Rot. in Romana Bonorum,
feu Donationis 9. Maii 1707. §. proinde. & feqq.
coram Priolo, in Nepefina Donationis 31. Martii 1713.
coram Lancetta, & 22. Junii 1714. §. vocatione co-
ram Crifpo.

Quæ illatio vera eft, & procedit quando a- 56
gitur de impedienda reverfione bonorum donato-
rum ad donantem, vel alium extraneum, non ve-
ro quando quæftio eft de excludenda filia fuper-
ftite, ne totum capiat, & ut pars donationis pof-
feffa a defuncto ad ejus fucceffores in donatione non
comprehenfos transferatur, ut benè in fpecie ex-
plicat Rot. in dict. Nepefina Donationis 31. Martii
1713. §. quandoquidem, & feqq. coram Lancetta, &
22. Junii 1714. §. in hujus coram Crifpo.

Et propter hoc jus quæfitum donatario, ejuf- 57
que hæredibus bona donata non poffunt amplius a
donante alienari, vel hypothecari poft ordinatum
fideicommiffum favore donatarii, cum iftud fit ir-
revocabile, ut profequitur Rot. coram Caprar. de-
cif. 126. num. 5. in citata Romana, feu Terracinen.
Immiffionis 15. Februarii 1723. §. etenim incipiendo
coram Eminentiff. D. meo Card. Falconerio, & 21.
Junii ejusdem anni §. fruftra coram eodem.

Et fi alienentur, alienatio nulla eft, nedum 58
fi fiat pro debitis hæredis gravati, fed etiam fi
fiat pro debitis ipfiufmet fideicommittentis poft
conditum fideicommiffum Rot. in dict. Romana, feu
Terracinen. Immiffionis 11. Junii 1723. §. fruftraque
coram Eminentiffimo D. meo Card. Falconerio.

Nifi fideicommiffum conventionale fuiffet or-
dinatum fub conditione poteftativa, & voluntaria, 59
quæ non impedit medio tempore alienationem bo-
norum fideicommiffariorum, licet fecus dicendum
effet, fi ordinatum fuiffet fub conditione cafuali,

& mixta

& mixta *Rot. coram Emer. Jun. dec.* 190. *num.* 8. *& 9 & dec.* 250. *num.* 5.

Declara primo, ut non sit locus transmissioni,
60 quando donatio, vel alius contractus inter vivos esset personalis, cum actus personales nunquam ad hæredes transeant, nec ad illos transmittantur *l. Aurelius ff. de lib. et. legat., l. si marito §. si pater ff. solut. matrimon* plenissimè *Altograd. controvers.* 29. *num.* 10. *& plurib. seqq. & num.* 36 *& seqq. Peregrin. de fideicomm. art.* 50. *num.* 20. *Cancer. var. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 106 *Noal. de transmiss. cas.* 5. *num.* 6. *Torr. de majorat. tom.* 1. *dict. cap.* 34. *n.* 93. *& seqq. fol.* 261 *& variar. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 15. *num.* 33. *& 34. fol.* 330. *Capyc. Latr. decis.* 2. *num.* 20.

61 Nec personalis dici posset, si nomen proprium donatarii expressum fuisset, non obstante enim hac nominis specificatione donatio transmissibilis est, ut dixi ego supra in *addit. ad decis.* 28. *n.* 129.

62 Et in dubio dicta donatio non præsumitur personalis, nisi de hoc expressè constet, ut ad effectum excludendæ transmissionis reprobatu *Altogr. Jun.* firmat *de Luc. de donat. disc.* 17. *num.* 3. *Torr. de majorat. Ital. tom.* 2. *dict. cap.* 34. *n.* 100.

63 Declara secundo, ut impedita remaneat transmissio, si in donatione, vel contractu apposita fuit conditio superviventiæ *l. quod de pariter ff. de reb. dub. Altograd. dict. controv.* 29. *num.* 35 *& controv.* 53. *num.* 19. *& seqq. Cancer. var. lib* 3. *dict. cap.* 21. *num.* 106. *&* 107. *Noal. de transmiss. cas.* 1. *num.* 198. *& dict. cas.* 5. *num.* 5. *Torr. de primogenit. tom* 1 *dict. cap.* 34 *sub num* 88. *et num* 97. *& 98. fol.* 261 *& variar. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *de substitut. & fideicomm. dict. quæst.* 25. *num.* 30. *& 31. & 33 fol.* 332., & in hac nostra *decis. n.* 27.

64 Quæ conditio, si donatarius supervivat donanti, debet esse expressa, nec sufficit tacita, præsumpta, vel subintellecta, ut pro impedienda transmissione in specie tradunt *Noal. de transmiss. cap.* 5. *num.* 5. *in fin. Cancer. var. resolut. lib.* 3. citato *cap.* 21. *num.* 98 *& 99 Torr. de primogenit. tom.* 1. *cap.* 34. *num.* 95. *& seqq. fol.* 262. *Hodiern. ad Surd. decis.* 144 *n.* 4. *Fontanell. dec.* 585. *n.* 14.

65 Verum hæc opinio mihi non placet, quia licet nulla adesse possit dubitatio pro deneganda transmissione, quando conditio superviventiæ expressa est, eumdem tamen operari debet effectum voluntas contrahentium ex conjecturis elicita, cum expressum etiam dicatur, quod ex conjecturis desumitur, nec sit præscripta certa forma pro declaranda voluntate testatorum, vel contrahentium, ut in specie firmat *Altograd. Jun.* in causa Pistorien. *dict. controv.* 29. *num.* 34 *& 35.*, & in causa Pisana *controv.* 53. *num* 20 *& seqq. Torr. de pact. futur. succ. lib* 3. *dict. cap.* 2. *num.* 75., ubi plures adducit concordantes.

66 Declara tertio, ut transmissioni locus non sit, quando fideicommisso facto in contractu adjecta fuit aliqua conditio, quæ non fuit adimpleta a donatario, vel a vocato ad dictum fideicommissum *Gratian. discept.* 612. *num.* 2. *Altograd. dict. contr.* 53. *num.* 15. *Torr. de primogenit. tom* 1. *dict. cap* 34. *num.* 107. *fol.* 261. *& de pact. futur. success. lib.* 2. *cap* 16. *num.* 22. *Rot. post com decis.* 83. *num.* 3. *& 4.*

67 Declara quarto, ut non detur transmissio in præjudicium personæ magis dilectæ *Cyriac. contr.* 8. *num.* 130. *& seqq. Noal. de transmiss. cas.* 1. *n.* 185. *Rot. coram Mantic. decis.* 319. *num.* 4. *in rec. decis.* 502. *num* 3. *par.* 4. *& in Nepesina Donationis* 31. *Martii* 1723. *§. extranei coram Lancetta, &* 22. *Junii* 1714 *§. in hujus coram Crispo.*

68 Et ad hunc effectum filius dicitur persona magis dilecta in concursu neputis ex alio filio, qui non fuit vocatus *Rot. in Avenionen. Primogenituræ, seu Concursus* 23. *Januarii* 1705 *§. proprietas coram bo. me. Muto, & in dict. Nepesina Donationis* 69
22. *Junii* 1714 *§. aliquid coram Crispo*, ubi quod filii, qui vocati non fuerunt, semper habentur pro extraneis.

Quinto transmissioni locus non est, quando 70
favore personæ superstitis habet locum jus accrescendi conventionale, seu non decrescendi plenè *Rot. in dict. Nepesina Donationis* 31. *Martii* 1723 *§. tantoque magis, & seqq. coram Lancetta, &* 22. *Junii* 1714 *§. eoque minus coram Crispo.*

FLORENTINA
Fideicommissi.

18. *Octobris* 1607. *ex Lib. Mot.* 89. *a* 451.

ARGUMENTUM.

Repræsentatio in fideicommisso ordinato ab ascendente locum habet non obstante clausula -- *salva gradus prærogativa.* -- Cessat autem in transversalibus ultra patruum, & nepotem.

SUMMARIUM.

1 *Repræsentatio in transversalibus non habet locum ultra patruum, sed proximior excludit remotiorem, & num.* 3.

2 *In hæreditate avi succedit nepos ex filio prædefuncto æqualiter cum alio filio superstite, & num.* 7.

4 *Vocatis filiis, & eorum descendentibus succedit nepos cum patruo etiam in fideicommisso transversali patrui magni, non virtute repræsentationis, sed expressa vocationis.*

5 *Maxime stante clausula* -- in stirpes, & non in capita --

6 *Etiam si talis clausula sit solum in substitutione, quia repetita censetur in substitutione.*

8 *Repræsentatio etiam in descendentibus cessat, cum testator vocavit substitutos cum clausula* -- salvs gradus prærogativa --

Contra num. 11. *& seqq.*

9 *Limita, si cum dicta clausula adsit alia* -- in stirpes, & non in capita --

10 *Contra etiam si adsit dicta clausula* -- in stirpes &c. --

11 *In fideicommissis successivis gradus non considerantur respectu propinquitatis sanguinis, sed ordinis succedendi.*

12 *Patruus non dicitur proximior nepote in hæreditate avi, in qua locum habet repræsentatio.*

13 *Gradus per repræsentationem non corrumpitur, sed repræsentatur.*

DECISIO LX.

In Causa Fantoni, e Fantoni.

Decessit Franciscus quondam Gabrielis de Fantonibus, instituto suo herede universali Luca ejus filio, eique sine filiis decedenti, substitutis filiis Lucæ, & Bernardi fratrum testatoris, & eorum descendentibus masculis; decessit pariter Lucas frater dicti Francisci institutis hæredibus Laurentio, Gabriele, & Francisco filiis suis, iisdemque, atque eorum descendentibus ad invicem

invicem substitutis in stirpes, & non in capita, & salva inter eos gradus prærogativa; decessit tertio loco Gabriel filius Lucæ fratris dicti Francisci senioris, relicto post se Gabriele juniore filio suo; quarto loco decessit sine filiis Lucas filius dicti Francisci senioris, & sic purificatum fuit fideicommissum ab eo inductum ad favorem filiorum Lucæ, & Bernardi; quinto loco decessit Lucas Antonius filius Bernardi, & demum Laurentius filius Lucæ omnes sine filiis, & descendentibus. Unde orta est gravis contentio inter Franciscum filium dicti Lucæ ex una, & Gabrielem nepotem suum ex Gabriele fratre prædefuncto ex alia, in primis super bonis propriis Laurentii, secundo super bonis in eum perventis ex fideicommisso Lucæ patris; tertio super bonis fideicommissariis Francisci patrui; quarto super bonis propriis Lucæ filii Francisci; quinto super bonis propriis Lucæ Antonii filii Bernardi; sexto, & ultimo super bonis in dictum Lucam Antonium perventis ex fideicommisso Francisci patrui.

Et quia respectu bonorum propriorum Lucæ filii Francisci, & Lucæ Antonii filii Bernardi, res erat clara ad favorem Francisci Actoris, quia agebatur de hæreditate transversalium ultra patruum,
1 quo casu non est locus repræsentationi, sed proximior in gradu succedit, excluso remotiore *Dec. consf. 1. num. 4. & consf. 317. num. 2. Curt. Jun. consf. 128. num. 11. Rub. consf. 82. col. ult. Menoch. consf. 124. num. 84. vol. 2. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 95. num. 31. Mantic. lib. 8. tit. 9. num. 9. Rol. consf. 38. num. 34. lib. 4. Marzar. consf. 3. col. 2. versic. difficultas vero tota. Honded. consil. 70. n. 73. lib. 1. Dec. in l. 2. num. 6. C. de success. edict. Tiraquel. de primogen. quæst. 4. num. 191. cum seqq. Gabr. consf. 121. num. 11. lib. 1. Surd. consil. 463. num. 53. lib. 3. Crass. in §. fideicommissum quæst. 11. num. 5.* ubi de communi.

2 Et quia pariter respectu bonorum, quæ erant propria Laurentii filii Lucæ, certum erat, ea æqualiter pertinere ad Franciscum fratrem, & Gabrielem ex alio fratre nepotem, *§. cum filius instit. de hæred. ab intest. & §. reliquum auth. eodem tit. Dec. consil. 1. num. 3. Menoch. d. præsump. 95. & Turrett.*, qui alios cumulat *consil. 12. num. 2. lib. 1.* idcirco universa difficultas redacta fuit ad bona ex testamentis Francisci, & Lucæ seniorum.

Existimabat etenim Franciscus actor, se in bonis Francisci senioris omnino potiorem fore, ea ratione, quod cum Franciscus senior sit sibi patruus carnalis, Gabrieli vero patruus magnus, non potest iste, nec ex persona propria, nec ex per-
3 sona patris sui secum concurrere, quia respectu propriæ personæ remotior est, & ex persona patris non potest se adjuvare, quia in fideicommisso inducto a patruo magno, vel alio transversali remotiori locum non habet, ut supra dictum est, & aliàs etiam fuit per *Rot. Rom.* judicatum, teste *Marzar. dict. consil. 3.*, & est semper in judicando observandum, authore *Crass. dict. quæst. 11. num. 5. cum seqq.*

Verum facili negocio difficultas ista ad favorem nepotis resoluta fuit, quia cum Franciscus testator vocaverit non solum filios Lucæ, & Bernardi, verum etiam, & eorum descendentes masculos, argumento est, ipsum voluisse, quod altero
4 eorum mortuo, filius istius admittatur una cum patruo ad ejus successionem, utcumque testator propatruus sit, vel etiam ulterioris gradus transversalis, ut ex *Corn. Socc. Ruin. Dec. Paris. Cravett. Torniell. & Imol.* pluries probavit *Menoch.*, & præcipue *dict. consil. 124. num. 78. & dict. præsumpt. 95. num. 33.* idque non virtute repræsentationis, sed propriæ vocationis.

Et eo magis fuit in casu isto admittendum, 5
quia testator usus est etiam clausula -- *in stirpes, & non in capita* -- quæ eam vim habet, ut etiam remotior admittatur cum proximiori, ut post alios probarunt *Menoch. dict. consil. 124. num. 66. & dict. præsumpt. 95. num. 35. Peregrin. de fideicommiss. art. 22. num. 18.*

Et licet clausula illa revera legatur tantum 6
in institutione hæredum primi gradus, & non in substitutione, qui propriè est casus noster; ideo tamen dicendum est, quia etiam in secundo gradu repetita censeri debet *Torniell. inter consil. Portii consil. 53. num. 3.*, & in fortioribus terminis *Ruin. consil. 79. col. ultim. lib. 3. Menoch. dict. consil. 124. num. 74. & 75.*

Major difficultas emersit in resolutione facienda super bonis Laurentio obventis ex testamento Lucæ patris sui, & avi Gabrielis junioris, quia licet secundum communes traditiones æqualiter spectare debuissent tam Francisco, quam Gabrieli, quia in fideicommisso proveniente ab avo, & pu- 7
rificato ob mortem patrui, filius intrat in locum patris, & concurrit cum alio patruo *Rolan. consil. 68. num. 33. lib. 1. Menoch. dict. consf. 124. n. 8. & dict. præsumpt. 95. Turrett. dict. consil. 12. n. 6. lib. 1. Peregr. dict. artic. 21. num. 7.* ubi concordantes.

Attamen dicebatur istud minimè sibi locum 8
vindicare, quando testator vocavit substitutos, salva inter eos gradus prærogativa, ut in casu nostro; quia tunc excluditur omnis repræsentatio, & frater, qui in priori gradu existit, præfertur nepoti in ulteriori gradu existenti, idem *Menoch. dict. consil. 124. num. 85. & consil. 200. num. 39. & consil. 215. num. 137. & dict. præsumpt. 95. num. 20. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 9. num. 9. Pereg. dict. artic. 21. num. 30.*

Et quia adversus hujusmodi clausulam affe- 9
rebatur in medium, virtus clausulæ -- *in stirpes, & non in capita* -- qua idem testator usus est, quæve eam vim habere dicitur, ut non obstante clausula -- *salva gradus prærogativa* -- repræsentatio admittatur *Menoch. dict. consf. 124. num. 89. & d. præsumpt. 95. num. 35. & Peregrin. dict. artic. 21. num. 18. cum seqq.*

Replicabatur ad favorem Francisci, quod imo 10
ea non obstante excluditur repræsentatio, idque authoritate *Paris. consil. 40. num. 31. lib. 2. Soccin. Jun. consil. 135. num. 7. lib. 1. & consil. 149. n. 8. lib. 2. Curt. Jun. consil. 22. num. 16. & consil. 128. num. 3. Capr. consil. 123. in fin. & Marzar. consil. 3. col. 3. versic. non obstat*, & quod tunc illud tantum operatur, ut plures ejusdem gradus concurrentes cum alio æqualis gradus, habeantur pro uno.

Verum istis minimè attentis, Domini ad favorem nepotis responderunt. Movit autem eos potissimum, quod cum nos simus sine dubio in eo casu, ubi regulariter lex permittit filio repræsentare gradum patris, ut supra fuit probatum, & gradus in materia fideicommissi successorii consideretur non respectu propinquitatis sanguinis, sed respe- 11
ctu ordinis succedendi *Soccin. Sen. consf. 249. col. 13. versic. decimotertio probatur, & consf. 252. ante n. 18. Corn. consf. 230. in fin. vol. 3. & consf. 101. num. 7. vol. 4. & consf. 131. num. 6. & 10. vol. 2. & consil. 22. num. 15. eodem volum. Gabr. consf. 86. n. 3. vol. 1. Ruin. consil. 167. num. 8. vol. 2. Paris. consil. 59. num. 20 vol. 3. Socc. Jun. consf. 94. n. 14. vol. 1. Castr. in l. fin. C. de verbor. significat. Ruin. consil. 151. num. 14. & 15. vol. 2. & Peregrin. artic. 21. num. 9.* sequitur necessario, quod patruus 12
in successione avi non possit dici proximior nepo-

te gra-

te, gradum patris sui repræsentante, & per consequens, quod illa verba -- *salva gradus prærogativa* -- nihil eo in casu operari possint, sed in alium eventum reservari debeant; & hoc illud est, quod sibi voluerunt DD. quando dixerunt, quod quando filius ingreditur locum patris, tunc gradus
13 non corrumpitur, sed repræsentatur, ut ad hoc propositum tradidere *Peregrin. dict. art.* 21. *n.* 15. *circa med. Petr. de fideicomm. quæst.* 15. *num.* 129. *& Simon de Prat. lib.* 3. *fol.* 341. *num.* 30. *in fin.* quare cum idem gradus remaneat, & in persona filii repræsentetur gradus patris, nulla potest ex parte patrui considerari proximitas gradus, & clausula illa remanet hoc in casu inefficax, & effectus suos in aliud tempus reservat.

14 Nec vis aliqua facienda est in auctoritate *Parif. Socc, Jun. Curt. Jun. Capr. & Marzar.*, quia nec ipsi sententiam nostram negant, quando sumus in eo casu, ubi filius de jure communi ingreditur locum patris, ut unicuique eos paulo diligentius observanti facilè sit perspicuum, & rectè observavit *Bursatt. consil.* 67. *n.* 22. *&* 23. *lib.* 1.

Alexander Zilocchius.
Livius Riccardus.
Antonius Curinus.

A D D I T I O

A R G U M E N T U M.

Bene examinatur, an, & quando in fideicommissis ordinariis ab ascendentibus, vel transversalibus locum habeat repræsentatio ad effectum simultaneæ successionis nepotis cum patruo.

S U M M A R I U M.

1 *Repræsentatio in fideicommissis transversalium non datur ultra patruum, & nepotem.*
2 *Etiamsi adsit clausula* in stirpes, & non in capita.
3 *Declara, ut locum habeat inter patruum, & nepotem licet fideicommittens sit transversalis longe ultra primum gradum, & de ratione.*
4 *Repræsentatio in primogenituris non solum locum habet inter patruum, & nepotem, sed etiam in ulterioribus gradibus.*
5 *Repræsentatio, quæ datur in majoratibus, & primogenituris quomodo differat ab illa, quæ competit Jure Civili remissive.*
6 *In transversalibus ultra patruum, & nepotem datur quoties constat de mente testatoris.*
7 *Repræsentatio semper admittitur ad effectum succedendi ascendentibus tam ex testamento, quam ab intestato in infinitum.*
8 *Et hoc procedit, quia in dispositione testamentaria censetur testator se voluisse conformare cum dispositione juris.*
9 *Limita, si fideicommittens præcepisset servari prærogativam gradus, & de ratione.*
10 *Maxime si in alio casu æquiparato constet testatorem voluisse tollere repræsentationem, & successionem deferri salva gradus prærogativa.*
11 *Contraria authoritates, vel loquuntur contra communem.*
12 *Vel procedunt, quando testator adjecit clausulam* in stirpes, & non in capita, *quæ præsupponit concursum nepotum cum patruis.*
13 *Vel quando simpliciter apposita est dictio* gradatim, *quæ solum designat gradum, non illius prærogativam.*
14 *Vel quando testator plura condidit fideicommissa, & prærogativam gradus ad unum ex illis tantum restrinxit, secus si illum voluit in omnibus observari.*
15 *Vel quoties ex conjecturis constat talem fuisse testatoris mentem.*
16 *Conjectura pro demonstrando a testatore volitam fuisse repræsentationem sufficiunt urgentes.*
17 *Et pro illa excludenda, cum habeant contra se juris assistentiam, debent esse univoca, urgentissima, efficaciores, & valde concludentes.*
18 *Talis non est conjectura desumpta a vocatione proximioris, illiusque prælatione volita a testatore cum clausula* ordine successivo, & de descendente in descendentem, vel simili.
19 *Repræsentatio non corrumpit gradum, sed illum potius præservat.*
20 *Ideo filius subingrediendo in locum patris evadit æque proximus cum patruo.*
21 *Quia verbum* proximior *non sumitur a testatore prolatum de facto, & secundum naturam, sed de jure, & secundum legem.*
22 *Repræsentatio non excluditur ex quo dispositum sit quod prius succedant filii, & postea nepotes, vel quod successio deferatur ordine successivo de uno in alium, & de ratione.*
23 *Maxime si in testamento adsit clausula* in stirpes, & non in capita.
24 *Vel si testator in aliqua parte relationem habuisset ad dispositionem juris communis.*
25 *Contra si testator voluit, quod succedatur juxta juris communis dispositionem.*
26 *Repræsentatio censetur exclusa stante clausula* de grado in gradum.
27 *Contra quod dicta clausula non sit sufficiens conjectura pro exclusione repræsentationis.*
28 *Concorda, ut prima opinio procedat, quando ultra clausulam* de gradu in gradum *adsunt aliæ efficaciores* servata gradus prærogativa, *vel similes, vel ex conjecturis constat de mente testatoris.*
29 *Secus si aliis clausulis efficacioribus sit destituta.*
30 *Clausula* de grado in gradum *eo minus excludit repræsentationem, si constet de æquali affectione testatoris erga filios, & nepotes.*
31 *Vel si disponens plures filios instituisset, & æqualitatem successionis inter illos expresse ordinasset, & de ratione.*
32 *Clausula* salva gradus prærogativa *si habeat adjecta verba perpetuitatem denotantia, tollit repræsentationem, non solum in gradu, cui est apposita, sed in omnibus aliis usque in infinitum.*
33 *Item quando post illam, ut supra adjectam in diversa substitutione, testator demandasset, quod bona vadant in vocatos cum supradictis modis, & formis, conditionibus, & substitutionibus.*
34 *Amplia ut operetur, tam in ingressu, quam in progressu, si testator voluit dictam gradus prærogativam in omnibus locis, & capitibus testamenti.*
35 *Distinctio inter ingressum, & progressum quibus in casibus locum habeat, remissive.*
36 *Repræsentatio non datur in legatis, & fideicommissis particularibus.*
37 *Limita si constaret de voluntate testatoris in contrarium, quæ desumitur ex eo, quod in universali institutione æqualiter dilexit nepotes, & pronepotes in omnibus, & per omnia eos æquiparando.*
38 *Repræsentatio locum non habet in fideicommisso ordinato in contractu, & de ratione.*
39 *Nisi de contrario constaret ex conjecturis.*
40 *Repræsentatio non habet locum favore filii carentis*

tis qualitate in patre requisitu, veluti majoris ætatis.

41 *De materiu repræsentationis in fideicommissis remissive.*

Ad num. prim. & seqq.

1 Repræsentationē cessare in fideicommissis Transversalium ultra patruum, & neputem præter relatos in *decis.* firmant *Mel. observ.* 61. *n.* 4. *& per tot. Altugrad. controv.* 73. *n.* 2. *&* 3. *Mans. consult.* 87. *num.* 6. *Torr. variur. jur. quæst. lib.* 2. *tit.* 6. *quæst.* 4. *num.* 53. *&* 60. *& de Primogenit. part.* 1. *cap* 7. *num.* 60. *fol.* 5u. *cup.* 35. *n.* 131. *fol.* 281. *cup.* 36. *n.* 94. *fol.* 3u8. ubi de feudis, *& num.* 197. *fol.* 286. ubi quod hoc procedit etiam in Regnis, in quibus succeditur prout ab intestato, vel jure fideicummissi, *& cup.* 41. §. 7. *n.* 3. *fol.* 758. *Urceol. cuasult.* 12. *num.* 15. *&* 22. *Castuld. consult.* 124. *n.* 10. *Palm. Nep. allegat.* 183. *num.* 4. *&* 5. *& alleg.* 273. *num.* 21. *Rot. Lucens.* penes eundem *Palm. decis.* 406. *num.* 7. *&* 12. & apud *Torr. de primogenit. dec.* 50. *n.* 6. *Rot. Seneu. dec.* 26. *num.* 1. *coram me Rot. Florent.* apud eundem *Palm. dec.* 452. *num.* 33. & supra hic *dec.* 28. *num.* 51. & infra *dec.* 75. *n.* 4. *Rot. Roman. in recent. dec.* 24. *n.* 9. *& decis.* 224. *num.* 9. *par.* 15. *decis.* 183. *n.* 6. *par.* 17. *dec.* 478. *num.* 1. *& seq. part.* 18. *dec.* 437. *num.* 2. *part.* 19. *coram Prial. dec.* 335. *per tot. & dec.* 406. *n.* 13. *&* 14. *coram Caprar. dec.* 699. *num.* 4. & post *Urceol. de transuct. dec.* 64. *&* 65. *per tot.* & post *Torr. de primogenit. decis.* 29. *num.* 3. *& in Spoletana Immissionis* 28. *Aprilis* 1727. §. *ad impediendam, & seqq. cor.*
2 *R. P. D. meo Calcagninu*, ubi quod hoc procedit, etiamsi adsit clausula *iu stirpes, & non in cupita.*

Et inter patruum, & neputem lucum habet, licet fideicommittens sit transversalis longè ultra
13 *Gravari non potest, qui non est honoratus.*

Declara ut num. 28.

14 *Filii in conditione positi non censentur vocati, præsertim Florentiæ.*

15 *Paria sunt aliquem esse expressè vocatum, vel ex conjecturis.*

16 *Verba* -- & deficiente in totum &c. -- *idem importunt, quod* -- post mortem omnium -- *&* -- ultimo decedenti -- *ad effectum tacitæ reciprocæ.*

17 *Paria sunt substitutionem factam esse ultimo decedenti expressè, vel interpretativè.*

18 *A* cons. Oldrad 21. *receditur ex conjecturis.*

19 *Extensio admittitur, quando constet de mente testatoris cupientis inducere fideicommissum successivum ad favorem agnationis.*

20 *Item in casibus, in quibus ob identitatem rationis verisimile est, testatorem interrogatum ita responsurum etiam de persona ad personam.*

21 *Extensio non dicitur, sed comprehensio, quando militat eadem ratio.*

22 *Item admittitur, quando mens testatoris aliter effectus sortiri non potest.*

23 *Ad favorem filiorum lex quandoque addit clausulam* -- si sine filiis --

24 *Ideo quandoque multo magis suppleri poterit favore totius agnationis.*

25 *Fideicommissum favore totius agnationis inductum non dicitur odiosum, sed favorabile.*

26 Peregrin. de fideicomm. artic 29. n. 33. *negans absolutè extensionem in fideicommissis reprobatur.*

27 *Ex volita conservatione bonorum in familia omnes censentur honorati, & gravati.*

29 *Non est verisimile, testatorem voluisse gravare filium, non autem descendentes ex eo minus dilectos.*

30 *Agnationis ratio non refert, an habita fuerit expressè, vel id ex conjecturis arguatur.*

31 *Contra quod a ratione agnationis tacita non sit arguendum.*

32 *Sed hæc opinio reprobatur.*

33 *Verba* -- cippus, domus, & linea masculina -- *sunt synonima cum verbo* -- agnatio --

34 *Ex istis verbis agnatio dicitur contemplata.*

35 *Divisio a patre facta inter filios dum vivit, transfert irrevocabiliter dominium, & bona divisa non veniunt sub fideicommisso patris.*

36 *Maximè attentis verbis* -- volens unicuique partem dare, & consignare suorum bonorum -- *& de ratione.*

37 *Verba* -- dare, e consegnare -- *importunt dominii translationem.*

Intellige ut num 47.

38 *Eoque fortius, si filio injunctum sit onus aliquid solvendi pro coæquatione portionis alterius filii, quod simplici administrationi in peculium non convenit.*

39 *Omnimoda æqualitas volita a patre in ista divisione arguit illam importare dominii translationem, non simplicem peculii administrationem.*

40 *Præcipuè si filii non erant in potestate constituti.*

41 *Emancipatio ex quibus præsumatur, & n.* 48.

42 *Contra quod divisio a patre vivente facta importet peculii concessionem, & administrationem, non autem donationem.*

43 *An-*

43 *Amplia etiam si sit jurata.*
44 *Item amplia non obstante pacto de non contraveniendo, & de ratione.*
45 *Præcipuè, si filii bona nonnisi post mortem patris in usumum proprium transtulerant.*
46 *Contrariæ auctoritates declarantur.*
49 *Verba* -- in omnibus autem aliis suis bonis -- *excludunt superius nominata, & includunt omissa.*
50 *Prælegata veniunt in restitutione fideicommissi, quando præcedunt institutionem, & substitutio facta est simpliciter absque mentione hæreditatis.*
51 *Maximè, si alias fideicommissum esset inutile.*

DECISIO LXII.

In Causa Buratti, e Buratti.

BArtholomæus de Burattis de Monte Policiano vivens divisit inter Alexandrum, & Hieronymum ejus filios præcipuam partem bonorum suorum, & unicuique portionem suam assignavit, moriens autem illud omne ferè, quod supererat, inter eos per viam prælegatorum distribuit, & tandem eosdem hæredes universales instituit, in hæc verba -- *In omnibus autem aliis suis bonis instituit suos universales heredes Alexandrum, & Hieronymum ejus filios; & quandocumque alter ex eis decederet sine filiis masculis, tunc, & eo casu succedat alter filius, & hæres superstes, vel nepos, seu nepotes masculi ex eo, in stirpes, & non in capita, & ita servetur, & servari voluit, donec ex cippo domus dicti testatoris fuerint filii masculi, vel nepotes, unus, vel plures, vel descendentes masculi, ut supra, ex eis; & si quis ex dictis filiis, vel nepotibus, seu descendentibus decederet sine filiis masculis, eidem, seu eisdem superstitibus filiabus, fœminis, vel nepotibus respectivè, tunc, & eo casu eisdem filiabus, seu neptibus reliquit, quod detentur de bonis testatoris, secundum formam Statutorum, & habito respectu ad facultatem, & dignitatem domus, & familiæ, & deficiente in totum linea masculina, tunc, & eo casu succedant fœminæ, & si fœminæ decederent, succedant venientes ab intestato &c.* -- Evenit, quod uterque ex filiis supradictis decessit cum sobole masculina, quia ex Alexandro natus est Valerius, & ex Hieronymo Eques Bernardinus; at in filiis Valerii defecit linea masculina Alexandri, fœminis solis superstitibus; undè statim orta est differentia inter eas ex una, & filios dicti D. Equitis Bernardini ex alia super bonis in Alexandrum perventis a Bartholomæo patre, existimantibus istis fideicommissum in testamento avi inductum ad eorum favorem fuisse purificatum; verum quia ex multiplici capite mulieres prædictæ jura sua tuebantur, ideircò pro integra negocii satis in difficili positi resolutionem de multis apud nos disputatum fuit. In primis, an evenerit revera casus fideicommissi: secundo dato, quod evenerit, an bona olim a patre inter filios divisa, in eo essent comprehensa: tertio, an in eodem venirent bona prælegata.

Quod attinet ad primum caput; videbatur omninò respondendum fideicommissi casum non evenisse, quia cum substitutio reciproca, & expressa, quæ sola legitur in testamento prædicto, facta sit inter ipsos filios dumtaxat hæredes institutos, & sub illa sola conditione -- *si alter eorum sine filiis decesserit* -- & in facto verum sit, quod uterque filios reliquit, certè etiam conditio defecit, & substitutio evanuit, quicquid postea de illis filiis eve-
nerit, quia conditionis defectus facit cessare dispo- 1
sitionem sub ea conditione ordinatam *l. filius familias §. cum quis ff. de leg. 1. l. ex facto § ex facto, & §. si quis autem ff. ad Trebell. l. pr. C. de condit. insert. l. jubemus §. penult. C. ead. l. si donaturus in princip. ff. de condit. caus. dat. l. hæc venditio ff. de contract. empt. l. necessario §. 1. ff. de peric. & commod. rei vend. l. 3. ff. de donat. & l. Lu-*
cius la 2. ff. de hered. instit., & in fideicommis- 2
sis non permittitur extensio de persona ad personam, vel de casu ad casum *DD. in l. Gallus §. et quid si tantum ff. de liber. & posthum. Joann. Andr. ad specular. in titul. de testament. §. 1. vers. occurrit, Gozzad. cons. 21. num 8 in fin.*, & latè *Me-*
noch. cons. 327. num. 26., sed potius dispositio sub 3
conditione facta, ea non eveniente, pro non facta habetur *l. pecuniam*, & ibi notant *Alex. Socc. Jas. & Dec. ff. si cert. petat.*, vel saltem adeò expirat,
ut resurrectionis nulla spes reliqua sit, etiam si for- 4
te prudenti imaginatione intellectus suadeat testatorem voluisse non minus esse locum substitutionis, si nepotes sine filiis, quam si ipsimet filii primi gradus sine sobole decedant, ut in puncto firmant *Oldrad. in famigerat. cons. 21.*, & alii multi gravissimi viri relati a *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 6. num. 6.*, & a *Peregrin. de fideicomm. art. 29. num. 22 et 27.*, ad quos lectores reiicimus, ne laborem nimis improbum subeamus, so-
lum Rotæ Romanæ auctoritatis additione contenti 5
in novissimis diversorum par. 2. decis. 230. quorum plerique conclusionem istam, adeo æquis auribus excipiunt, ut illi locum faciant, etiam quando testator fideicommissum masculinum constituit ad favorem agnationis, descendendo ad plures gradus substitutionum, ut post *Alex. Soccin. Rain. Parif. Soccin. Jun. Mantic. Cravett. Port. Pancirol. Cephal. Berett. Honded. Odd. Simon de Præt. Rolan. Menoch. & Bertazz.*, & post satis longam disputationem, tandem concludit *Peregrin. dict. artic. 29.*
num. 37. præsertim, si conditioni adjecta est clau- 6
sula -- *tunc, & eo casu* -- quæ pro sui natura extremitatem temporis designat, & ad illud dispositionem restringit *l. in substitutione in 2 resp. ff. de vulgar. & pupillar. l. penult. ff. de testament. tutel. l. 4. §. fin. ff. de condit. & demonstrat. Bald. consil. 57. col. 2. num. 2. Auchar. cons. 356. col. 2. Jason*, & alii in dicta *l. in substitutione. Dec. consil. 63. & cons 287. num. 2. Cravett. cons 98. n. 6. Menoch. cons. 327. num. 59. & cons. 217. num. 28.*
Beret. cons. 63. num. 6. Et ratio est, quia cum sub- 7
stitutione sequentes sint subordinatæ primæ, prima autem sit facta sub conditione -- *si filii sine filiis decesserint* -- casus postea eveniens decedentis cum filiis non potest dici sub illo inclusus, tamquam omnino dissimilis, & contrarius, ut in puncto argumentatur *Alex. cons. 139. col. 2. volum. 6.*
evanescente autem prima substitutione, omnes post 8
primam subordinatæ corruunt *l. cum in testamento §. 1. ff. de hered. instit. l. si mater §. 1.*, & ibi *Jas. in 2. notab. ff. de vulgar. & pupill.* cum concordantibus. de quibus per *Paris. cons. 44. col. 1. & cons. 86 num. 5. vol. 2. Gabr. cons. 117. num. 3. Rol. cons. 56. col. 1. l. 3. Cephal. cons. 57. num. 10. & cons. 368. num. 14.*

Et licet idem testator post dictam substitutionem addiderit illa verba -- *& ita servetur donec ex cippo domus dicti testatoris fuerint filii masculi, vel nepotes, vel alii descendentes &c.* -- per quæ verba Domini exadverso informantes subtiliter contendebant, esse in dictam omnimodam æquiparationem inter primum, & secundum casum, ita ut sicut adesat reciproca inter filios, si alter eorum sine filiis decessisset, sic etiam adsit inter nepotes, &

9 descendentes ab eis, si evenerit, quod aliqui eorum sine filiis decedant. Attamen non minus subtiliter ex adverso replicabatur, æquiparationem quidem admitti posse, at retentis semper iisdem terminis, & conditionibus præcedentis substitutionis; ita ut sicut filius non est filio substitutus, nisi ille decedat sine filiis, sic etiam vocati post filium non sunt vocati, nisi iste primus sit admissus, quod esse non potest, si conditio purificata non est, & ita argumentantur *Alex. dict. cons.* 139. *num* 3 *lib.* 6. *Ruin. cons.* 152. *num.* 5. *lib.* 2. *Socc. cons.* 62. *num.* 8. *lib.* 3. *Rimin. Sen. cons.* 224 *sub num.* 57. *Jas. cons.* 228. *in princ. num.* 11. *lib.* 2. *& Cephal. dict cons.* 17. neque est a ratione alienum, cum non sit dare rationem diversitatis, cur testator voluerit facere fideicommissum inter descendentes a filiis sub conditionibus diversis ab eis, quas ipsis filiis apposuit.

10 Et licet pariter idem testator paulu inferius fœminas substituerit, deficiente in totum linea masculina, undè pariter docebatur argumentum intentionis ipsius cupientis inducere tacitam reciprocam inter omnes descendentes, præsertim cum id fecerit post mortem omnium, quod satis est, ad hoc ut talis substitutio resultet, quando res agitur inter descendentes, & superest persona, quæ ex præsumpta mente testatoris excludit substitutum, absque eo, quod sit facta in tota hæreditate, ut de primo habemus probationes apud *Soccin. in l. haredes mei §. cum ita num.* 8. *ff. ad Trebell. Paris. cons.* 43. *num* 29. 35. *&* 40. *lib.* 2. *Riminald. Sen. cons.* 189. *num* 17. *Rip. in l. Lucius num.* 42. *ff de vulgar. & pupillar. Curt. Jun. cons.* 16 *n.* 4. *Socc. Jun. cons.* 180 *num.* 12. *lib.* 2. *Osasc. dec.* 110. *n.* 7. *&* 12. *Cephal. cons.* 214 *num.* 28. *& cons* 166 *n.* 24. *Decian. cons.* 44 *num.* 73. *lib* 3. *Menoch. cons.* 307. *num.* 11 *Peregrin. art.* 13 *num.* 59. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 62. *num.* 35., & de secundo apud eumdem *Soccin. Jun. dict. cons.* 89 *n.* 9. *Zanch. in l. haredes mei §. cum ita n.* 209. *ad Trebell. Cephal. cons.* 166. *num.* 25. *Menoch. cons.* 397. *num.* 52.

11 Nihilominus quia fundamentum istud non satis tutum esse videbatur, ob authoritatem eorum, qui firmiter contendunt tacitam reciprocam non aliter induci, quam tribus copulativè concurrentibus, nempe quod substitutio facta fuerit pluribus expressè, & dispositivè vocatis, quod facta fuerit post mortem omnium, & quod in tota hæreditate, ut plenè tradunt Scribentes relati per *Mantic. de conject. lib.* 7. *tit.* 6. *num.* 15., idcirco agentium jura satis in difficili posita esse videbantur.

Verum tamen Domini, negocio dio, & diligenter perpenso, ad eorum favorem respondere satius esse, & juri, & æquitati, & testatoris voluntati magis consonum esse existimarunt.

12 Non quidem, quia crediderint, quod illa verba -- *& ita servetur &c.* -- istud importare possint, ob vim similitudinis, quam præseferunt, quia vel istud intelligendum esset retentis terminis ejusdem conditionis, ut supra dictum est, vel saltem non esset extendendum ultra illud, quod est expressum in casu præcedenti, a quo similitudo deducitur, ita ut sicut in primo casu dispositio ita se habet, ut uno fratre decedente sine filiis, alter succedat, vel nepos ex eo, vel etiam si libet pronepos, ita etiam in secundo, si contigerit unum ex descendentibus decedere sine filiis, ei succedat frater, nepos, vel pronepos; at in casu proposito, ex Antonio Francisco ultimo defuncto nulla talis persona superstes reperitur, ergo &c.

Nec etiam, quia crediderint per eadem verba induci quandam dispositionem principalem de per se, omnino independentem a prima, & in effectu unam dispositionem reciprocam de per se stantem, & nihil commune habentem cum prima, ac propterea non restringendam ad terminos primæ, quia est animadvertendum, quod cum testator nihil disposuerit, utroque filio cum filiis decedente, sequitur, quod isti minimè fuerint ab eo honorati, & per consequens, quod nec ab eo gravari potuerint *l. ab eo C. de fideicomm.*, & considerat in terminis *Cephal. dict. cons.* 17. *sub n.* 12. *&* 19. *Jas. dict. cons.* 228. *num.* 10. *cum seq. lib.* 2. *Socc. dict. cons.* 69. *& cons.* 104. *lib.* 3. undè inanis redditur talis substitutio, quia nullus reperitur, qui de restituendo sit gravatus. 13

Et licet iidem filii positi sint in conditione respectu portionis patris sui, ac propterea possint censeri vocati, & gravati, nihilominus, quia conclusio in suis puris terminis aliter se habet *Cephal. dict. cons.* 17. *n.* 13. *Jas. dict. cons.* 228. *n.* 10. *Socc. dict. cons.* 69. *&* 104., & alii supra relati, & ab ea non receditur, nisi ex conjecturis valde urgentibus *Mantic. lib.* 7. *tit.* 5. *Rustic. in tract. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. præsertim Florentiæ, idcirco Dominis non satis tutum visum fuit super hoc fundamento insistere. 14

Nec etiam demum, quia crediderint inter descendentes inductum fuisse tacitum, & reciprocum fideicommissum virtute illorum verborum -- *& deficiente in totum linea masculina &c.* -- quia utrumque libet nobis admittere, istos descendentes posse ex conjecturis dici vocatos, quod in proposito nostro idem esset, ac si essent dispositivè tales *Mantic. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 2. *Simon de Præt. lib.* 3. *interpret.* 3. *dub.* 4. *solut.* 1. *num.* 25. *vers. sed de pluribus*, & sic, quod adsit primum requisitum tacitæ reciprocæ substitutionis. Itidem utcomque verum esse possit, quod illa verba -- *& deficiente in totum linea masculina* -- idem importent, quod ista -- *& post mortem omnium*, seu *& ultimo decedenti &c.*, ut eleganter probat *Rimin. Sen. cons.* 226. *num.* 18. *& cons.* 189 *num.* 17. *&* 19, & admittit *Simon de Præt.* ubi supra proximè sub *num.* 27. *post princip. Ludovic. cons.* 49. *num.* 1. *in fin.*, qui dicit, quod ista verba -- *& deficientibus masculis* -- idem important, ac si dictum fuisset, *novissimus masculus restituat*, & nihil refert, quod substitutio sit facta ultimo decedenti expressè, vel interpretativè *Socc. Jun. cons* 151. *num.* 9. *lib.* 1. *Curt. Jun. cons.* 73. *num.* 15. *Simon de Præt.* ubi supra *num.* 27. *in fin. vers. ex quibus clarè liquet*, & sic quod nec secundum requisitum desideretur. 15 16 17

Negari tamen non potest, quin deficiat tertium, quod est omnium potissimum, & sine quo factum est nihil, ut inquit *Simon de Præt.* ubi supra *num.* 29. nempè, quod substitutio facta sit de tota hæreditate, vel de omnibus bonis.

Sed verum, unicum, & solidum fundamentum Dominorum fuit, quia crediderunt, quod conclusio illa, quæ habet, quod substitutio facta alicui sub conditione -- *si decesserit sine filiis* -- extinguitur eo cum filiis decedente, quicquid postea de illis eveniat, non habeat locum, quando ex conjecturis ex eodem testamento desumptis constare potest testatorem cogitasse de familia, & de bonis in ea conservandis per plures gradus substitutionum. Quia tunc verius est fideicommissum sub tali conditione ordinatum habere locum, etiam si tales filii cum filiis decedant, & aliis descendentibus, qui postea sine filiis moriantur, ut in casu isto factum est. 18

Et quia authores, qui consulendo, legendo, & judicando opinionem istam sequuti sunt, quique numero, & authoritate contrarios antecedunt, se-

riatim

tiatim a Peregrin. relati sunt dict. art. 29. num. 3.
quibus addi potest Mantic. lib. 11. tit. 6. num. 6.
prope fin., & idem Peregrin. conf. 49 per tot. vol. 1.
idcirco non laborando, ubi non expedit, satis erit
nobis demonstrare, quod rationes, quibus opinio
ista innititur, juridicæ sunt, quicquid adversus eos
attentaverit idem Peregrin. contrariæ sententiæ
quandoque defensor, ut in dicto artic. 29. an. 21.
usque in fin.

19 Vera est enim illa prima ratio, quæ habet,
quod ubi constat de voluntate testatoris cupien-
tis inducere fideicommissum successivum ad favo-
rem agnationis, tunc omnia interpretatio, & ex-
tensio licita est, ad effectum ut talis voluntas ser-
vetur, & tota fideicommissi machina non dilaba-
tur, argumento eorum, quæ habentur in l. 3. C.
de lib. præt. in l. 3. ff. de adimend. legat. in l. cum
virum C. de fideicomm. & in l. hæredes mei §. cum
ita, & ibi Zanch. num. 133. ff. ad Trebell., & con-
sulendo tradiderunt inter alios Alex. conf. 110 co-
lumn. 4. Paris. conf. 37. num. 12. vol. 1. & conf 73.
n. 13. in secundo; quia ubicumque nos supponimus
testatorem cogitasse de bonis in agnatione conser-
vandis [id quod in casu isto factum fuisse infe-
rius demonstrabitur] & istud nullo modo contin-
gere possit, nisi conditio illa -- si sine liberis -- cen-
seatur repetita etiam in descendentibus a filiis pri-
mo loco institutis, necesse est fateri, quod exten-
sio ista sit de expressa voluntate testatoris. Quare
20 si in illis casibus, in quibus militat eadem ratio,
vel in quibus verisimile est, quod testator inter-
rogatus ita disposuisset, admittitur extensio non
solum de casu ad casum, verum etiam de perso-
na ad personam l. Titius §. Lucius ff. de liber. &
posthum. l. 3. C. de inoffic. testam. Ang. in §. et quid
si tantum col. 3. Crot. ibidem num. 27. Fortun. Garz.
num. 28. Jas. in dict. § Lucius num. 3 & 7. Cast.
conf. 264. lib. 2. Curt. Sen. conf. 75. num. 14. Corn.
conf. 146. lib. 2. Jason conf. 148. col. 3. lib. 2. Ruin.
conf. 119. num. 14. in 2. Paris conf. 50. num. 54.
& conf. 66. num. 68. lib. 3. Soccin. Jun. consil. 129.
num. 35. vol. 3. Crass. conf. 67. num. 46. Cravett.
conf. 115. col. 3. Paul. Leon. conf. 1. num. 113. Me-
noch. conf. 220. num. 36. Cephal. conf. 446. n. 35.
Marzar. conf. 4. vers. nam quatenus adducitur. Pe-
tr. de fideicomm. quæst. 5. num. 66., & ipsemet Pe-
21 regrin. conf. 49. num. 9. ea scilicet ratione, quia
quando militat eadem ratio, non dicitur extensio,
sed comprehensio, & intellectiva quædam inter-
pretatio Socc. conf. 52. n. 10. in fin. vol. 2. Castr.
22 conf 261. num. 3. vol. 2. & Petr., ubi supra pro-
ximè, quanto magis ea admittenda est, quando
mens testatoris circa favorem familiæ, & agna-
tionis aliter effectum sortiri non potest, ut in ca-
su isto.

23 Et si ad favorem filiorum lex quandoque ad-
dit, & supplet clausulam -- si sine liberis -- ut in
l. cum avus ff. de condit. & demonstrat. & in l. cum
acutissimi C. de fideicomm., etiam si ita faciendo fi-
24 deicommissum statim intercedat, quare non hoc
idem præstandum erit favore totius agnationis, &
ad hoc, ut fideicommissum semel inductum substi-
neatur, prout in terminis argumentatur Peregrin.
25 dict. conf. 49 num. 8., præsertim cum fideicom-
missum favore agnationis inductum dicatur favo-
rabile, non odiosum, ut post Marzar. conf. 1. & 6.
multis probat Petr. a Petr. ubi sup. n. 70. post med.

26 Et licet Peregrin. dict. art. 29. num. 33. co-
natus fuerit evertere hujusmodi ratiocinationem
ea ratione, quia in fideicommissis ex præsumpta
mente testatoris non fit extensio a gravamine u-
nius ad gravamen alterius, fortè ex eo [licet ipse
non aperiat] quia sic sequeretur, quod omnes
descendentes non honorati, dicerentur grav...i con-
tra vulgatam regulam, de qua l. ab ea C. de fi-
deicomm., & etiam ex eo, quod voluntas testatori
fuit restricta ad casum, si hæres decesseris sine fil is,
attamen decipitur author ille alioquin g avissi ius,
& loquitur contra communes traditiones, extensio-
nem istam passim admittentes, ubi ex disposi is per
eumdem testatorem conjectorari licet, ita esse fa-
ciendum, prout colligitur ex eodemmet Peregrin.
dict. artic. 29. num. 32. & Mantic. plures alios re-
ferente lib. 3. tit. 19. num. 9. vers. et ideo ex le-
gitimis conjecturis, & dum postea idem author sub-
dit voluntatem testatoris esse restrictam ad unum
casum, & ulterius non extendendam supponit id,
quod disputatur, scilicet an extensio licita sit.

Nec obstat regula, quem non honoro gravare 27
non possum, de qua in dicta l. ab ea C de fideicom-
miss., dum quin ex eo solo, quod testator voluit
bona conservari in agnatione, omnes censentur
honorati, & gravati, ut post Alex. Socc. Crot. Ri-
min. Jun. & Cephal. per eum allegatos, latè pro-
bat Petr. a Petr. dict. quæst. 5. num. 72., tum quia 28
regula dict. l. procedit solummodo in hærede gra-
vato in re propria, non autem circa bona testato-
ris, ut post Ruin. Castr. Socc. Jun. & Zanch. plures
alios referentem in dict. § cum ita num. 664. fir-
mat ex communi Cephal. conf. 529. num. 38. & Petr.
ubi supra num. 80.

Subsistit pariter secunda ratio istius opinio- 29
nis, quæ habet, non esse verisimile testatorem vo-
luisse gravare filium, non autem descendentes ex
eo minus dilectos, quia fundata est in naturali
ratione, & eam probarunt gravissimi viri Soccin.
Sen. conf 250. col. 4. Ruin. conf. 61. num. 4. lib. 2.
Grat. conf. 5. num. 31. lib. 2. Cravett conf. 62.
num. 7. Marzar. conf. 4. & Petr. ubi supra n. 66.
vers. & quod. Ratio autem Peregrini ideo eam
impugnantis, quia si vera esset decisio Oldrad.,
numquam locum haberet, nullius prorsus roboris
est, cum testatores non semper ad familiæ favo-
rem respiciant, & ubi id factum non est, opinio
Oldradi satis probari potest.

Difficultas modo est in demonstrando, testa-
torem in casu isto ad favorem agnationis respexis-
se. Id autem facile præstabimus, si ante omnia 30
probabimus, nihil referre, an ratio ista favoris
expressa sit verbis id clare importantibus, ut quia
v. g. dictum sit -- quia voluit bona sua permanere
in familia, vel agnatione, vel domo sua -- quæ po-
nit Castr. conf. 282. in fin. lib. 2. Cravett. conf. 43.
num. 2. & 3. & Soccin. conf. 43. col. 2. & 3. lib. 3.
idem Cravett. conf. 113. num. 5. Curt. Jun. conf. 111.
num. 11. Gozzad. conf. 45. num. 8. & 14. Crot.
conf. 58. num. 14. & Dec. conf. 495. num. 13. An
vero tacitis, & id juxta interpretationem impor-
tantibus. Quia licet fuerit opinio quorumdam, 31
quod a tali ratione tacita arguendum non sit, uti
fuerat Dec. conf. 315. col. 3. & conf. 511. sub n 6.
& Bero. conf. 122. num. 6. & 7. lib. 2. a quibus
non videtur dissentire Petr. dict. quæst. 5. num. 66.
post princip Revera tamen magis communis opi- 32
nio aliter se habet, & verius est sufficere, quod
testator talia verba protulerit, per quæ dignosci
possit, ipsum ad eam respexisse, licet nominatim
non expressam v. g. præferendo masculos fœminis
tam in institutionibus, quam in substitutionibus,
eas ab universali substitutione excludendo, atque
dotibus suis contentas esse jubendo, prout videre
est, ex late, & in puncto relatis per Simonem de
Prat. lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. solut. 11. n. 4.
vers. tacita vero ratio agnationis, & num. 65. vers.
ita ergo, ad quem brevitatis causa sit relatio.

Quare cum in casu isto testator non solum

id præstiterit, quod jam dictum est, verum etiam talia verba protulerit, quæ sunt sinonima cum
33 verbo isto -- *agnatio* -- quale est verbum -- *cippus* -- verbum -- *domus* -- & verbum -- *linea masculina* -- idem *Simon de Prat.* ubi supra proxime *num.* 19. 22. & 39. certe dum dixit -- *se velle ita servari,*
34 *donec ex cippo domus sua extiterint filii, vel descendentes masculi* -- & prohibuit fœminas admitti, nisi deficiente in totum linea masculina, perinde est, ac si dixisset velle ita servari, donec ex agnatione sua extiterint masculi, & prohibuisset fœminas admitti, nisi deficiente in totum linea masculina, quo casu nemo negaret agnationis favorem expresse fuisse consideratum.

Firmato sic fideicommisso ad favorem agentium, Domini recta via aggressi sunt resolutionem secundi capitis, in quo quærebatur, an bona a patre vivente inter filios divisa essent in tali fideicommisso comprehensa; id quod ex eo maxime deducendum fuit, an talis divisio contineret titulum donationis irrevocabilis, seu alterius cujuscumque concessionis ordinatæ ad translationem dominii, an vero simplicis concessionis in peculium. & administrationem.

35 Qui dicebant fuisse per eam translatum irrevocabiliter dominium in filios, ac propterea bona ita divisa non venire in fideicommisso postea ordinato, juxta doctrinam *Corn. cons.* 228. *num.* 7. & *seqq. lib.* 4. *Paris. cons.* 33. *num.* 76. *lib.* 3. *Rain. cons.* 187. *num.* 6. & *seqq. lib.* 2. *Menoch. præsumpt.* 196. *num.* 2. *lib.* 4. & *Simon de Prat. lib.* 3. *interpret.* 1. *dub.* 5. *num.* 10. potissimum considerabant rationem divisionis evitandorum scandalorum, quæ post mortem parentis inter filios de facili oriri possent, quæ facit, ut divisio eo animo a patre facta credatur, ut dominium in filios transferatur, quia alias per simplicem concessionem in peculium, & administrationem occasio scandalorum non removetur, ut patet ad sensum, & arguunt in puncto *Corn. Paris.* & *Simon de Prat.* locis proxime citatis.

36 Secundo ponderabant illa verba -- *volens unicuique partem dare, & consignare suorum bonorum* -- quia cum verbum -- *dare* -- importet dominium transferre, inde inferebant parentis voluntatem fuisse, dominium illico in filios transferre *Paris. dict. cons.* 33. *num* 23 *Rain. cons.* 187. *n.* 6. *lib.* 2.
37 accedente præsertim illo verbo *consignare*, quod junctum cum verbo -- *dare* -- & ipsum importare dominii translationem dixit *Paris. dict. cons.* 33.
38 *num.* 26 nec non etiam considerata obligatione, & onere imposito D. Hieronymo solvendi scut. 90. D. Alexandro fratri suo, pro coæquatione portionis in eum obventæ, quod minime æquum fuisset, si de sola concessione in administrationem actum fuisset, prout in simili argumentatur *Rain.* ubi supra *num.* 8. *vers.* & *idem etiam*.

39 Tertio ponderabant illa verba testamenti, in quibus testator asserens portionem obventam Alexandro in divisionibus esse minoris valoris portione obventa Hieronymo, ideoque volens conscientiam suam exonerare, mandat quod sextaria quædam 25. terræ posita in portione Hieronymi, pleno jure, libera, & expedita pertineant ad Alexandrum, unde satis validum resultat fundamentum, quod divisio dominii translationem importaverit, quia in concessione solius administrationis consideratio læsionis non cadit, & ex strictiori, vel latiori administratione a patre filiis concessa, conscientia illius minime oneratur, cum illa de sui natura redditionem rationis secum ferat *l.* 1. §. *officia ff. de tut. & ration. distrah.* & potius patris, cui labor diminuitur, quam filiorum, quibus augetur, commoditatem respicit, ut patet ad sensum.

Ultimo considerabant rem istam actam fuisse, 40
inter patrem, & filios in ejus potestate amplius non existentes, ideoque in primis capaces cujuscumque donationis, & translationis dominii ad late tradita per DD. in *l. frater a fratre, ff. de condict.*
indebit. Emancipationem autem ex eo deducebant, 41
quod ipsi longo tempore gesserant se pro emancipatis, & adhuc vivente patre fuerunt in quasi possessione existentiæ sui juris, & unus ex illis D. Hieronymus, aliquando præsente patre, se talem in publico instrumento asseruit, unde postea oritur præsumptio, quod re vera fuerint tales, donec contrarium probetur, ut post *Alex. Corn. Dec. Tiraquell.* & alios tradunt *Menoch. lib.* 6. *præsumpt.* 55. *num.* 21. & *Mascard. conclus.* 569. *n.* 4.

His tamen minime attentis, Domini verius 42
esse crediderunt, bona prædicta esse fideicommisso obnoxia, non autem tamquam non hæreditaria ab illo exclusa, idque auctoritate potissimum text. in *l. si filia* §. *si pater ff. fam. erciscun.* in *l. quoties,* & *in l. ultima C. eodem*, & *in l. parentibus C. de inoffic. testam.* in quibus locis probatur, quod divisio a patre inter filios facta regulariter non donationis inter vivos, aut alterius contractus irrevocabilis, sed concessionis in peculium, & administrationem, atque supremi judicii naturam sapere, quam conclusionem expresse probarunt *Bart. in l. si donationem in fin.* & ibi latius *Jas. col.* 1. & 2. & *Dec. num.* 38. *C. de collat. Bald. Florian.* & alii *in dict.* §. *si pater ff. famil. erciscun.* & *in l. fin. C. de usur. Odd. cons.* 231. ubi id ampliat etiamsi
divisio esset juramento firmata *Mar. Soccin. cons.* 4. 43
num. 4. *lib* 1. *Dec. cons.* 86. *n.* 8. *Cephal. cons.* 494. *num.* 25. *Abb. cons.* 66. *num.* 3. *vol.* 2. *Corn. consil.* 273. *ubi n.* 8. *Peregrin. artic.* 6. *n.* 44. *Honded. cons.* 59 *n.* 21. *Menoch. cons* 944. *n.* 32. *Thesaur.*
decis. 225. *num.* 2. ubi de communi, & est adeo 44
verum, ut procedat etiamsi esset apposita promissio de non contraveniendo, quia non dicitur contravenire, is qui utitur natura contractus, & actus *Natt. cons.* 104. *num.* 6. *lib.* 1. *Rain. cons.* 55. *n.* 14. *lib.* 1. *Corn. cons.* 116. *col.* 2. *Dec. cons.* 304. & late *Jas. cons.* 60. *col.* 5. & 6. *lib.* 3. In casu autem isto eo magis admittenda est, quia talis fuisse probatur voluntas patris, quando actum illum expedivit, ut non obscure deprehenditur ex ejusdem testamento in ea parte, in qua prohibuit, filios se invicem molestare supra administratione facta de dictis bonis, quod minime necessarium fuisset, si illa tamquam propria administrassent. Et in ea, in qua de portione unius aufert, & alteri assignat, & tandem in ea, in qua liberat D. Hieronymum a solutione scutorum 90. debitorum secundum divisionem D. Alexandri. Quæ omnia demonstrant parentem concessisse quidem filiis, eorum bonorum administrationem, at sibi reservasse liberam de eis disponendi facultatem. Quin etiam ipsimet filii sic rem ab initio intellexerunt,
qui non ante mortem patris, bona illa in æstimum 45
proprium transtulerunt, & tunc etiam id præstiterunt, tamquam in eos perventa jure hæreditario, & ex testamento paterno. Declaratio autem hæredis, quantum sibi, & successoribus præjudicet, tradit post alios *Mantic. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 27. & 28. & novissime *Barz. decis. Bonon.* 2. *num.* 26. & *decis.* 7. *num.* 51.

Nec obstant considerata in contrarium, nam 46
omissis responsionibus datis per DD. Informantes, dicimus, quod cum talis divisio valeat in vim ultimæ voluntatis, satis dicuntur evitata scandala, si mortuo patre, & sic divisione confirmata, nulla remanet inter fratres occasio discordiæ. Nec facienda

ciends est vis in auctoritate *Corn. & Paris.* quia in casibus illis aderant verba importantia per necesse translationem dominii, ut consilia illorum diligentius consideranti sit manifestum.

47 Nec etiam est facienda vis in illis verbis -- *dare, & consignare* -- quia nec ista important dominii translationem, si non præcedit titulus babilis de sui natura ad id faciendum *Alex. conf.* 156. *num.* 5. *lib.* 6. *Rata conf.* 130 *num.* 9. *lib.* 3. & bene probat *Fort. Garz. in l. juris gentium n.* 16. *ff. de pact.* atque admittunt ipsimet *Corn. Paris. & Simon de Prat.* quando non adsunt alia verba talem translationem importantia, & sequitur *Honded. dict. conf.* 59. *num.* 27. *& Menoch. conf.* 944. *num.* 31. Quare cum divisio patris inter filios de sui natura talis non sit, ut supra probatum est, sequitur.

48 Postremom vero de emancipatione, facili negocio fuit de medio sublatum. Tum quia pro nunc non agitur de portione Hieronymi, qui se emancipatum asseruit, sed Alexandri, qui nihil tale umquam jactavit, tum quia in omnem eventum fuisset necesse probare, scientiam, & patientiam patris, pulcher text. in terminis nostris in *l.* 1. *C. de patr. potest.*

49 Superest postremum caput, in quo pariter Domini pro agentibus responderunt, quia licet testator instituendo, & substituendo, usus sit illis verbis -- *in omnibus autem aliis suis bonis* -- quorum natura ea est, ut excludant superius nominata, & includant omissa, ad late tradita per *Peregrin.* alios referentem *art.* 7. *num.* 44. *& conf.* 47. *num.* 25.

50 Nihilominus quia nos in eo casu versamur, in quo prælegata præcedunt, & institutio sequitur, & ipsamet substitutio est facta non sub nomine hæreditatis, sed simpliciter, & absque hæreditatis mentione, quibus casibus magis communis opinio est, ut ea veniant in restitutione *Peregrin. dict. artic.* 7. *num.* 34. *Surd. conf.* 434. *num.* 25. *& Honded. conf.* 71. *num.* 34. & secundum talem opinionem pluries hæc Rota judicavit, ideirco placuit nobis quoque, eum ea pertransire,
51 præsertim quia si aliter factum fuisset, fideicommissum prorsus vanum, & inane fuisset, postquam omnia bona prælegando consumpta fuerant, & superfluo gravati fuissent descendentes ad solvendum dotes fœminis, si nihil reliquum fuisset unde talis solutio fieri potuisset &c.

Dominicus Gualandus.
Livius Riccardus.
Antonius Curinus.

A D D I T I O.

A R G U M E N T U M.

Plura ad materiam *conf. Oldrad.* 21. & an, & quando in fideicommissis extensio de casu ad casum, & reciproca a testatore volita dicatur, & prælegata veniant in restitutione fideicommissi remissivè. Plene examinatur articulus, quando assignatio, & divisio bonorum facta e patre vivente inter filios censeatur datio in peculium, & administrationem, vel potius donatio, super quo ponitur regula cum suis limitationibus, & ampliationibus.

S U M M A R I U M.

1 S*ubstitutio sub conditione* -- si sine filiis -- *ipsis extantibus expirat ad* conf. Oldrad. 21.

2 *Non obstante collectiva vocatione filiorum, & descendentium, digressu ad plures substitutionum gradus, aliisque conjecturis, de quibus remissivè.*

3 *Conjectura conservationis agnationis quando non operetur remissivè.*

4 *Non receditur a dict.* conf. Oldrad. *ex quo in conditione fuerint positi solum filii masculi, & gravatus decesserit relictis tantum fœminis, si qualitas masculinitatis fuit apposita filiis unius, unde potius arguitur non fuisse volitam in filiis alterius.*

5 *Non obstante dictione* -- ut supra -- *quæ referri debet ad qualitatem legitimitatis, & naturalitatis antecedenter expressam.*

6 *Item non receditur a dict.* conf. Oldrad. *ex gravamine assumendi cognomen, & arma, si appositum sit casu, quo purificata fuisset conditio* -- si sine filiis --

7 *Nec ex prohibitione alienationis, quæ intelligitur eodem modo, quatenus purificetur substitutio.*

8 *Plura ad materiam dict.* conf. Oldrad. 21. *remissivè.*

9 Oldrad. conf. *intrat in fideicommissis in donatione facta, etiamsi disponens prohibuerit alienationem cum clausula* -- quia voluit -- *si ista fuit accessoriè apposita.*

10 *Ratio* -- quia voluit -- *accessoriè apposita restringitur ad terminos præcedentis substitutionis.*

11 *Extensio de casu ad casum, & de persona ad personam, quando locum habeat remissivè.*

12 *Reciproca an, & quando dicatur volita a testatore remissivè.*

13 *Assignatio, & divisio bonorum a patre vivente inter filios facta potius est ultima voluntas, quam donatio.*

14 *Et censetur potius datio in peculium, & administrationem, quam translatio dominii.*

15 *Amplia etiamsi donatio facta foret filiis emancipatis.*

16 *Maximè si divisio facta sit sine scriptura.*

17 *Limita quando constaret de voluntate patris non in peculium, sed in veram irrevocabilem donationem dare volentis.*

18 *Talis voluntas primo colligitur, si pater usus sit verbis convenientibus actui inter vivos, & operantibus dominii translationem, ut puta* -- dedit, assignavit, adjudicavit -- *& similibus.*

19 *Contra quod dicta verba non includant donationis præsumptionem.*

20 *Concilia utramque opinionem, ut prima procedat, quando cum dictis verbis etiam adminicula donationem importantia conjungerentur.*

21 *Et ad hunc effectum totus instrumenti contextus est perpendendus.*

22 *Secunda vero, si nullum aliud adminiculum dictis verbis accedat, & fortius, si adsint etiam verba importantia peculii dationem.*

23 *Secundo præsumitur patrem donare voluisse ex clausulis* -- ad habendum, tenendum, & possidendum --

24 *Vel ex clausula* -- omni meliori modo --

25 *Tertio, si pater bona filiis diviserit, ut ipsi dotes uxoribus suis restituerent.*

26 *Quarto, si aliquam bonorum partem sibi reservavit, puta ad effectum testandi.*

27 *Licet aliqui teneant hanc conjecturam non esse absolutè veram.*

28 *Quinto, si processerit ad actualem traditionem.*

29 *Amplia etiamsi sequuta non sit vera traditio, sed ficta tantum mediante clausula constituti.*

30 *Vel si fecerit versionem locorum montis in faciem filiorum.*

31 *Vel*

31 *Vel si passus fuerit eos possidere.*
32 *Vel si eis tradiderit, & assignaverit fructus bonorum pro victu.*
33 *Sexto, si super bonis in divisione assignatis pater sibi usumfructum reservaverit, & de ratione.*
Servitus in re propria esse non potest, ibidem.
34 *Septimo ex observantia, puta quod filii sciente, & consentiente patre bona sibi assignata alienaverint, vel obligaverint.*
35 *Vel ad suam decimam converterint.*
36 *Econtra ex non facta versione ad decimam filiarum præsumitur sola assignatio in peculium.*
37 *Octavo, si pater devenerit ad divisionem pro tollendis discordiis, quæ inter filios oriri possent.*
Contra n. seq.
39 *Nono, si pater obligavit filios ad solvenda sua debita, vel onera, & gabellas, ad quæ non tenerentur, si dominium penes patrem remansisset.*
40 *Aut si eos obligaverit ad aliquid sibi annuatim solvendum.*
41 *Decimo, si in casu inobservantiæ pater sibi reservavit regressum ad bona divisa.*
42 *Undecimo, si pactus fuerit, ut filii stare debeant taciti, & contenti portione sibi assignata.*
43 *Duodecimo, si pater assignaverit filiis bona* -- in patrimonium, pro patrimonio, & patrimonii titulo --
44 *Seu jure proprio.*
45 *Seu in possessione, & proprietate.*
46 *Seu pleno jure, liberè &c.*
47 *Decimotertio, si usus sit in assignatione verbi* -- dono --
Contra n. seq.
49 *Concilia ut prima opinio vera sit quando pater protulit verbum* -- dono -- *non simpliciter, sed ex titulo. & causa donationis.*
50 *Decimoquarto, si fecerit divisionem per viam cessionis, vel alio modo, ex quo dominium transferatur.*
51 *Decimoquinto, si divisio, & assignatio fiat cum illis solemnitatibus, cum quibus fieri debet alienatio inter vivos.*
Exemplifica ut n. seqq.
53 *Econtra omissio stipulationis, solemnitatum, & alterius cujusvis requisiti est conjectura pro assignatione in peculium,*
54 *Decimosexto, si pater certo casu, puta extinctionis omnium assignatariorum, sibi reservavit dominium rerum assignatarum.*
55 *Decimoseptimo, si pater prohibuit alienationem bonorum assignatorum, eo quia voluit eadem bona semper stare in familia.*
56 *Decimoctavo, si pater promisit defensionem bonorum assignatorum, & observantiam omnium in instrumento divisionis contentorum.*
57 *Aut si hæc pacta sint reciproca.*
58 *Amplia, quod stantibus istis verbis semper intelligatur facta donatio, etiamsi pater expressè dixerit se dare in peculium.*
59 *Limita in simplici promissione de non contraveniendo.*
60 *Decimonono, si defunctis filiis assignatariis pater fassus fuerit se bona divisa tenuisse, & gubernasse pro suis nepotibus uti eorum tutor.*
61 *Aut si aliquo modo fassus fuerit dominium bonorum penes filium existere.*
62 *Vigesimo, si pater juramentum actui adjecerit.*
Contra n. seq.
64 *Et hæc secunda opinio verior, nisi aliæ conjecturæ concurrant.*
65 *Vigesimo primo, si assignatio facta sit in causam legitimæ.*
66 *Prælegata an, & quando veniant in restitutione fideicommissi remissivè.*
67 *Prælegatum relictum in causam legitimæ non venit in restitutione fideicommissi, nisi pro rata, quæ legitimam excedit.*
Legitima liberè, & absque onere filio relinqui debet, ibidem.

In hac causa adsunt aliæ quinque decisiones super aliis articulis impressæ infra *decis.* 122. 123. 124. 125. & 126.

Ad num. 1. & seqq.

SUbstitutio concepta sub conditione -- *si sine fi-* 1
liis -- ipsis extantibus expirat juxta celebre *con-*
sil. Oldrad. 21. plenè *Rot. Rom. apud Palm. Nep.*
decis. 412. *num.* 1. *& per tot.*, ubi reiicit conje- 2
cturas vocationis collectivæ filiorum, & descen-
dentium, digressus ad plures gradus substitutionum,
aliasque. *Rot. Florent.* infra *decis.* 102. *num.* 26., ubi 3
reiicit conjecturam conservationis agnationis, &
decis. 121. *num.* 1. *& seqq.*

Nec pro recessu a dicto *consil.* sufficit, quod
fuerint positi in conditione filii masculi, & gra- 4
vatus decesserit relictis solum filiabus fœminis, quia
existentia fœminarum facit deficere fideicommis-
sum, si qualitas masculinitatis fuit apposita in fi-
liis unius, ex quo argui non potest fuisse volitam
in filiis alterius, imo potius hoc argumentum re-
torquetur *Rota in Vercellen. Reintegrationis* 3. *Julii*
1711. §. *et licet, & seqq. coram Eminentiss. D. meo*
Cardin. Falconerio, & §. neque, ubi quod nec suf- 5
ficit dictio -- *ut supra* -- quæ referri debet ad qua-
litatem legitimitatis, & naturalitatis antecedenter
expressam.

Prout nec sufficit gravamen assumendi cogno- 6
men, & arma, si istud appositum fuit casu, quo
purificata fuisset conditio decedentiæ primi voca-
ti sine filiis *Rot. in dict. Vercellen. Reintegrationis*
1711. §. *prout nec tertio*; nec etiam prohibitio a- 7
lienationis, quæ eodem modo intelligitur, quate-
nus scilicet purificaretur substitutio per obitum
primi vocati sine filiis *Rot. in dict. Vercellen. Re-*
integrationis 1711. §. *neque demum coram Eminentiss.*
D. meo Card. Falconerio.

Alia plura an, & quando fideicommissum or- 8
dinatum sub conditione -- *si sine filiis* -- expiret
decedente vocato cum filiis juxta celebre *consil.*
Oldrad. 21. vide super hoc, quæ latissimè dicta
sunt in *Florentina Fideicommissi de Usimbardis* 9. *Se-*
ptembris 1719. *artic.* 2. *per tot. coram me, & in*
Florentina Immissionis 28. *Septembris* 1725. *artic.* 2.
per tot. pariter *cor. me* in tertio volum. mearum
decis. imprimend., & adde iis, quæ ibi latè dixi,
ea, quæ super *dict. cons.* scribunt *Turret.* in Causa
Florentina *cons.* 81. *num.* 43. *& seqq. & consil.* 82.
per tot. lib. 1. *Dyn. decis. civil.* 67. *per tot. Rot.*
Florent. infra *decis.* 87. *num.* 14. *& seqq.*, in qua
firmatur intrare *cons. Oldrad.* 21. in fideicommis- 9
so facto in donatione sub conditione -- *si sine fi-*
liis -- etiamsi disponens prohibuerit alienationem
cum clausula -- *quia voluit &c.* -- si ista fuit appo- 10
sita accessoriè, nam tunc restringitur ad terminos
præcedentis substitutionis, eaque per obitum cum
filiis deficiente, ista pariter expirat, *& decis.* 121.
per tot. & decis. 139. *per tot.*, *in Florentina Fi-*
deicommissi de Bonsis 1693. *n.* 20. *& seqq. in Floren-*
tina Fideicommissi de Tornaquincis 1693. *num.* 1. *&*
seqq. & in Florentina Fideicommissi 13. *Septembris*
1697. infra suis loco, & tempore imprimend. *Rot.*
Rom. in Romana Fideicommissi 15. *Aprilis* 1701. §. *ast*
quia & seqq. cor. Ansaldo, in Romana Primogenitu-
ræ de Fabiis 12. *Decembris* 1707. *coram Omanna, in*
Engu-

Eugobina Fideicommissi 9 *Maii* 1707. *per tot. coram Lantetta*, & 19. *Junuarii* 1714 §. *quia Joannis*, & *seqq.*, & §. *huc usque expensa coram Crispo*, & *super carthela Angeli* 5. *Aprilis* 1715. §. *nec prædicta coram Lancetta*, *in Vercellen. Reintegrationis* 3. *Junii* 1711 §. *superfluum usq. ad fin. coram Eminentissimo D. meo Card. Falconerio*, *in Camerinen. Fideicommissi* 19. *Junii* 1711. § *haud in dubium*, & *per tot. cor. eod. in Pisaurea. Emphytensis* 2. *Decemb.* 1712. §. *quo vero*, & *seqq. coram Scotto*, ubi quando habeat locum, *in Asculana Successionis* 5. *Martii* 1714. §. *retenta siquidem coram Eminentiss. D. meo Cardinali Falsaaerio*, nunc impress. supra post *addit. ad decis.* 22. *append.* 2. *n.* 1. *in Romana Locorum Montium* 28. *Novembris* 1714. *per tot. cor. Lancetta*, *in Vercellen. Fideicommissi* 13. *Maii* 1715. *per tot. coram eod. in Brundusina Immissionis* 12. *Januarii* 1722. §. *his autem*, & *seqq coram Cerro*, obi quando non habeat locum, & *in Reatina Primogeniture de Nobilibus super reservatis* 30. *Aprilis* 1723. §. *quibus ita se habentibus coram eodem.*

Ad num. 2. & *seqq.* & *num.* 19. & *seqq.*

11 Quando fiat extensio de caso ad casum, vel de persona ad personam in fideicommissis, aliisque actibus ultimarum voluntatum *Rot. Florent.* supra *decis.* 5. *num.* 4. & *seqq.* & *num.* 21. & *seq.* & plures addoxi in *addit. ad decis.* 56. *num.* 33. & *Rot. Florent. decis.* 59. *num* 14. *hoc eodem vol.*

Ad num. 10. & *seqq.*

12 Reciproca an, & quando dicatur volita a testatore dictum est supra in *addit. ad decis* 48. *n.* 2. & *seqq.* & *num.* 32 & *seqq* cum ibi relatis.

Ad num. 35 & *seqq.*

13 Assignatio, & divisio bonorum facta a patre vivente inter filios est potius ultima voluntas, quam donatio, quia pater censetur illa eis dedisse ad usum, & administrationem, & in peculium,
14 non aotem voluisse dominium in eos transferre, ut firmant *Altagrad. cons.* 8. *num.* 1. & *seq.* & *num.* 11. *lib.* 1 *Gratian. discept.* 82. *num.* 1. & *discept.* 031. *n.* 1. *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 30. *sub num.* 33. *versic. idem est quando pater lib.* 3. *Fusar. de substit. quæst.* 633. *num.* 7. *Mantic. de tacit.* & *ambig. lib.* 13 *tit.* 18. *num.* 2. *Paschal. de patr. potest part.* 1. *cap.* 4. *num.* 28. *Mart. de success. legal. part.* 4. *quæst.* 21. *artic.* 11. *num.* 56. & *seqq* & *vot. Pisan.* 247. *num.* 1. & 6 *Iorr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 3. *sub num.* 26. *versic. primum. De Lat. de testament. disp.* 63. *sub num.* 10 *versic. idque non negabatur. D. Auditor Finettus in suo voto edito in causa Florentina Syndacatus*, *seu Bonorum de Franceschis* impress. penes *Mans. consult.* 621. *num.* 16. repetit. apud *Palm. Nep. alleg.* 235. idem *Mans. consult.* 622. *num.* 4. *Rot. Rom. coram Zarat. decis.* 32. *num.* 6. & *seqq.* & *in recent. decis.* 334. *num.* 1. & *decis.* 387. *n.* 5. & 7. *part.* 9. qoorum prima est repetita coram *Bisb. decis.* 207. & secunda post *Censal. ad Peregr. de fideicomm. decis.* 24. *num.* 3. & *seqq.*

15 Amplia dictam regulam procedere, etiam si donatio facta foret filiis emancipatis *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 30. *num.* 39. & *seqq. Palm. Nep. allegat.* 231. *num.* 19. & *in dict. vot. Auditoris Rotæ Florentinæ* impress. apud *Mans. dict. consult.* 621. *sub num.* 16. idem *Mans. consult.* 622. *sub num.* 4.

16 Quæ fortius locum habent, si divisio facta sit sine scriptura *Palm. Nep.* in causa Floeentina scribens *alleg.* 231. *num.* 15.

17 Sed limitanda venit dicta regula, quando constaret de voluntate patris, non in peculium, sed in verom irrevocobilem donationem dare volentis *Altograd. conf.* 8. *n* 12. *lib.* 1. *Gratian. discept.* 331. *num.* 3. *Pacion. alleg.* 2. *num.* 6. *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 30. *sub num.* 52. *versic. declaratur lib.* 3. *Mantic. de tacit. lib.* 13. *tit.* 18. *n.* 7. *Ofast. decis* 125. *sub num.* 5. *versic. non obstat*, *Rot. Rom. in recent. decis.* 633. *sub num.* 3. *part.* 3. *dec.* 334. *num.* 3. & *decis.* 387. *num.* 8. *part.* 9. quarum ultima est repetita post *Censal. ad Peregr. de fideicommiss. dict. decis.* 24. *num.* 4. & *seqq.* & *dec.* 385. *num.* 1. *part.* 18.

Hujusmodi aotem voluntas ex pluribus patere potest.

Et primo, si pater usus sit verbis convenientibus actui inter vivos, & operantibus dominii translationem, ut puta -- *dedit*, & *assignavit*, *adjudicavit* -- & similibus *Altograd.* citato *conf.* 8. *num.* 11. *lib.* 1. *Gratian. dict. discept.* 82. *num.* 13. & 14. *Pacion. dict alleg.* 2. *num.* 10. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 30. *num.* 39. & *seqq.* & *num.* 51. *Mart. de success. legal. part.* 4. *quæst.* 21. *artic.* 11. *sub num.* 60. & *vot. Pisan.* 247. *num.* 3. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 13. & 14. & *sub num* 26. *versic. altero vero. Rot. Florent. in Florentina Syndacatus de Franceschis apud Mans. consult.* 620 *num.* 1. & *seqq.* repetita apud *Palm. Nep. alleg.* 234. a qua tamen discordavit *D. Auditor Finettus*, ut ex præcitato voto, & infra *decis.* 123. *num.* 12. *Rot. in recent. decis.* 633. *sub num.* 2. *part.* 3. *decis* 334 *num.* 5. & *dec* 387. *num.* 13. *part.* 9. repetita post *Censal. ad Peregr. de fideicomm. dict. decis.* 04. *num.* 6. & *decis.* 305. *num.* 3. *part.* 19. 18

Contra tamen quod dicta verba non ioclodant donationis præsomptionem *D. Auditor Finettus in dict. vot. apud Mans. consult.* 621. *sub num.* 17. §. *vel quia versic. quoniam*, idem *Mans. d consult.* 622. *num.* 5. & firmat nostra *decis.* hic *num.* 47. & *Rot. Florent.* infra *decis.* 123. *num.* 29. 19

Concilia otramque opinionem dicendo, tunc demom præsumendam esse donationem, quando cum hisce verbis alia etiam adminicula donationem importantia conjungerentur *Gratian. dict. discept.* 82. *num* 18. & *discept.* 231. *sub num.* 3. late *Mans. consult.* 622 *sub num.* 5. & hoc admittit nostra *decis. sub num.* 47. hinc est, quod *Rota decis.* 387. *sub num.* 8. *part.* 9 *recent.* repetita post *Censal. ad Peregr. de fideicomm. decis.* 04 & *Mans.* 20
13 Haec conjectura tamen a nonnullis DD. ex se sola debilis, & aequivoca reputatur, nec sufficiens ad suadendam contrariam testatoris voluntatem pro recedendo a consuetudine Bulgari, interpretando noluisse testatorem per hoc filiis matrem aequaliter in legato conjungere, sed solum ostendere, quod uxor ita alimenta perciperet, ut filii una cum ea alerentur Gabriel cons. 127. num. 3. & 4. lib. 1. Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 29. num. 8. Castald. consult. 33. num. 4. lib. 2. De Luc. de servitut. disc. 50. num. 6. versic. verum. Mantic. de conject. lib. 9. tit. 7. num. 5. Rot. Rom. decis. 762. num. 4. part. 2. & decis. 748. num. 3. part. 4. divers. & apud Palm. in recollect. decis. 436. num. 11.

14 Prima tamen opinio verior, & receptior est, & approbata non solum a communiori DD. placito, qui contrariam solidissimis rationibus impugnant, ut defendunt omnes supra relati, & praecipue Andreol. contrav. 71. per tot. Rodulphin alleg. 38. num. 6. & 11. & alleg. 146. num. 5. & seqq. ubi refellit Rota antiqua opinionem. Card. de Luc. de servitut. qui licet prius disc. 50. sub num. 6. hanc conjecturam impugnare tentaverit, disc. 52. num. 2. illam approbat, & ulterius ingenue fatetur, quod durum, ac difficile sit contrarium tentare, plene Paulut. dissert. 6. num. 9 & dissert. 88. num. 7. & seqq. sed etiam ab ipsa recentiori Rot. Rom. quae ab opinione Rota antiqua pluries, ac pluries recessit, ut patet ex decis. 269. num. 3. coram Cels. 268. num. 8. & 9. coram Priol. & dec. 144. n. 9. post Torr. de pact. futur. success. & ex recent. decis. 241. num. 5. part. 5. decis. 311. n. 35. par. 11. decis. 216. num. 3. & seqq. & decis. 502. num. 3. & seqq. part. 14. magistraliter decis. 152. num. 12. & seqq. part. 15.

15 Cujus opinionis duo praecipua sunt fundamenta, unum, quia ut diximus, cessat ratio, ob quam inducta fuit praedicta consuetudo, alterum, quia sicut respectu filiorum praefata dispositio ad alimenta restringi nequit, ita nec respectu uxoris, cui aequaliter legatum factum fuit, nam dictio -- una cum -- vel similis importat unitatem, & aequalitatem, & una determinatio respiciens plura determinabilia, aequaliter, & pariformiter singula determinat, ut in individuo animadvertunt Andreol. dict. contrav. 71. num. 2. & 3. Cyriac. controv. 52. num. 9. Gratian. discept. for. 70. num. 49. & seqq. Rodulphin. alleg. 38. num. 5. Urceol. consult. 58. num. 5. Paolut. dissert. 88. num. 5. De Luc. de servit. disc. 52. num. 2. Calderon. resol. 9. n. 13. lib. 2. Rocc. disp. select. cap. 31. num. 6. & seqq. Barry de success. lib. 9. tit. 24. versic. alias quando sub num. 6. Rot. nost. inter meas impress. decis. Florent. 70. num. 46. part. 1. tom. 2. Rot. Rom. coram Priol. decis. 268. num. 8. 9. & in recent. dec. 341. num. 5. part. 5. decis. 311. num. 35. part. 11. decis. 216. num. 3. & 4. decis. 502. num. 5. par. 14. & decis. 152. num. 11. part. 15.

Et in hoc casu mater de se sola tantam usus- 16
fructus portionem consequi debet, quantam consequentur omnes filii simul juncti, ex quo plures sub collectivo nomine vocati pro uno solo regulariter reputantur ad tradita in terminis nostris per Rodulphin. alleg. 38. num. 12. & seqq. Gratian. discept. for. cap. 70. num. 49. & seqq. Urceol. consult. fur. 58. num. 2. Andreol. controv. 71. num. 1. Episc. Rocc. disput. select. cap. 31. num. 8. De Luc. de servitut. disc. 52. sub num. 2. Camarel. de legat. lib. 3. quaest. 58. n. 18. Spadaz. theatr. viduil. disquisit. 42. num. 47. & seqq. Surd. de alim. tit. 2. quaest. 15. num. 204. & seqq. Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 139. num. 21. & 22. Rot. Rom. coram Cels. decis. 269. num. 5 & decis. 298. coram eod. coram Cerr. decis. 356. num. 8. & 9. & in rec dec. 311. in fin. part. 11. & decis. 152. num. 18 part. 15.

Quod diximus uxorem consequi formalem 17
usumfructum, quando una cum filiis usufructuaria relicta est, idem quoque procedit, si eidem legatus sit ususfructus partis, seu quotae bonorum, vel alicujus rei particularis; cum enim hoc quoque casu cesset ratio, quod filiis non debeat remanere nuda proprietas, cum qua cogantur mendicare, postquam ultra proprietatem habent etiam usumfructum in reliquis bonis, ideo non receditur a verborum proprietate, & integer ususfructus rerum legatarum debetur De Marin. resolut. 347. num. 21. lib. 1. ibique de Luc. meliar. 347. n. 4. Castill. de usufruct. cap. 45. num. 21. lib. 1. Mart. de success. legat. part. 4. quaest. 18. art. 2. num. 38. Paschal. de vir. patr. potest. part. 3. cap. 8. num. 11. & 12. Surd. de aliment. dict. quaest. 15. num. 133. Menoch. de praesumpt. lib. 4. dict. praesumpt. 139. n. 17. & 18. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 7. num. 31. Missinger. cent. 5. observ. 37. n. 4. Cavalcan. de usufruct. mulier. relict. num. 47. Camarel. de legat. quaest. 58. num. 11. & seqq. lib. 3. Barry de success lib. 9. tit. 24. sub num. 7. versic. sextus. Viv. decis. 29. sub num. 1. lib. 1.

Tertia conjectura emergit ex eo, quod prius 18
in testamento fuerint relicta uxori alimenta, & postea in codicillis, vel in alia parte ejusdem testamenti legatus fuerit ususfructus omnium bonorum, cum ex discretivo modo disponendi arguatur, quod testator intellexerit de plenario, & integro usufructu, ne dispositio secunda, si ad pura alimenta restringatur, inutilis, & superflua reddatur, ut in subjecta nostra materia firmant Mans. consult. 132. num. 7. & 8. tom. 2. Merlin. Pignatell. controv. cent. 2. cap. 3. num. 10. Gabr. commun. conclus. lib. 5. tit. de usufruct. conclus. 2. num. 42. Mantic. de conject. lib. 9. tit. 7. num. 25. in fin. Menoch. de praesumpt. lib. 4. praesumpt. 139. num. 44. Surd. de alim. tit. 2. quaest. 15. num 129.

Cama-

Camarel. de legat. lib. 3. quæst. 58. n. 34. Cavalcan. de usufruct. mulier. relict. num. 51. Bersan. de vid. cap. 2. quæst. 42. num. 13. Barry de success. lib. 9. tit. 24. sub num. 6. versic. octavus, & versic. nonus. Rot. Rom in recollect. per Palm. Nep. decis. 436. num. 15. coram Crescent. dec. 5. num. 5. & 6. tit. de testam coram Otthobon. dec. 145. num. 23. & seqq. coram Cerr. dec. 291. num. 3. & 4. & in ejus confirmatoria dec. 310. num. 4. & seqq. coram eod. & in recent. dec 290. num. 3. & seqq. & dec. 349. num. 3. & seqq. part. 10.

19 Quarta desumitur ex onere alendi filios a marito uxori legatariæ imposito, nam ex hoc convincitur testatorem ad usumfructum, non autem ad sola alimenta respexisse, cum ipsi hoc onus nullo modo injungi potuisset, si alimenta tantum consequi debuisset Venturin. consil. 65. num. 42. lib. 3. Bersan. de vid. cap. 2. quæst. 42. num. 18. Mart. de success. legal. part. 4. quæst. 18. art. 2. num. 29. in fin. Camarel de legat. quæst. 88. num. 37. lib. 3. Barry de success. lib. 9. tit. 24. sub num. 7. vers. decimus quintus. De Lut. ad decis. Gratian. dict. schol. 210. num. 7. §. uxori. Peguer. dec. 103. n. 4. & 9. Rot. Rom. coram Cerr. dec. 310. n. 10. & 11.

20 Quinto de pleno, & integro usufructu testatur sensisse præsumitur, si uxorem legatariam liberavit a confectione inventarii, & a redditione rationis, quæ non conveniunt simplici alimentariæ, sed bene usufructuariæ; cum enim qui alimenta tantum consequi debet, nullam bonorum administrationem habeat, nec rationem de fructibus reddere teneatur, consequens est, ut testator non de alimentis senserit, sed de integro usufructu, in quo de ratione reddenda agi potest, ut in proposito docent Riminald. Jun. cons. 322. n. 11. & 12. lib. 3. Ciracc. discept. 15. num 20. Thesaur. quæst. for. lib. 1. quæst. 54. num. 5. Palm. Nep. alleg. 388. num. 13. Bersan. de vid. cap. 2. quæst. 42. num. 14 De Lut. de servit. disc. 50. num. 4. Camarell. de legat. quæst. 88. num. 20. lib. 3. Barry de success. lib. 9. tit. 24. sub n. 7. vers. decimus tertius. Caball. cons. decisiv. 132. per tot., & signanter num. 4. & seqq. lib. 2. Rot. Florent. inter meas impress decis. 79. num. 11. tom. 2. par. 1. Rot. Rom. coram Ubald. decis. 124. num. 2. apud Palm. Nep. in recollect. decis. 436. n. 23. & in recent. dec. 502. num. 6. par. 14.

21 Hujus tamen conjecturæ effectus a nonnullis DD. restringitur ad casum, in quo uxor relicta non sit tutrix, aut eidem commissa non sit administratio bonorum, in casu vero contrario, quando scilicet tutelæ, aut administrationis onus injunctum habet, fallax, & æquivoca reputatur, cum sit referibilis ad alium titulum, nempe ad tutelam, aut administrationem, quibus magis congruere videtur liberatio a confectione inventarii, & a redditione rationum, ut ratiocinantur Marescott. variar. lib. 1. cap. 29 num. 6. de Luc. de servitut. disc. 50. sub num. 4. Barry de success. dict. tit. 24. sub num. 7. vers. decimus tertius ad med. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 239. num. 31. & seq. Mantic. de conject. lib. 9. tit. 7. sub num. 26. quorum etiam opinioni adhæsisse videtur Rot. Roman. decis. 192. num. 27. par. 10. & decis. 216. num. 7. vers. neque contraria par. 14. recent.

22 A priori tamen opinione recedendum non esse arbitror, uti communiter approbata, ut patet ex DD. supra allegatis; maximè verò si ultra prædictam liberationem a confectione inventarii, & rationum redditione elargita sit uxori facultas, & potestas disponendi ad libitum de usufructu Mantic. de conject. lib. 9. tit. 7. sub num. 26. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 139. num. 39. & seq. Surd. de aliment. tit. 2. quæst. 9. num. 11. & qu. 15. num. 234 Camarel. de legat. lib. 3. quæst. 58. n. 29. Barry de success. lib. 9. tit. 24. num. 6. vers. undecimus. Gabriel lib. 5. tit. de usufruct. conclus. 2. num. 47. Rot. Rom. decis. 579. num. 5. par. 5. recent.

Sexto tandem Bulgari consuetudo non militat, ex quo, si restrictio ad pura alimenta fieret, uxor pinguius legatum consequutura esset cessante onere, aut ad secundas nuptias convolando, quam durante onere, aut permanendo in statu viduitatis, quam conjecturam in puncto quæstionis nostræ perpendunt Dec cons. 485. num. 21. Mantic. de conject. lib. 9. tit. 7. num. 30. Menoch. dict. præsumpt. 139. num. 54. Camarel. de legat. lib. 3. quæst. 58. num. 45. Gabriel de usufruct. citata conclus. 2. num. 40. Barry de success. lib. 9. titul. 24. num. 7. Thesaur. quæst. 54. sub num. 4. lib. 1. Bersan. de vid. cap. 2. quæst. 42. num. 11. Simon de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib. 4. dubit. 10. num. 68. Benintend. decis. 98. sub num. 1. §. ad hoc versic. secunda. Rot. decis. 216. num. 5. part. 14. recent. 23

Ex quam pluribus quoque fontibus permultæ aliæ conjecturæ exhauriri possunt, ex quibus colligi valet testatoris intentio, quod uxori suæ relinquere intellexerit plenum, & formalem usumfructum, non simplicia alimenta, quæ latè congestæ videri possunt apud Riminald. Jun. cons 322. lib 3. per tot. Marescott. variar. resolut. lib. 1. cap. 29. per tot. Castald. consult. 33. per tot. lib. 1. Ciracc. discept. 16 per tot. Staiban. Jun. resolut. 25. per tot. tom. 1. Castill. de usufruct. cap. 45. per tot. lib. 1. Bersan. de vid. cap. 2 quæst. 42. Paschal. de virib. patr. potestat. par. 3. cap. 8. per tot. Mut. ad Consuetud. Panormit. cap. 47. num. 103. & seqq. Camarell. de legat. lib. 3. quæst. 58, per tot. Barry de success lib. 9. tit. 24. per tot. Mantic. de conjectur. lib. 9. tit. 7. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 139. & 140. per tot. Surd. de aliment. tit. 2. quæst. 15. per tot. Spadazz. theatr. viduil. disquisit. 42 per tot. Rot. in Romana Ususfructus 6. Martii, & 29. Aprilis 1722. coram R. P. D. meo Calcagnino. Rota Florent. supra decis. 49. num. 33., ibique relati a me in addit. num. 40. 24

Notandum tamen est, quod in omnibus casibus, in quibus aut ex clara dispositione, aut ex conjecturis receditur a consuetudine Bulgari, & uxori integer omnium bonorum ususfructus debitus est, ab asse hæreditario prius detrahenda est legitima filiorum, cum ipsa sit debita filiis statim a die obitus partis purè, & liberè, & absque ullo onere tam in proprietate, quam in usufructu, ut in præcisis terminis tradunt Dec. consil. 454. num. 3. & consil. 485. num. 14. Covagnol. in observ. ad Menoch. cons. 141. num. 20. Caball. consil. decisiv. 132. num. 2. & 8. lib. 2. latè Urceol. consult. for. cap. 57. num. 4. & seqq. Altagr. Jun. controv. 89. num. 44. Castill. de usufruct. cap. 45. num. 11. lib. 1. Mantic. de conject. lib. 9 titul. 7. num. 21. Bersan. de vid cap. 2. quæst. 42. num. 8. Mart. de success. legal. quæst. 18. artic. 2. num. 29. Camarel. de legat. quæst. 57. num. 4. & quæst. 58. num. 9. lib. 3. Barry de success. lib. 9. tit. 24. n. 9. Spadazz. theatr. viduil. disquisit. 42. num. 291. 192. Thesaur. decis. 137. num. 3. & decis. 184. num. 9. Linglois decis. 4 quæst. 3 num. 3. Rot. Rom. dec. 579. num. 1. part. 5. & decis. 290. num. 11. part. 10. recent. 25

Similiter etiam ex hujusmodi legato demenda sunt bona subjecta fideicommisso antiquo, quæ filiis restituenda veniunt post mortem patris, cum non præsumatur testatorem de alienis bonis dispo- 26

nere

nere voluiſſe, niſi ex conjecturis id clarè appareat *Fuſar. conſ. 147. num. 6 Cyriac. controv. 130. n 6. & controv. 283. num. 31. & 32. de Luc. de ſervitut. diſc. 48. num. 3. & 4.* latè *D. meus Audit. Caſareg. de commert. diſc. 113. num. 4 & ſeqq. tom. 2. Mantic. de conject. lib. 9. tit. 6. num. 8* plenè *Caſtill. de uſufruct. cap. 39. num. 13. & ſeqq. lib. 1. Menoch. de praſumpt. lib. 4. praſumpt. 142. n. 12. Peregrin. de fideicomm. artic. 6. num. 11. & 12. Cancer. variar. reſolut. cap. 20. num. 296. lib 3. Craſſ. §. legatum quaſt. 27. Spadazz. theat. vid. diſq. 42. num. 239. & ſeqq.*

27 Principalis vero concluſio intelligenda eſt procedere ſolum in caſu, quo matri relictus ſit integer totius hæreditatis uſusfructus, adeout filiis integre non remaneat legitima tam in proprietate, quam in uſufructu, non autem quando eisdem ſalva remanet debita portio ab onere uſusfructus, ad tradita per *Ventarin. conſ. 65. n. 42. & ſeq. tom. 3. Cyriac. controv. 438. num. 48. Mareſcott. var. reſolut. cap. 29. num. 39. lib. 1. Urceol. conſultat. for. cap. 58; num. 4.* latè *Spadazz. theatr. vid. dict. diſquiſit. 42. num. 204. & ſeqq. Surd. de aliment. titul. 2. quaſt. 15. num. 178. & ſeqq.*

28 Præterea uxores uſufructuariæ a maritis relictæ, donec vidualem vitam ſervaverint, etſi inſtitutis filiis non debeant, niſi alimenta conſequi juxta *Bulgari* conſuetudinem, hujuſmodi tamen reſtrictio, & reductio non eſt perpetua, ſed temporalis, donec ſcilicet filii vivunt, ipſis verò deficientibus, & ſuccedente extraneo, qui non ſit de deſcendentibus teſtatoris reſtituuntur ad integrum, & formalem uſumfructum, cum hoc caſu ceſſet favor filiorum, a quo conſuetudo initium duxit *Cavagnol. ad Menoch. conſ. 141. num. 77 Staiban. Jun. reſol. 25. num. 48. tom. 1. Mut. ad Conſuetud. Panorm. cap. 4. num. 110. Merlin. Pignattel. cent. 2. cap. 4. per tot. Mareſcott. variar. reſolut. lib. 1. cap. 29. num. 12. & ſeqq. Surd. de aliment. tit. 2. quaſt. 15. num 162. 189. & ſeqq. & tit. 8. privileg. 25. num. 8. Mantic. de conject. lib. 9. tit. 7. num. 19. Graſſ. in §. relatum quaſt. 24. num. 4. Mart. de ſucceſſ. legal. quaſt. 18. artic. 2. part. 4. num. 36. Paſchal. de virib. patr. poteſt. p. 3. cap. 8. num. 17. Brunor. a Sol. quaſt. 48. ſub n. 18. verſ. tertia ſit. Peregrin. de fideicomm. artic. 12. n. 28. Menoch de praſumpt. lib. 4. praſumpt. 139. n. 77. Merend. lib. 3. cap. 22. num. 5. & ſeqq. Camarel. de legat. quaſt. 58 num. 62. lib. 3. & num. 74.*, ubi de communi. *Barry de ſucceſſ. lib. 9. tit. 24 n. 8. Gail. obſerv. lib. 2. cap. 144.* n. 6. *Spadazz. theat. viduil. diſquiſit. 42. num. 58. & 59. Sanfelic. deciſ. 201 num. 2. lib. 2.*, ubi quod ita communiter tenent DD. *Viv. dec. 420. num. 3. & ſeqq. lib 3. Fontanell. dec. 494 num. 10. Rot. Rom. coram Cerr. dec. 310. num. 17. coram Ludoviſ. dec. 460. n. 7. & dec. 748. ſub num. 5. verſ. neque etiam obſtat par. 4. diverſ.*

29 Quod procedit non ſolum, ſi filii naturaliter moriantur, verum etiam ſi civiliter, ut quando ob commiſſum crimen eorum bona confiſcantur *Gabriel lib. 5. tit. de uſufruct. concluſ 3. num. 8. Camarel. de legat. quaſt. 58. ſub num. 74. verſic. extenditur lib 3. Barry de ſucceſſ. lib. 9 tit. 24. ſub num. 8. verſic. item. Maſcard. de prob. concl 1426. ſub num. 29. Guazzin. de confiſcat. bonor. limit. 22. num. 8. Surd. de aliment. tit. 2. quaſt. 15. n 196. Paſchal. de virib. patr. poteſt. par. 3. cap. 8. n. 17. Spadazz. theatr. viduil. diſquiſit. 42. num. 57. & ſeqq. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quaſt. 18. artic. 2. num. 37. Menoch. de praſumpt. lib. 4. praſumpt. 139. num. 78.*

30 Nulla prorſus habita ratione, an pia cauſa filiis ſucceſſerit, vel extraneus, cum in hoc pauperes, vel cauſa pia pro extraneis hæredibus reputentur *Staiban. Jun. reſolut. 25. num. 49. lib. 1.* latè *Merlin. Pignat. cent. 2. cap. 5. num. 1. & ſeq. Mareſcot. variar. reſolut. lib. 1. cap. 29. num. 18. Myſinger. cent. 5. obſerv. 37. num. 10. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quaſt. 18. artic. 2. num. 42. & 43. Mantic. de conject. lib. 9. tit. 7. num. 36. Mut. ad Conſuetud. Panorm. cap. 47. num. 109. & ſeqq. Gabriel de uſufruct. dict. concluſ. 3. num. 17. Menoch. de praſumpt. lib. 4. praſumpt. 139. num. 8. Camarel. de legat. quaſt. 58. num. 64. lib. 3. Barry de ſucceſſ. lib. 9. tit. 24. ſub num. 8. verſic. extenditur. Surd. de aliment. dict. quaſt. 15. n. 163 & 170.*

In hoc tamen caſu excepta remanet legitima 31 filiis de jure debita, quæ libere in eorum hæredes, ſive ſubſtitutum tranſit, ut in ſubjecto tradunt *Cyriac. controv. 242. num. 7. & ſeqq. Berſan. de vid. cap. 2. quaſt. 42. num. 26. Brunor. a Sol. quaſt. 48. num. 3. Tuſch. lit. V. concluſ. 403. n. 9. Gail pract. obſerv. lib. 2. obſerv. 144. num. 7. Peregrin. de fideicomm. artic. 12. num. 29. Surd. de alim. dict. quaſt. 15. num. 178.*

PRATENSIS
Fideicommiſſi.

12. *Septembris* 1608. *ex lib. Mut.* 90. *a* 289.

ARGUMENTUM.

Appellatione deſcendentium veniunt fœminæ, & ex eis deſcendentes, ſi non fuerit habita agnationis contemplatio. Sententia lata contra Fideicommiſſarium poſſeſſorem, officit etiam aliis ſubſtitutis, licet nec ſpecialiter, nec generaliter citatis. Legitimam, vel ejus ſupplementum an petere valeat filia a patre dotata.

SUMMARIUM.

1 *FOEminis proximioribus excluſis, remotiores non veniunt appellatione deſcendentium.*
Contra, quod hac ſola conjectura non ſufficiat, ut a proprietate verborum recedatur n. 19.
2 *Maſculi prædilecti in inſtitutione, etiam in ſubſtitutione prædilecti cenſentur.*
3 *Fœminarum excluſio votum conſervandæ agnationis oſtendit.*
4 *Fœminis excluſis, cenſentur etiam excluſi ex eis deſcendentes.*
5 *Teſtator vocando deſcendentes, intelligitur ſolum ſenſiſſe de maſculis, ſi adſit ſtatutum fœminarum excluſivum.*
Intellige ut n. 20.
Et è converſo ſi ſtatutum fœminas includat, quod etiam teſtator illas includere cenſeatur.
6 *Fœminæ earum vita durante cenſentur agnatæ, & ad fideicommiſſum agnatitium admittuntur.*
7 *Dictio* in alium, *vel* in alios *excludit nominata, & includit omiſſa in præcedenti diſpoſitione.*
8 *Ideo prohibitus alienare* in alios, *poteſt alienare in vocatos.*
9 *Facultas alienandi inter vocatos evertit fideicommiſſum in caſu mortis.*
Intellige ſi agatur de permiſſione expreſſa per dictionem niſi, *ſecus ſi de tacita n.* 21.
Et niſi adſit poſt prohibitionem ratio, quod bona vadant ut ſupra in deſcendentes, quia illa dictio ut ſupra *fideicommiſſum repetit n.* 22.
10 *Verbum* deſcendentes *comprehendit maſculos, & fœminas, niſi adſit ſpecialis mentio maſculinitatis & n.* 13.

11 *Amplia, ut comprehendat etiam descendentes ex fœminis.*

12 *Amplia, at masculi descendentes ex fœminis veniant etiam appellatione masculorum.*

14 *Sententia lata contra fideicommissarium afficit etiam ejus successorem, licet non citatum, nec specialiter, nec generaliter.*

Intellige, si lata sit contra primum hæredem, non vero substitutum n. 16.

Contra, quod etiam lata contra substitutum habentem jus de præsenti afficiat alios n. 17.

15 *Agnationis ratio cessat ex vocatione fœminæ, & de ratione.*

18 *Conjecturæ debent esse urgentes, ut recedatur a proprietate verborum.*

22 *Dictio* ut supra *repetitionem inducit qualitatum expressarum.*

23 *Trebellianica deduci non potest ab eo, qui non habet onus restituendi.*

24 *Filiæ dotatæ non possunt petere legitimam, sed solum supplementum.*

Immo nec supplementum, si sint dotatæ a patre, & non adsit enormis læsio, ibidem.

25 *Maxime accedente longa temporis diuturnitate, quæ prohibet repetitionem supplementi.*

DECISIO LXV.

In Causa Gherardacci, e Terracani.

GErius de Gherardacciis de Prato ultimum condidit elogium institutis D. Petro Francisco ejus fratre pro una parte, pro altera Gherardo nepote ex Carolo fratre, in tertia Andrea Bartholomæi altero nepote ex alio fratre, in quarta Philippo, & Raphaele pariter nepotibus ex Joanne fratre, & eorum, & cujuslibet eorum filiis & descendentibus legitimis, & naturalibus, eisque ad invicem substitutis vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, quibus omnibus in perpetuum prohibuit bonorum immobilium præsentium, & futurorum venditionem, & omnem alienationis titulum, ut bona eant in descendentes, ut supra, pæna privationis adjecta, & aliis, de quibus in testamento. Decessit Andreas alter ex prædictis hæredibus sine filiis masculis, superstitibus Nannina, & Ginevera ejus filiabus, inter quas, & masculos de Gherardacciis tunc temporis existentes orta est lis, & controversia, an fœminæ in dicto fideicommisso comprehensæ censerentur, quæ ad favorem mulierum fuit terminata pe sententiam Supremi Magistratus hujus Inclitæ Civitatis, Excellentiss. D. Lelio Taurello referente, cujus sententiæ petitam revisione expresse denegavit Serenissimus Dominus. Quibus fœminis decedentibus, D. Carolus D. Gerii de Gherardaccis tamquam solus superstes ex descendentibus masculis hæredum institutorum in dicto testamento Gerii Senioris existimavit ad sui favorem fuisse purificatum fideicommissum in portione Andreæ, exclusis descendentibus filiarum ex eo, quia testator vocando descendentes intelligatur vocasse agnatos, & exclusisse descendentes ex fœminis tamquam cognatos, idque ratiocinabatur ex duobus.

Primo quia testator tempore suæ mortis superstites reliquerit plures neptes ex fratre sibi in eodem gradu existentes, in quo erant nepotes in-
1 stituti, quare exclusis fœminis proximioribus, multo magis ex conjecturata mente testatoris intelliguntur exclusæ remotiores *arg. l. si viva matre C. de bonis mat.* ne sint melioris conditionis *l. pupillus §. fin.* ubi *Bart. & Soccin. ff. de condit. & demonstrat. Gloss & Bart. in l. si mater §. primo ff. de vulgar. & pupill.* masculi enim prædilecti in in- 2
stitutione, pariter prædilecti censentur in substitutione *Dec. cons. 304. in princ. Jason cons. 220. n. 9. & 21. lib. 2. Roland. cons. 82. num. 29. & seq. lib. 3.* eo quod exclusis fœminis intelligatur a te- 3
statore habita ratio agnationis conservandæ, tradit *Dec. cons. 574. n. 5. Ruin. cons. 139. n. 17. lib. 3. Gozad. cons. 89. n. 8. Soccin. Jun. cons. 168. n. 38. lib. 2. Cephal. cons. 306. n. 71. Tob. Non. cons. 36. num. 2. Handed. cons. 65. n. 36. & cons. 70. n. 39. & cons. 71. num. 35. lib. prim.*, iis ergo exclusis, 4
censentur etiam exclusi descendentes ex eis *Jason in l. tres fratres in 2. fallent. ff. de pact. Alex. cons. 43. lib. 2. Jason cons. 108. lib. 4. Soccin. Sen. cons. 63. in 2. difficultate lib. 3. Curt. Sen. cons. 51. Bern. cons. 82. n. 2. lib. 2. Handed. cons. 75. n. 19. cum duabus seqq. lib. prim.*

Secundo stante statuto loci exclusivo fœmi- 5
narum propter masculos, censetur testator cum ejus dispositione se conformasse ad conservandam agnationem, & sub nomine descendentium masculos vocasse, & non fœminas *Bart.* & alii in *l. hæredes mei §. cum ita ff. ad trebell. & in l. ut juris jurandi §. si libert C. de oper. libert. DD. in l. tres ff. de pact. Butr. cons. 9. num. prim. Tiraquell. in l. si unquam vers. susceperit liberos num. 101. Magon. decis. Lucens. 7. n. 24.* quæ sententia *de anno* 1574. *die* 13. *Februarii* obtinuit in hoc Auditorio, & hæc allegabantur quoad primum caput fideicommissi in casu mortis, ut ad summum mulieres prædictæ intelligantur tamquam agnatæ 6
solum admissæ de æquitate, earum vita durante, late *Osasc. dec. 127. n. 9. Ang. Matthæacc. de leg. & fid. lib. 2. c. 2. in fin.* ubi *Mulin. Paris. Curt. Jun.* & alios allegat.

Secundo loco principaliter expendebatur alterum caput fideicommissi inductum in casu alienationis, facta enim a testatore post fideicommissum 7
in casu mortis probibitione vendendi, vel quocumque titulo alienandi *in alium*, *vel in alios*, quæ dictiones excludunt nominata, & includunt omissa *Socc. Jun. cons. 107. n. 45. & 47. lib. 3. Paris. cons. 79. n. 24. lib. 2. Dec. cons. 653. n. 4. in fin. & seq. Corn. cons. 5. n. 3. cum seqq. lib. prim.* non fuerunt hæredes prohibiti alienare in unum ex descendentibus, etiam remotiorem, dummodo apud unum bona remaneant *Paris. cons. 109. n. 18. lib. 3. Ceph. cons. 694* 8
n. 30. l. peto §. fratre ubi *Cuman. & Castr. ff. de legat. 2. l. pater filium §. quindecim ff. de legat. 3. Desinn. cons. 55. n. 3. cons. 65. & 67. lib. 3 Cuman. cons. 114. n. 3. Soccin. Sen. cons. 227 n. 9. lib. 2. Grat. cons. 126. lib. 2. Alex. cons. 56. n. 56. vol. prim. Surd. cons. 1. n. 6. & seqq.* ex quo censetur data pote- 9
stas evertendi ipsum fideicommissum in casu mortis *Soccin. Sen. cons. 123. vers. confiematur lib. 3. Grat. cons. 48. n. 12. Surd. cons. 96. num. 25.* qua licentia usus fuit Andreas alter ex hæredibus institutis ad exclusionem fœminarum, & descendentium ex eis in favorem D. Caroli Actoris.

Quibus non obstantibus, communi omnium Dominorum voto absque aliquo scrupulo, & difficultate intentio actoris penitus fuit rejecta, siquidem in testamento Gerii Senioris nulla est facta mentio masculinitatis, sed simpliciter dictum fuit de filiis, & descendentibus, quo casu æque proprie comprehendere tam masculos, quam fœminas 10
voluit *Alex. cons. 150. num. 5. lib. 2. Natt. cons. 64. num. 6. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 18. num. 13. Menoch. lib. 4. præsumpt. 64. num. 25. cum seqq. & præsumpt. 91. num. 2. cum seqq. Peregr. de fideicomm.*

11 deicomm. artic. 25. num. 7. & 8 quæ omnia proce-
dunt etiam in filiis, & deſcendentibus ex filia fœ-
mina Alciat. conſ. 24. num. 1. cum ſeqq. lib. 9. Me-
noch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 84. n. 36. & præ-
12 ſumpt. 91. num. 3. & 4. etiam ſi teſtator de de-
ſcendentibus maſculis loquutus fuiſſet, adhuc ma-
ſculi deſcendentes ex fœmina comprehenderen-
tur, ut probant relatæ auctoritates, & Surd. conſ. 308.
num. 2. cum ſeqq. & conſ. 316. num. 2. lib. 3. ubi
docet ceſſare rationem ſervandæ agnationis, aliqua
fœmina in diſpoſitione comprehenſa. Quare teſta-
tore loquente per verbum maſculis, & fœminis
commune, nullo adjecto verbo maſculinitatis, &
conſervationis agnationis, fœminas, & ex eis ma-
13 ſculos, & fœminas deſcendentes comprehendi ex
ſupra deductis nullum eſt dubium; quinimmo adeſt
res judicata, quæ admittit fœminas, & per conſe-
quens omnes deſcendentes ex eis, ſive maſculi ſint,
ſive fœminæ l. cum avus ff. de condit. & demonſt.
l. cum acutiſſimi C. de fideicomm. Dec. conſ. 372.
num. 2. Obſtat ergo actori rei judicatæ exceptio,
14 ea enim lata contra Carolum ſeniorem de Gherar-
daccis, & alios de familia prætendentes prædictum
fideicommiſſum, ad quos tunc temporis prima
cauſa actionis, vel defenſionis ſpectabat, afficit
hodie D. Carolum juniorem, qui tunc non erat
in rerum natura, & nullum jus præſens habebat,
ſed conditionale, & futurum, etiamſi neque ſpe-
cialiter, neque generaliter citatus fuerit Mantic.
de conject. lib. 2. tit. 2. num. 6. Didac. penult. quæſt.
cap. 13. num. 6. Tiraquell. de primogen. quæſt. 35.
num. 17. Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 4. cap. 8.
num. 3. Peregr. de fideicomm. artic. 53. num. 46.
& 56 Honded. conſ. 28. lib. 1.
15 Nec evitatur præcitata exceptio, quia fœmi-
næ fuerint admiſſæ tamquam agnatæ; ratio eſt,
quia teſtator agnationis conſervationem non re-
ſpexit, quam ſi fuiſſet intuitus, numquam fœ-
minæ fuiſſent admiſſæ, finiunt namque, non con-
ſervant agnationem Oſaſc. deciſ. 127. num. 6. Man-
tic. de conject. lib. 8. tit. 12. num. 8. Simon de Prat.
lib. 3. dubit. 1. ſolut. 2. n. 61. Honded. conſ. 75. n. 17.
in princ. Surd. conſ. 96. n. 28. & conſ 443. n. 23.
16 Nec dicatur, ſententiam latam fuiſſe contra
ſubſtitutum, non contra hæredem, quo caſu non
videtur obeſſe cæteris ſubſtitutis Bald. conſ. 234.
num. 4. lib. 2. Soccin. Jun. conſ. 187. num. 89. lib. 2.
Marzar. de fideicomm. quæſt. 72. quia reſpondetur
apud eruditiores communiter obtinere contrariam
ſententiam, quia ille, ad quem prima cauſa actio-
17 nis, vel defenſionis pertinet, habet jus de præ-
ſenti, & dicitur legitimus contradictor, alii vero
ſubſtituti conditionales nullum jus habent de præ-
ſenti Alciat. conſ. 44. num. 7. verſ. tertio non obſtat
lib. 5. & de eo, cui jus de præſenti competit,
loquitur Peregr. dict. art. 53. num. 56. verſ. ſed
cum ex propria, & iſtam ſolam rationem conſide-
rat Honded. conſ. 28. num. 12. cum ſeqq. lib. 1.
Pinell. in l. 1. in 3. part. num. 48. C. de bon. matern.
ubi docet ſatis eſſe judicium habitum fuiſſe cum
eo, qui habet jus de præſenti. Roland. conſ. 92. n. 18.
verſ. alterius dicitur lib. 4. ubi tradit, judicium
haberi pro acto cum ſucceſſore conditionali, ex
quo actum fuit cum anteceſſore, qui jus purum
habet, & præſens. Molin. dict. loco Honded. dict.
conſ. num. 34. Peregr. dict. art. num. 51. verſ. ſed
horum opinio, & ad ſaturitatem noviſſime exornat
Hieronym. de Cavall. in ſpecul. commun. contr. com-
mun. quæſt. 636. a num. 2. uſque in fin. ne judicia
procedant in infinitum, & ob alias rationes, quas
ibi adducit author, & licet prædicta plene confe-
rant ad ſolidam cauſæ deciſionem, & ad contra-
riorum ſolutionem, tamen iis ſingillatim reſpon-
dendum cenſuimus.

Non obſtat igitur primum, quia conjecturæ 18
debent eſſe admodum urgentes, ut diſcedamus a
proprietate verborum l. non aliter ff. de legat 3.
Peregr. de fideicomm. art. 25. num. 14. & num. 42.
iſta vero, quæ primo loco allegatur non eſt apta
ad inducendum, ut maſculi dumtaxat comprehen-
dantur in ſimilibus verbis communibus Mantic. de 19
conject. lib 2. tit. 14. num. 10. Peregr. artic. 25.
num. 13. & 25. Simon de Prat. lib. 3. dubit. 3. ſo-
lut. 2. num. 24. Gabr. conſ. 97. in princ & con-
ſil. 88. & conſ. 100. lib. 2. Decian. conſ. 1. num. 129.
& num. 170. lib. 2. Capoll. conſ. 527. num. 54. Dec.
conſ. 527. Menoch. lib 4. præſumpt. 84. num. 33.
quidquid enim poteſt, iſta conjectura operatur in
patre excludente filias, non in patruo excludente
nepoes, ut ex allegatis Doctoribus obſervare licet.
Non obſtat ſecunda conjectura, quia cum in 20
caſu, de quo agitur fœminæ non excludantur ab
inteſtato ab hæreditate gravantis, nec ab hæredi-
tate gravati, retorquetur in contrarium Decian.
conſ. 1. num. 186. lib. 2. Peregr. art. 25. num. 40.
Gabr. conſ. 97. lib. 1. & conſ. 88. num. 9. lib. 2.
Cephal. conſ. 45. num. 9.
Illud, quod ſecundo loco principali allegaba- 21
tur in contrarium, urgeret, ſi gravatis fuiſſet
permiſſa expreſſa licentia alienandi per dictionem
-- niſi -- vel aliam ſimilem, non autem quando
tacite id fuit conceſſum Caſtr. conſ. 263. in fin.
lib. 2. Dec. conſ. 386. in princip. Decian. conſil. 78.
lib. 3. Soccin. Jun. conſ. 138. num. 4. lib. 1. optime
Gabr. conſ. 123. num. 41. lib. 1. Peregr. artic. 14.
num. 7. at in caſu noſtro patet non adeſſe expreſ-
ſam alienandi facultatem inter deſcendentes, ſi
tacita adeſſet non ſufficeret, ſed verius eſt taci-
tam non adeſſe, quia teſtator poſt perpetuam
prohibitionem vendendi, vel quocumque titulo
alienandi, dixit, quod bona eant in deſcendentes
ut ſupra, quæ verba excludunt omnem faculta-
tem, & licentiam, tendunt enim ad confirmatio-
nem, non everſionem præcedentis fideicommiſſi
per verba diſpoſitiva, & imperativa, & præſer-
tim per dictionem -- ut ſupra -- quæ inducit re-
petitionem omnium qualitatum fideicommiſſi in 22
caſu mortis Theſaur. deciſ. 200. num. 10. circa med.
& tanto minus per viam ultimæ voluntatis Menoch.
lib. 4. præſumpt. 188. num. 17.
A reconventione legitimæ, & trebellianicæ
Domini judicaverunt D. Carolum reconventum
abſolvendum eſſe, reſervantes in cæteris utrique
partium jura talia qualia; mulieres namque, &
per conſequens nec ejus hæredes, non poſſunt
quartam ex Trebelliano detrahere, cum nullum
habeant uti hæredes onus reſtituendi Peregrin. de 23
fideicomm. art. 3. num. 104. neque poteſt peti
legitima, cum pater filiabus dotes conſtituerit,
eiſque certum uſumfructum reliquerit, ſed bene
ſupplementum legitimæ, ſi probatum fuiſſet mi- 24
nus ſufficiens datum eſſe, licet hæc non procedant
in filia a patre dotata, ſi non conſtet de enormi
læſione Dec. conſ. 26. Rain. conſ. 56. num. 2. lib. 3.
Alb. conſ. 33. Cephal. conſ. 281. Cucc. de legit. quæſt.
legit. null. grav. admict. n. 45. in fin. accedente 25
præterea longiſſimi temporis diuturnitate, quæ
prohibet petitionem ſupplementi Fulgoſ. conſ. 83.
num. 1. in fin. Tiraquell. in l. ſi unquam C. de re-
vocand. donat. in verſ. revertatur num. 396. Gratian.
deciſ. March. 4. num. 13.
Ex quibus, &c.

Jo. Baptiſta Burgheſius Prætor.
Livius Riccardus.
Matthæus Marcolinus.
Antonius Curinus.
Julius Caballus.
Sempronius de Sempronlis.

ADDITIO

SUMMARIUM.

1 *Appellatione descendentium in fideicommissis, aliisque ultimis voluntatibus veniunt fœminæ, & descendentes ab eis, & ex quibus conjecturis ab hac regula recedatur.*
2 *Non veniunt masculi ex fœminis, quando est contemplata agnatio.*
3 *Amplia regulam principalem, ut sub nomine descendentium veniant fœminæ etiam in materia emphyteutica, etiam in emphyteusi Ecclesiastica, & Statutum exclusivum operatur, ut masculi veniant per prius, & fœminæ per posterius.*
4 *Sententia lata contra fideicommissariam afficit etiam alios substitutos, & in fideicommisso successores.*

Ad num. 1. & seqq.

Appellatione descendentium in fideicommissis,
aliisque ultimis voluntatibus veniunt fœmi-
1 næ, & descendentes ab eis, & ex quibus conjectu-
ris ab hac regula recedatur *Rot. Florentina* supra
dec. 8 *num.* 6. *dec.* 32. *num* 1. *& seqq.*, & ego in
addit. ad eamdem num. 2. *& seqq.*, ubi plenè de
materia, & abundè in *addit. ad dec.* 33. *num.* 32.
& seqq. & dec. 43. *num,* 1., quibus addo *dec.* 92.
infra imprimend., in qua *num.* 51. *& seqq.* firma-
tur, quod masculi ex fœminis non veniunt appel-
2 latione descendentium, quando fuit contemplata
agnatio *decis.* 142. *num.* 20. *& seqq. Rot. Rom. post
de Luc. de fideicomm. decis.* 11. *num.* 5. *decis.* 22.
num. 2. *dec.* 13. *num.* 1. *decis.* 24. *num.* 2. *& seq.
decis.* 27. *num.* 3. *decis.* 18. *num.* 4. *& decis.* 22.
num. 1. *in Ariminen. Fideicommissi, seu Primogeni-
turæ* 13. *Martii* 1722. *coram Eminentiss. Falcone-
ria, & in Faventina Manutentionis* 31. *Januar.* 1724.
§. *præmissa*, & §. *non relevante coram R. P. D. mea
Ratta*.

Idemque dicendum esset, si versaremur in ma-
teria emphyteutica, in qua sub nomine descenden-
tium pariter veniunt fœminæ, etiamsi emphyteusis
3 sit Ecclesiastica, nisi in loco extaret Statutum ex-
clusivum fœminarum propter masculos, quo casu
masculi veniunt per prius, & fœminæ per poste-
rius, & alia plura ad materiam vide abundè *Rot.
Florent.* supra *decis.* 27. *num.* 3 *& seqq.*, & ibi
ego plenissimè scripsi in *addit, num.* 4. *& plurib.
seqq.*

Ad num. 14. *& seqq.*

Sententia lata contra fideicommissarium affi-
4 cit etiam alios substitutos, & in fideicommisso suc-
cessores, & quando non *Rot. Florent.* supra *dec.* 34.
num. 49. *& seqq. & decis.* 44. *num.* 1 *& seqq.*,
& ibi plenissima *addit.* cum concordantibus *per tot.*
& infra *decis.* 94. *num.* 9. *& seqq.*

FLORENTINA
Fideicommissi.

11. *Decembr.* 1608. *ex lib. Mot.* 90. *a* 402.

ARGUMENTUM.

Substitutio facta sub conditione si sine filiis, & mortis commemoratione est compendiosa, quamvis deficiat dictio *quandocumque*, & continet fideicommissariam.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio, quæ fit sub conditione mortis, dicitur compendiosa, & de ratione.*
2 *Perinde ac si adesset dictio* quandocumque.
3 *Compendiosa continet fideicommissariam.*
4 *Fideicommissum, cujus dies cessit, licet non agnitum, transmittitur ad hæredes.*

DECISIO LXVI.

In Causa Gaducci, e Ornani.

Michael Rodulphi condito, cum quo decessit, testamento, hæredes universales instituit Bartholomæam, Juliam, & Florentiam ejus filias, & si aliqua ex eis decesserit sine filiis, substituit eidem sic decedenti alteras, vel alteram habentem filios; accidit, quod mortuo testatore decessit Bartholomæa nullis relictis filiis, & postea decessit Julia altera filia instituta relictis post se Bartholomæa, & Margharita actricibus, quæ coram nobis petierunt declarari hæreditatem dictæ Bartholomeæ pro dimidia ad ipsas spectare vigore supradictæ substitutionis, & de hoc contendebant cum D. Florentia.

Et viso testamento pro actricibus pronuncia-
vimus, moti, quia hæc substitutio facta filiabus, si
decesserint sine filiis, est compendiosa substitutio, 1
quia facta sub conditione mortis, plura complecti-
tur tempora, & habet tractum successivum, quia
semper quis mori potest *Bart. in l. Centurio col* 3.
*versic. ad primum dico ff. de vulgari & pupillar.
Castr., & Alex. in l. in testamenta C. de testam mi-
lit.* & comprobatur ex eo, quia si dictum fuisset,
quandocumque aliqua ex eis decesserit sine filiis, 2
esset compendiosa, quia facta sub commemoratio-
ne plurium temporum, ergo idem esse debet, quan-
do fuit dictum *si decesserit sine filiis*, quia indefi-
nita equipollent universalibus *l. si servitus ff. de serv.
urban. præd. l. si pluribus ff. de legat.* 2. compen- 3
diosa autem substitutio continet etiam fideicom-
missariam post aditam hæreditatem *Menoch de præ-
sumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 57. *& præsumpt.* 68. *n.* 4.
cum igitur testator voluerit, si aliqua ex filiabus
decesserit sine filiis, succedere alteras, dicitur vo-
luisse gravare per fideicommissum, atque ita gra-
vavit Bartholomæam, quæ sine liberis decessit
restituere cæteris sororibus supraviventibus, ideo
verificata conditione per mortem Bartholomeæ sine
filiis, substitutio habet locum facta de aliis filia-
bus testatoris.

Non obstabat unum, quod repugnare diceba-
tur actricibus, videlicet Juliam earum matrem de-
cessisse ante aditam hæreditatem, & non transmi-
sisse jus istud fideicommissi, etenim hoc locum habe-
re posset, si ante eventum diei, vel conditionis præ- 4
decessisset, verum cum vivente Julia dies fideicom-
missi per mortem Bartholomeæ cesserit, ad here-
des fideicommissum fuisse transmissum dicendum
est, ut est text. in *l. si ex persona*, ubi *Salic. C. de
fideicommiss. Bart. in l. cum filia familias in sexta
quæst. num.* 13. *ff. de legat.* 1. *Peregrin. de fidei-
commiss. artic.* 32. *n.* 3. *& seqq.*

Ex quibus, &c.

Matthæus Marcellinus.

A D-

ADDITIO

ARGUMENTUM.

Compendiosa ex quibus inducatur, & ex quibus fideicommissaria. Legatum, & fideicommissum in diem factum quando transmittatur, nec ne.

SUMMARIUM.

1 *Substitutio facta sub commemoratione mortis, vel sub conditione si sine filiis est compendiosa.*
2 *Et de materia compendiosa remissivè.*
3 *Compendiosa omnes substitutiones in se continet, & signanter vulgarem, quæ post aditam hæreditatem expirat induta natura fideicommissaria.*
4 *Fideicommissaria dicitur volita, quando adest digressus, mentio mortis, & clausula codicillaris, etiamsi concepta sit verbis directis.*
5 *Compendiosa non evaderet fideicommissaria, sed remaneret vulgaris, si adjecta sint verba* -- primo de masculis, deinde de fœminis.
6 *Legatum, & fideicommissum, cujus dies cessit, ad hæredes transmittitur.*
7 *Amplia etiam si relictum sit in diem incertum omni incertitudine, si dies illa venerit, & exemplificatur in legato facto puella cum nupserit.*
8 *Non transmittitur factum in diem incertum, licet non omni incertitudine.*
9 *Item nec quando dies est certa, sed incertus ejus adventus.*
10 *Amplia, sive dies incerta adjecta sit personæ hæredis instituti, & gravati.*
11 *Sive sit adjecta tertio.*
12 *Item sive adiiciatur substantia, sive executioni ipsius legati.*
13 *Dicuntur respicere substantiam ipsius legati, non executionem omnia verba pendentia a verbo* lascia.
14 *Prout respiceret substantiam legati substitutio facta cum verbis* -- succeda dopo la morte.
15 *Limita, si facta sit prohibitio legatario, ne interim molestet hæredem, & quid hac prohibitio operetur.*
16 *De transmissione fideicommissi conditionalis, quando eidem sit locus, vel non, remissive.*

Ad n. prim. & seqq.

Substitutio facta sub commemoratione mortis, vel sub conditione si sine filiis tanquam plura tempora complectens est compendiosa, licet defi-
1 ciat dictio *quandocumque*, ut dicitur in hac *decis. num. prim. & 2.* & supra *dec. 2. num. 14. dec. 4. num. 2. dec. 5. num. 13. dec. 26. n. prim. & seqq.*, & ibi ego in *addit.* ubi plene de materia hujus
2 compendiosæ, & concordantes auctoritates referuntur, & *dec. 57. num prim.* & infra *dec. 70. sub num. prim. versic. quorum primum.*

Omnesque substitutiones in se continet, &
3 signanter vulgarem, quæ post aditam hæreditatem expirat, & induit naturam fideicommissariæ, ut prosequitur nostra *decis. num. 3.* & abunde *Rota Florent. supra dec. 50. num. prim. & seqq.*, eoque relata ego in *addit. ad dec. 1. n. 24.*

Prout diceretur volita fideicommissaria, quando fuit facta mentio mortis, si adsit digressus ad plu-
4 res gradus substitutionum, & clausula codicillaris, quamvis concepta sit verbis directis *Rota Florent.* supra *dec. 25. num. prim. & seqq.* & infra *dec. 89. n. 3. & seqq.*

E converso autem substitutio compendiosa non evaderet fideicommissaria, sed remaneret vulgaris, si adjecta sint verba *primo de masculis, &* 5
deinde de fœminis Rot. Florentia. infra *decis. 68. num. 6. & seqq.* ego in *addit. ad dec. prim. n. 41.*

Ad num. 4.

Adeo verum est, quod legatum, & fideicommissum, cujus dies cessit, ad hæredes transmitta- 6
tur, ut hoc procedat, quamvis illud relictum sit in diem incertum omni incertitudine, quod evenit, quando incertum est, an, & quando dies illa venerit, puta in legato facto puellæ cum nupserit, quod licet non transmittatur, transmissioni tamen locus est, si dies illa venerit *Menoch de præ-* 7
sumpt. lib. 4. præsumpt. 201. num. 40. Fusar. de substitut. quæst. 488. num. 7. Noal. de transmiss. cas. 3. num. 2. Camarel. de legat. lib. 12. tit. de accept. agnit. & acquisit. legat. quæst. 5. de legat. & fideicommiss. in diem certum num. 2. fol. mihi 763.

Sed impedita remaneret transmissio, si versaremur in legato, vel fideicommisso in diem quidem incertum relicto, sed non omni incertitudine, quia 8
solum incertum est, an futurus sit, non autem quando, puta Titio, lego mille cum triginta annorum erit *Menoch. de præsumpt. dict. præsumpt. 201. n. 42. Noal. de transmiss. cas. 3. n. 8. Camarel. de legat. dict. quæst. 5. de legat. & fideicomm. in diem certum &c. n. 3. fol. mihi 763.*

Idemque dicendum foret quando est certum, quod dies veniet, sed incertitudo consistit, quando adventus diei sequatur, nam neque isto casu locus 9
est transmissioni, puta si relictum sit post mortem gravati, & sic in diem incertum *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 201. num. 48. Fusar. de fideicomm. substit. quæst. 488. num. 2. & seqq. & num. 7. & 11. Noal. de transmiss. cas. 3. num. 5. versic aut incertum est illam diem esse venturam. Rota in Alatrina Jurispatronatus 15. Junii 1705. §. non attenta coram Scotto.*

Quod procedere debet, sive dies incerta adjecta sit personæ hæredis instituti, & gravati *Noal.* 10
de transmiss. cas. 3. num. 9. & seqq. Camarel. de legat. tit. de accept. agnit. & acquisit legat. quæst. 5. de legat. & fideicomm. in diem certum &c. num. 4. lib. 12. fol. mihi 763.

Sive dies incerta sit adjecta tertio *Menoch. de* 11
præsumpt. lib. 4. allegata *præsumpt. 201. num. 44. Noal. de transmiss.* relato *cas. 3. num. 12. Camarel. de legat. dict. quæst. 5. de legat. & fideicomm. in diem certum &c. n. 4. lib. 12. fol. mihi 763.*

Amplia, ut legatum post mortem præstandum non transmittatur ad hæredes, sive tempus mortis adiiciatur substantiæ, sive executioni ipsius le- 12
gati *Noal. de transmission. dict. cas. 3. num. 6. Rota* in citata *Alatrina Jurispatronatus 15. Junii 1705. §. non attenta, & §. nec etiam coram Scotto.*

Et dicerentur respicere substantiam ipsius le- 13
gati, non executionem omnia verba, quæ pendent a verbo -- *lascia* -- *Rodulphin. alleg. 44. num. 11.*

Prout respiceret substantiam legati substitu- 14
tio facta cum verbis -- *succeda dopo la morte* -- *Rota in dicta Alatrina Jurispatronatus 15. Junii 1705. §. non attenta coram Scotto.*

Declara tamen hæc omnia non procedere, si facta sit prohibitio legatario, ne interim molestet hæredem, quia talis prohibitio operatur, ut lega- 15
tum dicatur a principio legatario acquisitum, & illud reddit purum *Gratian. discept. 136. num. 51. & seqq. & dec. Marchia 153. num. 11. & seqq.*, & ibi *De Luca in addit. n. 5.*

Plura

16 Plura alia de transmissione fideicommissi conditionalis quando eidem sit locus, vel non, vide *Rot. Florent.* supra *dec.* 28. *num.* 49. *& seqq. decis.* 52. *num* 79. *& seqq.*, & ea, quæ plenissime scripsi in *addit.* ad eandem *dec.* 28. *n.* 2. *& seqq.*

FLORENTINA
Prætensi Fideicommissi.

27. *Aprilis* 1609. *ex Lib. Mot.* 90. *a* 554.

ARGUMENTUM.

Licentia alienandi inter vocatos comprehendit etiam institutionem hæredis.

SUMMARIUM.

1 *Alienatio permissa inter tertas personas comprehendit etiam alienationem per ultimam voluntatem.*
2 *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio.*
3 *Dictio* tamen *restringit, & limitat.*
4 *Limitatio ultimo loco apposita refertur ad omnia præcedentia.*
5 *Litigans temere in expensis condemnatur.*
6 *Et qui ex iisdem actis succumbit.*

DECISIO LXVII.

In Causa Debi, e Debi.

Jacobus pater communis agentis, & rei conventi, relicto simul alio ejus filio nomine Jacobo, decessit cum dispositione, in qua prohibuit alienationem, venditionem, donationem, & locationem suorum bonorum ad longum tempus, quia voluit bona prædicta perseverare in dictos ejus filios, & descendentes, volens tamen, quod possint inter se ipsos dumtaxat vendere, & alienare predicta bona. Jacobus filius testatoris decessit cum testamento, in quo hæredem reliquit Valerium ejus fratrem, excluso prorsus Bartholomæo altero fratre, qui prætendit vigore prætensi fideicommissi paterni in bonis perventis in dictum Jacobum fratrem a patre se æque vocatum, & succedere posse, ac debere cum altero fratre. Factum fuit compromissum, & lata sententia contra ipsum. Nos diximus bene judicatum. Moti quia
1 in primo testamento asserti prætensi fideicommissi, sunt illa verba expressa, & clara permissionis, ut etiam hæredis institutionem comprehendat *Surd. consil.* 10. *num.* 23. *Soccin. consil.* 123. *lib.* 3. *Ruin. consil.* 76. *num.* 10. *lib.* 2. *Decian. consil.* 78. *n.* 48. *lib.* 3. *Rol. a Valle consil.* 42. *num.* 8. *lib.* 1. *Bart. in l. si ita quis §. en lege ff. de verbor. obligat. n.* 6. consideratur, quod cum prohibitio alienationis esset lata de alienatione, venditione, donatione, locatione ad longum tempus, quæ & ipsa dicitur alie-
2 natio *Angel. cons.* 58. *in principio Alex. consil.* 17. *num.* 4. *lib.* 4. limitatio hæc per dictam dictionem
3 *tamen*, quæ cohæret primæ supradictæ dispositioni restringendo, & limitando *Bald. consil.* 195. *n.* 11.
4 *lib.* 2. & limitatio ultimo loco refertur ad omnia præcedentia *Decian. dict. consil.* 78. *num.* 31. ut possit solrem vendere, & alienare, idest donare, & ad longum tempus locare, quæ species alienationis dicitur, ut supra fuerat prohibitum, & etiam alienare eo modo, quo erat prohibitum, & importabat etiam per viam ultimæ voluntatis, quæ
5 cum clara nobis visa fuerint in jure, & in facto,
debuit tamquam temere litigans dictus Vincentius in expensis condemnari ad *l. eum, quem temere*
ff. de jud. & quia succumbit ex eisdem actis *Ab-* 6
bas in cap. finem litibus num. 25. *de dol. & contum.*
Ex quibus, &c.

Julius Caballus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

De Licentia alienandi quando tacite concessa dicatur, quando ad exercitium deducta, quando fideicommissum destruat, quando non.

SUMMARIUM.

1 *Licentia alienandi bona fideicommissi ad exercitium deducta censetur per solam hæredis institutionem.*
2 *Prohibitio realis alienationis comprehendit omnes actus tam inter vivos, quam in ultima voluntate, & etiam alienationem legalem per successionem ab intestato.*
3 *Permissio, & licentia alienandi intelligitur ad limites præcedentis fideicommissi.*
4 *Et ita si fideicommissum conditum fuerit primo pro masculis, postea pro fœminis, alienatio fieri non poterit in fœminas, donec masculi existunt.*
5 *Restricta ad casum, vel ad effectum particularem, extra illum non opitulatur.*
6 *Et quando dicatur generalis, vel potius restricta ad casum particularem.*
7 *Concessa ad effectum constituendi dotem, non suffragatur pro restituenda.*
8 *Concessa cum onere investiendi pretium fideicommissi, non suffragatur non facto investimento.*
9 *Limitata impertita alicui personæ non transit ad illius hæredes, & concessa filiis, non suffragatur nepotibus.*
10 *Limita, si adjecta fuerit ratio* quia voluit, *cujus vigore tam licentia, quam prohibitio alienandi extenderetur ad nepotes, aliosque descendentes.*
11 *Licentia generalis omnes casus comprehendit, & omnia bona fideicommissi, quod durat donec ea sequuntur, illaque secuta expirat.*
12 *Maxime, si vocato concessa fuerit libera & absoluta facultas disponendi.*
13 *Intellige si licentia esset cum fideicommisso incompatibilis, secus si posset suum effectum consequi sine ejus destructione.*
14 *Et in omnem casum fideicommissum verificari deberet in eo, quod superesit.*
15 *Fideicommisso quando per licentiam alienandi non dicatur derogatum.*
16 *Derogatum non dicitur, si constaret de mente testatoris, quod bona inter vocatos alienanda semper subjacerent oneri fideicommissi.*
17 *De facultate subhastandi, seu deliberandi bona subjecta fideicommisso durante vita instituti, & salvo jure fideicommissi.*
18 *Licentia nedum concedi potest expresse, sed etiam tacite, & tacite quando data dicatur.*
19 *Dubia, & ad alia referibilis fideicommissum clarum destruere non valeret.*

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Fœminæ comprehenduntur sub tacita conditione *l. cum avus ff. de condit. & demonstr. & concordantium*, & quando secus.

SUMMARIUM.

1 DIspositio l. cum avus, *& concordantium habet locum etiam ad favorem fœminarum.*
2 *Amplia etiam ad favorem descendentium ex eis.*
3 *Item amplia ad favorem neptum, quamvis istæ de tempore testamenti natæ fuissent, & ab avo prætermissæ.*
4 *Subamplia conclusionem procedere, licet testator propriam filiam dotatam expresse exclusisset, quia hæc exclusio non extenditur ad neptem.*
5 *Limita conclusionem, de qua num. 1. ubi adesset statutum fœminarum exclusivum propter masculos.*
6 *Declara limitationem non procedere, nisi adspirans ad successionem sit de personis a statuto contemplatis.*
7 *Quando dispositio talis statuti locum non habeat in subiecta materia, remissive.*
8 *Item limita conclusionem, de qua num. 1. in fideicommissis agnatitiis.*
9 *Et contrarium quando procedat, remissive.*
10 *Limitatio, de qua num. 8. fortius procedit, quando fœmina excluderet agnatum a testatore dilectum.*
11 *Econtra, quando fœmina excluderetur ab hæreditate paterna propter personas minus dilectas, tunc censetur comprehensa sub tacita conditione dictarum legum.*
12 *Item limita principalem conclusionem, si testator posuit in conditione filios masculos, & lineam masculinam.*
Et quando secus ibidem.
13 *Item quando filiabus destinata est certa dos a substitutis solvenda.*
14 *Item quando apparet testatorem cogitasse de filiis masculis, quamvis non appareat cogitasse de filiabus fœminis.*
15 *Ubi agitur de filiis unius, & ejusdem personæ, cogitatio filiorum masculorum sufficit, ad hoc ut dicatur cogitatum etiam de filiabus fœminis, quodque illas testator sub conditione tacita comprehendere noluerit.*
16 *Amplia etiamsi versemur in diversis substitutionibus.*
17 *Item amplia etiamsi ageretur de filiis diversarum personarum.*
18 *Quando aliunde dicatur cogitatum de filiabus fœminis, ad hoc ut non veniant sub tacita conditione* l. cum avus, *remissive.*
19 *Item limita principalem conclusionem, de qua num. 1. in fœmina, quæ in alia dispositionis parte fuisset expresse a testatore exclusa.*
20 *Sublimita quando exclusa in alia parte fuisset propter masculos, nam in alia, eorumdem cessante concursu, fœmina comprehenderetur in dicta tacita conditione.*
21 *Maxime si nulla posset excogitari ratio exclusionis propriæ filiæ, veluti conservationis agnationis, vel voliti masculinitatis, vel similis, qua deficiente, semper præsumitur testator se conformare voluisse ordini naturalis affectionis, & charitatis.*
22 *De materia* l. cum avus *qui tractent, remissive.*

Ad

Ad num. 1. & seqq.

1 Dispositio *l. cum avus* 101. *ff. de condit. & demonstr. l. cum acutissimi C. de fideicom missis, & l. generaliter §. cum autem C. de instit. & substit.* comprehendit etiam filios fœminas, adeo ut decedente testatore cum filiabus fœminis, istæ in bonis a patre relictis succedant, & fideicommissum de medio sublatum remaneat, tanquam conditum sub conditione a dicta *l. cum avus* subintellecta, quotenus nempe pater sine filiabus decesserit, ut in puncto quod dispositio *l. cum avus* edita sit etiam favore filiarum fœminarum sancitum reperitur in juribus prædictis, & tradunt *Rot. Senen. decis. 7. num. 1. & seqq. coram me*, ubi plurimi concordantes. *Rot. Florent.* supra *decis. 32. num. 1. & seqq. & decis.* 44. *num.* 45. & ad commodum
2 etiam, & utilitatem filiorum ex fœminis plene *Rot. Rom. in Romana Fideicommissi 29. Januar.* 1706. *§. agitur enim, & plur. seqq. & per tot. coram Molines, & in Albanen. Fideicommissi* impressa apud *Fredian. de fideicom. differt. 3. num. 32 & per tot.* & in illius confirmatoria *num. 47. & per tot.*

3 Idque procedit nedum in filiabus, sed etiam in neptibus, quamvis istæ natæ fuissent tempore testamenti, & ab avo scienter prætermissæ fuerint, nam etiam ipsæ faciunt deficere fideicommissum, & sub dispositione dictæ legis comprehensæ censentur *Rot. Florent.* infra *decis. 76. n. 15. & seqq.*

4 Quod ampliatur, & locum habere debet, etiam si testator propriam filiam dotatam expresso exclusisset, nam si ista qualitas dotationis non concurreret in nepte, ista exclusa non censeretur, sed sub dicta tacita conditione comprehensa *Rot. Florent.* infra *decis. 76. num. 17. & seqq.*

5 Declara, quod filia fœmina non dicatur posita in conditione *l. cum avus* ad exclusionem substituti, quando in loco adest statutum exclusivum fœminarum propter masculos, cum quo præsumitur testatorem se conformare voluisse, ut firmat præsens nostra *decis. num.* 3. & abunde dixit *Rot. Florent.* supra *decis. 32. num. 30 & plur. seqq.* ubi plene de materia. *Rot. Senen. dict. decis. 7. num. 6.*
6 *& seqq. coram me*, ubi quod hoc non procedit, si adspirans ad successionem non sit de personis a statuto contemplatis.

7 Et quando dispositio talis statuti locum non habeat, vide in subjecta nostra materia auctoritates locis proxime citatis relatas, & in dicta *decis. 76. num. 18. & seqq. & Rot. Senen. dict. decis. 7. n. 6. & seqq.*

8 Item non dicitur posite in conditione dict. *l. cum avus* cum concordantibus si versamur in fideicommissis agnatitiis *Rot. Florent.* supra *decis. 44. num. 45.* & ibi ego in *addit. num.* 30 & antea in *addit. ad decis. 4. num. 27.* ubi plures referuntur, *& in Florent. prætensæ revisionis laudorum 8. Julii 1727. num. 69. & seqq. coram D. meo Auditore Urbani*, ubi ex quibus agnatio contemplata non dicatur.

9 Et in quibus casibus hoc non procedat *Rota Senen. dict. decis. 7. num. 18. & seqq. coram me, & Rot. Florent. dict. decis. 57. num. 70. & seqq. pariter coram me*, confirmate in *Florentina Successionis 26. Februarii 1713. per tot. coram Galeotti* infra suis loco, & tempore imprimenda.

10 Eoque validius fœmina comprehensa non esset in conditione a *l. cum avus* subintellecta, quando ipsa excluderet agnatum a testatore dilectum juxta celebrem theoricam *Aretini*, quam cum pluribus sequitur *Rot. Florent. in Florentina Fideicommissi 13. Septembris 1720. num. 68. coram D. meo Auditore Calderona, & decis. 57. ex num. 49. coram me.*

Et econverso fœmina censeretur comprehensa sub tacita conditione dictarum legum, si alias 11
exclusa remaneret ab hæreditate paterna propter personas minus dilectas *Rot. in dict. Albanen. Immissionis* impress. post *Fredian. de fideicomm. differt. 3. num. 41. & seqq.* & in confirmatoria ibidem impressa *sub num.* 48.

Sic etiam non haberet locum dispositio dictarum legum favore filiæ fœminæ, si testator posuit 12
in conditione filios masculos, & lineam masculinam, ut pluribus adductis dixi ego supra in *addit. ad dict. decis. 4. n. 26.* & plenissime *Rot. Florent. decis. 57. num. 44. & plur. seqq. coram me*, ubi limitationes, & declarationes adducuntur, confirmata in *dict. Florentina Successionis 26. Februarii 1713. coram Galeotti* infra imprimend. *Rot. Senen. dict. decis. 7. num. 2. & seqq.* pariter *coram me*, ubi etiam quando hoc procedat, *& num. 21. Rot. Rom. in Fulginaten. Immissionis 17. Februarii 1727. §. citra coram* R. P. D. *Rovault de Gamaches, & 13. Junii ejusdem anni §. nec ultum coram eodem.*

Limitatur etiam dictarum legum sanctionem 13
non procedere in filiabus fœminis, quando eis destinata est certa dos solvenda ab hæredibus substitutis *Rot. Florent. in Florentina Fideicommissi 13. Septembris 1720. num. 67. coram D. meo Auditore Calderono.*

Prout non habet locum, si testator cogitavit 14
de filiis masculis, quamvis non appareat cogitasse etiam de filiabus fœminis, nam ubi agitur de filiis unius, & ejusdem personæ, cogitatio masculorum sufficit ad hoc ut dicatur cogitatum etiam de fi- 15
liabus fœminis, quodque illas testator sub conditione tacita comprehendere noluerit, etiamsi versaremur in diversis substitutionibus, bene in specie 16
Rot. Florent. supra *dict. decis. 4. num. 18. 19. & 20.*
ubi ampliat, etiamsi ageretur de filiis diversarum 17
personarum, & latius quando dicatur cogitatum de filiabus fœminis ad hoc ut istæ non veniant sub
tacita conditione supplera a *l. cum avus* abunde 18
Rot. Florent. in Florentina Fideicommissi 13. Septembris 1720. num. 61. & seqq. coram D. meo Auditore Calderono, ubi concordantes, *& decis. 57. num. 54. & plur. seqq. coram me*, ubi plenissime, confirmata in citata *Florentina Successionis 26. Februarii 1713. coram Galeotti*, inferius Deo dante imprimend. & iterum *in Florentina prætensæ revisionis laudorum 8. Julii 1722. num. 55. & seqq. coram D. meo Auditore Urbani, Rot. Rom. in Albanen. Immissionis 29. Januarii 1714.* impress. apud *Fredian. de fideicommiss. differt. 3. n. 38. & seqq.* & in illius confirmatoria de anno 1715. impress. ibidem *num.* 48. *& seqq.*

Et demum sub conditione tacita a *l. cum avus* 19
subintellecta non esset comprehensa filia fœmina, quæ in alia dispositionis parte fuisset expresse a testatore exclusa *Rot.* in citata *Albanen. Immissionis 29. Januarii 1714. coram Ansaldo* impress. apud *Fredian. de fideicomm. differt. 3. num. 34. & seqq.* confirmata anno 1715. *coram eodem apud eundem Fredian. dict. differt. 3. num. 47.*

Si tamen exclusio fuisset propter masculos, 20
& in concursu masculorum, istis deficientibus, fœmina comprehensa dici deberet in conditione tacito ad substituti exclusionem *Rot. in dict. Albanen. Fideicommissi* impress. apud *Fredian. de fideicomm dict. differt. 3. num. 44. & seqq.* ubi quod hoc magis procedit, si aliter dicendo filia testatoris exclusa remaneret a sorore ipsius, vel alia persona minus dilecta.

Et

21 Et maxime si nulla sit excogitabilis ratio quare testator voluerit proprium filium excludere, prout esset illa conservationis agnationis, volitæ masculinitatis, aliaque similis, qua deficiente in dubio semper præsumitur testatorem se voluisse conformare ordini affectionis, pietatis, & charitatis in dictis legibus consideratæ, ut prosequitur *Rot. apud Fredian. de fideicomm. dict. differt.* 3, *num.*46. & in illius confirmatoria ibidem impress. *num.* 51. *&* 52.

22 Materia, de qua in dicta *l. cum avus* cum concordantibus ultra auctoritates a me adductas in *addit. ad decis.* 4. *num*, 28. relictis antiquioribus discutitur a *Rot. Florent. apud Mans. consult.* 306. §. *quinta fol.* 104. *tom.* 4. in Lucana impressione, *& fol.* 56. in Veneta impressione, & infra *dec.*76. *per tot. & a Rot. Rom. in Romana Fideicommissi* 25. *April.* 1701. §. *verum animadverterunt*, *& plur. seqq. coram Ansaldo*, *&* 29. *Januarii* 1706. §. *agitur enim*, *& per tot. coram Molines, in Camerinen. Fideicommissi* 3 *Julii* 1702. *per tot. coram bo. me. Muto* impress post meam *decis.* 58. §. *unic. num.* 3. *& plur. seqq. & in Albanen. Fideicommissi* 1714. *&* 1715. *coram Ansaldo* impress. apud *Fredian. de fideicomm. dict. differt.* 3. *num.* 32. *& seqq.*

PETRASANCTEN.
Substitutionis Pupillaris.

1. *Martii* 1609. *ex Lib. Mot.* 91. *a* 311.

ARGUMENTUM.

Statutum de successionibus ab intestato non habet locum in successione pupilli, cui facta sit pupillaris substitutio. Forensis non gaudet beneficio Statuti, præsertim fœminarum exclusivi.

SUMMARIUM.

1 *Statutum de successionibus ab intestato non habet locum in successione pupilli, cui facta sit pupillaris substitutio.*
Substitutio facta, si sine liberis decesserint, est compendiosa, ibidem.
2 *Compendiosa pupillarem continet.*
3 *Pupillaris substitutio a patre facta, est testamentum filii.*
4 *Per eam non succeditur testatori, sed pupillo.*
5 *Pupillaris substitutio trahitur ad bona undecumque quæsita.*
6 *Et facit cessare omnem successionem ab intestato.*
7 *Forensis non gaudet beneficio Statuti localis.*
8 *Et signanter Statuto fœminarum exclusivo, & de ratione.*
9 *De pupillaris substitutionis materia, remissivè*
10 *Statutum exclusivum fœminarum, respectu bonorum existentium in territorio Statuti, attenditur etiam inter forenses de successione contendentes.*

DECISIO LXX.

In Causa Garfagnini, e Guidoni.

Repellendum censuerunt Domini Andream de Guidonibus a Massa Carratiæ a prætensione per ipsum proposita contra Vincentium de Garfagninis a Petra Sancta succedendi ab intestato vigore Statuti Terræ prædictæ Petræ Sanctæ
Vincentiæ, & Claræ filiabus Vincentii de Guidoni- 1
bus, uti proximiorem de ceppo domus de Guidonibus ex infrascriptis duobus fundamentis.

Quorum primum fuit, quia vigore testamenti Vincentii de Guidonibus, qui casu quo ex ventre prægnante D. Catharinæ de Cellinis ejus uxoris fœmina nasceretur, prout postea evenit, Claram, & fœminam nascituram hæredem instituit, & eas invicem substituit, si decesserint sine filiis legitimis, & naturalibus, & ultimæ ipsarum decedenti sine filiis substituit D. Catharinam prædictam, ut in testamento legitur, quæ substitutiones factæ si sine liberis decesserint sunt compendiosæ *Alex. cons.* 1. *col.* 2. *lib.* 1. *Dec. cons.* 205. *num.* 4. *Cephol. cons.* 258. *num.* 18. *& cons.* 292. *num.* 7. *lib.* 2. *Paris. cons.* 73. *num.* 8. *lib.* 3. *Bero. cons.* 124. *n.* 2. *lib.* 2. *Ral. cons.* 25. *num.* 13. *& cons.* 69. *num.* 2. *lib.* 1. *Grat. cons.* 33. *num.* 3. *lib.* 1., & in compendiosa continetur pupillaris, text. in *l. Centurio*
ff. de vulgar. & pupillar. in l. precibus C. de impu- 2
ber. & aliis substit. & in cap. si pater de testament. in 6., & ibi DD. omnes. *Aym. cons.* 98. *num.* 10. *Socc. Jun. cons.* 12. *num.* 34. 37. *&* 39. *lib.* 1. de communi novissimè *Odd. de compendios. par.* 5. *artic.* 2. *fol.* 55.

Cum igitur casus contigerit, quod ambæ ex dictis filiabus decesserint sine filiis, & in pupillari ætate; Clara enim apparet, quod fuit baptizata sub die 11. Februarii 1590. & sepulta sub die 17. Novembris 1592. Vincentia autem baptizata sub die 27. Februarii 1591. & sepulta sub die 13. Septembris 1603. sequitur igitur, quod vigore pupillaris substitutionis in testamento paterno factæ, sive substitutionum factarum, dicantur dd. puellæ decessisse testatæ, non autem ab intestato, nam pupil-
laris substitutio a patre facta dicitur testamentum 3
filii *Socc. Jun. cons.* 80. *num.* 3. *lib.* 2. *Butigell. consil.* 154. *num.* 12. *inter cons. ult. volunt. diversor.*
ex quo fit, ut per eam non testatori, sed pupillo 4
succedatur *l. cohæredi* §. *cum filio ff. de vulgar. & pupillar.*, & facta filio legitimo, & naturali trahi-
tur ad omnia bona undecumque quæsita *l. sed etsi* 5
plures §. *ad substitutos ff. eod.*, & in puncto, quod substitutio pupillaris faciat cessare quamcumque successionem ab intestato, & deferat hæreditatem
pupilli ipsis substitutis pupillariter tradit *Bald.* 6
cons. 216. *lib.* 3.

Secundum principale fundamentum fuit, quia censuimus, quod præfatus Andreas, uti omnino
forensis in Terra Petræ Sanctæ, imo nec etiam sub- 7
ditus Serenissimi Magni Ducis, non possit gaudere beneficio Statuti dictæ Terræ, in quo se fundat, ex communi, & magis communi opinione, de qua testantur *Paris. cons.* 12. *num.* 26. *lib.* 3. *Marzar. cons.* 15. *sub num.* 1. *vers. & quod forensis non gaudeat. Socc. Jun. cons.* 80. *vol.* 4. *per tot. Ant. Gabriel de Statut. conclus.* 8. *num.* 12 *&* 39. *Anchoran. Jun. quæst.* 35. *num.* 1. *lib.* 2. *Honded. cons.* 11. *num.* 25. *&* 34., ubi alios quamplurimos refert, & de magis communi testatur *lib.* 1., & testatur etiam ita fuisse decisum in *Rot. Rom. de anno* 1580. *coram R. P. D. Bruna*, eadem *Rot. Rom. decis.* 295. *n.* 5. *part.* 1. in novissimis *Peregr. cons.* 90. *n.* 10. *lib.* 1. *& cons.* 24. *sub num.* 8. *lib.* 3., & plenè *Menoch. cons.* 890. *num.* 1. *& seqq. per tot. lib.* 9., & placuit DD. ratio *Crot. in l. omnes populi num.* 244. *ad fin. ff. de just. & jur.* relata per *Honded. dict. cons.* 11. *num.* 26., quia Statutum fœminarum ex-
clusivum editum censetur principaliter, ut salva 8
sit familiarum dignitas, & quando succedunt fœminæ in præjudicium forensium, cessat ratio, & mens Statuti, quæ fuit conservare dignitates, & fami-

familias masculorum sobjectorum. Iste autem Andreas non est de subjectis in loco Petræ Sanctæ, minusque in toto Dominio Serenissimo, merito &c.

Hector Felicius Prætor.
Hector de Abbatibus.
Sempronius de Sempronijs.

ADDITIO

Ad num. 2. & seqq.

9 De materia pupillaris substitutionis vide supra hic *decis.* 64. cum ibi relatis in *addit.*

Ad num. 7. & 8.

10 Statutum exclusivum fœminarum, respectu bonorum existentium in territorio Statuti, attenditur etiam inter forenses de successione contendentes, ut latè fundat *Palm. Nep.* in suo voto impresso inter *decis.* per eum recollectas *dec.* 247. *n.* 28. *& seqq. Rot. nost.* ibidem *decis.* 248. & 249., & plenissimè aliis omnibus relatis in *decis. Florentin.* 73. *num.* 10. & 18. *coram me.*

FLORENTINA
Fideicommissi.
9. Decembris 1610. ex Lib. Mat. 91. a 639.

ARGUMENTUM.


Proximitas gravati, & non gravantis est in fideicommissariis successionibus attendenda. Nepotes diversorum fratrum prædefunctorum succedunt patruo in capita juxta opinionem *Azonis*.

SUMMARIUM.

1 *Proximitas gravati, & non gravantis est attendenda in fideicommissis & num. 3.*
3 *Ab observantia quæ certam habuere interpretationem, non sunt mutanda.*
4 Petrus Caballus *laudatur.*
6 *Ex vocatione, & substitutione masculorum, & descendentium in perpetuum resultat successivum fideicommissum.*
7 *Ex longa substitutionum serie præsumitur, quod testator non de sua, sed de gravati proximitate cogitaverit, & de ratione num. 5.*
8 *Ex dictione relativa* eorum, *vel* ad eos *infertur, quod sit attendenda proximitas gravati, & non testatoris.*
9 *Idem infertur ex verbis* in alium, *seu* in alios, *ubi quod æquiparentur verbis* de grado in gradum.
10 *Opinio magis communis est sequenda in judicando.*
11 *In fideicommisso dicitur succedi testatori, & non gravato.*
12 *Contra, quod in pluribus casibus dicatur succedi hæredi, & non testatore.*
13 *Declara primo primam conclusionem procedere in primis hæredibus, qui immediate succedunt, secus in ulterioribus.*
14 *Declara secundo, ut succedatur testatori quoad ædi-ationem.*
15 *Vel testatori respectu successionis, gravato verum respectu bonorum.*
16 *Proximitas gravati attenditur, ubi ipse decedit cum filiis, secus si sine filiis.*
Contra num. 18.
17 *In filiis opinio est indubitabilis.*
19 *In fideicommisso reciproco proximitas testatoris, & non gravanti attenditur.*
20 *Contra, quod hoc non sit attendendum, & reiiciatur* Menoch. consil. 1160. num. 5. lib. 18. Alb. consil. 758. num. 5. lib. 4.
21 *Proximitas gravati, & non gravantis attenditur, ubi agitur de fideicommisso constituto ab ascendente.*
Contra num. 23.
22 *Item si fiat transitus de linea ad lineam.*
Declara ut num. 24.
25 *Proximitas gravantis attenditur, ubi testator usus sit dictione* in stirpes, *secus si dixerit* de uno in alium.
26 *Nepotes succedunt patruo in capita juxta opinionem* Azonis, *quam Rota sequitur.*

DECISIO LXXI.

In Causa N. N.



IN suo testamento Octavianus senior institutis hæredibus suis filiis, hanc substitutionem apposuit -- *& eis suos filios quandocumque decedentibus sine filiis masculis invicem substituit vulgariter, & per fideicommissum æquis portionibus, quos ejus filios, & eorum filios masculos in perpetuum descendentes invicem substituit de uno in alium, seu alios deveniendo* -- Et quia mortuo testatore, adita hæreditate ab omnibus, ultimo loco, post alios ejus fratres cohæredes, decessit Marcus Antonius sine filiis, lis orta fuit inter ejus nepotes, & pronepotes ex fratribus prædefunctis, qui nam ex eis, & pro qua portione ad bona Marci Antonii substitutioni supposita admitti deberent; & restricta difficultate ad quæstionem illam maximè controversam inter DD. quænam proximitas in fideicommissis veniat attendenda, an testatoria, an vero defuncti gravati, ad favorem nepotum contra pronepotes proximitatem defuncti gravati esse attendendam judicavimus.

Nam licet vere semper quæstio ista controversissima fuerit apud Doctores, & dicat vario modo fuisse judicatum *Peregr. in tract. de fideicommiss. art.* 20. *sub n.* 3. & Doctores hinc inde, sive inserviendo amicitiæ, seu devicti ab avaritia de communi, & magis communi opinione testatifuerint *Thesaur. dec* 64. *n.* 3. *in fin.* & diversi etiam casus fuerint distinguendo considerati *a Thesaur. dict. dec.* 64. *num.* 4. *Simon de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib.* 3. *sol.* 3. *num.* 34.

Tamen supradictam opinionem, quod sit at- 1
tendenda proximitas gravati, secuti fuimus, ea ratione, quia minime sunt mutanda ea, quæ ab ob-
servantia certam habuerunt interpretationem *l. cum* 2
de interpretatione ff de leg. & hinc certi facti fuimus in hac Civitate hanc opinionem fuisse obser- 3
vatam, & canonizatam non solum a testimonio *Sacr.*, & *Marzar.* sed etiam a testimonio excellentissimi, & eruditissimi D. Petri Caballi in ejus

4 *conf. dec.* 60. *sub num.* 7. quidem omni exceptione
majore, non solum ob ejus eximias animi dotes,
sed etiam quia diu in hac Civitate talentum exi-
mium in legali scientia sibi a Deo datum exercuit,
& exercet maximo cum honore, libentius etiam
hanc opinionem sequuti fuimus, quia non solum
hodie a recentioribus magis communis, & magis
in practica observata in tribunalibus nuncupatur
Peregr. dict. art. 20. *num.* 2. *Surd. conf.* 370. *n.* 10.
lib. 3. sed etiam eam uti magis communem & ve-
riorem secuta fuit *Rot. Rom* cujus quanta sit au-
thoritas nemo est, qui ignoret *dec.* 72 *part.* 1. *&*
dec. 22. *lib.* 3. *tom.* 3. & in una *Urbevetana Ca-*
strorum die 4. *Decembris* 1581. quæ impressa non
reperitur.

Et consideravimus summa cum ratione po-
tuisse fieri in hac Civitate, quod dicta opinio fue-
rit observata & canonizata, cum in ea quampluri-
ma fideicommissa, & quidem antiquissima a majo-
ribus ad perpetuam familiarum conservationem in
eorum testamentis apposita reperiantur. Nam pro-
ximiores gravati facilius, quam proximiores anti-
5 quissimi testatoris reperiri, & probari possunt, &
sic faciliori via, prout Reipublicæ maxime expe-
dit, lites sedantur, & tolluntur, ut considerat *The-*
saur. dec. 64. *num.* 6. *vers. considerationum*, *& Surd.*
dict. conf. 370. *num.* 11. *in fin. lib.* 3.

Fundamenta etiam quædam in præsenti facti
specie militantia considerata fuerunt, quæ & a te-
nentibus contrariam partem non videntur saltem
sufficienter reprobata. Et primum fuit considera-
tum, testatorem usum fuisse verbis *filios masculos in*
perpetuum descendentes invicem substituit, ex quibus
6 resultat successivum fideicommissum, sive sint no-
mina collectiva, sive appellativa *Crav. conf.* 22.
num. 7. *lib.* 1. & esse collectiva, & non appellati-
va probat *Decian. conf.* 1. *n.* 199. *cum seqq. lib.* 1.
& necessario infertur, quod cum ejus vigore ex
7 longo temporum cursu, & intervallo succedere de-
beant nascituri descendentes penitus testatori in-
cogniti, quod ipse non de sua, sed de gravati pro-
ximitate cogitaverit, cum non sibi, sed successi-
ve morientibus succedere debeant, ita argumenta-
tur *Socc. conf.* 249. *sub num.* 21. *vers. decimo quar-*
to lib. 2. *& conf.* 86. *num.* 11. *in fin. lib* 3. & post
eum *Rot. Rom. dict. dec.* 72 *num.* 5. *& D. Caball.*
dict. conf 60. *num* 8.

Secundo fuit consideratum in dicta substitu-
8 tione contineri dictionem *eorum*, relativam non ad
testatorem, sed ad eos, quibus succedi debebat,
& ideo quod sit attendenda proximitas gravati, &
non testatoris, significatione verborum inspecta,
esse verissimum, & indubitatum affirmant *Decian.*
conf. 26. *num.* 73. *lib.* 2. *& conf.* 100. *num.* 15.
lib. 3. *Surd. dict. conf.* 370. *num.* 11. *lib.* 3. *Man-*
tic. de conject. ultim. volunt. lib. 8. *tit.* 12. *n.* 31.
Peregr. dict. art. 20. *num.* 9. *Crass. in* §. *fideicom-*
missum quæst. 18. *num.* 5.

Tertio & ultimo fuit consideratum in dicta
substitutione contineri *de uno in alium, seu alios*
9 *deveniendo*, nam quemadmodum dicitur de verbis
de gradu in gradum, & servata gradus prærogati-
va, quod sit attendenda proximitas gravati, & non
testatoris, ut per *Socc. conf.* 126. *num.* 29. *lib.* 1.
& per Decian. qui dicit & probat esse indubitatum
fundamentum *dict. conf.* 100. *num.* 15. *lib.* 3. ita
& esse ejusdem significationis dicta verba *de uno*
in alium, & eis stantibus esse attendendam proxi-
mitatem gravati, & non testatoris probat *Simon*
de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib. 3. *fol.* 3.
num. 38. *cum seq.* & ponderat quod per gradus ita
ingredimur, ut a proximo in proximum, id est
in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus, ut
habetur in *l. jurisconsultus* §. *gradus autem ff. de*
gradi. affi. & dicit quod ita secundum verissimum
intellectum loquitur text. in *l. peto* §. *fratre ff.*
de legat. 2.

Et ad fundamenta, quæ pronepotum favore
contra nepotes adducebantur, responsum fuit, quod
non erant attendenda, uti destruentia opinionem
magis communem, & canonizatam omnino atten- 10
dendam, & sequendam in judicando juxta tradita
per *Fel.* & alios in *cap.* 1. *de constit.* magis etiam
præcise, dum primo loco dicebatur in fideicom-
missis succedi testatori, non gravato *l. coheredi* §. 11
cum filiæ, responsum fuit, quod si hoc esset verum
indistincte, destructa penitus remaneret supradicta
canonizata magis communis opinio una cum omni-
bus ejus fundamentis, & vulneratæ, seu penitus
destructæ remanerent dispositiones multarum le-
gum nempe *l. conficiuntur C. de jure codicill. l. cum* 12
avus ff. de condit. & demonstrat. l. cum acutissimi
C. de fideicomm. l. fin. C. de verb. signif. l. peto §.
fratre, & l. cum ita §. *in fideicommisso ff. de legat.*
2. *l. post aditam C. de impub. & aliis substit.* & aliarum
similium, in quibus consideratur succedi hæredi,
& non testatori. Quare ut substineatur dicta opi-
nio canonizata, & ne tollantur jura præfata, de-
claratur dictam conclusionem, quod succedatur
testatori, & non gravato, procedere quoad pri- 13
mos, qui ei immediate succedunt, sed non quoad
alios, qui post primos successive veniunt admit-
tendi, ita fuit dictum ab hac *Rota in causa Petri*
de Bondelmontibus die 30. *Octobris* dum judicavit
contra *Ceph conf.* 493. *lib.* 4.

Vel declaratur procedere respectu ejus ordi- 14
nationis, nempe ut gravato succedatur ex testato-
ria ordinatione *Peregr. dict. art.* 20 *num.* 10. sive 15
quod succedatur testatori respectu successionis,
gravato vero respectu bonorum *Socc. Jun. conf.* 34.
num. 16. *lib.* 3. *Simon de Prat. dict. solut.* 3. *sub*
num. 41.

Secundo loco dum dicebatur proximitatem 16
gravati tunc demum attendi debere, quando ipse
decedit cum filiis, secus vero si decedat sine filiis,
ut per *Menoch. conf.* 1160. *lib.* 12. responsum fuit
pro vero, & indubitato admitti, gravato succe-
dere ejus filios non attenta proximitate testatoris 17
dict. *l. cum avus ff. de condit. & demonst. & dict.*
l. cum acutissimi C. de fideicommiss. & ita limitari
opinionem contrariam, esse attendendam proximi-
tatem testatoris, & hunc esse casum indubitabi-
lem *Ruin. conf.* 123. *n.* 18. *lib.* 2. *Ceph. conf.* 457.
num. 5. *& num.* 9. *lib.* 4 *Surd. conf.* 370. *num.* 14.
vers. hanc sententiam lib. 3. *Molin. de jur. primog.*
lib. 3. *cap.* 9. *n.* 1. *Peregr. dict. art.* 20. *sub n.* 2.
circa fin., sed non inde sequi, quod gravato
decedente sine filiis, non ejus, sed testatoris pro-
ximitas veniat attendenda. Imo inde fieri quod 18
veniat investiganda, quæ proximitas sit attendenda,
quia gravatus decessit sine filiis, & investigare o-
porteat, qui nam ex vocatis post eum veniant ad-
mittendi. Et quia primi nominati decesserunt sine
filiis in casu *l. cum ita* §. *in fideicommisso ff. de le-*
gat. 2. ideo fuit dubitatum qui nam venirent ad-
mittendi, & quæ proximitas esset attendenda, ut
ibidem *Bald.* tradit in 2. *not. & Peregr. dict. ar-*
tic. 20. *sub n.* 2. *vers. quinto & Surd. dict. conf.* 370.
num. 15 ubi ponderat etiam text. in *cap.* 1. *de nat.*
success. feud. in quo successores admissi semel sem-
per excluderent existentes in alia linea similiter
proveniente a testatore.

Tertio dum dicebatur vigore reciproci fidei- 19
commissi fieri, quod proximitas gravantis & non
gravati veniat attendenda *Alb. conf.* 758. *num.* 5.
lib. 4. *Menoch. conf.* 1160. *sub n.* 5. *lib.* 12. fuit
respon-

reſponſum in dict. *l. cum ita §. in fideicommiſſo ff.*
de leg. 2. agi de fideicommiſſo teeiproco inter vo-
catus, ut ibi declarat *Caſtr. verſ. in texta* ibi ad-
20 mitti poſſe, & nihilominus eſſe magis receptam,
& canonizatam opinionem, dabere attendi proxi-
mitatem ultimi decedentis gravati, & non teſtato-
ris, & ea ſtante parum eſſe curandum de opinio-
ne *Alb. & Menoch.* maxime cum perfunctorie lo-
quantur, & non bene examinata eorum opinione.
Quarto & ultimo dum dicebatur agi de fidei-
21 commiſſo ab aſcendente introducto favore deſcen-
tium, & ideo deberi attendi proximitatem teſta-
toris, tum quia inter deſcendentes reſpectu avi
ſeu proavi non attenditur proximitas graduum
22 *Gloſſ. & Faber. in §. multis inſtit. de ſucc. liberor.*
tum etiam quia lineæ vocatæ, una deficiente, alia
admittitur attenta perſona teſtatoris, & non gra-
vati *Peregr. art.* 20. *ſub num* 5. reſponſum fuit,
13 quod etiam in fideicommiſſo aſcendenti procedit
magis communis, & canonizata opinio, quod at-
tendatur proximitas gravati, & non gravantis, &
quod errore labuntur tenentes contrariam opinio-
nem, ut dicit *Peregr. art.* 21. *ſub num.* 11. *&*
num. 22. & proprie loquitur in fideicommiſſo avi-
to, dum teſtatur de magis communi, & canoni-
zata opinione in hac Civitate *D. Petrus Caball. dict.*
conſ. 60. ut ex ejus principio, ubi narrat facti ſpe-
ciem, colligere licet. Et ad conſiderata de lineis
fuit dictum non procedere in præſenti caſu, dum
teſtator non conſideravit lineas diſtinctas, prout
24 loquitur *Peregr. dict. art.* 20 *ſub num.* 5. ſed ſim-
pliciter ſubſtituit filios in perpetuum deſcendentes,
& eo magis citra omnem difficultatem conſtare,
non conſideraſſe lineas diſtinctas, quia uſus fuit
dictis verbis *de una in alium, ſeu alios deveniendo.*
Nam licet conſiderari ſoleat a teſtatore fuiſſe vo-
catas lineas, & eſſe attendendam ejus proximita-
25 tem, quando uſus fuit dictione *in ſtirpem*, ſeu
ſtirpes, ut per *Soccin. Jun. conſ.* 116. *n.* 17. *lib.* 1.
tamen quod hæc conſideratio, & hæc opinio non
procedat, quando teſtator, prout in præſenti caſu,
non uſus fuit dictione *in ſtirpes*, vel cum ea uſus
fuit dictionibus importantibus gradus prærogati-
vam, ut in præſenti facti ſpecie evenit, dum te-
ſtator appoſuit dicta verba *deveniendo de uno in a-*
lium, ſeu alios declarat *Menoch. conſ.* 134. *num.* 85.
cum ſeq. lib. 2.
Et recepta a Nobis hac magis communi, &
canonizata opinione, neceſſe etiam fuit determina-
26 re, an dicti nepotes eorum patruo debuerint ſuc-
cedere in *ſtirpes*, vel in *capita*, & *Azonis* opinio-
nem ſecuti fuimus uti magis veram, & magis com-
munem, & a *Rota Romana* approbatam in una *Bo-*
nonien. ſeu Romana ſuccedendi coram Blanchetta die
10. *Aprilis* 1592. & in alia *Romana Hæreditatis*
coram Millino die prima Julii 1602. & etiam ab
hac *Rota* in cauſa inter *Ciuccios, & Puccios die* 2.
Septembris 1606. in cujus motivo enumerati repe-
riuntur omnes eam tenentes, & in quibus tribu-
nalibus fuerit obſervata, & de ea late tradunt
Theſaur. dec. 262. *Honded. conſ.* 63. *lib.* 2. *Rimin.*
Jun. conſ. 526. *lib.* 5. *Gabriel conſ.* 135. *lib. prim.*
Decian. conſ. 55. *lib.* 3. *Peregr. de fideicommiſs. ar-*
tic. 30. *num.* 20. *& ſeq.* ubi reprehendit *Cephal.*
conſ. 456. *&* 457. & dicit contra eum fuiſſe judi-
catum.

Hector de Abbatibus Prætor.
Hector Felicius.
Tomas Arriquez.

ADDITIO.

SUMMARIUM.

1 *Proximitas gravantis, non gravati attenditur, quando faciendus eſt tranſitus ad lineam diverſam.*
2 *Declara ſi linea, ad quam fieri deberet tranſitus ſit diverſa in ſubſtantia, ſecus contra, & exemplifica ut ibidem.*
3 *Item declara, niſi agatur de fideicommiſſo ſucceſſivo, & perpetuo.*
4 *De aliis caſibus, in quibus attendatur proximitas gravati, vel gravantis remiſſive.*
5 *De Azonis theorica, & an & quando ex conjecturis ab ea recedatur, itaut filii diverſorum fratrum prædefunctorum ſuccedant in ſtirpes, & non in capita.*

Concluſio quod ſit attendenda proximitas gra- 1
vati, non gravantis limitatur, quando facien-
dus eſſet tranſitus ad lineam diverſam *Amat. re-*
ſol. 10. *num.* 13. *Cyriac. controv.* 269. *num.* 14. *De*
Roſ. conſult. 2. *num.* 4. *verſ. & tunc, & num.* 15.
verſ. nunc demum, & num. 23. *Peregrin. dec.* 132.
num. 2. *verſ. ſed iſtis etiam. Rot. poſt Torr. de pact.*
f. s. ſucceſſ. dec. 209. *num.* 12. *coram Merlin. de-*
ciſ. 520. *num.* 13. *Cerr. dec.* 96. *num. prim. & ſeqq.*
in rec. dec. 693. *verſ. quia proximitas par.* 2. *&*
dec. 519. *num.* 15. *par.* 5. *tom.* 2. *Rot. Noſtra pe-*
nes Palm. Nep. dec. 151. *num.* 15. *§. quamvis, &*
dec. 453. *num.* 48. *tom.* 5. *& dec. Florent.* 6. *n.* 12.
coram me.
Declara limitationem procedere, ſi linea ad
quam fieri debet tranſitus, ſit diverſa in ſubſtan-
tia, ex quo non ſumat initium, vel a teſtatore, 2
vel ab aliquo ex poſſeſſoribus fideicommiſſi, ſed
ab aliis aſcendentibus fidcicommittentis, ſecus ſi
in ſubſtantia ſit eadem, & incipiat vel ab ipſo te-
ſtatore, vel ab aliquo ex gravatis, in quos ſemel
bona fuerunt ingreſſa *Surd. conſ.* 370 *num.* 15.
Altograd. conſ. 92. *num.* 35. *&* 36. *lib.* 2. *Manſ.*
conſult. 88. *ſub num.* 6. *verſ. vel ſaltem lib. prim.*
Amat. reſol. 10. *n.* 4. *Gratian. diſcept.* 493. *n.* 25.
& 26. *Mel. obſervat.* 61. *num.* 8. ubi late concor-
dantes. *Rot. coram Emerix Jun. dec.* 1136. *in fin.*
Ottobon. dec. 21. *num.* 19. *Cavaler. dec.* 465. *n.* 5.
Priol. dec. 31. *num.* 36. *in rec. dec.* 108. *num.* 24.
par. 9. *dec.* 445. *num.* 6. *&* 7. *& dec.* 526. *n.* 6.
& 7. *par.* 19 *tom.* 2. *Rot. Noſtra penes Palm. Nep.*
dec. 453. *num.* 48. *&* 49. *tom.* 5.
Item declara niſi agatur de fideicommiſſo ſuc- 3
ceſſivo, & perpetuo, in quo indiſtincte attendi-
tur proximitas gravati, etiam ſi fiat tranſitus ad
lineam diverſam *Peregr. conſ.* 50. *n.* 16. *lib. prim.*
Altograd. controv. 73. *num.* 4. *Caſtald. conſult.* 126.
num. 17. *Palm Nep. allegat.* 93. *n.* 9. *tom. prim.*
De Luc. de fideicomm. diſc. 23. *num.* 7. *Rot. coram*
Ottobon. dec. 21. *num.* 20. *& dec.* 35. *num.* 6. *Ca-*
valer. dec. 465. *num.* 4. *Emerix Jun. dec.* 1136.
num. 12. *Baratt. dec.* 688 *n.* 5. *& dec.* 744. *n.* 8.
& 12. *& poſt Urceol. de tranſact. dec.* 69. *n.* 12. *&* 13.
Alios caſus, in quibus attendatur proximitas 4
gravati, vel gravantis vide ſupra *Rot. Florent. de-*
ciſ. 7. *num.* 24. *& ſeqq. & in addit. & dec.* 61.
cum ibi relatis *in addit.* infra *dec.* 76. *num.* 20. &
apud *Palm. Nep. dec.* 451. *per tot.*
De Azonis theorica, & an, & quando ex co- 5
njecturis ab ea recedatur, itaut filii diverſorum
fratrum prædefunctorum ſuccedant in ſtirpes, & 2
non in capita plene *Rot. Senen. dec.* 25 *per tot.*,
& dec. 26. pariter *per tot.* inter impreſſ. *cor. me*
Rot. Florent. apud Palm. Nep. dec. 452. *n.* 61.

FLORENTINA
Fideicommissi.

25. Januarii 1610. ex Lib. Mot. 92. a 1.

ARGUMENTUM.

Prohibitio alienationis addita ratione *quia voluit nomen suum conservari*, fideicommissum inter illos de familia inducit, & an in casu alienationis, vel etiam in casu mortis, utruque tamen casu, si bona extra familiam alienentur, possunt ab iis de familia vindicari, nisi tamen fuerint hæredes aut mediati, vel immediati alienantis.

SMMARIUM.

1 *PRohibitia alienationis, addita ratione quia voluit at nomen familiæ conservetur, fideicommissum intee illas de familia inducit.*
2 *Et an hujusmodi fideicammissum sit salum in casu alienationis, vel etiam in casu mortis.*
3 *Ratia quia voluit adjecta prabibitioni per se valida absolutum fideicommissum inducie, si autem per se invalida sit probibitio, in casa salum alienatioais.*
4 *Vocatus in casu alienationis, sequata alienatione, potest fideicommissum petere, & alienata revocare.*
5 *Alienans, & promittens de evictiane, alienatioaem impugnare non potest.*
6 *Amplia sive sit hares immediatas, sive mediatus.*
Declara nisi usus fuerit cautela de qua a. 11. remissive.
8 *Promissio evictioais concepta verbis* qualitercunque quomodocumque *comprehendit evictianem, qua sequitur ex natura rei.*
9 *Promissia observandi pacta in laudo contenta, & nan cantraveniendi habet vim stipulatianis* habere licere, *& obligat baredes, & baredum successares.*
10 *Bona fides noa patitur, ut emptor eem amittat & pretium.*
12 *Contra fideicammissariam rem fideicommisso suppositam venditantem datur axceptia melioramentum.*
13 *Et pro illis campetit retentio.*
14 *Et quantitas liquidari potest in exequtiane sententia.*
15 *Prabibitio alienationis vestita quando inducat fideicommissum non solum in casa contraventionis, sed etiam mortis.*

DECISIO LXXII.

In Causa S. Croce, e Pieri.

PAulus ser Laurentii de Sancta Cruce de anno 1511. suum condidit testamentum, in
quo reliquit pro una dimidia domum suam
filiis ser Francisci, pro alia filiis ser Antonii de
Sancta Cruce, cum conditione ne alienaretur quovis
titulo, præter quam in semetipsos, & eorum descendentes,
quia voluit nomen suæ familiæ semper
remanere in dicta domo, ex hac prohibitione alie-
1 nandi facta cum ista ratione, *quia voluit ut nomen
familia semper remaneat in domo* constat inductum
fuisse fideicommissum inter illos de familia *Aret.
in l. qui Roma §. caheredes col. 3. ff. de verborum
significat. Dec. consil. 23. num. 4. Alb. consil. 123.
num. 5. Surd. consil. 67. num. 9. & 10. & consil. 96.
num. 14.* quodnam autem fideicommissum ex prohibitione
de alienando resultet, & an ratio *quia
voluit* posita post prohibitionem alienationis inducat
non solum fideicommissum conditionale in casu
alienationis, sed etiam purum, & simplex in
casu mortis, magna est disceptatio, & summa dis-
sensio inter Doctores, ut inquit *Cardinal. Mantic.* 2
de conjectur. ultim. volunt. lib. 6. tit. 14. num. 24.
& receptissima solet esse illa distinctio, aut clausula
quia voluit adiicitur prohibitioni nudæ, & invalidæ,
& tunc non inducitur fideicommissum pu-
rum, & absolutum in casu mortis, sed censetur 3
adjecta ad convalidandam præcedentem dispositionem,
& ex ea non aliud oritur fideicommissum,
quam conditionale in casu alienationis, aut vero
adiicitur post prohibitionem validam, & tunc, ne
clausula sequens *quia voluit* sit superflua, inducitur
simplex, & absolutum fideicommissum, ut de
magis communi testatur *Card. Mantic. dict. lib. 6.
tit. 14. num. 24. versic. quod igitur. Ofasch. dec. 50.
in fin. Surd.* qui dicit in hoc omnes convenire *consil.
67. num. 38. Honded. consil. 78. num. 32. & 33.
lib. 1. Laderch. Imol. consil. 92. lib. 1. Peregrin. de
fideicomm art. 14. n. 15.*

In casu nostro sive voluerit testator puro, &
absoluto fideicommisso providere, ut nomen familiæ
in domo remaneret, sive potius non relinquendo
per viam absoluti fideicommissi, sed amputando,
& resecando occasiones, & viam, qua
domus sua distrahi, & alienari posset, opinans hoc
sufficere, si alienationem prohibuisset, quasi ex
hoc futurum speraret, ut qui alienare non posset
bona familiæ relinqueret juxta text. in *l. pater
§. fundum ff. de legat. 3. & per Soccin. in l. si cognati
num. 18. ff. de reb. dub.* clarum est quod
Actores, qui sunt de familia possunt ex testamento
fideicommissum petere propter contraventionem,
& revocare alienationem factam contra pro-
hibitionem testatoris ab Antonio in Grazzinos, & 4
ab istis in Simonem Pierium reum conventum *l. filius
familias §. cum pater ff. de legat. 1. l. unum
ex familia §. sed si ano l. peto §. fratre ff. de
legat. 2. Peregrin. de fideicommiss. artic. 14.
num. 8.*

Cæterum quia agentes in præsenti judicio erant
hæredes Laurentii, & Jo: Baptistæ, qui partes suas 5
alienaverunt, & promiserunt defensionem generalem,
& de evictione in forma plenissima, ut in
istrumento laudi de anno 1535. censuimus ab ipsis
impugnari non posse dictam alienationem, & fideicommissi
petitionem, superesse tamen pro alia dimidia,
relicta a testatore filiis ser Antonii.

Mori quia hæres contravenire non potest alie- 6
nationi, quam fecit defunctus de bonis subjectis
fideicommisso, ut multis rationibus, & Doctorum
auctoritatibus comprobat *Menoch. consil. 89. n. 34.
& seq. Decian. respons. 55. num. 82. & seqq. lib. 3.
Surd. consil. 73. num. 35. Peregrin. de fideicomm.
art. 33. num. 10.* & sicut si viverent antecessores,
qui alienarunt a revocatione repellerentur *l. vendicantem
ff. de exception.*, pari ratione contravenire
non possunt prædicti agentes, etiam si imme-
diate hæredes alienantium non existerent, sed so- 7
lum mediante persona eorum parentum, quia nihilominus
& ipsi novissimi hæredes tenentur, sicut
primi illud factum observare, cum ad ipsos transiverit
obligatio primi hæredis, ut per *Menoch.
dict. consil. 89. num. 129. versic. non obstat septimum,
Peregr. de fideicommiss artic. 33. n. 15.*

Secundo moti fuimus, quia promissa fuit defensio
generalis in forma plenissima secundum stylum

lum notariorum Civitatis Florentiæ, & sic juxta formularium, ubi adsunt verba universalia, *qua ∙tercumque. quandocumque, vel quavis de causa* te-
8 quatur evictio, quorum verborum universalium ea est vis, ut comprehendant etiam casum evictionis, qui proveniat ex natura, & qualitate rei *Tiraquel. de ret. ad lignag. ad fin. tit. num. 98. Rat. Roman. dec. 152. num. 4 part. 2. in novis. Socc. Jun. consil. 116 num. 63. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 3 præsumpt. 115. num. 17.*

Tertio moti fuimus, quia Laurentius, & Joannes Baptista, qui alienarunt, ultra promissionem
9 evictionis conceptam verbis universalibus, promiserunt etiam observantiam laudi, & omnia, & singula in eo contenta firma, perpetua, & rata habere, nec per se, nec per alios contravenire, quæ stipulatio cum in effectu contineat, quod stipulatio *habere licere*, & illa obliget hæredes, & hæredum successores *l. stipulatio ista habere licere vers. sed si §. quæsitum ff. de verbor. obligat.* ita similiter & ista transire debet, & efficere, ne hæres, neve quis cæterorum successorum contraveniat, ut per *Roman. consil. 18. n. 4.*

Quarto si liceret Actoribus revocare hanc alienationem, locupletarentur eum alterius jactura, siquidem haberent partem domus ab eorum auctoribus alienatam, & etiam prædium, quod in laudo fuit datum in recompensationem dictæ domus contra bonæ fidei contractum, qui non patitur, ut emptor rem amittat, & pretium venditor retineat
10 *l. emptorem §. fin. de act. empt.*

Et potuissent agentes fortasse vindicare domum alienatam, quando ad evitandas supradictas difficultates usi fuissent cautela, quam tradit *An-*
11 *dreas ab Exea in tract. de pact. num.* 228. quem refert *Marzar. in epitom de fideicommiss. quæst. 46. vers. postremo advertendum*, ut scilicet offerrent se velle teneri de evictione, & rem nulliter alienatam habere.

Quantum ad melloramenta, quæ ex parte Simonis probata fuerunt adesse, clarum est æstimationem eorum, quæ vel necessario, vel utiliter facta fuisse apparent, esse reficiendam, & reum conven-
12 tum posse adversus vindicantes illa recuperare per viam excipiendi, juxta ea, quæ plene habentur in *l. in fundo ff. de rei vend. & in l. domus ff. de le-*
13 *gat.* 1. & pro illis dandam esse retentionem *Cumun. consil. 103 in fin. Afflict. dec. 87. num. 6.* re-
14 stabat declaratio super quantitate, quam in executione sententiæ reservavimus, ut tradit *Castr. consil. 247. in fin. lib. 1.*

Ex quibus, &c.

Matthæus Marcelinus.

ADDITIO.

15 DE hoc articulo quando prohibitio alienationis vestita inducat fideicommissum, non solum in casu contraventionis, sed etiam mortis, vide supra *dec. 7. dec. 55. & dec.* 58. cum plenissima *addit. & dec. 63. cum addit.*

FLORENTINA
Fideicommissi.
18. *Januarii* 1610. *ex Lib. Mat. 91. a* 148.

ARGUMENTUM.

Substitutio Titii, & filiorum expirat Titio admisso, nec filii succedunt cum patre simultanee, quando nati non erant tempore testamenti. Filii in conditione positi non dicuntur vocati, etiam si hæredibus a testatore perpetuum gravamen impositum fuerit.

SUMMARIUM.

1 *SUbstitutio alicujus, & filiorum intelligitur per vulgarem, & primo admisso expirat.*
2 *Filii in conditione positi non dicuntur vocati.*
3 *Amplius etiamsi testator suos hæredes in perpetuum gravaverit.*
Distingue ut num. 5.
4 *Filii quando non dicantur simultanee cum patre vocati, & n. 6. remissive.*

DECISIO LXXIII.

In Causa Bellincioni, e Bellincioni

FAvore D. Isabellæ decisum fuit, quoniam substitutio facta Lazaro favore Jacobi, & filiorum, cum semel locum habuerit in persona dicti Jacobi, dicta substitutionis forma non importat, ut Jacobus postquam ex substitutione successit, ipse sit pariter novo fideicommisso gravatus ad restituendum filiis, sed solum dicti filii dicantur per
vulgarem vocati, casu quo Jacobus non succede- 1
ret, ad celebre *cons. Socc. 69. & cons. 104. lib. 3. Menoch. cons 85. num. 67. & cons 365. num. 67.* & pro mille aliis, qui adduci possent, *Surd. decis. 346. per tot.*

Secundum pariter fundamentum, quod allegabatur pro parte dictæ Cammillæ, eam uti in conditione positam dici vocatam, non substinebatur, ex quo ex communi, crebriorique Doctorum opinione filii in conditione positi non dicuntur vo-
cati, ut attestatur *Rusticus in dict. tract. lib. prim.* 2
cap. 2. & quamvis liceat ab hac communi opinione recedere ex multis conjecturis, quæ per Doctores cumulari solent, nulla tamen harum in proposito applicabatur.

Nec ex quo testator suos hæredes in perpetuum gravaverit, hinc valida sumi conjectura potest, ut filii in conditione positi dicantur vocati,
sat est allegare *Rusticum* qui alios adducit *dict.* 3
tract. lib. 4. cap. 4. num. 1. & seqq.

Nec ex quo testator substituerit Jacobum, & filios, dici potest eos simul, non autem ordine successivo vocatos, quia aliis omissis simultanea successio nequit induci, ex quo neque tempore testamenti conditi, neque tempore quo successit Jacobus,
ejus filii nati erant; quia tunc censentur non si- 4
mul, sed ordine successivo vocati, & per vulgarem tantum, ut supra, ita Doctores *in l. Gallus §. quidam recte*, ubi in specie *Socc. num. 2. ff. de liber. & posth. Card. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 4. tit. 8. num. 27.*

Hector de Abbatibus Prætor.
Hector Felicius.
Joannes Baptista Burghesius:

A D-

ADDITIO.

COnclusio, de qua in hac nostra *dec. num.* 2. *&* 3. quod ex onere perpetuo non arguatur vocatio filiorum in conditione positorum est vera
5 in suis casibus particularibus, & quando habet assistentiam voluntatis testatoris ex conjecturis, & facti circumstantiis particularibus depromptam, qua deficiente, & concurrentibus conjecturis, & demonstrationibus in contrarium, contraria opinio amplectenda est, & quia conjecturæ mentem disponentis ostendentes pro una, vel altera opinione amplectenda est, & circumstantiæ, casusque particulares fuse fuerunt examinatæ a *Rota Florentina in dec.* 60. *num.* 17. *& seqq. coram me, & in Florentina Immissionis* 28. *Septembris* 1725. *artic.* 1. *n.* 27. *& seqq. pariter coram me*, & supra *dec.* 22. *n.* 39. *& seqq.* & ibi ego in *addic. num.* 33. *& seqq.* ideo ad scripta ibidem lectorem remitto, ne rem semel actam iterum agam.

Ad num. 4.

Filii quando dicantur vocati simultanee cum patre, vel non, vide infra *dec.* 80. *num. prim. &*
6 *seqq.* & quæ ibi scripsi in *addit.*

FLORENTINA
Fideicommissi.
18. *Martii* 1610. *ex Lib. Mat.* 92. *a* 98.

ARGUMENTUM.

Ad Materteræ successionem cum Matertera neptis non concurrit ex vi repræsentationis, ubi non fuit sub nomine collectivo in testamento comprehensa. Jus conditionale ante purificationem conditionis non transmittitur.

SUMMARIUM.

1 *NEptis ad matertera successionem cum matertera ex vi repræsentationis concurrit in fideicommissis.*
Declara conclusionem procedere in vocatione per nomen collectivum comprehendens nepotes n. 5.
Vel quando ex conjecturis constat de voluntate testatoris non restringendi vocationem ad nominatas num 6.
2 *Ex propria persona succedere nequit, qui non est nominatus*
3 *Fideicommissum conditionale non transmittitur ad hæredes, si vocatus ante purificationem conditionis decesserit, & n.* 8. *remissive.*
4 *Nisi concurrat voluntas testatoris, & num.* 8. *remissive.*
7 *De successione per viam repræsentationis an & quando locum habeat remissive.*

DECISIO LXXIV.

In Causa Simi, e Simi.

JOannes de Simis in suo ultimo elogio quinque filiabus suis hæredibus institutis, eis decedentibus sine filiis, vel earum aliqua superstite ad invicem vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum substituit; post aditam hæreditatem decessit Lucretia una ex dictis filiabus relicta ex se, & ejus viro Maria filia, quæ cum post obitum suæ matris Flora una ex filiabus institutis, & ejus matertera decesserit sine liberis, prætendebat repræsentando personam matris prædefunctæ in ejus locum ingredi, & cum Magdalena, & Cammilla materteris ad dictam Floræ portionem concurrere *gloss. in l. cum ita §. in fideicommisso ff. de leg* 1.
Ruin. cons. 130. *num.* 3. *lib.* 3. *Gabr. cons.* 121. *lib.* 1. 1
latè *Odd. cons.* 54. pulchrè etiam ante *Odd.* in testamentum avi, prout in casu nostro, consuluit *Alciat cons* 190. *lib* 9.

His tamen non obstantibus contrarium fuit
decisum, quia Maria non potest venire ex propria 2
persona, cum non sit nominata, nec etiam ex jure transmissionis potest adjuvari, quia cum mater 3
ejus decesserit ante purificationem fideicommissi conditionalis, ad eam conditionale fideicommissum nequaquam fuit transmissum *Alex. cons.* 176. *n.* 6. *lib.* 7. *Corn. cons.* 183. *num.* 2. *Soccin. Jun. cons.* 133. *in princip. Post. cons.* 8. *num.* 8 *& seqq. Pansirol. cons.* 152. *num.* 7. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 21. *num.* 28. *Valasc. de jur. emphyt. quæst.* 30. *num.* 41. *&* 42., & quod fideicommissum conditionale ab avo institutum non transmittatur, non concurrente
conjecturata mente testatoris, prout deficit in ca- 4
su nostro omnis conjectura, latè ex communi tradit *Odd. dict. cons.* 14. *num.* 9. *Natta consil.* 551. *num.* 19. *Ruin. dict. cons.* 130. *num.* 6. *lib.* 3.

Non obstat *gloss. in dict. § in fideicommisso*, quia procedit, ubi plures sunt vocati per nomen
collectivum, quod nepotes comprehendit, non 5
autem in casu nostro, ubi neptis ista ex vi nominis non est comprehensa, & per consequens cessat repræsentatio, nec etiam transmissioni locus fieri potest *Ruin. cons.* 181. *num.* 5. *lib.* 2. ubi animadvertit, quod destrueretur hujusmodi regula, si absque conjecturis admitteretur repræsentatio.

Nec etiam obstant aliæ auctoritates in contrarium adductæ, quia fundantur in conjecturis,
quas nequaquam habemus in casu nostro, quando 6
enim ex adjunctis posset colligi, substitutionem ad nominatos non fuisse restrictam, supra firmata non procederent, ideoque pro nepte consuluit *Alciat.* quia in substitutione aderat clausula -- *in stirpes, & non in capita* -- quæ nepotibus locum facit, idipsum sensit *Menoch. cons.* 124. *num.* 67. *lib.* 2. *& lib.* 4. *præsumpt.* 84. *num.* 15. *Decian. consil.* 21. *lib.* 3 *Berrett. cons.* 142. *num.* 37. *& seqq.*

Ex quibus &c.

Hector Felicius.
Jo: Baptista Burghesius.
Hector de Abbatibus.

ADDITIO.

De successione per viam repræsentationis, an & quando illa locum habeat, vide supra *decis.* 60.
& quæ ibi plenè scripsi in *addic. & in decis. seq.* 7
pariter cum *addit.*

PRA-

PRATENSIS
Fideicommissi.

26. *Martii* 1611. *ex lib. Mot.* 92. *a* 116.

ARGUMENTUM.

Beneficio repræsentationis nepos avo succedit, & eum patruo ad patrui hæreditatem concurrit. Hypothecariæ extrema quæ sit, & quomodo probentur.

SUMMARIUM.

1 *AD fideicommissum pluribus collectivè relictum, primo expressim nominati, deinde proximiores admittuntur.*
2 *Verba habentia tractum successivum favore vocatorum fideicommissum inducunt.*
3 *Per jus repræsentationis nepos avo succedit ex persona patris.*
4 *Jus repræsentationis in quibus casibus admittatur.*
5 *Jure repræsentationis nepos succedit patruo cum alio patruo.*
6 *Hypothecaria extrema quæ sint.*

DECISIO LXXV.

In Causa Benamati, e Tozzi.

PLacuit DD. revocare sententiam D. Judicis a quo, & confirmare illas D. Potestatis Terræ Prati, per quas condemnavit d. Michaelem ad liberè relaxandum D. Hieronymo prædium, de quo in causa, nempe duas tertias partes illius ex fideicommissaria substitutione, & petitione, alteram tertiam partem per actionem hypothecariam; quia quod attinet ad fideicommissariam, constitit dictum prædium remansisse in bonis, & hæreditate Hieronymi Joannis de Benamatis, qui in suo testamento instituit ejus filios natos, & nascituros, & eos, eorumque filios, & descendentes masculos per lineam masculinam ad invicem, & vicissim substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum in stirpes, & non in capita, quo stante testamento, & quod dictum prædium per mortem dicti testatoris contigerit in portione Joanni, uni ex ipsius quatuor filiis, & quod dict. Joannes decesserit durante locatione a se facta dicto Michaeli reo convento ejusdem prædii, relictis post se Horatio ejus fratre carnali, & d. Hieronymo, & Barthulomæo ipsius Joannis nepotibus, & filiis suorum fratrum carnalium Jacobi, & Antonii Mariæ, & quod d. Barthulomæus cesserit sua jura d. Hieronymo, ut hæc omnia constant ex actis, non est dubium ad actorem Hieronymum pertinere dictas duas tertias partes prædii, sive illud consideretur de hæreditate, & bonis d. Hieronymi testatoris sui avi, sive de hæreditate Joannis sui patrui.

In primo namque casu habet fundatam suam intentionem in vocatione facta a testatore suorum
1 filiorum, & ex eis nepotum, per fideicommissum
ad ipsius bona in stirpes, & non in capita, & sic in clara dispositione text. in *l. cum ita §. in fideicommisso ff. de legat.* 2., ubi ad petitionem fideicommissi familiæ relicti, primo admittuntur vocati, & post eos omnes extinctos, qui ex eis proximo gradu procreati sunt, tradit *Peregr. de fideicomm. artic.* 18. *num.* 5. maximè cum testator disposuerit per verba habentia tractum futuri tem-
poris, quæ in omnium vocatorum persona fidei- 2
commissum inducunt ex *Ruin. cons.* 89. *n.* 6. *vol.* 2. *Dec. cons.* 205. *num.* 2. *&* 7. *Marzar. in epitom. de fideicomm. quæst.* 12. *Peregr. dict. art.* 18. *n.* 14. *&* 18., & quando testator expressè cavit in suo testamento. quod post ipsius filios institutos, eorum filii, & descendentes masculi succederent in stirpes, & non in capita, altera tertia pars prædii, de quo in causa, pertinet ad dictum Horatium filium testatoris, cum dictus Hieronymus actor, & Barthulomæus succedant avo testatori repræsentando personas suorum patrum jam præmortuorum
ex doctrina *Bart.* communiter recepta in *Authent.* 3
post fratres C. de legit. hæred., ubi dixit quod filii
succedunt in locum patris sui, & eum repræsen- 4
tant in duobus casibus jure expressis, videlicet quando tractatur de successione patrui, vel avi dumtaxat, ut in *Authent. de success. C. de suis, & legit. hæred.* hanc *Bartol.* opinionem sequutus fuit *Valasc. de jur. emphyt. quæst.* 50. *num.* 30., ubi plures refert, idem probavit *Ascursius in dict. l. cum ita §. in fideicommisso verb. proximo.*

In secundo vero casu, si consideremus dictum prædium de bonis, & hæreditate D. Joannis Sa-
cerdotis patrui actoris Hieronymi, idem dicendum 5
est, quoniam tam ille, quam dictus Barthulomæus, cujus cessionarius est, succederent d. Joanni eorum patruo per repræsentationem, concurrendo cum alio patruo Horatio in dicta successione, & sic in stirpes, & non in capita, ut probat benè text. in *Authent. de hæredibus ab intest. venientib. collat.* 9. *§. si autem defuncto*, & refert communem *Thesaur. decis. Pedemont.* 162. *per tot.* ex quibus, & ex eo, quod dictus reus per publicum instrumentum post interpositam appellationem cesserit omnia sua jura sibi competentia in dicto prædio ex vi dictæ conductionis, putavimus benè judicatum in dicta petitione fideicommissaria per D. primum Judicem.

Quod vero attinet ad hypothecariam idem censuimus, quoniam de debito dicti Horatii in
causa citati constitit per instrumentum publicum, 6
in quo se cognovit debitorem dicto Hieronymo actori in summa scutorum centum, obligando ei omnia sua bona generaliter per specialem hypothecam, constitit etiam de possessione dicti prædii ex parte rei conventi, quæ omnia requiruntur, ut competat talis actio hypothecaria, ut ex aliis probat, & resolvit benè *Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 870. *a num.* 1. *cum seq.*, quæ allegatio pro multis sufficit, quapropter, & cum dictus Horatius debitor principalis nihil in contrarium probaverit, merito pronunciavimus in confirmationem dictæ primæ sententiæ.

Thomas Arriquez Prætor.
Hector Felitius.
Hector de Abbatibus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Late discutitur, quando in fideicommissis tam universalibus, quam particularibus, & tam in majoratibus Italiæ, quam Hispaniæ ab ascendentibus, vel transversalibus ordinatis locum habeat repræsentatio.

SUMMARIUM.

1 *REpræsentatio datur in fideicommissis universalibus ex præsumpta conformatione voluntatis defuncti dispositioni legis.*

2 *Am-*

2 *Amplia primo conclusionem etiam in transversalibus intra tertium gradum de jure civili computandum a persona ultimi gravati, non gravantis.*

3 *Amplia secundo, sive filius patrem, sive matrem repræsentare velit.*

4 *Limita conclusionem, de qua num. 1. stantibus contrariis conjecturis, quia tunc repræsentatio non detur, etiamsi adsit clausula* — in stirpes, & non in capita.

5 *Conjectura exclusiva repræsentationis est vocatio superstitum.*

6 *Maxime quando superstites vocati fuerunt nomine proprio, nepotes autem nomine appellativo.*

7 *Contra, quod vocatio superstitis non excludat repræsentationem.*

8 *Declara, ut hæc secunda opinio vera sit, quando fuit adjecta clausula* — in stirpes, & non in capita.

9 *Declara secundo hanc secundam opinionem procedere in primogenituris Hispaniæ, ex quarum natura repræsentatio admittitur.*

10 *Declara tertio repræsentationem non dari favore nepotis, quando ille de tempore apertæ successionis non erat natus.*

11 *Declara quarto exclusum remanere repræsentationem, quando res est de majoratibus, & agitur de primo ingressu ad successionem, quidquid secus dicendum esset quando versaremur in successionis progressu, & de ratione.*

12 *Sexta conjectura, ex qua repræsentatio excluditur, est qualitas majoratus, & de ratione.*

13 *Maxime in majoratu facto in contractu, & de rationibus.*

14 *In iis, quæ non deferuntur jure hereditario, repræsentatio locum non habet.*

15 *Contraria auctoritates declarantur, remissive.*

16 *In majoratu, in quo succeditur jure sanguinis non datur repræsentatio.*

17 *Item in majoratu particulari, & de ratione.*

18 *Item in fideicommissis particularibus.*

19 *Limita, quando de voluntate contraria testatoris constaret ex conjecturis, & quæ sint remissive.*

20 *Limita conclusionem, de qua num. 12. in majoratibus Hispaniæ.*

21 *Item in limita in majorato ordinato ab ascendente, vel a collaterali, si simus intra tertium gradum.*

22 *Ter in conjectura repræsentationis exclusiva deducitur, ex quo agitur de ascendentibus, in quibus non datur repræsentatio, ut succedant suis descendentibus.*

23 *Repræsentatio non datur, si deficiat vocatio saltem tacita.*

24 *Repræsentatio operatur, ut filius subingrediatur in locum patris vacantem, sed vocationem supplere non potest.*

25 *Limita, si pater esset incapax successionis, quia tunc filius posset succedere cum patruis ad fideicommissum, quia assumit, & repræsentat gradum paternum, non personam patris.*

26 *Contrariæ auctoritates declarantur.*

27 *Repræsentatio excluditur, quando agitur de descendentibus ex illegitimo concubitu, licet legitimis.*

28 *Item quando filii sunt vocati nomine proprio, vel appellativo num. seqq.*

29 *Secus si nomine collectivo.*

30 *Repræsentatio datur in fideicommisso relicto familiæ, vel agnationi, quando sumus in descendentibus, vel transversalibus intra tertium gradum.*

31 *Item si testator adhibuisset clausulam* — in stirpes, non in capita — *quæ regulariter importat repræsentationem.*

32 *Quid si sit narta cum aliis clausulis* — ordine successivo, salva gradus prærogativa — *& similibus, remissive.*

33 *Pro repræsentatione includenda, vel excludenda totum facit testatoris voluntas, ea enim concurrente locus est repræsentationi, ubi de jure non daretur, illaque deficiente exclusa remanet, ubi esset de jure admissibilis.*

34 *An, & quando cessante repræsentatione locum habeat subingressio virtute vulgaris anomalæ, remissive.*

1 Repræsentatio datur in fideicommissis universalibus non principaliter vigore legis, quæ solum de intestata successione loquitur, sed ex voluntate defuncti, qui diversum ordinem non designans, præsumitur ordini legali se conformasse, & ita per judicium permissivum repræsentationem admisisse *Episcop. Rocc. disp select. cap. 9. num. 19. Sominiat. controv. 28. n. 15. & 16. Torr. de majorat. part. 1. cap. 35. §. 5. n. 190 & 191. & variar. jur. quæst tom. 1. tit 2. quæst. 89. n. 3. 4. 5. & 6 Rot. coram Coccin. decis 1162. num. 10. Ansald. decis. 89. num 67. & seqq. & in Interamnen. Fideicommissi* 11. *Decembris* 1705. §. *pro decidend. coram Molines.*

2 Amplia primo etiam in transversalibus intra tertium gradum de jure civili computandum a persona ultimi gravati, non autem gravantis *Mel. observ* 61 *num.* 4 *& per tot. Altograd controv.* 73. *num.* 1. *&* 3. *Andreol. controv.* 143. *num.* 14. *Urceol. consult. forens.* 12. *per tot Palm. Nep. allegat.* 183. *num.* 4 *&* 5. *Torr. variar. jur. quæst. lib.* 2. *tit.* 6. *quæst* 4. *num.* 60 *Fredian. de fideicom. differt.* 27. *num* 9. *Rot. Lucen. inter recollect. per Palm. Nep. decis* 406. *num.* 7. *&* 12. *Rot. Roman. coram Priol. decis.* 355. *per tot. & dec.* 406. *n.* 13. *&* 14. *in recent. decis.* 24 *num.* 9 *& decis.* 124. *num.* 9. *part.* 15 *decis.* 183. *num* 6. *part.* 17. *decis.* 478. *num.* 1. *& seqq. part.* 18. *decis.* 437. *n.* 2. *part.* 19. & ita contra scripta per *Rodulphin. allegat.* 13 decisum fuit ab eadem Rota post *Urceol. de transact. decis.* 64 *&* 65. *Rot. Florent. in Florentina Fideicommissi de Bardis* 1683. §. *quamvis, & seqq.* infra imprimend. ubi plene de materia.

3 Amplia secundo, ut repræsentationi locus sit, sive filius patrem, sive matrem repræsentare intendat *Altograd. consf.* 65. *num.* 3. *lib* 1. *Fredian. de fideicomm. differt.* 27. *num* 3. *&* 56.

4 Limitatur tamen regula supradicta stantibus contrariis conjecturis, quo casu cessat repræsentatio, etiamsi addita fuerit clausula — *in stirpes, & non in capita* — late *Fredian. de fideicomm. differt* 27. *num.* 16. 19. *&* 53. *Rot. Florent.* penes *Palm. Nep. decis.* 452. *num.* 34. *& seqq. Rot. Rom. coram Ansald. dict. decis.* 89. *num.* 68.

5 Una autem ex conjecturis exclusivis repræsentationis est vocatio superstitum, quæ operatur ut nepotes ex filio prædefuncto cum patruis ad successionem non admittantur *Valenzuel. consil.* 23. *num.* 101. *Sominiat. controv.* 62. *num.* 39. *Raudens. de analog cap* 25. *num.* 275. *Crass. in* §. *fideicommissum quæst.* 11. *num.* 10. *De Luc. de fideicommiss. disc.* 21. *num.* 5. ubi quod hoc procedit, quando superstites sunt appellativo nomine substituti *Fredian. eodem tract. differt.* 27. *num.* 51. *Rot. Lucen. apud Palm Nep. alleg.* 273 *cap.* 4. *num.* 53. *&* 54. *Rot. Rom. coram Seraphin. decis.* 1281. fere *per tot. in recent. decis.* 241. *num.* 7. *& seqq. part.* 9.

6 Eoque magis exclusa remaneret repræsentatio

facta

facta vocatione ſuperſtitis, quando iſte vocatus
fuit nomine proprio, nepotes autem nomine ap-
pellativo, quod arguit nolitam fuiſſe repræſenta-
tionem *Rot. in recent. dict. deciſ.* 141. *n.* 8. *par.* 9.
7 Contrariam tamen partem, quod per voca-
tionem ſuperſtitis excluſa non remaneat repræſen-
tatio tenent *Palm. Nep. alleg.* 204. *n.* 30. *& ſeqq. Ro-
dulphin. alleg.* 95. *num.* 1. *& ſeqq. & allegat* 96.
num. pariter 1. *& ſeqq.* ubi de veriori. *Epiſcop.
Rocc. diſput.* 9. abunde *Caſtill. lib.* 3. *cap.* 19. *n.* 341.
uſque ad finem, & libr. 5. *capit.* 93. §. *prim.
num.* 19. *Robles de repræſent. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 4.
Torr. de primogenit. part. 1. *cap.* 20. *num.* 14. *&
ſeqq. fol.* 116.
8 Declara, ut hæc ſecunda opinio vera ſit quan-
do fuit adjecta clauſula — *in ſtirpes, & non in ca-
pita* — per quam de neceſſe induci repræſentatio-
nem tradit *Peregr. de fideicomm. art.* 21. *num.* 41.
verſ. & idem eſt, & conciliando contrarias opinio-
nes *Palm. Nep. alleg.* 204. *num.* 31. *& ſeqq.* ubi
plures allegat *Rodulphin. dict. alleg.* 95. *num.* 2. &
plene *alleg.* 96. *num.* 6. *& ſeqq.* ubi plures alias
declarationes adducit *Rot. in Romana, ſeu Foroli-
vien. Fideicommiſſi de Maraldis* 11. *Maii* 1722. §.
intelligentiam coram R. P. D. Herrera.
9 Declara ſecundo, ut repræſentationi favore
nepotis locus ſit, ſi verſamur in primogenituris
Hiſpaniæ, ex quarum natura repræſentatio admit-
titur, ut poſt plures, quos refert, *Torr. de primo-
genit. part.* 1. *cap.* 20. *num.* 14. *& ſeqq. fol.* 116.
ubi ampliat.
10 Declara tertio, ut nepotis favore repræſen-
tationi locus non ſit, quando ille de tempore aper-
tæ ſucceſſionis non erat natus *Rot. Florent.* infra
deciſ. 114. *num.* 22.
11 Declara quarto, ut excluſa remaneat repræ-
ſentatio, quando verſamur in majoratibus, & agi-
tur de primo ingreſſu ad ſucceſſionem; nam tunc
ſi adſit nepos minor natu ex patre prædefuncto,
ipſe non concurrit cum patruo ſeniore, ſed iſte
præferri debet in ſucceſſione, tamquam habens
qualitates majoris ætatis, excluſa repræſentatione,
quidquid ſecus dicendum eſſet, quando verſare-
mur in ſucceſſionis progreſſu, nam tunc donec
evacuetur linea, in qua ſucceſſio ingreſſa eſt, illi
de alia linea, ſeu columnello ad eam adſpirare
non poſſunt: ſignanter ſi poſſeſſoris defuncti eſſet
major ætate reſpectu patrui, nam tunc eo fortius
iſte ſuccedere debet, non obſtante vocatione ſu-
perſtitis, cum ſit major inter perſonas ſuperſtites,
quæ poſt patrem defunctum ſuccedere debent
abunde *Torr. de primogenit. tom.* 1. *dict. cap.* 20.
num. 16. *&* 17. *fol.* 116. & vide ad propoſitum
Rot. Florent. poſt eumdem *Torr. de primogenit.
deciſ.* 20. *num.* 145. *& ſeqq.* & quando ſit facien-
da differentia inter ingreſſum, & progreſſum vide
ſupra in *addit. ad deciſ.* 60.
12 Et ex hoc oritur ſecunda conjectura repræ-
ſentationis excluſiva, quæ conſiſtit in qualitate
majoratus, in quo cum ſola ætas attendatur, iſta
tamquam perſonaliſſima repræſentari non valet
Fredian. de fideicomm. diſſert. 17. *num.* 15. *Manſ.
conſult.* 93. *n.* 50. *Rot. Januen. apud eumdem con-
ſult.* 208. *num.* 21. 22. *&* 23. *Torr. de majorat.
part.* 1. *cap.* 7. *num.* 74. *Rot. Rom. poſt eum de-
ciſ.* 16. *num.* 22.
13 Maxime in majoratu facto in contractu, tum
quia verba ſunt naturaliter accipienda, tum etiam
quia in iis, quæ non deferuntur jure hæreditario,
14 repræſentatio locum non habet *Altograd. controv.* 53.
num. 8. *Valaſc. de jur. emphyt. quæſt.* 50. *num.* 44.
Robles de repræſent. lib. 3. *cap.* 7. *num.* 8. *& ca-
pit.* 12. *num.* 8. *&* 20. *De Luc. de feud. diſc.* 8.

num 5. *Torr. de majorat. part.* 1. *cap.* 34. *num.* 68.
& plur. ſeqq. ubi reprobat contrarios. *fol.* 258. *&
num.* 78. *& ſeqq fol.* 259. declarans contraria
procedere in majoratu facto in contractu, qui ha- 15
bet naturam ultimæ voluntatis, & quando con-
ſtat de voluntate diſponentis in contrarium *Fre-
dian. de fideicomm. diſſert.* 24. *num.* 12. *Senat. Lu-
ſitan. apud Gaam deciſ.* 174. *num.* 16.
Quemadmodum excluditur repræſentatio in 16
majoratu, in quo ſucceditur jure ſanguinis, in
eo enim non dari repræſentationem tradit *Rot.
Lucen. apud Palm. Nep. alleg.* 273. *cap.* 4. *n.* 74.
Et in majoratu particulari, in quo pariter 17
non dari repræſentationem, quæ ſolum admitti-
tur in univerſalibus ſucceſſionibus *Manſ. conſult.* 93.
num. 51. *Torr. de primogenit. part.* 1. *cap.* 11. *n.* 28.
fol. 90. prout non dari in fideicommiſſis particu- 18
laribus dixi ſupra in *addit. ad deciſ.* 60. & tradunt
Palm. Nep. alleg. 272. *n.* 34. *Saminiat. controv.* 62.
num. 12. *& ſeqq. Torr. de majorat. part.* 1. *cap.* 34.
num. 74. *Fredian. de fideicomm. diſſert.* 26. *n.* 14.
& 35. *& diſſert.* 27. *num.* 52. *Rot. Lucen.* inter
impreſſas apud *Balduct. ad Romos. deciſ* 46. *n.* 27.
& ſeqq. tom. 2. *Rot. Florent. poſt Torr. de majo-
ratib. deciſ.* 20. *num.* 153. *Rot. Rom. apud Palm.
Nep. deciſ.* 421 *num.* 13. *& in dict. Interamnen.
Fideicommiſſi* 11. *Decembris* 1705. § *cumque de tem-
pore coram Molines*.
Sed quoties conſtaret de voluntate teſtatoris 19
in contrarium, tunc etiam in majoratibus, & re-
lictis particularibus locum habet repræſentatio, &
ex quibus conjecturis hoc arguatur *Palm. Nep.
alleg.* 183. *num.* 6. *Rot. Rom. coram Emerix Jun.
deciſ.* 209. *num.* 7. *& ſeqq. in recent. deciſ.* 702.
part. 18. *deciſ.* 94. *num.* 3 *& deciſ.* 147. *num.* 7.
part. 19. repet. apud *Urceol. de tranſact. dec.* 70.
& 71. quas ſequitur *Torr. de majorat cap.* 34. *n.* 75.
part 1. *fol.* 259. *& variar. jur. quæſt. tom* 2 *tit.* 9.
quæſt. 5. *num* 46. & dixi ſupra in *addit. ad de-
ciſ.* 60. *num.* 57.
Declara tamen dari repræſentationem etiam 20
in majoratibus, ſi quæſtio verſaretur in majorati-
bus Hiſpaniæ, qui particularibus legibus, & con-
ſuetudinibus regulantur, non vero ſi ageretur de
majoratibus Italiæ, qui normam, & regulam de-
ſumunt a diſpoſitione juris communis in materia
fideicommiſſaria *Amat. reſol.* 1. *num.* 33. *Torr. de
majorat. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 25. *fol.* 18. *& cap.* 34.
num. 78. *fol.* 259.
Declara ſecundo, ut repræſentationi locus ſit, 21
ſi ſumus in majoratu ordinato ab aſcendente;
ſemper enim in eo repræſentationi locus eſt, quan-
do tempore mortis poſſeſſoris ſuperſunt plures
filii, & ex altero prædefuncto filio nepotes; in-
ter eos enim major natu ſuccedit, adeo ut ſi ta-
lis ſit patruus, ad ipſum ſpectat majoratus exclu-
ſis nepotibus, ſi vero iſti ſint ætate majores, ma-
jor natu per repræſentationem ſuccedit ad exclu-
ſionem patrui: idemque dicendum eſt ſi verſe-
mur in Collateralibus intra tertium gradum,
abunde *Torr. de majorat. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 118.
in fin. fol. 58.
Tertia conjectura contra repræſentationem 22
oritur ex quo ſumus in aſcendentibus, in quibus
non datur repræſentatio, ad hoc ut ipſi ſuccedant
deſcendentibus, ſed inter ipſos defertur ſucceſſio
ad formam juris communis juxta gradus prioritta-
tem, ſecundum quam proximior excludit remo-
tiorem, ut in ſpecie firmant *Palm. Nep. alleg.* 249.
num. 26. *Torr. de majorat. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 56.
fol. 51.
Pariter repræſentationi locus non erit ſi de- 23
ficiat vocatio, cum is, qui repræſentationis jure

uti vult, pernecesse ostendere debeat se esse vocatum saltem tacite; repræsentatio enim operatur, ut filius subingrediatur in locum patris vacantem, 24 sed supplere non potest vocationem *Robles de repræsent. lib. 3. cap. 7. num. 5. Torr. variar. jur. quæst. lib. 1. tit. 2. quæst. 25. num. 25. fol. 329. & quæst. 27. num. 10. & seqq fol. 338.* ubi examinat conjecturas tacitæ vocationis, *quæstion. 29. num. 13. & seqq. & num. 26. & seqq. fol. 352.* ubi *num. 27. & seqq.* distinguit inter successionem in primogenituris, & majoratibus, in quibus repræsentatio non datur in infinitum vigore præsumptæ vocationis de primogenito in primogenitum, vel de majori natu in majorem natu, & aliam, quæ provenit ex jure civili, & *num. seqq.* pariter examinat conjecturas vocationis tacitæ, & *lib. 2. tit. 9. quæst. 5. num. 35 fol. 290. & de majorat. part. 1. cap. 41. §. 7 num. 35. & seqq. Rot. Lucen. apud Palm. Nep. dict. alleg. 273. num. 56. Ansald. in addit. ad decis. 89. num. 69. Rot. Rom. coram Cerr. decis. 614. num. 12. Rembold. decis. 597. num. 10. & apud Fredian. de fideicom. differt. 26. n. 43. & 49. Rot. Florent. apud Palm. Nep. decis. 452. num. 106. & seqq.*

25 Si tamen pater esset incapax successionis, puta quia obtinuisset, & actualiter possideret primogenituram, vel fideicommissum cum alio incompatibile, tali casu filius posset succedere cum patruo ad fideicommissum cum alio possesso a patre incompatibile, quia assumit, & repræsentat gradum paternum, non personam patris, ut fuse probant *Rubeus Alex. cons. 22. num. 14. in fin. Angel. de Gambilion. consil. 32. num. 12. Gabriel cons. 153. num. 21. vol. 1. Palm. Nep. alleg. 204. num. 33. & seqq. Bellon. de jur. accrescend. cap. 9 quæst. 10. num. 12. & 13.*

26 Et auctoritates contrariæ locum habent, & sunt recipiendæ, quando nepos non concurrit cum patruo, matertera, vel avunculo, sed cum transversalibus in ulteriori gradu existentibus, in quorum concursu de jure non datur repræsentatio, non vero quando nepos cum patruo, aut aliis conjunctis in eodem gradu existentibus succedere prætendit, nam tunc cum de jure favore nepotis locus sit repræsentationi, ipse in locum patris, vel matris exclusæ subingreditur, qui licet vivi, ob incapacitatem pro mortuis habentur, ut prosequitur *Palm. Nep. dict. alleg. 204. num. 34. Rot. coram Priol. decis. 314. num. 10.*

27 Repræsentatio similiter non admittitur, quando versamur in descendentibus ex illegitimo concubitu etiam legitimis, cum gradum non faciant *Cyriac. controv. 8. num. 133.*

28 Quemadmodum non admittitur repræsentatio, quando filii sunt vocati nomine proprio *Robles de repræsent lib. 1. cap. 9. num. 27. & 28. Torr. variar. jur. quæst. tom. 2. tit. 9. quæst 5. num. 45. fol. 291. Rot. Florent. apud Palm. Nep. decis. 454. num. 50. Rot. Rom. in recent. decis. 124. num. 9. part. 13. decis. 118. num. 11. versic. ulterius, & num. 14 part. 7. & post de Luc. de fideicomm. decis. 55. num. 10.*

29 Daretur tamen repræsentatio in collectiva vocatis, non vero in vocatis nomine appellativo *Peregr. de fideicomm. artic. 21. num. 23. Cancer. variar. resolut. part. 1. cap 5 num 52. vers. quam conclusionem. Knipschildt de fideicomm. cap. 9. n. 24. Castill. controv. lib. 3. cap. 19. num. 242. vers. dubium ergo est. Anton. Faber in cod. lib. 6. tit. 19. definit. 10. versic. sed tamen in proposito. De Luc. de fideicom. disc. 20. num 12. versic. licet enim. Torr. de majorat. part. 1. cap 7. num. 81. fol. 54. & cap. 35. num. 191. fol. 286. & variar. jur. quæst. tom. 1. tit. 2. quæst. 29. num. 30. & seqq. fol. 352. Rot. Rom. coram Priol. decis. 241. num. 8. & 9. coram Cerf. decis. 88. num. 16. & inter divers. decis. 444. num. 3. part. 1. & in recent. dec. 5. n. 21. versic. quod enim notaverunt, & num. 22. & seq. part. 6. & decis. 241. num. 8 & 9. part. 9.* licet ex facti circumstantiis in ea recedatur ab hac opinione, & omnium plenissime *Rot. Florent. in Florentina Fideicommissi de Bardis 1683. § licet enim, & plur. seqq.* infra suis loco, & tempore imprimenda, ubi de veriori testatur, & reprobat contrarios, subdens hoc procedere tam in fideicommisso ascendentis, quam transversalis, quando ille, per cujus obitum fideicommissum purificatur, sit patruus, & non transversalis in remotiori grado, ibique adducuntur conjecturæ hanc opinionem comprobantes, & aliæ pro recedendo ab ea rejiciuntur.

30 Prout daretur repræsentatio in fideicommisso relicto familiæ, vel agnationi, quando sumus in descendentibus, vel in transversalibus, sed non ultra patruum, & nepotem *Torr. de majorat. par. 1. cap. 7. num. 83. fol. 54. Rot. Florent. apud Palm. Nep. dict. decis. 245. num. 11. & seqq. & in Florentina Fideicommissi de Bardis 1683. §. maxime, quia* infra imprimend.

31 Quemadmodum esset locus repræsentationi, si testator adhibuisset clausulam -- *in stirpes, & non in capita* -- quæ regulariter importat repræsentationem, & quando hoc non procedat, & quid si 32 sit unita cum aliis clausulis -- *ordine successivo, salva gradus prærogativa* -- & similibus *Altograd. consil 65. num. 5. & consil. 67. num. 23. lib. 1. Cyriac. controv. 174. num. 26. Andreol. controv 137. num. 20. in fin. & controv. 139. num. 16. Urceol. consult. 32. n. 19. Rocc. disput. 9. num. 8. & plur. seqq. Mans. consult. 84 num. 29. & seqq. Crass. §. fideicommissum. quæst. 11. num. 7. Fusar. de substit. quæst. 481. num. 115. & consil. 89. num. 14. Peregrin. de fideicom. art. 21. num. 42. vers. & idem est. Fredian. de fideicom. differt. 9. num. 28. Rot. Florent. apud Palm. Nep. dec 452. num. 24. & plur. seqq. & in Florentina Fideicommissi de Bardis 1683. §. tertia quia, & seqq.*

33 Et pro coronide adverte, quod pro includenda, vel excludenda repræsentatione voluntas testatoris totum facit; ea enim concurrente locus est repræsentationi, ubi de jure non daretur, illaque deficiente exclusa remanet, ubi de jure esset admissibilis *Altograd. consil. 67. num. 14. & 37. lib. 1. Mans. consult. 84. num. 34. Episc. Rocc. disput. 9. num. 19. Robles de repræsent. lib. 1 cap. 7. num. 16. & cap. 13. num. 12. Fredian. de fideicom. differt. 24 num. 13. versic. prædicta. Rot. Florent. apud Palm. Nep. dec. 452. num. 100. & in Florentina Fideicommissi de Bardis 1683. §. & profecto* infra imprimend. *Rot. Rom. in recent. dec. 94. num. 4. & dec. 147. num. 7. part. 19.*

34 An autem, & quando cessante repræsentatione locum habeat subingressio virtute vulgaris anomalæ vide apud relatos in *dec. Senen. 26. n. 14. & 15.* inter impress. cora me. *Fredian. de fideicom. differt. 27. num. 36. & seqq. Rot. Florent. apud Palm. Nep. dec. 454 num 52* & in citata *Florentina Fideicommissi de Bardis 1683. §. primo quia* infra suis loco, & tempore imprimend.

SANCTÆ SOPHIÆ
Fideicommiffi.

8. Aprilis 1611. *ex Lib. Mot.* 92. *a* 123.

ARGUMENTUM.

Neptes licet natæ tempore teftamenti, & ab avo fcienter omiffæ faciunt deficere fideicommiffum juxta vulgatam difpofitionem *l. cum avus*, atque hoc procedit, etiamfi teftator propriam filiam, dotatam tamen, expreffe excluferit, & quamvis adfit ftatutum exclufivum fœminarum ab hæreditate gravantis.

SUMMARIUM.

1 C*Onditio fi fine liberis ex* l. cum avus ff. de cond. & demonftrat. *continetur in reciproca facta inter filios teftatoris*.

2 *Limita refpectu natarum tempore teftamenti.* *Contra num.* 15.

3 *Item limita refpectu neptum, fi teftator propriam filiam excluferit, & num.* 11.
Amplia etiamfi filia dotem reliquerit, & non neptibus num. 12.
Contra limitationem num. 17.

4 *Item limita refpectu fœminarum, fi adfit ftatutum exclufivum, & num.* 31. *ubi remiffive.*
Contra num. 18. 19. *&* 21. *& ad fummum procedit limitatio, fi ftatutum excludat ab hæreditate gravati non gravantis num.* 20.

5 *Vel habita fuerit ratio confervandæ agnationis.* *Et quid requiratur ad hunc effectum, ut contemplata dicatur agnatio num.* 10. *& n.* 25 *&* 26.

6 *Verbum* -- fucceflorum -- *comprehendit hæredes fucceffive.*

7 *Appellatione* -- fucceflorum -- *non veniunt feminæ, exiftentibus mafculis, ftante ftatuta earum exclufivo, cui præfumitur teftator conformatus.*

8 *Agnatio ex quibus contemplata dicatur, & n.*26.

9 *Agnatio per fœminas finitur.*

13 *Voluntas teftatoris in fubftitutione debet intelligi fecundum inftitutionem.*

14 *Et ideo mafculi prælati fœminis in inftitutione, præferendi funt etiam in fubftitutione.*

16 *Favore reorum in dubio eft pronunciandum.*

19 *Præfumpta conformatio ftatuto procedit in verbis difpofitivis, non conditionalibus.*

22 *Prohibitio fi non eft fimplex, & abfoluta, fed cum onere dumtaxat requirendi illos de familia, facta requifitione, & non acceptata, ceffat.*

23 *Prohibitio tali pacto concepta nullum fideicommiffum inducit.*

24 *Dictio* -- nifi -- *adjecta orationi prohibitivæ permiffionem alienationis importat.*

DECISIO LXXVI.

In Caufa Venturini, e Venturini.

IN caufa vertente inter Ludovicum q. Domitii Michaelis de Venturinis tamquam agentem contra Doralicem, Luciam, & Virginiam filias q. Fabiani dicti Michaelis de Venturinis, & earum maritos.

Inftituerat Michael de Venturinis duos ejus filios Fabianum, & Domitium hæredes pro æqualibus portionibus, & eos adinvicem fubftituerat vulgariter, pupillariter, & per fideicommiffum, exclufa Catharina filia teftatoris a dicta univerfali inftitutione, cum quodam particulari legato fibi relicto a patre teftatore ultra dotem jam ab illo receptam; divifa inter prædictos filios, & hæredes per mortem teftatoris ipfius hæreditate, moritur poftea Fabianus fuperexiftentibus dictis ejus filiabus, & Domitio ejus fratre fubftituto; is, & per ejus obitum Ludovicus ipfius filius movit judicium fideicommiffariæ petitionis hæreditatis contra dictas filias Fabiani pro bonis eis obventis ab hæreditate dicti teftatoris Michaelis, quæ infiftunt in exclufione fubftituti afferentes, quod illa fubftitutio facta adinvicem Fabiano, & Domitio in teftamento eorum patris Michaelis contineat de jure quamdam tacitam conditionem fi fine filiis
decefferint, idque conjectura pietatis, quod mi- 1
nus fcriptum quam dictum inveniatur juxta jura in *l. cum avus ff. de cond. & demonft. l. cum acutiffimi C. de fideicommiffis l. generaliter §. cum autem C. de inftit. & fubftit.* In hac controverfia, & quæftione, an dictæ filiæ faciant deficere fubftitutionem, & fideicommiffum prædictum, dubium faciebant fequentia contra filias Fabiani.

Primo, quod tempore dicti teftamenti non folum erant jam natæ, fed bene cognitæ ipfi teftatori earum avo, ut in proceffu bene conftitit, 2
quo cafu non poterat in eis verificari talis conjectura *dict. l. cum avus*, & aliorum jurium, quæ tantum procedere videtur, & locum habere in filiis gravati non natis tempore teftamenti, fed nafcituris poft mortem teftatoris, ut tenuerunt *Roman. confil.* 370. *per tot. Soccin. Sen. confil.* 291. *num.* 1, 2. *&* 3. *volum.* 2. *Soccin. Jun. confil.* 100. *num.* 11. *vol.* 1. *& confil.* 128. *num.* 49 *&* 93. *eod. lib. Corn. conf.* 192. *num.* 3. *lib.* 3. *Dec confil.* 365. *num.* 4. *& confil.* 366. *num.* 6. *Tiraquell. in repet. l. fi umquam in præfat. num.* 63. *&* 65. *C. de revocand. donat. & in verbo filios non habens num.* 5. *&* 18. *Bertrand. confil.* 212. *col. pen. vol.* 3. *Gratus confil.* 9. *num.* 27. *lib.* 2. *Ruin. confil.* 122. *num.* 1. *lib.* 3. *Curt. Jun. confil.* 33. *num.* 8. *Emanuel. a Cofta in cap. fi pater* 1. *part. verba fi abfque liberis n.* 9. *de teftamentis in* 6. *Ceph. confil.* 282. *num* 16. *&* 17. *vol.* 2. *Gomes de ult. volunt. tom.* 1. *cap.* 5. *num.* 36. ubi *in verfic. fed certe* concludit poft difputationem quæftionis, hanc opinionem in puncto juris effe veriorem, quia fundatur fortioribus fundamentis, & rationibus, & quod illam fequetur tam judicando, quam confulendo, licet plures DD. contrarium teneant, & hanc effe communem opinionem teftatur *Mandof. in addit. ad Roman. dict. confil.* 370. *Menoch. de præfumpt. lib.* 4. *præfump.* 89. *num.* 79. *verfic. & quamquam*, licet ibi contrariam fequatur.

Secundo, quod dictus teftator excluferit propriam filiam Catharinam, & tantum inftituerit dd. duos filios mafculos, quæ exclufio filiæ in dubio
femper præfumitur facta propter fexum favore 3
agnationis ex *Socc. confil.* 14. *vol.* 3. *Gozzad. confil.* 86. *num.* 14. quos refert, & fequitur *Peregr. de fideicomm. art.* 25. *num.* 16. præfertim ftante
ftatuto exclufivo fœminarum per exiftentiam ma- 4
fculorum defcendentium, prout ftat, & invenitur in loco teftatoris, & ubi adeft tale ftatutum femper præfumitur facta ratione agnationis confervandæ, ut communiter tenent plures DD. quos refert, & fequitur *Gabr. lib.* 6. *communium tit. de ftatutis conclus.* 6. *num.* 2. *Roland. confil.* 70. *n.* 29. *&* 30. *vol.* 3.

Tertio, quia teftator videbatur in ejus teftamento ordinaffe fideicommiffum pro confervandis
bonis in familia, quatenus filiis fuis, & fucceffo- 5
ribus prohibuit extra eos alienationem dictorum

bonorum, quo casu censetur inductum fideicommissum in dictis bonis prohibitis alienari favore filiorum, & successorum vocatorum a testatoro, ut bene resolvit *Peregr. de fideicomm. art.* 14. *n.* 3.
6 & cum sub illo verbo -- *successorum* -- de quo testator usus fuit, comprehendantur hæredes successive ex *Peregr.* ubi supra *art.* 32. *num.* 84. *Roland. cons.* 53. *num.* 10. 11. *&* 12. *vol.* 3. consequens videtur oon intellexisse de fœminis, maxime
7 existentibus masculis, per quoa fœminæ excluduntur ex dispositione staruti supradicti, eum quo testator eenfetur se conformasse ad tradita per *Bart. in l. hæredes mei §. cum ita num.* 4. *ff. ad Trebell. Clar. in §. testamentum quæst.* 76. *vers sciat tamen. Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 89. *num.* 106. *Honded. cons.* 57. *num.* 18. *lib.* 1.

8 Quæ omnes conjecturæ resultantes ex exclusione propriæ filiæ testatoria, & ex illa ordinatione fideicommissi, si pro conservandis bonis in ipsius filiis, & successoribus cum prohibitione de non alienaodo extra prædictos, & tandem ex statuto loci exelusivo fœminarum ob masculorum existentiam soleot communiter reputari a DD. evidentes, & manifestæ ad hoc ut credatur, testatorem voluisse suæ agnationi, & illius conservationi providere, ot tradit *Peregr. de fideicommiss.*
9 *art*, 25. *num.* 15. Ac ideo cum per masculos agnatio conservetur, & non per fœmioas, in qoibus finitur, *l. pronuntiatio §. fin. ff. de verb. signific. §. cæterum, & §. media instit. de legit. agnat. success.* dicendom videtur filias Fabiani non posse excludere sobstitutum Domitium, nec ipsius filium Ludovicum nepotem testatoris per lineam mascu-
10 linam, etiamsi in illis intelligi, & verificari possee conjectura *dict. l. cum avus ff. de cond & demonstr. l. cum acutissimi C. de fideicomm. l. generaliter §. cum autem C. de instit. & substit.*

11 Præsertim quia eo ipso, quod dictus Michael testator instituit filios masculos, eosqoe adinvicem substituit exclodendo filiam fœminam, neptes testatoris, filiæ dicti Fabiani gravati, non continentur io conditione -- *si sine liberis* -- & excluduntor per substitutum, ut est communis DD. resolotio teste *Grass. in §. fideicommissum quæst* 35. *num.* 4. *vers. contrariam*, ubi refert quam plores DD. magnæ auctoritatis tam antiquos, quam modernos teuentes, quod si substitutus sit de descen-
12 deotibos testatoris, tunc filiæ gravati, neptes talis testatoris exeludaotur per substitutum, non obstante quod filiæ testatoria aliquid ab eo relictum sit pro dote, & non neptibus, ut tenuit *Dec. cons.* 270. *num.* 2. eom quo concordant *Socc. Jun. cons.* 168. *num.* 86. *Roland. cons.* 82. *num.* 33. *vol.* 3. *Peregr. de fideicomm. art.* 25. *sub num.* 22.
13 *ad fin. Gabriel lib.* 4. *communium tit. de substitut. conclus.* 2. *num.* 9. ubi etiam commuuem refert. Quod confirmatur ex eo, quia voluntas testatoris in substitutione debet intelligi, & regulari secundum institutionem per *l.* 1. ubi *Bart. C. de impuberum, & aliis &c.* consuluit *Dec. dict. cons.* 270.
14 *num.* 1. obi etiam resolvit, quud sicut testator in institutione prætulit masculos fœminis, ita præferendi sunt in substitutione, quem *Dec.* seqoutus fuit *Paris. cons.* 61. *num.* 46. ubi alios refert, idem tenuit *Roland. cons.* 82. *num.* 33. *in princ.*

His tamen non obstantibos, quæ nou parum urgebant. & me si solus essem in judicando inclinarent forsan pro substituto filio testatoris in coofirmatione sententiæ D. primi Judicis, contrarium Dominis visum fuit, & quod reæ conventæ filiæ dicti Fabiani deficere fecissent dictum fideicommissom, exeluso ipsarum patruo Domitio, & post ejus obitum Ludovico ipsius filio.

Pro fundamento hujos sententiæ primo adductum fuit, qood conjectura *dict. l. cum avus*, & aliorum jurium procedit tam in filiis gravatis natis tempore testamenti, quam postea nasciturio, 15
ut tenueruot gravissimi Patres, qoos refert *Gomez de ult. volunt.* 1. *tom cap.* 5. *num.* 36. *ad fin. vers.* 4. *facit, & Socc. Sen. cons.* 23. *num.* 1. *cum seqq. vol.* 1. ubi pluribus fundamentis defendit dispositionem *dict. l. cum avus* habere etiam locum in nepotibus natis tempore testamenti, de quibus testator plenam notitiam habuit, idem *Corn. cons.* 197. *n.* 6. *cum seqq. vol.* 3. & post multos *Menoch. cons.* 281. *num.* 22. *lib.* 3. *& de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 89. *num.* 77. *cum seqq.* in discordantia DD. eirca dictam conclusionem, quæ penes omnes etiam tenentes contrariam opinionem pro dubia reputatur, ut asseruit *Socc. Sen. cons.* 191. *num.* 3. *vers. ex quibus patet vol.* 2. *Gom.* ubi supra *dict. num.* 36. *in princ.* adeo ut *Jas. in l. generaliter §. cum autem sub n.* 2. *vers. primo limita C. de instit. & substitut.* oon auderet hanc quæstionem resolvere, affirmans se habere passum pro dubio, & egere Imperiali decisione, visum DD. fuit sequi illam opioionem, quæ respiciebat favorem filiarom dicti Fabiani, tamquam æquiorem, & faveotem reis, quorum causa semper in dubio est favorabilior ex 16
l. favorabiliores ff. de reg. jur. & ex eo qoia promptiores debemus esse ad liberandum, & absolvendum, quam ad obligandum ex *l. Arrianus ff. de act. & obligat.* ultra quod hanc esse magis communem tradit ex aliis *Gabr. lib.* 4. *commun. tit. de fideicomm. conclus.* 2. *n.* 37. *vers. contrarium autem.* Ex quibus non obstitit prima difficultas.

Ad secundam, videlicet de conjectura desumpta ex eo, quod testator propriam filiam exclosit ab universali institutione, & propterea non videatur verisimiliter, quod neptes remotiores voluerit admitti ad *l. si viva matre C. de bonis mat.* Responsum fuit hanc conjecturam non sufficere, quia in testamento, de quo agitur, ideo testator filiam exclusit, quia extabant filii masculi ipsius testatoris, qui ab intestato filiam exclusissent ex 17
dispositiooe statutaria, tum quia eamdem filiam dotavit, & ultra dotem jam receptam illam honoravit cum quodam legato, quod neptibus testator non fecit, quod eis sufficit, ot admittantur, & deficere faciant fideicommissum excludendo substitutom, ut ita consuluit *Ceph. cons.* 45. *num.* 7. *cum seqq. & cons.* 46. ubi ex aliis asserit hanc esse veram, & receptam opioionem, in idem *Marz. cons.* 8. *per tot.* quod est consilium totius Rote Bononien. *Decian. cons.* 1. *lib.* 2. *num.* 158. ubi plures refert. *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 6. *Simon de Prat. de interpret. lib.* 3. *solut.* 2. *sub num.* 24. *vers. hi vero sunt. Gabriel cons.* 97. *num.* 1. *lib.* 1. *& cons.* 88. *&* 100 *per tot. lib.* 2. *Odd. de compendiosa part.* 6. *quæst.* 2. *art.* 4. *Honded. cons.* 57. *num.* 44 *lib* 1. *Marz. in epitom. fideicommissor. quæst.* 21. *Rot. Rom. dec.* 790. 1. *par. Thesaur. decis.* 188. *Mart. vot.* 71. & de magis communi testatur *Mantic.* ubi supra *lib.* 11. *tit.* 13. *num.* 8.

Nec item obstitit illa conjectura desompta a statuto loci exclusivo fœminarum per existentiam 18
masculorum, qoia ipsa io materia dicta *l. cum avus* levis reputetur a *Corn. cons.* 202. *num.* 3. *lib.* 3. *& cons.* 91. *num.* 1. *lib.* 1. *Decian. respons* 60. *num.* 28. *&* 29. *vol.* 3. *& respons.* 8. *n.* 31. *lib.* 1. Ultra quod dicta conjectura desumpta a statuto exclosivo fœminarum procedit, quando sumus in verbis dispositivis testatoris vocantis filios, nam 19
tunc intelligitur vocasse secundum dispositionem statuti, secus vero in dispositione conditionali,

vel

vel conditionaliter ſubintellecta, ut eſt in propoſito, ut poſt Socc. concludit Virg. de Silveſtr. conſil. 224 num. 49. & 82. Decian. reſponſ. 8. n. 32. verſ. verum & ego lib. 1. Ceph. conſ. 657 n. 43. & 44. Gabr. dict. conſ 97. num. 18. verſ. verum hoc mihi. Handed. conſ. 57. num. 71. Peregr. de fideicomm. art. 25. ſub num. 37.

20 Secundo procedit dicta conjectura, quando ſubſtituti ſunt tales, qui ex forma ſtatuti fœmines excluduut a ſucceſſione gravati, ita ut non ſufficiat, quamvis eos excluderent a ſucceſſione gravantis, ut contigit in præſenti caſu, ubi patruus non excludit reas conventas a ſucceſſione Fabiani earum patris ex diſpoſitione ſtatuti Sanctæ Sophiæ, & hæc eſt recepta DD. opinio, ita enim tenuit Socc. conſ. 55. ad fin. lib. 3. Ruin. conſ. 143. n. 7. & ſeqq. & conſ. 144. num. 14. cum plur. ſeqq. lib. 2. conſ. 124. ſub num. 4. & 5. & conſ. 141. num. 8. lib. 3. Rimin. Sen. conſ. 203. num. 26. Pariſ. conſil. 41. circa fin. lib. 3. Socc. Jun. conſ. 158. n. 50. vol. 2. Curt. Jun. conſ. 49. num. 10. Decian. reſponſ. 60. num. 28. & 29. lib. 3. Ceph. conſ. 45. ſub num. 9. & latius num. 14. & conſ. 46. num. 19. & 25. Gabr. conſ. 97. num. 9. 14. 18. 19. & 24. lib. 1. conſ. 88. num. 4. lib. 2. & conſ. 100. ubi per totum defendit non ſufficere hanc conjecturam, licet concurrat cum antecedenti de excluſione facta per teſtatorem propriæ filiæ, niſi ſubſtitutus ſit talis, qui excludat filiam a ſucceſſione gravati, quod non ſolum per actorem Ludovicum oſtenſum non fuit in proceſſu, imo potius produxerunt reæ teſtamentum patris Fabiani, in quo eas hæredes inſtituit, in quo caſu fideicommiſſum evaneſcit, & tales filiæ Fabiani ſubſtitutum excludunt, ut in terminis conſuluit Socc. Sen. conſ. 182. per tot. idem Socc. in dict. l. cum avus num. 95 Ruin. conſ. 144. num. 15. & conſ. 152. num. 3. & 4 lib 2. & poſt multos Menoch. lib. 4. præſumpt. 89. n. 107. Alex. conſ. 38. num. 5. lib. 1. & plene Handed. conſil. 57. num. 73. cum ſeqq. lib. 1. Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita num. 12. cum ſeqq. Corn. conſil. 202. num. 11. lib. 3. Bero. conſ. 118. num. 10. lib. 1. Brunus ſuper ſtatuto, quod ſtantibus maſculis art. 5. num. 36. cum ſeqq. quod fundamentum inter alia reputarunt DD. magni ponderis ad favorem filiorum gravati Fabiani. Præterea quod in 21 diſpoſitione l. cum avus filia excludat ſubſtitutum in conditione tacite ſubintellecta -- ſi ſine filiis -- etiam ſtante ſtatuto excluſivo fœminarum refert magis communem, & veriorem opinionem Greſſes in §. fideicommiſſum quæſt. 26.

Ad ultimam difficultatem de prohibitione alienationis bonorum facta per teſtatorem, reſponſum 22 fuit, quod talis prohibitio non fuit ſimplex, & abſoluta, imo potius permiſſa alienatio bonorum ſtabilium teſtatoris etiam in extraneos, caſu quo ejus ſucceſſores poſt notificationes ſibi factas de emendo dicta bona ea emere noluiſſent, ut patet ex dicto teſtamento, in quibus terminis non invento emptore de familia, ſeu parentela teſtatoris, bene videtur procedere alienatio dictorum bonorum, etiam in extraneos, ut probat text. in l. qui Romæ §. cohæredes ff. de verb. obligat. ubi Bart. Caſtr. Alex. & Jaſ. & communiter alii tenent, quod ſi cohæres non poteſt alienare irrequiſito cohærede, ipſo requiſito poteſt cuicumque volue- 23 rit etiam extraneo vendere, & ſic ex hujuſmodi prohibitione ita ſimpliciter concepta nullum reſultat fideicommiſſum ad favorem cohæredis, vel familiæ, ut comprobat Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 9. num. 114 Peregr. de fideicomm. artic. 14. num. 2. bene Oſaſc. deciſ. 50. circa fin. verſic. in caſu vero noſtro, ubi judicatum refert ſimilem prohibitionem de non alienando, niſi requiſitis illis de familia, non importare fideicommiſſum, & prohibitionem alienationis, ſed potius illius permiſſionem cum illa forma, & qualitate requirendi primo cohæredem, vel conſortem, quæ bene ſuadentur ex verbis teſtamenti -- ſe prima 24 non avranno notificato -- quæ verba idem important, ac ſi dictum fuiſſet, niſi prius facta notificatione, hæc enim dictio -- niſi -- poſtpoſita orationi prohibitivæ, ſeu negativæ continet expreſſam permiſſionem alienationis ex l. actione ubi Bartol. & alii C. tranſact. Dec. conſil. 532. num. 1. Decian. conſ. 78. num. 12. lib. 3.

Et tanto magis, quia numquam in tali præcepto fuit facta mentio de familia, vel agnatione, nec de illius perpetua, & ſucceſſiva conſervatio- 25 ne, prout neceſſario requiritur ad hoc ut diſpoſitio dicatur facta illius contemplatione, & ſufficiat pro excluſione fœminarum, nec pro iſto effectu ſufficit, quod de aliquo maſculo ſit facta mentio, 26 ſed requiritur quod de pluribus maſculis, & agnatis, & per plures gradus ſit de illis facta mentio, & ad illorum favorem diſpoſitum, ut per Gabr. conſ. 97. num. 7. & 24. lib. 1. conſ. 88. num. 8. & conſ. 100. num. 46. & 47. lib. 2. & poſt plures Peregr. de fideicomm. art. 2. num. 26. & 27. verſ. quo circa, Decian. conſ. 1. num. 171. cum ſeqq. & 180. lib. 2. Ex quibus crediderunt DD. non obſtare difficultates in principio adductas contra filias gravati.

Thomas Arriquez Prætor.
Hector Felitius.
Hector de Abbatibus.

ADDITIO.

SUMMARIUM.

1 Diſpoſitio l. cum avus æquè obtinet in nepotibus natis, et in naſcituris.
2 Sed quod hæc opinio non ſit pacifica, & contrarium qui ſentiant.
3 Excluſio filiæ dotatæ non arguit excluſionem neptis indotatæ.
4 Sed potius probat neptes fuiſſe incluſas.
5 Conjectura l. cum avus, an & quando ceſſet ob præſumptam conformationem cum Statuto fœminarum excluſivo.
6 Et an conformatio præſumatur cum Statuto gravantis, vel gravati.
7 Fœminæ quando comprehendantur ſub tacita conditione l. cum avus remiſſivè.

1 OPinio, quod diſpoſitio l. cum avus æquè obtineat in nepotibus natis, ac naſcituris placuit etiam Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 393. n. 10. ſed ut adnotatur in deciſione multi contrarium 2 ſenſerunt, neque hodie videtur ſententia pacifica; quoniam quod allatus Text. non habeat locum, quando nepotes nati erant tempore teſtamenti, dixit Rodulphin. alleg. 90. num. 10. Rot. coram Peutinger. deciſ. 340. num. 5. & 6. & dec. 352. n. 6. verſ. cum quia tempore.

3 Ab excluſione propriæ filiæ dotatæ non poteſt inferri ad neptes non dotatas ob diverſitatem rationis, quæ in utriſque ex dotatione procedit Peregrin. de fideicomm. artic. 25. num. 24. Balthaſſar Thomaſ. apud Manſ. conſult. 260. num. 119. verſic. ubi rationem excluſionis. Rot. Rom. poſt dict. conſult. §. minus obſtat verſic. eoque certius, & coram Dunozet. Jun. deciſ. 74. num. 17., & dixi ego ſupra in addit. ad deciſ. 69. num. . .

Qui-

Quinimmo ex eo, quod testator filias dotaverit, & earum necessitatibus consuluerit, nulla de nepotibus facta mentione, validè arguitur con-
4 trarium, videlicet, quod illæ non intelligantur saltem successione privatæ *Torr. de majorat. part.* 2. *quæst.* 16. *num.* 28. *Baldaec. res judicat. tit.* 3. *de legat. & fideicomm. decis.* 4. *num.* 17. *Rot. Roman. apud Fredian. de fidricomm. dissert.* 3. *num.* 38. *& num.* 41. *usque ad fin. & in Tusculana Fideicommissi* 10. *Junaarii* 1716. *coram Falconerio*, *&* 11. *Decembris coram Cereo*.

Au, & quando ub præsumptam conformationem cum Statuto fœminarum exclusivo esset co-
5 njecturo *l. cam avos*, vide apud relatos in *decis. Senen.* 7. *num.* 16. *&* 17. inter impressis *coram me*, *& Rot. Florent.* supra *decis.* 69. *num.* ibique ego in *addit. num.* ubi concordantes,
6 Et an conformatio præsumatur cum Statuto gravantis, vel gravati, vide supra in *addit. ad decis.* 71., & alias *decis.* ibi indicatas.

Alia plura ad materiam hujus *decis.* an, &
7 quando fœminæ comprehendantur sub tacita conditione *l. cam avos* cum concordantibus, vide supra in *addit. ad decis.* 69. cum ibi relatis, in qua pluries hæc *decis.* allegatur, & longè post hæc scripta in Lucem edita *decis in Florentina Fideicommissi de Taddeis* 15. *Febraarii* 1728. *ab Iacarn.* §. *signaoter coram D. Grassioni* infra suis loco, & tempore imprimend.

FLORENTINA
Prætensi Fideicommissi.

Die 8. *Junii* 1611. *ex Lib. Mot.* 1. *existea. in Cancell. Magist. Supr. a* 1.

ARGUMENTUM.

Agri appellatione veniunt terræ vulgo *spezzate*, sine domo, & villa tam de jure, quam de consuetudine loquendi Florentiæ; fundi vero, seu prædii nomine terræ cum domo, & ædificio: ideo in ducto fideicommisso super terris non comprehenduntur sub eo prædio, & fundi habentes domum, seu villam.

SUMMARIUM.

1 *EXcipienti de fideicommisso iacambit oaus probandi.*
Cum ageatis intentio sit fuadata ia negativa pro librrtate bonorum num. 4.
2 *Fideicommissum tamquam quid facti eget probatione.*
3 *Cam sit onerosam, est potius vitandum.*
5 *Appellatione terrarum aoa venit fundus, seu prædium, & num.* 4.
Præsertim de consuetudine nam. 13.
Sed taatum agri culti, seu terræ spezzate, *& nam.* 12.
6 *Terra aomen ati barbarum Jurecoasultis fuit iacogaitum.*
7 *Agri appellatione veait terra aratoria, seu locas siae villa, aut domo juxta seusum Jurecons. & nu. seqq.*
8 *Fundas, seu prædium differt ab agro, tamquam genus a specie.*
9 *Ager cum ædificio dicitae fundus.*
10 *Domus extra urbem ia agris facta dicitar villa.*
11 *Fundi partes sunt sylva, ager, domus, bortas, campus, moas, & alia hujusmodi.*
13 *Experientia est reram magistra.*
14 *Usus communis loquendi attenditae ad iaterpretationem verborum.*
15 *Maxime ia ultimis voluntatibus.*
16 *Et iaterpretatio, qua ex illo resultat, dicitur necessaria.*
Et si sit notoriat nulla iadiget probatione, & num. 19.
17 *Fundus appellatar Florentiæ possessio diversarum terrarum cam domo, ager vero terra, ubi nulla adest domus.*
Coatraria opiaio gloss. *reprobatur n.* 20 *&* 22.
18 *Consuetudo loquendi, seu qualibet alia probatur per dictam excelleatis Doctoris.*
21 Gloss. *vel Doctori taatam creditur, quantum lege, vel ratione movetur.*
23 *Ager promiscuè ia jure accipitar pro fundo, sive prædio.*
24 *Coatra, quod magis propriè per agrum sigoificetur terra sine domo.*
25 *Significatio verboram propria magis est atteodeoda, quam impropria.*
26 *Communis usus loquendi prævalet propriæ significationi verborum, cum valeat etiam immutare vocabula, qua clara sunt.*
27 *Verbam æquivocum ia materia probationis nullum poait de significatis.*
28 *Reus ia suis exceptionibas fit actor.*
29 *Easque probare tenetur.*
30 *In dubio contra fideicommissam est judicandem.*
31 *Fidricommissa regularitee sunt odiosa.*
32 *Cum onus gravato afferant.*
33 *Et liberam eorum admiaistrationem impediant.*
34 *Nec eorum materia sit Reipublicæ expedieos.*
35 *Et contra naturalem rerum libertatem.*
36 *Et prebeant occasionem decipiendi emptores in pretio ob eorum ignorantiam.*
37 *Et votam captandæ mortis iaducant.*
38 *Verba, qua duplicem babent significationem io materia stricta, & odiosa, strictè, & propriè sunt intelligenda.*
39 *Testator dum ia fideicommissi coastitutione loquutus fuit de terris simpliciter, diceadum est noluisse illi subiicere fuadam cum domo.*
40 *Confessio erroneè emissa, quod res sit supposito fideicommisso non attenditar, cum non valeat immutare substaotiam, & veritatem rei.*
41 *Confessio facta ia uno judicio noa attenditur io alio, dum variatur modus agendi.*
42 *Prædii usufructu relicto comprebeadaot virtualiter ia illo omnia Iastrameata ad ipsum prædium pertineatia.*
43 *Fundus cum sit quid totum, de aecesse infert ad omnes ejus partes.*
44 *Verba testatoris aliquid debent operari, ae dispositio reddatar iautilis, vel elusoria.*
45 *Verba aoa dicantur superflua, ubi sunt expressa ad majorem declaratioaem mentis testatoris.*
46 *Declaratio superflua, & ex abundanti potius reiicitur, quam actus vitiet.*
48 *Ad fideicommissam iaducendum noa attenditur voluntas testatoris, aisi sit importata per verba, vel aisi veniat in necessariam cosequeotiam expressum.*
49 *Fideicommissa aoa sunt temerè præsumenda.*
50 *Verba dubia sunt iaterpretanda contra se fundantem in eis.*
51 *Ab bac decisione, qui discordavit.*
52 *De materia decisionis eemissivè.*

DECISIO LXXVII.

In Caufa Malegonnelli, e Malegonnelli.

IN caufa ad referendum a Supremo Magiftratu nobis commiffa vertente inter filios q. Raphaelis de Malegonnellis actores ex una, & D. Joaunem de Malegonnellis reum conventum *ex* alia, infiftendum non fuit in petitiune agentium, qui medietatem prædii nuncupati *del Bollito* prætendebatr fibi relaxari a reo tanquam bona de hæreditate q. Laurentii de Malegonnellis, cum de dicta actione reus non dubitaret, cafu quo dictum prædium effer liberum, & non fuppofitum fideicommiffo D. Antonii fenioris, ut ille excipiendo affirmabat ad exclufionem dd. agentium.

Cardo negotii torus erat in diligenti examine dictarum rei exceptionum, & in inveftiganda voluntate dicti D. Antonii teftatoris, nam fi fucceffio illius prædii *del Bollita* regulanda effer non ex dicta hæreditate Laurentii, fed ex prætenfo fi-
1 deicommiffo, procul dubio ad d. D. Joannem pertinuiffet; ac ideo reo excipienti de d. fideicommiffo incumbebat onus probandi illud adeffe ad regulam text. in *l. ei, qui dicit l. in except. 19. ff. de probat.*, nam cum fit quid facti probatione indiget
2 *l. in bello §. facta ff. de captiv.*, & in fpecie probat text. *in l. Titia cum teftamento §. Cajus Sejus in fin.* ibi -- *neceffe igitur habet mulier, talem fuiffe voluntatem teftatoris oftendere ff. de leg. 2.* præ-
3 fertim quando eft res onerofa, quæ non præfumitur, fed evitanda eft *l. cohæredi §. cum filia ff. de vulgar. & pupillar.* tradit *Cephal. confil. 67. n. 27. Berfatt. confil. 97. num. 1. Roland. confil. 46. n. 1.*
4 *& 2.* eft enim agentium intentio in negativa fundata *l. actor C. de probat.* ideoque illis fufficit dicere nullum extare fideicommiffum, ut ex aliis tradit *Peregrin. de fideicomm. artic. 11. num. 37.* & eft regula fatis trita.

Quare pro fundamento fuæ intentionis, & juftificatione dicti fideicommiffi attulit reus unum caput teftamenti d. D. Antonii fenioris fequentis tenoris -- *Item legavit eidem D. Lenæ Viduæ ftanti, & quoufque dotes fuas non repetierit veram, & plenum ufumfructum prædii del Saggiaale pofitum in partibus Mugelli in populo Sancti a Ulivoto cum domibus pro Domino, & laboratore infra fuos confines, & cætera, cum omnibus terris, quas dictus teftator haberet tempore fuæ mortis a flumine Sevis verfus meridiem non diftantibus a dicto prædio ultra medium miliaris, non obftante, quod per diverfas perfonas laboraretur, & cætera.*

Aderat etiam in dicto teftamento alterum caput in his verbis -- *Item prohibuit dictus teftator omnem alienationem, & alienationis fpeciem etiam neceffariam tam pro debito alterius, quam dicti teftatoris, & tam inter vivos, quam per ultimam voluntatem, quam etiam, quæ fieret, aut induceretur per tranfmiffionem extra defcendentes fuos mafculos per fimplicem defcendentiam ab inteftato, domus fuæ habitationis de Florentia cum apothecis aromatarii, & lignajolis fub ea exiftentibus. Item, & Palatii fuæ habitationis del Sagginale cum prædio illi contiguo, & cum omnibus terris, quas, ut fupra reliquit d. D. Lena, & hujufmodi prohibitionem fecit, quia voluit, dicta bona femper ftare, & ftabiliter permanere in defcendentibus mafculis d. teftatoris, & cætera.*

Infimul cum dicto teftamento juftificavit reus a teftatore fuiffe acquifitum illud prædium *del Bollito* poft factum teftamentum, eo quod per ejus mortem in ipfius bonis remaneret ex eo, quod verificarentur omnes aliæ qualitates, & circumftantiæ requifitæ in dicto teftamento, nempe quod exifteret verfus meridiem a flumine Sevis, nec diftaret a prædio *del Sagginale* ultra medium milliaris, ut atteftatus fuit D. relator hujus caufæ, qui fe contulit in locum differentiæ; cum quibus credebat reus habere fuam intentionem fundatam, & nos perfuadere conabatur, dictum prædium comprehendi in dicto fideicommiffo, quod aliter vifum, & judicatum fuit, condemnavimus enim dictum reum ad reftituendum actoribus dimidiam dicti prædii *del Bollito* cum fructibus liquidandis a tempore litis motæ ufque ad realem reftitutionem, altero ex Dominis diffentiente.

Pro fundamento noftræ fententiæ duximus inveftigandum veram, & propriam fignificationem hujus verbi *terrarum*, quo teftator ufus fuit cum tota caufæ decifio communi. DD. Informantium
concordia penderet ab hujufmodi quæftione, an 5
appellatione *terrarum* veniret fundus. Partem negativam amplecti magis placuit, fcilicet appellatione *terrarum* fundum, feu prædium non venire in cafu dicti teftamenti.

Quia hoc verbum *terra* tamquam barbarum 6
fuit incognitum Jureconfultis, & ab illis parum ufitatum, ac propterea per *agrum* regulariter in-
tellexerunt terram omnem aratoriam, feu eum lo- 7
cum, qui fine villa, vel domo eft, ut in *l. in ager 27. ff. de verbor. fignificat.*, ubi *gloff. 2.* pro villa domum declarat, & quod in jure locus fine ædificio ager dicatur, probat exprefsè text. in *l. fundi appellatione 211. eod. tit.* tradit *Bartol. in tract. de flumin. verf. agro num. 1. Lucas de Penn. in l. ufum aquæ fub num. 6. C. de aquaduct. lib. 11. Rebuff. in dict. l. ager in princip. ff. de verbor. fignificat. & in l. quæftio 115. verfic. ager eod. tit.*, ubi *Cepol. num. 5.*

Planè ex diffinitione dicti verbi *terrarum* apparet quantum differat ager a fundo, feu prædio,
quia fundus dicitur genus, ager vero fpecies il- 8
lius generis, ut per text. in *l. quæftio verf. ager*, & ibi *gloff. verb. comparatur ff. de verbor. fignific.* juncta *gloff. 1. in l. fundi eod. tit.* item ager cum
ædificio dicitur fundus ex text. in dict. *l. fundi* 211. 9
per quem ita refolvit *Rebuff. in dict. l. quæftio verfic. prædium. Lucas de Penna in l. quicumque n. 6.*
C. de fund. limitroph. lib. 11., & quod domus 10
extra urbem in agris facta dicatur villa tenuerunt *Rebuff. in dict. l. ager verfic. & villa*, per text. in dict. *l. locus l. urbana prædia, & l. fundi appellatione ff. de verbor. fignificat. Luc. de Penn. in l. 3.*
num. 2. C. de delator. lib. 10., præterea inter par- 11
tes fundi enumerari filvam, agrum, domum, hortum, campum, montem, & alia hujus generis corpora tradidit videndus *Garfia Gallec. in tractat. de expenf. cap. 10. num. 4. & cap. 11. num. 38. & 39.* itaque ex prædictis tantum differt ager a fundo, quantum genus a fpecie.

Ac proinde credidimus dictum teftatorem voluiffe tantum fupponere fideicommiffo ultra bona expreffa in ejus teftamento, ea, quæ poftea acquireret, & per ejus mortem remanerent, & quæ proprie, & fecundum communem ufum loquendi de-
nominarentur vulgari fermone *terre fpezzate*, feu 12
agri culti, in quibus poterat verificari difpofitio teftatoris, non vero in dicto prædio *del bollito* conftante de domo pro laboratore cum palcis, falicis, ftabulo, & aliis pertinentiis dictæ domus, & ex pluribus petiis terrarum, ut conftitit ex inftrumento emptionis dicti prædii, feu fundi in actis producto.

Quia

13 Quia prædia, in quibus adsuus domus pro la-
boratore ex communi usu loquendi non solent ap-
pellari terræ, ut est notorium, & docet experien-
tia, quæ est optima rerum magistra ex text. in
14 *cap. quam sit de election. in* 6., qui usus valdè
confert ad interpretationem verborum *l. libro-
rum* 50. §. *quod tamen Cassius in fin. ff. de leg.* 3.,
maximè in interpretandis ultimis voluntatibus, ut
15 latè prosequitur *Card. Mantic. de conjectur. ultim.
volunt. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 1. 2. 3. *&* 4., & erit
illa interpretatio necessaria, quæ resultat ex com-
16 muni usu loquendi *Bald. cons.* 308. *num.* 1. *Oldrad.
consil.* 125. *num.* 7.

Sed Florentiæ, ubi testator originem, & do-
micilium habebat, communiter appellatur fundus
17 ille possessio, in qua sunt diversæ petiæ terrarum
cum domo pro laboratore, & ager, seu terra, ubi
nulla adest domus, ut bene comprobarunt *DD. tres
in Motivis sub die* 10. *Julii* 1610. editis inter has
ipsas partes; quæ consuetudo loquendi, seu quæ-
libet alia, sicut probatur per dictum excellentis
Doctoris ex *Bart.* in repetit. *l. de quibus post n.* 21.
18 *versic. quarto principaliter quæritur ff. de legib. Ca-
strens. consil.* 254 incip. *in præsenti causa vol.* 2.
ita, & multo magis veniet probata cum assertio-
ne dd. *DD. trium in Motivis* rei judicatæ inter eas-
dem partes, ultra quod est adeo notoria, ut nul-
lus credimus inveniatur, qui de ea dubitet in hac
Civitate, & uti res ita notoria non indiget alia
probatione dictus usus, & modus loquendi, ut per
19 text. *in cap.* 3. *de testib. Roland. consil.* 68. *num.* 21.
vol. 2.

Igitur visum fuit, quod D. testator loquen-
do de terris non intellexerit de prædio, seu fun-
do cum domo pro laboratore, qualis est dictus
fundus *del bollito*.

Quibus non obstare putavimus ea, quæ in
20 contrarium allegabantur, & primo *Alber. in l.* 1.
num. 4. *ff. ad l. Jul. de vi publ.*, ubi authoritate
gloss. in dict. *l.* 1. *verb. agro*, refert agrum dici
etiam illum, in quo sit domus, quia *gloss.* non vi-
detur se firmare in hac opinione, dubitando enim
tantum præfert hæc verba *forte ubi erat una domus*.
Albericus verò quasi miratus hujus *gloss.* dicit, se
non alibi recordari, ac ideo dicta *gloss.* tanquam
nihil allegans magis reiicienda, quam sequenda est,
ut in terminis tradit *Bald. in l. Respublica num.* 2.
C. quibus ex causis majores in integr. restit., & jure
21 merito, quia tantum creditur *gloss.* seu Doctori,
quantum permovetur lege, vel ratione ex text. in
*cap. ego solis, cap. quis nesciat, cap. nolit, & cap.
quorumlibet* 9. *distinct.*, ulterius talis *gloss.* opinio
22 est damnata per alteram *gloss. in l. ager* 27. *verb.
villa ff. de verb. significat.*, & per alios plures DD.
magnæ authoritatis, quos supra citavimus in defi-
nitione agri *versic. quia hoc verbum terra*, ac per
consequens tam *Accursius in dict. l.* 1. *verb. agro
ff. ad l. Jul. de vi publ.*, quam *Alber.*, qui illum
secutus fuit, parum, aut nihil obstant.

Secundo non obstat, quod multa jura uteren-
tur hoc verbo *ager* pro fundo, seu prædio, &
23 quod promiscuè usurpabatur unum pro alio, ut
in *l.* 1. §. *sive autem corpore ff. de vi & vi arma-
ta l. milites* 9. juncta *l. milites* 13. *in princip. ff.
de re milit. l. quædam mulier* 76 *ff. rei vindic. &
l. quacumque* 7. *C. de omn. agr. desert. lib.* 11., qui-
bus juribus probari conabatur fundum æquiparari
agro, seu terris sine domo. Hoc enim objectum
non urgere putavimus ex multis.

24 Primo quia de jure magis propriè significa-
tur per agrum terra sine domo, ut patet ex juri-
25 bus supra citatis sub *tit. de verbor. significat.*, quæ
propria significatio semper prævalet, & magis at-
tendenda est, quam impropria ex doctrina *Bartol.
in l. non aliter num.* 1. *ff. de legat.* 3., quem se-
quitur *Mainer. in l. in ambiguis num.* 7. *ff. de re-
gul. jur.*, ubi probant, quod quando unum ver-
bum habet plures significationes, unam propriam,
& alteram impropriam, semper standum esse pro-
priæ significationi, maximè quando per communem
usum loquendi, de quo supra, venit interpreta-
tum hoc verbum *ager* pro terra aratoria sine do-
mo secundum illius propriam significationem a jure
impositam; at si usus loquendi prævalet, & præ-
fertur propriæ significationi verborum, adeo quod
possit mutare etiam vocabula, quæ clara sunt, ut
ex *Aret. Bart.*, & aliis, resolvit benè *Card. Man- 26
tic. de conject. ult. volunt. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 2.,
non est dubium, quod præferri debeat impropriæ
significationi, quam dicto verbo confusè attribue-
runt aliqui Jureconsulti extra illum titulum, & ru-
bricam *de verb. signif.* quæ solum venit ad ostenden-
dam propriam, & genuinam verborum, & rerum si-
gnificationem, nam propter quod unumquodque tale,
& illud magis *Auth.* multo magis *C. de Sacros. Eccl.*

Secundo quia etsi verbum *ager*, seu *terra*
æque bene significaret fundum, & insimul terras
sine domo [quod supradictæ resolutiones non pa-
tiuntur] absque dubio remaneret æquivocum, 27
cum posset accipi uno de duobus modis, at
verbum æquivocum in materia probationis nul-
lum ponit, seu probat de significatis *Cap. il-
lud de præsumpt.* ubi *Butr. & Imol. Soccin. Sen.
consil.* 8. *num.* 8. *lib.* 1. *versic. primo probatio æqui-
voca. Raudens. de analog. & æquivoc. cap.* 24. *n.* 22.
lib. 1. & sic probatio dicti D. Joannis Rei Con- 28
venti, qui vicem actoris substinet in probandis suis
exceptionibus per text. in *l.* 1. *ff. de exception.* &
illas tanquam Actor probare tenebatur ex *l. in ex- 29
ceptionibus ff. de probation.* non concluderet ejus
intentum, stante quod terrarum appellatione ve-
niret fundus cum domo pro laboratore.

Tertio quia etiam in casu, quo dictum ver-
bum *terra* applicari posset tam fundo, quam agro
sine domo, ut Reus prætendebat ad inducendum
fideicommissum in dict. prædio *del bollito* adhuc in
hoc dubio, & incertitudine judicari oportebat con-
tra prætensum fideicommissum, quod non subesse
semper in dubio pronunciandum est, cum hoc sit
favorabilius ex *l. si fuerit ff. de reb. dub. Alciat. 30
consil.* 525. *num.* 12. *& consil.* 513. *num.* 6. tradit
Roland. consil. 30. *num.* 3. *vol.* 4. *& consil.* 46. *n.* 3.
vol. 3. *& consil.* 34. *num.* 2. *vol.* 4. *& consil.* 97.
num. 7. *&* 8. *eod. vol.* 4. & fideicommissorum ma-
teria regulariter sit odiosa, ut plures tenuerunt
relati per *Marzar. in epitom. fideicommiss. quæst.* 1. 31
& ultra adductos per eum *Cephal. consil.* 134 *n.* 21.
& consil. 379. *num.* 44. *Bertazzol. consil.* 69. *n.* 13.
Menoch. consil. 85. *num.* 39. & istius *consil.* 150.
num. 10. *&* 11. *&* 204 *n.* 57. *& cons.* 220. *n.* 71.
Riminald. Jun. consil. 117. *num.* 35. *&* 485. *n.* 13.
Rationes sunt, quia onus gravato afferunt *l. co- 32
haredi* §. *cum filia ff. de vulgar. l. ex tribus C. de
inoffic. testament.* & quia liberam rerum administra-
tionem impediunt, quod iniquum videtur *l. non 33
usque adeo ff. si quis a paren. fuer. manumis.*, nec 34
satis reipubl. expediens ad *l. dudum C. de contrahend.
empt.* item quia libertas rerum naturalis est *l. al- 35
tius C. servit. & aqua, &c.* & quia sæpe accidit,
ut ob ignorantiam fideicommissorum emptores in 36
pretiis decipiantur, sic quod fideicommissa præ-
beant delinquendi occasiones, quam lege divina
& humana improbari nemo ignorat, *l. convenire ff.
de pact. dotal.* & etiam quia fideicommissa collata
post gravati mortem votum captandæ mortis indu-
cere videntur, ac ideo ea ratione detestanda *l. fin. 37*

C. de

C de pact. sap. ne suptande de concess. preb. lib. 6.
38 at quando in materia stricta, & odiosa verba habent duplicem interpretationem, semper debent stricte, & proprie intelligi ex *Dec. consil.* 406. *n.* 6. sed verbum *terra* secundum ejus strictam, & propriam significationem, tam inductam a jure Civili, quam a communi usu loquendi, sumitur regulariter pro agro culto, seu loco in rure existente, ubi non est domus aliqua, ut supra resolvimus, igitur credendum est, noluisse testatorem subiicere fideicommisso fundum aliquem cum domo
39 pro laboratore, quando loquutus fuit de terris simpliciter.

Quarto quia non non erat verisimile, nec Reus conventus probavit, quod in tam parvo, & angosto spatio loci, ut erat dimidium miliaris designatum a testatore terris acquirendis a flumine Sevis versus meridiem, adessent tempore testamenti plures fundi, qui ab ipso testatore acquiri possent, de quibus verosimiliter intelligeret, quando loquutus fuit de terris, nisi essent certa petia terrarum per ipsum post testamentum acquisita, & quæ postea a Reo Joanne vendita fuerunt cuidam Juliano Donati, ut inter has ipsas partes jam discursum, & judicatum fuit, & constitit ex dictis *motivis DD. Trium de die* 10. *Julii* 1610. in actis productis, seu exibitis, ubi dd. DD. Tres resolverunt in dictis terris venditis verificari dispositionem testatoris, & non in prædiis, quæ tunc temporis virtute ejusdem testamenti Reus prætendebat eunte Actores per fideicommissum sibi fore relaxanda, seu adjudicanda.

Non obstat tertio, quod pater agentium confessus fuerat in lite altera habita cum reo dictum prædium *del bollito* esse suppositum fideicommisso, quia talis assertio fuit erronea, ut bene apparet ex testamento dicti D. Antonii Seninris, quod al-
40 terari non poterat per dictam assertionem; nostrum enim negare, vel affirmare non immutat rei substantiam, & veritatem *l. insulam* 6. *ff. de praescript. verb. l. neque professa* 5. *Cod. de testament. Pinel. in rubric. de rescindend. vendit.* 2. *part. cap.* 1. *n* 8.
41 ultra quod confessio facta in uno Judicio non facit fidem in alio, dum variatur modus agendi ex *Alex. in l.* 2. *ff. judicatum solvi*, & aliis citatis a *Mascard. de probat. concl.* 348. *n.* 19. incipit *confessionem factam lib.* 1. & tandem quia per dictos Dominos tres fuit judicatum, dictam confessionem agentibus non præjudicare ex rationibus, de quibus in dictis motivis.

Quarto non obstat illud, quod inter alia subtiliter per Excell. D. Collegam allegabatur in actu expeditionis causæ, testatorem, dum reliquit uxori suæ D. Lenæ usumfructum prædii *del Sagginale* positi in partibus Mugelli cum domibus pro domino, & laboratore visum fuisse non intelligere solum de domibus ipsius prædii, sed de aliis acquirendis, & ita venire comprehensam domum cum ipso prædio *del bollito*, quia si hoc ita non esset, extarent superflua illa verba *cum domibus pro domina, & laboratare*, siquidem satis erat loqui simpliciter in dicto prædio *del Sagginale*, ad hoc, ut
42 in usufructu illios comprehenderentur virtualiter omnia ad ipsum prædium pertinentia ex *l. instrumenta* 8. juncta *l. quæsitum* 12. §. *sed si fundus cum seqq. ff. de fund. instruct.* cum fundus sit quid to-
43 tum, quod de necessitate inferat omnes suas partes *l. si qui cum totum ff. de except. rei judic. Everard. in loc. de toto ad part. num.* 9. & verba a
44 testatore prolata debeant intelligi, ut aliquid operentur, ne alias dispositio reddatur inutilis, vel superflua ex *l. gener.* 32. §. 1. *ff. de usufruct. legat.*

Tom. I.

Huic enim objectioni de facili occurrimus cum ipso testamento, ubi testator designavit confines dd. domuum illius prædii *del Sagginale*, ut ibi *cum domibus pro domina, & laboratore infra suos confines, & cetera*, qui solum intelligendi videntur de domibus dicti prædii *del Sagginale*, & non de aliqua domo acquirenda incerta in mente testatoris, unde non est verisimile, quod de alia domo intelligeret testator, quam de illis, quas in dicto prædio possidebat tempore testamenti.

Ultra quod non intelligitur testator superflue 45
loqui, qui id, quod tacite sensit, verbis expressit ad clariorem mentis suæ attestationem ex text. in *cap.* 1. cum *Glos. in verb. & filio*, & ibi *Geminian. de Trinit. & fid. catholic. in* 6. *l. testamentum C. de testament.* cum aliis, de quibus *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 3. 5.
& 6. ubi pluribus hanc conclusionem exornat, nec 46
superflua declaratio, & ex abundanti solet actum vitiare, imo reiicitur *l. non solent ff. de regul. jur. Paris. consil.* 4. *n.* 33. *&* 34. *vol.* 4.

Ex quibus non est dubium, reum conventum defecisse in probatione prætensi fideicommissi, cum nec verba testamenti, nec conjecturata voluntas testatoria illud suadeant in dict. prædio *del bollito*, imo potius totum contrarium, tam ex supra resolutis, quam ex eo, quia dum in eodem testamento loquutus fuit testator de terris magiaticis, in quibus aderat una domuncula, de terris disposuit, & insimul expressam fecit domunculæ mentionem, cum uti Jurisperitus bene intelligeret appellatione terrarum talem domunculam non contineri ex juribus supra citatis sub *tit. de verbor. significat.* & 47
voluntas testatoris, quæ non sit importata per verba, vel quæ non veniat in manifestam, & necessariam consequentiam verborum expressorum,
regulariter non attenditur ad fideicommissum in- 48
ducendum, sed standum est dispositioni importatæ per verba, ut late prosequitur, & exornat *Peregrin. de fideicomm. artic.* 11. *num.* 33. non enim est temere capienda præsumptio fideicommissi ex
l. Lucius §. *tres heredes ff. ad Trebell. Roland. con-* 49
sil. 97. sub *num.* 15. *vol.* 4 præterea quando ex verbis testamenti -- *cum omnibus terris, &c.* -- in quibus Reus conventus fundat suam intentionem ad inducendum fideicommissum in dicto prædio *del bollito*, oriretur aliquod dubium, debebat interpretari adversus dictum Reum, qui se
fundat in eis ex *Alexand. consil.* 194. *n.* 2. *lib.* 6. 50
ac ideo credidimus indubitanter non subesse fideicommissum, & contra illud esse judicandum in modo a nobis CC. DD. relato.

Thomas Enriquez Prætor.
Jo: Baptista Burghesius.

ADDITIO.

Discordavit ab hac resolutione *bo. me. Auditor* 51
Hector de Abbatibus, suique dissensus rationes expressit in Motivo ab ipso edito *Lib. Mot. existen. in Cancelleria Magistratus Supremi a fol.* 7. *usque ad fol.* 12.

Ad materiam præsentis decisionis vide quæ 52
abunde dixit *Rot. Florent. dec.* 21. superius impress., & plene in mea *addit.* ad eandem *decis.* in qua pluries allegatur hæc decisio.

FLORENTINA
Fideicommissi.
Die 3. Julii 1612. ex Lib. Mot. 92. a 503.

ARGUMENTUM.

Prohibitio realis inducit Fideicommissum etiam in casu mortis, & comprehendit omnes actus tam inter vivos, quam in ultima voluntate, ac etiam alienationem legalem per successionem ab intestato, & ex quibus prohibitio realis dicatur.

SUMMARIUM.

1 *Vocati in casu alienationis non sunt vocati in casu mortis.*
2 *Prohibitio alienationis favore substituti est valida.*
Prohibitio simplex, & absoluta non comprehendit alienationem necessariam legalem per successionem ab intestato.
3 *Quando prohibitio est indefinita respectu temporis, & casuum, tunc censetur prohibita etiam alienatio per ultimam voluntatem.*
Item si geminata num. 7.
4 *Item si prohibitio fuerit realis, qualis tunc dicitur, quando relata sit ad res non ad personas*
5 *Et in hisce casibus sequuta alienatione legali venirent vocati in casu alienationis.*
realis pari modo reputatur si concurrat duplex prohibitio juris & hominis num. 6.
Item stante dictione in infinitum, *vel* in perpetuum *n.* 8.
Item talis censetur in dubio num. 19.
9 *Favore piæ causæ ultimo loco vocatæ, recipitur testatoris dispositio, licet non contigerit casus secundum ordinationem ab eo factam, & n.* 13.
Positi in conditione favore piæ causæ vocati dicuntur
11 *Vocatio positorum in conditione probatur præsumptionibus, & conjecturis.*
12 *Prima desumitur ex impositione gravaminis, in cujus consequentiam gravatus censetur honoratus.*
14 *Altera si sequeretur absurdum, pro quo evitando præsumitur vocatio, & exemplifica, ut ibi, & num.* 15.
15 *Absurdum esset si extranei præferrentur magis dilectis, a quibus de jure forent exclusi in successione.*
16 *Dispositio testatoris facta in uno casu, extenditur ad alium, de quo verisimiliter providisset, si cogitasset.*
17 *Deponentes post conditum testamentum de voluntate testatoris eam probant sufficientissime.*
18 *Materia conjecturalis est Judicis arbitrio terminanda.*

DECISIO LXXVIII.

In Causa N. N.

Bernardus testator, modo infrascripto de suis bonis disposuit: *Instituit hæredem Antoniam ejus neptem ex fratre, gravando eam ad faciendum inventarium, & post eam substituit ejus filias, & filios filiorum in infinitum, cum prohibitione alienationis dictorum bonorum, & contrafaciendo, dicta hæreditas vadat, & pertineat ad dictas quatuor ejus sorores, & earum hæredes, & contrafaciendo, dicta hæreditas vadat in Hospitale Innocentium, & finitis dictis lineis etiam vadat in dictum Hospitale, & voluit casu quo census hæreditarii redimerentur, quod pecuniæ reponantur in aliis censibus, seu bonis stabilibus, & prohibitioni supponantur fideicommissi, de quo supra, & finitis lineis prædictis, dicta ejus hæreditas perveniat in dictum Hospitale cum onere nubendi quolibet anno in perpetuum tres puellas.*

Evenit, quod dicta Antonia hæres instituta
decessit absque filiis, relicta matre, & marito he-
redibus ab intestato, ideo coram Clarissimo Magi-
stratu dubitatum fuit, an in bonis præfatis testa-
toris post mortem Antoniæ succedere deberent ejus
mater, & maritus ab intestato, an vero vigore
testamenti deberent succedere dictæ testatoris so-
rores, & dubitandi ratio insurgebat ex eo, quia so-
rores videbantur vocatæ in casu alienationis, non
autem in casu mortis *l. peto §. fratre ff. de le-* 1
gat. 2.

Et causa nobis ad referendum transmissa retulimus sorores præfatas vigore testamenti in bonis præfatis succedere debere, exclusis dictis extraneis hæredibus ab intestato venientibus.

Primo ad ita tenendum moti fuimus, quia
prohibitio alienandi bona facta favore sororum, & 2
favore Hospitalis valida fuit *l. cum pater §. quin-*
decim ff. de legat. 3. & quia indefinite facta fuit
respectu temporis, & respectu casuum, indefi-
nitum quoque effectum produxit, ut nec in vita,
nec in morte, nec per actus inter vivos, aut per
ultimas voluntates in extraneas personas non vo-
catas fieri potuerit *l. filius familias §. cum pater* 3
ff. de legat. 1. *l. unum ex familia §. quod si talis,*
& l. peto §. fratre ff. de legat. 2. *Peregr. de fidei-*
commiss. art. 14. *num* 3. & quia non solum inde-
finite, sed etiam per verba relata non ad perso-
nas, sed ad ipsa bona facta fuit, quo casu realis, 4
& non personalis prohibitio facta censetur *Castren.*
in cons. 77. *sub num.* 5. *lib.* 1. ubi proprie ponit
exemplum in testatore dicente *prohibeo bona mea*
alienari, *Ruin. cons.* 147. *lib.* 2. *Paris. cons.* 92.
num. 41. *lib.* 2. *Crass. §. fideicommissum quæst.* 5.
in fin. nam ex his omnibus, quod fuerit valida,
indefinita, & realis resultat, quod etiam legali
alienatione sequuta ab intestato in extraneas per-
sonas, sorores vocatæ a testatore dicantur, *Bald.* 5
cons. 57 *num.* 4. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 168. *num.* 17.
lib. 3. *Bert. cons.* 24 *num.* 24 *& cons.* 26. *col. ult.*
Petra de fideicommiss. quæst. 2. *num.* 24. *& quæst.* 8.
num. 303 *Peregr. de fideicommiss. art.* 14 *n.* 26.
& num. 33. *Simon. de Prat. in tract. de interpret.*
ult. volunt. lib 3. *fol.* 10. *in fin. Rimin. Jun. cons.* 279.
num. 84 *lib.* 3.

Secundo moti fuimus, quia testator non solum
voluit, quod ejus bona essent supposita prohibitio-
ni alienationis resultanti ex fideicommisso, sed
etiam prohibitioni alienationis ab eo in testamen-
to appositæ, ut apparuit, dum loquendo de pe-
cuniis redactis ex censibus, jussit eas debere repo-
ni in aliis bonis, quæ essent supposita fideicom-
misso, & prohibitioni, concurrente enim duplici
prohibitione juris, & hominis efficitur, ut prohi-
bitio non simpliciter personalis, sed etiam realis 6
dicatur *Petra dict. quæst.* 8. *num.* 305. *Magon. de-*
cis. Florent. 35. *num.* 18. *& dec.* 37 *num.* 10. *&*
dec. 50. *num.* 5. *& dec.* 92. *num.* 29. *&* 30

Tertio moti fuimus, quia testator non simpliciter apposuit prohibitionem alienationis, sed etiam hæredi injunxit, ut inventarium conficeret exactissimum de omnibus mobilibus, massaritiis, arnesiis, creditis, & substantiis, & de omnibus aliis rebus, & pecuniis, & jussit, quod pecuniæ

que

qua redigerentur ex censibus, qui coostituebant majurem partem suæ hæreditatis, reponerentor in aliis censibus, seu bonis stabilibus, replicando, quod essent suppofita fideicommisso, & prohibitioni, nam cognita hac ejus exactissima diligentia, & replicatione prohibitionis, eo magis ejus volun-
7 tatem fuisse, ot prohibitio esset realis, & excluderetur successio ab intestato, & admitterentor sorores, deprehenditur *Petra dict. quæst.* 8. *n.* 304.
8 Quarto moti fuimus, quia testator de filiis filiorum loquendo usus fuit dictione *in infinitum*, & loquendo de onere maritandi injuncto Hospitali usus fuit dictione *in perpetuo*, nam dictorum verborum significatione atteota realis prohibitio, & non personalis simpliciter facta censetor *Curt. Sen. cons.* 40. *in fin. Petra dict. quæst.* 8. *num.* 306. *Peregr. dict. art.* 14. *n.* 14. *& n.* 45.

Quioto moti fuimus, quia testator vocavit sorores, & earum hæredes, & post eas vocavit Hospitale, eui injunxit onus perpetoum maritandi tres puellas; nam, dum voluit Hospitale succedere debere post sorores, & earum hæredes sequta alienatione, censeri debet testatorem intellexisse de prohibitione alienationis reali, & sic de legali, ne sorores, & postea Hospitale exelusom remanerer, ut io fortioribus terminis, nempe, quod dispositio testatoris facta ad pias causas ejus favore debeat locom habere, licet non contingat casus se-
9 cundum testatoris ordinationem, probat *Dec. consil.* 181. *sub num.* 6. *lib.* 1. *per text. in l.* 2. *ff. de manum. testam.* qui, ut ipse dicit, licet loquator in libertate, extenditur ad piam caosam, ut per *Roman. in auth. similiter in trigesimo speciali C. ad. leg. Falc.* & faciunt authoritates eorum, qui teneot positos io conditione censeri vocatos, quan-
10 do eis sit substituta pia causa *Rost. de filiis in condit. posit. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 5. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsum.* 76. *num.* 40.

Sexto moti fuimus, quia non solum testator in casu alienationis vocavit sorores, & earum hæredes, & postea vocavit Hospitale, sed etiam per binas vices finitis lineis prædictis, nempe Antoniæ, & sororum, vocavit Hospitale; nam circumscripta prohibitione alienationis, aut dicendum est, quod fuerunt vocatæ sorores expresse ante Hospitale, & cessat omnis difficoltas, aut dicendum est, qood in conditione positæ foerunt, nempe, qood eis deficientibus succedere debeat Hospitale, & hoc caso etiam, quod vocatæ fuerint apparere dicitur, quia vocatas fuisse præsumptionibus, & conjecturis
11 etiam levibus probari potest *Cravett. cons.* 153. *sub num.* 1. *lib.* 1. & conjecturæ plures in præseoti considerari possunt.

Prima est, quæ desomitur a gravaminibus impositis sororibus, & earom lineis, nam gravati in necessariam consequentiam censentur etiam vocati
12 *Bart. in l. Centurio num.* 37. *ff. de vulgar. & pupill.*, *& in l. codicillis ff. de usufruct. legat.* communiter, & magis commoniter receptus *Rust. de filiis in condit. posit. lib.* 4. *cap.* 2. *part.* 2. *Gabriel tit. de fideic. concl.* 4. *num.* 17. maxime cum pia causa substituta est, ot dictum fuit supra, &
13 eradit ibidem *Gabr. nom.* 23. & faciunt ad propositum tradita per *Soccin. cons.* 77. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 1. *Ruin. cons.* 121. *num.* 4. *lib.* 2.

Secuoda conjectura elicitur sumpto argumen-
14 ab absordo evitando, qood in materia fideicommissaria validissimom est *Cravett. cons.* 62. *num.* 8. *& cons.* 130. *num.* 8. *lib.* 1. *Peregrin. de fideicom. art.* 11. *num.* 46. & si non essent vocatæ sorores hæc absurda sequerentur. Primo quod fructus bonorum, qui secundum disposita a testatore pertinere debebant ad sorores, devenireot in extraneas personas; secundo, quod repositio pecuniarum in bonis stabilibus, quæ etiam a sororibus fieri debebat, si evenisset casus redemptionis census, evanesceret existentibus bonis penes extraneos, qui talem repositionem facere non tenentur. Tertio, qood cessaret causa finalis considerata a testatore circa fructus suorum bonorum, qui in perpetuum expendi deberent ab Hospitali io dotando virgines, nam id non facerent extranei si dicta bona occupare deberent; quarto, quod minus dilecti, immo modo aliquo non dilecti præferantur magis dilectis, nempe extranei hæredes præferaotur sororibus, quæ magis dilectæ fuerunt a testatore, & quæ etiam eis magis attinent, & excluderent de jure in successione dictos extraneos *Anchar. cons.* 74.
vers. sed certe. Castren. cons. 264. *vers. secundo lib.* 2. 15
Alex. cons. 130. *num.* 2. *lib.* 2 *& cons* 17. *n.* 5. *lib.* 7. alios cumulat *Peregr. dict.* 11. *sub n.* 46. Quinto & ultimo, quod dicti hæredes extranei excluderent sorores, & non excluderent Hospitale, & ex dispositione testatoris apparet, quod sorores, & etiam earum hæredes Hospitali præpositæ fuerunt, dum post eas soit vocatum.

Sexto moti fuimus, quia si in casu alienationis testator extraneis hæredibus prætolit sorores, etiam censendum est, quod decedente Antonia sine filiis prætulisset eas uti magis dilectas, ita provisionem factam a testatore in uno caso extendi ad alium, de quo verisimiliter providisset si de eo
cogitasset, probat *Alex dict. cons* 130 *n.* 4. *lib.* 2. 16
per text. in l. Titius §. Lucius, & ibi *Bart. ff. de lib. & posth. Curt. Sen. cons.* 51. *num.* 3. *&* 28.

Septimo, & oltimo moti fuimus, quia per testes probatom fuit testatorem post conditum testamentum, dixisse in ejus hæreditate primo instituisse Antoniam, secundo ejus sorores, & tertio, & ultimo loco dictum Hospitale, nam eorum depositiones sufficientissimæ dicuntor ad censendum, qoalis foerit testatoris voluntas in ejus testamento
Bart. in l. fideicommissa §. si rem in fine ff. de le- 17
gat. 3. *& in l.* 2 *col pen. vers. quaro ff. de vulg. & pupill. Afflict. dec.* 44 *sub num.* 27. *& n.* 29. *Cephal. cons.* 144. *num.* 29. *Mantic.* qui alios citat *de conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 4. & prædictis addi potest, agi de materia conjecturali
Jodicis arbitrio terminanda *l. Mævia §. uxore ff.* 18
de annu. legat. & si supradicta singula noo prosont, simol juncta juvant, maxime quia præsumptio, est, quod prohibitio alienationis realis censeatur in
dubio *Simon de Prat. dict. lib.* 3. *fol.* 10. *in fin.* 19

Antonius Monacus Prætor.
Hector Felicius.
Joannes Baptista Burghesius.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Exornatur conclusio cum suis ampliationibus, & limitationibus, qoando prohibitio alienationis simplex, & absoluta comprehendat alienationem necessariam, & legalem per successionem ab intestato. Prohibitio quando dicatur realis.

SUMMARIUM.

1 *PRohibitio alienationis simplex, & absoluta non comprehendit alienationem necessariam, & legalem per successionem ab intestato.*

2 *Amplia etiamsi prohibitio facta esset omnibus descendentibus.*

3 *Limita si prohibitio facta fuerit verbis geminatis,*

tis, & indefinitis, quæ omnem speciem alienationis continentibus.

4 *Item quando ex tali probibitione resultaret fideicommissum simplex, & absolutum in casu mortis.*

5 *Vel quando probibitio esses realis.*

6 *Realis dicitur probibitio, quoties facta est per verba in rem directa.*

7 *Maximè quando probibitio caderet super certis bonis per confinia designatis.*

8 *Fortius si ageretur de re particulari, erga quam testator babuisset affectionem.*

9 *Sublimita quando probibitio esset consecutiva, & restricta ad certas personas, nam tunc licet in rem directa, esset personalis.*

10 *Declara sublimitationem procedere, quando agitur de realitate probibitionis ad effectum inducendi fideicommissum absolutum, & illud extendendi ultra personas expressas, secus ad effectum indagandi voluntatem testatoris, an voluerit inducere fideicommissum personale, vel reale.*

11 *Idem Probibitio dicitur realis, quando est munita clausula* quia voluit &c. *vel alia simili.*

12 *Quod procedit, licet præcedenter fiat expressa persona, quibus sit probibitio.*

13 *Limita, quando ratio prædicta esset limitata ad personas nominatim in probibitione contentas, & ad eas commodè restringi posset.*

14 *Item probibitio dicitur realis, quando eidem adjuncta esset perpetuitas, quæ facit probibitionem realem, licet certis personis factam.*

15 *Et stante tali perpetuitate non attenduntur dictiones relativæ, quæ nihil operantur.*

16 *Nec dictiones restrictivæ ad casum.*

17 *Probibitio in dubio dicitur realis.*

18 *Item limita conclusionem, de qua num. 2. si probibitio esset mixta, quia quoad omnes effectus reputatur eadem, ac esset realis.*

19 *Item limita quando post probibitionem data esset facultas alienandi intra certum genus personarum.*

1 PRohibitio alienationis simplex, & absoluta non comprehendit alienationem necessariam, & legalem per successionem ab intestato *Bellon. Jan. cons.* 1. *num.* 84 *Venturin. cons.* 2. *num.* 554 *Altograd. cons.* 92. *num.* 64. *lib.* 1 *Balduc. ad Ramon. observ.* 61. *num.* 114. *Palm. Nep. alleg.* 149. *n.* 23. & 24. *Mans. consult.* 116. *num.* 11. *Gabriel commun. conclus. tit. de fideicommiss. conclus.* 10. *n.* 27. *Peregrin. de fideicomm. art.* 14. *num.* 14. *vers. primo quia*, & *num.* 26. *Fusar. de substitut. quæst.* 711. *num.* 13. & 15. *Canter. var. par.* 1. *cap.* 1. *n.* 269. *Torr. de majorat. par.* 1. *cap.* 9. §. 8. *num.* 134. *pag.* 73. *de Luc. de fideicomm. disc.* 54 *num.* 15. *Antunez de donat. Reg. lib.* 3. *cap.* 21. *n.* 13. *Rot. coram Dunozzet. Jun. decis.* 371. *num.* 3. *Zarat. decis.* 63. *num.* 7. & *decis.* 38. *num.* 8. & *dec.* 410. *num.* 7. *par.* 19. *recent.*, & dixi supra *in addit. ad decis.* 67. *num.* . . .

2 Amplia etiam, si in omnibus descendentibus esset facta probibitio, quia non per hoc excluditur legalis alienatio *Peregrin. cons.* 63. *n.* 4. *lib.* 5. *Fusar. de substitut. dict. quæst.* 711. *num.* 14.

3 Limita primo dictam conclusionem, si prohibitio facta fuerit verbis geminatis, & indefinitis, quæ omnem speciem alienationis continere videantur *Caren. resol.* 163. *num.* 38. *Gabriel commun. conclus. tit. de fideicommiss. concl.* 20. *num.* 6. 14. & 15. *Fusar. de substitut. quæst.* 711. *num.* 19. & *seqq.* & *quæst.* 712. *num.* 22 & 43. *Torr. de majoratib. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 140. & *seqq.* & *par.* 2. *cap.* 28. *num.* 26. *fol.* 138. *Rot. post eum dict. tract. dec.* 20. *num.* 108. *Rot. apud Giovagnon. respons.* 75. *n.* 86. *lib.* 1. *in recent. decis.* 10 *num.* 6. & 7. *part.* 1., & *inter recollectas per Palm. Nep. dec.* 438. *n.* 31.

Limita secundo, quando ex tali probibitione 4 resultaret fideicommissum simplex, & absolutum in casu mortis *Odd. cons.* 48. *num.* 29. & 30. *Cart. Jun. cons.* 114. *num.* 18. *in fin. Altograd. cons.* 92. *n.* 53. 62. & *seqq. tom.* 1. *Venturin. cons.* 2. *num.* 584. & 585. *lib.* 2. *Fusar. de substitut. dict. quæst.* 711. *num.* 16. *in fin. Torr. de majorat. dict. cap.* 9. *num.* 135. *tom.* 1. & *par.* 2. *quæst.* 28. *num.* 19. & *seqq. Petra de fideicomm. quæst.* 8. *num.* 274. *Balduc. post Ramon dec.* 86. *n.* 7. *in fin. tom.* 4.

Vel etiam quando prohibitio esset realis *Al-* 5 *tograd. cons.* 80. *n.* 12. *lib.* 2. *Mans. consult.* 216. *sub num.* 18. *Bonden. collect. legal* 23. *num.* 9. *to.* 2. *Fusar. de substitut. dict. quæst.* 711. *num.* 28. *Peregrin. de fideicomm. art.* 13. *num.* 82. *Mart. de success. legal. par.* 2. *quæst.* 3. *art.* 1. *num.* 6. *Torr. de majorat. par.* 1. *dict. cap.* 9. *num.* 138. *Rot. Januen.* inter recollectas per *Palm. Nep. dec.* 438. *n.* 26.

Realis dicitur prohibitio pluribus modis, & 6 primo quotiescumque facta est per verba in rem directa *Redenast. cons.* 36. *num.* 101. *lib.* 1. *Castald. consult.* 191. *num.* 49. *Gob. consult. decis.* 99. *n.* 16. *Altograd.* in causa hujus inclyti Dominii scribens *controv.* 37. *num.* 37. *Capon. discept.* 320. *num.* 18. *Bonden. collect. legal.* 23. *num.* 5. *tom.* 2. *Torr. var. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 17. *n.* 13. *pag.* 184. *Mart. de success. legal. par.* 4. *quæst.* 21. *artic.* 9. *num.* 60. *Sammin.* in causa Florentina scribens *controv.* 113. *num.* 39. *Rot. Florent.* in eadem causa post *Sammin. controv.* 201. §. *omnemque fol.* 740. *col.* 1. *tom.* 2. *apud Torr. de majorat. dec.* 20. *n.* 107. & *var. jur. quæst. tom.* 2. *miscellan. par.* 1. *tit.* 12. *dec.* 27. *num.* 14. *fol.* 692. & *apud Palm. Nep. decis.* 213. *num.* 63. *Rot. Roman. decis.* 136. *num.* 5. *par.* 8. *dec.* 411 *sub num.* 8. *vers. prohibitio p.* 14. *decis.* 226. *num.* 10. *par.* 16. *recent.* & *post Torr. de pact. futur. success. decis.* 99. *num.* 29.

Quæ conclusio fortius procedit, quando pro- 7 hibitio caderet super certis bonis per confinia designatis *Torr. var. jur. quæst. tom.* 3. *par.* 2. *miscellan. quæst.* 36. *tit.* 12. *sub n.* 33 *pag.* 5.

Indubitantius si ageretur de re particulari, 8 erga quam testator habuisset affectionem *Rot. Januen.* inter recollectas per *Palm. Nep. decis.* 438. *num.* 27.

Fallit tamen ista conclusio, quando prohibi- 9 tio esset consequtiva, & restricta ad certas personas, tunc enim licet in eam directa, nihilominus semper esset personalis *Rot. coram Cels. decis.* 145. *num.* 30. & 31. *Benincas. dec.* 5. *num.* 23. *in recent. decis.* 558. *num.* 25. *par.* 10. & *dec.* 67. *n.* 2. *par.* 13.

Quæ tamen fallentia tantum locum habet, 10 quando disputaretur de realitate prohibitionis ad effectum inducendi fideicommissum reale, & absolutum, & illud extendendi ultra personas superius expressas; secus verò quando ageretur ad effectum indagandi voluntatem testatoris an inter illas personas supra vocatas inducere intellexerit fideicommissum dumtaxat personale, an etiam reale mediante vinculo bonis ipsis imposito, ad hunc enim effectum sufficit etiam prohibitio consequtiva, & relativa ad præcedentes personas *Rot. Januen.* penes *Palm. dict. decis.* 438. *num.* 28. & 29. *Rot. Rom. decis.* 300. *num.* 28. *par.* 1. *recent. Rot. Florent. post Sammin. contr.* 201. §. *et licet*, *fol.* 740. *col.* 1. *in fin.* & *in Florentina Fideicommissi* 9. *Septembris* 1719. *art.* 3. *num.* 48. inter imprimend. *coram me*, in tertio vol. mearum *decis.*

Secun-

11 Secundo dicitur realis, quando esset munita ratione -- quia volute &c. vel alia simili Valenzuel. cons. 40. num. 14. Balduct. ad Ramon. consil. 61. sub num. 69. vers. et iu specie. Ciarlia contr. 219. num. 50. Palm. Nep. alleg. 149. num. 19. Bondeo. collect. legal. 23. num. 7. lib. 2. Mart. de success. legal. par. 2. quæst. 3. art. 1. num. 6. Rot. Florent. penes Mans. consult. 621. §. tum quia versic. citra omnem. Rot. Rom. decis. 193. sub num. 2. part. 1. decis. 67. num. 19. & 20. part. 13. & decis. 166. num. 6. par. 17. recent.

12 Quæ conclusio procedit etiam si præcedenter fuerint expressæ personæ, quibus fit prohibitio, quia si addita fuerit ei dicta ratio directa ad bona, prohibitio efficitur realis etiam in casu, quo propter expressionem personarum foret personalis Altograd. dict. cons. 80. sub num. 10. vers. secundo, & sub num. 33. vers. quod magis, & sub num. 55. Caren. resolut. 243. sub num. 3. Mans. consult. 116. num. 12. Palm. Nep. in causa Florentina scribens alleg. 239. num. 63. Peregrin. de fideicomm. art. 11. sub num. 54. Grivell. decis. Dolan. 22. n. 10. Samminiat. in causa Florentina scribens controv. 113. num. 40. Rot. Florent. apud eundem contr. 132. n. 52. penes Mans. consult. 621. sub num. 1. §. tam quia vers. & cessat, cum aliis pluribus adductis in Florentina Fideicommissi de Spinis 7. Februarii 1719. a nativit. art. 1. num. 30 cor. D. meo Aud. Urbani, & in dicta Florentina Fideicommissi dict. art. 3. num. 29. coram me.

13 Hæc tamen ampliatio restringenda venit, quando ratio prædicta esset limitata ad personas nominatim in prohibitione contentas, & ad eas commodè restringi posset, tunc enim prohibitio non efficeretur realis Ciarlin. controvers. 219. num. 131. & 152.

14 Tertio realis quoque dicitur, quando prohibitioni juncta adest perpetuitas, quæ prohibitionem realem efficit etiam certis personis factam Bonden. dict. collect. 23. num. 6. tom. 2. Mans. dict. consult. 216. num. 14. & seqq. Fusar. dict. quæst. 721. n. 6. Mart. de success. leg. p. 4. quæst. 21. art. 8. sub n. 60. vers. item si filius. Rodulph. alleg. 2. n. 11. Rot. Januen. apud Palm. d. dec. 438. num. 25. & 26. Samminiat. dict. controv. 113. num. 40. Rot. Florentin. post eundem controv. 201. §. omnemque, & §. & quatenus fol. 740. col. 1. & apud Palm. Nep. dict. decis. 213. sub num. 63. & 64. Rot. Rom. in recen. decis. 136. num. 5. par. 8. decis. 166. num 6. p. 17. & coram Argoel. dec. 28. num. 74.

25 Et hoc casu non attenduntur dictiones relativæ, quæ stante perpetuitate nihil operantur Rot. decis. 132. num. 32. par. 10. & decis. 306. n. 15. & seqq. par. 12. & decis. 166. n. 6 part. 17. rec.

16 Sicuti neque dictiones restrictivæ ad casum Rot. decis. 444. num. 16. p. 19 recent.

17 Denique in dubio prohibitio semper dicitur realis Menoch. cons. 753. num. 8. Baldasc. ad Ramon cons. 61. num. 68. Palm. Nep. in causa Florentina alleg. 232. num. 61 Bonden. collect. legal. 9. n. 68. & collect. 23. num. 8. lib. 2. Fusar. de substit. dict. quæst. 673. num. 13. Petra de fideicommiss. quæst. 2. num. 19 Rot. Bonon. divers. dec. 79. num. 29.

18 Tertio limita regulam principalem etiam si prohibitio esset mixta, hæc enim quoad omnes effectus reputatur eadem cum reali prohibitione Ciarlin. dict. controv. 219. sub num. 153. in fin. Odd. de prohibit. alienat. quæst. 15. art. 10. num. 217. 220. & 223. Rot. coram Beniacas. decis. 5. n. 26.

19 Quarto pariter limita, quando post prohibitionem esset data facultas alienandi intra certum genus personarum, tunc enim etiam successio ab intestato censeretur prohibita Altograd. consil. 92. num. 62. lib. 1. Torr. var. jur. quæst tom. 3. p. 2. miscell. quæst. 36. tit. 12. num. 32. pag 5. & de majorat. par. 1. cap. 9. num. 137. pag. 73. Rot. Florent. in dicta causa de Spinis coram D. meo Auditore Urbani §. 1. num. 66.

SENENSIS
Fideicommissi

13. Septembris 1612. ex lib. Motiv. 93. a 28.

ARGUMENTUM.

Vocata familia, seu domo etiam cum signo universali tota, si plures sint ejusdem cognominis familiæ, censetur vocata illa, de qua testator natus est, & si una tantum sit familia in plures subdivisa, intelligitur vocatus columnellus testatoris, & resolvuntur contraria.

SUMMARIUM.

1 Nomen familia est collectivum plurium personarum, & graduum, & respicit omnes sub dicta collectione comprehensos.
Declara ut num. 51.

2 Maxime quando habet adjectum signum universale, & num. 7. Declara ut num. 52.

3 Dictio universalis complectitur omnia, quæ sub illa totaliter continentur.

4 Appellatione totius venit omnis pars, & nulla dicitur reservata, & de ratione.

5 Verbum -- tota -- facit comprehendere omnia, quæ sub indefinita oratione non comprehenderentur.

6 Res legata cum adjectione hujus signi -- tota -- intelligitur legata non solum pro parte ad testatorem, sed etiam ad alios spectante.

8 Signum universale præcedens genus, vel totum universale continet omnes suas species.
Distingue ut num. 34.

9 Totum intelligitur sine diminutione alicujus partis, quæ quomodocumque comprehendi potest.

10 Verba -- de stirpe, & sanguine -- synonyma sunt, ac idem significantia, quam verba -- de agnatione, & familia,

11 Consanguinitatis appellatione masculi de agnatione vere, & proprie comprehensi dicuntur.

12 Familia dupliciter accipi potest, scilicet effective, & contentive, & qua una, vel altera dicatur.

13 Contentive accipi debet, quando refertur ad personas, quæ licite filios habere non possunt.

14 Particula -- & -- quando copulative, & quando augumentative censeatur apposita, & n. 57.

15 Familia vocatio regulariter intelligitur gradatim, & ordine successivo.

16 Limita, quando facta est, tam additione signi universalis -- tota --

17 Maxime quando agitur de vocatione familiæ extraneæ, & de ratione.

18 Ex onere infertur vocatio.

19 Ex dispositione, in qua omnium consensus, & congregatio requiritur, apparet simul negotium ad omnes pertinere.

20 Legatum ex mutatione voluntatis in codicillis expressa non solum censetur revocatum, sed etiam ipso jure ademptum.

21 Et non debetur.

22 Vocatis simpliciter -- familia, & domo -- si plures ejusdem cognominis sint familiæ, censetur testatorem familiam, de qua ipse natus est, & proximiorem vocare.

23 *Relictum familiæ in dubio intelligitur de familia testatoris, quæ si divisa sit, intelligitur de ejus columnello, & ita de effectiva.*
24 *Nomen* -- familiæ, domus, stirpis &c. -- *in materia fideicommissaria sunt synonima, at idem significantia, & num.* 47.
25 *Verbum* -- progenies -- *qualificatum a cognomine denotat agnationem.*
26 *Testator non censetur alienam agnationem suæ propriæ familiæ anteponere voluisse, sed ipsi potius prospicere num.* 48.
27 *Voluntas cujusque juri communi præsumitur consentanea.*
28 *Debet a jure communi regulari.*
29 *Familia proximior, & de stirpe, & sanguine testatoris in ejus successione est præferenda.*
30 *Interpretatio ita sumi debet, ut jus commune minus lædatur.*
31 *Legata merentibus fieri solent saltem ratione conjunctionis.*
32 *Legatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
33 *Substitutio masculorum intelligitur facta favore agnationis conservandæ.*
34 *Dictio* -- omnia -- *differt a dictione* -- tota -- *quia prima refertur ad plura, altera vero denotat totalitatem circa unam, & eamdem rem.*
35 *Ex geminatione enixa mens testatoris ostenditur.*
36 *Verba geminata multum attenduntur, & dicuntur ad tollendam dubitationem reiterata.*
37 *Interpretatio conformis dispositioni juris, menti testatoris, & propriæ verborum significationi sumenda est.*
38 *Verba quæ semel testator accepit in uno sensu, in eodem accipi debent in alia parte, cessante diversitatis ratione, aut contraria probatione.*
39 *Consuetudo loquendi testatoris indicat ejus voluntatem.*
40 *Verba numeri singularis regulariter non adaptantur ad plurium vocationem.*
41 *Nisi additum sit signum universale, vel dictio* -- ambo, *vel* uterque --
42 *Testator quod facile exprimere potuisset, si non expressit, noluisse censetur.*
43 *Familia, a qua originem habet testator ejus respectu non dicitur aggregata, ficta, & impropria.*
44 *Non origo nominis, nec antiquitas, sed ratio sanguinis, & naturalis affectionis animum testantis movent.*
45 *Dictio* -- videlicet -- *est taxativa, & declarativa præcedentium verborum.*
46 *Maxime quando id, quod post eam sequitur, idem continet, quod continebant verba præcedentia minus clara.*
49 *Fœmina sunt de domo, & familia.*
50 *Naturales de consuetudine Thusciæ dicuntur de domo, & familia patris, & ejusdem portant insignia.*
53 *Verbum* -- domus -- *a testatore prolatum de ipsius familia, seu agnatione intelligi debet, & num.* 51. *&* 52.
54 *Appellatione familiæ solum agnati comprehenduntur.*
55 *Quæ sit differentia inter vocationem familiæ effectivæ, & contentivæ.*
56 *Agnati succedunt solum usque ad decimum gradum.*
58 *Copula* -- & -- *posita inter personas, inter quas cadit ordo charitatis, & affectionis, non inducit vocationem omnium simultanee.*
59 *Legati substantia mutata, qualitas mutata intelligitur.*
60 *Accessorium sequitur principale.*
61 *Onera sine honore, & emolumento stare nequeunt.*
62 *Gravari nemo potest ultra quam sit honoratus.*
63 *Qualitas sine subjecto stare non potest.*

DECISIO LXXIX.

In Causa Piccolomini, e Piccolomini, e Religione di S. Stefano.

IN celebri Causa vertente inter Illustrissimos, & nobilissimos DD. de antiqua, & originaria familia Piccolominea Senensi ex una, & Illustrissimam, & Sacram Religionem Divi Stephani, & Illustrissimum D. Alphonsum Piccolomineum Comitem Celani, & Illustrissimum D. Silvium Piccolomineum ex alia, & Illustrissimum D Ferrantem Piccolomineum ex Marchionibus Lecceti ex altera, & Creditores Illustrissimi Scipionis, & Alphonsi Piccolominei ex alia, &c.

Instituerat Illustrissimus quondam Jacobus Piccolomineus in suo ultimo testamento de anno 1507. Illustriss. DD. ejus duos filios Silvium, & Æneam pro æqualibus portionibus, hosque adinvicem substituerat tam in bonis liberis, quam in aliis suppositis perpetuo fideicommisso ordinato ad favorem eorum, & cujuslibet eorum descendentium, aliorumque substitutorum, & inter cætera legata, seu fideicommissa relicto a dicto testatore apparet infrascriptum pertinens ad medietatem Tenimenti, & Castri Porronæ, in hæc quæ sequuntur verba:

Item præfatus D. testator reliquit, & legavit toti domui, seu progeniei de Piccolominibus, videlicet masculis legitimis, & naturalibus, natis ex stirpe, & sanguine Piccolomineorum, & ex stirpe, & sanguine felic. mem. Pii II. & III. palatium, & domum, ac etiam medietatem tenimenti, & Castri Porronæ, cum omnibus juribus, & pertinentiis dicti tenimenti, & Castri, & cum prohibitione, quod supradicta res, & bona non possint alienari in totum, vel in partem perpetuo, nisi ad vitam unius Domini, & non ad vitam plurium successive succedentium; & casu quo alienarentur, deveniant, & devenire debeant ad Illustrissimum D. Ducem Amalphiæ, & D. Marchionem de Illiceto, & filios masculos, & hæredes D. Andreæ de Piccolominibus, & filios masculos, & hæredes DD. Constantiæ, Laudomiæ, & Alexandræ filiarum legitimarum præfati D. testatoris, &c. hæc in cap. 74. dicti testamenti.

In codicillis vero postea editis de die 28. Decembris 1508. ademit dictus testator, & subtraxit dictum legatum medietatis tenimenti, & Castri Porronæ toti domui, & progeniei de Piccolominibus, illudque reliquit dicto ejus filio Æneæ jure institutionis, eidemque insimul cum Silvio ejus altero filio reliquit jure legati, & institutionis præfatum palatium, sive domum noviter constructam, situm Senis pro indiviso, adjiciens postea in cap. 7. dictorum codicillorum sequentia verba:

Item reliquit, & legavit supradictus codicillator præfatis DD. Silvio, & Æneæ, dictam tenimentum Castri Porronæ, & prædictum palatium novum situm Senis, ut supra cum prohibitione alienationis, & quod non possint aliquo modo alienari, nec ullo umquam tempore, prout in dicto testamento suo dispositum est in capitulis prohibentibus alienationes, & ubi sunt ordinati substituti in capitulis ejusdem testamenti. Et casu quo (quod Deus avertat) deficeret linea masculina legitima, & naturalis ipsorum Silvii, & Æneæ, seu alterius eorum, quod tunc, & eo casu admittantur ad successionem dictorum bonorum, & succedant filii naturales masculi, seu filius natu-

naturalis, & filii legitimati, unus, vel plures, si legitimati essent auctoritate Apostolica, vel Imperiali, & eorum, & cujuscumque eorum descendentes recta linea masculina, servato ordine, & more primogenitorum, prout dispositum est in suo testamento, & casu quo in totum deficeret linea masculina dd. Silvii, & Æneæ, & substitutorum, tunc, & eo casu in dd. bonis succedat domus tota, & progenies Piccolominea, eo modo, & ordine prout in dicto suo testamento dispositum, & declaratum est.

Mortuo testatore venerunt tandem dicta bona tenimenti, & Castri Porronæ per suas legitimas successiones in Illustrissimum D. Scipionem Piccolomineum pronepotem testatoris ex dicto Ænea ejus filio, qui erexit, & fundavit quamdam Commendam in Illustrissimo, & Sacra Religione Divi Stephani, cum titulo Prioratus Civitatis Pisarum, assignando pro ejus dote dictam tenutam Porronæ, cum suis pertinentiis, ea conditione, ut juspatronatus transiret ad ejus filios, & descendentes masculos, & linea masculina extincta dicta tenuta censeretur incorporata in Commenda magistrali Serenissimi Magni Magistri, cum onere solvendi quolibet anno ducatos mille Illustrissimo D. Silvio de Piccolominibus, ad quem, & ejus liberos, & descendentes masculos in perpetuum pertineret talis dignitas Prioratus Pisarum, cum dicta annua pensione aureorum mille, atque ob erectionem dictæ Commendæ dictæ Sacræ, atque Illustrissimæ Religioni Divi Stephani per donationis titulum concessit præfatum tenimentum, & Castrum Porronæ, cum omni jurisdictione, dominio, & proprietate omnium bonorum, & rerum ad illud pertinentium in forma amplissima.

Habita notitia ab illustribus, & nobilissimis Dominis de antiqua, & originaria familia Senensi Piccolominea de alienatione, & reinvestimento bonorum, & tenimento Porronæ in dictam Sacram Religionem facto per dictum D. Scipionem, contra expressam prohibitionem testatoris; prætendentes sub prætextu dictæ alienationis, & erectionis Commendæ, venisse casum vocationis factæ a testatore de tota domo, & progeniæ Piccolominea ad prædictum legatum, & fideicommissum Porronæ, obtinuerunt de anno 1631. a Serenissima Celsitudine Magni Ducis Ferdinandi, gloriosæ, & felicis memoriæ benigna rescripta, ad hoc ut Clarissimus Magistratus cum voto DD. hujus almæ, & magnificæ Rotæ decideret caput prætensæ contraventionis a dicto D. Scipione commissæ, citatis omnibus quodcumque interesse in eum habentibus, nempe dicto Illustrissimo D. Sylvio Piccolomineo, & admodum Illustri, & Excellentissimo D. meo Colendissimo insigni D. Petro Caballo, tunc temporis dignissimo Auditore dictæ Sacræ Religionis pro interesse præfati Serenissimi Magni Magistri, & Magnifico Andrea de Andreinis tamquam dictæ Religionis Procuratore, & uti deputato a præfato dignissimo D. Auditore.

Pendente hoc judicio obiit dictus D. Scipio nullis relictis liberis, seu descendentibus, per cujus obitum commisit de novo Serenissimus Princeps, & Magnus Dux Cosmus per suum benignum rescriptum de anno 1610 eidem Clarissimo Magistratui, ut cum voto totius magnificæ Rotæ tam in capite dictæ contraventionis pendentis, & non decisæ, quam in casu mortis dicti D. Scipionis decideret causam vertentem inter dictam familiam Piccolomineam Senensem ex una, & dictam Sacram Religionem Sancti Stephani, & Illustrissimum D. Comitem Celani, & Illustrissimum D. Sylvium Piccolomineum ex altera, respectu dumtaxat dd. bonorum tenimenti, & Castri Porronæ in dictam Commendam missa, seu vinculata.

Secuto dicto benigno rescripto orta fuit pro importanti successione dd. bonorum maxima contentio, præsertim inter dictam familiam Piccolomineam Senensem, & d. D. Comitem Celani, Dominumque Ferrantem ex dictis Marchionibus Lecceti. Nam prætendebat dicta familia per obitum dicti D. Scipionis se vocatam a testatore ad hujusmodi bona Porronæ, insimul cum familia Piccolominea nova, & propria ipsius testatoris, a qua procedunt præfati D. Comes Celani, & D. Ferrantes; unusquisque eorum nervose satagebat illam excludere, tamquam non comprehensam in vocatione facta a testatore de tota domo, & progenie Piccolominea, & cæteris omnibus esse præferendam in dicta fideicommissaria successione, nempe Comes Celani, ut vocatus per viam primogenituræ, & D. Ferrantes tamquam proximior in gradu tam testatori, quam ultimo possessori,

Stantibus prædictis fuit coram Dominis causa introducta, illaque non semel, sed sæpius discussa tam in plena Rota, quam privatim, cum quolibet Dominorum meorum per disertissimos partium Advocatos, a quibus etiam doctissimæ allegationes editæ fuerunt, omnibus mature discussis, & consideratis, de duobus fuit potissimum inter alia dubitatum.

Primo, an in vocatione, & substitutione totius domus, & progeniei de Piccolominibus, veniat antiqua, & originaria familia Piccolominea Senensis, an vero nova, & propria testatoris familia, vel utraque simul, & conjunctim.

Secundo, an illi de familia Piccolomines, quæcumque vocata sit, admittantur ad dictam successionem simul, & semel, tamquam unum corpus, seu collegium, an vero gradatim ordine successivo, seu per viam primogenituræ.

Circa primum dicebatur pro parte familiæ originariæ Senensis in vocatione, seu substitutione facta per testatorem de tota domo, & progenie Piccolominea ad legatum, & fideicommissum bonorum Porronæ omnes esse admittendos, qui de
dicta familia ortum habuerint, cum dictum nomen
familia sit collectivum plurium personarum, & 1
graduum, ideoque respicere omnes comprehensos
sub dicta collectione, & per dictum nomen significatos, ut ex *Angel. Aret. Soccin. Paris. Rimin.* & pluribus aliis tradit *Peregr. de fideicomm. artic.* 19. *num.* 11. maxime quando concurrit, seu 2
adiicitur aliquod signum universale, ut contingit in dicta vocatione, & substitutione de tota domo, & progenie Piccolominea, de qua in cap. 74. testamenti, & cap. 7. codicillorum.

Nam illa dictio *universalis* complectitur omnia, 3
quæ tamquam partes sub illa totalitate continentur, ut probat text. in *l. recte dicimus ff. de ver. significat.* Item *totius* appellatione venit omnis
pars, & nulla reservata dicitur, facit text. in *l.*t. 4
ubi notant DD. *ff. de legat.* 1. *Menoch. consil.* 4. *num.* 25. *& consil.* 280. *num.* 12. si enim omnia non includerentur, non verificaretur generalitas, & universalitas verbi, ut tenent plures, quos refert, & sequitur *Sard. cons.* 73. *num.* 62. *&* 63. Tanto magis quia in conjunctione universali, & collectiva dicitur requiri concursus omnium in ea comprehensorum copulative *l. hæredes mei §. tam ita ff. ad trebell. l. pen. C. de impub. & aliis.*

Adeo quod ea sit vis, & efficacia hujus verbi 5
--*tota*-- quod operetur tacite comprehendi, quæ alias sub indefinita oratione non comprehenderentur, ut probatur ex doctrina *Bart. in l. servi electione §.* 1. *n.* 4. *ff. de legat.* 1. ubi quando res com- 6
munis legatur, simpliciter intelligitur legata tantum portio pertinens ad testatorem, si vero legatur cum adjectione hujus signi -- *tota* -- intelligi-

ligitur legata etiam pars aliena, dictam *Bartoli* con-
clusionem probat *Cravett. cons.* 80. *num.* 15. post
Dec. cons. 69. *num.* 4. *Menoch. cons.* 141. *num.* 33.
Laderch. cons. 53. *num.* 5. Ex quibus dicendum vi-
debatur eam esse vim hujus dictionis -- *tota* -- ut
comprehendat illam partem, quæ magis proprie
continetur sub appellatione *familiæ Piccolomineæ*,
qualis erit familia antiqua, & originaria, quia si
Domini originarii Piccolominei sub vocatione to-
7 tius domus, & progeniei de Piccolominibus non
fuissent comprehensi, sed tantum descendentes
testatoris, & aliorum ejus fratrum, inepte incœ-
pisset testator denominare universalitatem totius
domus, & progeniei de Piccolominibus in potiori
significatu, & cum tanto apparatu videlicet ma-
sculis legitimis, & naturalibus natis ex stirpe, &
sanguine Piccolominorum, & ex stirpe, & sangui-
ne Pii II. & III. si intendebat vocare dumtaxat
minimam partem, & accessoriam dictæ domus,
nempe aggregatam, & quæ improprie, & per fi-
ctionem erat talis ex *Raudens. de analog. lib.* 1.
cap. 3. *num.* 1. qualis dici poterat familia testato-
ris, & eorum fratrum, cum descenderent a Nanno
de Tedeschinis, qui post contractum matrimonium
cum Laudomia sorore Summi Pontificis Pii, jussu
dicti Pontificis cognominatus fuit de Piccolomini-
bus, eorumque familiæ aggregatus remansit. Unde
non videbatur verisimile, quod ad dictam fami-
8 liam aggregatam tantum voluerit se testator re-
stringere; signum enim universale, quando præce-
dit genus, vel totum universale, necessario infert
omnes suas species *Everard. de locis legal. loco a*
9 *toto vers. verumtamen*, & totum intelligitur sine
diminutione alicujus partis, quæ comprehendi
quomodocumque possit *Decian. cons.* 22. *num.* 15.
vol. 1. *Menoch. cons.* 374. *num.* 12. *& cons.* 918.
num. 3.

Ad confirmationem prædictorum, & quod fa-
milia nova, seu aggregata sola vocata dici non
possit ad præfatum legatum maxime conducere vi-
debantur verba illa contenta in dicto cap. 74. ibi
-- *masculis legitimis, & naturalibus natis ex stirpe,
& sanguine Piccolomineorum* -- quæ clare sunt ad
comprehendendum omnes masculos de familia Pic-
colominea antiqua, siquidem, ut dictum manet,
illud nomen -- *familia* -- est collectivum, & con-
tinet omnes de dicta familia ab eodem stipite de-
10 scendentes, & quod dicitur de stirpe, & sangui-
ne, idem est, ac si dictum fuisset, de agnatione,
& familia, quia verba hæc synonima, & idem
significantia esse dicuntur ex *Covarr. in cap. Ray-
naldus in princ. num.* 13. *de testam. fol. mihi* 99.
tradit alios *Peregr. de fideicomm. art.* 22. *num.* 23.
Item sub consanguinitatis appellatione, quæ signi-
11 ficari videtur per illud verbum -- *& sanguine
Piccolomineorum* -- masculi de agnatione vere, &
proprie comprehensi dicuntur, ut probat text.
in *l. post consanguineos ff. de suis, & legit. hered.
Alex. consil.* 153. *num.* 1. *lib.* 7. *Bero. consil.* 95.
num. 10. *lib.* 2.

12 Videbantur etiam plurimum conferre alia
verba -- *natis ex stirpe, & sanguine Pii II. & III.*
accipiendo contentive -- *stirpem Pii II.* -- potest
enim duplici modo intelligi, aliquem esse de cer-
ta familia, vel effective pro descendentibus ab
eo, de cujus familia dicitur esse, vel contentive
pro descendentibus per lineam masculinam ab eo-
dem stipite, a quo descendit ille, de cujus fa-
milia quis esse dicitur, ex *Ruin. cons.* 153. *n.* 10.
lib. 2. *Mantic. de conject. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 11.
vers. sed ego subiicio. Simon. de Prat. lib. 3. *inter-
pret.* 3. *dubit.* 1. *solut.* 11. *num.* 25. *Paris. con-
sil.* 40. *num.* 42. *lib.* 2. sed in casu vocationis fa-
miliæ dd. Pontificum certum est, non posse capi 13
in specie, seu effective, cum illi filios non habe-
rent, & sic non potest referri ad eorum descen-
dentes, ergo per necesse debet capi in genere,
seu contentive, & per consequens referenda est
ad collaterales, & consanguineos, quo casu ex-
presse vocata dicitur familia antiqua, & origina-
ria, a qua descendebat Pius II. respectu cujus di-
citur contentive, seu in genere accepta ejus stirps.

Quia vero Piccolominei aggregati descenden-
tes per Laudomiam dicuntur esse ex stirpe Pii III.
ipsis, & Piccolomineis originariis conveniunt qua-
litates dispositionis prædictæ; originariis scilicet
tamquam procedentibus ex stirpe, & sanguine
Pii II. & Piccolomineorum; aggregatis vero tam-
quam ex stirpe, & sanguine Pii III. accepta simi-
liter ejus stirpe contentive, ut supra.

Confirmari prædicta opinio utique dicebatur 14
ex dictione illa copulativa -- *&* -- dum dicitur --
& ex stirpe, & sanguine Pii II. & III. -- quæ vi-
debatur posita a testatore augumentative, non ve-
ro copulative, ex quo agitur de pluribus quali-
tatibus, quæ non possunt concurrere in uno, eo-
demque subjecto, & quia destrueretur præcedens
voluntas clarissime geminata, & expressa, si con-
junctive talis copula prolata intelligeretur, ex
Bart. in l. ea tamen adjectio ff. de legat. 3. *Ruin.*
& alii citati in consilio impresso dictæ familiæ
originariæ *num.* 99. ubi *cum duobus seqq.* actum
fuit de vi, & effectu, dictæ copulæ &c.

Addocebantur præterea plures conjecturæ de-
sumptæ ex dicto testamento ad confirmandam præ-
dictam opinionem, nempe, quod soli familiæ no-
væ, seu aggregatæ non competant qualitates di-
spositionis cap. 74. sed simul utrique familiæ tam
originariæ Senensi, quam aggregatæ, quæ enume-
rantur in dicto *cons.* impresso a *num.* 103. usque
ad *num.* 125. & in aliis allegat. ejusdem familiæ
Senensis manuscriptis, ad quas pro nunc relatio
habeatur, quia inferius omnibus respondendum
erit.

Quo ad secundum dubium, an scilicet in ca-
pit. 74. intelligatur facta fuisse vocatio familiæ
simul, & semel, an vero gradatim ordine succes-
sivo, dictum fuit pro dicta familia Senensi, eam
fuisse vocatam simul, & semel cum familia ag- 15
gregata, non ordine successivo, quia licet regu-
lariter vocatio familiæ intelligatur gradatim, &
ordine successivo per text. *in l. peto §. fratre ff.
de legat.* 2. *l. cum ita §. in fideicommisso eod. tit.*
tamen dicta conclusio non procedit in casu, quo
vocata fuerit domus, & familia cum verbo, & 16
signo illo universali -- *tota* -- quod copulat, &
conjungit omnes, & ideo requirit concursum
omnium copulatorum, ut supra deductum fuit su-
per vi, & effectu dicti verbi -- *tota* -- qui con-
cursus ordini successivo repugnat, eique commo-
de adaptari non potest.

Maxime quia, supposita vocatione familiæ an- 17
tiquæ, & aggregatæ, etiam illa originaria, & an-
tiqua respectu testatoris sit extranea, introbit alia
conclusio, quam ponit *Bart. in l. si cognatis n.* 5.
ff. de reb. dub. quod scilicet intelligatur facta vo-
catio de omnibus simul, & semel, & non ordine
successivo, cum non videatur testator considerasse
proximitatem vocatorum, ut præsumitur in vo-
catione suæ propriæ, & non extraneæ familiæ, di-
ctum *Bart.* sequuti fuerunt *Soccin. in dict. l. si co-
gnatis num.* 32. *Alex. in l. Gallus §. quidam recte
num.* 7. & ibi *Jas. num.* 28. *ff. de lib. & posthum.
Peregrin. de fideicomm. art.* 17. *num.* 39.

Hanc conclusionem ex pluribus testamenti
capitibus conformari dicebatur, in quibus testa-
tor

tor loquutus fuit cum legatariis, ut videre est ex cap. 75. usque ad 93. insimul cum cap. 99. ejusdem testamenti, ex quibus designatur plures personas, non unam tantum, fuisse cumprehensas, & sic præseferunt simultaneam dd. de familia vocationem, non autem ordinem successivum, qui in uno tantum verificari posset, præsertim considerato capit. 98. ex quo apparet, excluso ordine successivo, simultaneæ vocationi omnium de familia locum esse debere. Nam in dicto cap. 98. fuit dispositum, & declaratum, qui fuerint hi, qui onera injuncta a testatore familiæ Piccolomineæ in capitibus præcedentibus explicare, & exequi teneantur, & cum ii sint omnes de familia Piccolominea simul, ex hoc resultat, quod dum superius loquutus fuit hoc modo -- *supradicti legatarii* -- senserit, & intellexerit de tota familie Piccolominea, quæ si non simul, & semel fuisset vocata, non omnes simul gravasset oneribus contentis in supradictis capitibus dependentibus a cap. 74. sed illos tantum pro tempore, qui ad fideicommissum
18 ex vi ordinis successivi vocati, & admissi fuissent, sed quia ex onere imposito infertur vocatio, ut ii, qui onerati fuerint, iidem etiam vocari fuisse dicantur, ut colligitur ex traditis per *Anch. consil.* 27. *Cravett. cons.* 180. *num.* 4. *ad fin. Natt. consil.* 531. *num.* 28. & 29. *Simon. de Prat. de interpret. ult. volunt. lib.* 3. *dubit.* 1. *solut.* 9. *num.* 15. ideo necessario infertur, cum fuerit onerata familia Piccolominea tota simul, quod ea etiam simul vocata, & onerata dicatur.

Prædictæ considerationi accedere dicebatur alia urgentior, & irrefragabilis ponderatio desumpta ex eodem cap. 98. in quantum testator in eo mandat congregari, & coadunari legatarios de familia Piccolominea, & quod eligere debeant duos, vel tres, seu quos, & quot eis videbitur &c.
19 Nam ex hac dispositione, in qua requiritur omnium consensus, & congregatio, apparet negotium pertinere ad omnes simul ex doctrina *Bart. in l. omnes populi num.* 18. *ff. de just. & jur.* & tradita per *Lambert. de jurepatr. art.* 8. *quæst. principal.* 2. *part.* 2. *lib.* 3. *num.* 18. ubi quod quando negotium pertinet ad omnes, vel ut universos, vel ut singulos, & in casu quo, ut singulus consensus majoris partis præjudicet minori, debent omnes se coadunare; coadunatio ergo indicat, & demonstrat ad omnes simul, & semel spectare negotium, & jus, super quo coadunatio fieri debet, ergo verius dicendum erit ad omnes, uti congregationem, & uti collegium repræsentantes, legatum hoc, & onera adjecta pertinere.

Ponderabantur insimul alia verba ipsius cap. 98. ibi, & -- *ut facilius disposita per testatorem exequantur* -- & ibi -- *quod a triginta annis supra debeant se coadunare* -- & ibi *vocatis, & adhibitis in dicta Congregatione Clericis, Presbyteris, & Peulatis de dicta domo, & progenie Piccolominea, ætatis supradicta, exceptis Religiosis mendicantibus* -- & ibi -- *qui deputati parere debeant, & obsequi prædictis, simul, & non congregatis, & prout ab ipsis ordinatum fuerit, debeant exequi, & ad ipsorum requisitionem teneantur toties reddere rationem, quoties a prædictis requisiti fuerint, & quod in dicta Congregatione obti eatur, & locum habeat illud, quod a tribus quartis ipsorum, ut supra congregatorum, ordinatum, statutum, & determinatum fuerit.*

Quæ verba illud suadere dicebatur, quod non unus solus de familia ordine successivo gradatim succedens deberet disponere de dictis bonis, & exequi dicta onera, sed familia Piccolominea valde numerosa, quæ haberet supradictas qualitates, & esset a triginta annis supra, & quæ Senis moraretur, & non separatim; aut tamquam singuli quidquam agerent, sed coadunati omnes, & tamquam congregatio quædam, & quoddam collegium.

Hæc sunt potiora fundamenta, quæ Excellentissimis Dominis meis proposita fuerunt pro fundanda originariæ Piccolomineæ familiæ Senensis intentione, consistente in eo, quod fuerit vocata insimul cum familia aggregata ad fideicommissum bonorum Porronæ, in quo omnes de utraque familia succedere deberent simultanee, tamquam unum corpus, congregatio, seu Collegium, excluso ordine successivo, seu Primogenituræ, tam ex vi dispositionis factæ in dict. *cap.* 74 & in aliis ab illo dependentibus, quam ex vi dispositionis factæ in *cap.* 7. codicillorum, quatenus in relatione ibi facta ad testamentum illam applicare conabantur ad idem *cap.* 74. contendentes utique in illo tantum verificari, non verò in capitulis 32. & 35. 52. 69. & 72.

In contrarium, quod imo sola familia Piccolominea nova, seu aggregata, testatorique sanguine conjuncta vocata sit ad legatum, & fideicommissum bonorum Porronæ, primo adductum fuit in hujusmodi successione fideicommissaria nullam rationem habendam esse de *cap.* 74. testamenti, sed tantum de *cap.* 7. codicillorum, cum per eos fuerit revocatum, quatenus in *cap.* 1. dictorum codicillorum testator voluntate mutata expresse ademerit, & subtraxerit toti domui, & progeniei de Piccolominibus contentæ in dict. *cap.* 74. idem legatum bonorum Porronæ, declaraveritque se nolle ad prædictam domum pervenire debere, sed illa jure institutionis reliquerit Æneæ ejus filio legitimo, & naturali, cum certis conditionibus, & 20
obligationibus, de quibus in dictis codicillis, ex qua mutatione voluntatis testatoris declarata in codicillis, cum ademptione expressa ejusdem legati, non solum illud revocatum fuit, sed ipso jure ademptum, & non debetur ex text. in *l. fideicommissum* 27. ubi omnes notant *C. de fideicomm.* juncta ibi *Gloss. verbo probata, & in l. datum* 17. *vers. adimi C. de legat.* quas Glossas sequutus fuit *Didacus in secunda parte rubr. de testam. num.* 21. *Gomez secundo tom. cap.* 12. *num.* 56.

Si ergo non debetur ex dict. *cap.* 74. ex vi 21
dictæ ademptionis realis juxta text. in *l.* 3. §. *si Titia ff. de adimend. legat.* recte infertur omnes prætendentes bonorum Porronæ vigore codicillorum ad illa agere debere, non vero vigore dispositionis revocatæ, qualis est dict. *cap.* 74. quod per dictam revocationem fuit extinctum, & esse desiit, & ideireo in successione dicti fideicommissi ad intelligendum, quæ familie sit vocata attendenda esse verba codicillorum in dict. *cap.* 7., ut etiam ingenue confessi fuerunt DD. Informantes pro familia antiqua in eorum consilio impresso *num.* 75. 76. & 78. *vers. in casu autem nostro*. Unde attenta dispositione dict. *cap.* 7. codicillorum apparet in eo fuisse ultimo loco vocatam, & substitutam totam domum, & progeniem Piccolomineam, sine aliis qualitatibus, de quibus in *cap.* 74. sed simpliciter, prout vocata apparet in *cap.* 52. 69. & 72. testamenti, licet in eis cum qualitate descendentiæ per lineam masculinam, quæ non adest expressa in dict. *cap.* 7. codicillorum, sed tantum per relationem ad testamentum.

Ex prædicta vocatione familiæ, dum testator in fine dict. *cap.* 7. substituit totam domum, & progeniem Piccolomineam, resultat recepta juris conclusio, quod ubi testator vocat simpliciter fa- 22
miliam, seu domum, vel illos de famila, seu domo, si plures sunt familiæ ejusdem cognominis, ietel-

intelligitur vocasse familiam suam, da qua ipse natus est, & sibi proximiorem, ut ex moltia probat *Alex. cons.* 213. *num* 1. *& seq. lib.* 6. obi vocato aliquo *della Torre*, si plurea, & diversæ familiæ reperiontur *del a Torre* præsumitur testatorem sensisse de sua propria familia *della Torra*, de qua ipse erat, & sic de sua agnatione, & non de alia familia sibi extranea, idem probat *Soccin.* inter *cons. Cort. Sen. cons.* 40. *col.* 6. *vers. & in primis n.* 14. *& seqq.* quem sequtua suit *Paris. cons.* 51. *num.* 5. *&* 10. *vol.* 2. *Alb. cons.* 483. *num.* 42. in simili casu respondit *Menoch. cons.* 38. *n.* 23. *lib* 1. *& cons* 233. *num.* 16. *& seqq. lib.* 3. *Bonifac. Rager. cons.* 37. *num.* 28. *lib.* 2.

Sic igitur io casu nostro cum duplex esset familia Piccolomineorum, altera originaria, & antiqua extranea testatori, & oullo sibi sanguiois vincolo conjuncta [ut ex processu bene colligitur, & sæpe sæpius in contradictorio fuit asseveratum a procuratoribus dictæ familiæ originariæ Senensis, qood iterum confessa fuit per ejus D. Informantem io secundis juris allegationibus incipientibus *circa vocationem familia num.* 16. *vers. secundo loco*] altera nova, seo aggregata, de qua erat ipse testator ejusqoe fratres germani, nepotes, & descendentes, quæ specialiter nuncupabatur de Aragonia, seo Pontificia, & ideo Senis habebat montem, & ordinem diversum a familia antiqua, & originaria, quæ enumerabatur io monte, & ordine Gentiliom hominum; Pontificia vero, seu nova io Monte Populari, ut constitit, ex processo, recte sequitur ex prædicta cooclusione in vocatione facta a testatore de domo Piccolominea venire solum novam, & Pontificiam, quæ erat ejos propria familia, quod primo confirmatur ex doctrina *Bart. in l. si cognatis ad fin. vers. quæro hic dicitur ff de reb. dub.* obi *Soccin. num.* 31. refert alios *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 8. *tit* 12. *n.* 1. tenentes, qood relictum cognatis, seu familiæ in dubio intelligatur de familia testatoris, adeo, quod si illa sit divisa in plures columellos, intelligatur de familia, & columnello testatoris ex *Dec. cons.* 321. *n.* 6. *Paris. dict. cons.* 51. *lib.* 2. *& cons.* 1. *n.* 60. *lib.* 3.

Secundo confirmatur dictum fundamentum ex propria significatione eorumdem verborum codicilli, dum dicitur in *cap.* 7. *succedat domus tota, & progenies Piccolominea*, quibus verbis agnationem pro-
24 priam significavit testator, ponderando verbum, *domus*, quod pro familia, & agnatione somitur de jure, namque in materia fideicommissaria familia, domus, stirps, proles, sanguis, & proge-
25 nies synonima sunt, & in effectu idem significantia, ot probatur in *l. pronuntiatio* §. *familia vers. nam etsi ff. de verb. significat.* ubi *Rebuff. in vers. pater autem filiam. Covarr. in cap. Raynaldus in princ. n.* 13. *de testament.* refert alios *Peregrin. de fideicomm. art.* 22. *num.* 23. *&* 27. *Molin. de primogenit. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. idem significat verbum *progenies* qualificatum ab altero verbo *Piccolominea*, denotat enim illos de domo Piccolominea *Gloss. & Bart. in l.* 1. *num.* 4. *C. de conductoribus libr.* 11. & sic masculos agnatos, bene *Ruin. cons.* 161. *num.* 4. *vol.* 2.

Certum ergo est, quod testator in codicillis per illa verba *tota domus, & Progenies Piccolominea* non alias personas significare voloit, quam agnatos masculos familiæ Piccolomioeæ sox propriæ, quæ erat sibi agnata, & conjuncta, non verò masculos alterios familiæ sibi extraneæ, qualis est antiqua, & originaria familia Piccolominea, juxta supracitatam doctrinam *Bartol. & Soccin. in l. cognatis ff. de reb. dub.* idem *Soccin. cons.* 249. *ante num.* 12. *vol.* 2.

Tertio confirmator, quia quando dicta verba codicillorum *succedat tota domus, & progenies Piccolominea* essent geoeralia, & apta ad comprehendendum unam, & alteram familiam Piccolomineam, quod prædicta cum infra dicendis non pa- 26
tiuotor, tamen ita intelligi debet, ut non videatur testator alienam agnationem suæ familiæ propriæ anteponere contra aperta jura in *l. cum acutissimi C. de fideicommissis l. cum avus ff. de condit. & demonstrat. l. generaliter* §. *cum autem C. de instit. & substit. Alexander cons.* 92. *num. prim.*
vol. 3. *Afflict. dec.* 44. *num.* 20. *cum sequentib.* cu- 27
jusque enim voluntas juri communi consentaoea esse præsumitur ex *Bald. in l. prima col.* 1. *C. de Sacr. Eccles. & in l.* 2. *num.* 4. *C. de condit. infert.* & tradont post *Bartol.* communiter scribentes in *l. haredes mei* §. *cum ita ff. ad Trebell.*, *& in l. si duo ff. de acquirend. hæred. Anchar. cons.* 6.
num. 8. ubi quod quælibet voluntas, & dispositio 28
debet a jure communi regulari, idem *consilio* 393. *num.* 2. *Cephal. cons.* 105. *num.* 13. *vol. primo*, refert plures *Mantic. de conject. ultimar. volunt. lib.* 6. *tit.* 6. *num. prim.* sed sic est, quod io concursu familiæ novæ, seu aggregatæ com familia Piccolominea originaria ad successionem testatoris, præ-
ferenda erat dicta familia nova, tamqoam proxi- 29
mior, & de stirpe, & sanguine testatoris ex *Bart. in l. Gallus* §. *quidam recte ff. de lib. & posthum.* per text. *in l. cum ita* §. *in fideicomm. & in l. pesa* §. *fratre de legat secundo, & in l. final. C. de verb. significat.*, quem sequitur *Peregrin. de fideicomm. art.* 17. *num.* 35. *& art.* 19. *num.* 12. ubi plures citat, in puncto *Corn. cons.* 41. *n.* 6. *vol.* 4. igitur dicta familia nova tantum vocata intelligitur sob dd. verbis *succedat domus tota, & progenies Piccolominea*, oon vero antiqua, & origioaria, ne alias interpretentor cum læsione juris com-
monis, quod non licet ex *Paris. cons.* 110. *n.* 35. 30
& 36. *vol* 3. obi semper interpretatio est sumenda, ot minus lædatur jus commone, quam fieri possit.

Accedit, quod legata solent fieri merentibus *l. nec adiscit ff. pro socio*, vel consanguineis, qui ratione saltem conjunctionis videotor mereri, ar-
gum. *l cum alienam C. de legat. & l. Procula ff. de* 31
probat. l. si servus ff. de donat. inter virum, & uxorem, & quæ per *Bart. in l. quæ dotis ff. solut. matrim.* tradit *Corn. cons.* 216. *num.* 5. *vol.* 2. sed cum familia Piccolominea antiqua, & originaria non esset benemerita testatori, nec illi sanguine conjuncta, recte sequitur testatorem de illa non cogitasse in oltima substitutione facta in dict. *cap.* 7. codicillorom de tota domo, & progenie Piccolomioea, maxime quia cum ibi sobstitura appareat eo modo, & ordine, pro ut in testamento dispositum, & declaratum ost, in eoque maxime in *cap.* 52. 69. *&* 72. vocata sit dicta domus, & progeoies Piccolominea descendens per lineam masculinam, com eadem qualitate masculinitatis censebatur vocata in dict. *cap.* 7. quia relatum est io
referente cum omnibus suis qualitatibus *l. asse to-* 32
to ff. hæred. instit. ubi notant communiter DD. *Paris. cons* 19. *num.* 71. *vol* 2. *& cons.* 47. *n.* 15. com aliis passim, & per consequens talis substitu-
tio masculorum facta intelligitur favore agnatio- 33
nis conservandæ ex *Mantic. de conject. lib.* 6. *cap.* 15. *num.* 8. & superius dictum fuit, quæ conservatio agnationis propriæ testatoris cessabit, si alia familia sibi extranea vocata intelligarot,

Ex prædictis constare videbatur in substitu-

tione

tione facta a teftatore in dict. *cap.* 7. eodicillo-
rum de tota domu, & progenie Piccolominea fe-
cundum propriam, & juridicam hotum verborum
fignificatiouem cenfeti vocatom folam novam Pon-
tificiam domum Piccolomineam, quæ erat propria
familie teftatoris.

Quibus non obftare ufum fuit primum fun-
damentum familiæ originariæ de verbo *tota*, per
34 quod dieebatut inferri vocatio utriufque familiæ
antiquæ, & novæ; fuadet namque contrarium illa
dictio, cum proprie, & regulariter differat a di-
ctione *omnis*, quæ referri folet ad plura. Dictio
vero *totum* denotat totalitatem circa unem, &
eamdem rem ex *Glofs. verb. totorum in principio
Inftit. de fociet. Bart. in l. fi unus* 28. §. *pactus ne
peteret, nom.* 5. *ff. de pact.* & ibi *Jafon num.* 13.
idem *Jaf. in l. & etfi fufceperit* §. *filius num.* 2.
ff. de lib. & pofthum. Dec. in l. omnia a. 2. *fi cert.
petat. Cagnol. fuper proem. ff. in princ. n.* 9. *Re-
buff. in l. nominis* 6. *ff. de verb. fignificat. circa
med. verf. hat dictio omnis &c.*

Prædictam juris differentiam inter illas dictio-
nes *tota, & omnis* fecit etiam nofter teftator, quia
quando voluit comprehendere omnes mafculos, &
fæminas duarum linearum filiorum Silvii, & Æneæ,
quæ erant inter fe diverfæ, non eas vocavit fo-
lum per hanc dictionem *tota linea mafculina, &
fæminina dd. DD. Silvii, & Æneæ*, fed dixit *om-
nis, & tota linea mafculina dd. Silvii, & Æneæ*,
ut opparet in *cap.* 35. *teftamenti ad medium verf.
etfi contigerit*, ubi iterum ufos fuit boc modo lo-
quendi refpectu linearum fæminearum dd. Silvii,
& Æneæ, ut in *verf. & fimiliter cafu quo &c.* &
cum teftator dict. *cap.* 35. bis loqutus fuiffet per
35 dicta verba *omnis*, & *tota* faris ex hac geminatio-
36 ne oftenditur enixa ejus mens, folent namque ver-
ba geminata multum attendi *l. balifta ff. ad Trebell.*
& ampliare effectum, ut aliquid operentur ex *Bald.
in l. fructus C. de empt.* & fignificant præcifam in-
tentionem, ut ex aliis tradit *Raland. conf.* 61.
num. 55. *&* 56. *vol.* 2. *Surd. dec.* 272. *num.* 56. fa-
ctaque cenfetur prædicta reiteratio caufa dubita-
tionis tollendæ *Corn. conf.* 505. *a.* 16. *vol.* 2. non
fic fecit teftator in *cap.* 52. 69. 72. 74 teftamen-
ti, & in *cap.* 7. codicillorum, ubi folum ufus
fuit hoc verbo *tota*, & non dixit *omnis, & tota
domus Piccolominea*, quia in eis, & quocumque eo-
rum vocabat unam tantum fuam propriam, & non
aliam diverfam, & fibi extraneam familiam, qua-
37 lis erat antiqua, & originaria. Quæ interpreta-
tio plurimum confert, & fequenda eft ad declara-
tionem dicti verbi *tota*, cum fit eonformis difpo-
fitioni juris communis, menti teftatoris, & pro-
priæ verborum fignificationi, ut ex aliis refolvit
Mantic. de conject. lib. 6. *cap.* 6. *num.* 18. *ad me-
38 diam*. Item quia in quo fenfu teftator aliqua ver-
ba femel accepit, eadem poftea femper retinuiffe
creditur, nifi diverfa fit ratio, out de contrario
conftet *Bart. in l. centurio num.* 27. *verf. vel quod
fi in præcedentibus ff. de vulgar. & pupill. Corn.
conf.* 90. *num.* 7. *lib.* 3. *Socin. conf.* 57. *fub n.* 4.
verf. ex quibus lib. 3. *Cravett. conf.* 62. *num.* 11.
39 *&* 12. pro quo etiam facit, quia modus, & confue-
tudo loquendi teftatoris plurimum indicat ejus
voluntatem *Jaf. in l. qui filiabus n.* 3. *ff. legat.* 1.
Ruin. conf. 93. *num.* 13. *lib.* 2. *Soccin. Jun. conf.* 3.
num. 42. *lib. prim. Menoch. conf.* 55. *num.* 4. *Hen-
ded. conf.* 51. *num.* 90. *lib.* 2. text. *in l. hæredes
palam* 21. §. *fed etfi notam*, & ibi *Glofs. verb. pa-
tris ff. de teftam. l. fi fervus plurium* 53. §. *fin. ff.
de legat.* 1. & ibi *Glofs. verb. confuetudo*.

Accedit, quod ftante fupraprofita diverfi-
tate inter has duas familias, originariam, & no-
vam, non eft credendum fuiffe ambas a teftato-
te vocatas in dict. *cap.* 7. codicillorum per illa
verba *fuccedat tota domus, & progenies Piccolo-* 40
minea, quæ eum fint numeri fingularis, regulariter
non adaptantur ad plurium familiarum vocatio-
nem, fed ad unam tantum juxta notata ad *l. ubi
numerus ff. de teftib. Ofafc. dec.* 81. *num.* 11. & id-
circo ut ambæ domus, feu familiæ fuccederent,
oportebat quod ita teftator dixiffet per verbum
omnis, & tota de quo ufus fuit in vocatione ma- 41
fculorum, & fœminarum duarum linearum diver-
farum Silvii, & Æneæ, ut fupra dictum manet, vel
per verbum ambæ, vel utraque juxta fententiam
Sabini, quam approbavit Imperator Juftinianus in
l. pen. C. de impub. & aliis &c. ubi omnes notant, pro
ut etiam fecit teftator in *cap.* 72. fui teftamenti,
ubi expreffe declaravit, ut domum quam habebat
in Civitate Romæ poffideret Silvius, & Æneas
communiter, & pro indivifo, quod idem fibi fa-
eile effet exprimere in voeatione utriufque fami-
liæ novæ, & antiquæ fi voluiffet, quod cum non 42
fecerit, intelligendum eft, quod noluit *l. unica* §.
*fin autem ad deficientes C. de cad. toll. l. item apud
Labeonem* §. *ait Prætor. verf. ea enim ff. de injur.*

Ex quibus non eft verifimile voluiffe tefta-
torem in fubftitutione totius domus Piccolomineæ
comprehendere utramque familiam, tam novam,
quam antiquam, eum fecundum verborum proprie-
tatem, & ipfius teftatoris ufum, feu modum lo-
quendi in dict. *cap.* 35. hoc verbum *tota* referri non
poffit ad plures, fed ad unam tantum familiam,
fcilicet novam Pontificiam, de qua ipfe natus erat,
ut fupra probatum fuit.

Et quod dictio *tota* non repugnet, fed con-
gruat vocationi unius ex dictis duabus familiis
tantum, fatentur DD. Informantes pro familia
antiqua in eorum *conf. impreffo* dum *num.* 76. 80.
106. & alibi volunt, quod excepto *cap.* 74. te-
ftamenti in cæteris partibus, ut in *cap.* 52. 69. &
72. & in *cap.* 7. codicillorum in fine, ubi tefta-
tor vocat domum, & progeniem Piccolomineam,
intelligat de veteri tantum familia, & tamen in
omnibus prædictis locis vocat totam domum.

Ad illud, quod fi una tantum domus, & fa-
milia Piccolominea dictis verbis eft comprehenfa,
de antiqua intelligendum fit, quæ vere, proprie, 43
& naturaliter eft familia, non vero de nova, feu
aggregata, quæ eft afcititia, improprie, & ficte
Piccolominea, refpondetur procedere, feu con-
cludere poffe hoc argumentum, fi Jacobus teftator
effet de antiqua familia ad text. in *l. fideicommif-
fum* 75. *ff. de cond. & demonftrat. & in l. fi ita
quis* 53. *in fin. ff. de legat. fecundo*, fed cum te-
ftator effet de nova Piccolominea familia, quæ in-
cepit a Nanne de Tedefchinis ejus patre, qui
poft contractum matrimonium cum Laudomia fo-
rore Summi Pontif. Pii II. illius juffu cognomina-
tus femper fuit de Piccolominibus, relicto cogno-
mine de Tedefchinis, ut fupra diximus, ex quo
tamquam a fonte habuit originem, & principium
dicta familia nova Piccolominea, de hac fine du-
bio fenfiffe credendum erat, eum refpectu tefta-
toris effet vera, & propria ipfius familia Picco-
lominea, quia ex ea ipfemet natus erat, hæc erat
fibi fanguinis vinculo conjuncta, & idcirco cara,
& dilecta, nec ullam aliam habebat propriam fa-
miliam, cum antiqua, ut fupra dictum manet, il-
li prorfus effet extranea, unde, nec verifimiliter
ullo modo ab eo confiderata, cum non origo no-
minis, nec antiquitas, fed ratio fanguinis, & na-
turalis affectionis ejus animum trahere debuerint 44
ad notata in *l. eas ff. de capit. diminut.* ibi *quia
civilis ratio naturalia jura corrumpere non poteft*,

& in §. *sed naturalia instit. de jur. natural. gent. & civil.*

Secundu non obstaut verba *cap.* 74. ibi *vi-*
delicet masculis legitimus, & naturalibus natis ex
stirpe, & sanguine Piccolomineorum, quæ clara di-
cebantur ad cumprehendendum omnes masculos
45 de familia antiqua, quia illa dictio *videlicet* est ta-
xativa, & declarativa præcedentium verborum ge-
neralium ex text. in §. *nos enim inst. de Attiliano*
tutore l. videlicet ff. ex quibus causis majores. Pa-
ris. cons. 17. *num.* 28. *lib.* 3. *Gemin. cons.* 25. *n.* 4.
Grat. cons. 100. *n.* 53. *lib. prim. Cravett. cons.* 310.
46 *lib.* 2. *Cephal. cons.* 300. *num.* 13. *lib.* 2. præsertim
quando id, quod post eam sequitur, idem conti-
net, quod in effectu continebant verba anteceden-
tia, licet minus clara *Bero. cons.* 72. *num.* 8. *lib.* 2.
47 prout in dict. *cap.* 74. ubi illa verba *masculis na-*
tis ex stirpe, & sanguine Piccolomineorum signifi-
cant natos de agnatione, & familia, cum stirps, san-
guis, proles, agnatio, domus, & familia Syno-
nima sint, & idem significantia, ut dictum fuit su-
perius, & per consequens natos de nuva familia
Pontificis, quibus testator legandu agnationi suæ
48 prospexisse censetur ex *Bart. in dict. l. si cognatis*
num. 2. & ibidem *Soccin. num* 32. *ff. de reb. dub.*
cum aliis supracitatis. Cum autem agnati testato-
ris essent nati ex nova familia Picculuminea, non
ex antiqua diversa, & testatori extranea, ut sæ-
pe dictum est, consequens visum fuit dicta verba
significare masculus natos ex nuva familia Piccu-
luminea, quos pariter denotaverat testator per
verba præcedentia *toti domui, & progeniei Pic-*
colomineorum, ut supra firmavimus.

49 In verbis autem declarativis expressit se vo-
care masculos ad tollendum dubium de fœminis,
quæ sunt de domo, & familia *l. voluntas, & l. fin. C.*
de fideic. quos etiam voluit esse legitimos, & na-
50 turales, ut tolleret omne dubium de naturalibus
tantum, qui de consuetudine præsertim Thusciæ
dicuntur de domo, & familia Patris, & portant
quoque insigna familiæ, ex *Bart. in tract. de in-*
signibus, & armis sub n. 13. *Ang. cons.* 30 *n.* 6.
D. Joannes Baptista Lupus in tractatu de illegitti-
mis coment. 1. §. 3. *num.* 66.

Voluit tandem esse natos ex stirpe, & sangui-
ne Piccolomineurum ad excludendum adoptivos,
seu arrogatos, vel arrogandos, si in posterum for-
te contingeret aliquem adoptari, seù aggregari suæ
familiæ Piccolomineæ.

Ad illud quod plus dicebatur in vocatione
51 domus, seu familiæ omnes esse admittendos, qui
de dicta familia ortum habuerint, cum dictum no-
men *familia* sit collectivum personarum, & gra-
duum, ideoque respicere omnes comprehensos sub
dicta collectione, & per dictum nomen significatos,
responsum fuit cessare cum doctrina *Bart. in l. si*
cognatis n. 2. *ff. de rebus dubiis, & in l. peto* §.
fratre n. 1. *ff. de legat.* 2. quem refert, & sequi-
tur *Peregrin. de fideicomm. art.* 22. *num.* 20. &
cum aliis jam citatis, quibus addu *Molin. de pri-*
mogenit. lib. 3. *cap.* 9. *num.* 9. qui tenent, quod
ubi testator jussit in familia relinqui, in dubio in-
telligitur de familia ipsius; & insimul cum supra-
dicta recepta conclusione, quod ubi testator vocat
simpliciter *familiam*, vel *domum*, vel *illos de do-*
mo, seu familia, & sunt plures familiæ ejusdem
cognominis, intelligitur vocasse suam, de qua ipse
descendit, & natus est, ut per *Alex. cons.* 213.
num. 1. *& seqq. vol.* 6. *Curt. Sen. cons.* 40. *n.* 14.
& seqq. & aliis supra citatis.

Tertio respondetur, quod quando in vocatio-
52 ne domus, seu familiæ omnes essent admittendi
per illa verba collectiva *tota domus Piccolominea*,
solum comprehensi erant omnes de familia testa-
toris tunc existentes, & eorum descendentes ex
l. pronuntiatio 195. §. *jure enim proprio, &* §. *com-*
muni jure ff. de verbor. significat. l. cum ita §. *in*
fideicomm. ff. de legat. 2. *l. fin. C. de verbor. signi-*
ficat. Covarr. var. lib. 3. *cap.* 5. *sub num.* 4. *vers.*
quod si dixeris.

Non obstat illud, quod tertio loco conside-
ratum fuit super aliis verbis ejusdem *cap.* 74 ibi
natis ex stirpe, & sanguine Pii II. & III. quate-
nus per illa dicebatur censeri vocatam utramque
familiam, tam originariam, quam novam, & ag-
gregatam, accipiendo contentive familiam dd. Pon-
tificum, ut accipienda erat, cum filiis, & descen-
dentibus carerent, ratione quorum capi posset ef-
fective, seu in specie. Quia supposito, quod hoc
verbum *domus* prolatum a testatore debeat intelli- 53
gi de ipsius familia, seu agnatione ex *Mantic. de*
conject. lib. 8. *tit.* 12. *num.* 25. & sub appellatio- 54
ne familiæ comprehendantur tantum agnati ex
Paul. Castr. in l. cum ita §. *in fideicomm. num.* 2.
ff. de legat. 2. *Paris. cons.* 51. *n.* 7. *&* 8. *vol.* 2.
& sæpe sæpius superius dictum manet, dato, & non
concesso, quod familia dictorum Pontificum acci-
pienda esset contentive, adhuc sub dictis verbis,
natis ex stirpe, & sanguine Pii II. & III. non cen-
sebitur vocata antiqua, & originaria familia, sed
dumtaxat nova, & Pontificis. Quia differentia Do-
ctorum in susceptione familiæ testatoris contenti- 55
ve, seu effective in eo tantum consistit, quod quan-
do interpretatio sumitur de familia testatoris effe-
ctive comprehenduntur omnes ab eo descendentes
ex *Bart.* & aliis citatis a *Peregrin. de fideicomm.*
artic. 22. *num.* 26. *vers. verum. Menoch. cons.* 233.
num. 16. *lib.* 3. *& præsumpt.* 88. *n.* 2. *&* 9. *lib.* 4.
Turrett. cons. 49. *num.* 6. *lib.* 3.

Quando vero interpretatio sumitur contenti-
ve, tunc familia pro agnatione testatoris accipitur,
& non pro ipsius tantum descendentia, & hanc ve-
riorem opinionem testatur *Peregrin dict. num.* 26.
vers. contra vero, ex pluribus, quos ibi refert,
& sequitur.

Sed cum Domini Actores de familia origina-
ria non probaverint se agnatos cum testatore, vel
dd. Summis Pontificibus intra decimum gradum,
imo in voce, & in scripto coram DD. meis se
agnoverint extraneos, ut supra diximus, & agna-
ti tantum succedant usque ad decimum gradum ex 56
§. *fin. inst. de successione cognatorum*, per quem text.
ita tenuit *Soccin. Sen. cons.* 12. *num.* 9. *vol.* 3. re-
cte sequitur non esse comprehensus in vocatione
facta in *cap.* 74. de tota domu, & progenie Pic-
colominea per illa verba *natis ex stirpe, & san-*
guine Pii II. & III.

Quarto non obstat, quod dictum fuit de co-
pula *et*, & quod videbatur posita augumentative,
non copulative, dum in eodem *cap.* 74. dicitur, *&*
ex stirpe, & sanguine Pii II. & III.

Huic namque objectioni occursum fuit dicen-
do, suppositum illud factum a familia originaria,
quod verba *natis de stirpe, & sanguine Piccolomi-*
neorum significent stirpem, & sanguinem antiquo-
rum Piccolomineorum, & sic qualitatem diversam
ab illis, *& ex stirpe, & sanguine Pii II. & III.*,
quæ clare natos de nova familia Piccolominea con-
tinent, erroneum esse, & stare non posse ex su-
pra proxime resolutis in responsione ad secundam
difficultatem, & præsertim quia dum testator di-
xit *toti domui, & progeniei de Piccolominibus*, de
suis Piccolomineis sibi agnatis intellexit, quos pa-
riter significavit in sequentibus verbis videlicet
masculis legitimis, & naturalibus natis ex stirpe,
& sanguine Piccolomineorum, & clarius in ultimis

verbis

verbis expressit, *& de stirpe, & sanguine Pii II.*
57 *& III.* cum igitur copula sit apposita inter diversa
quo ad verba, sed idem in effectu importantia,
non est dicendum, quod stet ampliative, & verificetur
in quolibet copulatorum de per se, sed
quod stet declarative pro *idest Franc.* per illum
text. in *cap. accusatus in 2. notab. de hereticis
lib. 6. Cepoll. cons. criminal.* 17. *num.* 4. ubi ad hoc
plures textus citat *Borz. dec.* 4. *num.* 40. faciunt,
quæ scripsit *Seraphin. de privileg. juram. privileg.*
76. *num.* 7. *&* 8. maxime stante illa dictione,
videlicet, quæ est declarativa, taxativa, & restrictiva
præcedentium, ut supra firmavimus.

Ulterius dictum fuit, quod etiam in casu quo
dicta copula *et* potuisset stare augumentative, non
vero copulative, & sic ex vi illius censeri vocatam
utramque familiam antiquam, & novam [quod
non potest dici, nec supradicta patiuntur] adhuc
talis dictio copulativa non fungeretur officio suo,
quod est, ut omnes personæ copulatæ simul, &
æqualiter vocentur, ut in *l. unica §. his ita, & §.
seqq. C. de cad. toll. & in l. si duobus in prius. de
legat. primo* tradit *Osasc. decis.* 81. *n.* 1. sed suam
58 propriam naturam perderet ex eo potissimum, quia
talis dictio copulativa reperiebatur inter utramque
familiam originariam, & novam, respectu quarum,
& testatoris datur ordo charitatis, & affectionis ex
Jas. in l. Gallus §. quidam recte num. 11. *ff. de
lib. & posthum.* ubi ad hoc dicit glossam communiter
approbatam, & ibi *Bart. num.* 3. *&* 4. *Ang.
cons.* 38. *num.* 2.

Ultimo responsum fuit cessare omnino prædictas
omnes considerationes, & fundamenta deducta
per familiam originariam ex verbo *cap.* 74. testamenti,
quia ad qualitates in illo desideratas respectus
haberi non potest, cum dispositio illius
sit revocata in *cap.* 2. codicillorum, ac propterea
tantum standum esse simplici vocationi de tota domo,
& progenie Piccolominea, de qua in eorum
cap. 7. sine aliis qualitatibus appositis in dict. *capit.*
74. ut supra de jure resolvimus.

Et ex eo, quia cum substantia legati mutata
59 fuerit, etiam mutata, & extincta intelligitur qualitas,
quæ sine substantia non potest subsistere
*l. cum principalis de regul. Juris l. ejus qui in
Provincia ff. si cert. pet.* per quæ jura Ita resolvit
Cephal. cons. 67. *n.* 26. *lib.* 1.

Ad quintum fundamentum familiæ originariæ,
quod ipsa consistere dicebat in pluribus conjecturis
desumptis ex testamento, & tendentibus
in confirmanda opinione, quod soli familiæ novæ,
seu aggregatæ non competant qualitates dispositionis
cap. 74. sed simul uni, & alteri familiæ, tam
originariæ, quam aggregatæ, satis facimus eum responsionibus
circa singulas conjecturas adductis per
Excellentissimum Dominum Informantem Illustrissimi
Domini Comitis Celani in suo primo responso
a *num.* 89. usque ad 126. ad quod brevitati
studendo nos remittimus.

In illo enim, quod laboriosissimum est, eruditionisque
plenum, apparent magni ingenii delitiæ
dicti D. Informantis, tam in diluendis supradictis
conjecturis, quam in fundanda intentione Illustrissimi
Domini Comitis Celani sui principalis.

Quibus unum tantum addere placuit, quod
scilicet ad 4. & 5. conjecturas desumptas ex *cap.* 92.
testamenti nulla consideratio haberi posset, quia
in illo *cap.* sicut in aliis excurrentibus a *cap* 75.
usque ad 95. inclusive cum 99. continentur onera
imposita per testatorem legatariis bonorum Porronæ
contenta in *cap.* 74. quæ bona cum dictis
legatariis adempta fuerint ad favorem Æneæ testatoris
filii, cui eadem bona Porronæ reliquit cum
certis conditionibus, & obligationibus, ut patet
ex *cap.* 2. codicillorum, intrat recepta juris conclusio,
quod sicut dictum legatum fuit in substantia
revocatum, & ademptum legatariis *cap.* 74.
censentur etiam revocata, & adempta onera om- 60
nia eisdem imposita ratione legati dicti, tamquam
accessoria illius, quæ suum principale sequentur
regula accessorium de reg. jur. in 6., & idcircò cessante
principali cessabit accessorium *l. cum principalis*
139. *ff. de reg. jur. Cephal. cons.* 67. *n.* 26.
cum seq. vol. 1. Alias enim starent onera sine ho- 61
nore, seu emolumento, quod esse non potest per
text. *in l. ab eo*, ubi omnes notant *C. de fideicomm.
§. 1. instit. de sing. reb. per fideicomm. relictis*,
ubi non potest quis in plusquam gravari,
quam ex testamento ceperit, & quod amplius est
inutiliter relinquitur, per quem *Text.* ita resolvit
Mantis. de conject. lib. 7. *tit* 2. *num.* 31., ubi alia 62
jura citat. Si igitur dicta onera sunt extincta, &
adempta cum ipsa ademptione legati, & bonorum
Porronæ, non potest ex capitibus talium onerum
validum sumi argumentum, nam non entis nullæ
sunt qualitates, nec qualitas potest esse sine subjecto
l. ejus qui in Provincia 41. *ff. si cert. petat.* 63
Cephal. cons. 68. *num.* 8. *lib.* 2., & per consequens
ex eisdem capitibus non poterit resultare aliqua
conjectura ad favorem familiæ antiquæ, casu quo
vocata dici juridicè posset in dicto *cap.* 74. testamenti,
quod ex resolutis non credidimus, salvis
aliis &c.

Antonius Monacus Prætor.
Hector Felicius motus etiam ex aliis.
Vincentius de Leonardis.
Julius Caballus.
Joannes Baptista Burghesius.
Thomas Enriquez Relator.

ADDITIO.

SUMMARIUM.

1 *Familia vocata, si plures sint ejusdem cognominis, ad eam appellatio restringitur, de qua erat testator.*

2 *Amplia ut neque omnes de illa censeantur vocati, sed solum ii, qui sunt de familia effectiva, quæ ab ipso testatore proficiscitur.*

3 *Limita ut necessario intelligi debeat de contentiva, quando testator non habebat proprios descendentes, vel quando vocatio facta fuit post eorum deficientiam.*

4 *An vero intelligi debeat de contentiva proxima, vel remota remissivè.*

5 *Et quid in his casibus operetur dictio tota apposita vocationi.*

6 *De familia, & linea contentiva, vel effectiva remissivè.*

7 *Naturales ex consuetudine Italiæ dicuntur de familia.*

8 *Non veniunt appellatione proximiorum de domo, vel familia.*

9 *Intellige de stricto juris rigore.*

10 *Limita in testamento condito a Bononiensibus.*

11 *Et in quibus casibus hæc consuetudo procedat.*

12 *De naturalibus, & spuriis remissivè.*

VOcata familia, si plures fuerint ejusdem co- 1
gnominis, ad eam appellatio restringitur, de
qua erat testator, & quam agnovit uti suam *Altograd.
lib.* 2. *cons.* 95. *num.* 90. *de Luc. de fideicommis.
disc.* 50. *num.* 8. *&* 21., ubi excitat in individuo
controversiam, quæ hic deciditur, videlicet,
an ad Juspatronatus fundatum per aliquem
de fami-

de familia Piccolominea adoptate per Piom II.,
veniant illi de antiqua familia, vel è converso.
Amplia ut neque omnes de illa censeantur
2 vocati, sed solum ii, qui sunt de familia effecti-
va, quæ ab ipso testatore proficiscitor *Buldu. t. ad*
Ramon. obsérv 16. *num.* 63 *Palm. Nep. alleg.* 101.
num. 4. *de Luc. de fideicommiss. dict. disc.* 50. *n.* 5.
& disc. 51. *num.* 2. *Torr. variar. jar. quæst. tom* 1.
tit. 2. *quæst.* 39. *num.* 40. *&* 41. *fol.* 393. *& de*
majoratib. par. 1. *cap.* 38. §. 8. *n.* 243. *fol.* 409.
3 Limita quando testetor non habebat proprios
descendentes, vel quando vocatio facta fuit post
eorum deficientiam, quod tunc necessario intelli-
gi debeat de contentiva, & quæ a communi sti-
pite provenit *de Luc. de fideicomm. disc.* 25. *n.* 16.
versic. licet enim. Torr. de majorat. dict. §. 8. *n.* 246.
Rot. decis. 563. *num.* 6. *par.* 18., & in confirma-
toria *decis.* 31. *num.* 18. *par.* 19. *& coram Emerix*
Jun. decis. 1256. *num.* 5. *& decis.* 1335. *num.* 9.
& 10., & dixi supra in *addit. ad decis.* 35. *n.* 19.
& 21.
4 An verò intelligatur de linea contentiva pro-
xima, quæ in fratres testatoris, eorumque filios
protenditur, vel remota, quæ ab ulterioribus a-
scendentibus incipit, vide hinc inde scribentes
apud *Mauf. tonsult.* 368. *&* 369. *Palm. Nep. alle-*
gat. 101. *num.* 13. *Paulut. differt.* 86. *art.* 1. *n* 58.
de Luc. de fideicomm. disc. 249. *num.* 12. *Torr. va-*
riar. jur. quæst. tom. 1. *tit.* 2. *quæst.* 36. *num.* 42. *&*
seqq. & num. 86 *& seq. & num.* 77., ubi signantee
5 quid in his casibus operetor dicho *tota* apposito
vocationi, & abundè dixi supra in *addit. ad dict.*
decis. 35 *num.* 23. *& seqq.*
6 Cætera de familia, & linea contentiva, vel
effectiva, & contrntiva proxima, vel remota, quan-
do censeatur vocata, vel non, vide *Rot. Floren-*
tin. in plenissimis *decis.* 35. *&* 51 soperius im-
pressis, & ea, quæ latissimè adduxi ego in *addit.*
ad dict. decis. 35.
7 Naturales ex consuetudine Italiæ dicuntur de
familia *Rot. Florent. decis* 67. *& decis.* 69. inter
impressas *coram me. Rot. Rom. post eand.* §. 1. *&* 3.
& penes Palm. Nep. alegat. 242 *num.* 14. *versic.*
hujusmodi & in Camen. Cappelinaia 31. *Martii* 1702.
coram de la Tremoille §. *applicaado*, & in illius
confirmatoria 7. *Martii* 1704. §. *potuit coram*
Kaunitz.
8 Quod filii natorales non veniant appellatione
proximiorum de domo, vel familia *Rot. coram*
Ansuld. decis. 100. *num.* 1. *&* 2., & de ratione
num. 22. *& seqq. & post Paulut. dissert.* 28. *dec.* 1.
9 *num.* 15., obi quod hoc procedit de stricto juris
rigore.
10 Limita in testamento condito a Bononiensibus,
nam eom Bononiæ naturales nil quoad communem
æstimationem differant a legitimis, censetur, qood
testator in dobio, & maximè quoad indifferena
vocabulum domus, & familiæ, sese voluerit con-
formare coosuetodini dictæ Civitatis *Rota coram*
Ansuld. dict. decis. 100. *num.* 27. *& seqq.*, ubi ta-
men *num.* 31. *& seqq.* dubitat de veritate similis
consoetodinis, ac plenè declarat io quibus casi-
11 bus eadem posset procedere.
Plura alia de naturalibus, & spuriis vide *Rot.*
12 *Florent.* supra *decis.* 57. *num.* 1. *& seqq.*, ibique
in plena *addit. num.* pariter *pr. & seqq.* cum ibi
relatis, *& decis.* 67. *num.* 6. 10. *& pluribus seqq.*
coram me, & §. 1. *post eand. decis.*

E A D E M

Iisdem die, & Anno.

A R G U M E N T U M.

Vocata familia etiam eom signo oniversali non succedunt omoes simultaneè, & per modum unius corporis, & Collegii, sed ordine successivo, & per modum primogenituræ stantibus circumstantiis, de quibus in decisione.

S U M M A R I U M.

1 *Vocatio plurium sub nomine collectivo censitur facta ordine successivo, non simultaneè.*
2 *Item si agatur de personis, inter quas cadit ordo charitatis, & affectionis.*
Fortius si in probibitione alienationis testator considerevit casum plurium successivè succedentium num. 5.
3 *Testator in dubio intelligitur potius vocare agnatos, quam exteros.*
4 *Verba ambigua deservire debent verisimili menti testatoris.*
6 *Dispositio testatoris revocata plurimum confert ad interpretationem ipsius voluntatis in ultimo elogio contenta, & num.* 25.
7 *Successor in fideicommisso, feudo, emphyteusi, & majoratu, non obstante probibitione alienationis, potest eorum fructus, & commoditatem alienare, & locare ejus vita durante.*
8 *Interpretatio ex qua sequeretur contrarietas, variatio, & correctio testatoris, non est admittenda.*
9 *Nec illa, quæ menti testatoris non consonat.*
10 *Verba numeri singularis denotant vocationem plurium non simultaneè, sed ordine successivo.*
11 *Sobstitutio continens relationem ad aliam substitutionem, & vocationem per similia verba, importat, & refert ordinem successivum contentum in sobstitutione relata, & n.* 14.
12 *Prohibitio alienationis est onus.*
13 *Item modus strictè somptus est onus, largè verò est qualitas dispositioni adjecta.*
15 *Dictio* prout *denotat modum, & qualitatem dispositionis relatæ, & omnimodam similitudinem, & identitatem si potest.*
16 *Et operatur, ut omnia censeantur in referente specificata, quæ sunt disposita in bis ad qoæ babet relationem.*
17 *Relatio repetit omnem qualitatem.*
18 *Relatio fit ad eam partem, cui verba magis congruunt.*
19 *Majoratus ex quo constitutus dicatur.*
20 *In majoratu non succeditur turmatim, sed ordine successivo.*
21 *Probibitionis repetitio continet omnia illi accessoria, & connexa.*
22 *Substitutiones præcedentes declarant subsequentes.*
23 *Maximè cum adsunt verba repetitiva* dicta, *su*prascripta, *& similia.*
24 *Verbum* dicta *est relativum, & repetitivum præcedentium cum omnibus suis qualitatibus.*
26 *Voluntas testatoris declaratur ex dictis ante testamentum.*
27 *Compendiosa comprehendit casum, quo præcedenter vocati succederent, & postea deficerent, & casum, quo deficerent antequam succedere possent.*
28 *Substitutus substituti est substitutus hæredis.*
29 *Et eveniente conditione substitutionis substitutus*
invita-

invitatur ad successionem, prout fuisset primus substitutus si viveret.

30 *Dictiones universales non excludunt ordinem successivum.*

31 *Vocatio facta per nomen collectivum, non obstante dictione universali, intelligitur ordine successivo, & de ratione num. 32.*

33 *Proximitas vocatorum non consideratur in vocatione familia extranea, ut in vocatione propria.*

34 *Intellige tum adsunt dictiones*, simul, una, *vel similes.*

35 *Legatarii, & fideicommissarii dicuntur omnes, qui in aliquem eventum sunt vocati.*

36 *Successor intelligitur gravatus, licet verba solutionis, & gravaminis ad executores dirigantur.*

37 *Verbum* ordo *junctum verbo* succedat *importat prius, & posterius, non autem ordinamenta, & onera ut supra num. 13.*

38 *Relatio fieri non debet ad dispositionem abrogatam, & jam extinctam.*

39 *Testator non præsumitur voluisse extraneos propriis agnatis anteponere.*

40 *Testator legans alicui cum certo onere, censetur recedere ab aliis superius expressis, & de ratione.*

41 *In legatis ultima forma est attendenda.*

42 *Sententia nulla ex superveniente mortis litem agentis pendente judicio, validari nequit, nisi in ejus procuratorem litis dominum effectum dirigatur.*

43 *Alienatio contra voluntatem testatoris facta non valet.*

44 *Et fructus statim subsequta alienatione substituto debentur.*

46 *Legitima purè debetur, & ab ea omne gravamen subducitur.*

46 *Alienatio rei fideicommissaria pro rata detractionum sustinetur.*

DECISIO LXXX.

EXpedito primo dubio ad favorem familiæ novæ, veniendo ad secundum, quo quærebatur, an illi de familia, quæcumque vocata
fuerit a testatore, admittantur ad successionem bonorum Porronæ simul, & semel tamquam unum
corpus, seu collegium, an verò gradatim ordine
successivo, seu per viam primogenituræ.

Dictum fuit pro DD. de familia nova, præsertim per D. Comitem Celani totam dictam familiam non esse vocatam gregatim simul, & semel,
sed ordine successivo unum post alium. Quia ubi
tota familia, vel agnatio vocata est nomine collectivo, talis vocatio ordine successivo facta esse censetur ex *Molin. de primogenit. lib. 1. cap. 6. n. 6. & cap. 5. num. 23. & 24. Clar. in §. testamentum quæst. 76. num. 13.* latissimè *Tiraquel. de retract. lignag. §. 11. gloss. 4. num. 1. & gloss. 6. num. 1.*
1 *Soccin. Sen. cons. 43. n. 8. vol. 3.* dicit communem
Curt. Jun. cons. 11. num. 12. vol. 1. idem *Soccin. cons. 86. num. 8. eodem lib. 3. Cagn. in l. precibus num. 197. C. de impub., & aliis. Soccin. in l. Gallus §. quidam rectè n. 4. ff. de liber. & posthum. Alciat. in l. pronunciatio §. familiæ num. 17. ff. de verbor. signific. Roland. cons. 34. num. 53. vol. 4. Peregrin. de fideicomm. art. 17. num. 35.*, qui omnes
cum pluribus aliis, quos omitto firmant hanc receptissimam conclusionem per text. in *l. peto §. fratre, & in l. cum ita §. in fideicomm. ff. de legat. 2. & in l. fin. C. de verb. signific.*
2 Secundo dictum fuit, quod etiam in casu
vocationis plurium sub nomine collectivo, puta
familiæ, seu domus, inter quos cadit ordo charitatis, & affectionis, nempe quod aliqui sint agnati testatoris, alii verò non, ut contigit in familia
Piccolominea nova, seu agnatione testatoris ordine successivo ob conjunctionem sanguinis, & rationem charitatis, & affectionis ex *Soccin. Sen. cons. 86. num. 8. vol. 3. Corn. cons. 26. num. 3. volum. 4. & cons. 41. num. 6. eod. lib. 4. & cons. 55. num. 4. vol. 1.*, quem *Corn.* sequitur *Peregrin. de fideicomm. artic. 22. num. 27. in fin.* in puncto *Cravett. cons. 131. num. 2.*, & quod in dubio semper 3
testator intelligatur vocare potius cognatos, quam
exteros, idem tenuit *Corn. cons. 41. num. 3. & 4. vol. 4.*, quia hæc est verisimilis mens testatoris,
cui verba, casu quo sint ambigua, & æquivoca, 4
deservire debent ex eodem *Corn. dict. num. 3. & 4. Ruin. cons. 149. num. 12. ad fin. vol. 2.*

Hic ipse ordo successivus satis dignoscitur 5
ex mente testatoris expressa in dicto *cap. 14.*, in
quo loquendo testator de bonis Porronæ, fecit strictam, & perpetuam prohibitionem, quod non possent alienari in totum, vel in partem excepta
alienatione *ad vitam unius tantum, non verò ad vitam plurium successivè succedentium*, quæ verba
apertè indicant unum tantum succedere debere,
& non plures unico actu, sed ordine successivo
unum post alium, alias non considerasset testator
vitam unius tantum, nec plures successivè succedentes.

Et licet superius firmatum fuerit hoc *cap. 74.*
fuisse revocatum per *cap. 1.* codicillorum, & id- 6
circò evanuisse illam dispositionem *cap. 74.* in eaque nullam posse fieri validum fundamentum, tamen non inconveniens esse putavimus interpretari voluntatem defuncti cum supradictis verbis
cap. 74., cum revocata dispositio testatoris plurimum conferat ad interpretationem ipsius voluntatis contentæ in ultimo elogio ex *Bart. in l. ultim. ff. de reb. eorum, & in l. alimenta in princip. ff. de aliment. & cibar. legat. Corn. cons. 275. n. 5. post mediam vol. 4. Mantic. de conject. lib. 3. tit. 20. num. 4. ad fin. Gabr. cons. 97. num. 28. lib. 1.*, ultra quod, ut inferius dicemus, ex aliis locis testamenti non revocatis, ad quæ se refert *cap. 7.*
codicillorum, apparet vocatos fuisse illos de familia Piccolominea nova ordine successivo, & per
viam primogenituræ, non verò simul, & semel
tamquam unum corpus, & congregatio, seu collegium.

Nec obstat sensus allatus a DD. Informantibus familiæ antiquæ prædictis verbis *cap. 74.* ibi
-- *non possint alienari in totum, vel in partem perpetuò, nisi ad vitam unius tantum, & non ad vitam plurium successivè succedentium &c.* -- quod
scilicet non respiciant personam honoratam, quæ
vendat prædicta bona, sed personam emptoris,
vel illius in quem fiat alienatio, ut patet ex eorum consilio impresso a *num. 150.* Quia dicta verba plus verè, & propriè referri debent ad vitam
fideicommissarii alienantis, quam ad vitam emptoris, seu acquirentis, in quo sensu accepta concordant non solum cum ipsa structura verborum,
sed cum mente testatoris, & juris dispositione, cum
qua ipse censetur se conformasse, & secundum
quam omnes, quibus prohibita est alienatio ratione fideicommissi, feudi, emphyteusis, vel majoratus, possunt, non obstante tali prohibitione alienationis, fructus, & eorum commoditatem alienare,
& locare eorum vita durante, ex *Bart. in l. co-* 7
dicillis §. instituto num. 1. ff. de legat. 2. Alexan. cons. 18. num. 3. lib. 3. Tiraquell. lib. 1. retract. §. 1. gloss. 7. num. 4. latè *Molin. de primogenitur. lib. 1.*

lib. 1. *cap.* 21. *num.* 24. *& d. lib. cap.* 20. *num.* 12. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 40. *num.* 210., ubi communem refert.

Aliter verò acceptis, non solum repugnabunt eorum propriæ, & veræ significationi, sed etiam verisimili mente testatoris, secundum quam ita in *cap.* 7. codicillorum, sicut in omnibus aliis testamenti [non tamen revocatis per codicillos] in quibus vocatur tota domus, & progenies Piccolominea nova tam explicitè per enumerationem linearum, ex quibus dicta familia constabat tunc temporis in *cap.* 32. *&* 35. quam collectivè in *cap.* 52. 69. *&* 72. semper testator statim post mortem ultimi fideicommissarii vocat ejus filium masculum ad fideicommissum, quæ voluntas, & dispositio suum effectum sortiri non posset, si talis fideicommissarius venderet bona fideicommisso supposita non ad suam, sed ad emptoris vitam, acquirentisque.

Contigere enim posset in hoc casu, quod emptor dictorum bonorum plus viveret fideicommis-
8 sario alienante, & sic ejus filius succedere non
posset in bonis alienatis, nisi post mortem acquirentis, quæ interpretatio non est admittenda, cum ex illa sequeretur contrarietas voluntatis testatoris, variatio, & correctio, absurdum, & inconveniens consideratum a *Paris. consil.* 7. *num.* 23. *volum.* 2.

9 Item non est sequenda interpretatio, quæ non consonat menti testatoris ex *Corn. cons.* 216. *n.* 4. *post med. vol.* 2.

Ultra prædictam considerationem desumptam ex dicto *cap.* 74. adest alia desumpta ex *cap.* 100. testamenti, quatenus ibi in casu alienationis factæ per aliquem ex supra institutis, seu substitutis immediatè invitatur ad successionem in bonis alienare tentantis, seu alienantis, alius, & sequens proximus institutus, seu substitutus, eidemque liceat
10 propria auctoritate ipsa bona accipere, cum eadem
tamen prohibitione alienationis. Quibus verbis cum sint numeri singularis, pluralitatemque non requirant, nihil apertius dici poterat ad denotandam vocationem unius ordine tantum successivu, & non plurium, qui unico actu simul, & semel succedere deberent tamquam unum corpus, congregatio, seu collegium. Et sic quando relatio *cap.* 7. codicillorum fieri posset ad dictum *cap.* 100. ut DD. Informantes pro familia antiqua tam in scriptis, quam in voce persuadere satagebant, adhuc ex ipso *cap.* 100. familiæ novæ intentio clarior reddebatur.

Apparet utique dictus ordo successivus, & per viam primogenituræ ex *cap.* 7. codicillorum, dum testator deficiente in totum linea Silvii, & Æneæ fecit aliam substitutionem totius domus, & pro-
11 geniei Piccolomineæ non simpliciter, sed eo modo,
& ordine pro ut in dicto suo testamento dispositum, & declaratum est, qui modus, & ordo est, & esse debet per viam primogenituræ, cum talia ab eodem testatore requisitos fuerit in *cap.* 32. 35. 52. 69. *&* 72. sui testamenti, ad quæ pernecesse facienda est relatio *dict. cap.* 7. ex eo quod in eis, & quolibet eorum vocatur ipsa tota domus, & progenies Piccolominea per lineam masculinam, cum prohibitione de non alienando tam explicitè, quam collectivè, ut supra diximus, tum etiam quia in illis datur modus, & ordo succedendi inter voca-
12 tos de domu Piccolominea; modus quia singulis
vocatis est prohibita alienatio, quæ onus est ex
13 *l. filiusfamil. §. Divi ff. de legat.* 1., nam modus
sumptus in stricta, & propria significatione est onus aggravans legatarium, ut per *Bart. in l. quibus diebus* 40, *§. fin. num.* 1. *ff. de condit. & demonstrat.*, largè autem sumptus dicitur omnis qualitas adjecta dispositioni, in qua significatione etiam hic verificatur, quia substitutiones personarum, quas testator fecit de tota sua familia nova descendente a Nanne de Tedeschinis, & Laudomia in *dict. cap.* 32. *&* 35. sunt factæ cum dicta qualitate, ut non possint alienare, sed quod semper succedat primogenitus; ordinem verò fuisse declaratum patet, quia in primo linea Silvii, postea linea Æneæ, deinde aliæ successivè sunt vocatæ, & in singulis lineis dispositum, ut incipiendo a primogenito descendente per lineam masculinam succedatur semper ordine primogenituræ.

Ordo enim in materia plurium explicitè, vel collectivè substitutorum, in qua versantur ultima verba *dict. cap.* 7. importat ordinem succedendi inter illos per prius, & posterius ex text. in *§. si quis autem non implens vers. inordinatum Auth. de hared. & falcid. in l. quamdiu* 68. *num.* 1. *ff. de acquir. hared.*

Manifestum est ergo, quod in *dict. cap.* 32. *&* 35. testamenti substituta est domus Piccolominea, & dispositum quo modo, & ordine debeat succedere, & consequenter ad hunc lucum aptissima est relatio ultima *cap.* 7. codicillorum *in fin.* quatenus ibi substituitur tota domus, & progenies
Piccolominea *eo modo, & ordine, prout in testamen-* 14
to &c. & in terminis, quod substitutio continens relationem ad aliam substitutionem, & vocationem per similia verba importet, & referat ordinem successionis contentum in substitutione relata cum omnibus suis qualitatibus, & modis, tradit *Dec. cons.* 377. *num.* 5. *versic. nec obstat, quod in casu isto*, ubi erat facta substitutio secundum modum, & ordinem suprascriptum, *& consil.* 227, *num.* 3. *Paris. cons.* 37. *num.* 59 *&* 60. *lib.* 2., ubi pariter aderant verba, *modo, & ordine suprascripto. Menoch. cons.* 206. *num.* 295. *&* 369. *lib.* 2., ubi dictum fuerat *ordine quo supra. Cacher. decis.* 23. *sub num.* 40., ubi dictum erat *modis, & formis, ut supra specificatum est*, refert ad idem plures alios *Peregrin. de fideicomm. art.* 29. *num.* 17.

Quibus additur natura dictionis *prout*, quæ
denotat modum, & qualitatem dispositionis rela- 15
tæ ex *Alex. cons.* 282. *num.* 9. *lib.* 5. omnimodamque similitudinem *Gemin. cons.* 29. *sub n.* 1., tam in substitutione, quam in qualitate *Signor. cons.* 22. *num.* 12. *in fin. & num.* 13., imò, & identitatem
si potest *Aug. cons.* 11. *num.* 4., operaturque, ut 16
disposita in testamento, & in capitulis ad quæ habeat relationem, in omnibus, & per omnia censeantur specificata in referente *Alex. cons.* 81. *n.* 8.
& 9. lib. 6. ea enim est vis relationis, ut repeta- 17
tur omnis qualitas relati, ut ex *Bart.*, & aliis tradit *Gabr. cons.* 84 *num.* 3. *lib.* 2.

Vel saltem fiet relatio ultra *dict. cap.* 7. ad
alia *cap.* testamenti 52. 69. *&* 72. in quibus col- 18
lectivè vocatur tota domus, & progenies Piccolominea, ut in *dict. cap.* 7. codicillorum, quia relatio fit ad eam partem, cui verba magis congruunt ex *Gabr. cons.* 118. *num.* 8. *lib.* 2. docet *Gloss. in l. si negotiam* 16. *C. de negot. gestis*. Sed cum nulla alia *cap.* reperiatur in dicto testamento continentia modum, & ordinem successionis in casu mortis respectu totius domus, & progeniei Piccolomineæ, quam illa *cap.* 32. 35. 52. 69. *&* 72. rectè sequitur ad illa 32. *&* 35. in quibus vocata fuit tota domus nominatim per enumerationem linearum, ex quibus tunc temporis extabant, vel ad alia 52. 69. *&* 72. in quibus substituitur collectivè, relationem *dict. cap.* 7. *in fin.* tantum esse faciendam; ex quo sequitur, quod cum in his,
& eorum quolibet vocata fuerit dicta domus Pic- 19
colomi-

colominea per lineam mafculinam cum prohibitione de non alienando, ceuferi ex hujufmodi vocatione mafculorum dictæ familiæ conftitutom primogenium, feo majoratum in bonis Porronæ ex citatia a *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. num.* 35. *ufque ad* 38. in quo majoratu indubitatum eft non
20 poffe fuceedi per plures turmatim, fed ordine fuceeffivo per unum, in quo verificetur qualitas primogeniti, ut ex oliis tradit idem *Molin. lib.* 1. *cap.* 11. *oum.* 8. eireumfcripta adhue ipfa expreffa vocotione per viam primogenituræ, de qua in *dict. cap.* teftamenti, quæ facta urique cenfetur in *dict. cap.* 7. referente ex citatis juribus.

Refultat tandem dictua ordo fucceffivus, & primogenituræ in vocatione domus Piccolomineæ facta in ipfomer *cap.* 7. codicillotum fine alia relatione ad teftamentum, quatenua codieillaror in princip. *dict cap.* 7. declorat fe relinquere ea bona Silvio, & Æneæ cum probibitione alienationis, & qood non poffint aliquo modo alienari, neque ullo umquam tempore, proot in dicto fuo teftamento difpofitum eft in *cap* prohibentibus alienationes, & ubi ordinati funt fubftituti in *cap.* ejufdem teftamenti; cum qua relatione ad reftamentum fine dubio repetere voluit difpofitiunem in eo factam, quod femper fucedat primogenitus mafeulus, quæ in teftamento perpetuo eft conjuncta, & annexa prohibitioni de non alienando; ex
21 quo talia probibirio, & declaratio ordini primogenituræ funt unitæ, & ona affumir de natura alterius ex *Soccin. cuf.* 249. *fub num.* 10. *verf. tertia eft lib.* 2. intelligunrurque in repetitione prohibitionis eepeiita, illi eonnexa, & accefforia, & fic ordo primogenituræ ad *Natt. conf* 296 *n* 4 *&* 7. *lib.* 2. undè non eft dubitandum feeiffe teftotorem in prima parte *dict. cap.* 7. eum relarione ibi ad teftamenrom, fideicommiffum ordine fucceffivo, & per viam primogenituræ in linea legitima, & naturali Silvii, & Æneæ.

Deficiente verò linea legitima filiorum, fubftituir teftator eorum defeendentes mafeulos naturales, & legitimatos, expreffirque, ur fuccedere debeanr fervaro ordine, & more primogenitorum, prour difpofitom eft in dicto fuo teftamento.

Dum igiror teftator, deficiente in torum linea Silvii, & Æneæ, ftatim fubjecit aliam fubftitutionem totius domus, & progeniei Piccolomineæ eo modo, & ordine prout in dicto fuo teftamento difpofirum, & declaratum eft, debet intelligi fubftituta familia, & domus Piecolominea teftaroris oedine fuceeffivo, & primogenituræ juxta modum, &
22 ordinem dd. duarum fubftitutionum præcedentium, de quibus in *dict. cap* 7. quia generalis eft traditio, & recepta doctrina, quod præcedentes fub ftitutiones declarant fubfequentes *l. qui filiabus in princip. ff. legat.* 1. *Curt. Jun. conf.* 70. *num.* 1. *Gabr. conf.* 96 *num.* 17. *lib.* 1. *Surd. confil.* 344. *num.* 16. *lib.* 3. *Rimin. Jun. conf.* 435. *n.* 8 *&* 9. *lib.* 4 *Parif. conf.* 18 *num* 28 *vol.* 2. *Soccin. Sen. conf.* 149. *n.* 10 *verf. fecunda regula lib.* 1. *Mantic. de conject. lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 22. *& lib* 8.
23 *tit.* 18. *num.* 63., maximè quandu teftator ufus fuerit aliquo dictione repetitiva, veluti *fuprafcripta*, vel *dicta*, ut rradir ex aliia idem *Mantic. de conject. lib.* 6. *tit.* 13 *num.* 10 *in fin.* benè *Gabr. conf.* 107. *num.* 8. *&* 9. *vol.* 2.

Et cum talis dictio relariva adfit in fubftitutione domus Piccolomineæ, ut patet in fine *cap.* 7. ibi
24 -- *prout in dicto fuo teftamento &c.* -- quæ eft repetitiva, & relativa præcedentium ex *Parif. confil.* 5. *num.* 43. *&* 44. *vol.* 3 *& conf.* 86. *num.* 36. *vol.* 2. *& conf.* 1. *num.* 131. *vol.* 3. *& confil.* 37. *num.* 59. *vol.* 2. *& conf.* 157. *num.* 19. *vol.* 4. habetque relationem ad fuperiora cum omnibus qualitatibus fuis ex *Roland. conf* 34. *num.* 31. *&* 32. *vol.* 4. *Aret. conf.* 21. *num.* 2. fic *Cephal. conf* 107. *num.* 3 *lib.* 1. coufequens eft teftatorem fe retuliffe ad eumdem ordinem primogenituræ contentum in prædicta, & antecedenri fubftitutione facta filiis naturalibus Silvii, & Æneæ ex *Marcabrun. conf.* 54. *num.* 14 *& feqq. Rimin. Jun. confil.* 544. *num.* 20. *& feqq. lib.* 5. *Peregrin. conf.* 23. *fub num.* 7. *lib.* 3. faciunt benè, quæ fcripfit *Parif. conf.* 37. *num.* 59. *&* 60. *vol.* 2. quapropter non foir vifum reftatori amplius exprimere ordinem fucceffivum, & primogenituræ inter illos de familia toties expreffum, tam in fubftitutionibus præcedentibus ejusdem *cap.* 7., quam in aliis *cap.* teftamenti, ad quæ relationem habet.

Prædictia confonat alia conjectura, quæ defumitur ex teftamento præfati D. teftatoria de anno 1490. licee poftea revocato, quatenus in eo obfervavir teftaror prædictum ordinem fucceffivum, & primogenitoræ refpectu bonorum Porronæ, &
ideircò quando ex codicillis refultaret aliquod 25
dubium in colligenda voluntate reftatoria circa modum fuccedendi in dictis bonis, aptè declarari poterat ex præfato teftamento revoeato ex *Soccin. Jun. conf.* 167. *num* 20. *vol.* 2., ubi cum *Bart. in*
l. 2. *num.* 30. *ff de vulgar. & pupillar.* tenet vo- 26
luntarem teftatoris declarari ex dictis per eom ante teftamentum *Mantic. de conject lib.* 3. *cap* 30. *num.* 4., ubi in *verf. fed licet ex teftamento* tenet, cum *Cravett. conf.* 113 *in fin.* ex teftamento revocato deduci poffe argumenrom ad deelarationem pofterioris voluntatis, cum fit verifimile idem fenfiffe reftatorem, *Corn. conf.* 275. *num.* 5. *poft medium verfic. quod vol.* 4. pluribus exornat *Gabr. conf.* 27. *num.* 28. *vol* 1.

Ultima, & principalis conjectura fuit reftatorem intellexiffe vocare familiam ordine fucceffivo, & primogenitoræ, quando toram domum Piccolomineam vocavir, ut elarè colligitur ex *cap.* 53. teftamenti, quia in *cap.* 52. vocavit ad Viearia tum Campurfelvoli Æneam, poftea Silvium, & eorum lineas primogenitas, & deinde filios D Andreæ fervato fempee ordine primogenituræ, & prædictis deficientibus fubftituir rotam domum Piecolomineam, cum prohibitione ut fupra; in *cap* verò 53. difpofuit, quod fi cafus eveniret, quod ex dd. Silvio, & Æneæ, non effet, feu non reperiretur primogenitus, tunc fuccedat alius filios mafeulus fecundus, vel tertius genitus, donec fupererit linea mafculina legitima, & naturalis dd. Silvii, & Æneæ, & ftatim fubdit -- *& fimili ordine fuccedatur per alios mafculos legitimos, & naturales defcendentes ex aliis fupra fubftitutis dd. Silvio, & eorum, & cujufcumque eorum pofteritati legitima, & naturalis, ut fupra, & fimili modo intelligatur in filiis præfati D. Silvii in eorum fucceffione* -- Hæc enim ulrima claufula -- *& fimili modo* -- declarat ordinem fuccedendi per viam primogenitoræ inter omnes fubftitutos Silvio, & Æneæ, & eorum pofteritati; prædictis autem funt fubftituti, nedum filii D. Andreæ, fed etiam tota domus Piccolominea, ut prius ex *dict. cap.* 12. ergo etiam illi de domo Piceolominea debent fuccedere fervato ordine primogenituræ.

Nec diei poteft, quod dicta claufula refferatue tantum ad immediatè fubftitutos Silvii, & Æneæ, & fic ad filios D. Andreæ non autem ad domum Piccolomineam, quæ non fubftituitur immediatè Silvio, & Æneæ, atque eorum pofteritati, fed filiis, & defcendentibus D. Andreæ, & in eorum defectum.

Quia domus Piccolominea fine dobio fuit fub-

stituta etiam Silvio, & Æneæ, eisque etiam imme-
diatè potuit succedere, si contigisset, prout con-
tigit, quod linea Silvii, & Æneæ deficeret post
27 extinctam lineam filiorum D. Andreæ, substitutio
enim familiæ in defectum omnium supranomina-
torum est compeodiosa, comprehendens casum,
quo præcedentes vocati succederent, & postea
deficerent, & casu quo defieerent antequam succe-
dere possent *Castr. cons. 152. lib 1. Soccin. Jun.
cons. 100. num. 6. & 7. lib. 1. Gabr. consil. 117.
sub num. 16. lib. 1. Peregrin. art. 15. n. 5. & per
tot.*, cum igitur domus Piccolominea sit substitu-
ta etiam Silvio, & Æneæ, & eorum lineis, & ho-
die immediatè illis succedat, eo quo lineæ filiorum
Andreæ prædecesserunt, expeditum videtur, quod
etiam inter illos de dicta domo Piccolominea est
datus ordo succedendi per viam primogenituræ vi-
gora dictæ clausulæ -- *& simili ordine* --

Præterea non dicit testator, quod ordine pri-
mogenituræ succedant tantum substituti immedia-
tè Silvio, & Æneæ, sed simplicitar substituti illis,
& sic sive sint illis substituti immediatè, sive ma-
diatè, quia omnes dicuntur substituti dd. Silvii,
& Æneæ, ut notant *Imol. Paul, Castr. Bart.* com-
muniter alii in *l. cohæredes 41. in princip. ff. de
vulgar. & pupillar.* tradunt *Corn. cons. 35. n. 28.*
28 *vol 2.*, & plures alii, quos refert, & sequitur
Gabr. cons 115. num. 4. vol. 1., qui omnes con-
29 cludunt substitutum substituti, etiam substitutum
hæredis, evenienteque conditione substitutionis,
ultimo loco substitutum invitari ad successionem bo-
norum, prout fuisset invitatus primus substitutus,
si viveret, quapropter etiam si domus Piecolomi-
nea esset substituta Silvio, & Æneæ mediate, ve-
nit tamen in *dict. cap.* sub nomine substitutorum.

Et confirmatur apertè, quia in *cap. 52.* pri-
mo vocatur Æneas, & ejus linea, postea Silvius, &
ejus linea, deinde filii D. Andreæ, & eorum lineæ,
postaa tota domus Piccolominea, & sic filii D. An
dreæ non sunt substituti immediatè Æneæ, & ejus
lineæ, quia est in medio substitutio Silvii, & ajus
lineæ, & tamen non negant DD. Informantes pro
familia antiqua, quod in *dict. cap. 53* pro substi-
tutis Silvio, & Æneæ filii D. Andreæ accipiantur,
& tamen respectu Æneæ, & ejus lineæ sunt substi-
tuti madiatè; ita ergo nomine substitutorum Sil-
vio, & Æneæ veniet domus Piecolominea, quam-
vis mediatè tantum illis diceretur substituta, &
consequenter debebit intar illos de dicta domo
servari ordo succedendi per viam primogenituræ
vigore dictæ clausulæ - *& simili ordine* --

Confirmatur hoc idem, quia si dicta clausula
-- *& simili ordine* -- referretur tantum ad filios
D. Andreæ, superflua omninò foret, quia in eo-
rum substitutione contenta in *cap. 52.* plusquam
satis erat expressum - *quod si non adesset primoge-
nitus, succederet alius secundus genitus, vel tertius
genitus, donec superesit linea masculina d. D. An-
dreæ* -- ut patet ex lectura dictæ substitutionis;
quapropter declaratio fuit potius necessaria, pro
substitutione domus Piccolomineæ, & ita inter
pretandum, ne videatur testator superfluam, &
inutilem fecisse declarationem in *dict. vers. & si-
mili ordine*.

Si igitur ordo primogenituræ est attendendus
in hujusmodi successione bonorum Porronæ, rectè
infertur non esse vocatam familiam Piccolomineam
simul, & semel tamquam unum corpus, seu Col-
legium, sed unum post alterum, in quo verificetur
qualitas primogeniti, ut supra probavimus cum
Mol. lib. 1. cap. 11. num. 8., quæ qualitas cum
verificetur in D. Alphonso Piccolomineo Comite
Celani, qui per viam primogenituræ descendit ex
linea Ducis Amalphiæ fratris testatoris, ut consti-
tit ex processu, & pro indubitato transivit, ex-
tincta jam penitus linea descendente testatoris ex
Silvio, & Ænæa per obitum D. Scipionis, illum
præferendum duximus in successiona dd. bonorum
Porronæ, exclusis cæteris prætendentibus, nempe
familia antiqua, & originaria, tamquam non vo-
cata a testatore, & D. Ferrante uti veniente ex
linea Marchionis Lecceti secundo geniti Ducis A-
malphiæ.

Quibus non obstant in contrarium adducta, &
primo quod conclusio desumpta a *DD. in l. peto
§. fratre ff. de legat. 2. & l. cum ita §. in fidei-
commisso* eodem titulo, non procedat in casu no-
stri testāmenti, in quo vocata fuit tota domus, &
familia, cum hac conditione, & signo universali
-- *tota* -- quæ copulat, & conjungit omnes, & ideò
requirit concursum omnium copulatorum, qui
concursus repugnat ordini successivo, illique com-
modè adaptari non potest, nam responsum fuit ex
mente testatoris, & propria, veraque significatio-
ne dicti verbi -- *tota* - illud non posse varificari
plusquam in una, eademque familia testatoris sibi
agnata, & sanguine conjuncta, & non in alia sibi
axtranea, qualis est antiqua, & originaria, ut su-
pra de jure probavimus.

Secundo quod dictiones universales non ex-
cludunt ordinem successivum, cum sui natura in-
sint, nam qui vocat domum de Bardis, dicitur vo- 30
casse omnes de ea, ex *Bald. in l. 1. num 4. C. de
conductorib. lib. 11*, quem sequutus fuit *Cagnol. in
l. precibus n. 297. C. de impub & aliis &c.* ubi tenet
quod etiam si omnes de domo dicantur vocati,
seu substituti, proximiores tamen tantum grada-
tim admittantur.

Et in terminis, quod non obstante dictione 31
universali adjecta vocationi factæ per nomen col-
lectivum, talis vocatio intelligatur facta ordine suc-
cessivo, tenuit *Anchar. cons. 339. sub num. 8. ver-
sic. sed his non obstantibus*, ubi loquitur in casu re-
licti omni suæ posteritati *Ruin. cons. 149. n. 8. 10.
& 12. lib. 2. Paris. cons. 51. num. 3. 12 & 14
cum seqq. vol. 8. Molin. de primogenit. lib 1. cap 6.
sub num. 6.* loquens in vocatione totius familiæ
Jul. Clar. in §. testamentum quæst. 76. num. 13.,
ubi loquitur in substitutione omnium de familia
testatoris; ratio esse poterit, quia expressio dictio-
nis universalis, quæ tacitè inerat, nihil debet o- 32
perari *l. 3. ff. de legat. 1. Alex. cons. 121. num. 3.
& 12 lib. 2.*

Nec obstat secundum fuodamentum, quia li-
cet verum sit, quod familia originaria sit axtra- 33
nea testatori, & in vocatione familiæ extraneæ non
consideretur proximitas vocatorum, ut præsumitur
in vocatione propriæ familiæ testatoris cum *Bart.
in l. si cognatis num. 5. ff de reb. dub.* tamen hoc 34
procedere posset, quando constaret de vocatione
utriusque familiæ Piccolomineæ, tam novæ, quam
originariæ, cum aliqua ax his tribus dictionibus
-- *una, simul, cum* -- tunc enim omnes de dictis
familiis intelligerentur vocati simul, & semel, non
verò ordine successivo, ut latè prosequitur *Imol.
in l. Gallus § quidam rectè a num 17.* maximè
num. 19. ff. de liber. & posthum., sed cum hic non
simus in hujusmodi vocatione cum aliqua ex di-
ctis dictionibus, & ex superius resolutis constet so-
lum fuisse vocatam totam familiam novam ordine
successivo, & per viam primogenituræ, de dicto fun-
damento non curandum duximus.

Tertio non obstant considerationes factæ cum
cap. 91., & aliis dependentibus a *cap. 74.*, ubi te-
stator loquens fuit cum legatariis bonorum Por-
ronæ, quasi ex eo intelligatur plures fuisse voca-

tos ad

tos ad dicta bona simul, & semel tamquam unum corpus, & congregatum, seu collegium, non verò gradatim ordine successivo, multipliciter namque responsum fuit.

Primo quia ex *dd. cap.* concludenter, & necessariò non excluditur ordo successivus, etiam respectu *dict. cap.* 74. nam cum testator sub nomine collectivo vocasset omnes de tota domo, & progenie Piccolominea, ordine tamen successivo, omnes legatarii dici poterant, licet non omnes puri, sed conditionales, nimirum successuri post proximiores, qui tamen legatarii sunt ex *l. Paulo* 27.
34 §. 1. *ff. de legat.* 3. *Ruin. cons.* 174. *n.* 10., & non est dubium, quod substituti fideicommissarii, & legatarii dicuntur omnes, qui in aliquem eventum sunt vocati, licet adhuc casus non venerit, ex quo colligitur, quod licet testator illos de domo, & progenie Piccolominea vocet legatarios, non exindè sequitur, quod omnes purè, & simul vocaverit, sed tales appellari potuerunt, quia omnes de dicta familia nova erant vocati, & omnibus erat relictum ordine successivo qui etiam or-
35 do ex eo non excluditur, quod dicti legatarii graventur ad multa solvendum, & faciendum, quia testator, qui non confidebat de Silvio, & Ænea ejus filiis existentibus in primo gradu successionis, ut bene suadetur ex *cap* 108 *&* 109 testamenti, ordinavit contenta in dicto *cap.* 91. accommodata omnia, ut ex illo patet, ad meram executionem voluntatis testatoris, non verò ad hoc, *ut* omnes congregandi de domo, & familia Piccolominea deberent statim simul succedere in bonis, de quibus in dicto *cap.* 74; ad eos enim diriguntur verba tamquam executores, soluturos tamen de fructibus bonorum ad primos, & proximiores succes-
36 sores pertinentium, ita ut dicti primi successores intelligantur gravati, licet verba solutionis, & gravaminis ad executores dirigantur ex *l. peto* 71. §. *mater ff. de legat.* 2. *l. si servus legatus* 181. § *qui margaritam ff. de legat.* 1. *Alex cons.* 105. *sub num* 5. *vers. non obstat etiam lib.* 1

Secundo, quia ad hoc ut validum sumi posset argumentum ad favorem familiæ antiquæ ex *capp.* testamenti dependentibus a *cap* 74., qualia sunt excurrentia a *cap* 75. usque ad 93 inclusive, cum *cap* 99. oportebat ad illud congruè posse fieri relationem *cap.* 7. codicillorum ibi -- *Succedat domus tota, & progenies Piccolominea eo modo, & ordine, prout dispositum, & declaratum est. &c* -- Quod nullo modo credidimus ex pluribus; primo, quia testator se refert ad ea *capp.*, in quibus vocatur tota domus, & progenies Piccolominea per ordinem declaratum in ejus successione ibi -- *Succedat modo, & ordine, prout in dicto suo testamento declaratum est* -- ergo ad supracitata *capp.* 32 35. 52. *&* 69, & non ad *cap.* 74 nam in illis vocata est tota familia nova per ordinem successivum, & per viam primogenituræ in illis declaratum, in *cap* verò 74 legatum est factum domui Piccolomineæ, sed nullus inter illos de domo declaratus fuit ordo succedendi, adeò quod prætendat familia antiqua se vocatam simultaneè tamquam unum corpus, seu Collegium, absque ullo ordine succedendi.

Parvi faciendam duximus interpretationem allatam a dicta familia antiqua prædictis verbis -- *eo modo. & ordine* -- quod scilicet intelligerentur de ordinamentis, & oneribus adjectis domui Piccolomineæ in dicto *cap.* 74. *& seqq.* cum hujusmodi interpretatio sit contra propriam verborum signi-
37 ficationem in dicto *cap.* 7. codicillorum. Non enim potest in jure verificari, quod verbum -- *ordo* -- junctum alteri verbo -- *succedat* -- accipiatur pro ordinamentis, & oneribus, cum importet prius, & posterius, & sic ordinem successivum, utrumque applicatum pluribus personis diversorum graduum vocatis sub nomine collectivo -- *tota domus, & progenies Piccolominea* -- quod sui natura habet implicitum ordinem successivum ex *l. cum ita §. in fideicommisso, de legat.* 2. *l. fin. C de verb. significat.* Dicta igitur verba, & subjecta materia necessario convincunt testatorem loquutum fuisse de ordine successivo declarato in testamento inter illos de domo Piccolominea vocata, prout in eodem sensu talia verba semper accepit, ut in *cap.* 53. 69. *&* 100.

Prædicta confirmantur, quia in dicto *cap.* 7. codicillorum habetur relatio ad testamentum respectu substitutioni factæ de domo Piccolominea in casu mortis, at in *cap.* 74 nulla est facta substitutio domus Piccolomineæ in casu mortis alicujus, sed est ipsi domui immediate a principio relictum legatum, & in casu tantum alienationis substitutus Dux Amalphiæ, & alii nominati, & cum ipsis simul filii filiarum testatoris, qui non erant de domo Piccolominea, unde necessario recurrendum erat ad *cap.* 32. 35. 52. *&* 69. in quibus tota domus, & progenies Piccolominea est substituta in casu mortis.

Idem utique clarius convincitur, quia *cap* 74. 38
ut jam diximus, est revocatum per *cap.* 1. codicillorum, idcirco relatio non debet fieri ad illud, cum contineat dispositionem abrogatam, & jam extinctam ex *Surd. cons.* 440 *n* 55. *lib.* 3 *Carol. Bardellon. cons.* 21. *num.* 47. qua revocatione stante, non est dicendum idem *cap* 74. continere aliquam dispositionem, & tamen codicillator se retulit ad *cap.* testamenti, in quibus illi positum est, ut sunt verba clara dicti *cap* 7. *in fin.* Igitur recurrendum non putavimus ad dictum *cap* 74 sed ad alia *capita* non revocata, qualia sunt 32. 35. 52. & 69., ad quæ omnino credidimus testatorem voluisse se referre, cum in eis aperte declaretur ordo successivus, & per viam primogenituræ, putantes absurdum illa relinquere, & recurrere ad *cap* 74. revocatum, ex qua revocatione ostenditur mutatio voluntatis, quam mutationem ipse testator etiam ingenue confessus fuit in principio codicillorum, ibi -- *voluntate mutata &c.* -- quæ potuit esse in hoc ipso, de quo controvertitur, quia scilicet testator amplius vocare noluit antiquam familiam, casu quo de illa etiam cogitaret in dicto *cap.* 74 sed in se reversus voluerit in codicillis prædicta bona filiis, & propriis descendentibus relinquere, & postea cæteris omnibus transversalibus de dicta familia nova ordine successivo, & primogenituræ, prout eisdem, & eodem modo, & ordine in testamento cætera omnia bona, vel saltem capita insigniora reliquerat.

Accedit urgens conjectura pro relatione *dict. cap.* 7. *in fin.* facienda tantum ad illa *capp.* testamenti 32. 35. 52 & 69. Nam codicillator in dicto *cap.* 7. se refert ad modum, & ordinem declaratum in testamento; at in dd. quatuor *capp* ipse- 39
met testator dicit se facere declarationem, quando in principio singulorum constituit fideicommissum prohibendo bona alienari, & disponendo quod semper succedatur ordine primogenitoræ. Ait enim se relinquere singula illa bona cum hac conditione, & declaratione, quod non possint alienari, sed semper succedat primogenitus; & idcirco quando testator in codicillis se retulit ad modum, & ordinem declaratum in testamento, sine dubio intellexit de prohibitione alienationis, & ordine primogenitoræ, quas testator fecit in dictis quatuor *capp.* 32. 35. 52. *&* 69. in principio per modum declarationis, sed uti-

que de relationa ad eadem quatuor *capita*, cum eis tantum congruat, non vero *cap.* 74. revocato, & in quo nullo modo verificari potest rationibus prædictis, & ex eo quia in dubio dicta relatio *cap.* 7. *in fin.* facienda erat ad illam partem testamenti, quæ magis conveniat cum verisimili mente testatoris, qui præsumitur noluisse extraneos propriis agnatis arctissimo sanguinis vinculo conjunctis, & carissimis anteponere, nec cum eis concurrere ex *Ruin. cons.* 164. *num.* 4 *lib.* 2. cum aliis a nobis superius citatis, & quod in hac Tenuta bonorum, & Castri Porronæ redditua insignis, & nobilissimo palatio Senis sito voluerit succedi ordine primogenituræ, quæ duo bonorum capita aptissima erant ad conservandum splendorem, & decus familiæ suæ novæ Piccolomineæ.

Idcirco ad persuadendam relationem ad dictũ *cap.* 74. nullius momenti censuimus, quod in codicillis de iisdem bonis tractetur, de quibus in dicto *cap.* 74. Hoc enim considerabile esse posset, nisi rationes, & fundamenta prædicta concurrerent, quæ relationem ad dictũ *cap.* 74. evidenter excludunt, insimulque ostendunt eam congruentius fieri debere ad prædicta cætera *capita*. Item urgeret identitas bonorum pro relatione ad dictum *cap.* 74. si codicillator designaret bona ipsa in dicto *cap.* 7. *in fin.* quod non credidimus quia bona sufficienter expressit in *cap.* 1. *&* 7. codicillorum, & quod solum in dicto *cap.* 7. *in fin.* se retulit ad testamentum pro repetendo, seu ostendendo modo, & ordine succedendi declarato in eodem testamentu, quia talis modus succedendi non fuit expresse datus per testatorem respectu totius domus, & progeniei Piccolomineæ, nec cæterorum omnium prætendentium vocatorum, & substitutorum in ipso *cap.* 7. sed tantum per relationem ad testamentum, ut ex illo videre est.

40 Adjecimus, quod eo ipso, quod testator in *cap* 1. codicillorum reliquit Æneæ dicta bona Tenimenti, & Castri Porronæ cum certis conditionibus, & obligationibus ibi expressis, omnia alia onera, cum quibus dicta bona reliquerat in *cap.* 74. quæ continentur in dd. *capp.* 75. usque ad 93. insimul cum 99. non solum non censentur reperita, sed ab illis intelligitur esse recessum, ex text. *in l. si mihi, & tibi* 11. §. *in legatis ff de legat.* 1. cum aliis congestis ab *Angelo consil.* 294. *num.* 6 *incipien. quoniam in ultimis voluntatibus*, ubi in terminis; ratio est, quia ultima voluntas primam corrigit, cum addit, vel minuit, ex *gloss. in dict. l. nihil* 17. *verb. corrigere ff. de adim. legat.* ut fecit testator, qui ex conditionibus, & oneribus, cum quibus gravaverat totam domum Piccolomineam in *cap.* 74 & seqq. minuit nonnulla Æneæ in codicillis, ut ex calculo dd. onerum apparet.

41 Item quod in legatis attendenda sit ultima forma, seu scriptura, quando ex intervallo fuerit, tenuit *Paul. Castr. in l. quod tradi* 86. *num.* 3. *ff de condit. & demonstrat. Ceph. cons.* 67. *num.* 17 *&* 18. *vol* 1. *& cons.* 124. *num.* 1. faciunt, quæ tradit *Peregr. de fideicomm. artic.* 16 *n.* 32. *&* 36. Et idcirco nullam considerationem fieri posse censuimus de dicto *cap* 91. nec de aliis testamenti, in quibus gravati fuerunt legatarii bonorum Porronæ, maxime post completa onera imposita in codicillis Æneæ ultimo legatario dd. bonorum, ut credere fas est, cum sint elapsi plusquam centum anni a tempore codicillorum, & per consequens nullam conjecturam resultare posse ex dicto *cap.* 91. ad favorem familiæ antiquæ, cum revocatum fuerit insimul cum *cap* 74. tamquam accessorium illius, ab eoque dependens in dicto *cap.* 1. codicillorum, ut supra resolvimus.

Quo fit, ut ex prædictis, & aliis &c. Excellentissimi, & Colendissimi Domini mei retulerint Clarissimis Dominis Consiliariis Supremi Magistratus Tenimentum Castri Porronæ una cum ejus territorio, juridictione, patronatu, & aliis suis juribus, & pertinentiis fuisse, & esse subjectum fideicommisso inducto in testamento, & codicillis dicti quondam Illustrissimi D. Jacobi testatoris, & tam per alienationem de Castro, & bonis prædictis olim factam a dicto Illustrissimo D. Scipione in Sacram, & Illustriss. Religionem Militum Divi Stephani de anno 1590. pro dote Prioratus Pisarum, quam etiam per obitum ipsius D. Scipionis ultimi possessoris, dictum fideicommissum fore, & esse purificatum in personam dicti Illustrissimi D. Alphonsi Comitis Celani, tamquam primogeniti ex recta linea descendentis ab Illustrissimis DD. Amalphiæ Ducibus, & ad eum, seu ad D. Bernardum Guidum ejus Procuratorem Dominum litis effectum absoluta spectare, & pertinere prædicta bona, exclusis penitus cæteris aliis prætendentibus; & propterea condemnandam fuisse, & esse dictam Illustrissimam, & Sacram Religionem Sancti Stephani, & ejus Ministros, & quemcumque alium detentorem, & occupatorem prædictorum bonorum ad illa libere dimittendum, & restituendum dicto D. Bernardo Guido modis, & nominibus prædictis, una cum fructibus ex dictis bonis perceptis, vel qui percipi potuerunt a die obitus dicti D. Scipionis citra liquidandis in executione sententiæ, & utique condemnandos esse Creditores DD. Scipionis, & Alphonsi Piccolominei, eorumque fidejussores in causa citatos ad restituendum omnem, & quamcumque pecuniarum quantitatem ad eosdem perventam ex fructibus, seu pensionibus dicti Castri & Tenimenti; reservatis juribus tam dictæ Illustrissimæ, & Sacræ Religioni, quam dictis prætensis Creditoribus, talia qualia sibi competant pro prætensa detractione legitimæ, & trebellianicæ, nec non melioramentorum, si quæ adsint, experienda in executione sententiæ, partes ab expensis absolventes &c.

Retulimus sententiam formandam, & concipiandam esse in personam Procuratoris dicti D. Comitis Celani effecti domini litis, quia informati fuimus mortuum esse dictum D. Comitem pendente judicio, qua morte superveniente aliter valide formari non poterat, ut in puncto tradit *Paul. Castr. in l. si decesserit num.* 5. *ff. qui satisdare cog.* & multis comprobat *Vant. de nullit. tit. ex defectu jurisdictionis ord. num.* 106. 42

Condemnatio Illustrissimæ, & Sacræ Religionis
Divi Stephani in restitutione dd. bonorum cum
fructibus perceptis, vel qui percipi potuerunt a
die obitus dicti Illustrissimi D. Scipionis citra, in
eo fundata fuit, quia supposito, quod dd. bona erant
in dicto testamento subjecta perpetuo fideicommis-
so ad favorem descendentium, & agnatorum te-
statoris per viam primogenituræ cum strictissima
prohibitione de non alienando, talis prohibitio
facta cum dicta causa, & respectu, valida est, juxta
text. *in l. filiasfamilias §. Divi ff. de legat.* 1. Et
idcirco alienatio contrafacta non valet ex *l. peto* 43
§. fratre ff. de legat. 2. *l. cum pater § libertas eod.
tit. Molin. de primogenit. lib.* 1. *cap.* 12. *a num.* 30.
refert communem, *Gom l.* 40. *taur. num.* 38 *Men-
coch. de success. lib.* 1. §. 10. *num.* 87. Secutaque 44
alienatione licet statim fructus debeantur substitu-
to, ut ex aliis refert communem *Peregr. de fidei-
comm. art.* 49. *num.* 108. tamen quia dicta Sacra
Religio non possedit supradicta bona, nisi a die obi-
tus dicti Illustrissimi D. Scipionis, ut colligitur
ex processu; idcirco illam tantum condemnavimus
in re-

in restitutione fructuum a tempore dicti obitus D. Scipionis.

Reservavimus sua jura talie qualia tam dictæ Illustrissimæ, Saeræque Religioni, quam dd. prætensis Creditoribos pro prætense detractione legitimæ, & trebellianicæ experienda io executione sententie, illa tamen non retardeta, quia casu qoo dictos D. Scipio alienans, ejus conditionis probaretur esse, ut legitime in bonis testatoris sibi deberetur, recte alienare poterat osque ad concurrentem quantitetem legitimæ, & alienatio simpliciter facta in eem impotaretur; retio esse po-
45 terit, quie legitima pure debetur, & de ea subducitur tam gravamen fideicommissi, quam quodlibet aliud ex *l. qaoniam C. de iaofficios. testamente*, & sic in puncto tradiderunt *Bald. Cuman. Soccin. Alex.* & alii, quos refert, & sequitur *Peregr. ar-*
46 *tic.* 39. *aum.* 2. ubi *uam.* 3. & 4. tenet cum eliis, trebellianicam similiter deduci posse, & elienationes bonorum immobilium pro illius rata substineri posse ad cummodum possessorum, partes ab expensis absolvimos ob insignia juris dubia in ea discussa.

Ex quibos &c.

Antonius Monacus Prætor.
Hector Feliciuc motac etiam ex aliis.
Vincentius de Leonardis.
Julius Caballus.
Joannes Baptista Burghesius.
Thomas Enriquez Relator.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Exornatur in hac additione cum suis ampliationibus, & declarationibus conclusio, en, & quando vocatio plurium per nomine collectiva intelligatur facte simoltaneè, vel ordine successivo.

SUMMARIUM.

1 Contra decis. Monach. 70. & 72. *fuit a* Rota Florentina *judicatum.*
2 *Et ideo ejus opinio tenenda non est.*
3 *Scripserunt pro hac decisione* Rov. Boccafer. & Marescott. &c.
4 *Vocati aomine collectivo uoa intelligutur vocati simul, & semel, sed successive, & cam prælatione proximioric respectu gravati.*
5 *Vocata universa familia, admittuntur prius illi de effectiva, qui sunt proximiorec, postea illi de contentiva.*
6 *Limita, si familia vocata sit cam signo universali* -- tota -- *vel simili.*
7 *Vocatis liberic, & aliic per verba collectiva, censeatur vocati non simultanee, sed ordine successive.*
8 *Secus, si vocatio facta sit per verba appellativa, & de personis, iater quac non cadit ordo necessitatis, sed solum charitatis, & affectionis, velacè si vocati sint fratres, vel nepotes ex eis, eorumque filii.*
9 *Item quando vocatio facta est de personis, respecta quarum aoa cadit ordo necessitatic, nec charitatis, quia sint extranea testatori.*
10 *Vocatie facta de filiis, & nepotibus ab eo, in que cadit orde aecessitacis, quia eos iastituere tenetur, non censetur facta simultanee, sed ordine successive.*
11 *Necessitas iastituendi non cadit in descendentibus, qui non sunt legitimi, & naturalec, ideo isti censentur semper vocati simultanee, non successive etiam in testamento ascendentis.*
12 *Idemque procedit in legitimis, & naturalibus, qaando sumus in fideicommisse particulari, vel legato.*
13 *Sed aa istu procedaat, quanda filii de tempore cenditi testamenti, & aperta successionic nondum eranc natc, remissive.*
14 *Ordo successiouc servari debes in emnibus vocatis, quando testater instituere voluit perpetuam primogenituram, & de ratione.*
15 *Ia hac materia totam regalat voluatas testatoris etiam ex coajecturis desumpta, quam Judex seqai debet, aon obstantibus supradictis regalis, & declarationibus.*
16 *Conjectura testatoric mentem suadentes, qua sint, remissive.*
17 *Conjectura, qaa sufficiunt in transversalibus, an sufficiant in extraneis, remissive.*

IN hac causa duas impressit *decis. Monach.* quæ 1
sunt inter suas *Florent. la* 70. & 72. & post eas imprimi etiam fecit duas *decis. Rot. Rom.* suis conformes; verum quia in dictis *decis. Monach.* continetur ejus particularis opinio, contra quam fuit judicatum in plena Rota Florentina, ideo placuit de hoc lectorem admonere, & hic imprime-
re decisiones continentes causæ resolutionem, juxta 2
quam prodiit sententia quinque Judicum dictæ Rotæ, Antonio Monacho tantum eb eorum resolutione dissentiente, e cujus proinde opinione in allegatis decisionibus firmata cavendum erit.
Scripserunt in hac causa pro decisione *Rovit.* 3
cons. 27. *lib.* 2. *Buccafer. cons.* 49. ambo sentientes vocationem familiæ Piccolomineæ hic factam, de ee intelligendam esse, ee que erat testator, licet naturelis non foret, sed adoptiva; idqoe senserunt etiam plures Jurisconsulti Bononienses, & com eis *Marescott.* cum quibus omnibus communicato colloquio responsum ediderat *Buccafer. Ad num.* 1. & *seqq.*
Vocati nomine collectivo non intelliguntor 4
vocati simul, & semel, sed successive, & cum prælatione proximioris respectu hæredis graveti *Rocc. disput. select. cap.* 9. *num.* 44. *Mans. consult.* 84. *num.* 20. *Torr. variar. jur. quæst. tom.* 2. *tit.* 1. *quæst.* 17. *aum.* 14. & 15. *Palm. Nep. allegat.* 395. *num.* 106. & 107. & inter recollectas per eomdem *decis.* 406. *nam.* 1. *Roc. nostra apud eum decis.* 451. *num.* 4. *apud Mogon. decis.* 37. *num.* 19. & firmat præsens nostra *decis. aum.* 1. & *num.* 31. & 32. *Rot. Rom. coram. Priol. dec.* 314. *num.* 1. & *decis.* 168. *aum.* 16. *part.* 17. *recent.*
Adeout vocata universe familia, non censean- 5
tur omnes indistiucte vocati, sed juxta juris ordinem, & ita existentibus illis de effective, alii de contentiva in eorum concursu non admittantur, & inter illos de effective proximiores succedere debeant *Urceol. consult.* 74. *nam.* 2. *Paulut. differt.* 86. *art.* 2. *num.* 61. *vers. adeout istic. Rot. in Forolivien. loci consilii penec D. meum Auditorem Calderon. resol.* 90. *aum.* 31. & 32. cujos confirmatoria est apud *Paulut. post dict. differt.* 86. *art.* 2. *decis.* 2. *num.* 6. & dixi ego supra hoc eodem vol. *ia addit. ad decis.* 35. *num.* 3. & *seqq.* & firmetur in præsenti nustra *decis. aam.* 1. & *seqq.* & in antecedenti *decis.* 79. *nam.* 15. & 16. ubi 6
quod hoc nun procedit, si familie vocata sit cum signo universali -- *tota* -- vel simili.
Et vocetis descendentibos liberis, & aliis per similia verba collectiva, cum impossibile sit omnea simul-

simultanee succedere, ordine successivo vocati censentur *Episcop. Rocc. disp.* 29. *num.* 5 *Torr. de majorat. part.* 2. *quaest.* 33. *num.* 18. *& seqq. Rot. coram Cavaler. decis.* 343. *num.* 4. & 5. *Rot. Florent.* supra *decis.* 79. *num.* 18.

8 Si vero vocatio plurium facta esset per verba appellativa, & de personis, inter quas non cadit ordo necessitatis, sed solius charitatis, & affectionis, veluti quia vocati sint fratres, vel nepotes ex eis, eorumque filii, hoc casu omnes simul, & semel vocati censentur, quia sola, & simplex affectio non potest inducere ordinem successivum, ita ex veriori sententia contra *Bart. in l. Gallus §. & quidam recte num* 4. *ff de liber. & posthum.* senserunt *Jas. in eadem l. Gallus dict. §. & quidam recte num.* 28 *Gratian. discept* 288. *num.* 11. *Menoch. de praesumpt. praesumpt.* 70. *num.* 16 19. *& seqq. & num.* 55. *lib.* 4. *Mantic. de conjectur. ult. volunt. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 19 *vers. sed contrariam. Fusar de substit. quaest* 476. *num.* 31. *Peregr. de fideicomm. art.* 17. *ex num.* 20 *ad* 23. *Rot. dec.* 574. *part.* 4. *tom.* 2 *decis.* 355. *num.* 6. *part.* 17. *rec. coram Cavaler. decis.* 343. *num.* 2. *& seqq. apud Palm. Nep. decis* 462. *num.* 1. *Rot. Florent. apud Magon. decis.* 71. *num* 3 & supra *decis* 79. *n.* 58. ubi quod hoc procedit etiamsi adsit copula - & -- & infra *decis* 100. *num.* 96. *& seqq.* ubi adducit, & declarat auctoritates contrarias, *& in Florentina Fideicommissi de Berzighellis* 10. *Septembris* 1723 *num.* 17. *& seqq. coram D. meo Auditore Calderono*, ubi plurimi concordantes, infra suis loco, & tempore imprimend.

9 Idemque dicendum esset, quando vocatæ fuissent plures personæ, respectu quarum non cadit ordo necessitatis, nec charitatis, quia nullo consanguinitatis vinculo testatori conjunctæ sunt; istæ enim ordine simultaneo, non successivo succedere deberent, quamvis vocatio facta fuisset per nomina collectiva, & quamvis inter vocatos aliquis ordo considerari posset, puta quia ad successionem invitati sint pater, & filii plene *Fusar. de substit. quaest.* 476. *num.* 74 *& seqq. Palm. Nep. allegat.* 126 *num.* 1. *& seqq. Rot. Florent.* supra *decis.* 79 *num.* 17.

10 Diversimode tamen dicendum esset in vocatione filiorum, & nepotum facta ab eo, in quo cadit ordo necessitatis, quia illos instituere tenetur; illa enim non censetur facta simultanee, sed ordine successivo, quia ita lex, & necessitas exigit, ut pater prius instituat filios, & eis deficientibus nepotes *Venturin. consil.* 2. *num.* 8 *lib.* 2. *Episcop. Rocc. disput.* 29. *num.* 1. *De Luc. de donat. disc* 47. *num.* 2. *de feud. disc.* 75. *num.* 4 *Fredian. de fideicomm. differt* 26. *num.* 31. *& seqq. Rot. Rom. in recent. decis.* 424. *num.* 13 *part.* 9. *Rot. Florent.* infra *decis.* 99 *num.* 1 13 & 31. *& in Florentina Fideicommissi de Berzighellis* 10. *Septembris* 1723 *num.* 27 *& seqq. coram D. meo Auditore Calderono*.

11 Declara, ut nulla sit facienda differentia inter testamentum ascendentis, in quo cadit ordo necessitatis, & transversalis, in quo solum consideratur ordo charitatis, quando versamur in descendentibus, qui non sunt legitimi, & naturales, nam ex quo istorum respectu, non consideratur ordo necessitatis instituendi, censentur vocati cum patre simultanee, non successive etiam in testamento ascendentis *Peregrin. de fideicomm dict artic.* 17. *num.* 17. *Fusar. de substit. dict. quaest.* 476. *num.* 27

12 Amplistur, hanc declarationem procedere etiam in descendentibus legitimis, si agatur de legato, seu fideicommisso particulari, in quo pater, & filii semper censentur honorati simultanee, non autem ordine successivo, ut est casus in *cap. Raynutius de testament.* & firmant *Peregrin. de fideicomm dict. art* 17 *n.* 6. *Menoch. dict praesumpt* 70. *num.* 6. *Fusar de substit. dict. quaest.* 476. *num* 13. *Intrigliol. de substit. cent.* 3. *quaest.* 80. *num.* 3. *Palm. Nep. alleg.* 126. *num.* 24. *Rot. Florent.* infra *decis.* 100. *num.* 100.

Declara secundo, si de tempore testamenti, 13 & apertæ successionis nepotes nondum erant nati, nam tali casu isti non simultanee, sed ordine successivo vocati censerentur *Rot. Florent.* supra *decis.* 73. *num.* 4 sed ad pleniorem materiæ intelligentiam, an adspirantibus ad successionem nondum natis, vocatisque in testamento nascituris, an isti simul, vel ordine successivo succedant vide quæ dixit *Rot. Florent.* infra *decis.* 99. *num* 21. *&* 22. *& decis.* 100. *num.* 97. *& seqq* in quibus examinatur doctrina *Peregrin. de fideicomm.* & plene pluribus distinctis casibus *Palm. Nep. dict. alleg.* 126. *num.* 5. *& seqq.*

Declara tertio, ut semper, & in omnibus ca- 14 sibus ordo successivus servari debeat, si testator in omnibus vocatis instituere voluit perpetuam primogenituram, quia qualitas primogenialis in uno verificatur, & pluribus repugnat, & sic successive unus post alium vocati censerentur *Censal. ad Peregrin de fideicomm. artic.* 21. *vers. & hec ratio f l.* 66. *Torr. de majorat. part.* 1. *cap* 7. § 8 *n* 92. *fol.* 55. *Palm. Nep. alleg.* 90 *num.* 86. & 88 *alleg.* 309. *num.* 5. *& alleg.* 311. *num.* 11. optime *Fontanel. decis.* 35. *num.* 2 3. & 4 *Rot. in recent. decis* 424 *num.* 21. *part.* 9 & firmatur in præsenti nostra *decis. num.* 19. & 20

In hac autem materia, sicut in aliis omnibus 15 ultimarum voluntatum, totum regulat voluntas testatoris, illamque Judex in judicando sequi debet, non obstantibus supradictis regulis, & declarationibus, & quæ sint conjecturæ mentem testatoris 16 suadentes, vide *Rot. Rom. coram Seraphin. dec.* 934 *num* 2. *& seqq. decis.* 127. *n.* 19 *& seqq. par* 6. *& decis* 424. *num.* 13. *par.* 9. *recent. Rot. Florent.* infra *decis.* 100. *num.* 96 *& seqq. & num.* 101. *& seqq. & in Florentina Fideicommissi de Berzighellis* 10. *Septembris* 1723. *num.* 7 *& seqq. coram D. meo Auditore Calderono*, & in præsenti nostra *decis. num.* 1. *& plur. seqq.* sed quæ in transversalibus 17 sufficiunt, in extraneis, qui tam necessitate, quam affectione pares sunt, an possint sufficere, disputat late *Palm. Nep. dict. alleg.* 126. *per tot.*

F L O R E N T I N A

Legati.

Die 20. *Septembris* 1612.

A R G U M E N T U M.

Gabella de legato rerum immobilium relicto uxori a marito pro restitutione dotium, quis solvere teneatur, hæres, an legataria. Quid, si legatum dotem excedat. Ad collectam vivente testatore impositam pro reparatione riparum Arni, & exactam post ejus mortem, utrum teneatur hæres, vel legatarius possessor bonorum de tempore exactionis collectæ. Numquid sub legato supellectilium, quæ erant in domo testatoria tempore mortis comprehendantur, quæ in domo stare solebant, sed cum moritur, accidentaliter alibi erant.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *SUb legatu ſuppellectilium, quæ erunt in domo teſtatoris tempore mortis, comprehendantur, quæ in domo ſtare ſolebant, ſed fuerunt alibi aſportata pro modico tempore.*

2 *Maxime quando legatum conceptum fuit, non per verba* -- de præſenti - *nempe mobilia, quæ ſunt, ſed futuri temporis, quæ erunt.*

3 *Teſtatoris voluntas etiam per teſtes probari poteſt.*

4 *De legato rerum immobilium relicto uxori a marito pro reſtitutione ſuarum dotium hæres tenetur ſolvere gabellam.*

Secus ſi legatum dotem excedat ibid.

Declara ut infra num. 5. & 6.

6 *In legato immobilium facto uxori excedentium creditum dotis extimari etiam debet affectio, quam uxor habere poteſt ad bona legata tamquam provenientia a ſuis majoribus.*

7 *Pœna impoſita a teſtatore hæredi, qui non præſtiterit fidejuſſionem intra quindecim dies ad favorem legatariæ, ut poſſit libere, & ſine moleſtia uti rebus legatis, non debetur, ſi hæres non fuit requiſitus ad fidejuſſionem præſtandam.*

8 *Teſtatoris diſpoſitio conveniens eſt, ut adimpleatur.*

9 *Ad collectam impoſitam pro reparatione riparum Arni teſtatore vivente, & exactam poſt ejus mortem, tenetur hæres, non legatarius, & num. 10.*

DECISIO LXXXI.

Eſt impreſſa poſt *Gerond. de gabell. deciſ.* 14.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Sub legato, vel fideicommiſſo rerum, quæ ſunt in domo teſtatoris, vel in alio certo loco de tempore mortis, an veniant ea, quæ alibi ſunt, ſed caſualiter, & accidentaliter, & ea etiam, quæ ibi ſunt, ſed cauſa mercimonii, vel cum prævia deſtinatione ad vendendum, vel ex alia cauſa accidentali.

SUMMARIUM.

1 *SUb legato, vel fideicommiſſo mobilium, quæ ſunt in domo, vel in alio certo loco de tempore mortis teſtatoris, veniunt etiam, quæ caſualiter, accidentaliter, vel pro modico tempore alibi translata fuerant.*

2 *Sicuti ſub legato, & fideicommiſſo frumenti, aut alterius rei exiſtentis in domo teſtatoris de tempore illius mortis, venit etiam illud exiſtens in prædiis accidentaliter, & cauſa cuſtodiæ.*

Res dicitur eſſe in loco ſuæ deſtinationis. Ibid.

3 *Maxime, ſi teſtator non adhibuerit verba præſentis temporis, ſed futuri, vel ſi ex conjecturis conſtet futurum tempus voluiſſe reſpicere.*

4 *Sub legato habitationis, vel uſusfructus domus veniunt mobilia, officina &c. alia ue membra extra domum exiſtentia, ſi Dominus eis cum domo utebatur.*

5 *Legato, vel fideicommiſſo ſuppoſitis prædiis veniunt horrea, cellæ vinariæ, & ſimilia, etiamſi iſta ſint in Civitate, vel Oppido, ſi a teſtatore comparata ſint, & deſtinata ad uſum prædiorum.*

6 *Amplia etiamſi legata ſint bona, & prædia exiſtentia in territorio.*

7 *Legato frumento exiſtente in Civitate debetur illud exiſtens in ſuburbio, ſi in Civitate teſtator frumentum non habebat, & de ratione.*

8 *In dicto legato non veniunt ea, quæ ſunt in domo caſualiter, accidentaliter, & ibi perpetuo non permanſura, ſed mercimonii cauſa.*

9 *Ex quibus dicatur conſtare de voluntate fideicommittentis, quod ſegetes eſſent deſtinatæ ad vendendum, remiſſive.*

10 *Amplia concluſionem, de qua num. 8. etiam in illis frugibus, quæ ſunt a teſtatore in propriis fundis recollectæ, ſed ſunt ad vendendum deſtinatæ.*

11 *Item amplia quamvis teſtator adhibuiſſet verba univerſalia, & generalia.*

12 *Voluntas teſtatoris in hac materia declarari poteſt per teſtes.*

Ad num. 1. & ſeqq.

LEgatis, vel fideicommiſſo ſuppoſitis rebus, 1 quæ ſunt in domo teſtatoris, vel in alio certo loco de tempore mortis veniunt etiam ea, quæ in domo, vel in dicto loco erant, ſed mortis tempore alibi translata fuerunt caſualiter, accidentaliter, vel pro modico tempore *l. quæſitum* 78 *§. ult. & l. ſi ita legatum* 86. *ff. de legat.* 3. ubi *Bart.* & communiter DD. *Corn. conſil.* 244. *n.* 18. *lib.* 2. *Socin. Jun. conſ.* 35. *n.* 5. *lib.* 1. *Sabell. reſolut.* 10. *num.* 35. *tom.* 4. *Gait. de credit. cap.* 4. *quæſt.* 5. *num.* 163. *& ſeqq. Adden. ad Rot. in recent. deciſ.* 90. *num.* 232. *& ſeqq. part.* 9. *Rot. coram Penia deciſ.* 19. *num.* 6. *& num.* 10 *&* 11.

Sic etiam in legato, vel fideicommiſſo fru- 2 menti, aut alterius rei exiſtentis in domo de tempore mortis venit illud exiſtens in prædiis, accidentaliter tamen, nempe cauſa cuſtodiæ, & quod aſportari debeat ad domum teſtatoris in Civitate, quia tunc frumentū ex deſtinatione defuncti cenſetur eſſe in domo *Andreol. controv.* 102. *num.* 13. *Antonel. de loc. legat. lib.* 2. *cap.* 9. *quæſt.* 5. *n.* 31. *Balduc. ad Ramon. deciſ.* 101. *num.* 9. *tom.* 4. *Rot. Florentina in Florentina Diviſionis quoad mobilia* 20. *Februarii* 1709. *ab Int. num.* 47. *in* 3. *volum. mear. deciſ. imprimend.*

Maxime ſi teſtator, vel fideicommittens non 3 adhibuerit verba præſentis temporis, ſed futuri, vel ſi ex conjecturis conſtet futurum tempus voluiſſe reſpicere, ut proſequitur noſtra *deciſ. hic num.* 2. & ſcribit *Rodulphin. alleg.* 1. *num.* 10. *& ſeqq.*

Ex eadem deſtinatione ſequitur, quod legata 4 uxori, vel alteri habitatione, vel uſufructu domus veniunt mobilia, officinæ, cellævinariæ, puteus, foveæ grani, aliaque membra etiam exiſtentia extra domum, vel in via, ſi maritus, vel Dominus eis utebatur cum domo *Paulut. differt.* 98. *art.* 1. *num.* 1. *& ſeqq.*

Et legatis, vel fideicommiſſo ſuppoſitis præ- 5 diis, veniunt horrea, cellæ vinariæ, & ſimilia, etiamſi iſta ſint in Civitate, vel Oppido, ſi comparata ſint, & deſtinata a teſtatore ad uſum prædiorum *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 9. *tit.* 2. *num.* 6. *& ſeqq. Antonel. de loc. legat. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 89. ubi quod hoc procedit etiamſi legata 6 ſint bona, & prædia, quæ in territorio exiſtunt *Senat. Mantuan. apud Surd. deciſ.* 241. *num.* 7. *& ſeqq.*

Quemadmodum legato frumento exiſtente in 7 Civi-

Civitate debetur illud existens in suburbio, si in Civitate testator, vel fideicommittens frumentum non habebat, ne alias legatum, & fideicommissum reddatur elusorium *Menoch. lib. 4. præsumpt. 126. num. 8. & præsumpt. 137. num. 9 & seqq. Antonel. de loc. legal. lib. 2. cap. 9. quæst. 5. num. 70. & seqq. & num. 85.*

8 Non veniunt autem in dicto legato, vel fideicommisso etiam ea, quæ sunt in domo, si ibi essent casualiter, & accidentaliter, & non perpetuo permansura, sed essent destinata ad vendendum mercimonii causa ab eo, qui mercaturam exerceret; tales enim res non comprehenderentur sub legato, vel fideicommisso, tanquam existentes in domo per accidens, & donec venderentur; illa enim casualis, & temporalis existentia in consideratione non habetur, nec dicitur esse in loco, quæ ad vendendum destinata sunt, & mercimonii causa retinentur, ut decidit clarus textus in *l. generali 32. §. uxori, & §. idem quæsiit ff. de usu, & usufruct. legat. l. ex facto 35. §. verum ff. de hered. instit. l. si fundus 44. l. qui saltum 67. l. quæsitum 76. §. fin. l. si ita legatum 86. ff. de legat. 3. l. penult. §. 1. ff. de aur. & argent. legat. gloss. in l. prædia §. liberto ff. de fund. instruct. & instrument. legat. Peregrin. cons. 37. num. 5. & seqq. lib. 2. Andreol. dict. controv. 102. num. 14. & 15. Ciarlin. controv. 87. n. 1. & seqq. D. meus Auditor Calderon. resolut. 16. num. 27. Averanus lib. 2. interpr. jur. cap. 28. num. 2. 21. & seqq. Camarel. de legat. lib. 3. tit. de legat. mobil. quæstion. 12. num. 1. fol. 356. Antonel. de loc. legal. lib. 2. cap. 9. num. 59 & seqq. Ganaver. decis. 6. num. 29. & seqq. Adden ad decis. 90. num. 230 & seqq. part. 9. rec. Rot. Rom. coram Ubald S n. decis. 124. num. 14. & seqq. in recent. decis. 282. la seconda num. 5. & seqq. part. 13. Rot. Florent. in Florentina Donationis, vel Legati 14. Augusti 1613. §. verum ab hoc coram Rovarello lib. Motivor. 93. fol 411. in Florentina Divisionis quoad mobilia 20 Februarii 1709. ab Auc. §. e ci siamo, & seqq & §.*

9 *che poi, & seqq.* ubi ex ... oibus dicatur constare de voluntate fideicommittentis, quod segetes essent principaliter destinatæ ad vendendum *coram Domino meo Auditore Vieri, & in eadem iisdem die, & anno num. 22. & seqq. coram me* in tertio volumine mearum decisionum imprimenda & reprobatis contrariis in confirmatoria sub titulo *Florentina Legati mobilium, seu divisionis de Feronis super Frugibus 28. Augusti 1717. §. unde fit, & seqq.* ubi etiam quando res dicantur in domo repositæ ad effectum vendendi, vel non *coram D. meo Auditore Luci.*

10 Idque locum habet nedum in frugibus, vel similibus rebus, quæ fuerunt mercimonii causa comparatæ, & in domo retinentur usque dum veniret opportuna occasio illas vendendi, sed etiam in aliis frugibus, quæ a testatore in propriis fundis fuerunt recollectæ, & ad vendendum destinatæ sunt; omnes enim istæ fruges venditioni principaliter destinatæ sub legato, vel fideicommisso rerum, vel frugum in domo existentium non comprehenduntur *Spad. cons. 293. n. 2. & seqq. lib. 3. Thesaur. lib. 1. quæst. 26. num. 7. & seqq. Merlin. Pignattel. cap. 65. ex num. 17. & 25.* ibique *Scoppa num. 16. & seqq. Conciol. alleg. 73. num. 4. & seq.* bene *Averan. lib. 2. interpr. jur. cap. 28. num. 39. cum plurib. seqq. Simon de Prat. de interpr. ultim. volunt. lib. 4. interpr. 1. dub. 8. n. 14. 15. & 16. Camarel. de legat. mobil. quæst. 10. per tot. fol. 356. Caroc. decis. 78. num. 11. Rot. Florent. in dict. Florentina Divisionis quoad mobilia 20. Februarii 1709. §. a che nè meno coram Domino meo Auditore Vieri, & in eadem causa coram me num. 31.* in tertio volumine mearum decisionum imprimenda, & in confirmatoria sub titulo *Florentina Legati mobilium, seu divisionis de Feroni super frugibus 28. Augusti 1717. §. non subsistente, & seq. coram D. meo Audit. Luci,* ubi adducit, & reprobat contrarios, *& §. sublata, & seqq.* ubi declarat.

Et quamvis testator adhibuisset verba universalia, & generalia, nam his non obstantibus segetes, vel aliæ similes res, quæ in domo repositæ sunt, ut venderentur, legatario, vel fideicommissario non debentur, ut disponitur in textu in d. *l. generali §. uxori* ibi - *omnium rerum* -- *Covarruv. variar. resolut. lib. 3. cap. 5. num. 3. versic. ex quibus,* ibique *Faria num. 24. D. meus Audit. Calderon. dict. resolut. 16. num. 28. Castill. de usufruct. cap. 38. num. 27. Camarell. de legat. mobil. quæst. 12. num. 1. fol. 356. Rot. Flor.* in citata *Florentina Divisionis quoad mobilia 20. Februarii 1709. §. e pertanto coram D. meo Audit. Vieri, & in alia coram me num. 24.* in tertio volumine mearum decisionum imprimenda, & in confirmatoris sub dicto titulo *Florentina Legati mobilium, seu divisionis de Feronis super frugibus 28. Augusti 1717. §. qua conclusio coram D. meo Audit. Luci.* 11

Unum hic adverte, quod si voluntas testatoris in hac materia dubia sit, illa declarari potest per testes, ut firmat præsens *decis. num. 3.* & pro tali declaratione duos testes sufficere prosequitur *Andreol.* sæpe citata *controv. 102. num. 21.* 12

FLORENTINA
Fideicommissi.

18. *Octobris* 1613. *ex Lib. Motiv. 93. a 86.*

ARGUMENTUM.

Filii dicuntur patri expresse substituti, si vocati fuerint -- *modo præmisso* -- & relative ad præcedentes substitutiones. Positi in conditione, ex quibus conjecturis vocati dicantur. Prohibitio alienationis quando extendatur ultra gradus expressos, ne reddatur inutilis, & otiosa. Testator constituens a principio fideicommissum in casu mortis sine filiis, postea cum filiis, non dicitur in continenti id correxisse, sed ampliavisse dispositionem.

SUMMARIUM.

1 *Substitutis superviventibus, purificata conditione, admittitur proximior, exclusis omnibus aliis, qui in dicto casu vocati, & substituti dici possent.*

2 *Gravamen refertur ad personas specialiter expressas, & nominatas.*

3 *Dictiones* -- dictis, & prædictis -- *inducunt relationem ad superius expressa.*

4 *Relatio non fit ad relatum de iis, quæ expressa sunt in referente.*

Contra num. 11. & 12.

5 *Substitutio ordinata si nepotes, & eorum filii sine liberis decedant, intelligitur solum facta nepotibus sub duplici conditione, & obitus sine filiis, vel cum filiis, qui sine prole decedant.*

6 *Testatur quod non fecit dicitur noluisse.*

7 *Filii in conditione positi dicuntur vocati, si gravamen illis appositum fuerit, & num. 13.*

8 *Limita primo, regulam principalem in transversalibus.*

Distingue ut num. 14.

Limita secundo, si gravamen sit dubium, & im-

per-

personaliter appositam, nam tunc censetur pater sub duplici conditione gravatus, ut supra num. 5.

9 *Prohibitio alienationis expirat expirante fideicommisso, cui accedit.*

10 *Substitutio filii semper est limitata ad portionem patris.*

Limita at num. 18.

11 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

12 *Et ea, quæ sunt in termino, ad quem fit relatio, intelliguntur specificata in termino referente.*

14 *Filii hæredum institutorum expresse positi in conditione, accedentibus conjecturis, vocati dicuntur, & quæ sint.*

15 *Prohibitio alienationis, si evaderet otiosa, extendit fideicommissum etiam ultra casum expressum.*

16 *Testator constituens a principio fideicommissum in casu mortis si sine filiis, postea etiam cum filiis, non dicitur se correxisse, sed ampliasse dispositionem.*

17 Decius consil. 636. *contrarium firmant reprobatur.*

18 *Testator si voluit omnia bona in masculis conservari, admittitur filius non solum ad portionem patris, sed etiam patrui.*

DECISIO LXXXII.

In Causa della Fioraja, e della Fioraja.

JOannes Baptista della Fioraja in suo testamento, cum quo decessit, sibi hæredes universales instituit DD. Albertum, Julium, & Hippolitum nepotes ex Alexandro fratre germano, & addidit -- *casu quo [quod Deus avertat] in futurum contingat alterum dictorum DD. Alberti, Julii, & Hippoliti hæredum suorum quandocumque decedere sine prole legitima de se, & ex suo legitimo matrimonio procreata, aut cum prole legitima, & deinde illa proles postea decederet sine alia prole legitima, dictus Joannes Baptista testator alium eorumdem superviventem dicto sic præmorienti, & liberis suis modo præmisso decedentibus invicem substituit. Si vero (quod similiter Deus avertat) præfati DD. Albertus, Julius, & Hippolitus modo præmisso decederent, substituit eis omnes, & singulos masculos superviventes proximiores suos domus suæ della Fioraja, in genere, & non in capita, ita, & taliter, quod fœminæ ex dicta domo ortæ dictis masculis superexistentibus intelligantur, & sint penitus, & omnino a successione hujusmodi exclusæ, nec ulla modo in bonis, & hæreditate sua hujusmodi succedere possint, & valeant* -- & postquam idem testator omnibus masculis deficientibus vocavit fœminas, addidit -- *& quia dictus testator intendit omnia, & singula ejus bona in ejus familia permanere, idcirco voluit, & mandavit, & expresse præcepit, nullum hæredum suorum prædictorum, aut substitutorum, seu eorum, aut alterius ipsorum filios, & hæredes posse, neque debere, nisi ex magna, & evidentissima necessitate, seu causa, aliqua dicti testatoris bona, & præsertim quoddam petium terræ vendere, pignori tradere, aut alienare, etiam alienationis late sumpto vocabulo; alias in eventum contraventioni, ordinationi, & prohibitioni præmissæ, bona ipsa, quæ per contrafacientem vendita, aut modo, quo supra, alienata, intelligantur ipso facto ad alios suos hæredes testamentum observantes devoluta fuisse, & esse, & ipsum contrafacientem pœnam privationis, & caducitatis a juribus suis incidisse, & incurrisse,*

Hac præsupposita testamenti factione, tres
nepotes hæredes instituti testatori successerunt, &
quia primo decessit D. Julius, deinde D. Albertus
sine prole, verificata fuit prima substitutio ad fa- 1
vorem D. Hippoliti, qui supervixit aliis suis fratribus, quorum portiones fuit adeptus, penitus exclusis omnibus aliis, qui in dicto casu vocati, & substituti dici possent *Ruin. cons* 92. *n.* 12. *lib.* 2. *Soccin. Jun. cons.* 533. *num.* 4. 5. *& seqq. lib.* 1. *Crass. in §. fideicommissum quæst.* 11. *num.* 10 & in hoc nec etiam inter DD. Informantes fuit aliqua controversia: tota difficultas pendebat ab altera substitutione, an scilicet videretur facta D. Hippolito ultimo ex institutis decedenti cum filiis, qui prætendebant patri fuisse substitutos ex causa fideicommissi, ad hoc ut, repudiata paterna hæreditate, possent ex persona propria consequi bona, quæ remanserunt in bonis fideicommittentis; ad excludendos in iis paternos creditores, vel ad revocandas, si quæ factæ fuissent dictorum bonorum alienationes; & contra prædictos filios fideicommissum prætendentes plura in medium deducebantur.

Primo, quod licet in prima parte substitutionis fuerit facta substitutio filiis in conditione positis per illa verba testamenti -- *& liberis suis modo præmisso decedentibus invicem substituit* -- tamen in ea parte testamenti, in qua agitur casus noster, proximiores de familia videntur substituti nepotibus institutis, non autem eorum filiis in conditione positis; verbum enim illud -- *substituit eis* -- est relativum superius nominatorum, & fuerunt superius solum nominati nepotes hæredes instituti, & non eorum filii, ergo personæ specia-
liter expressæ dicuntur gravatæ, & non filii, qui 2
non fuerunt expressi *Bald. cons* 304. *lib.* 5. *Tiraquell. de retract. conv. §.* 1 *gloss.* 6. *num* 25. *Decius. cons.* 29. *num.* 47. *lib* 2 *Rip. in l. filiusfamilias §. Divi num.* 111. *ff. de legat. prim. Cagnol. in l.* 2. *num.* 96. *C. de pact. inter emptor. & vendit. Roland. cons.* 59 *num.* 27. *lib.* 3. *Surd. decis.* 125. *num* 1. Pronomina enim demonstrativa ad oculum referuntur ad eos, qui legi possunt, & non ad eos, qui possunt intelligi, ut colligitur ex allegatis auctoritatibus. Nec difficultatem videntur facere verba illa -- *modo præmisso* -- quia referuntur ad superius expressa, ut in dictione -- *dictis*,
& *prædictis* -- dicit *Dec. cons.* 268. *in fin. Ruin.* 3
cons 206. *num.* 5. *vol.* 2 *Paris. cons* 56. *num.* 36. *lib.* 2. *Bero. cons.* 132. *num.* 7. *lib.* 3. *Surd. consil.* 230. *num.* 23. quasi dictum sit, si decesserint sine prole legitima, vel cum prole, quæ etiam decesserit sine prole, quia non referunt substitutionem, nec personas, quibus facta fuit, cum de substitutione, & de personis expresse fuerit dispositum, sed solum referunt conditionem, sub qua facta fuit substitutio, quia relatio non fit ad
relatum de iis, quæ sunt expressa in referente 4
l. 1. *§. lex Falcid. ff. ad l. Falcid. Alex. cons.* 81. *n.* 11. *lib.* 6. *Paris. cons.* 39. *n.* 18. *lib.* 1. *Bect. consil.* 101. *num.* 77. *&* 89. quare videtur dictis nepotibus facta substitutio, non eorum filiis, sed
bene sub duplici conditione, si ipsi decesserint
sine prole, vel cum prole, quæ postea decesserit 5
sine alia prole *Rustic. in tract. an, & quando liber. in condit. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 1. & si testator di-
ctos filios non substituit D. Hippolito eorum patri,
dicendum est ipsum noluisse *l. quoties C. de hæred.* 6
instit. l. jubemus C. de testam. Cravett. cons. 161. *num.* 14. *Simon de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib.* 2. *interpret.* 1. *dubit.* 1. *solut.* 1. *n.* 7. *fol.* 92.
Secundo, si cum *Bart. in l. centurio ff. de vul-* 7
gar. & pupillar. num. 37. sentire vellemus, filios in

conditione positos in casu nostro censeti gravatos,
cum ejus opinio sit valde controversa, ut colligi-
tur ex *Thesaur. decis.* 96. dicere possumus conclu-
8 sionem prædictam esse limitandam in transversali-
bus *Clar. in §. testamentum quæst.* 77. *vers. secun-
dus est casus*, merito non operatur in casu nostro,
in quo transversales habemus, & non descenden-
tes a testatore.

Tertio, supposito, quod ex prædictis non re-
sultet vocatio, dicebatur nec etiam induci fidei-
commissum ex prohibitione alienationis, quamvis
sit adjuncta ratio, quia intendit bona remanere in
familia, siquidem hujusmodi prohibitio, quæ alias
induceret fideicommissum absolutum, nequaquam
illud inducit, si adest antecedens fideicommissum
expressum aliquo casu, quod si contingat expira-
9 re, expirat etiam prohibitio alienationis *Dec. con-
sil.* 536. *Alba. cons.* 2. *num.* 9. *& cons.* 21. *n.* 8.
*Zanch. in §. cum ita l. heredes mei ff. ad Trebell.
part.* 6. *num.* 218. *Surd. cons.* 67. *num.* 2. *&* 5.
Hond-d. cons. 78. *num.* 34. *& seqq. lib.* 1. *Rot. de-
cis.* 230. *part.* 2. *divers. Peregrin. de fideicommiss.
artic.* 14. *num.* 47. at in casu nostro prohibitio
pendet a substitutione facta in casu, quo oltimus
institutus decederet sine filiis, & expiravit, quia
cum filiis decessit: merito & prohibitionem expi-
rasse dicendum est una cum ratione adjuncta, cum
& ipsa sit restringenda ad casum decedentis sine
filiis.

Quarto, & ultimo, quatenus filii viderentur
admittendi, solum consequi deberent portionem
patris, non autem aliorum cohæredum instituto-
10 rum, quia persona filii semper est limitata ad
portionem patris *Menoch. præsumpt.* 77. *lib.* 4. *n.* 86.
*& seqq. Zanch. in §. cum ita l. heredes mei ff. ad
Trebell. part.* 7. *num.* 85. *& part.* 8 *num.* 228.
Rustic. in dict. tract. an, & quando liber. lib. 5.
cap. 9. *num.* 1.

His non obstantibus contrarium de jure esse in
casu nostro servandum Clarissimis Dominis retuli-
mus; moti quia filiis fit etiam facta substitutio
expressa per viam relationis, cujus est vis, ut
idem sit, quod aliquid proferatur relative, vel
expresse, cum pars relata sit in parte referente
11 cum omnibus suis qualitatibus *l. asse tota ff. de
hered. instit. Bart. in l.* 1. *ff. de recept. Dec. con-
sil.* 192. *num.* 2. *cons.* 499. *num.* 3. & dicitur inesse
vere, & proprie *Dec. cons.* 538. *num.* 6. & specia-
liter, & expresse *Paris. cons.* 49. *in fin. lib.* 3. *Cravett.
cons* 143. *num.* 14 *Bero. cons.* 41. *num.* 22. *& con-
sil.* 78. *num.* 37. *Surd. decis* 85 *sub num.* 3. at ver-
ba illa -- *modo præmisso* -- referunt personas, &
substitutiones comprehensas in primo capite, alio-
quin non esset vera relatio; ergo quemadmodum
in parte antecedenti testamenti relata etiam filiis
fuit facta substitutio, ita etiam in parte referen-
te factam fuisse dicendum est, adeo ut verbum
-- *eis substituit* -- quod refertur ad eos, qui ocu-
lis legi possunt, comprehendat etiam per relatio-
nis modum alios, perinde ac si sumpti essent, &
expresse nominati in testamento, tantum enim est
in termino referente, quantum in termino relato,
& ea, quæ sunt in termino, ad quem fit relatio,
12 intelliguntur specificata in termino referente *l. ait
Prætor §* 1. & ibi *Rip. post Bart. ff. de re judic.
l. penult. C. de sentent. quæ sine cert. quant. cap. in-
ter dilectos de fid. instrum. Tiraq. post. ll. connubial.
13 gloss* 7 *num.* 182. quare si filiis positis in condi-
tione ... facta substitutio, sumus in argumento
palmario ad concludendam eorum vocationem.
Hinc corruit primum fundamentum excitatum
contra reos conventos, quod solum institutis fuis-
sent dati substituti, & filii remanserint in puris

terminis conditionis, & quatenus adhuc dubium
esset, an dicta verba relativa deberent solummo-
do referre conditionem, & non personas, nec
substitutiones (quod non credimus) cessat omnis
amaritudo ex prohibitione alienationis facta ex-
presse filiis, quæ non subsisteret, si admittamus sen-
tentiam existimantium, filios in conditione posi-
tos non censeri vocatos ex prohibitione alienatio-
nis eis facta *Angel. cons.* 7. *Ruin. cons* 113. *num.* 3.
& 4. *lib.* 2. ideo ad conservandam dispositionem,
quæ omni interpretatione debet semper adjuvari,
præsupponendum est factam fuisse filiorum vocatio-
nem non ex prohibitione alienationis, sed ex da-
tione substituti, quæ in dubio ita debet interpre-
tari ad substinendam expressam prohibitionem.
Accedit ratio conservandi bona in familia, quæ
cessaret decedente Hippolito cum filia fœmina,
ipsa enim faceret deficere conditionem, & fidei-
commissum, & transire bona in extraneos; merito
ad conservandam mentem testatoris est ..enden-
da proposita relatio, ut filiis masculis dicatur fa-
cta substitutio, ac proinde ipsis vocatis remaneant
bona in familia; præterquamquod ratio prædi-
cta absque aliqua præcedenti vocatione per se suf-
ficiens esset ad inducendam vocationem filiorum
positorum in conditione, stante præsertim prohi-
bitione alienationis, exclusione fœminarum do-
nec, & quousque reperiantur masculi dictæ do-
mus della Fioraja, & quod in conditione sint po-
siti filii nati ex hæredibus institutis, & eorum 14
legitimo matrimonio *Surd. decis.* 162 *per tot.* late
Mantic. de conject. ultim. volunt. lib 9 *tit.* 3. *per
tot.* quarum conjecturarum nulla aderat in causa
D. Petri de Geris civis Aretini, in qua fuit di-
ctum actores non fuisse positos in conditione, &
si positi fuissent expresse, non fuisse vocatos, &
ob rationum diversitatem nimirum jus diversum
fuit statuendum, ex quibus resultat etiam solutio
ad secundum argumentum contrariæ partis.

Secundo, si gratia concederemus filiis non
fuisse factam substitutionem, sed ipsos simpliciter
fuisse positos in conditione, possumus etiam sub-
stinere fideicommissum, illudque extendere ad
casum, quo instituti decederent cum filiis, non
ex vi, & potestate extensionis, sed ex ipsius testa-
toris expressa intentione resultante ex ratione,
quia intendit omnia, & singula bona conservari
in familia, quæ est finalis, & omnino causa di-
spositionis de per se considerata, & non sequela
limitati fideicommissi antecedentis, etiam si re-
spiceret personas particulares, dum tamen est
adjecta validæ prohibitioni absque limitatione,
seu relatione ad fideicommissum præcedens, prout
factum fuit in casu nostro, nam si ratio prædicta,
adjecta validæ prohibitioni, ne sit frustranea, &
inanis, reddit, & constituit fideicommissum sim-
plex, & absolutum in casu mortis, ita etiam adje-
cta validæ prohibitioni, & limitato antecedenti
fideicommisso debet illud extendere, ne rema-
neat omnino otiosa, prout remaneret, si fideicom-
missum extingueretur per mortem Hippoliti cum
filiis, itaque non erat opus tacito fideicommisso
in casu mortis sine filiis, quando in eo casu ex-
tabat expressis verbis conceptum, ideoque dixi-
mus fideicommissum fuisse inductum oltra casum 15
expressum *Surd. cons.* 67. *a n.* 26. *usque ad n.* 47.
& consil. 96. *per tot. Simon de Prat. de interpret.
ult. volunt. lib.* 3. *solut.* 10. *num.* 8. *Petr. de fidei-
commiss. quæst.* 5. *num.* 43. *& quæst.* 6. *num.* 16.
Bero. cons. 90. *lib.* 2. *Molin. de primogen. Hispan.
lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 16. *Zanch. in l. heredes mei
§. cum ita part.* 6. *num.* 218.

Nec obstat argumentum *Dec. cons.* 636. quod
testa-

testator se correxisset in continenti, dum a prin-
cipio induxit fideicommissum in casu mortis si
sine filiis, deinde cum filiis, quia hoc est am-
16 pliare, quod significat supplere, vel addere, non
corrigere, vel emendare *Dec. in l. edita num.* 22.
*C. de edend. post gloss. & Aretin. instit. de bonorum
poss. in princ. Rimin. Jun. cons.* 20. *num.* 39. ubi
appellat rationes *Decii* somnia mortuorum, & in
17 eodem *cons. num.* 30. ait *Dec. in dict. cons.* voluisse
cæteris plus subtilizare, & ibidem ultra alios su-
pra citatos respondet aliis *Decii* rationibus; & hæc
concludunt sententiam nostram, & tollunt tertium
argumentum in contrarium adductum.

Tertio, & ultimo, filios fuisse vocatos non
solum ad portionem patris, sed etiam aliorum
cohæredum in casu nostro concludenter probatur
ex limitatione, quæ affertur ad regulam in con-
trarium adductam; licet enim filius dicatur ratio-
ne patris, & non patrui, ac proinde patri, &
non patruo, seu patruis dicatur substitutus, hoc
tamen fallit, quando testator voluit omnia, &
18 singula ejus bona in masculis conservari, prout
fuit dictum in casu nostro *Zanch. in dict.* §. *cum
ita part.* 7. *num.* 91. *Rustic. dict. cap.* 9. *lib.* 5.
num. 10. nimirum fideicommissum in tota hæ-
reditate versari censendum est. Bonorum identi-
tas omnino remansit indecisa, cum nec etiam pri-
mis labiis fuerit degustata, sed solum partes cu-
raverunt declarari articulum fideicommissi, de
quo solo tractaverunt Domini Informantes, & a
nobis fuit judicatum.

Ex quibus &c.

Joannes Baptista Burghesius Prætor.
Hector Felicius.
Antonius Monacus &c.

ADDITIO.

ARGUMENTUM

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *Filii in conditione positi censentur vocati, si ipsis gravamen restitutionis impositum fuerit.*

2 *Maxime si gravamen fuit non tantum filiis, sed etiam filiis filiorum reiteratum.*

3 *Amplia, ut admittantur non solum ad portionem patris, sed etiam patrui, si restitutio facienda esset de omnibus bonis.*

4 *Limita, si gravamen sit dubium, & patri, & filiis impersonaliter appositum, nam tunc cum vocatio patris sit certa, & incerta illa filiorum, pater censetur sub duplici conditione gravatus, nempe si sine filiis moreretur, & filii sine filiis decederent.*

5 *Amplia limitationem, ut non sufficiat, quod post mortem patris, & filiorum in conditione positorum, vel deficiente linea in conditione posita facta fuerit substitutio in tota hæreditate, & de ratione.*

6 *Filii in conditione positi, quando censeantur vocati, ex quo eis injunctum sit aliquod gravamen, remissive.*

Ad num. 7. *& seqq.*

1 Filii in conditione positi censentur vocati, si ipsis gravamen restitutionis impositum fuerit *Constantin. ad Statut. Urb. adnot.* 36. *art.* 2. *n.* 222. *Torr. de primogen. tom.* 1. *cap.* 37. *n.* 324. *fol.* 372. *Ansald. in addit. ad decis.* 89. *num.* 87. *Balduc. ad Ramon. observ.* 25. *num.* 55. *D. meus Auditor Calderon. resol.* 39. *num.* 21. *Rot. in recent. decis.* 526. *num.* 12. *part.* 13. *& decis.* 168. *num.* 11. *par.* 17. *& in Romana Locorum Montium* 22. *Junii* 1716. *a* §. *has itaque rationes ad fin. coram Lancetta, & in Urbanien. Fideicommissi* 13. *Februarii a* §. *fratres utique cum seqq. &* 15. *Junii ejusdem anni* §. *parum siquidem cum seqq. coram R. P. D. Crispo*, ubi latissime.

Fortius si non tantum filiis, sed etiam filiis 2
filiorum fuerit reiteratum *Constant. ad Statut. Urb.
dict. annot.* 36. *num.* 225. *Rot. Florent. in Florentina
Fideicommissi de Usimbardis super* 1. *art.* 9. *Septem-
bris* 1719. *num.* 47. inter imprimendas coram me.

Amplia ut non solum admittantur ad portio- 3
nem patris, sed etiam patrui, si restitutio facien-
da esset de omnibus bonis *Rot. Rom. coram Mantic.
decis.* 319. *num.* 8 *coram Ottob. decis.* 31. *num.* 32.
& decis. 113. *num.* 21. *&* 22.

Limita si gravamen sit dubium, & patri, & 4
filiis impersonaliter appositum, nam tunc quia
certa vocatio est patris, & incerta illa filiorum,
censetur solus pater sub duplici conditione grava-
tus, nempe si sine filiis moreretur, & si filii sine
filiis decederent, ita resolutis contrariis *Rot. no-
stra apud Palm. Nep. decis.* 478. *num.* 60. *& seq.*

Amplia limitationem, ut non sufficiat, quod 5
post mortem patris, & filiorum in conditione
positorum, vel deficiente linea in conditione posita,
facta fuerit substitutio in tota hæreditate, quia
per hoc non censetur ultimus gravatus, sicuti in
terminis reciprocæ; nam in reciproca præsuppo-
nitur antecedens vocatio, & ideo per substitutionem
in tota hæreditate censetur gravatus ultimus, secus
in casu, quo de vocatione non constet, & filii
simpliciter in conditione positi sint, tunc enim
vocato solum censetur gravamen injunctum sub
conditione deficientiæ filiorum, vel lineæ, qua
pendente bona transire possunt in gravati succes-
sores, & ea purificata a substitutis vindicari; plene
Torre de majorat. d. cap. 37. *n.* 354. *&* 355. *Rota
nostra dict. decis.* 478. *apud Palm. num.* 63. *&* 64.
novissima *in Pisana Fideicommissi de Albizis* 24. *Se-
ptembris* 1722. §. *eademque responsione coram D.
Audit. Bonfin.*

Cætera an, & quando filii in conditione po- 6
siti censeantur vocati, ex quo eis injunctum sit
aliquod gravamen vide, quæ dixi supra *in addit.
ad decis.* 73. *num.* 5.

FLORENTINA

Fideicommissi,

18. *Martii* 1613. *ex lib. Mot.* 94. *a* 100.

ARGUMENTUM.

Filiorum appellatione veniunt æquè masculi, ac fœminæ, nisi contrarium suadeant conjecturæ, quarum aliquæ referuntur. Divisio bonorum facta ex falsa causa non officit ignoranti jus suum, sed ipse potest errore detecto divisionem a se factam impugnare. Error juris, præsertim, dubii æquiparatur errori facti, & unde dicatur jus dubium, in quo error non nocet.

SUMMARIUM.

1 *Appellatione filiorum veniunt filiæ non solum in conditionalibus, sed etiam in dispositivis.*

2 *Limita, si contrarium suadeant conjecturæ.*

3 *Prima est, si testator in institutione distretivè*

loquendo de masculis, & fæminis illas exclusferit, quia etiam in substitutione exclusa censentur.

Et quando testator dicatur discretivè loqnutus num. 5. & 6.

4 *Intellige conjecturam procedere in dispositiva, non in conditionali.*

7 *Secunda, si testator solos masculos in substitutione vocaverit, nam ex hoc intelliguntur soli masculi etiam in institutione vocati.*

8 *Divisio bonorum erroneè facta, errore detecto retractatur.*

9 *Item quando est facta ex falsa causa.*

10 *Amplia etiamsi intervenerit jaramentum, & de ratione.*

11 *Dividens ignoranter bona fideicommissa non censetur jus suum renunciare, & de ratione n. 12.*

13 *Ignorare præsumitur in testamento disposita, qui ab intestato succedit.*

14 *Error juris præsertim dubii, ubi agitur de damno vitando, vel de lucro jam quæsito amittendo æquiparatur errori facti, qui non nocet n. 20.*

Et dicitur jus dubium, quando agitur de fidei commisso, & interpretanda voluntate testatoris num. 19.

15 *Error juris potius præsumitur, quam donatio.*

16 *In divisione nunquam censetur facta donatio, cum id verba non patiantur.*

17 *Lucrum ante aditionem hereditatis non dicitur jam quæsitum.*

18 *Contra in fideicommissis post ipsorum purificationem.*

21 *Præsertim vigore Statuti dominium illico transferentis in successorem.*

DECISIO LXXXIII.

In Causa Querci, e Querci.

ADmissum fuit in causa de Querceis, appellatione filiorum, sive sit ex proprio significatione, sive per extensionem, venire etiam fœminas, non solum si agatur de conditione *si quis decesserit sine filiis*, sed etiam si agatur de
1 institutione, & substitutione facta de filiis *l. inita, l. filii appellatione, l. quisquis ff de verbor. significat. l. si quis ita ff de test. tutel. l. Lucius ff. de hered. instit. l. si ita scriptum ff. de legat. 2. Menoch de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 84 num. 4. Peregrin. de fideicommiss. art. 25. num. 1. & 43.*

Verum diximus ad exclusionem filiarum Vincentii per mortem Angeli sine filiis ad favorem Andreæ supervenientis fuisse purificatum fideicommissum, quia appellatione filiorum non veniunt fœminæ, quando ex conjecturis constat de mente, & voluntate testatoris *l. Lucius §. quæsitum ff. de*
2 *legat. 3. Bart. in l. 1. ff. de verb. significat. Dec. in l. 2. num. 98. ff. de regal. jur. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 2. tit. 14 num. 13. Menoch. dict. præsumpt 84. num. 3. & cons. 204 num. 76. lib. 3. Peregrin. dict. artic. 25. n. 10. & n. 43.*

Et urgentissima conjectura viso fuit ad favorem Andreæ, dum testator instituit Andream, Angelum, & Vincentium ejus filios, & decedenti sine filiis, vel filiabus substituit supervenientes, seu filios ipsorum, & filiabus dotes reliquit. Nam
3 sicut discretivè in institutione testator disposuit de masculis, & fœminis, ita & discretivè substitutio regulari debet, quæ in locum institutionis succedit, & vigore cujus testatori succeditur, & in terminis decidit *Bald. cons. 482.* quem refert, & sequitur *Corn. cons. 202. n. 12. & cons. 230. n. 8. lib. 3. Rimin. cons. 223. num. 66. lib. 2. Grat. cons. 54. num. 35. lib. 2. Gabr. cons. 97. num. 16. lib. 1. Peregr. dict. artic. 25. sub num. 44.*, & in simili casu per easdem rationes ita tenet *Fulgos. in l. 1. in fine Cod. de condit. insert. & cons. 18. & cons. 38. Ruin. consil. 150. num. 14. & cons. 158. num. 9. lib 2. Cart. Jun. cons. 111. num. 5.*, & si ista conjectura non procederet, quando ageretur de conditione *si quis decesserit sine filiis*, tamen eam procedere, ubi 4
agitur de substitutione facta de filiis ita conciliando opiniones tradunt *Socc. in l. heredes mei §. cum ita col. fin. in fin. ff. ad Trebell. Cephal. consil. 46. num. 38. & seq. lib. 1. & cons. 484 num. 57. lib. 4. Menoch. dict. præsumpt. 84. num. 24. Decian. consil. 12. sub num. 31. & 34. & duob. seqq. lib 1. Ambros. decis. 10. num. 38. Honded. cons. 57. n. 54. & 55. lib. 1. Peregr. dict. art. 25. num. 44.*

Alia etiam conjectura urgentissima visa fuit, dum testator filios instituit, & decedenti sine filiis, vel filiabus substituit supervenientes, seu filios ipsorum, & si omnes præfati sui filii decederent absque filiis, & filiabus, substituit Philippum ejus fratrem, nam expressè constat discretivè loquutum fuisse de filiis, & filiabus, & aliter voluisse disponere circa filios, & aliter circa fi- 5
lias, & si voluisset intelligere de filiabus, id expressisset, & quando voluit intelligere de masculis, similiter constat disposuisse sub nomine filiorum, si enim secundum *Bald.* & aliorum opinionem supra relatam, testator dicitur discretivè loquutus, quando solummodo instituit filios heredes universales, & filias in dote, multo magis dici debet discretivè loquutus, quando disponendo de filiabus, eas filias nominavit, & disponendo de masculis eos filios vocavit, non solum semel, sed 6
bis, & ter, tam in prima, quam in secunda substitutione, ac etiam ubi de assignatione tutorum disposuit *Bald. in l. in multis num. 4. ff de stat. hom. Socc. cons. 73. num. 3. lib. 4. Molin. de primogenit. Hispan lib. 3. cap. 5. num. 55. Gabr. tit. de verbor. significat. conclus. 6. num 63. & seqq. Decian. cons. 12 num. 38. & cons 28. num. 26. lib. 1. & cons. 47. num. 18. lib. 3. Peregrin. dict. art. 25. num. 45. Menoch. dict. præsumpt. 84 n 9 & cons. 204. num 45. & cons. 215. num. 70 lib. 3. Cephal. cons. 525. num. 34 lib 4. Rimnald. Jun. cons. 544. num. 98. lib. 5. & cons. 677. num. 35. cum duob seqq. lib. 6. Honded. cons. 8. n. 31. & 32. lib. 2.*

Insuper visum fuit aliam conjecturam oriri ex eo, quia testator substituit filios, & decedenti sine filiis, vel filiabus substituit supervenientes, seu filios ipsorum, ubi enim substituendo supervenientes intellexit de masculis, ita & de mascu- 7
lis vocando eorum filios intellexisse censendum est, ubi enim agitur de eadem oratione, qualitatem unius personæ censeri repetitam in alia est doctrina *Bart. in l. Seja §. Cajo col. alt. ff. de fund. inst.*, quam dicit communiter receptam *Peregr. d. tract. art. 16. num. 16*, & fortius eam procedere dicit in hac declaratione facienda de nomine filiorum æquivoco *dict. artic. 25. sub num. 29.* etiam de masculis solummodo esse intelligendum, ne eadem oratio diverso jure censeatur, dicendum est, ut tradit *Menoch. dict. præsumpt. 84. num. 16.*, ubi sic consuluisse dicit in *cons. 592.*

Et revera stante hac opinione solum Andream fuisse vocatum ad bona perventa ad Angelum defunctum sine filiis, diximus licuisse Andreæ venire contra divisionem factam de bonis præfatis cum filiabus Vincentii sub prætextu erroris, nempe

quia

quia erraffet in dividendo dicta bona, uti commu-
8 nis, quæ in totum vigore fideicommissi paterni
ad ipsum pertinebant, cum contra divisionem er-
rore factam, errore detecto, ex clarissimi Juris di-
spositione venire liceat *l. si post divisionem*, & ibi
Bart. & Bald., & alii *DD. Cod. de juris, & facti*
9 *ignor.* nam cum ex falsa causa facta dicatur, nul-
lius valoris, vel effectus reputari debet, latè com-
probat *Menoch. cons. 91. num. 40. cum plurib. seq.*
lib. 1. Felic. in tractat. de societ. cap. 40. n. 4.

Quædam quæ in contrarium pro parte mu-
lierum opponebantur visa fuerunt non obstare, &
primo dum opponebatur fuisse adhibitum jura-
10 mentum in divisione, fuit responsum juramentum
præstitum ex falsa causa non esse attendendum,
quia deficit consensus *Roman. cons. 167. num. 23.*
lib. 2., ubi testatur de communi. *Dec. consil.* 408.
num. 8. & seq. lib. 2. Socc. Jun. cons. 50. num. 31.
& seq. lib. 4. Francis. Vegg. cons. 19. sub num. 14.
& seqq.

Secundò dum opponebatur per divisionem ab
Andrea sciente bona ad ipsum pertinere ex fidei-
commisso paterno, fuisse juri suo renunciatum,
11 fuit responsum non constare Andream de fidei-
commisso scientiam habuisse, quia de facto alieno
scientia non præsumitur, & ubi fuisset sciens, si
sibi præjudicare potuisset *l. 1. ff. de condit. indebit.*
12 *l. cujus per errorem ff. de regul. jur.* non tamen
ignorans sibi præjudicare potuit, cum ubi adest
error, non adsit consensus *l. nihil consensus §. fin.*
ff. de regul. jur. l error, ubi *gloss. Bart.*, & cæte-
ri *ff. de jur. & fact. ignor.*, & Andreas, qui po-
tuit patri succedere etiam ab intestato, non præ-
sumitur scire contenta in ejus testamento *l. ejus*
13 *qui in Provincia in fin. ff. si cert. petat. Bartol. in*
l. qui Romæ §. duo fratres in 3. quæstione ff. de
verb. oblig., & de communi testatur *Soccin. Jun.*
consil. 118. num. 117.. ubi loquitur in terminis de
divisione *lib 1*, & de magis communi opinione
testatur *Joseph Ludov. dec. Perus. 19. n. 20.*

Insuper fuit responsum, quod si habuit scien-
tiam de testamento, tamen erravit in jure, dum
divisit bona, quæ ad eum spectabant, & error
juris, ubi agitur de damno vitando, æquiparatur
14 errori facti, præcipuè quando est juris dubii, &
etiam si tractetur de lucro jam quæsito *Bald. con-*
sil. 386. lib. 1. Castr. cons 123. num. 5. lib. 2.
Ancharan. cons. 291. num. 3 Dec. cons. 350. lib. 2.
Felic. dict. tract. de sociat. cap. 40. num. 7., qui
alios citant. *Becc. dict. cons. 90. num. 18.*, ubi vult,
quod potius error juris præsumatur, quam dona-
15 tio post *Ruin. cons. 167. num. 12. & n 19. lib. 2.*
& in divisione censeri non posse fuisse factam do-
nationem, quia id verba non patiuntur, ex tra-
ditis per *Bart. in l. ubi ita donatur ff. de donat.*
16 *caus. mort.* tradit *Riminald. Jun. cons. 192. n. 34.*
lib. 2.

Tertiò dum opponebatur agi de lucro, non
autem de damno vitando, & ideo juris errorem
non excusare, quia maximè divisio de bonis An-
17 geli esset facta ante aditam ejus hæreditatem, quo
casu agebatur de lucro non adhuc quæsito *Bald.*
cons. 386 lib. 1. Menoch. cons. 124. n. 120. lib. 2.
responsum fuit, quod tempore divisionis fidei-
commissum erat purificatum, & ideo agebatur de
18 jure quæsito *Bart. in l. Clodius ff. de acquir. hære-*
dit.; & in terminis tradit *Dec. cons. 408. num. 6.*
lib. 2., in quo ut dictum fuit ignorantia juris
excusat, maximè quia est juris dubii, dum agi-
tur de fideicommisso, & de interpretanda volun-
19 tate testatoris *Soccin. Jun. cons. 128. n. 114. ver-*
sic. secundo præsupponimus lib. 1. Dec. cons. 63. sub
num. 6. vers. comprobatur lib. 1., quæ non nocet,
ac si esset error facti *Curt. Jun. cons. 92. num. 12.* 20
Soccin. Jun. cons. 116. num. 83. lib. 5., & dictum
fuit vigore Statuti fideicommisso purificato domi-
nium statim transitum fecisse in fideicommissarium
juxta *cons. Castrens. 54 lib. 1.* pluries in Rota ap- 21
probatum.

Lydius Bovarelius Prætor.
Hector Felicius.
Joannes Baptista Burghesius.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Filiorum appellatione an, & quando veniant fœ-
minæ. Quæstio an, & quando per divisionem
censeatur renunciatum fideicommisso purificato,
vel purificando cum suis ampliationibus, & li-
mitationibus resolvitur.

SUMMARIUM.

1 *Filiorum appellatione veniunt tam masculi, quam fœmina.*

2 *Amplia sive conditionaliter, sive dispositivè de illis facta sit mentio.*

3 *Limita primo, si testator discretivè de masculis, & fœminis loquutus sit, & tam illi, quam istæ propriam habeant, & peculiarem vocationem.*

4 *Sublimita si agatur de diverso modo succedendi, & non adsit incompatibilitas, quod filiæ dicantur vocatæ ad portionem, in qua fuerunt substitutæ, & exemplifica ut ibi.*

5 *Limita secundo principalem regulam, quando in subsequentibus substitutionibus fuisset apposita qualitas masculinitatis, quia tunc censeretur repetita etiam in antecedenti substitutione, ubi simpliciter de filiis mentio facta fuit.*

6 *Sublimita hanc limitationem, si orationes sint diversæ, & adsit differentia inter unum, & alium casum, quæ repetitionem excludit.*

7 *Votum D. Farsetti in* Florentina Donationis de Bonaccursis, *tamquam unius Judicis ab aliis discrepantis non est attendendum.*

8 *Alia plura an, & quando filiorum appellatione fœminæ veniant remissivè.*

9 *Fideicommisso purificato censetur in divisione renunciatum.*

10 *Limita si illud fuerit conditionale, & purificandum, ut si ad portionem, quæ uni ex dividentibus obtigit, fuerit alter in defectum reciprocè substitutus.*

11 *Maximè si divisio fuerit necessaria, & judicialis.*

12 *Amplia limitationem etiamsi in dividentibus fideicommissi scientia concurreret.*

13 *Sublimita stantibus clausulis amplissimis, & generalibus, quæ juris etiam conditionalis remissionem præseferunt.*

14 *Declara primo sublimitationem non procedere, quando jus fideicommissi erat ignoratum.*

15 *Declara secundo, si essent apposita in exequutivis, non in dispositivis.*

16 *Declara tertio, ut clausulæ potestatem alienandi tribuentes non prosint, nisi sequatur alienatio.*

17 *Limita hanc declarationem, si in instrumento divisionis cautum fuerit, ut omnibus in perpetuum hæredibus, & successoribus alienare liceat.*

18 *Et attenta prægnantia clausularum sufficit etiam alienatio per testamentum.*

19 *Declara quarto, ut dictæ clausulæ non afficiant eos, qui non sunt hæredes dividentium, nec eorum factum servare tenentur.*

20 *Amplia ut nec afficiant hæredes, si a fideicommit-*
tente

tente in casu alienationis fuerit declarata nullitas.

21 *Item si veniant ex propria persona, quia tunc non dicuntur impugnare factum defuncti, cum divisionem respectu testatoris non impugnent, sed solum respectu illorum, quorum jus non fuit in divisione deductum, neque remissum.*

22 *Limita si constares de hujusmodi remissione, & foret a testatore promissa observantia, non solum pro se, sed etiam pro filiis, & hæredibus quibuscumque.*

23 *Alia ad hanc materiam remissivè.*

1 Filiorum appellatione masculos, ac fœminas, sublatis antiquæ jurisprudentiæ dissidiis, æquali
conditione venire, sive ex proprietate verbi, sive
ex communi usu loquendi, sive ex benigna interpretatione regula est receptissima, ut monent præ
cæteris *Samminiat. controv. 136. num. 5. & 6. Rot.
decis. 274. num. 23. & decis. 381. num. 2. par. 18.
recent. & in Spoletana Fideicommissi 16. Junii 1716.
§. quandoquidem cor. Crispo. Rot. Florent. in Gemi-
nianen. Fideicommissi 11. Martii 1718. a Nat. n. 65.*
2 *66. & 67. coram D. meo Audit. Urban.* sive conditionaliter, sive dispositivè de illis facta sit mentio
*Rodolphin. alleg. 11. num. 3. Palm. alleg. 61. n. 2.
& 3. D. meus Audit. Calderon. resolut. 99 num. 1.
& 2 Rot nost. cor. Urceol. decis 13. num. 53.*

3 Limita si testator discretivè de masculis, &
de fœminis loquutus sit, & tam illi, quam istæ
propriam habeant, & peculiarem vocationem. *Pe-
regrin. de fideicom m art. 25. num. 45. Torr de ma-
jorat. par. 1. cap. 41. §. 7 num. 72. fol 765. &
variar. quæst tum. 1. tit. 1. quæst. 8. n. 31. fol. 56.
Mans consult. 355. num. 23. Rot. coram Du ozzet.
Jun. decis. 8.7. num. 4. & post de Luc. de fideicom.
decis 19. num. 8.*

Sublimita, ut separata vocatio non sufficiat,
si agatur de diverso modo succedendi, & non ad-
4 sit incompatibilitas, quod filiæ dicantur vocatæ ad
portionem, in qua fuerunt substitutæ, veluti quia
prior conditio si sine filiis respicior portionem pro-
prii parentis, subsequens vero substitutio fœmina-
rum facta defectis omnibus masculis, accipiatur
quo ad residuum hæreditatis ex portion bus patruo-
rum conflatæ *Altograd. cons. 83 num 52 & 51. tu. 2
Rota part. 18. recent. decis. 274 num. 10 & seqq.
& decis. 381. num 23. & decis. 558. num. 8.* latè
Rota Florent in dicta Geminianen. Fideicomm. n. 74.

5 Limita secundo regulam principalem, si in
subsequentibus substitutionibus fuisset apposita fi-
liis qualitas masculinitatis, quia ex hoc censere-
tur repetita etiam in antecedenti dispositione, ubi
de illis fuit facta mentio simpliciter *Torr variar.
tom 1. tit. 2. quæst. 1. n. 37. vers. ulterius. Mans.
consult. 355 ex num. 10. ad 13. Rot Rom. coram
Dunoz. Sen. decis. 36. num. 6 & 7. & coram. Tun.
dict. decis. 827. num. 3. & in recent. par. 19. de-
cis. 575. num. 7. & 8. Rot. Florent. apud Palm. Nep.
dec. 194 num. 9*

Sublimita pariter limitationem hanc, si ora-
6 tiones sint diversæ, & adsit differentia inter unum,
& alium casum, adeout excludatur repetitio *Palm.
Nep. alleg. 61 num. 14 15. & seqq. & alleg. 62.
num 12 & 13.* plenè *Rota nost. in Florentina Do-
nationis de Bonaccursis 11. Septembris 1705 §. et
revera hujus necessaria coram D. Audit. de Nobilibus*
7 in qua licet ab aliis discesseris *bon. mem. Audit.
Farsett* illius tamen votum tamquam unius ex Ju-
dicantibus non esse attendendum, alias adnotatum
fuit per *D. Audit. Urban. in Clusen. Fideicommissi
de Teris 10. Julii 1716. num. 34. vers. plenissimè.*

8 Alia plura in quæstione an, & quando appel-
latione filiorum veniant fœminæ, vide supra *de-
cis. 32. num. 1. & seqq.*, & ibi ego in *addit. num
pariter 1. & plurib. seqq. decis. 33. num. 18. &
seqq.*, ibique pariter ego in *addit. num. 31. & seqq.
Rot. Rom. in Nepesina Donationis 31. Martii 1713.
§. neque coram Lancetta, in Spoletana Fideicommissi su-
per re judicata 20. Martii 1722. §. et sanè coram
R. P. D. Rovault de Gamaches, & in Faventina Ma-
nutentionis 31. Januarii 1724. §. præmissa coram
R. P. D. meo Ratto.*

Fideicommisso jam purificato censetur divi- 9
sione renunciatum *Fusar. de substitut. quæst. 593.
num. 1. Torre de pact. lib. 2. cap. 40. num. 44. Pe-
regrin. de fideicom. art. 59. n. 19. in fin.*

Limita si illud conditionale fuerit, & purifi- 10
candum, ita ut ad portionem, quæ uni ex dividen-
tibus obtigit, fuerit alter in illius defectum reci-
procè substitutus *Fusar. de substitut. dict. quæst. 593.
num. 3. Torr. dict. cap. 40. num. 46. Peregr. dict.
art. 52. num. 18 Episc. Rocc. cap 21. n. 8 Mans.
consult. 22. num. 1. tom 9. D. meus Audit. Calderon.
resolut. 2. num. 31. Rot. dec. 308. num. 10. par. 11.
& dec. 25. num. 4 par. 17. & decis. 550. num. 10.
par 19. recent & in Maceraten. Fideicommissi super
reservatis 26. Januarii 1711. §. et quidem coram
bo. mem. Ansaldo. & in Romana, seu Reatina Rein-
tegrationis Fideicommissi 8 Junii ejusd. an i §. haud
obsistente & 11. Junii 1714 § neque profuit cum
seqq. coram Eminentissimo Sotto, & 15. Maii 1715.
§. atque hinc in fin. coram R. P. D. meo Cerro, &
in Interamnen. Fideicommissi 15. Junii 1716. §. qua-
tenus autem coram eod*

Maximè si divisio fuerit necessaria, & judicia- 11
lis *Rot. decis. 308 num. 11. par 12. recent. & in
Interamnen. Fideicomm. 25 Januar §. his ita præmissis
& 26 Junii 1715. §. seclusis cor Emin. Falconerio,
& 15. Junii 1716. § quod si ex fula coram R. P. D.
meo Cerro.*

Ampla limitationem etiamsi in dividentibus
scientia concurreret, quia illius inspectio cadit lo- 12
per fideicommisso purificato, non autem super pu-
rificando *de Luc. de fideicomm. disc. 178. num. 4.
Urceol. de transact. quæst 87 in fin.*

Sublimita stantibus clausulis amplissimis, & 13
generalibus, quæ juris etiam conditionalis remis-
sionem præferant *Torr. de majorat. par. 2. q. 34.
num 32 fol. 162 & variar. quæst. tom 1. titul 1.
quæst. 35. num. 20. Rocc. dict. cap. 21 n. 9 & 24.
Mans dict. consult. 22 num. 2. Rota Florent.* penes
Giovagnon. caus. 100. num 67. vers renunciatio.

Declara primo eam non procedere, neque pro- 14
desse clausulas etiam prægnantissimas, si jus fidei-
commissi erat ignoratum *Torr. var. tit. 2. dict.
quæst 34 num. 1 & 2 Palm. Nep alleg 254 n. 13.
D. meus Audit. Calderon. dict. resolut. 2. n. 8 Rot
post Constant. decis. 42. num. 7 & 8. & in Mantiss.
ad de Luc. lib. 6. decis. 1. num. 10. & 11. & coram
Benincas. decis. 89. per tot. & in Interamnen. Fidei-
commissi 15. Junii 1716. §. eoque fortius, & §. po-
tissimum coram Cerro. Rot. Senen. apud Palm. Nep.
decis. 379. num. 19 & 24*

Declara secundo, si essent appositæ in exequu- 15
tivis, non in dispositivis *Palm Nep dict. alleg. 254
num. 19. Mans. dict. consult. 21. num. 4. vers. hinc
est, quod dicta verba. Rot. post Constantin. dict. de-
cis. 42. num. 13. & post Tuer. de pact. dec. 41. n. 9.* 16

Declara tertio, ut non prosint clausulæ pote-
statem alienandi tribuentes, nisi in effectu subse-
quatur alienatio, adinstar fideicommissorum cum
facultate alienandi, quæ usque ad actualem alie-
nationem permanere dicuntur *Peregrin. dict. ar-
tic. 52. num. 44. Fusar. dict. quæst. 593. num. 29.
Poller. apud Mans. consultat. 20. num. 11. Mi-
chalor.*

balor. de fratrib. par. 3. cap. 41. num. 59. 60. & 61.
Limita hanc declarationem, si in instrumento
divisionis cautum fuerit, ut omnibus in perpetuum
17 hæredibus, & successoribus alienare liceat *Mans.
consult. 23. num. 9. tom. 9. Rot. coram Coccin. de-
cis. 1771. num. 17. & par. 13. recent. decis. 174.
num. 3. & part. 16. decis. 138. num. 2.*, & antea
magistraliter *par. 9. recent. decis. 206. n. 6.*, & in
confirmatoria *decis. 240. num. 15.* repetit. *coram*
18 *Bich. decis. 134. & decis. 158.*, ubi quod attenta
prægnantia clausularum sufficiat etiam alienatio per
testamentum, & ita conciliari opiniones dixit *Mi-
thalar. dict. cap. 41. num. 62. vers. ex quibus*, cu-
jus opinionem sequuta est *Rot. coram Emer. Jun.
decis. 589. num. 10. & 11.*
Declara quarto, ut non afficiant eos, qui hæ-
19 redes dividentium non sunt, neque eorum factum
servare tenentur *Constant. ad Stat. Urb. annot. 21.
artic. 4. num. 279. Rot. par. 10. recent. decis. 272.
num. 21. & par. 15. dec. 372. num. 14.*
20 Amplia neque hæredes, si in constitutione
fideicommissi fuerit in casu alienationis a fideicom-
mittente declarata nullitas, ut in terminis divisio-
nis *Poller. apud Mans. dict. consult. 20. tom. 9. n. 7.
9. & 10. & per tot. Mans. dict. consult. 21. num. 4.
vers. unde ita pariter ad fin. consult.*
Item si veniant ex propria persona, quo casu
21 non dicuntur impugnare factum defuncti, nam hoc
sequeretur, si divisionem respectu testatoris im-
pugnarent, secus verò quo ad illos, quorum jus
non supponitur in divisione deductum, neque a
defuncto remissum *De Luc. de renunciat. disc. 15.
num. 7. Torr. de majorat. part. 2. dict. quæst. 34.
n. 53. Rot. par. 13. rec. dec. 265. n. 28. 29 & 30.*
22 Limita si constaret de hujusmodi remissione,
& promissa fuerit a testatore observantia, non solum
pro se, sed pro filiis, & hæredibus quibuscumque
Rot. par. 9. recent. dict. dec. 206. num. 15. 16. 17.
& in confirmatoria *decis. 240 num. 26 27. & 28.
& post Paulut. dissert. 35. dec. unic n. 24 & seq.*
23 Alia ad hanc materiam, vide supra *decis. 19.*
cum plenissima *addit.*

FLORENTINA
Fideicommissi

Die ultima Aprilis 1613. ex lib. Motiv. 93. a 283.

ARGUMENTUM.

Prohibitio alienationis valida, adjecta ratione *quia voluit*, inducit perpetuum fideicommissum, & ex quibus non dicatur restricte ad primos institutos. Fructus restituendi sunt usque ab initio, quando titulus reducitur ad non titulum.

SUMMARIUM.

1 P*Rohibitio alienationis de per se valida, addita ratione* quia voluit, *perpetuum, & successivum fideicommissum inducit.*
2 *Limita, ut ratio conservandi bona in familia, quamvis accedens prohibitioni vestita non inducat perpetuum fideicommissum, si sit restricta ad institutos, & substitutos.*
3 *Restrictio an inducatur vigore dictionis* dictis, *& num. 4.*
5 *Verba* sic ut supra *præcedentium repetitionem inducunt.*
6 *Superfluitas est evitanda.*
7 *Testator potest facere fideicommissum favore familiæ, & declarare, qui primo loco succedere debent.*
8 *Non dicitur superfluum, quod inservit ad tollendam dubitationem etiam sophisticam.*
9 *Verba continentia, quod de jure disponitur, pro non appositis habentur.*
10 *Verbum* permanere *significat perpetuam permanentiam.*
11 *Fortius si additum sit verbum* voluit, *quod enixam voluntatem ostendit.*
12 *Verbum* pervenire *significat successivam translationem.*
13 *Dictio* illos *est restrictiva ad nominatos.*
14 *Contra quod non sit restrictiva, sed adjectiva, ideo possit adjungi primæ, secundæ, vel tertiæ personæ.*
15 *Familiæ appellatione omnes continentur.*
16 *Amplia non obstante dictione* illos.
17 *Dictio* semper *perpetuitatem denotat.*
18 *Aliquando tamen interpretatur secundum subjectam materiam.*
19 *Propria verborum significatio sequenda est, relicta impropria.*
20 *Quæ dicuntur de præsumptione, conveniunt etiam interpretationi.*
21 *Sicuti validior præsumptio, ita melior interpretatio est attendenda.*
22 *Titulus quando reducitur ad non titulum, tunc fructus usque ab initio sunt restituendi.*
23 *Dominium fideicommissi vigore Statuti Florentini recta via transit in fideicommissarium.*

DECISIO LXXXIV.

In Causa Dei, e Dei.

PRohibitionem alienationis favore illorum de Deis testatrix apposuerat in ejus testamento his verbis conceptam -- *prohibuit dd. hæredibus institutis, & substitutis, & cuilibet ex eis omnem alienationem bonorum immobilium, quia voluit semper ea permanere in illis de Deis, & devenire post dictos hæredes institutos, & substitutos in propinquiorem masculum de Deis, & uno contrafaciente in totum, vel in parte, hæreditatem pervenire, & accrescere alteri substituto non contrafacienti, omni meliori modo &c.*

Defecerant omnes instituti, & substituti, &
hæreditas devenerat ad Hyppolitum proximiorem
de Deis, & eo defuncto ære alieno gravato, ultra
vires suorum bonorum, dubitatum fuit, an alter
proximior de Deis admitti deberet; & admisso, quod
valida esset prohibitio alienationis favore substitu-
torum, etiamsi non fuisset apposita ratio *quia vo-
luit &c. Gloss. in vers. respectu in l. filiusfam. §. Divi*,
& ibi *DD. ff. de legat. 1.* fuit resolutum, vi-
gore dictæ rationis *quia voluit &c.* ne sine effectu
operandi apposita remaneret, non solum favore 1
primi proximioris, sed etiam perpetuum, & suc-
cessivum fideicommissum favore aliorum de dicta
familia fuisse inductum *Cuman. in l. cum ita §. in
fideicommisso num. 4 ff. de legat. 2. Ancharan. con-
sil. 27. Soccin. in l. si cognatis num. 18. ff. de reb.
dub. Ludovic. cons. 5. num. 7. & cons. 92. num. 7.
Surd. cons. 67. num. 43. & cons. 96. num. 22. Pe-
regrin. in tract. de fideicomm. artic. 14. num. 15.
& cons. 45. num. 16. lib. 1.*, qui alios ad satieta-
tem, & de communi opinione testantes citat.
Et dum in contrarium proponebatur ex dicta
ratione non potuisse induci perpetuum, & succes-
sivum fideicommissum, quia esset restricta solum 2
ad illos de Deis institutos, & substitutos, & non
deberet ad alios extendi *Rimiual. Jun. consil. 535.
num. 53.*

num. 53. *lib.* 5., & plura adducebantur ad præ-
tensam restrictionem probandam, singulis funda-
mentis facile cesponsum fuit.

3 Primo dum ponderabatur dictionem *dictis* es-
se demonstrativam. & restrictivam *Bart. in l. Lu-
cius §. Sempronio ff de legat* 3., & sic quod esset
solum prohibita alienatio dictis hæredibus institu-
tis, & substitutis. Responsum fuit, quod agebatuc,
non circa verba, quæ continebant prohibitionem
alienationis, sed circa verba continentia rationem,
4 *quia voluit &c.*, & quamvis pcohibitio essecappo-
sita institutis, & substitutis, tamen uti generalis,
generaliter suum effectum semper favore illorum
de Deis operari debebat, ultra etiam personas ex-
pressas, ut in casu suo considerat *Ancharan. dict.
cons.* 27. *Bero. cons.* 90. *lib.* 2. *Zanth. in l. haredes
mei §. cum ita quæst.* 6. *num.* 218. *Simon de Prat.
de interpret. ult. volunt. lib.* 3. *solut.* 10. *num.* 8.
Petra de fideicomm. quæst. 5. *num.* 43. *& quæst.* 6.
num. 16. *Molin. de primogenit. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 16.
Surd. cons. 67. *num.* 16. *cum plurib. seqq. & con-
sil.* 96. *lib.* 2.

Secundo dum proponebatur appacere de ma-
nifesta differentia facta a testatrice inter institu-
tos, & substitutos, & propinquiorem masculum de
Deis post eos vocatum, & ideo dispositis de In-
stitutis, & substitutis non posse convenice proxi-
miori de Deis post eos vocato, & sic pcohibitio-
nem alienationis, apposita pœna privationis, fa-
vore substitui observantia, non posse applicari pro-
ximiori, & esse intelligendam solum de eis, qui-
bus conveniat. Responsum fuit dicta verba pro-
hibentia alienationem, apposita pœna, favore sub-
stituti observantia non reperiri scripta, post insti-
tutos, & substitutos, ut præsupponitur, sed appo-
sita apparere a testatcice post vocationem factam
de proximiore, ita ut etiam ei convenire dican-
tur, maxime quia testatrix usa fuit verbis, *sic, ut
5 supra, institutis, & substitutis*, quæ sunt celativa,
& repetitiva præcedentium. *Rolan. cons.* 30. *n.* 22.
& 23. *lib.* 4

Tertio dum proponebatuc ex vocatione facta
de proximiore de Deis, apparere verba rationis
quia voluit &c. fuisse restricta ad illos de Deis in-
stitutos, & substitutos solummodo, quia si conve-
6 nissent omnibus de familia de Deis, necesse non
fuisset vocare proximiorem, & superfluitas est e-
vitanda, *l. si quando in princip. ff. de legat.* 3. Re-
sponsum fuic hanc argumentationem cemoveri, ex
eo, quia a testatore fieri potest fideicommissum,
favore familiæ, & potest ab eo declarari, qui nam
primo loco, & qui secundo post primos succede-
7 ce debeant *dict. l. cum ita §. in fideicommisso*, & ibi
DD. omnes *ff. de legat.* 2. Et si testatrix vo-
luit declarare, quod succederet proximioc, ut tol-
leretur omnia dubitatio, quæ circa ejus volunta-
8 tem oriri potuisset, erit ista superfluitas de illis,
quæ collerari solent ad tollendam dubitationem,
etiam sophisticam *Rimin. Jun. cons.* 509. *num.* 67.
& seqq. lib. 5. *Magon. decis. Florent.* 37. *num.* 39.
9 Insoper quando verba sunt superflua, ut quia con-
tineant id, quod de jure disponitur, solum pro
non appositis habentur *l.* 3. *ff. de legat.* 1. Ec te-
statricis voluntas apertius colligituc ex verbis, qui-
bus usa fuit, dum enim voluit denotare bona sem-
per debere esse penea illos de Deis, usa fuit vec-
bo *permanere*, & dum voluit successivè proximio-
10 rem debere succedere usa fuit vecbo *pervenire*, ex
primo enim significatuc perpetua, & non tempo-
ralis permansio, præcipuè adjuncto ei vecbo *vo-
11 luit*, quod magis enixam voluntatem demonstrat
Decian. cons. 33. *num.* 98. *&* 99. *lib.* 1.

Ex secundo vero successiva translatio, ut de
utroque loquendo tradit *Menoch. cons.* 376. *n.* 22. 12
& 23. *lib.* 4.

Quarto, & ultimo, dum proponebatur ex
dictione *illos* posita in ratione significari illos de
Deis solummodo institutos, & substitutos, & non 13
omnes de familia de Deis, quia dictio *illos* sit
relativa, & restcictiva, & esset apposita ad favo-
cem Cortigianocum, qui primo loco erant institu-
ti, *l. ille, aut ille ff. de legat.* 3. Responsum fuit 14
secundum Grammaticos dictionem *illos* esse adjecti-
vam, cujus est natura, ut possit adjungi & primæ,
& secundæ, & tertiæ personæ, & nullam de ea fie-
ci cestrictionem, si interpretetur, ut interpretari
potest, nempe uc etiam non solum institutis, &
substitutis, sed aliis de familia de Deis conveniat,
& ideo quemadmodum, si sine dictione *illos* loqu- 15
ta fuisset testatrix de Deis, omnes de familia de
Deis fuissent comprehensi *Peregrin. de fideicomm.* 16
artic. 22. *sub num.* 26. *& seqq.* Ita dicendum est,
quod apposita dictione *illos* de omnibus de fami-
lia de Deis loqui voluerit, cum ejus significatio
propriè omnibus convenice possit secundum natu-
ram dictionis adjectivæ, & ita dicta dictione *illos*
ad interpretandum, qui veniant appellatione domus,
& familiæ, utuntuc DD., dum dicunt venire illos
de domo, & familia *Bart. in l.* 1. *C. de condit &
procur. lib.* 10. *Cravett. cons.* 180. *num.* 2. *in fin.
Alb. cons.* 51. *num.* 3. *Menoch. cons.* 173. *sub n.* 36.
lib. 2. *Magon. decis. Florent.* 37. *num.* 34.

Et cum verbum *permanere*, maximè adjuncto
vecbo *voluit*, significet perpetuitatem, & verbum 17
semper similiter eamdem habeat propriam signifi-
cationem *Soccin. cons.* 12. *col. ult. vers. confirman-
tur prædicta, & cons.* 43. *col* 2. *vers. et magis in
specie, & cons.* 57. *vers. confirmatur idem lib.* 3.
Rolan. cons 23 *num.* 18. *& num.* 38. *lib* 4. *Decian.
cons.* 1. *num.* 258 *cum plurib. seq.* Ita & de dictio-
ne *illos* ea significatio sumenda est, quæ una cum
dictione *semper*, & verbo *permaneat* perpetua sit,
& non restricta ad certum tempus, & cectum ge-
nus pecsonarum contra testatricis voluntatem.

Quod autem dictio *semper* interpretetur ali-
quando secundum subjectam materiam, ut ex ad-
verso dicebatur ex *Bald. in l. adversus in fin. Cod.
de usur.* nullam faciebat difficultatem, quia si ex 18
dictione *semper*, & ex verbo *permaneat* significatio
resultat, ut denotent perpetuitatem, nulla alia su-
bjecta materia considerari poterat, quod ab eorum
significatione esset recedendum, & ex dictione *illos*,
cum posset propriè convenire omnibus de Deis,
non potuit ejus significatum restringendo ea inter-
pretatio desumi, ut præponeretur significatui di-
ctionis *semper*, & verbi *permaneat*, & ut, quod
magis est, destrueret eorum propriam, & regula-
rem significationem, & constitueret novam mate-
riam subjectam, restrictam, & temporalem diver-
sam a generali, & perpetua, cum propria verbo-
rum significatio sit sequenda, relicta impropria, 19
l. non aliter ff. de legat. 3. *l.* 1. *§. si quis navem
ff. de exercit. act. Rolan. cons.* 34. *n.* 18. *lib.* 4. Et 20
cum ea, quæ dicuntuc de præsumptione, conve-
niant etiam interpretationi *Menoch. de præsumpt.* 21
lib. 1. *quæst.* 27. Utique dicendum erit, quod si-
cut validior præsumptio attenditur, ita interpre-
tatio melius fundata in propria plurium dictionum,
& verborum significatione attendi debet *l. Divus
ff de restitut. in integr. l. fin. in princip. ff. quod
met. caus.*

Fuit etiam in hac causa facta condemnatio ad 22
fructus restitutionem, non a die litis contestatæ,
sed a die purificati fideicommissi, considerata ge-
nerali prohibitione alienationis facta favore substi-
tutorum, cujus causa titulus cedocebatuc ad non
titu-

titulum *Surd. decif.* 25. *num.* 21. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 49. *num.* 108. Er ita etiam aliquando in hac Rota in fideicommiffis obfervatum fuit, præfuppofita opinione dominium rerum fubjectarum fideicommiffo ftatim vigore Statuti tranfire in fideicommiffariom *Caftrenf. in l. reftituta*
13 *num.* 3. *ff. ad Trebell. & conf.* 55. *num.* 1. *lib.* 1. Ita tenuerunt DD. tres *in Caufa Albizzi de Faetuna*, ut in *Lib. Mot.* 47. *fol.* 65., & *in Caufa Antinora die* 12. *Octobris* 1612.

Hector Felicius Relatoe.
Jo: Baptifta Burghefius.
Lydius Bovarellus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *PRobibitio alienationis de per fe valida, ac veftita, accedente ratione confervandi bona in familia, vel defcendentibus, inducit perpetuum, & abfolutum fideicommiffum.*

2 *Amplia five hæc ratio prolata fit per verbum difpofitivum* volo, *five per verba illativa, & per modum caufa* ad hoc ut bona &c. *fecus fi tantum enunciativè.*

3 *Probibitio dicitur veftita, & per fe a principio fubfiftens, fi pluribus facta fuerit, ita ut non contineat commodum folius prohibiti, fed videatur uni appofita favore alterius.*

4 *Adverfus* Palm. Nep. *contrariam tenentem fuit a* Rot. noft. *judicatum.*

5 *Item probibitio dicitur veftita, fi in cafu alienationis fuerit appofita pœna privationis contra alienantes, & nullitatis ipfius actus.*

6 *Item fi facta fuit per verba geminata, & prægnantia, qua fuadeant teftatorem voluiffe, ut probibitio non contemneretur.*

7 *Limita fupradictas regulas, ut ratio confervandi bona in familia, licet accedens probibitioni veftita fideicommiffum non inducat, fi certam perfonarum vocationem fubfequatur, vel præcedat fideicommiffum, cui famuletur.*

8 *Accefforia tamen non dicitur, & famulativa, fi facta fuerit per caput feparatum.*

9 *An talis judicetur quamvis concepta per participium* prohibens *remiffivè.*

10 *Item dicitur feparata, & diftincta, fi inter probibitionem, & fideicommiffum mediet aliqua difpofitio.*

11 *Item fi latius pateat, quam præcedens fideicommiffum.*

12 *Item fi refpiciat diverfa bona, veluti quia fideicommiffum fit univerfale, probibitio vero particularis ad ftabilia reftricta.*

13 *Alia ad materiam hujus decifionis remiffivè.*

1 PRohibitio alienationis, quæ per fe valide fit, & veftita, accedente ratione confervandi bona in familia, vel defcendentibus, perpetuum, & abfolutum fideicommiffum inducit, ut ultra in decifione relatos firmant *Balduc. ad Ramon. obfer.* 61. *cap.* 4. *num.* 70. *Palm. Nep. allegat.* 235. *num.* 4. *Manf. confult.* 487. *num.* 8. *tom.* 6., ubi refert ita tenuiffe *Peregrin. in cauf.* contra id, quod fcripferat in *tract. & tom.* 9. *de fideicom. & legat. confult.* 27. *num.* 3. *Rodulphin. alleg.* 170. *num.* 3. & 4. *Torr. de majorat. par.* 1. *cap.* 9. *num.* 78. & 79. *fol.* 69. *Rot. par.* 18. *recent. decif.* 478. *num.* 6. & *coram* *Celf. decif.* 228. *num.* 8. & *coram Merlin. dec.* 669. *num.* 4.

2 Amplia five hæc ratio prolata fit per verbum difpofitivum *volo*, five per verba illativa *ad hoc, ut bona &c.*, & fic per modum caufæ, fecus fi tantum enunciativè *Balduc. ad Ramon.* ubi fupra *num.* 85. *Rot. noft. in Florentina Fideicommiffi de Spinis* 7. *Februarii* 1719. *fuper primo artic. num.* 23. & *feqq. coram D. meo Audit. Urben.*

3 Veftita dicitur prohibitio, & per fe a principio fubfiftens, fi pluribus facta fuerit, ita ut non folius prohibiti commodum contineat, fed uni videatur appofita favore alterius *Altograd. confil.* 92. *num.* 27. *lib.* 1. *Rodulphin. alleg.* 47. *n.* 26. *Manf. confult.* 483. *num* 3. 4. & 5. *tom.* 6. *Samminiat. controv.* 134. *num.* 30. 31. & 32. *Torr. varia. tom.* 3. *par.* 2. *quæft.* 36. *tit.* 12. *n.* 6. *fol.* 3., &

4 licet oppofitum probare conatus fit *Palm. Nep.* fcribens in *Caufa Tornaquincia alleg.* 115. *num.* 6. & *feqq.* contra eum tamen judicavit in eadem caufa *Rota Florent. anno* 1680. cui fententiæ idem *Palm.* acquievit, ut profitetur *alleg.* 232. *num.* 41. *verfic. et licet ego.*

5 Item fi in cafu alienationis fuerit appofita pœna privationis contra alienantes, & nullitatis ipfius actus *Altograd. dict. conf.* 92. *num.* 29. *lib.* 1. *Rodulphin. dict. alleg.* 47. *num* 27. *Palm. Nep. allegat.* 230. *num.* 40. *Rot. coram Arguel. decif.* 54. *n.* 25., & penes *Samminiat. contr.* 135. *n.* 12. & 13.

6 Item fi facta fuerit per verba geminata, & prægnantia, quæ teftatorem fuadeant ejus fuiffe voluntatis, ut prohibitio non contemneretur *Samminiat. controv.* 134. *num.* 34. *bon. mem. Aud. Finett. apud Palm. allegat.* 235. *num.* 11. *Rot. Florentina in dicta Fideicommiffi de Spinis num.* 11.

7 Limita regulam principalem cum fubfequentibus, ut ratio confervandi bona in familia, quamvis accedens prohibitioni jam veftitæ, perpetuum inter omnes fideicommiffum non inducat, fi certam perfonarum vocationem fubfequatur, vel illi præcedat fideicommiffum, cui famuletur *Torr. de majorat. par.* 1. *cap.* 9. §. 9. *n.* 150 *fol.* 74 plene *Rot. in Romana Fideicommiffi de Coronis decif.* 231. *num.* 23. & *feqq.* & *decif.* 368. *num.* 11. & *feqq. cor. Cerra*, quas magiftrales in materia dixit *Samminiat. controv* 136 *num.* 1. & *cor. Celf. dec.* 228. cum aliis, quas refert late *Anfald. in addit. ad decif.* 46. *num.* 35.

8 Accefforia non dicitur, & famulativa, fi facta fuerit per caput feparatum *Rocc. difp. felect. cap.* 10. *num.* 4. *Rot. poft Conftant. ad Statut. Urb. decif.* 109. *num.* 2.

9 An talis judicetur, quamvis concepta per participium *prohibens*. *Rot. Florent. decif.* 77. *n.* 39. & *feqq.* inter impreffas *cor. me.*

10 Item dicitur feparata, & diftincta, fi inter prohibitionem, & fideicommiffum mediet aliqua difpofitio *Balduc. ad Ramon. obferv.* 15. *num.* 97. *Rocc. difp. cap.* 16. *num.* 23. *de Luc. de fideicomm. difc.* 101. *num.* 5. *verfic. pnctus. Palm. Nep. allegat.* 245. *num.* 6. *Rodulphin. alleg.* 170. *n.* 14.

11 Item fi ea latius pateat, quam præcedens fideicommiffum, & non folum vocatorum, fed univerfum familiæ favorem contineat *Rodulphin. allegat.* 152. *num.* 3. *Caftald. confult.* 48. *num.* 7. & 8. *D. meus Audit. Calderon. refolut.* 44. *num.* 28. *Rot. coram Emer. Jun. decif.* 1265. *num.* 7. & *poft de Luc. de fideicomm. decif.* 69. *num.* 13. & *decif.* 71. *num.* 17. & *part.* 19. *recent. decif.* 550. *num.* 5. *Rot. Florent. d. dec.* 77. *n.* 39. & *feq.* inter impreffas *coram me.*

12 Item fi refpiciat diverfa bona, ut quia fideicommiffum fit univerfale, prohibitio vero par-

ticularis ad stabilia restricta *Gratian. discept.* 328. *num.* 17. *Rot. decis.* 110. *num.* 2 *part.* 13. *rec.*

Ad materiam hujus *decis.* vide supra *Rot. Flo-*
13 *rent. decis.* 63. *decis.* 72. *&* *decis.* 78., & quæ dixi in *addit.* ad easdem, & in locis ibidem indicatis. *Rot. in Camerinen. Fideicommissi* 16. *Aprilis* 1706. §. *ad excludendam cor. Omanno, in Auximana Censuum* 5. *Maii* 1710. § *verum cor. Ansaldo, & in Ariminen. Manutentionis* 11. *Maii* 1716. *coram R. P. D. meo Foscaro*.

FLORENTINA
Validitatis Sententiæ.
Die 2. *Septemb.* 1613.

ARGUMENTUM.

Statuto decernente denuncianda esse fideicommissa officio Gabellarum sub pœna denegationis audientiæ, num compræhendat fideicommissa, pro quibus non debetur gabella, & an ordinata per contractum inter vivos, licet obnoxia gabellæ. Hinc plura de fideicommissis in contractu, eorumque forma, validitate, & differentia cum ordinatis per ultimam voluntatem. Denunciatio requisita a Statuto Gabellarum adimpleri utrum possit per æquipollens. Observantiæ ut sit deferendum in hac materia, quæ requirantur.

SUMMARIUM.

1 *Gabellæ lex mandans denegari audientiam inducit nullitatem omnium actorum, quamvis non explicite determinet super nullitate.*

2 *Gabellæ lex mandans denegari audientiam per dictionem* nullo modo, *quæ est universalis negativa, includit casus, & personas, quæ alias non includerentur.*

Quando procedat vide num. seq.

3 *Gabellæ lex mandans notificari quæcumque fideicommissa, intelligitur de fideicommissis gabellabilibus.*

4 *Ratio finalis legis ea censetur, quæ est expressa in proemio.*

5 *Proemium præbet causam, & intentionem legislatoris.*

6 *Proemium facit cognoscere enixam voluntatem disponentis, & causam finalem.*

7 *In proemio quæ dicta sunt, censentur repetita in sequenti dispositione.*

8 *Ex proemio recipiunt interpretationem verba generalia, & indefinita, & elicitur mens, & intentio disponentis.*

9 *Dictio* ideo, *per quam fit transitus ad dispositivam, denotat causam finalem.*

10 *Causa finalis gabellæ non militat in fideicommissis, pro quibus nulla debetur gabella, & de ratione.*

11 *Statutum mandans sub certa pœna quemlibet infra certum terminum denunciare suas substantias non afficit personas immunes.*

12 *Bollettinum, neque confessio, sive denunciatio sunt necessaria, quando gabella non debetur, etiamsi alias fuisset petitum.*

13 *Gabella licet de aliqua re non debeatur, denunciari tamen debet, alias incidit in commissum.*

Dilimita ut num. seq.

14 *Lex gabellæ, quod res omnes denunciari debeant, alias incidant in commissum, locum habet, quando dubium est, an de aliqua re debeatur gabella, secus quando sumus in claris, quod non debeatur.*

15 *Cessante causa cessat effectus.*

16 *Lex gabellæ, quamvis det formam, potest adimpleri per æquipollens.*

17 *Forma Legis, vel Statuti respicientis certum effectum, potest adimpleri per æquipollens, & dicitur adimpleta, si effectus habeatur, & n. 20.*

18 *Mens Statuentium factis, non verbis est adimplenda.*

19 *Lex quando respicit certum effectum, non curatur de forma, an sit ad unguem servata, sed de ipso effectu.*

21 *Finis potius est attendendus, quam verba, & sufficit, quod habeatur, quia forma includitur in ipso actu.*

22 *Actus quando habet eamdem vim, quam desiderat forma, valet, licet forma ad unguem non sit servata.*

23 *Observantia probatur ex attestatione plurium Curialium.*

24 *Observantia declarat mentem, & intentionem disponentis.*

25 *Observantia etiam modici temporis inservit ad declarandam mentem, & intentionem disponentis.*

26 *Observantia declarat omnem dubietatem, & facit licitum, quod alias esset illicitum.*

27 *Observantia declarat Statutum, & attenditur, etiamsi verbis Statuti repugnet, & nunquam censetur a Statuto exclusa.*

28 *Observantia est Regina omnium aliarum interpretationum, præcipue in materia gabellæ.*

29 *In observantia non sunt requirendæ qualitates, ut in consuetudine, aut præscriptione novum jus inducentibus, sed sufficit ita fuisse servatum.*

30 *Lex Officii Gabellæ Florentiæ loquitur in fideicommissis.*

31 *Fideicommissum dicitur subrogatio in locum alterius aliquo modo per ultimam voluntatem facta.*

32 *Vocati successive in contractibus non capiunt de manu præcedentis, ut contingit in fideicommissis vi successionis per obliquum, sed capiunt ex persona propria.*

33 *Fideicommissa solum ordinantur in ultima voluntate.*

34 *Fideicommissa num possint fieri in contractibus, & num. seqq.*

39 *Trebellianica non detrahitur ex fideicommisso facto in contractu.*

40 *Verba gabellæ sunt proprie, & stricte intelligenda.*

41 *Statutum pœnale est stricte intelligendum, nec de eo est licita extensio.*

42 *Pœna non attenditur, quando venit improprie, & non in vera significatione vocabuli.*

43 *Verba universalia Legis videntur comprehendere etiam impropria.*

Quid in Statuto vide num. seqq.

44 *Verba universalia prolata a Statuto non comprehendunt impropria, quia semper debent interpretari, ut minus corrigant jus commune.*

45 *Quod procedit, etiamsi habeant verba præcisa universalia, & geminata.*

46 *Proclamata sunt stricti juris, & ut vulgo dicitur sterilia tamquam mulæ, quæ non pariunt.*

47 *Maxime quando sunt pœnalia, & odiosa.*

48 *Statuta pœnalia, quæ juris regulis adversantur, satis est, ut operentur in aliquo.*

49 *Statutum quando in uno casu expressit, quod voluit, expressisset etiam in alio, si voluisset.*

50 *Statutum quando aliquid disponit etiam prohibendo, & in casu contraventionis imponit pœnam, tunc in dubio actus non censetur annullatus, & de ratione.*

51 *Pœna Statuti tollit pœnam juris communis.*

52 *Pœna specialis impedit generalem.*

DE-

DECISIO LXXXV.

In Caufa Gherardefca, e Gherardefca.

Eft impreffa poft *Giroud. de Gabell. decif.* 16.

ADDITIO.

Ad num. 34. *& feqq.*

AN, & quando fideicommiffa fieri poffint in contractibus, vide plene, quæ fcripfi fupra in *addit. ad decif.* 59. *num.* 47. *& feq.*

FLORENTINA
Fideicommiffi.
22. *Octobris* 1613. *ex Lib. Mot.* 93. *a* 461.

ARGUMENTUM.

Actio rei judicatæ lapfu temporis præfcribitur etiam concurrente mala fide, fed non actio primæva, quæ licet cum actione rei judicatæ cumulari non poffit, ftante tamen claufula *omni meliori modo*, cenfetur cumulata in fubalternam conditionem, quatenus exceptio præfcriptionis rei judicatæ opponatur. Vocatis ad fideicommiffum proximioribus de domo, fœminæ quando remaneant exclufæ, & quando inter mafculos fideicommiffum fit fucceffivum. Proximiores vocati ad fideicommiffum dicuntur conjuncti re, & verbis ad effectum juris accrefcendi, quod non impeditur tranfmiffione, fi hæredes portionem vacantem non acceptaverint, vel paffi fint tempore excludi. Dotis auctæ detractio cum ufuris quando fieri poffit ex fideicommiffo vigore tenutæ in bonis fideicommiffis obtentæ.

SUMMARIUM.

1 *VIa exequutiva per lapfum triginta annorum præfcribitur etiam concurrente mala fide.*
Et de ratione num. 3.
2 *Actio in factum, feu præfcriptis verbis eodem tempore præfcribitur.*
3 *Sententia non parit naturalem obligationem.*
4 *Ex fententia oritur abfque novatione actio cumulativa, non extinctiva.*
5 *Unde præfcripta actione in factum, non cenfetur præfcripta actio primæva.*
6 *Actio primæva cum actione rei judicatæ cumulari non poteft, & de ratione.*
Limita in fubordinatam conditionem num. 7.
Et in fubordinatam conditionem intelligitur propofita actio primæva ex vi, & poteftate claufula omni meliori modo *num.* 8.
7 *Exceptio rei judicatæ non poteft fuppleri ab Judice, nifi fuerit propofita.*
9 *Claufula* omni meliori modo *operatur, ut Judex fuper narratis, & fuper iis, quæ ex facto deducto refultant, quamvis non fpecificatis, juftitiam reddere teneatur.*
10 *Fœminæ non veniunt appellatione proximiorum de domo.*
11 *Amplia fi foli mafculi pofiti fint in conditione.*
12 *Limita fi facta fuerit fub numero plurali.*
Et pro declaratione, quomodo dixerit teftator, quibus ftandum fit num. 13. *& feq.*
13 *Confeffio facta a procuratore etiam non docto de errore eft revocabilis.*
14 *Limita fi facta fuerit in libello, & de ratione.*
15 *Appellatione illorum de domo veniunt, qui habent eadem infignia, & arma, licet non fint agnati.*
16 *Proximioribus ad fideicommiffum vocatis, proximiore extincto, in alios fucceffive fideicommiffum transfertur.*
17 *Verbum* proximiores *eft collectivum, & inducit mixtam conjunctionem.*
18 *Et ex ea oritur jus non decrefcendi.*
19 *Tranfmiffio de jure locum habet in fuos hæredes.*
20 *Et fequuta acceptatione excluditur jus accrefcendi.*
21 *Portio tranfmittentis non agnita accrefcit re, & verbis conjunctis, etiamfi tranfmittens, ejufque hæredes non fint aliquo jure exclufi.*
22 *Fortius vero, fi paffi fint tempore excludi, & præfcriptione, quia ex hoc cenfentur tacite repudiaffe.*
Pro excludenda tranfmiffione nulla eft differentia inter repudiationem expreffam, & tacitam, ibidem.
23 *Aditio hæreditatis inducitur ex retentione dotis maternæ.*
Omittens facere id, ad quod tenetur, cenfetur facere adverfus id, ad quod tenetur, ibidem.
24 *Et non factum quando pro facto habeatur.*
25 *Fideicommiffum tranfit ipfo jure in fucceſſorem ftante Stat. Florent.* rubr. 31. lib. 2.
26 *Et hæc eft receptior opinio* Rot. Florent. *contrariis decifionibus non attentis.*
27 *Legatum annuum an fit a fideicommiffo deducendum remiffive.*

DECISIO LXXXVI.

In Caufa del Grazia, e dell' Ancifa.

OTho de Sapitis de anno 1517. condidit, cum quo deceffit, teftamentum, in quo hæredes univerfales inftituit Philippum, Petrum, & Bernardum ejus filios, quos fuperftites reliquit, eofque expreffe ad invicem fubftituit in cafu mortis fine filiis legitimis, & naturalibus vulgariter, pupillariter, & per fideicommiffum, adjecta expreffa prohibitione alienationis; filii, & hæredes Othonis teftatoris æquis portionibus hæreditatem, & bona paterna diviferunt, deinde Bernardus abfque filiis deceffit teftatus, ut apparet ex Inftrumento ser Hieronymi de Grizellis rogato die 18. Julii anno 1527. in quo legatum annuum Sperantiæ famulæ reliquit, & Philippum, & Petrum fratres hæredes univerfales inftituit — *& fi ambo deceffiffent abfque filiis mafculis legitimis, & naturalibus, fubftituit proximiorem de domo de Sapitis:* ex dictis duobus hæredibus, qui æqualiter Bernardo fratri prædefuncto fuccefferunt, alter deceffit, fcilicet Petrus, abfque filiis, cui fucceffit Philippus prædictus, qui ex hac vita migravit, Elifabeth filia fuperftite, quæ virum duxit Petrum Angeli de Ancifa; contra quam Dominicus de Sapitis die 26. Martii anno 1544. judicium fideicommiffarium inftituit afferens per mortem Philippi patris reæ conventæ fuiffe in ejus favorem apertum, & purificatum fideicommiffum inductum in teftamento Bernardi de Sapitis, quia Philippus fuerit mortuus abfque filiis mafculis, & ipfe extiterit in eum cafum ei fubftitutus, uti proximior de domo de Sapitis: contra actionem propofitam Elifabeth eas propofuit exceptiones, quæ poffent actionem excludere, & quatenus ei de jure fuiffet locus, in fubordinatam conditionem propofuit detractiones in fui favorem faciendas ex bonis petitis; fiquidem detta-

detrahere contendebat portionem bonorum subjectorum fideicummisso Othonis avi sui, quod fuit in portione Bernardi decedentis sine filiis in persona Philippi patris, jure proprio, & ob mortem alterius fratris purificatum, ac etiam extinctum, cum solum ab Othone testatore fuerit inter filios inductum, adeo ut in prætenso fideicommisso Bernardi, solum adesse videretur legitima, & trebellianica Bernardo libere debita in bonis Othonis sui patris, cujus dispositio, & non filii in cæteris bonis, excepta legitima, & trebellianica debet omnino attendi, & observari; petiit etiam dotem, & hæreditatem D. Alexandræ de Victoriis uxoris Othonis, in cujus hæreditate aderat jus consequendæ suæ dotis ab hæredibus Othonis in summa, de qua in Instrumento confessionis a dicto Othone factæ die 26. Octobris 1473. siquidem hæreditatem dictæ D. Alexandræ dicebat Elisabeth ad se pertinere uti proximiorem [erat namque D. Alexandra avia paterna] cum ejus filii scilicet Philippus, Petrus, & Bernardinus eam numquam adiverint, ex quo ipsi filii facti fuerunt debitores dictæ dotis pro rata, & portione, & quia in bonis Bernardi in eum a patre perventis de anno 1543. Elisabeth obtinuit tenutam pronunciari, quæ fuit confirmata, institit etiam, ut ultra portionem dotis deducerentur quinque pro centenario, & anno.

Dominus Primus Judex die 15. Septemb. 1544. sententiam tulit absolutoriam a petitis, Secundus vero eamdem sententiam revocavit declarando per mortem Petri, & Philippi sine filiis masculis fuisse locum fideicommisso a Bernardo constituto in favorem proximioris de domo de Sapitis, illudque pertinere ad dictum Dominicum pro dimidia uti unum ex proximioribus, alia dimidia reservata Antonio de Sapitis existenti tunc in pari gradu; causa devoluta ad Dominos Tres illius temporis, fuit per eos sententia Judicis primarum Appellationum confirmata, declarando fructus perceptos solum fuisse restituendos a die litis contestatæ citra, & concedendo D. reæ conventæ retentionem bonorum pro juribus tenutæ, & effectibus inde sequutis, & quia prædictæ sententiæ Dominorum Trium numquam fuit exequutio petita, sub die 17. Augusti 1610. filii, & hæredes D. Raphaelis de Grazia nobiles Florentini judicium instituerunt contra Jacobum, & Philippum de Aneisa, uti filii, & hæredes dictæ D. Elisabeth non solum pro consequenda dimidia debita Dominico de Sapitis, juxta prædictam rem judicatam, sed etiam alteram dimidiam dictorum bonorum in dicta sententia reservatam Antonio de Sapitis, cujus morte sequuta portio prædicta videtur ad dd. DD. Actores jure accrescendi, vel non decrescendi pertinere, quæ jura ad dictum fideicommissum consequendum resident in persona actorum, quia reperta fuerint in hæreditate Dominici, cui successit D. Vaggia soror D. Raphaelis patris Dominorum de Grazia, qui dictæ D Vaggiæ sororis hæres extitit, ei vero DD Actores successerunt; Exceptionibus a reis conventis propositis status causæ Dominis visus fuit pendere a definitione sequentium inspectionum, & articulorum.

Primo namque fuit videndum, an adversus propositam rem judicatam aliqua obstaret præscriptio.

Secundo quatenus obstaret, an fuerit, & potuerit cumulari actio primæva.

Tertio si fuerit proposita, & potuerit proponi, an D. Elisabeth, cum esset in gradu proximiori, posset dici de domo de Sapitis ad excludendum Dominicum.

Quartu si fœmina non posset dici de domo, an Dominicus admitti posset, cum esset agnatus ultra decimum gradum, quo in proposito fuit videndum an esset fideicommissum successivum.

Quinto an esset locus proposito juri accrescendi.

Sexto, & ultimo an admitti debeant prætensæ deductiones, nempe portionis bonorum, quæ dicitur subjecta fideicommisso Othonis, dotis aviæ una cum quinque pro centenario, & anno virtute pronunciatæ, & confirmatæ tenutæ, nec non annui legati relicti prædictæ famulæ.

Quoad primum fuit dictum per spatium tan- 1
ti temporis ne dum fuisse præscriptam viam executivam etiam concurrente mala fide *Magon. decis. Florent.* 121. *num.* 3. *Afflict. decis.* 245. *n.* 13. & ibi *Ursill. Paris. cons.* 116. *num.* 6. *lib.* 4. *Gomez ad l. Taur.* 63. *num.* 1. *in fin.*, sed etiam actionem in factum, seu præscriptis verbis *Abb. in cap. fin. de præscript. num.* 30. *Bald. in rubric. de præscript. num.* 22. *Balb. de præscript. par.* 4. *qu.* 31. *num.* 2. cujus traditionis ea redditur ratio per *Bald. in cap. si quis per triginta num.* 12. *si de feud. fuer.*
contr., quia ex sententia non oritur naturalis o- 3
bligatio, ideoque adversus eam præscribitur etiam concurrente mala fide.

Ad secundum, quia ex sententia oritur no-
va actio non extinctiva, sed cumulativa absque a- 4
liqua novatione *Afflict. decis.* 93. *num.* 3. *Surd. consil.* 447. *num.* 42. *Capel. Tholosan. decis.* 263. *num.* 2., & præscriptio, ex qua aufertat actio præscriptis verbis, non aufert jus, nec actionem
primævam *Bartol. & Bald. in l. plane ff quod fal-* 5
sa tutor. autor. Gomez ad l. Taur. 63. *n.* 1. fuit judicatum, actionem primævam potuisse proponi, & licet non potuerit cumulari actio prima, & actio
judicati, quia redeundo ad initium novæ petitio- 6
nis videtur sententiæ renunciatum *Bald. in l. alt. C. de usur. rei judicat. num.* 4. tamen id non intelligitur prohibitum in subordinatam conditionem, ut quotidie practicatur; unde potuit proponi actio in factum, & quatenus opponeretur adversus eam præscriptio, quæ per Judicem non potest suppleri,
si non fuerit proposita *Gaid. Pap. decis.* 221. *Surd.* 7
decis. 24. *per tot. Franc. de Pont. cons.* 48. *num.* 10. *Alexand. Turamin.* concivis meus, & præceptor de me optime meritus in *l. non puto ff. de jur. fisc.*
par. 3. *quæst.* 2. *num.* 43. in conditionem subordi- 8
natam intelligitur proposita actio primæva, saltem vi, & potestate clausulæ *omni meliori modo, & super præmissis jus, & justitiam administrari*, ex quibus debet Judex reddere jus super omni, &
toto eo, quod ex facto deducto resultat, etiam si 9
non fuerit specificatum, late *Gabr. de claasul. conclus.* 4. *Borgnia. de usufruct. mulier. relict. num.* 107. *Viv. decis.* 315. *num.* 5. *lib.* 2. *& decis.* 395. *n.* 3. *& 4. eod. lib.*

Tertius punctus visus fuit facilis, quia dum vocantur proximiores de domo, fœminæ
quantumvis propinquiores non censentur vocatæ 10
Tiraquell. de utraque retract. tit. 1. *gloss.* 9. *n.* 195. quinimo sola familiæ cognominis expressio fœminas excludit. Id autem absolute procedit, & absque difficultate, ubi masculi sunt positi in conditione, prout accidit in hujusmodi fideicommisso, quod cum fuerit habitum pro fideicommisso
successivo, ut inferius apparebit, res omnino re- 11
mansit clara contra fœminam, ut nullo pacto admitteretur, ut ex *Anchar. Curt. Jun. Crass. Socin. Jun.*, & ex aliis deducit *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 25. *num.* 47. *per tot. & seqq.* hine fuit conclusum Dominicum fuisse vocatum, fœminam vero exclusam.

Circa quartum fuit pimo dubitatum, an vo-

catus

catus fuisset proximior de dumo de Sapitia, an
vero proximiores, quia si testatur usus fuisser nu-
mero singulari, dubitari potuisser an esset fidei-
commissum successivum, si vero numero plurali fi-
deicommissum successivum videretur inductum, la-
te *Peregrin. de fideicomm. art.* 19. *num.* 17., & quia
12 hac in re nun suit inter partes cunventum de le-
ctione, seu lectura verborum testamenti, Domini re-
quisiti a DD. de Gratia ad publicum Archivium
hujus inclitæ Civitatis accesserunt, & oculari in-
spectione cognoverunt non solum ex imbreviatura
præsentis instrumenti testamenti, sed ex consuetu-
dine Notarii, ut apparnit ex aliis suis Instrumen-
tis posse æque bene legi *proximiorem*, & *proximio-
res*, qua in ambiguitate fuir amplectenda illa le-
ctio, qua usi sunt DD. de Gratia in libello, di-
xerunr namque fuisse vocatos proximiores, & ideo
fuit dictum fideicommissum esse successivum; & li-
cet prædicta confessio circa lectiunem testamenti
fuerit facta ab eorum procuratore, ex quo dubi-
tari posset, an esset revocabilis etiam uuu docto
13 de errore *Rat. decis.* 613. *num.* 9. *par.* 1. *diversor.
Verall. decis.* 298. *num.* 1. *par.* 1. *Ossasc. decis.* 38.
Honded. conf. 66. *num.* 68. *lib.* 1. *Surd. consil.* 356.
num. 4. *Mascard. de probat. conclus.* 369. *per tot.*,
14 tamen quia fuir facta in libellu, non potuit alte-
rari, ne libellus inserviret de venro *Amat. dec.* 61.
num. 65. *& seq.* præterquamquod procurator, qui
verba testamenti ita fuit interpretatus, fuit unus
ex hæredibus, cujus dictu magis standum est.

Dominicum fuisse admittendum ad fideicom-
missum, etiam si esset ultra decimum gradum, fuit
15 tentum in nostra specie, in qua vocantur illi de
domu de Sapitia, quo casu veniunt, qui portant
eadem insignia, & arma, etiamsi inter se agnati
non sint *Peregrin. de fideicomm. artic.* 22. *num.* 27.
*vers. insuper appellatione. Mantic. de conject. ult.
volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 17. ex quibus DD. actu-
ribus fuit per sententiam triburum jus super bo-
nis, quæ apparerent subjecta fideicommisso Ber-
nardi, quod competiit Dominico de Sapitis ejus
vita durante dumtaxat, quia eo murtuo fuir o-
mne jus illi competens extinctum, & in alios pro-
ximiores de eadem familia de Sapitis translatum,
16 ad tradita per DD. in *l. cum ita §. in fideicommis-
so ff. de legat.* 2. *& in l. fin. §. sin autem C. com-
mun. de legat.* nec aliqua potuit fieri transmissio
in D. actores uti hæredes extraneos.

Ad quintum punctum fuit definitum, esse lo-
cum juri non diminuendi, ad effectum, ut Domi-
nicus posset consequi partem Antonii, qui tunc
17 vivebat in pari gradu proximitatis, quia cum ver-
bum *proximiores* sit collectivum, inducitur mixta
18 conjunctiu *Crass. in §. jus accrescendi qu.* 7. *n.* 3.
in qua habet locum jus non diminuendi, seu non
decrescendi, late *Crass.* ubi supra *quæst.* su., quod
jus non potuit impediri per transmissionem, quam
19 videtur fecisse Antonius in suos hæredes jure di-
sponente *Peregrin. de fideicomm. artic.* 31. *Saccin.
cons.* 290. *lib.* 2., quia non constat de acceptatio-
20 ne, quæ jus accrescendi excludit *Rip. in l. re co-
njuncti num.* 156. *ff. de legat.* 3. *Mantic. de conject.
ultim. volunt. lib.* 10. *tit.* 3. *num.* 32., & dum
portiu Antouii uon fuit agnita, potuisset Domini-
cus re, & verbis conjunctus totum petere, etiam
si Antonius, vel ejus hæredes ab eorum portione
non essent aliquo jure exclusi, late *Peregrin. de
21 fideicomm. art.* 9. *num.* 12. *vers. si vero sint conjun-
cti re, vel re, & verbis*, meritu id ipsum fuit con-
cedendum DD. Actoribus ipsum Dominicum repræ-
sentantibus; cui juri accrescendi, seu non decre-
scendi locus fieri debet, etiam si Antonius, vel ejus
hæredes essent exclusi tempore, & præscriptione,
quia paria sunt repudiare, & tempore excludi; cum
quis tacite dicatur repudiare, dum patitur tempo-
re excludi, nec aliqua in proposito constituitur
differentia inter expressam, & tacitam repudiatio-
nem *Peregrin. de fideicommis. artic.* 14. *n.* 9. *Cra-* 22
vett. conf. 144. *in fin. Gulielm. de Bened. in cap. Ray-
nutius de testam. in vers. et uxorem nomine Athela-
siam num.* 140.

Deductiunum inspectio, quæ ultimo loco ab-
solvi debuit ad effectum dignuscendi portiunem bo-
norum subjectorum fideicommisso Bernardi, de qui-
bus rei conventi tenentur fructus præstare, juxta
tenorem sententiæ latæ, in ea parte, qua fuit pe-
titum, deduci fideicommissum reciprocum indu-
ctum per Othonem inter filios dumtaxat, nullam
admisit difficultatem; siquidem illud remansit libe-
rum in hæreditate Philippi, quæ plenu jure per-
tiner ad reos conventos ex persona D. Elisabeth
eorum matris, unde in fideicummisso Bernardi so-
lum continetur tanta pars bonorum, quantum ca-
pit ejus legitima, & trebellianica, cum de ea so-
lummodo testari potuerit; in eo vero, quod per-
tinet ad deductionem dotis D. Alexandræ una cum
quinque pro centenario, & anno vigore tenutæ,
si res fuisset dijudicanda ex integro, circumscripta
re judicata, fortasse dici potuisset dictam dotem
ad filios masculos pertinuisse, & nun ad neptem, 23
quia filii Alexandræ matris hæreditatem adiverint
ex non facto, dum dotes maternas retinuerunt, eas
namque solvissent, quibus de jure fuissent sol-
vendæ, si matris hæreditatem repudiassent; unde
ex non facta solutione videtur aditio resultare,
quia cum quis non facit, ad quod tenetur, cense-
tur facere adversus id, ad quod tenetur *§. si ad-* 24
*versus instit. de nupt. l. qui non facit ff. de regul.
jur.*, siquidem in propositu interpretatur non fa-
ctum quoddam factum, late *Mantic. de conject. ul-
tim. volunt. lib.* 12. *tit.* 53. *num.* 53.

Verum quia in prædictis fuit allegata res ju-
dicata, adversus eam DD. Actores pruposuerunt ex-
ceptionem nullitatis, quia evanuerit ex lege te-
nutæ, cum intra legitimum tempus non fuerit bo-
norum dominium impetratum, nec replicatiu reo-
rum visa fuit sufficiens, dum dicebant bunurum
adjudicationem nun esse necessariam ex dispositio-
ne ejusdem Legis, ubi ille, qui tenutam obtinuit
pronunciari, eorumdem bonorum fuit dominium
consequutus, prout D. Elisabeth, uti hæres pa-
tris fuit consequuta, quia Florentiæ ex Statuti cen-
sura *rub.* 31. *lib.* 2. dominium transit ipso jure ab- 25
sque aliqua restitutione, & declaratione in fidei-
commissarium *Castr. consil.* 55. *lib. pr.* pro qua
opiniune sæpissime in hac Rota fuit judicatum, &
licet adsint decisiunes ejusdem Rotæ in contrarium
ex doctrina *Soccin. Sen. conf.* 290. *num.* 4. *vers. et* 26
sic apparet, quod est aperta via lib. 2. tamen fre-
quentius itum est in opinionem, quam Domini
sequuti fuerunt, scilicet dominium transire in fi-
deicommissarium ipsu jure, & per consequens te-
nutam remansisse nullam, ex qua tenutæ annulla-
tione remanet decisum reos conventos non posse
deducere quinque pro centenariu decursos elapso
tempore petendi bonorum adjudicationem; an ve-
ro annullata tenuta dicatur annullati effectus con-
summati quo ad usuras decursas in tempore, in-
tra quod non fuit necesse dominium impetrari, &
quoad declarationem crediti dictæ dotis D. Ale-
xandræ factam in favorem D. Elisabeth, est arti-
culus distinctus a superiori, & pro ejus declaratio-
ne videndum erit, quid alias obtinuerit in hac Al-
ma Rota in hujusmodi præjudiciis. An legatum an-
nuum

nuum sit deducendum ad tradita plene per *Surd. decis.* 38. *num.* 3. non fuit definitum, ideo & in hac parte remanent jura reservata, prout in aliis deductionibus, si quæ de jure competerent.

Ex quibus &c.

Hector Felicius.
Joannes Baptista Burghesius.
Lydius Bovarelius.

A D D I T I O.

A R G U M E N T U M.

Jus petendi exequutionem sententiæ quomodo præscribatur. Appellatione proximiorum de domo quando veniant fœminæ. Jus accrescendi ex quibus resultet, & quando locum habeat, maximè post quæsitum emolumentum.

S U M M A R I U M.

1 *JUs petendi exequutionem sententiæ de jure communi præscribitur spatio triginta annorum.*

2 *Amplia ut in hac præscriptione non intret inspectio malæ fidei, neque subductio vitæ debitoris, nec alia, quæ examinantur in materia præscriptionum, & de ratione.*

3 *Limita si exequutio incæpta fuerit, cum tunc via exequutiva efficiatur perpetua.*

4 *Plura diversa, & contraria remedia quomodo in eodem libello cumulari possint remissivè.*

5 *Appellatione proximiorum de domo regulariter veniunt fœminæ.*

6 *Limita primo, quando sunt vocati proximiores de domo cum adjuncto cognominis, & de ratione num. 7.*

7 *Appositio cognominis arguit agnationis contemplationem.*

8 *Limita secundò, quando in parte conditionali solum de masculis facta est mentio.*

9 *Declara dd. limitationes procedere, concurrente simul utraque circumstantia tam prima, quam secunda, alias sola adjectio cognominis non excluderet fœminas, nisi in concursu masculorum.*

10 *Contraria procedunt, quando antecedens vocatio est coarctata ad solos masculos, vel si adsit regularis fœminarum exclusio, vel expressa agnationis contemplatio.*

11 *Jus accrescendi, seu non decrescendi semper habet locum, stante conjunctione reali, & verbali.*

12 *Amplia procedere etiam in materia jurispatronatus.*

13 *Et etiam si adsit diversitas linearum.*

14 *Amplia etiam inter legatarios.*

15 *Declara procedere, quando agitur inter collegatarios eodem jure venientes, secus autem quando agitur inter legatarium, & hæredem diverso jure venientes.*

16 *Facilius datur in usufructu, quam in proprietate.*

17 *Amplia regulam, de qua supra num. 11. procedere, licet utraque conjunctio non concurrat, sed sufficere, ut aliqui sint conjuncti verbis, aliqui re.*

18 *Vel esse aliquos conjunctos verbis, & re non totaliter disjunctos.*

19 *Conjuncti verbis, & re non totaliter disjuncti dicuntur, quando portiones non fuerunt totaliter distinctæ, sed solum intellectualiter, nec sunt ad oculum demonstrabiles.*

20 *Intellige si divisio intellectualis facta fuerit sub unica verborum structura, secus si per duas distinctas orationes, tunc enim cessat jus accrescendi, etiamsi partes non sint ad oculum demonstrabiles.*

Et licet ambæ orationes sint inter se colligatæ per copulam -- et -- ibidem.

21 *Et supradicta conjunctio operatur jus accrescendi, sive fratres solum ex uno latere, sive ex utroque copulentur.*

22 *Limita quando fratres utrinque conjuncti essent conjuncti re, & verbis, & frater ex uno latere esset totaliter disjunctus.*

23 *Verbis conjunctus dicitur, quando vocatus est in eadem oratione.*

24 *Et econverso disjunctus, quando versamur in duplici oratione de per se completa, in qua sejunctim unicuique portio sit assignata.*

25 *Amplia etiamsi unica vice fuerit oppositum verbum* substituit, *& quomodo hoc intelligatur remissivè.*

26 *Re conjunctus dicitur, quando quis invitatur ad duas partes.*

27 *Et cum duobus separatim eadem res legatur.*

28 *Conjunctio re cessat, quando substituti non sunt vocati ad eamdem rem, seu ad easdem partes hæreditatis, sed ad diversas.*

29 *Amplia sive partes sint quantitativæ, seu quotitativæ, & numerales.*

30 *Conjunctio realis ut inducatur non sufficit unicitas, vel individuitas rei, sed opus est, ut singuli ab initio vocentur ad solidum.*

31 *Et talis vocatio operatur, ut eadem res penes omnes totaliter adesse dicatur, & sic locus sit juri accrescendi, vel non decrescendi.*

32 *Secus quando medietas hæreditatis uni relicta est, & alia medietas alteri.*

33 *Resolvitur objectum, quod requiratur divisio portionum ad oculum demonstrabilis remissivè.*

34 *De jure accrescendi resultante ex individuitate rei remissivè.*

35 *Re, & verbis conjunctus dicitur, quando eadem res duobus copulativè legatur.*

36 *Exemplifica, quando testator adhibuisset dictionem* cum, *veluti si reliquisset usufructuariam Sejam cum Titia.*

37 *Semper enim dicuntur re, & verbis conjuncti, quando eadem res pluribus unica oratione relicta est.*

38 *Conjunctus re, & verbis præfertur conjuncto re tantum.*

39 *Et conjuncto verbis tantum.*

40 *Sed si unus adsit conjunctus re tantum, alter verbis tantum, nemo ex his præfertur, & prævalet in jure accrescendi, sed pro hæreditariis portionibus pars omnibus accrescit.*

41 *Limita quando conjunctus verbis tantum esset conjunctus per nomen collectivum, quia tunc præferretur re tantum conjuncto.*

42 *Jus accrescendi unitum cum jure substitutionis operatur, ut talis substitutus præferatur substituto tantum.*

43 *Jus accrescendi locum non habet post quæsitum emolumentum.*

44 *Et ad hoc sufficit sola agnitio juris quæsiti, & simpliciter delati.*

45 *Amplia tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus.*

46 *Limita primo in legato usufructus, & annuæ præstationis, & de ratione.*

47 *In legato usufructus non datur jus non decrescendi, sed accrescendi, & de ratione n. ant.*

48 *Ususfructus legatus matri cum filia, mortua matre post acquisitionem, accrescit in totum filiæ.*

49 *Maximè quando inter usufructuarios adest co-*

nju-

niunctio re, & verbis, tunc enim uno decedente etiam post quæsitum emolumentum, usufructus alteri accrescit excluso proprietario.

50 *Amplia etiamsi non versemur inter usufructuarios.*

51 *Limita quando ex duabus lineis a principio vocatis una deficeret, & alia duraret, nam tunc per illos de linea superstite non succeditur illis de linea defecta post quæsitum emolumentum, non obstante conjunctione reali, vel verbali.*

52 *Conjunctio verbalis an sufficiat, at in usufructu sit locus juri accrescendi remissivè.*

53 *Jus accrescendi in usufructu locum non habet post quæsitum emolumentum, si plures essent verbaliter conjuncti, & re omnino disjuncti.*

54 *Amplia ut prædicta locum habeant in usufructu causali, quando iste debet accrescere formali, secus quando causalis duobus esset relictus, & una pars istius alteri accrescere deberet.*

55 *Item amplia quando usufructus uni relictus est purè, alteri sub conditione, tunc enim ille, cui relictus est purè totum consequitur, licet conditio purificata non sit.*

56 *Limita secundo regulam, de qua num. 43. non habere locum in materia emphyteutica, in qua etiam post quæsitum emolumentum datur jus accrescendi.*

57 *Tertio limita in gratiis, & concessionibus Principum.*

58 *Limita quarto regulam, quando agitur de re individua de sui natura, vel ex voluntate testatoris, qui præceperit hæreditatem indivisam remanere.*

59 *Item quando testator consideravit plures hæredes, legatarios, vel alias personas conjunctas per modum unius lineæ.*

60 *Vel quando res non solum relicta fuit pluribus personis, sed etiam eorum filiis, & descendentibus.*

61 *Et tunc per acquisitionem lucri non extingueretur jus accrescendi, sed obdormiret, vel suspensum remaneret pro casu defectus omnis descendentiæ.*

62 *Nisi res esset transitoria ad bonorum hæredes, qui nunquam deficiunt.*

63 *Declara supradicta, ut inter descendentes jus accrescendi post quæsitum emolumentum potius proveniat ex vi propria vocationis, quam ex jure accrescendi.*

64 *Limita quinto, quando acquisitio resolvitur, ac si nunquam facta fuisset, & res redit ad primævum statum, quo erat ante emolumentum quæsitum.*

65 *Exemplifica in casu restitutionis in integrum adversus aditam hæreditatem.*

66 *Limita sexto, quando inter substitutos est inducta reciproca.*

67 *Ista tamen successio non provenit a conjunctione, seu jure accrescendi, sed ab efficacia substitutionis reciprocæ.*

68 *Jus accrescendi tanquam subsidiaria legis dispositio locum habet dumtaxat deficiente hominis vocatione.*

69 *Limita septimo, quando jus accrescendi non est conjunctum cum substitutione pupillari.*

70 *Limita octavo, quando agitur de assignatione libertatum, vel promissione operarum duobus facta.*

71 *Limita nono si constet de voluntate disponentis, vel contrahentium per expressam, vel tacitam conventionem, & num. 74.*

72 *Jus accrescendi tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus semper locum habet, quando constat talem fuisse mentem disponentium.*

73 *Fallit tamen hæc regula, quando versaremur in hæreditate jam adita, cum testator non possit facere hæredem ad tempus, & quod qui semel fuit hæres desinat esse hæres.*

75 *Aliæ limitationes, quando jus accrescendi locum habent etiam post quæsitum emolumentum remissivè.*

76 *Jus accrescendi post quæsitum emolumentum datur semper cum tacita onerum, & conditionum repetitione.*

77 *De aliis casibus, in quibus tam ante, quam post quæsitum emolumentum accretio fiat cum onere, vel sine remissivè.*

78 *Vocatis pluribus ad fideicommissum, qui sint inter se conjuncti, unus ex eis totum petere potest.*

79 *Amplia sive conjunctio sit verbalis tantum, sive realis, & verbalis, & quid si adsit conjunctio verbalis tantum remissivè.*

80 *Amplia etiamsi uni ex conjunctis sit relictum purè, alteri sub conditione, tunc enim purè vocatus pendente conditione totum petere potest.*

81 *Maximè si transactus fuerit terminus ad instantiam legatarii, vel fideicommissarii præfixus socio ad agnoscendum, vel respuendum legatum.*

Ad num. 1. & seqq.

JUs petendi exequutionem sententiæ spatio triginta annorum de jure communi præscribi tradunt ultra congestos in decisione *Marant. in prax. par. 6. §. ult. num. 54. Carleval. de judit. tom. 2. tit. 3. disp. 4. num. 1. Barbos. de præscript. ad l. sicut 3. num. 159. Rot. Rom. coram Cerrin dec. 147. num. 6. coram Merlin. decis. 125. num. 28. & coram Emer. Jun. decis. 615. num. 1. & dec. 750. n. 6.* 1

Amplia ut in præscribenda via exequutiva, neque intret inspectio malæ fidei, neque subductionis vitæ principalis debitoris, neque aliarum quæstionum, quæ in materia præscriptionum examinantur, quoniam eæ procedunt, ubi agatur de præscribenda ipsa actione in substantia, secus ubi de sola exequutione, & officio Judicis *Barbos.* ubi supra *num. 165. de Luc. de judic. disc. 21. num. 10. & de credit. disc. 117. num. 45. & disc. 131. num. 5. Rot. post eundem de legat. decis. 6. num. 3. & in recent. decis. 96. num. 4. par. 15.* 2

Limita si fuerit cœpta exequutio, licet deinde non integrè consummata, quia tunc via exequutiva efficitur perpetua *Mans. consult. 84 n. 41. tom. 2. de Luc. de credit. dict. disc. 117. num. 7. Rot. Rom. post eundem de dot. decis. 40. num. 1. & in recent. decis. 405. num. 7. par. 12.* 3

Plura remedia diversa, & contraria an, & quomodo possint in eodem libello cumulari, vide apud relatos per D. meum Auditorem *Bonfin. ad bannim. general. cap. 79. num. 16. & in append. final. num. 53.*, quibus addo *Altograd. cons. 72. lib. 2. Balduct. ad Ramon. decis. 73. num. 1. tom. 4.* 4

Ad num. 10.

Conclusio, quod fœminæ non veniant appellatione proximiorum de domo, ita in abstracto non est vera, & in contrarium stat magis communis opinio, de qua *Palm. Nep. allegat. 101. num. 20. & seqq. Torr. de primogenit. tom. 1. cap. 38. §. 7. num. 2. & 34 & seqq. fol. 408. Rot. Rom. in Romana Fideicommissi de Cecchinis 1. Junii 1699. §. posse autem, coram della Tremoille*, penes eundem *Torr. var. jur. quæst. tom. 2. miscellan. par. 1. dec. 3. tit. 12. num. 20. & in Romana Fideicommissi de Goris apud D. meum Aud. Calderon. resol. 77. n. 66. & seqq. & in Romana Fideicommissi de Vincentinis* penes *Saminiat. controv. 126. num. 20. & 21. & in Bononien. Fideicommissi de Ghisileriis post de Luc. de fidei-* 5

de fideitomm. in Mantiss. decis. 5. *num.* 8. *Rot. Florentin.* infra *decis.* 98. *num.* 1. *& in Florentina Fideicommissi de Spinis* 7. *Februarii* 1719. *a Nativit. artic.* 3. *super comprehensione fœminarum num.* 133. *coram D. meo Audit. Urbani.*

Bene tamen procedit stantibus circumstantiis,
6 de quibus in decisione. Prima nempe, quod vocati sint proximiores de domo cum adjuncto cognominis *Altograd. cons.* 80. *num.* 92. *lib.* 2. *Venturin. cons.* 42. *num.* 86. *lib.* 1. *D. meus Aud. Calderon. resolut.* 44. *num.* 28. *Torr. de primog. to.* 1. *dict. cap.* 38. §. 10. *num.* 167. *vers. quando vero*, *&* §. 1. *num.* 288. *fol.* 411. *&* 412. *Rot. Rom. in Florentina Fideicommissi apud. Paolut. dissertat.* 91. *decis.* 3. *num.* 11.

Et ratio est, quia ex tali appositione cogno-
7 minis resultat contemplatio agnationis *Torr. variar. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 8. *num.* 8. *fol.* 54. plene *D. meus Audit. Calderon. resolut.* 77. *num.* 9. *Rot. Rom.* penes eumdem *num.* 71. *& post resol* 97. *num.* 171., *& post decis. Florent.* 45. *coram me* §. 1. *num.* 15. *& coram Ansald. decis.* 100. *num.* 1. *Rot. Florent.* supra *decis.* 79. *num.* 25.

8 Altera, quod in parte conditionali solum de masculis mentio facta fuit, ut præter adductos in decisione firmat *D. meus Audit. Calderon. dict. resolut.* 44. *num.* 6. *&* 24., ibique *Rot. Rom. n.* 39. & in confirmatorio ibidem pariter impress. *num.* 54. quarum prima est penes *Balduec. ad Ramon. decis.* 43. *tom.* 4., & ambæ sunt in *Mantiss. ad de Luc. de fideicomm. decis.* 11. *&* 12.

9 Declaro utramque circumstantiam pro fœminarum exclusione copulative requiri; prout copulative concurrebant in casu decisionis, alias sola vocatio proximiorum de domo cum adjuncto cognominis non excluderet simpliciter fœminas, sed solum in concursu masculorum, & sic per prius, non autem per posterius *Rot. Rom. coram Cerr. decis.* 65. *num.* 22. *& seqq.* cum aliis plene relatis per *Rot. Florent. in dicta Florentina Fideicommissi de Spinis super tertio artic. num.* 135, ubi *num.* 138.
10 ait contrario procedere, vel si antecedens vocatio coarctata fuerit ad masculos, vel si adsit regularis fœminarum exclusio, vel expressa agnationis contemplatio.

Ad num. 18.

11 In conjunctione mixta re, & verbis facta locum habet jus accrescendi, seu non decrescendi *Fredian. de fideicomm. dissert.* 10. *num.* 14. *Rot. Roman. in recent. decis.* 256. *num.* 13. 14. *&* 28. *p.* 16. *Rot. Florent. apud Accaris. decis.* 78. *num.* 25, & supra *decis.* 54. *num.* 5.

Et quod reali, & verbali conjunctione concurrente semper sit locus juri accrescendi *Mans. consult.* 81. *num.* 38. *tom.* 1. *Torr. var. jur. quæst. tom.* 2. *miscell. part.* 1. *tit.* 12. *quæst.* 23. *num.* 1. *fol.* 258 *Episcop. Rocc. disput.* 22. *num.* 1. *Fredian. de fideicomm. dict. dissert.* 10. *num.* 14. *& dissert.* 28. *num.* 13. ibique *Rot. Lucen. num.* 35. *Ansald. in addit. ad decis.* 94. *num.* 51. *Rot. Rom. post de Luc. de fideicomm. in Mantiss. decis.* 72. *num.* 13. *in recent. decis.* 423. *num.* 29. *par.* 18. *decis.* 487. *n.* 44. *& decis.* 547. *num.* 4 *par.* 19. *& in Bononien. Beneficii* 23. *Junii* 1727. §. *at vero coram R. P. D. meo Calcagnino*, & dixi ego inter *decis. Rot. Senen. post. decis.* 35 §. 2. *num.* 2.

12 Quod ampliatur procedere etiam in materia jurispatronatus *D. meus Audit. Calderon. resol.* 47.
13 *num.* 30. 35. *&* 36 ubi etiamsi adsit diversitas linearum. *Piton. de controv. patron. alleg.* 76. *num.* 3. *& alleg.* 100. *num.* 679. *Rot. coram Emerix Jun. decis* 830. *num.* 2. *&* 11. *& decis.* 850. *num.* 1. *in recent. decis.* 539. *num.* 22. *par.* 19., & vide super hoc *de Luc. de lin. legat. lib.* 1. *artic.* 23. *num.* 14. *& seqq.*

Et inter legatarios *Gob. consult. decis.* 56. *n.* 7. 14
fol. 392. *tom.* 2.

Hoc tamen intelligitur quando versaremur 15
inter plures collegatarios eodem jure venientes, sed diversimode dicendum esset, quando quæstio esset inter legatarium, & hæredem venientes diverso jure *Paulut. dissert.* 88. *num.* 129. *&* 130., ubi adducit rationem. *Dom. meus Audit. Calderon. resolut.* 9. *num.* 16.

Et inter taliter conjunctos facilius datur in 16
usufructu, quam in proprietate *Rot. Roman. coram Emer. Jun. decis.* 474. *num.* 11.

Sed ad effectum, ut sit locus juri accrescen-
di, vel non decrescendi non est necessaria utraque 17
conjunctio, sed sufficit aliquos esse verbis, vel re conjunctos *Text. in l.* 16. §. *ultim. ff. de legat.* 1. *l. re conjuncti ff. de legat.* 3. *& in l. unic.* §. *sin autem C. de caduc. tollend. l.* 66. *ff. de hered. instit. Brunneman. ad l.* 1. *ff. de usufruct. accresc. num.* 1. *Torr. var. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 13. *n.* 23. *fol.* 719. *Rot. Rom. post de Luc. de fideicommiss. in Mantiss. decis.* 72. *num.* 13. *in recent. decis.* 97. *num.* 25. *& decis.* 667. *num.* 10. *par.* 18. *& coram Benincas. decis.* 255. *num.* 13.

Vel esse verbis conjunctos, & re non totali- 18
ter disjunctos *Castald. consult.* 11. *num.* 1. *tom.* 1. *Saminiat. controv.* 28. *num.* 2. *Banden. miscell. juridic. docum.* 41. *num.* 4. *&* 5. *Torr. variar. jur. quæst. lib.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 38. *num.* 16. *fol.* 410. *Aguir. de tacit. oner. & condit. repet. cap.* 5. §. 3. *sect.* 1. *num.* 8. *vers. & si. Rot. Rom. in recen. decis.* 322. *num.* 8. *&* 9. *par.* 12. *& decis.* 437. *n.* 21. *par.* 19. *& coram Cels. decis.* 88. *num.* 9. *& decis.* 176. *num.* 13.

Et dicuntur verbis conjuncti, & re non to- 19
taliter disjuncti, quando portiones non fuerunt realiter distinctæ, sed solum intellectualiter, nec sunt ad oculum demonstrabiles, ut firmat *Fredian. de fideicomm. dissert.* 25. *num.* 17., & prosequitur *Castald. dict. consult.* 11. *num.* 1. *Rot. Rom. in rec. dict. decis.* 437. *num.* 2. 20. *& seqq. part.* 19., &
generaliter *coram Benincas. decis.* 225. *num.* 17. *&* 20
seqq., ubi quod hoc procedit, quando divisio rei facta fuit sub unica verborum structura, secus si per duas distinctas orationes, nam tunc etiamsi partes non sint ad oculum demonstrabiles, exclusum remanet jus accrescendi, quamvis ambæ orationes sint inter se colligatæ per copulam -- *et* --

Talisque conjunctionis efficacia operatur jus 21
accrescendi, sive fratres ex uno latere dumtaxat, sive ex utroque copulentur *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 3. *vers. item procedit. Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 75. *n.* 14. *Peregrin. de fideicomm. art.* 20. *num.* 17. *Rot. Rom. in recen. decis.* 437. *num.* 21. *par.* 19.

Quod tamen non procederet quando fratres 22
utrinque conjuncti essent conjuncti re, & verbis, & alter frater ex uno latere totaliter esset disjunctus, nam tunc iste non posset cum aliis succedere vigore juris accrescendi, quod requirit conjunctionem realem, vel verbalem, & inter disjunctos non datur, ut declarando auctoritates inter se contrarias prosequitur in specie *Rot. Rom. in rec. dict. decis.* 437. *num.* 19. *&* 22. *par.* 19.

Dicitur autem aliquis verbis conjunctus quan-
do est vocatus in eadem oratione, ex qua resul- 23
tat conjunctio verbalis *Aguir. de tacit. oner. & condit. repet. cap.* 2 §. 17. *num.* 16. *Rot. Florent. apud Accaris. dict. decis.* 78. *num.* 25.

Econverso autem conjunctio verbalis dicere- 24
tur deficere, si versaremur in duplici oratione

de per

de per se completa, in qua sejunctim unicuique portio assignata fuit *Rot. Senen. decis.* 55. *num.* 28. *coram me*, ubi concordantes, *&* *num.* 30., ubi quod hoc procedit, etiamsi unica vice tantum fuerit appositum verbum *substituti*, & quomodo hoc intelligatur vide ibidem, ne semel scripta iterum repetam. *Rot. post de Luc. de fideicomm. in Mantiss. decis.* 72. *num.* 54. *& coram Benincas. decis.* 225. *num.* pariter 54.

26 Re autem conjunctus dicitur quando quis invitatur ad duas partes *Rota Florent. apud Accaris. decis.* 78. *num.* 26.

27 Prout re conjunctus diceretur, cum duobus separatim eadem res legatur, puta si quis dixerit, Titio fundum lego, & eumdem fundum lego Sempronio *Antonel. de loc. legal. lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 143.

28 Si vero substituti non essent vocati ad unam, eamdemque rem, seu ad easdem partes hæreditatis, sed ad diversas, realis conjunctio exclusa remaneret *Rot. Senen. dict. decis.* 35. *num.* 31. *coram me*. *Rot. Rom. post de Luc. de fideicomm. in Mantiss. decis.* 72. *num.* 15.

Idque procedit, sive partes sint quantitativæ,
29 sive quotitativæ, & numerales, nam utroque casu realis conjunctio sublata dici debet *Rot. Senen.* citat *decis.* 35. *num.* 31. *coram me*, ubi alii plures concordantes. *Rot. post de Luc. de fideicommiss. in Mantiss. dict. decis.* 72. *num.* 16.

30 Nec sufficit ad inducendam realem conjunctionem unicitas, vel individuitas rei, sed unicè inspiciendum est, an singuli ab initio vocentur ad solidum, plene *Bellon. de jur. accrescend. cap.* 5. *quæst.* 5. *num.* 50. *& quæst.* 7. *per tot.* *& quæst.* 32. *num.* 23 *Rot. post de Luc. de fideicomm. in Mantiss. dict. decis.* 72. *num.* 58.

31 Vocatio enim plurium in solidum operatur, ut eadem res penes omnes totaliter adesse dicatur, & proinde operatur, ut inter eos sit locus juri accrescendi, vel non decrescendi, ut post plures, quos adduxi, dixi ego post *decis. Senen.* 35. §. 2. *num.* 3.

32 Unde si testator medietatem hæreditatis uni relinquat, & aliam medietatem alteri, jus accrescendi, seu non decrescendi locum non habet, quia hæreditas in plures, & diversas partes distribui potest *Aguir de tacit. oner. & condit. repet. cap.* 2. §. 17. *num.* 18. *Rot. post de Luc. de fideicomm. in Mantiss. decis.* 72 *num.* 19. *& seq.*

33 Non obstante, quod ad excludendum jus accrescendi requiratur portiones esse ad oculum demonstrabiles, nec sufficiat divisio portionum intellectualis, quia huic objectu præventive responsum fuit per *Rot. Senen. dict. decis.* 35 *num.* 33. *& seqq. coram me*. *Rot. Rom. post de Luc. de fideicomm. in Mantiss. decis.* 72. *num.* 19 *& seqq.*, ad quas Lectorem remitto, ne alibi dicta hic transcribam.

Vide tamen de jure accrescendi resultante ex
34 individuitate rei, quæ plene scripsit *Aguir. de tacit. oner. & condit. repet. cap.* 5. §. 3. *sect.* 1. *n.* 14. *& seqq. & num.* 63. *& seqq. Fiedian. de fideicomm. differt.* 8. *num.* 13. *Rot. Senen. decis.* 35. *num.* 11. *coram me*.

35 Re, & verbis conjunctus dicitur, quando eadem res duobus copulative legatur *Bruneman. ad l.* 1 *ff. de usufruct. accrescen. num.* 3.

Et hoc modo legare dicitur, si testator adhi-
36 buisset dictionem *cum*, puta si reliquisset usufructuariam Sejam cum Titia, ut est text. *in l. si quis Attio*, alias incipit *. si quis Titio* 8. *& in l. si mulieri* 9. *ff de usufruct. accrescend.*, & firmant *Natt. cons.* 297. *num.* 3. *Menoch. cons.* 627. *num.* 2. *Cyriac. controv.* 52. *num.* 6.

Titia. l.

37 Quoties enim eadem res relicta est pluribus personis unica oratione, istæ dicuntur conjunctæ re, & verbis *Aguir. de tacit. oner. & condic. repet. cap.* 2. §. 17. *num.* 23. *Rot. post de Luc. de fideicomm. decis.* 66. *num.* 12., & dixi ego post meam *decis. Senen.* 35. §. 2. *num.* 2.

38 Et conjunctus re, & verbis præfertur conjuncto re tantum *Camarell. de legat. lib.* 3. *d. qu.* 18. *num.* 16. *fol.* 413. *Bellon. de jur. accrescen. cap.* 8. *quæst.* 56. *num.* 3. *Rot Florent. apud Accaris. decis.* 78. *num.* 24.

39 Prout præfertur conjuncto verbis tantum *l. hæredes sine partibus ff. de hæred. instit. Antonel. de loc. legal. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 144 *& seqq. Camarel. de legat. lib.* 3. *quæst.* 18. *num.* 56. *fol.* 413.

40 Si vero unus esset conjunctus re tantum, alter verbis tantum, non est locus juri accrescendi, quia una ex dictis conjunctionibus non esset fortior altera, sed omnibus cohæredibus pro hæreditariis portionibus pars accrescit *Cancer. var. resol. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 31. 34. *& seqq. Antonel. de loc. legal. lib.* 2. *cap.* 9 *num.* 44. *Camarel. de legat. lib.* 3. *quæst.* 18. *num.* 17. *fol.* 413.

41 Si tamen aliqui essent verbis conjuncti per nomen collectivum præferrentur re tantum conjuncto *Camarel. de legat. lib.* 3. *dict. quæst.* 18. *n.* 18. *fol.* 413.

42 Et si jus accrescendi esset unitum cum jure substitutionis, taliter substitutus præferri deberet substituto tantum *Catane. cons.* 5. *num.* 39. *&* 41.

Ad num. 20.

43 Jus accrescendi locum non habet post quæsitum emolumentum *l.* 1. §. *interdum ff. de usufruct. accrescend. Aguir. de tacit. oner. & cond. repet. cap.* 5. §. 3 *sect.* 1. *num.* 45. *& num.* 56. *Torr. var. jur. quæst. lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 13. *n.* 3. *fol.* 717 *Bellon. de jur. accrescend. cap.* 7. *quæst.* 59. *num.* 13. *& seqq. Rot. Rom. post de Luc. de fideicommiss. decis.* 66. *num.* 55. *& coram Coccin. decis.* 797. *num.* 13. *& in recent. decis.* 125. *num.* 15. *part.* 56.

44 Et sufficit sola agnitio juris quæsiti, & simpliciter delati, ut jus accrescendi excludatur, ut est text. *in l. unic.* §. *his diffinitis Cod. de caduc. tollend. Bellon. de jur. accrescend. cap.* 7. *quæst.* 41. *num.* 6. *& seqq. & quæst.* 59. *num.* 13. 54 *&* 55. *&* 23. *Rot. Rom. coram Buratt. decis.* 837. *n.* 10. *& in recent. decis.* 337. *num.* 11. *&* 12. *par.* 16.

45 Idque procedit, sive versemur in contractibus, sive in materia ultimarum voluntatum *Torr de pact. futur. success. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 63. *Aguir. de tacit. oner. & condit. repet. dict. cap.* 5. §. 3. *sect.* 1. *num.* 7. *Bellon. de jur. accrescend. cap.* 7. *quæst.* 59. *num.* 90. *&* 91. *Rot. Rom. apud Palm. Nep. decis.* 463. *num.* 7.

46 Declara primo hoc non habere locum in legato ususfructus, & annuæ præstationis, in quo est locus juri accrescendi, etiamsi portio deficiat post quæsitum emolumentum; nunquam enim dicitur acquisitus respectu futuri temporis, cum quotidie per patientiam constituatur, & acquiratur, ut est text. *in l.* 1. §. *interdum vers. sed in usufructu hoc plus ff. de usufruct. accrescend.*, & ibi *gloss. in verb. qui sibi*. *Cyriac. controv.* 51. *num.* 4. *&* 15. *Rodolphin. alleg.* 65. *n.* 5. *de Luc. ad Gratian. cap.* 178. *num.* 17., ubi reprobat contrarios. *Bellon. de jur. accrescend. cap.* 5. *quæst.* 38. *ex num.* 46. *& cap.* 6. *quæst.* 20. *sub num.* 36. *cap.* 7. *quæst.* 59 *num.* 103. *& seqq. & cap.* 9. *quæst.* 8. *num.* 31. *Menoch. de præsumpt. præsumpt.* 159. *num.* 3. *& sub num.* 18. *lib.* 4. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 10. *titul.* 3. *num.* 33. *Aguir. de tacit. oner. & condit. repet.* citat. *cap.* 5. §. 3. *sect.* 1. *num.* 7 *& seqq.*

Uuu ubi quod

47 ubi quod tali casu locus esse non potest juri non
decrescendi, sed accrescendi, & num. 56. & sect. 2.
num. 47. Turr. variar. jur. quæst. lib. 1. tit. 4. qu. 13.
num. 21. fol. 719. Camarel. de legat. lib. 3. qu. 18.
num. 8. & num. 23. fol. 412. & 414. & fol. 702.
num. 2. de Luc. de lin. legal. lib. 1. art. 29. n. 7.
& artic. 111. num. 10. Venturin. decis. 64. num. 7.
Rot. Senen. decis. 35. num. 16. coram me. Rot. Florent. supra decis. 48. num. 45. Rot. Rom. cor. Priol.
decis. 268. num. 10. & coram Emerix Jun. dec. 670.
num. 2. & post Turr. de pact. futur. success. dec. 144.
num. 10.

Unde legato usufructu matri cum filia, mor-
48 tua matre post acquisitionem accrescit in totum
filiæ ad text. in l. mulieri 7. ff. de usufruct. accrescend. Menoch. cons. 227. num. 2. Cyriac. contr. 51.
num. 5. & contrav. 52. num. 10. & ferè per tot.

49 Maxime si inter plures usufructuarios adsit
conjunctio realis, & verbalis, quo casu uno decedente etiam post quæsitum emolumentum, usufructus alteri accrescit excluso proprietario Camarel.
de legat. lib. 3. dict. quæst. 18. num. 9. fol. 412.
Rot. Rom. in recent. decis. 256. num. 13. par. 16.,
50 & quod hoc procedat, etiamsi non versemur inter
usufructuarios Catane. cons. 5. num. 28. 29. & 30.
Rudulphin. alleg. 33. num. 3. Rot. Rom. in recent.
decis. 197. num. 7. par. 12., nisi tamen ex duobus
51 lineis a principio vocatis una tractu temporis deficeret, & alia duraret, nam tunc illi de linea superstite per jus accrescendi non succederent illis
de linea defecta post quæsitum emolumentum, non
obstante conjunctione reali, vel verbali de Luc. de
lin. legal. lib. 1. artic. 23. num. 14. versic. verius dic.

52 An autem sola conjunctio verbalis sufficiat ad
hoc, ut in usufructu sit locus juri accrescendi,
vide Bellon. de jur. accresc. d. cap. 7. quæst. 59.
num 130. & 131.

53 Econverso vero, si plures essent verbaliter
conjuncti, & re omnino disjuncti, jus accrescendi
in usufructu post quæsitum emolumentum prætendi non posset, ut prosequuntur Aguir. ubi supra,
Rot. Florent. supra dict. decis. 48. num. 46. & seq.
ubi late probat quando non dicantur re totaliter disjuncti.

54 Ampliantur ea, quæ de jure accrescendi in
usufructu dicta sunt, procedere etiam in usufructu
causali, in quo est locus juri accrescendi post
quæsitum emolumentum, quando ususfructus causalis debet accrescere formali, licet secus dicendum esset, quando duobus esset relictus ususfructus causalis, & una istius pars alteri accrescere
deberet, ut distinguit Bellon. de jur. accresc. cap. 7.
quæst. 59. num. 132. & seqq.

Rursus procedunt, nedum quando ususfru-
55 ctus purè relictus est, sed etiam quando uni purè,
& alteri sub conditione, tunc enim semper ille,
cui relictus fuit, totum consequitur, non obstante, quod non sit purificata conditio l. idem §. final. ff. de usufruct. accrescend. Ruin. cons. 33. sub
num. 2. volum. 2. Cyriac. contr. 51. n. 16. & 30.

Declara secundo, ut non habeat locum regu-
56 la in materia emphyteutica, in qua etiam post
quæsitum emolumentum datur jus accrescendi Gratian. discept. 451. num. 1. & seqq. Castald. consult. 184. num. 24. tom. 2. Bellon. de jur. accrescend. cap. 4. quæst. 4. num. 26. & cap. 6. qu. 38.
num. 41., ubi quod tunc proprie non succeditur
vigore juris accrescendi, sed jure successionis, &
investituræ, & num. 51. & seqq.

57 Prout habet locum in gratiis, & concessionibus Principum etiam post emolumentum quæsitum Catan. cons. 38. n. 9. Camarel. de legat. lib. 11.
quæst. 4. num. 4. fol. 702. Aguir. de tacit. oner. &
condit. repet. dict. cap. 5. §. 3. sect. 1. num. 19. &
seqq., & dixi ego supra in addit. ad decis. 59.
num. 21.

Declara tertio, ut non procedat, quando a- 58
gitur de re individua de sui natura, vel ex voluntate testatoris, qui præcepit, & enixe voluit
hæreditatem indivisam remanere, quæ cum censeatur esse apud omnes hæredes, vel legatarios
in solidum, habet conditiones juris non decrescendi, in specie de Luc. de feud. disc. 8. num. 16. &
de jurepatron. disc. 35. sub num. 10. Aguir. de tacit. oner. & condit. repet. dict. cap. 5. §. 3. sect. 1.
num. 21. & seqq., ubi late de materia. Rot. in Bononien. Fideicommissi de Marescottis 1691. cor. Molines impress. post de Luc. de fideicommiss. decis. 66.
num. 18. & in Bononien. Fideicommissorum de Herculanis 1701. cor. Muta nunc impress. post meam
decis. Senen. 35. §. 1. num. 41.

Sicut pariter locum non habet, quando te- 59
stator consideravit plures hæredes legatarios, vel
alias personas conjunctas per modum unius lineæ
Rot. Rom. in dict. Bononien. Fideicommissi de Marescottis 1691. impress. post de Luc. de fideicommiss.
decis. 66. num. 17., & in citat. Bononien. Fideicommissorum de Herculanis 1701. coram Muta impress.
post meam decis. Senen. 35. §. 1. num. 40. & in
Bononien. Beneficii 23. Junii 1727. §. ulterius, &
§. attamen coram R. P. D. meo Calcagnino.

Vel quando res non solum fuit relicta plu- 60
ribus personis, sed etiam eorum filiis, & descendentibus, in puncto Rot. Rom. in allegat. Bononien.
Fideicommissi de Marescottis 1691. coram Molines
impress. post de Luc. de fideicommiss. dict. decis. 66.
num. 17., & in sæpecitata Bononien. Fideicommissorum de Herculanis 1701. coram Muta impress post
meam decis. Senen 35 §. 1. num. 39. & in Bononien. Beneficii 23. Junii 1727. §. at vero coram
R. P. D. meo Calcagnino.

Declara quarto, ut per acquisitionem lucri 61
non extinguatur jus accrescendi, sed illud obdormit, vel suspenditur ob contingentiam defectus
unius descendentiæ, defectis enim hæredibus sanguinis intrat jus accrescendi favore descendentiæ
superstitis; hoc tamen non admitteretur, nec lo- 62
cum habere posset, quando res esset transitoria ad
bonorum hæredes, qui cum nunquam deficiant,
in eis evanescit spes juris accrescendi, cum semper per eos continuetur acquisitio illa, ut declarat Cancer. var. resolut. par. 3. cap. 22. n. 62.
vers. quoad secundum. Pacion. de locat. & conduct.
cap. 26. num. 61. Aguir. de tacit. oner. & condit.
repet. pluries allegat. cap. 5. §. 3. sect. 1. num. 36.
& num. 45., ubi quod inter descendentes semper 63
est locus juri accrescendi etiam post quæsitum
emolumentum, & quod hoc tunc proprie non
provenit ex vi juris accrescendi, sed vigore propriæ vocationis, & ratione sanguinis, quæ est origo, & fundamentum propriæ vocationis Rot. in
dict. Bononien. Fideicommissorum de Herculanis 1701.
coram Muta impress. post meam decis. Senen. 35.
§. 1. num. 39., & in dicta Bononien. Beneficii 23.
Junii 1727. §. at vero coram R. P. D. meo Calcagnino, ubi plures adducit concordantes.

Declara quinto, ut locus sit juri accrescen- 64
di, quando acquisitio resolvitur, ac si nunquam
facta fuisset, nam tunc res in omnibus redit ad
primævum statum, quo erat ante emolumentum
quæsitum, puta si adita hæreditate obtineretur 65
restitutio in integrum contra aditionem jam factam, vel quis admitteretur ad repudiandam hæreditatem, vel ex alia simili causa, ut in præcisis terminis nostræ quæstionis prosequuntur Bellon. de

lon. de jur. accrescend. cap. 7. *quæst.* 59. *num.* 28.
& seqq. & num. 42. *& plur. seqq.*, ubi late. *Aguir.*
de tacit. oner. & condit. repetit. sæpecitat. *cap.* 5.
§. 3. *sect.* 1. *num.* 56. *Camarel. de legat. lib.* 11.
quæst. 4. *num.* 4. *fol.* 702.
66 Declara sexto, ut sit locus juri accrescendi
post acquisitionem, quando inter substitutos est
inducta reciproca *Pacion. alleg.* 147. *num.* 19. *Rot.*
coram Cavaler. decis. 461. *num.* 4.
67 Quæ declaratio vera est, sed tunc successio
non provenit a conjunctione, & jure accrescendi,
sed ab efficacia substitutionis reciprocæ, quæ operatur,
ut superstes succedat in portione deficien-
68 tis, sive ipse rem, & bona acquisiverit, sive non;
jus enim accrescendi tanquam subsidiaria legis
dispositio dumtaxat locum habet hominis vocatione
deficiente *Bellon. de jur. accresc. cap.* 7. *qu.* 59.
num. 95.
69 Declara septimo, ut jus accrescendi non cesset
per acquisitionem rei, & aditam hæreditatem,
quando jus accrescendi est conjunctum cum substitutione
pupillari, ut per text. in *l. qui patris* 59.
ff. de acqu. rer. hæredit. firmat *Bellon. de jur. accrescend.
dict. cap.* 7. *quæst.* 59. *num* 96. *Camarel.*
de legat. lib. 11. *quæst.* 4. *num.* 7. *fol.* 702.
70 Declara octavo, ut sit locus juri accrescendi
post quæsitum emolumentum, quando agitur de
assignatione libertorum, vel in operarum promissione
duobus filiis facta, si enim libertus assignatus
sit duobus, & unus post acquisitionem moriatur,
alteri accrescit, ut per text. in *l. idem erit*
§. si quis simul. l. 4. *& l.* 5. *ff. de assignand. libert.*
observant *Bartol. ad l. si mihi, & Titio* 100.
ff. de verbor. obligat. num 1., ibique *Alciat. n.* 16.
Petr. Gregor. Tholosan. syntagm. lib. 46. *cap.* 11. *n.* 5.
Bellon. de jur. accrescend. cap. 6. *quæst.* 49. *cap.* 7.
quæst. 59. *num.* 81. *& seqq. & cap* 8. *quæst.* 9. *n.* 9.
Camarel. de legat. lib. 11. *dict. quæst.* 4 *num.* 3.
fol. 702. *Aguir. de tacit. oner. & condit. repetit.*
sæpe laudat. *cap.* 5. §. 3. *sect.* 1. *num.* 62., ubi
hujus declarationis assignat rationem.
71 Declara nono, si constet de voluntate disponentis,
vel contrahentium per expressam, vel
tacitam conventionem, quo casu semper intrat
jus accrescendi, etiam post quæsitum emolumentum
Torr. de pact. futur success. lib. 2. *cap.* 17.
num. 63. *& seqq. Bellon. de jur accrescen. cap.* 7.
dict. quæst. 59. *num.* 87. *Camarel. de legat. lib.* 11.
dict. quæst. 4. *num.* 9. *fol.* 702. *Aguir. de tacit.*
oner. & condit. repet. dict. cap. 5. § 3 *sect.* 1. *n.* 21.
& seqq. Rot. Rom. in allegat. *Bononien. Fideicommissorum
de Herculanis* 1701, *coram Muto* impress.
post meam *decis. Senen.* 35. §. 1. *num.* 38.
Et quod jus accrescendi semper locum ha-
72 beat tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus,
quando constat talem fuisse mentem disponentium
Paulut. dissert. 35. *num.* 70. *& seqq. Bellon.
de jur. accrescend. lib* 1. *cap.* 6. *quæst.* 32. *n.* 62.
& seqq. Rot. Florent apud Dyn. decis. civil. 9. *n.* 54.
Rot. Senen. dict. decis. 35. *num.* 3. *coram me. Rota*
Rom. ibidem §. 1. *num.* 37. *& in recent. dec.* 569.
num. 1. *& seqq. par.* 17.
73 Hoc tamen non haberet locum, quando versaremur
in hæreditate, quæ jam fuit adita, quia
tunc testator non potest facere hæredem ad tempus,
& quod qui semel fuit hæres desinat esse
hæres, sed solum ordinare fideicommissum, cujus
vigore tali casu successio deferri potest, & deberet,
non autem per viam juris accrescendi *Pacion.*
allegat. 147. *num.* 14. *Bellon. de jur. accresc. cap.* 7.
quæst. 59. *num.* 92. *& seqq.*, ubi quod tunc succeditur
jure vocationis, non juris accrescendi,
quod multum ab illa differt.

Sicut illud cessat, quando constat talem fuis- 74
se verisimilem mentem testatoris *Rot. Rom. in recent.
decis.* 487. *num.* 45. *par.* 19.
Declara decimo, ut intret jus accrescendi 75
etiam post acceptationem, & quæsitum emolumentum
in pluribus aliis casibus, de quibus *Pacion.*
alleg. 147. *ex num.* 6. *& num.* 13. *& seqq. Bellon.*
de jur. accresc. cap. 5. *quæst.* 4. *num.* 23. *& seqq.*
& cap. 7. *quæst.* 59. *num.* 13. *& seqq Camarell. de*
legat locis mox citatis, *& fol.* 702. *num* 7. *& seq.*
Aguir. locis supra citatis, aliæque auctoritates supra
a me relatæ in *addit. ad dict. decis.* 48. *n.* 35.
apud quas, & præsertim apud *Bellon.* habentur casus,
in quibus recedi non potest a regula, quæ
stat pro exclusione juris accrescendi post emolumentum
quæsitum.
Adverte tamen, quod jus accrescendi post 76
quæsitum emolumentum semper datur cum tacita
onerum, & conditionum repetitione *Aguir. de*
tacit. oner. & condit. repet. sæpecitat. *cap* 5. §. 3.
sect. 1. *num.* 19. *& seqq. & num.* 58., & plures 77
alii casus, in quibus tam ante, quam post quæsitum
emolumentum accretio fit cum onere, vel
sine. vide plenissime apud eumdem *Aguir*, & apud
Camarel. de legat. lib. 2 *quæst.* 2. *num.* 3. *& seqq.*
fol. 682., & infra in *addit. ad decis.* 100.

Ad num. 21.

Pluribus vocatis ad fideicommissum, si sint 78
inter se conjuncti, uno ex eis comparente totum
petere potest, quia ad solidum omnes sunt vocati,
& faciunt sibi partes per concursum *Aguir. de*
tacit. oner. & condit. repet. cap. 2 §. 17. *num.* 27.
ubi declarat. *Fredian. de fideicommiss. dissertat.* 28.
num. 13. ibique *Rot. Lucen. num.* 35. *Bellon. de jur.*
accrescend. cap. 7. *quæst.* 37. *num.* 37. *& plur. seqq.*
ubi quod hoc procedit, sive adsit conjunctio ver- 79
balis tantum, sive realis, & verbalis, & quid si
adsit conjunctio verbalis tantum, vide supra apud
eumdem dict. *quæst.* 37. *num.* 30. *& seqq. &*
num. 82. *&* 83.
Declara ut possit petere totum, si uni fue- 80
rit relictum purè, alteri vero sub conditione; tunc
enim purè vocatus conditione pendente potest petere
totum, ut quidquid disputando dici posset, in
praxi de veriori, & communiori testatur *Bellon.*
de jur. accresc. cap. 7. *quæst* 37. *num.* 167.
Et eo magis posset petere totum, si transactus 81
sit terminus ad instantiam legatarii, vel fideicommissarii
præfixus socio ad agnoscendum, vel respuendum
legatum *Bellon. de jur. accrescen. cap.* 7.
citat. *quæst.* 37. *num.* 46.

R O V E Z Z A N A
Prætensi Fideicommissi.

10. *Martii* 1614. *ex Lib. Motiv.* 94. *a* 379.

ARGUMENTUM.

Donatio facta absenti valet, si adjunctum fuerit verbum *promisit*, quod importat Notarii pro absente stipulationem; Hæres hæredis non potest impugnare factum defuncti. Fideicommissum constitutum in donatione sub conditione *si sine liberis*, liberis existentibus expirat ad *consil. Oldrad.* 21. non obstante prohibitione alienationis, addita ratione *quia voluit &c.* quia uti accessoria præcedenti substitutioni ad illius terminos restringitur, & ea deficiente pariter expirat.

S U M M A R I U M.

1 V*Erbum* promisit *stipulationem importat.*
2 *Amplia etiamsi Notarius non dixerit sibi stipulanti, & de ratione.*
3 *Stipulatio censetur intervenisse eo modo, quo debuit pro actus validitate.*
4 *Haeres non potest impugnare factum defuncti, & de ratione.*
Amplia etiam in harede haredis num. 6.
Amplia secundo etiamsi agitur de rebus fideicommisso suppositis, quarum alienationem revocare nequit num. 10.
5 *Hares censetur una, eademque persona cum defuncto.*
7 *Actiones hareditaria activè, & passivè transeunt in haredem.*
8 *Hares non potest esse melioris conditionis, quam defunctus.*
9 *Testator potest rem haredis, vel illi debitam legare.*
11 *Condemnandus est in expensis, qui omni caret justa causa litigandi.*
12 *Actio hypothecaria quando non competat remissive.*
13 *Et quando nec rei vindicatio pariter remissive.*
14 *Fideicommissum factum in casu obitus, si sine filiis, existentibus filiis expirat ad* consil. Oldrad. 21.
Amplia ut num. 20.
15 *Amplia etiam in fideicommisso ordinato in contractibus.*
16 *Fideicommissum in casu contraventionis censetur inductum stante prohibitione cum ratione* quia voluit *num.* 24.
Declara ut num. 25.
Amplia, ut etiam resultet fideicommissum in casu mortis, quando prohibitio est realis.
18 *Et dicitur realis, quamvis facta personis propter generalem rationem* quia voluit.
Contra num. 26 *&* 27.
19 *Maxime si addita fuerit dictio* semper.
Contra num. 29.
21 *Declara fideicommissum resultans ex dicta prohibitione alienationis adjecta immediatè post precedentem substitutionem, locum habere quo ad personas, & casus supra comprehensas, & expressos, & n.* 32. *&* 33. *ubi de ratione.*
22 Petra de fideicomm. *contrarium sentiens reprobatur.*
23 *Contraria authoritates declarantur procedere, quando prohibitio stet principaliter. & de per se, non autem accessoriè ad pracedentem substitutionem.*
28 *Cessante fideicommisso, cessat prohibitio etiam vestita quacumque causa.*
30 *Dictio* semper *intelligitur secundum subjectam materiam, & restringitur ad terminos fideicommissi expressè inducti.*
31 *Amplia, etiamsi sit geminata.*
33 *Gravatus sub una conditione, sub contraria illi censetur gravamen ademptum.*

DECISIO LXXXVII.

In Causa Castellucci, e Federighi.

IN diu agitata causa inter curatorem hæreditatis jacentis Petri Laurentii Francisci de Castelluccio, & D. Ginevram de Federighis viduam relictam memorati Francisci de una, ac Franciscum q. Oliverii de Rovezzano, nec non Bartholomæum, & Antonium ejus filios ex alia, in qua alias fuerat per DD. Conservatores Legum Civitatis Florentiæ, ex voto D. eorum Assessoris pronunciatum contra præfatum Franciscum Oliverii.

Fuit in primis per nos consideratum juridice, & summa cum ratione fuisse per Excellentissimum D. Auditorem Dominicum Gualandium relatum S. C. S. revisioni ejusdem causæ locum esse, prout commissa fuit revisio eisdem DD. Conservatoribus, cum voto trium de Rota; quoniam facile subvertebatur fundamentum voti D. Assessoris supra memorati, quod scilicet donatio, de qua agebatur, non subsisteret ex defectu ipsius acceptationis, cum esset absentibus facta, nemine pro absentibus acceptante; etenim stante verbo *promisit*, de quo in donatione, quod importat stipulationem *l. 1. Cod.* 1
de contr. stip. DD. in *l. sciendum, & in l. Titia § idem respondi ff. de verb. oblig. §. si scriptum instit. de inut. stipul.* late post *Socc. Castr. Remirald. Dec. Ruin. Bero. Socc. Jun. Neviz. Cravett. Caphal. Menoch.*, & alios *Surd. decis.* 115. *num.* 4. dicendum est importare stipulationem Notarii, licet Notarius non dixerit promissum sibi stipulanti *Paris.* 2
cons. 48. *num.* 94. *lib.* 3, quoniam stipulatio censetur intervenisse eo modo, quo debuit pro actus validitate *l. quoties ff. de reb. dub.*, & ita in pro- 3
posito ex *Ruin cons.* 180. *num.* 10. *lib.* 1. firmat *Rot. Rom.* in noviss. *par* 1. *dec.* 683. *num.* 1. *&* 2. quæ decisio omnem dubitandi ansam submovere videtur, & nos quoque ad id referendum profecto suasisset.

Deinde diximus ante omnia dictam hæreditatem jacentem a petitione Francisci patris, qui revisionem solum petiit absolvendam esse, prout illam absolvimus; quoniam indubitanter apparet ipsum esse hæredem Oliverii sui patris venditoris, 4
& alienantis, & ita sit locus regulæ *l. cum a matre C. de rei vindic. l. ex qua persona ff. de regul. jur. l. si ab eo C. de liber. caus.* de qua late *Gabriel. commun. conclus. lib. 6. de regul. jur. concl.* 11. *Tiraquell. de retract. consang. §. 1. gloss. 9. num.* 47. cujus regulæ plures sunt rationes.

Primo quoniam hæres una, & eadem persona cum defuncto censetur *§. 1. auth. de jurejur. a mor. praest. l. hares, & hareditas ff. de usucap.*, 5
& sic prout Oliverius filius, & hæres ejus, qui alienavit non posset revocare bona alienata, nec venire contra patris factum *l. post mortem ff. de* 6
adopt. ita neque ejus hæres *l. si tertius §. fin. ff. de aqu. pluv. arc. l. si creditoribus C. de serv. pign. dat.* Secundo quia actiones hæreditariæ activæ, & passivæ transeunt in hæredem *l. ex facto ff. de he-* 7
red. instit. l. quoties C. eod. Tertio quia hæres non debet esse melioris conditionis, quam defunctus *l. in omnibus §. non debeo ff. de reg. jur. l. pella C.* 8
de his quibus ut indign. l. postulanti ff. ad Trebell. Quarto quia testator potest rem hæredis, vel illi debitam legare *l. unum ex familia §. si rem l. cum filius §. Dominus ff. de leg. 2. l. haredum C. de fideicomm.*, nec desunt, qui in puncto firmarunt, a- 9
lienationem factam per defunctum de bonis fideicommisso subjectis, non posse per hæredem impugnari *Rom.* nempe *cons.* 18. *num.* 4. *Alex. cons.* 3. 10
in princ. & cons. 23. *in fin. lib.* 3. *Paris. consil.* 34. *in fin. lib.* 2. *Rolan. cons.* 30. *num.* 29. *& cons.* 34. *num.* 71. *lib.* 4. *Ceph. cons.* 393. *num.* 46. *& seqq.* late *Menoch. cons.* 89. plures alios refert, & sequitur *Peregrin. de fideicomm. art.* 33. *num.* 10., & sunt text. in terminis in *l. filius famil. §. cum pater ff. de legat.* 1. *& in l. unum ex famil. §. sed si unus, & §. seq. ff. de leg.* 2., & utrobique Doct. quos idem *Peregrin.* adducit ubi supra.

Propterea jure merito adjecimus condemnationem

tionem expensarum, quas evadere nequit succum-
11 bens destitutos omni justa litigandi causa, proor
erat iste Franciscus *cap. calumniam de pœn. cap. alim
tit. 2. de privil. cap. finem litibus de dol. & contum.
l. properandum §. sin autem alterutra C. de Jud.*, & ibi
Doct. *Covarr. pract. quæst. cap. 27. per tot.*

Successive absolvimus eamdem hæreditatem
jacentem a petitis per dictos Barthulomæum, &
Antonium filios, tamquam tertios ad commodum
processus compatentes, quos tamen ab expensis
excusandos esse diximus. Et licet contra ipsos plu-
ra obiicerentur satis urgentia, oltra nullitatem do-
nationis, de qua supra, & primo qood non essent
audiendi tamquam in delegatione non compreheusi,
& ex qua vivo patre agere non poterant, quod
plurimum orget. Secundo quod actio non compe-
12 teret, non enim hypothecaris ex his, quæ haben-
tur per *Caball. in cons. decis. 142. num. 97. cum*
13 *plurib. seqq. lib. 1.*, neque rei vindicatio per ea,
quæ habentur ex motivis *Rot. sub die 29. Julii* 1609.

Nihilominus cæteris prætermissis, seu circum-
scriptis, fuit per nos consideratum, & resolutum,
exclodendos, & obaudiendos esse dd. fratres, ex
eo quod nullum in casu de quo agitur adsit fidei-
commissum, eum illud expiraverit, nam præsup-
posito in facto, quod Franciscus Antonii Petri de
Gallo usque de anno 1514. douaverit *Petro, & A-
lexandro ejus fratribus, & Antonio ejus ex Oli-
verio altero fratre prædefuncto nepoti, omnia ejus
bona, ea tamen adjecta conditione, quod dece-
dente aliqua ex donatariis prædictis sine filiis legi-
timis, & naturalibus, bona donata spectent, & per-
tineant ad alios supervivventes, & eorum filios in
stirpes, & non in capita, & quod nullo modo bo-
na immobilia prædicta vendi, vel distrahi possint
per dictos donatarios, vel eorum alterum, quia
voluit semper bona prædicta permanere, & esse
in dominio suorum consortium masculorum*, quæ
sunt præcisa verba de quibus in donatione, de
qua agitur; nec non præsupposito, quod deinde
post dictum Franciscum donatorem Petrus, & Ale-
xander duo ex donatariis absque filiis decesserint,
& postmodum Antonius relicto Oliverio ejus filio,
qui reliquit Franciscum actorem, & ex eo nati
sunt dd. Bartholomæus, & Antonius pariter acto-
tes; sequitur clarum esse, quod facta erat substi-
tutio sub conditione decedentiæ sine liberis, &
quod Antonius defecit cum liberis, quo casu
dicitur expirasse fideicommissum, juxta celebre, &
vulgatum *cons. Oldrad.* 21. quod communiter a Do-
14 ctoribus receptum esse non dubitatur, ut la e per
Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 6. n. 6.
plures adducit *Rolan. cons. 56. num. 10. lib. 3.*, &
latissime ex innumeris post alios ostendit *Rustic. ad
l. cum avus ff. de condit. & demonstr. lib. 4. cap. 2.
in princ.* Id qood procedere etiam in contractibus
tradit *Peregrin. de fideicomm.* per text. in *l. inter*
15 *socerum ff. de pact. dot.* post *Castr. Dec. Alciat. &
Rebuff. art. 29. num. 25. & art. 51. n. 19.*

Et quoniam pro parte agentium dicebatur du-
plex adesse fideicommissum in nostra specie (&
hic videbatur restrictius difficultatis causæ punctus)
& virtute utriusque veniunt actores; alterum nem-
pe in casu mortis, alterum vero in casu contra-
ventionis, & quod per ipsam prohibitionem alie-
nationis cum clausula *quia voluit &c.* extendatur
utrumque.

De secundo enim dicebatur non esse dubitan-
dum ex *Bart. in l. pater filium §. fundum. ff. de le-
16 gat. 1. Rom. cons. 453. num. 10. Alb. cons. 54. n. 3.
Castr. cons. 303. num. 3. Petra de fideicomm. qu. 6.
num. 16. & 46. Dec.* ipse *cons. 636. Riminal. Jun.
cons. 20. num. 24.* eleganter coogesti. Et de pri-
mo idem dicendum esse addebatur, obi prohibi-
tio est realis, ex *Bart. in l. peto §. fratre n. 2.* 17
*vers. venio ad quartum ff. de legat. 2. Petr. de fi-
deicomm. quæst. 5. num. 81. cum seq. Pereg. art. 13.
num. 81.*, addendo prohibitionem in casu nostro,
licet sit personalis, habere vim realis, propter ra- 18
tionem generalem *quia voluit &c. Becc. consil. 24.
num. 25. Petr. dict. quæst. 5. num. 81. & 82. Ri-
min. Jun. cons. 20. & Surd. cons. 67.* Idque maxi-
me procedere opinabantur stante dictione *semper*, 19
& pro hac parte communem opinionem extare af-
firmabant, ex *Petr. de fideicomm. Rimin. & Surd.*
obi supra.

Fuit per nos dictum, & consideratum ani-
madvertendum esse pro resolutione, & decisione,
quod nec in casu mortis, nec in casu alienationis
in nostra facti specie adest fideicommissum, sed
illud in utroque casu expiravit in personam Anto-
nii, qui decessit relicto Oliverio filio, ut supra
dictum est ex *Oldr. cons.* 21. communiter ab om- 20
nibus recepto.

Et quod nulla via fieri potest in dicta pro-
bibitione alienationis, etiam adjecta causa *quia
voluit semper bona prædicta permanere*; quoniam
ubi prohibitio est adjecta immediate, & in eadem
oratione post præcedens fideicommissum, & præ-
cedentem substitutionem [ot in casu oostro] non
inducit fideicommissum, nisi quatenus expressum
foit in præcedenti substitutione, & nonnisi in
personis, & casibus supra in fideicommisso com- 21
prehensis, & expressis *Dec. cons. 636. Alex. con-
sil. 59. num. 21. lib. 3. Socc. Sen. cons. 53. n. 11.
lib. 1. & cons. 4. num. 20. lib. 3. Jas. consil. 128.
lib. 2. Rimin. Sen. cons 224. num. 6. & 57. lib. 2.
& cons. 521. num. 25. Gozzad. cons. 3. num. 16.
Card. Alb. cons. 1. num. 8. & cons. 21. num. 8. Ruin.
cons. 134. num. 15. lib. 3. Alciat. cons. 31. num. 22.
lib. 9. Rolan. cons. 34. num. 65. lib. 4. Rub. con-
sil. 120. num. 9. Ceph. cons. 17. num. 25. & con-
sil. 677. num. 18. Berett. cons. 33. n 5 & cons. 75.
num. 7. Raudens. cons. 57. num. 9. Rimin. Jun. con-
sil. 279. num. 6 & cons. 531. num. 43. & cons. 535.
n. 13. Menoch. cons. 327. n. 72. & cons. 376. n. 89.
& seq. & cons. 760 num. 11.* ubi de communi te-
statur. *Bursat. cons. 51. num. 36. & cons. 195. n. 9.
Gabr. cons. 181. num. 28. lib. 1. & cons. 138. n. 26.
& 27. lib. 2. Ludov. a Casaunt. cons. 4. num. 217.
Odd.* latè *cons. 66. num. 30. & ferè per tot.* ubi de
communi. *Honded. cons. 78. num. 34. lib. 1. Felic.
alleg. 22. num. 19. Surd. cons. 448. num. 20. lib. 3.
Peregrin. de fideicomm. art. 14 sub num. 47. & in
decis. 134.* ubi decisiones *Rot. Rom.* adduxit, &
exemplificat. *Fachin. controv. lib. 10. cap. 19. Ma-
rescott. var. resol lib. 2. cap. 103. num. 8. & seq.
Osasc. decis. 49. sub num. 12. Viv.* qui duas *decis.
Rot. Rom.* adducit *decis. 528. num. 32. Cavagn. de-
cis. 12. & 14.* hanc opinionem semper amplexa est
Rot. Rom. ut in *decis. 568. in fin. part. 1. & de-
cis. 230. par. 2.* in noviss. pulchrè, & latè in *Cau-
sa de Pepulis, & Gonzaghis*, de qua in aliis sæpè
meminit, & penes *Seraphin. decis. 883. & de-
cis. 1023. num. 10. & decis. 1216. num. 12.*

Adeò, quod facile dubitari non potest po-
tius pro hac parte, quam pro contraria stare ma-
gis communem opinionem, de qua testari videtur
expressè *Seraphin. dict. decis. 883.* ubi in indivi-
duo reprehendit *Petr.* de communi in contrarium, 22
ot supra, attestantem.

Ad contraria autem omnia facile potest uni-
eo verbo occurri, quod scilicet procedere pos-
sunt, quando prohibitio est facta de per se, & prin-
cipaliter, non autem accessoriè, ut in nostra spe-
cie, prout sic firmavit, & respondit *Rot. Roman.* 23
dict.

dict. decif. in Caufa de Pepulis, de qua mentionem faciunt *Viv. & Peregrin.* in fupra allegatis eorum *decif.*, & eadem *Rot. Roman. dict. decif.* 568. *par.* 1. in noviff. *fob num.* 9., quam quidem diftinctionem omnes amplectuntur, ut per *Marefcott. var. refolut. cap.* 103. *num.* 4. *& feqq.*, & per alios fupra longa ferie relatos.

Sed ad id præfertim, in quo multum infiftebatur, quod prohibitio alienationis adjecta ratione *quia voluit &c.* operetur fideicommiffum fepa-
24 ratum, in cafu faltem contraventionis, ex *Bart.* & aliis fupra allegatis, quod & admitti dicebatur ad ipfo *Dec. conf.* 636.

Patet refponfio fatis clara, ut fcilicet non procedat, ubi defecta conditione prioris fubftitutionis, expiravit & ipfa prohibitio [ut in cafu noftro] licet fecus, fi dum pendebat purificatio
25 conditionis præcedentis fubftitutionis, prohibitus alienare alienaffet, ita pulchrè in propofito diftinguit *Marefcott. dict. cap.* 103. *num.* 12. 13. *&* 14. *lib.* 2. *var. refolut.*

Quod autem obiicebatur de prohibitione reali non obftat; quoniam fuit per nos confideratum, quod prohibitio eft perfonalis, quia eft facta ex-
26 prefsè dictis donatariis, ut legitur in ea *Crot. in §. Divi num.* 134. *verf. quarta fit conclufio ff. de leg.* 1. quando autem prohibitio prima eft perfonalis, licet fequatur ratio, per quam prohibitio cenfeatur realis, nihilominus illa ratio reftringitur ad perfonas nominatas, itaut utraque dicatur perfona-
27 lis *Ruin. conf.* 127. *num.* 10. *lib.* 2. *Alex. in dict. §. Divi num* 26. *ff. de leg.* 1. Pariterque ubi fideicommiffum eft perfonale, licet fequatur prohibitio cum quacumque caufa, induceretur fideicommiffum reale, fi fequatur immediatè, ceffante fideicommiffo ceffat prohibitio cum quacumque caufa, quia ftat prohibitio accefforiè ad fideicommif-
28 fum, & ad ejus naturam reftringitur, ut ex *Dec. dict. conf* 636. *num.* 7. *& Ruin. conf.* 127. *num.* 10. *lib.* 2. *Cravett. conf.* 763. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 5. ita præcisè, & in terminis terminantibus refolvit *Rot. Rom. in caufa de Pepulis*, cujus *decif.* cafus, ut advertimus, erat idem cum noftro.

Objectum quod fiebat de dictione *femper* procedere poffet, fi effet adjecta prohibitioni, & rationi de per fe exiftenti, fecus fi immediatè poft fubftitutiones, ut hic, quoniam ifto cafu ceffat fi-
29 deicommiffum extincta fubftitutione, ut habetur in voto pro Gonzaga in dict. *decif. Rot. Roman. in caufa de Pepulis*. Præterquam quod dictio *femper* reftringitur, & limitatur ad terminos fideicommiffi exprefsè inducti, & operatur ac fi dictum fuiffet, *in cafibus, in quibus fupra feci fubftitutiones, volo, quod bona remaneant &c.* quia dictio *femper* intel-
30 ligitur fecundum fubjectam materiam *Bald. in l. adverfus in fin. C. de ufur. Jaf. in l.* 1. *num.* 35. *ff. folut. matr.*, & ita in terminis *Alexand. conf.* 139. *num.* 3. *lib.* 6. latè poft *Soccin. Alex. Ruin. Rolan. Ceph. Menoch. Silvan. Gabr. & Burfatt. Odd. dict. conf.* 66. *num.* 116. Imò in fortioribus terminis, ubi fcilicet adfit dictio *femper, in perpetuum, &*
31 *omni tempore*, refpondit *Bologn. conf.* 15. *num.* 53. & de dictione *in infinitum* loquitur *Ceph. conf.* 269. *num.* 46. poft *Dec conf.* 291. *num.* 5. *&* 6.

Quod ratio generalis ipfius prohibitionis reftringatur ex fubftitutionibus expreffis, nec extendatur ultra cafus dd. fubftitutionum, probatur ex fæpius memorata *decif Rot. Rom.* imò per text.
32 in *auth. de reftitut. fideicomm. §. nos igitur*, prout illum optimè induxit. *Marefcott. dict. cap.* 103. *num.* 10. *poft Alex. Ruin. Socc. Ceph. Menoch. Alciat.*, & alios per eum ibidem congeftos, fubdens eleganter hoc viva ratione fuaderi, quam nos non reliquimus inconfideratam; quoniam fcilicet, fi hæres fub conditione gravatus cenfetur factus liber deficiente conditione, ex quo quando quis gravatur fub conditione, eidem fub contraria cen- 33
fetur ademptum gravamen, non eft verifimile, quod teftator dum incontinenti prohibitionem pofuit cum dicta ratione, voluerit fe in continenti corrigere, gravando hæredem in eo cafu, quo voluit effe liberum, ut per *Alb. dict. conf.* 1. *num.* 8. *& feq.*, fed cenfetur voluiffe, quod prohibitio cum dicta ratione finiatur eo cafu, quo finiuntur præcedentes fubftitutiones &c.

Livius Rittardus.
Lydius Bovarellus.
Matthæus Oleus Relator.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Donatio facta abfenti quando, & ad quos effectus perfecta dicatur, etiam ante acceptationem donatarii. Alienatio fideicommiffi quando tam ab hæredibus alienantis, quam ab ipfo alienante revocari poffit.

SUMMARIUM.

1 *Donatio facta abfenti de jure noviffimo abfque ulla acceptatione, ex fola donatarii voluntate, & affenfu perficitur.*
2 *Maximè fi donatio facta fit a Principe.*
3 *Intellige primo regulam veram effe quoad exclufionem pænitentiæ, & efficiendi actum irrevocabilem, fecus vero quoad effectum acquirendi jus in re, & bonorum dominio, vel repudiationis facienda a donatario.*
4 *Amplia hanc intelligentiam, etiamfi intervenerit ftipulatio Notarii.*
5 *Intellige fecundo dictam regulam principalem procedere, fi donatio effet merè lucrativa, fecus fi onerofa, cum tunc non fit fimplex liberalitas, fed tranfeat in contractum* -- do, ut des.
6 *Amplia, ut in cafu donationis onerofæ fcientia donatarii non fufficiat pro acceptatione, fed requiratur vera, & effectualis acceptatio.*
7 *Limita, fi onus non effet adeo grave, ut fuperaret emolumentum, fed leve, & donatarius remaneret in utilitate, & lucro.*
8 *Hæres alienantis bona fideicommiffi poteft eadem revocare, fi alienatio fuit expreffe ab homine interdicta, & improbata, & agitur de bonis, in quibus fideicommittens habuit peculiarem affectionem.*
9 *Intellige, ut hoc cafu hæres teneatur ex bonis hæreditariis refundere tantumdem illius rei, quam revocare intendit.*
10 *Amplia, quod quando prohibitio alienationis eft exprefsè facta, præfertim favore certæ perfonæ, bona alienata poffint ab ipfo etiam alienante vindicari, fecus quando prohibitio eft tacita, quo cafu alienatio fubftinetur durante vita alienantis.*
11 *Facilius revocatio alienationis permiffa eft etiam in vita alienantis, fi in cafu alienationis, & contraventionis datus fit fubftitutus.*
12 *Si tamen vocatus, & fubftitutus non effet natus de tempore purificatæ conditionis, fed poft alienationem jam factam, eam revocare poffet.*
13 *Alienatio rei fideicommiffariæ ab ignorante ignoranti valet, & fideicommiffarius folum agere poteft ad pretium contra alienantem remiffivè.*
14 *De ignorantia quando dicatur conftare remiffivè.*

Du-

1 DOnatio facta absenti, spectato jure novissimo, abique ulla acceptatione ex sola donatoris voluntate, & assensu perficitor *Rat. Lucens. apud Palm. Nep. decis.* 407. *num.* 20. 21. *& seqq.*

2 Maximè si donatio facta sit a Principe, ut dixi ego supra *in addit. ad decis.* 59. *num.* 43.

3 Intellige regulam veram esse quoad effectum excludendi pœnitentiam, & efficiendi actum irrevocabilem, secus vero quoad effectum acquirendi jus in re, & bonorum dominium, vel repudiationis faciendæ a donatario *de Luc. de donat. dist.* 14. *num.* 10. *vers. qua solum, & disc.* 23. *num.* 10. *versic. cum necessitat. Aguir. de tacit. aner. & candit. repetit. cap.* 5. §. 2. *sect.* 2. *num.* 12. *Rat. Lucen. apud Palm. Nep. dict. decis.* 407. *num.* 21. *versic. acceptatia quippè.*

4 Amplia hanc iotelligentiam, etiamsi intervenerit stipulatio Notarii, quia hæc eumdem effectum paris irrevocabilitatis, oon acquisitionis, latè *Sperel. decis.* 168. *& decis.* 169. *Adden. ad Gregor. decis.* 97. *num.* 8. *Rac. coram Cels. decis.* 21. *& in recent. decis.* 467. *num.* 15. *& dec.* 640. *n.* 1. *part.* 18.

5 Intellige secondo regulam principalem procedere, si donatio esset merè lucrativa, secus si onerosa, cum tonc exuat natoram simplicis liberalitatis, & transeat in speciem contractus *do*, ut *des*, *de Luc. de donat. disc.* 74. *num.* 8.

6 Amplia, ut hoc casu donationia onerosæ neqoe sofficiat scientia donatarii, alias pro acceptatione inducenda sufficiens, sed requiratur vera, & effectualis acceptatio *Rot. coram Cels. dict. dec.* 21. *num.* 6. *& coram Rayas decis.* 304 *num.* 21.

7 Limita si onus non esset adeo grave, ut superaret emolumentum, sed leve, & donatarius semper remaneret in otilitate, & lucro, plenè *Rot. Florent. in Marradien. Donationis apud Palm. Nep. decis.* 435. *num.* 49 50. *&* 51., quæ in ulteriori iostantia, me ooo ex tribus Judicis Delegati Apostolici Assessoribus referente, fuit confirmata, semper approbando, quæ in ea causa pro veritate scripserat *D. meus Audit. Calderon. resol.* 28.

Ad num. 10.

8 Conclusio, qood hæres alienantis non possit revocare bona fideicommissi alienata, sed teneatur servare factom defuncti, non procedit, si alienatio fuit expressè ab homine interdicta, & improbata, & ageretor de rebus, in quibus fideicommittens habuerit peculiarem affectionem *Mans. consult.* 723. *ex num.* 14. *ad fin. tam.* 8 *de Luc de judic. disc.* 40. *num.* 12. *vers. quoties, & de fideicomm. disc* 247. *num.* 6. *Rat. Bononien. apud Torr. var. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 1. *decis.* 13. *num.* 52. *fol.* 190. *Rot. Rom. coram Beniucas. decis.* 305 *num.* 22. *Rot Florent. apud Saminiat. controv.* 132. *num.* 73.

9 Intellige tamen, ut hoc casu teneatur hæres ex bonis hæreditariis refundere tantundem illius rei, qoam revocare intendit *Urceol. consult. forens. cap.* 95. *num.* 30. *& seqq.*, quod præcisè transcripsit in *tract. de transact. quæst.* 80. *n.* 30.

10 Quid dicendum de ipsomet alienante, qoando adest prohibitio alienationis ab homine expressè facta, præsertim favore certæ personæ? dic qood tonc bona alienata statim possont etiam ab eo vindicari, ad differentiam tacita prohibitionis alienationis ex fideicommisso resultantis, quæ licet alienationem nullam reddat, illa tamen sustinetur, & bona vindicari non possunt durante vita alienantis, ut distinguunt inter onam, & aliam prohibitionem *Mans. consult.* 111. *num.* 13. *Saminiat controv.* 112. *num.* 8. *Molin. de primogenitur. lib* 1. *cap.* 16. *num.* 33. *versic. communis tamen.* *de Luc. de fideicomm. disc.* 54. *num.* 8. *Fredian. eodem tract. differt.* 20. *num.* 15. *Rat. Florent.* supra *decis.* 49. *num.* 26. *& seqq.*

11 Eoque facilius permissa esset talis vindicatio bonorum substituto non expectata morte alienantis, stante vocatione, & substitutione in casu alienationis, & contraventionis *Bersan. de ultim. volunt. cap.* 1. *quæst.* 3. *num.* 12. *Rot. post de Luc. de testament. decis.* 58. *num.* 26.

12 Qood si vocatus, & substitotus non esset natus de tempore purificatæ conditionis, postea natus alienationem jam factam revocare non posset *Rot. Florent.* infra *decis.* 97. *num.* 30. *&* 31.

13 Adverte tamen, quod alienatio rei fideicommissariæ ab ignorante ignoranti valet, & fideicommissarius contra alienantem solummodo agere potest ad pretiom *Rota Florent.* supra *dec.* 55. *n.* 6.
14 *& seqq.*, obi de probatione ignorantiæ, ibiqoe ego in *addit. num.* 11.

Vide ad materiam hujus decisionis infra dict. *decis.* 97. *num.* 30. *& seqq.*, & relatos a me in *addit. ad dict. decis. num.*

Ad num. 14.

Vide *Rot. in Romana Locorum Montium* 22. *Junii* 1716. §. *hat ìtaque rationes, & seqq. cor. Lancetta*, alisique auctoritates, & concordantes decisiones *Rot. Florent.* adduxi supra in *addit. ad decis.* 62. *num.* 1. *& seqq.*, ubi *num.* 9. allegatur præsens decisio, quibus addo plenissimam *dec. Rot. Rom. in Ariminen. Fideicommissi de Hyppolitis* 12. *Aprilis* 1712. *coram Foscaro*, in qua plora adducuntur pro recessu a dicto *consf. Oldrad.* 21.

F L O R E N T I N A
Fideicommissi.

19. Augusti 1614. ex Lib. Mot. 94. a 226.

ARGUMENTUM.

Proximior secundom ordinem soccedendi ab intestato semper admittitur, ubi linea vocata fuit sub onico tantum nomine collectivo, & quando linea ita vocata dicatur, non obstante specificatione plorium personarum, & clausula *æquis portionibus*; fideicommissarius facit fructos suos a die purificati fideicommissi stante *Statut. Florentin.*

S U M M A R I U M.

1 *VOcata linea sub unico tantum nomine collectivo, proximior semper admittitur juxta modum succedendi ab intestato.*

2 *Contra, si vocata fuerit linea sub duplici nomine collectiva, quo casu omnes nominati admittuntur.*

3 *Et ita dispositum dicitur, stante dictione* videlicet, *& specificatione plurium personarum.*

Contra num. 6.

4 *Item stantibus verbis* per egoal porzione, *quæ derogant nomini collectivo.*

Contra num. 7.

5 *Contra, quod non obstet specificatio plurium personarum, si procedat vocatio sub nomine collectivo, & generali.*

6 *Dictio* videlicet *quando declarativè, non restrictivè apposita dicatur.*

8 *Ad fideicommissarium a die purificati fideicommissi spectant fructus stante* Statut. Florent.

DE-

DECISIO LXXXVIII.

In Causa Medici, e Medici.

NObilis q. Biviglianus de Medicis institutis in suo testamento omnibus suis descendentibus, disposuit, quod extincta ejus linea masculina, succederet linea Bernardi ejus fratris per verba -- *ed agni altro restante alla linea di Bernardo de' Medici mio fratello, cioè a Alamanno, e Carlo fratelli, e figliuoli del detto Bernardo, ed a' loro descendenti, che in quei tempi si troveranno per egual porzione.*

Cum testatoris linea omnino defecerit superstibus D. Andrea filio Domini Caroli, & D. Equite Alamanno nepote D. Alamanni, dubitatum fuit, an omnes succedere deberent, vel D. Andreas tamquam proximior cæteris esset præferendus. Punctus decisorius pendere visus fuit ab hac unica inspectione, nempe, an sit vocata linea Bernardi sub uno, & eodem nomine collectivo, quo casu censeretur facta dispositio secundum modum succedendi ab intestato, & proximior esset admittendus *l. cum ita §. in fideicommisso ff. de leg.* 2.
1 *l. final. C. de verb. significat.* an vero sub duplici nomine collectivo sint vocati descendentes a duobus scilicet Alamanno, & Carolo, quo casu forrasse dicendum esset omnes nominatos admit-
2 tendos, ut tradidit *Soccin. Jun. conf.* 116. *lib.* 3. *num.* 13. *&* 17. *Soccin. Sen. conf.* 69. *sub num.* 2. *lib.* 3. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 20. *num* 7. *& conf.* 58. *num.* 9 *lib.* 4 *& conf.* 129. *n.* 3. *lib.* 1.

Quod vocatio videatur facta sub duplici nomine collectivo suadetur ex dictione *videlicet*, quæ in casu nostro videtur stare restrictive, adeo ut
3 sit attendenda specificatio, & nominatio Caroli, & Alamanni, ut in puncto tradit *Ruin conf* 163. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 2. *Curt. Jun. conf.* 245. *num.* 8 *& seqq.* Idipsum comprobatur ex eisdem verbis *per egual porzione*, quæ importare videntur expressionem propriam, & derogationem nominis collectivi *l. interdum ff. de hæred. instit. Ruin. dict. conf.* 163.
4 *num.* 7 *Dec. conf.* 382. *num.* 5. hinc enim sequitur non esse attendendum nomen generale, ubi sit adjecta dictio *æquis portionibus*.

Quibus non obstantibus, fuit resolutum, vocatam fuisse lineam unius, scilicet Bernardi, & non duorum, ad effectum, ut facta vocatione sub uno, & eodem nomine collectivo D. Andreas uti proximior cæteros excludat, quia specificatio Caroli, & Bernardi non obstat, dum habemus præcedentem factam per nomen collectivum, & gene-
5 rale *l. si communis servus ff. de stipulat serv.*, & ibi *Bart. num.* 3. *& in l more majorum in fin. ff. de jurisd omn. Jud. Dec. conf.* 320 *Ruin. conf.* 97. *num.* 12 *&* 13. *Simon de Præt. de interpretat. ult. volunt. lib.* 2. *pag.* 145. *num.* 26. *&* 27.

Non obstant authoritates in contrarium allegatæ ad probandum, quod dictio *videlicet* stet restrictive, quia standum est opinioni distinguenti, quod aut dicta dictio exprimit quædam contenta sub genere præcedenti, & non omnia, & tunc dicatur stare restrictive, aut vero exprimit omnia, & dicatur stare declarative *Bart. in l. quæsitum § si quis fundum ff. de fund. instruct. & instrum.*
6 *legat. Ruin. dict. conf.* 97. *num.* 15. *Dec. dict. consil* 382. *num.* 5. *& conf.* 320. *num.* 3 *Simon de Præt. de interpret. ultim volunt. lib.* 2. *interpret.* 3. *dubit.* 2. *solut.* 4. *num.* 10. At in casu nostro dictio *videlicet* exprimit omnia contenta in prima vocatione, quia duo tantum fuerunt filii Bernardi, nempe Alamannus, & Carolus, ergo stat declarative, non restrictive, & consequenter attendi debet præcedens nominatio concepta per unicum nomen collectivum, & non subsequens.

Non obstat dictio *æquis portionibus*, quia in *dict. l. interdum*, dicta dictio fuit posita cum nomine appellativo, quo casu poterat considerari differentia non facta expressione dictæ dictionis, quia 7
comprehensi sub nomine appellativo non æque succedere poterant, sed succedebant omnes in una portione, ideo dictio *æque* operatur effectum, in casu autem nostro exprimit illud, quod tacite inerat, quia stante nomine collectivo intelligitur facta vocatio proximiorum pro virili portione; cum ergo dicta expressio nihil opereretur, non potest auferre, nec alterare vim nominis collectivi, quod admittit vocatos æquis portionibus, contrarium autem est in *dict. l. interdum*, ideo ejus dispositio non intrat in casu nostro, cum ibi expressio prædicta suum operetur effectum. Ad fideicommissarium diximus spectare fructus percipere 8
a die purificati fideicommissi, ut pluries fuit judicatum stante Statuto Florentino, ut in puncto tradit *Castr. conf.* 55. *lib.* 1.

Ex quibus &c.

Lydius Bovarellus Prætor.
Hector Felicius.
Joannes Baptista Burghesius.

A D D I T I O.

A R G U M E N T U M.

De successione descendentium vocatorum per modum unius corporis, & lineæ, si ea deinde in plures ramos dividatur quomodo regulanda, & quando ibi dicantur vocati, vel non.

S U M M A R I U M.

1 *SUbstitutis descendentibus per modum unius corporis, & unius lineæ, si ea deinde in plures ramos dividatur, non admittuntur singuli ad successionem, sed solum persona, quæ fuerit ex illis gravato proximior.*
2 *Dicuntur descendentes ita substituti, si unus fuerit designatus stipes.*
3 *Amplia, etiamsi postea vocati fuissent nepotes, & pronepotes, quia per hanc enumerationem non censetur derogatum unitati.*
4 *Subamplia quamvis hoc factum fuisset per propria nomina nepotum, si æque cum illis per proprium nomen vocatum fuit eorum caput.*
5 *Limita regulam supradictam, ut censeantur plures vocitæ lineæ, si plures ab initio fuere designati stipites.*
6 *Sublimita si illi fuerunt considerati velati membra constitutiva unius corporis.*
7 *Non dicitur ita dispositum, si non in genere ad familiam, sed ad particulares personas familiæ testator respexit.*
8 *Alia ad materiam remissivè.*

SUbstitutis descendentibus per modum unius corporis, & unius lineæ, si ex ea plures disparati rami postea profluant, non admittuntur
singuli ad successionem, sed solum persona, quæ 1
fuerit ex illis gravato proximior *de Luc. de fideicomm. disc.* 17 *num.* 6. *&* 7. *disc.* 104. *num.* 7., & prius *disc.* 18. *num.* 12., ubi testatur se pro veritate

tate ita consuluisse in una *Ravennaten. Fideicommissi de Rasponir*, cui cum non acquieverint partes, introducta causa in Rota juxta ejusdem votum decisum fuit, & decisiones habentur *par.* 15. *recent. decis.* 24. *num.* 3. & 6. & *decis.* 124. *n.* 4.

2 Dicuntur descendentes per modum unius lineæ substituti, quando ad fideicommissum vocata fuit una persona, & unius designatus stipes *Torr. variar. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 16. *num.* 30. *Mans. consult.* 98. *num.* 21. *tom.* 1. *Rot. Rom. post de Luc. in Mantiss. super conflict. legal. decis.* 27. *num.* 20.

3 Amplia hanc regulam procedere, quamvis in ejusdem defectum vocati fuerint expresse filii, nepotes, & pronepotes, quia ad dignoscendum numerum linearum, non enumeratio descendentium, sed numerus institutorum inspicitur *Rot. Romun. in recent. dict. decis.* 224. *num.* 5. & 6. *part.* 15.

4 Subamplia etiamsi nepotes fuissent vocati per propria nomina, si æque cum illis per proprium nomen fuit vocatum eorum caput *Rot. post de Luc. super conflict. legal. in Mantiss. dict. decis.* 27. *num.* 19. & *seqq.*

5 Limita regulam supradictam, si plures ab initio fuissent vocatæ personæ, quia per hoc censerentur plures determinati stipites *Rot. Florent. apud Palm. Nep. decis.* 426. *num.* 2. & *decis.* 14. *num.* 25. inter impress. *coram me*.

6 Sublimita si testator plures illas personas considerasset, veluti membra constitutiva unius corporis, & unius lineæ *de Luc. de fideicomm. disc.* 107. *num.* 13. & 14. *R. P. D. Ansald. apud Paulut. dissert.* 16. *num.* 6. & 7.

7 Non dicitur ita disposuisse testatorem, si generaliter non respexit familiam, & agnationem, ut erat casus *Ansald.* sed peculiariter ad particulares familiæ personas animadvertit, late *Mans. consultat.* 219. *num.* 10. *versic. hæc omnia, usque ad finem*.

Vide ad materiam hujus decisionis *Rot. in*
8 *Ravennaten. Fideicommissi Julii Cammilli de Abbiosis* 7. *Aprilis* 1710. *sub* § *quicquam corum Crispo, & in Romana, seu Nicien. Fideicommissi* 6. *Martii* 1713. §. *exclusio, coram Falconerio, & in Bononien. Fideicommissi de Marsiliis* 17. *Februarii* 1716. §. *constabilitis igitur coram Ansaldo*.

FLORENTINA
Fideicommissi.

26. Februarii 1615. *ex Lib. Mot.* 95. *a* 504.

ARGUMENTUM.

Fideicommissaria inducitur ex mentione mortis, etiamsi concepta sit verbis directis, stante digressu ad plures substitutionum gradus, & clausula codicillari. Agenti ad fideicommissum an sufficiat probare bona fuisse in bonis testatoris, vel alterius requiratur probatio dominii.

SUMMARIUM.

1 *AGens ad fideicommissum incumbentia probare tenetur, & quæ sint num.* 2. & 11.
2 *Fideicommissum inducitur ex conjecturis in testamento recollectis.*
3 *Fideicommissaria inducitur ex mentione mortis, & de ratione num* 8
4 *Et signanter ex verbis post eorum mortem.*
5 *Substitutio per verba civilia directa non trahitur ad fideicommissariam, ubi directo valere potest.*
Tom. I.
6 *Limita quod ab hac regula recedatur ex conjecturata mente defuncti.*
7 *Una ex conjecturis est digressus ad plures substitutionum gradus.*
9 *Alia conjectura est clausula codicillaris.*
10 *Fideicommissum continet tacitam prohibitionem alienandi.*
11 *Liber Decimarum Florentiæ plenè probat possessionem.*
12 *De jure communi præsumptivè.*
13 *Et ideo negans contrarium probare tenetur.*
14 *Contra tertium possessorem non sufficit probare bona fuisse in bonis testatoris, sed alterius requiritur probatio dominii.*
15 *Limita quando tertius possessor causam habet ab hærede gravato.*

DECISIO LXXXIX.

In Causa Landi, e Franceschi.

AGentes proponebant fideicommissariam substitutionem factam in testamento Sebastiani de Laudis purificatam esse in eorum personis, ac per consequens ad eos spectare bona subjecta fideicommisso possessa per reos conventos. Dixi petitis locum esse, purificatumque fideicommissum ad favorem agentium, & ad eos spectare bona possessa per reum conventum, & conventos.

Motus fui, quia incumbentia probata apparebant ex parte agentium, prout tenebantur *l. La-* 1
cius §. *tres hæredes ff. ad Senat. Consult. Trebell. Honded. consil.* 60. *num.* 11. & *cons.* 78. *num.* 20. *lib.* 1. *Surd cons.* 554. *num.* 4. *lib.* 4.

Fideicommissum scilicet fuisse ordinatum per 2
testatorem constabat ex testamento ejusdem, juncti receptissima sententia, quod illud inducitur ex conjecturis recollectis ex testamento *l. cum pater* §. *nunc ff. de legat.* 3. juncta regula *l. Gallus* §. *quidam rectè ff. de liber. & posthum. l. cum filio fam.* §. *ultim ff de legat* 2. *l. fideicommissa* §. *item si quis ff. de legat.* 3. *l. Pamphilo eodem tit. Tiraquel. ad l. si unquam verb. liberis a num* 52. *ff. de donat. revocand. Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 8. *tit.* 1. *per tot.*

Ubi testator Joanne instituto, post mortem ejus instituit quoque filios ejus, quæ mortis mentio necessario fideicommissariam importat substitu-
tionem *Fulgos.* & alii in *l. in testamento C. de te-* 3
stament. milit. Peregrin. artic. 18. *num.* 21. *versic. nam mortis*, & *artic.* 19 *num.* 19., quæ etiam resultat ex dictione *post*, ut ex *Curt. Jun. Dec.*, & aliis notant idem *Peregrin. dict. artic.* 18. *n.* 14. *Surd. consil.* 412. *num.* 4. *lib.* 3. Et in terminis, quod ex hac formula *instituo fratres, & post eo-*
rum mortem filios, fideicommissaria substitutio in- 4
ducatur, tradunt *Soccin. consil.* 11. *num.* 14. & 15. *lib.* 3. *Alciat. in dict.* §. *quidam rectè num.* 49. multis exornat *Peregr. dict. art.* 18. *a num.* 5.

Nec obstat regula *l. verbis civilibus ff. de vulgar.*, quod substitutio facta per verba civilia directa non trahitur ad fideicommissariam, quan-
do jure directo valere potuit, prout hic excogi- 5
tando casum, in quo frater decessisset vivo testatore.

Sed dicebam primo ab illa regula recedendum 6
esse, quoties alia mens testatoris ex conjecturis deprehenditur *l. quærebatur ff. de test. milit. Alexand. in* §. *quidam rectè num.* 49., quæ hic reperitur ex pluribus substitutionibus post istam factis de aliis consanguineis masculis, & fœminis, &

7 tandem de proximioribus ognatis e:ppi domus tra-
ctum fucceſſivum fine dubio importanribus, & ab-
ſulutom fideicommiſſum, joxta celebre *Ancharan.*
conſil. 27.; de quo late *Peregrin. articul.* 19.
num. 16., ubi exornat. *Surd. conſil.* 412. *num.* 1.
lib. 3. unde reſpectu nepotnm primo loco voca-
torum volnit etiam fideicommiſſarium facere ſub-
8 ſtitutionem argumento *l. viva matre* ibi notat *Pi-
nell. Sen. C. de bon. matern.*, & erat notabilis ver-
borom extorſio intelligere, quod mortis tempos
reſeratur tantum ad tempos vitæ teſtatoria ante
aditom hæreditatem, ut olioa couſiderat *Aymon,
conſil.* 131. *ſub num.* 10. *Peregr. art.* 19. *n.* 21.
Rurſua dicebatur ceſſare argumeurum ex clao-
9 ſula codicillari in ampliſſima formo juxta Floren-
tinom Formularium, quo caſu directa ſubſtitutio
converritur in fideicommiſſariam, quaſi facta in
codicillis juxta textum celebrem in *l. Scævola ff.
ad Trebell.* notar in puncto *Soccin. conſil.* 52. *n.* 16.
lib. 1 *Ruin. Curt. Dec. Decian.*, & alii de quibus
Peregrin. dict. artic. 18. *num.* 6., & fuit origina-
lis ſententia *Bald. in l. verbis civilibus col.* 2. *ff. de
vulgar.* commoniter ex *Alex. in dict. l. verbis n.* 2.
ubi *Curt Jan. num.* 50. *Didac. in cap. Rayn.* §. 1.
num. 4 *Grat. conſil.* 8. *num.* 10. *cum. ſeq. Sapia in
repet. l.* 2. *C. de impub. &c.* late *Emanuel. a Coſta
in cap. ſi pater* 3. *par. verb. obliqua num.* 19. *de
teſt. verſ. ſed Lancellottus num.* 22.
Non obſtat, quod dicebatur licitum foiſſe a-
lienotionem primo inſtituto, cum in teſtamento
10 nullo facta prohibitio fuiſſet, nam ſuppoſito, quod
teſtator fideicommiſſum facere voluit ex variis ſub-
ſtitutionibus ognatorum de domo, & familia, ſuffi-
cit ſine dubio tacita prohibitio o lege inducta, ju-
xta rext. expreſſum in *l. final.* §. *ſin autem. Cod.
commun. de legat. Peregrin artic* 54. *num* 46. *Ce-
phal. conſil.* 296. *num.* 24. & 25 *lib.* 2.
11 Legitimario perſonæ, & mors patris agentium
non inficiabatur, & legirimè opparebant ex poſi-
tionibus pro confeſſis bobitis.
Bono autem fuiſſe in bonia fideicommittentis,
prout neceſſarium erat agentibus in hoc judicio
oſtendera [ex *Alex. conſil.* 60. *num.* 114. *lib.* 6.
Aym. conſ. 61 *num.* 6. *Peregrin. artic.* 44 *num.* 1.]
conſtobat ex Libro Decimarum, qui in hoc incli-
ta Urbe probationem facit, immo etiom de jore
communi præſumptionem *Bartol. in l. decem*, & ibi
12 omnes *ff. de verbor. obligat. Pariſ. conſil.* 53. *n.* 2.
lib. 1. *Soccin. Jun conſil.* 61 *num.* 3. *Roman. conſ.* 4.
n. 15. *lib* 2., de quibus *Magon. deciſ. Florent.* 10.
num. 8. (licet idem in conrrorium inclinet) lote
exornot *Peregrin artic.* 44. *num.* 52 porro agen-
tes in illa intentionem fundatam habent, & con-
venti contrarium probare tenentur, juxta rego-
13 lam *l. generaliter* §. *repetitum ad fin. ff. de fidei-
commiſſ. libertatib. Alciat. in prælud* 3. *p. de præ-
ſumpt. in princ. num.* 2.
Nec negocium faciebat, qood ubi agitur con-
14 tra tertios poſſeſſores, non ſufficit agenri probare
bona fuiſſe in bonis, immo opus erot de dominio
teſtotoris oſtendere ex *Bald.* & oliis notat *Roland.
conſil* 46. *num.* 10. & 18. *lib.* 3. *Alexan. conſ.* 98.
num 7. *lib.* 2.
Nam iſta ſententia non procedit, ubi poſſeſ-
ſores, vel auctores eorom cauſam habent ab hære-
15 de gravato ex regula *l. ult.* §. 1 *ff. ad Vell. Pere-
grin. artic.* 43 *num.* 6. & 26. ubi exornat.
Rei conventi nihil produxerunt, nec proba-
vernut, nec illorum proceſſum vidi, verumtamen
pro detractionibus eiſdem jus reſervavimus, ex
regula *l. Bæbius Marcellus ff. de pact. dotal.*

Georgius Pinellus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Quæ ſint verba directa civilia, communia, obliqua, & hortatoria, & quando directa obliquentur, & non vulgarem, ſed fideicommiſſariam inducant.

SUMMARIUM.

1 *MEntio mortis, cum in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, & verba tractum ſucceſſivum importantia, inducit fideicommiſſariam, etiamſi teſtator uſus ſit verbis directis civilibus.*
2 *Verbum* inſtituo *eſt directum.*
3 *Et directum civile.*
4 *Limita primo, quando adſunt clauſola codicillaris, vel omni meliori modo, quibus concurrentibus verbum* inſtituo *obliquatur.*
5 *Limita ſecundo, quando non adſunt verba collectiva, & perpetuitatem denotantia.*
6 *Vel ubi adeſſet digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, aut quando ſimiles conjecturæ, & circumſtantiæ concurrunt.*
7 *Veluti cum adeſt verbum* deſcendentes.
8 *Vel verbum* deſcendentes deſcendentium in infinitum.
9 *Vel verbum* hæredes.
10 *Vel verbum* ſucceſſores.
11 *Limita tertio concluſionem, de qua num. 2. quando inſtitutio facta eſt poſt mortem primorum vocatorum.*
12 *Vel ſi fiat poſt aditam hæreditatem.*
13 *Limita quarto, ſi pater tempore inſtitutionis habeat filios, & in inſtitutione adſint verba, quæ vocent filios tam natos, quam naſcituros.*
14 *Contraria opinio eſt receptior, & magis communis.*
15 *Limita quinto, ſi inſtitutio referatur ad certas res, & adſit alius univerſaliter inſtitutus.*
16 *Verba directa, quæ hæreditarium titulum tribuunt, & indicant aliquem propria authoritate capere poſſe, veluti hæres eſto, hæredem inſtituo, regulariter non obliquantur.*
17 *Limita primo in codicillis, in quibus ſubſtitutio vulgaris tranſit in fideicommiſſariam ex æquitate.*
18 *Limita ſecundo in fideicommiſſis, ſi ultra verba directa civilia adſint communia, nam tunc congrua congruis referendo directa de inſtitutis, communia de ſubſtitutis prædicari cenſentur.*
19 *Limita tertio, ſi verba directa juncta ſint verbis obliquis.*
20 *Limita quarto, ſi conſtet talem fuiſſe mentem teſtatoris.*
21 *Verba obliqua contraria directis non deferunt, ut quis propria authoritate hæreditatem capere poſſit, ſed ſolum hæreditatem eſſe reſtituendam, & capiendam de manu alterius.*
22 *Verba communia, quæ poſſunt accipi in ſenſu & directo, & obliquo, & juxta varios caſus, trahuntur ad fideicommiſſariam, & ad vulgarem.*
23 *In dubio tamen, potius ſunt referenda ad vulgarem, quam ad fideicommiſſariam.*
24 *Maximè ſi apertè conſtet adeſſe caſus, in quibus jure directo valere poſſunt.*
25 *Intellige, ut nimis ſubtilizandum non ſit pro oſtendenda poſſibilitate hujus caſus, & exemplifica ut ibi.*
Caſus mortis contra naturalem mortalitatis ordinem non præſumitur, ibidem.

26 *Li-*

26 *Limita primo conclufionem de qua num. 23. in vocatione nafciturorum per verba communia, qui potius cenfentur vocati per fideicommiffariam, quam per vulgarem.*

27 *Limita fecundo, fi fobftitutio facta fuerit poft mortem hæredis inftituti, nam mortis expreffio compendiofam, & fideicommiffariam inducit.*

28 *Intellige hanc limitationem procedere, fi mentio mortis fuit præcisè facta in ea fubftitutione, quam volumus fideicommiffariam, fecus fi in alia præcedenti.*

29 *Limita tertio, fi verba communia juncta fint verbis obliquis, tunc enim obliquantur, & fideicommiffariam important.*

30 *Limita quarto, fi verba communia fint relata ad bona, quo cafu funt obliqua, & fideicommiffum inducunt, fed relata ad perfonas afsumunt naturam verbi directi.*

31 *Verba hortatoria, & precaria, & confilium denotantia ex fui natura onus reftitutionis non præfeferunt, & quando fecus ex voluntate teftatoris remiffivè.*

Hæc decifio fuit confirmata a Tribus Judicibus fecundarum Appellationum fub die 7. Junii 1625. ut in *Lib. Motiv.* 105. *fol.* 256., quæ decifio impreffa eft infra in ordine *la* 147.

Ad num. 3. & feqq.

MEntio mortis, quando adeft in teftamento
1 claufula codicillaris, & verba tractum fuc-
ceffivum importantia, fideicommiffariam fubftitu-
tionem inducit, etiamfi teftator ufus fit verbis di-
rectis civilibus *Rot. Florent.* fupra *decif.* 25. *n.* 1.
& 2., & ego in *addit. ad decif.* 66. *num.* 4., ubi
plures adducuntur auctoritates, & decifiones a-
gentes de fubftitutione facta fub commemoratione
mortis.

Et talia verba teftator adhibuit in teftamen-
to, de quo in hac noftra decifione; legitur enim
2 in eo verbum *inftituo*, quod effe directum fir-
mant *Marcabrun. conf.* 61. *num.* 11. *&* 26. *Rimin.
Jun. conf.* 244. *num.* 110. *& conf.* 371. *num.* 21.
Menoch. conf. 105. *num.* 10. *& conf.* 115. *num.* 2.
& conf. 376. *num.* 12. *Surd. confil.* 464. *num.* 8.
Scott. lib. 4. *refponf.* 1. *n.* 4. *tom.* 1. *fol. mihi* 304.
Anguifciol. conf. 51. *num.* 3. *conf.* 133. *num.* 1 *&
conf.* 179. *num.* 3. *Spad. conf.* 237. *num.* 20. *lib.* 3.
Fufar. de fubftitut. quæft. 479. *num.* 2. *Gratian. di-
fcept.* 774. *num.* 1. *Cyriac. controv.* 44. *num.* 16.
Novar. quæft. 157. *fub num.* 2. *Andreol. contr.* 121.
fub num. 3. *verf. quæ confirmatur, & controv.* 368.
num. 1. *Manf. confult.* 159. *num.* 9. *Baitell. de ul-
tim. volunt. decif.* 2 *num.* 167. *& decif.* 53. *num.* 8
Rot. Senen. decif. 31. *num.* 55. *coram me. Rot. Flo-
rent.* fupra *decif.* 1. *num.* 23. *& decif.* 50. *num.* 2.
Rot. Rom. coram Seraphin. decif. 934 *num.* 1. *in re-
cent. decif.* 162. *num.* 3. *par.* 2. *& decif.* 349. *n.* 3.
par. 19. *poft Torr. de primogenitur. decif.* 17. *fub
num.* 46., & poft *Mel. obferv forenf. decif.* 117.
num. 6., ubi quod non poteft obliquari.

3 Et effe directum civile tradunt *Bero. con-
fil.* 6. *num.* 7. *lib.* 2. *Buccafer. conf.* 26. *num.* 20.
in fin. Ciarlin. controv. 100. *num.* 4. *Caftald. con-
fult.* 74. *num.* 3. *Manf. confult.* 159. *num.* 28. *Craff.
§. fubftitutio quæft.* 5. *num.* 1. *Odd. de compendiof.
fubftitut. par.* 4 *artic.* 1. *quæft.* 2. *verb. inftituo.
Baitell. de ult. volunt. dict. decif.* 2. *num.* 150. *Rot.
Rom. coram Dunozet. Sen. decif.* 274. *num.* 1. *Rot.
Florent. apud Palm. Nep. decif.* 354. *num.* 7. *& co-
ram me decif.* 95. *num.* 28. ubi plurimæ auctorita-
tes adducuntur, *& num.* 92., & fupra *decif.* 25.
num. 1., & infra *decif.* 99. *num.* 5.

Declara hoc habere locum, quando non adeft 4
claufula codicillaris, vel *omni meliori modo*, iftis
enim concurrentibus verbum *inftituo* obliquatur,
ut de claufula *omni meliori modo*, *Anguifciol. con-
fil.* 133. *num.* 5. *Andreol. dict. controv.* 368. *n.* 9.
& feqq. & num. 27. *Baitell. de ultim. volunt. de-
cif.* 53. *num.* 13. *Rot. Florent.* inter recollect. per
Palm. Nep. decif. 354. *num.* 7. *&* 8., & fupra dict.
decif. 25. *num.* 2. Et de claufula codicillari *Angui-
fciol. conf.* 133. *num.* 3. *Spad. conf.* 237. *fub n.* 20.
lib. 3. *Fufar. de fubftitut. quæft.* 479. *num.* 6. *Bai-
tell. de ultim. volunt. dict. decif.* 53. *num.* 13. *Rot.
Florent. apud Palm. Nep. dict. decif.* 354. *num.* 8.,
& fupra citat. *decif.* 25. *num.* 2., & vide infra
decif. 99. *num.* 18. *& feqq.*

Declara fecundo, quod dictum verbum *infti-* 5
tuo fit directum civile, quando non funt addita
verba collectiva, & perpetuitatem denotantia, vel 6
non adeft digreffus ad plures gradus fubftituendo-
rum, aut aliæ fimiles conjecturæ, & circumftan-
tiæ non concurrunt, alias fecus *Anguifciol.* ubi fo-
pra *verf. fecundo refpondetur. Andreol. dict. con-
trov.* 368. *num.* 27. *&* 28. *Altograd. controv.* 31.
num. 5. *& controv.* 94. *num.* 30. *Baitell.* ubi fupra
num. 9. *&* 236. *Rot. Florent. apud Palm. Nep. dict.
decif.* 354. *num.* 10., & infra *decif.* 99. *num.* 30.
& feqq.

Ut de verbis *defcendentes*, *Baitell. de ultim.* 7
volunt. dict. decif. 53. *num.* 10. *Rot. Florent* infra
dict. decif. 99 *num.* 23., fed contrarium tenet
Altograd. controv. 31. *num.* 8. de verbis *defcenden-
tes defcendentium in infinitum*, *Spad. conf.* 237. *fub* 8
num. 20. *lib.* 3., de verbo *hæredes*, *Altograd. con-* 9
trov. 31. *num.* 8. *Baitell. dict. decif.* 53. *num.* 11.,
& de verbo *fucceffores*, *Altograd. dict. controv.* 31. 10
num. 5. 8. *& feqq.*

Declara tertio verbum *inftituo* effe directum 11
civile non procedere, quando inftitutio facta eft
poft mortem primorum vocatorum *Anguifciol.
conf.* 133. *num.* 3. *verf. fecundo refpondetur. Palm.
Nep. allegat.* 27. *num.* 17. *Andreol. controv.* 121.
num. 14 *Fontanell. decif.* 37. *num* 7. *&* 8. *Rot.
Rom. coram Dunoz. Sen. decif.* 274. *num.* 2.

Vel fi fiat poft aditam hæreditatem. nam 12
tunc verbum *inftituo* obliquatur *Grivell. dec.* 126.
num. 20.

Declara quarto non habere locum, fi pater 13
tempore inftitutionis habeat filios, & in inftitu-
tione adfint verba, quæ vocent filios tam natos,
quam nafcituros *Baitell. de ultim. volunt. dict. de-
cif.* 53. *num.* 12.

Verum hæc declaratio habet contradictores, 14
quod enim verba directa non obliquentur, etiamfi
vocati fint nafcituri, de magis communi, & rece-
pta opinione, refolutis contrariis, plene *Senat.
Nicien. in decif.* 90. *apud Baldocc. ad Ramon.
num.* 23. *& feqq. & num.* 36. *ad* 47. ubi concordan-
tes *tom.* 4.

Declara quinto non habere locum, fi inftitu- 15
tio ad certas res referatur, quia tunc alio univer-
faliter inftituto obliquatur, fecus fi verbum *infti-
tuo* referatur ad univerfitatem bonorum *Bero. con-
fil.* 125. *fub num.* 31. *lib.* 2. *Odd. de compendiof.
fubftitut. par.* 4 *art.* 1. *quæft.* 2. *verb. inftituo, ver-
fic. breviter ego puto. Fredian. de fideicommiff. dif-
fert.* 1. *num.* 8. 11. 17. *&* 18.

Ad pleniorem autem hujus materiæ intelli-
gentiam fciendum eft, quod verba in teftamentis 16
alia funt directa, alia obliqua, alia communia; directa
funt, quæ hæreditarium titulum tribuunt, & in-
dicant quem propria auctoritate capere poffe, ve-
luti *hæres efto*, *hæredem inftituo*, & hæc regula-
riter non obliquantur *Gratian. difcept.* 774. *n.* 1.

Clericat. discord. civil. 28. *num.* 33. *Fusar. de substitut. quæst.* 479. *num.* 1. *vers. accedat*. *Fredian. de fideicomm. differt.* 1. *num.* 14. & 19. *Senat. Nicien. apud Balducc. ad Ramon. tam.* 4. *decis.* 90. *num.* 7. *vers. immo in parte*, & *num.* 23. *vers. in illis verbis*. *Rot. Senen. decis* 31. *n.* 55. *cor. me*.

17 Limita primo in codicillis, in quibus etiam verba directa, & civilia obliquantur, & substitutio vulgaris transit in fideicommissariam æqualitate text. in *l. Scævola* 76 *ff. ad Senat. Consult. Trebell. Peregrin de fideicomm. artic.* 34. *num.* 68. *Fredian. ead. tract. differt.* 1. *num* 32. *Paulut. differt.* 93. *num.* 8. *Rot. Rom.* post eum *differt.* 91. *decis.* 3. *num.* 8.

18 Limita secundo in fideicommissis, si ultra verba directa civilia adjuncta sint verba communia, nam tunc congrua congruis referendo directa de institutis, communia de substitutis prædicari censentur *Conciol. allegat.* 13. *num.* 28. cum aliis congestis in *decis. Florent.* 5. *num.* 11. *cor. me*.

19 Limita tertio, si verba directa juncta sint verbis obliquis, quo casu obliquantur *Fusar. consil.* 189. *num.* 58. & *cons.* 192. *num.* 43. *vers. respondetur tertio* *Andreol. controv.* 121. *num.* 13. *Conciol. alleg.* 53. *sub num.* 19. *vers. quod eo magis*. *Rot. Rom coram Argaell. decis.* 34. *num.* 62.

Limita quarto, si constet talem fuisse men-
20 tem testatoris, nam tunc obsequendo illius voluntati verba directa semper obliquantur *Fredian. de fideicomm. differt.* 5. *num.* 28. & 29. *Rot. Rom. post de Luc. de fideicomm. decis.* 116. *num.* 11.

21 Obliqua directis contraria talem auctoritatem non deferunt, sed solum important hæreditatem esse restituendam, & capiendam de manu alterius.
22 Communia vero sunt, quæ in utroque sensu & directo, & obliquo accipi possunt, & juxta varios casus ad fideicommissarism trahuntur, & ad vulgarem, prout singulas species explicando tradunt *Crass. recept. sentent.* §. *substitutia quæst.* 4. *Mars. consult.* 160. *num* 1. 2. 3. & 4. *tom.* 2. *Fredian. de fideicomm. dict. differt.* 1. *num.* 24. & *seqq.*

23 Declara, quod licet verba communia in sensu directo, & obliquo accipi valeant, in dubio tamen potius ad vulgarem referenda sint, quam ad fideicommissariam *de Luc. de fideicomm disc.* 89. *num.* 3. *Rot. Florent. apud Palm. Nep. decis* 490.
24 *num.* 14, maxime si aperte constet adesse casus, in quibus jure directo valere possunt *Peregrin. de fideicomm. artic.* 58. *num.* 13., & in dicta *Nicien. Substitutionis apud Balducc. ad Ramon.* citat. *decis.* 90. *num.* 8 *tam.* 4.

25 Intellige tamen, quod ad ostendendam possibilitatem hujus casus nimis subtilizandum non sit, ut hic in *decis.*, in qua opponebatur facile contingibile, ut prædefunctis institutis testatori, eorum filii per vulgarem succederent, nam hoc veluti contra naturalem mortalitatis ordinem non præsumitur, ut objecto satisfaciendo dixit *Rot. Florent. apud Palm Nep. decis* 464. *num.* 49.

26 Limita in vocatione nasciturorum per verba communia, quia tunc potius per fideicommissariam, quam vulgarem vocati censentur, ita conciliando opiniones *Rot. Januen. apud Tarr. de majorat. tom.* 3. *decis.* 17. *num.* 40. 41. 42. 46. & 47. *Rot. Florentin. apud Palm. Nep. decis.* 464. *n.* 43. & 44.

27 Item limita, si substitutio facta fuerit post mortem hæredis instituti, nam mortis expressio compendiosam, & fideicommissariam inducit *Urceol. consult. forens.* 82. *num.* 1. *Fusar. de substitut. quæst.* 233. *num* 7. *de Luc. de fideicommiss. discur.* 127 *num.* 2.

28 Intellige hanc limitationem procedere, si in ea præcise substitutione, quam volumus fideicommissariam, facta fuit mentio mortis, secus si tantum in alia præcedenti *Paulut. differt.* 24. *n.* 9. *Rot. Florent. apud Urceol. decis.* 13. *num.* 18., & infra *decis.* 99. *num.* 18. & *seqq.*

Limita rursus, si verba communia juncta sint 29
verbis obliquis, tunc enim obliquantur, & fideicommissariam substitutionem important *Marescot. lib.* 2. *resolut.* 140. *num.* 41. *Merlin. de legitim. lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 14. *num.* 8. *Rot. Roman. coram Carill. decis.* 183. *num.* 6.

Prout limitatur, si verba communia relata
sunt ad bona, tali quippe casu obliqua sunt, & 30
fideicommissum inducunt, sed relata ad personam assumunt naturam verbi directi. *Mart. de success. legal. par.* 4. *quæst.* 32. *artic.* 1. *num.* 17. *Gratian. discept.* 407 *num.* 36. *de Luc. de fideicommiss. discurs.* 121. *num.* 4. *Massin. de confiscat. quæst.* 18. *num.* 78. & 79. *Rot. Rom. coram Mantic. dec.* 367. *n.* 8., & inter meas *decis. Florent. decis* 98. § *pr. num.* 18.

Prædictis addi potest alia species verborum,
quæ hortatoria, & præcaria nuncupantur, & con- 31
silium denotant, ac ex sui natura onus restitutionis non præseferunt, & quando secus ex voluntate testatoris *Torr. var. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 11. *num.* 4. 5. & 6. *Rot. Lucen.* inter recollectas per *Palm. Nep. decis.* 4. *n.* 6 & *seq. Rot. Rom. in Romana Vinea* 9. *Aprilis* 1723. *coram R. P. D. meo Calcagnino*, & in confirmatoria 10. *Januarii* 1724. *coram eodem*.

F L O R E N T I N A
Fideicommissi.

3. *Martii* 1615. *ex Lib. Mat.* 93. *a* 258.

A R G U M E N T U M.

Fideicommissum conditionale transmittitur ad hæredes stantibus conjecturis, quæ late expenduntur, & hoc procedit non solum quo ad portionem patris, sed etiam patrui, si in ea quoque nepotes fuerunt aliis prædilecti ad limitationem text. in *l. hæredes mei* §. *cum ita ff. ad Senat. Consult. Trebell.*

S U M M A R I U M.

1 *Agenti ad fideicommissum obstat exceptio, quod substitutia de eo non loquitur.*
2 *Substitutio superviventium restringitur ad eos, qui supra fuere nominati, & num.* 3.
3 *Et illi intelliguntur substituti sub conditione, si supervivant eveniente casu fideicommissi.*
4 *Decedente substituto ante eventum conditionis, substitutia efficitur caduca.*
5 *Reciproca ordinata inter duas cohæredes non extenditur ad eorum filios.*
Intellige ut num. 37.
7 *Positus in conditione non dicitur vocatus.*
8 *Nisi stantibus conjecturis.*
9 *Fideicommissum conditionale non transmittitur etiam in descendentes, & num.* 6.
10 *Limita stantibus contrariis conjecturis, ubi de ratione.*
Amplia ut ex conjecturis detur transmissio, etiamsi substitutia facta sit nominatim favore superviventis num. 29.
Contraria authoritates declarantur num. 30.
11 *Harum prima est, si exclusa transmissione minus dilectus magis dilecta præferretur, & n.* 33. & 37.

11 *Ve-*

12 *Veluti fi exclufa mafcula admitterentur fœmina.*
13 *Magis dilectus quis dicatur.*
14 *Secunda conjectura eft, fi teftator in vocatione minus dilecti fubftituit ejus filios, nam ex hoc infertur valita tranfmiffio ad filios magis dilecti.*
15 *Appellatione cippi domus veniunt proximiores.*
Et fignificatur agnatio num. 17.
16 *Tertia eft, fi teftator verafimiliter pro tranfmiffione refpondiffet.*
18 *Quarta fi tranfmiffione non admiffa agnatio contemplata non confervaretur.*
19 *Quinta fi filii, ad quos fieri debet tranfmiffio, fuerint antea pofiti in conditione.*
20 *Contra quod hac conjectura reprobetur.*
21 *Diftingue ut fola non fufficiat, fecus fi aliis fuffulta.*
22 *Præfertim fi ex aliqua qualitate conftet filius effe magis dilectus fubftituto.*
23 *Sexta conjectura eft, quando fideicommiffaria fubftitutioni conjunctum fuit jus accrefcendi, & de ratione.*
24 *Contra quod has conjectura fit dubitabilis.*
25 *Intellige fi alia non concurrant, fecus contra.*
26 *Conjectura ad inducendam tranfmiffionem fimul jungi debent.*
27 *Text. in* l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian. *explicatur, & num.* 28.
28 *Appellatione liberorum veniunt fœmina, & mafculi, quin etiam naturales.*
31 *In fideicommiffo mens teftatoris, non verba attenduntur.*
32 *Nepos non venit fub vocatione filiorum.*
33 *Venit tamen jure tranfmiffionis, etiamfi adjecta fit dictio repetitiva alias.*
34 *Prædilectio non attenditur, quando ultimus gravatus fecit teftamentum.*
Declara num. 36.
38 *Pofiti in conditione regulariter vocati dicuntur ad portionem patris, non patrui.*
39 *In portione tamen patrui confideratur prædilectio refpectu fubftituti.*
40 *Gravatus poteft bona retinere pro detractionibus, & ea ad fuos hæredes tranfmittere.*
41 *Fideicommiffum conditionale an, & quando tranfmittatur remiffive.*
42 *De tranfmiffione legati in diem facti remiffive.*
43 *Filius patri præmoriens non tranfmittit jus petendi legitimam.*

DECISIO XC.

In Caufa Mannozzi, e Serarrighi.

CAfus, qui præcipue controvertebatur inter Angelum Manotii de Manotiis ex una, & D. Antoniam viduam relictam a Mariotto de Manotiis, & ejus ufufructuariam, ac Baptiftam de Serarrighis hæredem ejusdem Mariotti ex alia, videbatur verfari præcife in terminis *l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* Quoniam Angelus fenior ufque de anno 1581. in teftamento fuo, cum quo deceffit, inftituit fibi hæredes Mariottum, Manotium, & Hieronymum filios æquis portionibus, deinde per reciprocam fubftitutionem eos ad invicem inftituit his verbis.. *Et fi aliquis eorum deceflerit, aut ufque adhuc deceffiffet, quia dictus Manotius, & Mariottus iverunt ad bellum, fine liberis legitimis, & naturalibus, eis fubftituit fuperviventes, & fuperviventem ex eis.* Demumque difpofuit, quod fi omnes fupradicti filii, & hæredes

decefferint fine liberis legitimis, & naturalibus,
fubftituit cippum fuæ domus, fcilicet fuos nepotes
filios fuorum fratrum in viginti fextariis terreni
in ftirpes, & in aliis bonis ejus filias fubftituit.
Defuncto autem teftatore, Hieronymus ingreffus
eft Religionem Minorum Sancti Francifci;
poftmodum deceffit Manotius relicto Angelo actore,
tandem noviffime deceffit Mariottus nullis relictis
filiis, inftituta ufufructuaria dicta Antonia uxore,
& hærede univerfali memorato Baptifta de
Serarrighis, unde cum verfaremur in terminis dict.
§. *cum ita*, confiderata effentiali illius text. decifione,
videbatur refolvendum reos conventos a
petitis abfolvendos refpectu conventionis. Quoniam
videbatur locus regulæ illi vulgari, fubftitutio
de te non loquitur, ut poft *Oldr. & Jo.* 1
Andr. refpondet *Socc. conf.* 62. *num* 4. *lib.* 3. *Socc.*
Jun. conf. 105. *num.* 13. *lib.* 1. *Burfatt.* qui de
communi teftatur *conf.* 337. *num.* 4. *lib.* 3. cum
aliis, de quibus per *Hond. conf.* 60. *lib.* 1 *Peregr.*
de fideicomm artic. 15. *num.* 37. *Surd. confil* 448.
num. 31. cum multis fequentibus, qui varias regulas
in hac materia coacervat. *Seraphin. dec.* 1486.
num. 1., *& ibi Adden.*

Et quod dictus Angelus actor nullo jure, vel
titulo poffet intrare ad exclufionem reorum, videbatur
oftendi, nam in reciproca, fi aliquis filiorum
inftitutorum deceflerit fine filiis, eifdem
fubftituit fuperviventes, vel fuperviventem ex eis, 2
quæ verba reftringunt vocationem ad filios antea
nominatos, ita ut illi nominatim fubftituti intelligantur
Parif. conf. 37 *num.* 53. *lib.* 2. *Gabr. confil*
525. *num.* 22 *& feqq. lib.* 5. Et intelliguntur
fubftituti, fi, & quatenus eveniente cafu fupervivant
Alex. conf. 109. *num.* 4. *lib.* 7. At cum 3
tempore mortis Mariotti fine liberis prædeceffiffent
Manotius, & Hieronymus, videbatur defecta
conditio eorum vocationis, & fubftitutio effecta
caduca *l. unica § pro fecundo C. de caduc. tollend.* 4
Idcirco Angelus ex propria perfona fuccedere non
poffe dicendum eft videbatur, quia non eft nominatus,
vel comprehenfus, & regula eft, quod
reciproca inter duos cohæredes ad eorum filios, &
defcendentes non extenditur, cum in difpofitionibus
hominum de perfona ad perfonam extenfio
non admittatur *l. Gallus §. et quod fi tantum*, ubi 5
DD. *ff. de lib. & pofthum. l. fi unus § ante omnia*
ff. de pact. l. fi ita ftipulatus §. Chrifogonus ff. de
verb. obligat. in terminis *Menoch conf* 636. *n.* 12.
& 29. *Odd. conf.* 6. *num.* 59. *conf.* 46. *num.* 23.
& conf 68. *num.* 5. *Peregrin. de fideicommiff. artic.* 53. *num.* 90.

Es in terminis fubftitutionis reciprocæ factæ
inter filios, vel alios hæredes. in qua uno decedente
fuperftites vocantur *Parif. conf.* 36. *num.* 47.
& feqq., præfertim *num.* 51. *& feqq. Natt. confil*
555. *num.* 29. *Gabr. conf.* 121. *num.* 22. *&* 27.
lib. 5. *Mantic. de conject. ult. volunt. lib.* 8. *tit.* 8.
num. 8. *Peregrin. de fideicomm. art.* 25. *num.* 24.
& 28. Non etiam fuccedere poffe videbatur jure
tranfmiffionis, quia fideicommiffum conditionale
non tranfmittitur, dict. §. *cum ita*, *l. cum ex filio* 6
ff de vulgar. & pupillar., latiffime *Peregrin. de*
fideicomm. artic. 31. *num.* 6.

Minus videbatur, quod poffet prætendere
Angelus fuccedere ex vi fecundæ fubftitutionis factæ
in cafu, quo omnes filii decederent fine liberis;
quoniam in dicta fubftitutione non eft vocatus
ipfe, fed vocati funt tranfverfales, fcilicet 7
nepotes ex fratre, & filiæ fœminæ. Et nihil facit,
quod fit in conditione pofitus, quoniam non ideo
poteft cenferi vocatus, refiftente difpofitione fæpe
citati §. *cum ita*.

Præ-

Præterquamquod dici posset, quod non con-
currunt conjecturæ suadentes vocationem, ad ef-
fectum, ut limitetur communis opinio glass. in l.
8 Lucius ff. de liber. & posthum.
Præmissis tamen minime resistentibus post lon-
gam, & maturam causæ hujus disceptationem,
resolutum per nos fuit pro Angelo actore juxta
per eum petita virtute transmissionis adesse fidei-
commissum, & illius vigore condemnavimus reos
conventos ad dimittendum bona petita, data ta-
men retentione pro detractionibus legitime facien-
dis, quatenus competant, juxta liquidationem in
exequutione sententiæ faciendam; quoniam licet
9 regulariter fideicommissum conditionale non tran-
smittatur etiam in descendentes l. si in personam
C. de fideicomm. l. unic. §. sin autem C. de caduc.
tollen. DD. in l. cum filiu ff. de legat. 1., habui-
mus nihiluminus pro constanti, quod fideicommis-
sum conditionale transmittitur stantibus conjectu-
ris ex testamento resultantibus mentis testatoris,
ex quibus colligatur voluisse transmitti, quia te-
10 stator potest facere transmissibile id, quod non est
transmissibile Bald. in l. unica num. au. vers. nisi
aliquibus C. de his, qui ante apert. tab. Gabr. tit.
de hared. instit. conclus. 2. limit. 3. num. 15. Ru-
stic. cons. 2. per tot. a num. 54 post tract. an, &
quando liberi. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 11.
tit. 20. num. 9. Crass. §. fideicommissum quæst. 67.
num. 8 Honded. cons. 70. a num. 31. lib. 1. &
cons. 56. num. 3. lib. 2. Caball. cons. 136. num. 7.,
qui alios congerit. Peregrin. de fideicomm. art. 31.
num. 9. latissime Menoch. de præsumpt. lib. 4. præ-
sumpt. 201. num. 38., ubi contendit receptissimam
esse sententiam, quicquid dicat Phanucc. de in-
vent. par. 6. num. 87. novissime Marescott. var.
resolut. lib 2. cap. 31. num. 2. & 3. Rot. Roman.
apud Caputaquen. decis. 21. par. 2.
In proposito autem consideravimus plurea
conjecturas pro transmissione concurrere.
Prima autem earum, & potissima conjectura
11 est, quando si non fieret transmissio magis dile-
ctus excluderetur, & minus dilectus admitteretur
Jas. cons. 52. prope fin. vers. quarta conjectura lib. 2.
Viv. decis. ult num. 28. cum seq. Crass. §. fideicom-
missum quæst. 68. num. 1. cum aliis cumulatis per
Menoch. cons. 325. num. 61. & cons. 333. num. 31.
ubi ait hanc conjecturam sine dubio esse commu-
niter receptam, & cons. 417. num. 14. cons. 452.
num. 55., & novissime dict. præsumpt. 201. n. 107.
lib. 4 Marescott. dict. cap. 31. n. 10. & 11. lib. 2.
Crass. iterum in §. transmissio quæst. 28. n. 10.
Et hæc conjectura militaret quidem in pro-
posito, quoniam si non fieret transmissio, exclude-
retur filius masculus Manotii, & admitterentur
12 vel fœminæ minus dilectæ a testatore, vel rei
conventi extranei, unde potius dicendum est lo-
cum esse transmissioni, ne sequatur hoc absurdum
contra mentem testatoris, ad notat. per DD. in
l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. Marescott.
dict. cap. 31. num. 12. Et cum simus in casu, quod
Angelus est de descendentibus, sitque positus in
conditione, & a successione defuncti in totum ex-
cludat substitutum, non videbatur dubitari pos-
se, quin esset prædilectus, & quin substitutum
13 excluderet, ut de mente Bart. in dict. §. cum ita,
& aliorum firmat Peregrin. de fideicommiss. ar-
tic. 13. num. 48.
Secunda conjectura fuit considerata admodum
14 urgens, quia quando testator ultimo loco substi-
tuit filias, non solum eas vocavit, sed etiam ea-
rum hæredes, at quando testator in substitutione
facta de minus dilecto vocavit & ejus filios, tunc
substitutio facta de magis dilectu ad ejus filios
transmittitur Curt. Jun. cons. 16. num. 7., ubi
appellat hanc conjecturam fortissimam. Cravett.
cons. 62. num. 10. & in l. cum filio fam. part. 2.
num. 349. vers. similiter. Ruin. cons. 145. num. 6.
& 7. lib. 1. & cons. 130. num. 43. lib. 3. Soccin.
Jun. cons. 63. lib. 4. Menoch. cons. 209. num. 15.
& 16. & cons. 333. num. 33. & præsumpt. 201.
num. 95. & 96. Rimin. Jun. cons. 476. num. 52.
Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 11. titul. 20.
num. 19., ergo dicendum est, quod reciproca
substitutio facta de filiis testatoris ad eorum filios
transmittatur.
Tertia conjectura ponderabatur fortis, quia
quando testator substituit cippum domus, decla-
ravit cippum, scilicet filios suorum fratruum, un-
de cum appellatione cippi domus venisset regula- 15
riter Angelus tamquam proximior, ad notata per
DD. in l. fin. C. de verb. significat. Peregrin. de
fideicomm. artic. 22. num. 29. optime Seraphin.
decis. 812. non videtur nec inficiari, nec dubitari
posse, quod testator intellexit prius vocasse ipsum
Angelum nepotem, & sit locus conjecturæ, quod
si testator de hoc fuisset interrogatus, ita respon-
disset, quo casu transmissio locum habere debet
secundum magis communem opinionem, de qua
post Jas. cons. 154 col. 4 vers. secundo principa- 16
liter lib. 4. Honded. cons. 70. sub num. 34. lib. 1.
optime Peregrin. cons. 43. num. 7. lib. 3., quam
conjecturam non parvi faciendam esse existimavi-
mus in hoc casu, in quo satis palpabilis apparet
voluntas testatoris, licet alias Honded consil. 60.
num. 87. lib. 1. & Surd., qui bene audivit con-
sil. 448. num. 26. dixerint esse divinationem.
Quarta conjectura deducebatur, ex eo quod
appareт testatorem habuisse rationem conservandi
agnationem, dum vocavit cippum, domum &c. 17
cum cippi, & domus appellatione significetur a-
gnatio, DD. in l. fin. C. de verb. significat. Pere-
grin. de fideicomm. artic. 22. num. 27. & 29.
Quo casu transmissioni locum esse omnea af-
firmant, quando alias agnatio non conservaretur,
prout in proposito, si vel uxor, vel privignus
testatoris admitterentur, ita Ruin. cons. 156. n. 5. 18
& cons. 179. num. 7. lib. 2. Soccin. Jun. cons. 167.
num. 21. lib. 2. Alex. cons. 28. num. 8. & con-
sil. 120. num. 4. & cons. 143. num. 3. Paris. con-
sil. 5. num. 18. & 29. & cons. 50. num. 19. cum
seqq., ac melius cons. 66 num. 76. lib. 3., alios
congerit Decian. cons. 88. num. 67. & seq. lib. 2.
Menoch. cons. 95. num. 109., latius cons. 325. n. 64.
cons. 333. num. 29. & cons. 452. num. 56. Mantic.
de conject. ultim. volunt. lib. 11. tit. 20. num. 23.
Honded. copiosè dict. cons. 70. num 38 lib. 1. Ma-
rescott. dict. cap. 31. num 6. & seq. lib. 2.
Quinta addebatur conjectura, ex eo quod fi-
lii sunt positi in conditione, unde præsumitur te-
statorem voluisse, ut in ipsos transmittatur fidei-
commissum reciprocum factum de parentibus eo-
rum; quamvis enim hæc conjectura non sufficiat 19
ad hoc, ut dicantur vocati, sufficere tamen vi-
detur ad inducendam transmissionem, dum (ut
dicam mox) aliæ concurrunt. Bald. in l. si pa-
ter quæst. 4. C. de instit. & subst. Soccin. in §. cum
ita sub num. 13. Paris. cons. 77. præcipue num. 18.
lib. 2. Odd. de compend. par. 6. art. 2. limit. 6., ubi
dicit, quod primis, quos hoc dicisse reperiit, vix
credebat, sed postea adinvenit esse communem
opinionem Crass. in §. fideicommissum quæst. 68.
num. 3. Rustic. cons. 2. num. 56. post tractat. an, &
quando liberi. Menoch. cons. 325. num. 59., & la-
tissime eam tenetur dict. præsumpt. 201. num. 97.
Mantic. copiosè lib. 11. tit. 20. num 15., ubi re-
probat contrarium tenentes, & num. 16. Honded.
cons. 70.

conf. 70. *num.* 33. *cum feq. lib.* 1. *Peregrin. confil.* 63. *fub num.* 11. *verf. tertia ratio.*

Et fuit confideratum non obftare, quod hæc
20 conjectura non aptatur, quia quando filii pofiti in
condition intelliguntur vocati, folum intelliguntur
vocati ad portionem patris, & propterea axinde
nafci non poterat conjectura tranfmiffionis fideicommiffi
in portionem patrui, & firmat *Peregrin. artic.* 31. *num.* 16., & videtur hoc determinare
text. in dict. *l. hæredes mei §. cum ita*, ubi
non eft locus tranfmiffioni, quando filii funt pofiti
in conditione, & idem videtur velle *Marefcott.*
dict. cap. 31. *num.* 27. *lib.* 2. *Caball. conf.* 37. *fub
num.* 9. *vol.* 1.

Quia quicquid fit, quando hæc conjectura
effet fola, in quibus terminis res non effet fine a-
21 liqua difficultate, per ea quæ tradit *Gabr. conf.* 91.
num. 6. *& feqq. & num.* 14 *&* 15. *lib.* 2. *Ladercb.
conf.* 142. *fub num.* 6. *Seraphin. dec.* 1014. *n.* 3.

Illa tamen fufficere videtur, quando etiam
aliæ conjecturæ concurrunt, ut in propofito, & in
his terminis loquitur *Parif. conf.* 77. *lib.* 2. *Mantic. lib.* 11. *tit* 20. *num.* 26. *Gabr. conf.* 7. *fub
num.* 29, & admittit etiam *conf.* 91 *num.* 8 9. 14.
& 15. *lib.* 2. *Ladercb. dict. conf.* 142. *fub n.* 6.

Indubitata autem videtur, quando ex aliqua
22 qualitate conftat filios in conditione pofitos magis
effe dilectos, quam fubftitutus; nam tunc ad eos
debet tranfmitti fideicommiffum, ne contingat, ut
prædilectus a teftatore excludatur a minus dilecto,
id quod videtur admittere *Peregrin. de fideicommiff. artic.* 28. *num.* 19. *& conf.* 36. *lib.* 3. *& confil.* 33. *num.* 55. *lib.* 4.

Sexta conjectura non fuit quoque fpreta, quod
quando fideicommiffariæ fubftitutioni unitum eft
jus accrefcendi, tunc fideicommiffum tranfmitti-
23 tur, quia ficut jus accrefcendi tranfmittitur, pari
ratione tranfmitti debet fideicommiffum conditionale,
ut eadem determinatio eodem modo determinet. *Soccin. in §. cum ita fub num.* 13, ubi
etiam *Bolognett. num.* 142. *Curt. Jun. conf.* 16. *n.* 6.
Natt. conf. ultim. num. 6. *&* 7. *lib.* 4 *Ruin, confil.* 202. *num.* 7. *lib.* 2. *Parif conf.* 77. *lib.* 2. *&
conf.* 5. *num.* 41. *& conf.* 50. *num.* 30. *lib.* 3. *Cephal. conf.* 16. *num.* 45. *Menoch conf.* 95. *num.* 111.
& eam late tuetur dict. *præfumpt.* 201. *num.* 93.
& feqq. copiosè *Rimin. Jun. conf* 476. *num.* 38.
& conf. 502. *Ruftic. conf.* 2. *num.* 63. *& feq. &* 68.
Viv decif. 398. *num.* 21. *&* 22. *Odd. confil.* 54.
num. 11. *& de compend. par.* 6. *artic.* 2 *limit.* 7.
Honded. conf. 70, *num.* 40. *lib.* 1. *Marefcott. cap.* 31.
num. 13. *lib.* 2. *var. refolut.*

Et licet de ea poffet dubitari per ea, quæ tra-
24 dit *Menoch. conf.* 200. *num.* 115. *&* 116. *Becc. confil.* 143. *num.* 101. *& feqq. lib.* 2. cum pluribus
citatis per eos.

25 Fuit nihilominus dictum poffe procedere faltem
aliis concurrentibus, prout etiam videtur dixiffe
Cravett. conf. 776. *fub n.* 14 *verf aliam.*

Concluditur ergo, quod ex his omnibus fimul
26 junctis fit locus tranfmiffioni, nam ficut pofiti in
conditione ex multis conjecturis dicuntur vocati,
ita quoque ad inducendam tranfmiffionem multæ
conjecturæ junguntur, ut tradunt Doctores paffim,
& *Viv. decif. ult. in fin.*

Nec obftare duximus text. in dict. §. *cum ita*,
27 nam ibi libere erant fimpliciter pofiti in conditione,
& fub eo nomine comprehendebantur tam
mafculi, quam fœminæ, imo etiam naturales tantum,
per ea, quæ dicunt DD. in *l. ex facto §. fi*
28 *quis interrogatus ff. ad Trebell.*, & ulterius erat
fubftituta Claudiana, & fic fœmina, unde non colligebatur
conjectura prædilectionis liberorum in
conditione pofitorum, & ob id ibi non fit tranfmiffio,
perindeque non aptatur cafui noftro, in
quo mafculi tantum fuerunt pofiti in conditione
ftante exclufione fœminarum, & eft fubftitutus
cippus, fcilicet filii fratrum, qui erant prælati,
filiabus fœminis fubftitutis in alia tantum portione,
& in fumma filii filiorum dicuntur prædilecti,
ultra quod ibi non concurrebant conjecturæ
fupra confideratæ, & quæ hic concurrunt.

Fuit quoque dictum non obftare, quod fit
facta fubftitutio de fuperftite, five fupervivente,
quæ non tranfmittitur, cum fit ac fi facta effet
nomine proprio, & intelliguntur fubftituti, fi, &
quatenus fupervivant.

Quoniam hæc verba impediunt quidem tranfmiffionem,
nifi tamen conjecturæ in contrarium 29
reperiantur, nam etiam ubi nominatim fubftitutio
facta effet, ftantibus conjecturis effet locus
tranfmiffioni, ita his verbis refpondit *Cravett. in
l. filiofam par.* 2. *num.* 352. *& feqq.*, ubi contrariis
refpondet, *& dict. conf.* 776. *fub num.* 17. *verfic. non obftat impedimento. Odd de compend. par.* 6.
concl. 13. *verf fublimita. Curt.*, ubi teftatur de
magis communi, & inducit text. in §. *cum ita*, in
verbo *fuperftiti*, & idem *Odd. conf* 54. *fub n.* 2.
& firmavit *Rot. Rom in una Civit. Caftelli Fideicommiffi* 24. *Maii* 1602. *coram Ludovif.*, hanc dixit
juftiorem, & æquiorem *Cuman. conf* 13. *Fulguf. conf.* 15. *in* 2. *dub. fub num.* 4. *Caftren. in l.
qui patri fub num.* 10. *verfic. in gl. fin.*, & ibi
Alex. num. 13. *ff. de acquir. hæred. Jaf. conf.* 154.
lib. 4 ubi *num.* 14. dupliciter refpondet authoritati
Bald. contrarium tenentis; primo, quod 30
cum myfterio loquatur, quando fubftitutio fuit
facta per oblativos abfolutos, quia teftator dixit
fupervivente fubftituto, nam illi ablativi habent
tacitam conditionem, fi fubftitutus fupervixerit;
fecus quando fubftitutio eft facta de fupervivente
fimpliciter; fecundo, quod *Bald.* loquitur in fubftitutione
directa, fecus in fideicommiffaria, quo- 31
niam in fideicommiffaria non attenduntur verba,
fed mens teftatoris, fic etiam tenet *Rimin. Sen.
conf.* 78. *num.* 7. dicens potius mentem, quam
verba attendi debere, latiffime *Zanch. ad §. cum
ita par.* 4. *a num.* 139. *ad* 149. ubi enumerat authoritates
hinc inde, & concludit hanc effe crebriorem
fententiam, & plures pro ea, quam contra
eam confuluiffe, maxime quia, ut fubjungit,
multi, qui contra eam allegantur, vel non loquuntur
in his terminis, fed in terminis, an nepotes
poffint venire jure vocationis, vel loquuntur quando
non extant conjecturæ, & fic tranfit cum hac
diftinctione, quod aut quærimus, an ftante hoc
verbo, nepos poffit venire jure propriæ vocationis,
& an comprehendatur appellatione filiorum, 32
& dicendum eft, quod non, aut an poffit venire
jure tranfmiffionis, & concludendum eft, quod fic, 33
etiam fi adjecta fit dictio repetitiva *alias*, idem tenet
Ruftic. conf. 2. *poft. tract. an & quando &c.
num* 79. *& feqq.*, ubi feptem adducit rationes;
hanc opinionem etiam probat *Menoch. conf.* 325.
num. 66. *conf.* 333. *fub num.* 41. *& feqq. & de
præfumpt. lib.* 4. *præfumpt.* 201. *num.* 84., ubi
ait, quod quamvis ipfe tenuerit contrarium in
conf. 200. attamen hæc eft magis communis opinio.

Præterea fuit etiam refolutum non obftare id,
quod contra præcipuam prædilectionis conjectu- 34
ram adducebatur, quod fcilicet prædilectio non
attenditur, quando ultimus gravatus condidit teftamentum,
ex quo prædilectio non operatur vocationem
ex teftamento, & ob id effectum tranfmiffionis
non producat, ut poft citatos *Peregrin.
conf.* 152. *num.* 14. *lib.* 5.

Vera

Vera est enim conclusio, quod prædilectio non operatur vocationem ex testamento, quam & nos admittimus.

Verum verissima est etiam, & receptissima alia conclusio, quod inter cæteras conjecturas pro traosmissione inducenda, præcipua, & principalis
35 est hæc, quando alias prædilectus excluderetur, ut ex consensu fere omnium, *Menoch. lib. 4. præsumpt.* 202. *num.* 107. cum aliis supracitatis in *vers. prima autem eorum*; quare utraque conclusio recte in suis terminis est intelligenda, videlicet quod prædilectio non attenditur, quando ultimus gravatus condidit testamentum, & tunc non
36 operetur vocationem ex testamento, quando sumus in simplicibus terminis prædilectionis, & in simplici jure prædilectionis, nec concurrit aliqua substitutio, quæ ad prædilectum possit dici transmissa, & ita procedunt tradita per Doct. in *l. pen. C. de impub. & aliis substit.*

At quando præcedit aliqua substitutio, quæ ad prædilectum possit transmitti, tunc prædilectio operatur illam transmissionem, & prædilectus tunc succedit ex testamento per viam transmissionis; nam primo casu prædilectio in suis puris terminis non consideratur, sed præcedente illa substitutione virtute prædilectionis transmittetur in prædilectum, & hoc modo procedit conclusio, quod transmissioni est locus, quando prædilectus excluderetur, & propterea, quod hoc casu, quando præcedit reciproca facta inter duos filios, & eorum filii sint positi in conditione, & absurdum sequeretur, quod minus dilectus præferretur ma-
37 gis dilecto, sit locus transmissioni, tenent *Anchar. cons. 74. Socc. in l. hæredes mei §. cum ita n.* 10. *cum seqq. & num.* 22. *& cons.* 6. *num.* 13. *lib.* 3., & alibi sæpe *Jas. cons.* 154. *num.* 8. *& sub n.* 13. *lib.* 4. *Ruin. cons.* 79. *num.* 14. *lib.* 3. *Paris. consil.* 77. *num.* 10. *cum seq. & cons.* 78. *num.* 3. *lib.* 2. *Cravett. cons.* 62. *& cons.* 130. *Socc. Jun. cons.* 141. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 325. *num.* 60. *cum seqq. consil.* 333. *num.* 31. *cons.* 452. *num.* 55. *& de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 201. *sub num.* 88., ubi testatur de veriori, & receptiori, *& num.* 92. infinitos cumulat, *& sub vers. contrariam*, reprobat *Gabr. cons.* 91. contrarium tenentem, & denique *sub num.* 97. alios citat, sic etiam *Mantic. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 21., ubi dicit hanc esse receptissimam, & fortissimam, dicens ex mente *Cravett.* eum non uti sensu communi, qui discedit ab hac tam germana conjectura, copiosè *Viv. decis.* 398. *num.* 5. 6. *& per tot.*, & præcipue *n.* 13. 14. 21. *&* 22., ubi sit hanc conjecturam adeo veram esse, & a Doctoribus receptam, ut sit indubitata, quicquid *Gabr. dict. cons.* 91. non digesta veritate dixerit. *Intrigl. de substitut. cent.* 3. *qu.* 47. *num.* 18.

Consideravimus etiam non posse sobstineri, quod prædilectio consideretur tantum respectu portionis patris, non patrui, quoniam advertendum
38 est Doctores constituere duas regulas, una quod filii positi in conditione, quando sunt vocati, regulariter loquendo intelliguntur vocati ad portionem patris, non patrui. *Gabr. cons.* 2. *n.* 6. *lib.* 2. licet hoc non procedat, etiam multis casibus.

Secunda, quod prædilectio regulariter consideratur respectu portionis patrui, nam cum respe-
39 ctu portionis patris per solam existentiam filiorum in conditione positorum excludatur substitutus, quapropter frustra attenditur prædilectio illorum; at respectu portionis patrui, quia substitutus admitteretur, nisi extaret persona, quæ ex verisimili mente testatoris eum excluderet, idcirco respectu hujus portionis attenditur prædilectio, & ita prædilectionem considerant Doct. in dict. §. *cum ita*, & in dicta *l. pen.*, & explicat *Soccin. cons.* 69. *num.* 8. *& cons.* 104. *num.* 9. *& cons.* 116. *sub num.* 8. *lib.* 3.

Tandem diximus deberi retentionem pro detractionibus, ut supra, quoniam indubitatum est, quod gravatus fideicommisso potest bona retinere, 40
vel ad suos hæredes retinenda transmittere pro deductionibus faciendis, *Soccin. Jun. consil.* 120. *lib.* 1. *Marzar. de fideicomm. quæst.* 7. *Caball. consil.* 83. *num.* 15. *& seqq. lib.* 1.

Ex quibus &c.

Jo. Paulus Dodus.
Lydius Bovarellus.
Matthæus Oleus.

ADDITIO.

Ad num. 9. & seqq.

Fideicommissom conditionale, an, & quando 41
transmittatur, vide, quæ plene dixit *Rota Florent.* supra *decis* 28. *num.* 49. *& seqq.*, & ea, quæ plenissime scripsi in *addit. num.* 1. *& seqq.*, & in *addit. ad decis.* 59. *num.* 15. *& seqq.* eadem *Rot.* supra *decis.* 52. *num.* 79. *& seqq. & dec.* 74. *num.* 3., & de transmissione legati in diem facti. *Rot. Florent.* sopra *decis.* 66. *num.* 4., & ibi ple- 42
ne in *addit. num.* 6. *& seqq.*, & infra *decis.* 91. *num.* 3.

In materia transmissionis unum adverte, quod filius patri præmoriens non traosmittit jus con- 41
sequendi legitimam, quod non nascitur vivente patre, ante cujus obitum filios nullum jus habet petendi legitimam *l.* 1. *§. si impuberi ff. de collat. bonor. Rot. in Romana Immissionis* 12. *Martii* 1623. *§. præterquamquod, coram Eminentissimo Dom. meo Cardin. Falconerio.*

Et quando hoc non procedat, vide ibid.

FLORENTINA
Fideicommissi.

2. *Octobris* 1615. *ex lib. Mot.* 95. *a* 166.

ARGUMENTUM.

Appellatione filiorum non veniunt nepotes, si ex hoc filiis gravamen restitutionis induceretur, vel si certa qualitas, cum qua filii vocati fuerunt, non conveniret nepotibus. Transmissio quando locum non habeat, & prohibitio alienationis quando veniat referenda ad præcedens fideicommissum.

SUMMARIUM.

1 *APpellatione filiorum non veniunt nepotes.*
2 *Item si qualitas, cum qua vocantur filii non potest convenire nepotibus.*
3 *Transmissio locum non habet in compendiosa, facta post mortem hæredis, & sic in diem incertum.*
4 *Prohibitio alienationis intelligi debet ad terminos præcedentis fideicommissi.*

D E-

DECISIO XCI.

In Causa Camici, Fisco, e Gattteschi.

PRo resolutione controversiæ vertentis inter Raphaelem de Camicis actorem ex una, & Fiscum, ac Jo: Baptistam de Gatteschis, aliosque litis consortes ex alia, discutienda erat in primis vulgaris illa quæstio, numquid sub filiorum appellatione veniant nepotes, stante quod habeamus testamentum D. Lucretiæ de Lugis, in quo proprias filias hæredes instituit, eisque substituit eorum filios masculos; Raphael autem est pronepos Magdalenæ alterius ex filiabus institutis ex Benedicto filio Vincentii, qui Magdalenæ ejus matri prædecesserat.

Et breviter agendo fuit per nos resolutum in casu nostro, non venire nepotes filiorum appellatione, & propterea diximus Fiscum, & alios reos conventos absolvendos esse; nam habuimus pro constanti, quod appellatione filiorum non veniunt nepotes, quando ex hoc induceretur gravamen filiis vocatis; conclusio enim illa, quod veniant, ubi agitur de eorum favore, locum habet solum in merè favorabilibus, ita post *Bald. conf.* 362.
1 *lib.* 4. *Carn. conf.* 199. *num.* 34. *lib.* 2. *Alex. consil.* 1. *num.* 12. *lib.* 1. *& cons.* 56. *num.* 2. *lib.* 5. *Soccin. cons.* 104. *lib.* 4., qui de communi testatur. *Dec. cons.* 35. *num.* 7. *Alciat. cons.* 31. *n.* 38. *lib.* 9. *Paris. cons.* 89. *num.* 24. *lib.* 2. *Decian. consil.* 47. *num.* 20. *lib* 3. *Bera. cons.* 122. *num.* 2. *lib.* 2. firmat *Rot. Rom. apud Seraphin. decis.* 1486. *num.* 9. ubi dicitur hoc idem alias fuisse decisum in eadem Rota de anno 1603. die 21. Aprilis; plures recenset *Menoch. cons.* 215. *num.* 22. optime, & late *Rustic. ad l. cum avus lib* 6. *cap.* 14. *num.* 19. *Handed. cons.* 60. *num.* 61. *lib.* 1. *Molin. de primog lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 27.

Quod præsertim indubitatum visum est, ex quo vocantur filii cum qualitate, quæ nepotibus convenire non potest, dum dixit testatrix, quod nullum jus quæratur viris filiarum, & patribus
2 substitutorum, & sic designavit, de quibus filiis intellexerit *Gabr. de verb. significat. conclus.* 1. *num.* 61. *&* 62. plures citat *Surd. cons.* 403. *n.* 24. late *Rustic. dict. lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 13., quo stante non potest prætendere actor successionem jure transmissionis ex persona Vincentii, qui matri prædecessit, cum versemur in compendiosa substitutione facta post mortem hæredis, & sic in diem incertam, quo casu non est locus transmissioni *l hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian. &*
3 *l. unic. §. sin autem sub conditione C. de cad. tollend.*. latissime exornat *Peregrin. de fideicomm. artic.* 31. *num.* 6. Et hæc respectu testamenti D. Lucretiæ.

Quo vero ad testamentum Nicolai Ciuni, cujus vigore idem actor prætendit eadem bona consequi, fuit primo loco consideratum, quod in substitutione non comprehenduntur, nisi ejus nepotes, & sic dicta Magdalena proavia Raphaelis. Secundo, quod bona numquam fuerunt in bonis testatoris. Tertio, quod alias de anno 1588. de mense Aprilis fuit per DD. LL. Conservatores declaratum, dicta bona non esse obnoxia fideicommisso ab eodem Nicolao instituto.

Et fuit dictum non posse fieri fundamentum in prohibitione alienationis, quoniam debet intel-
4 ligi juxta terminos præcedentis fideicommissi, ut alias diximus late in causa *Rovezzana Prætensi Fi-*

deicommissi 10. *Martii* 1614., ad quam sufficiat relatio, ne sæpius eadem inutiliter repetamus.
Ex quibus &c.

Livius Riccardus.
Lydius Bovarellus.
Matthæus Olens.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Filiorum appellatione non veniunt nepotes, quando eorum admissio inferret gravamen filiis. Prohibitio alienationis accessoria & consecutiva quando restringatur ad præcedentes substitutiones, vel quando stet independenter, & de per se, & ampliet fideicommissum ultra personas in eodem comprehensas.

SUMMARIUM.

1 *Filiorum appellatione, an, & quando veniant nepotes remissive.*
2 *Declara non venire, quando eorum admissio inferret gravamen filiis.*
3 *Transmissio quando locum habeat in legata, seu substitutione facta in diem remissive.*
4 *Prohibitio alienationis consequutive, & accessorie apposita ad præcedentes substitutiones non ampliat fideicommissum.*
5 *Secus quando talis prohibitio est apposita post omnes gradus substitutionum, & stat de per se, & independenter.*
6 *Conjectura pro restrictione ad præcedens fideicommissum quæ sint remissive.*
7 *Prohibitio alienationis quando non dicatur accessoria, sed independens remissive.*
8 *Item quando dicatur consequutiva, vel non.*
9 *Non dicitur restricta ad substitutiones, & gradus præcedentes, quando est generaliter apposita, & principaliter per modum causæ finalis, & regula.*
10 *Item quando est vestita a causa, ut bona remaneant in familia, & non est accessoria, & consequutiva.*
11 *Contraria authoritates declarantur procedere in ratione conservationis bonorum in familia accessoriè adjecta.*
12 *Et fortius procedit conclusio, quando ultra rationem conservandi bona in familia testator apposuit pœnam privationis, & caducitatis, & de ratione.*
13 *Prohibitio alienationis non dicitur restricta ad gradus præcedentes, quando est qualificata ab universali ratione conservandi hæreditatem indivisam.*
14 *Item extendit fideicommissum, si post illius ordinationem testator prohibitionem fecit favore novarum personarum in præcedenti fideicommisso non comprehensarum.*
15 *Amplior enim prohibitio extendit fideicommissum ultra personas expressas, & in antecedenti fideicommisso comprehensas.*
16 *Probibitio alienationis, quando restringitur ad terminos præcedentis fideicommissi, non extenditur ex eo, quod facta sit in perpetuum, & de ratione.*

Ad num. 1. & seqq.

APpellatione filiorum an, & quando veniant
1 nepotes, vide quæ plene dixit *Rot. Florent.*
supra *decis.* 41. *num.* 6. *& seqq. & decis* 42. *n.* 5.
& seqq., & quæ ego plenissime scripsi in *addit.* ad
eamdem *decis. & decis* 52. *num* 1. *& seqq.*, & ibi
ego in *addit. num* 5., & infra *decis.* 100. *num.* 16.
& seqq & num. 80. *& seqq.*

Adverte tamen, quod si admissio nepotum
2 inferret gravamen filiis, adeout nepotum vocatio
esset inseparabilis ab hujusmodi oneris inductione,
tali casu nunquam appellatione filiorum venire
possent nepotes, cum extensio ad eos tunc red-
deretur odiosa, ut dicitur in hac nostra *decis.*
num. 1., & firmat *Seminiat. contr.* 19. *num.* 13.

Ad num. 3.

3 In legato, seu substitutione facta in diem,
quando sit locus transmissioni, vide auctoritates
supra relatas in *addit.* ad præcedentem *decis.* 90.
in fin.

Ad num. 4.

Prohibitio alienationis consecutive, & acces-
4 sorie apposita ad præcedentes substitutiones, &
gradus non ampliat dispositionem ultra gradus
5 præcedentes, sed intelligitur juxta terminos præ-
cedentis fideicommissi, licet secus dicendum esset,
si talis prohibitio apposita sit post omnes gradus
substitutionum, & stet de per se, ac independen-
ter, ut declarando *cons. Decii* 636. tradunt *Cyriac.*
6 *controv.* 142. *num.* 20. *& seqq. & controv.* 143.
num. 25. *& seqq.*, ubi adducit conjecturas pro re-
strictione ad præcedens fideicommissum, *& con-*
trov. 579 *num.* 41 *Dom. meus Audit. Calderon. re-*
solut 44. *num* 63. *& seqq. & resol* 57. *num.* 36.
& seqq Torr. variar. jur. quæst. tom. 1. *tit.* 1. *qu.* 8.
num. 26 *fol.* 144. *Rot. post de Luc. de fideicomm.*
decis. 11. *num.* 21. *decis.* 69. *num.* 13. *decis.* 71.
num. 17. *& seqq. decis.* 72. *num.* 12. *& decis.* 86.
num. 11. *& in Mantiss. ead. tit. decis.* 65. *num.* 15.
7 *Rot. Florent. decis.* 31. *num.* 23. *& decis.* 82. *n.* 31.
& seqq.; ubi quando non dicatur accessoria, sed
independens, inter impressas *coram me*, & dixi su-
pra in *addit. ad decis.* 55. *num.* 8 *& in addit. ad*
decis 84. *num.* 8. *& seqq.* eadem *Rot. Florentin.*
supra *decis.* 7. *num.* 10. *& seqq.*, ubi quando di-
catur accessoria, vel non, *& decis.* 87. *num.* 21.
8 *& seqq.*, & infra *decis.* 92. *num.* 30. *& seqq.*, ubi
quando prohibitio dicatur consecutiva, vel non.

9 Item prohibitio alienationis non diceretur
restricta ad substitutiones, & gradus præcedentes,
quando est generaliter apposita, & principaliter
per modum dispositionis, causæ finalis, & per mo-
dum regulæ, *Dom. meus Audit. Calderon. dict. re-*
solut. 44. *num.* 27. *& seqq. & num.* 47. *& resol.* 57.
num. 18.

10 Vel si prohibitio sit vestita a causa, ut bona
remaneant in familia, nam si ista non sit accesso-
ria, & consecutiva inducit fideicommissum in o-
mni casu simplex, & absolutum, *D. meus Auditor*
Calderon. resol. 44. *num* 27. *Torr. var. jur. quæst.*
tom. 1. *tit.* 2. *quæst* 8. *num.* 22. *fol.* 244. *Rot. post*
de Luc. de fideicomm. decis. 69. *num.* 13. *decis.* 71.
num. 17. *& seqq. decis.* 72. *num.* 12. *& dict. de-*
cis. 86. *num.* 11. *& in Mantiss. eodem tit. dec.* 65.
num. 16 *Rot. Florentin.* supra *decis.* 87. *num.* 21.
& seqq.

11 Et in ratione conservationis bonorum in fa-
milia accessorie adjecta loquuntur contrarium sen-
tientes *Cyriac. dict. controv* 579. *num.* 43. *& seqq.*,
ubi quod hoc maxime procedit, si adsint dictio-
nes relativæ. *D. Calderon. dict. resolut.* 44. *n.* 63.
& seqq., & ea, quæ dixi supra in *addit. ad de-*
cis. 84. *num.* 8. *& seqq.* & ita pugnantes inter
se auctoritates conciliat *Rot. Florent.* supra dict.
decis. 87. *num.* 23. *& seqq.*

Eoque validius, si ultra prædictam rationem 12
conservationis bonorum in familia, & agnatione
testator in casu alienationis adjecerit pœnam pri-
vationis, & caducitatis; in his enim terminis, ut
ratio conservationis efficax, & operativa sit, sem-
per inducit fideicommissum, *Rot. Roman. post de*
Luc. de fideicomm. decis. 71. *num.* 19. *& 20. & de-*
cis. 72. *num.* 13. *& seqq.*

Non diceretur tamen restricta ad gradus præ- 13
cedentes, si prohibitio alienationis qualificata sit
ab universali ratione conservandi hæreditatem in-
divisam, nam tunc dicitur extensiva præcedentium
dispositionum, non autem famulatoria *Rot. Rom.*
post de Luc. de fideicomm. in Mantiss. dec. 59. *n.* 5.

Extenderetur etiam fideicommissum ex pro-
hibitione alienationis resultans, si postquam te- 14
stator illud ordinavit, prohibitionem fecit favore
novarum personarum in præcedenti fideicommisso
non comprehensarum; isto quippe casu fideicom-
missum ampliatur, ut comprehendat personas no-
viter nominatas, nec illud restringi potest ad li-
mites præcedentis substitutionis, & fideicommissi,
ne alias voluntas testatoris destruatur, ut firmat
Cravett. cons 878. *num.* 9. *vol.* 5. *Menoch. cons.* 348.
num. 43. *Surd. cons.* 67. *num.* 18. *& cons* 84. *n.* 12.
Petr. de fideicommiss. quæst. 2. *num.* 9. *& quæst.* 5.
num. 7. *& seqq.*, & reprobatis contrarium sentien-
tibus *Bersan. de ult. volunt. cap.* 2. *quæst.* 4. *n.* 1.
& seqq. Senat. Pedemontan. apud Thesaur. quæst. fo-
rens. lib. 3. *quæst.* 117. *num.* 19 20 *& 21. Rota*
Florent. infra *decis.* 92. *num.* 34 *& seqq.*

Unde si prohibitio alienationis sit amplior fi- 15
deicommisso, illud extendit ultra personas expres-
sas, & in antecedenti fideicommisso comprehensas
Dom. meus Audit. Calderon. resolut. 44. *n.* 64. *dict.*
resolut. 45. *num.* 36. *& resolut.* 57. *num.* 37. ego
in *addit. ad decis. Floren.* 55. superius impress.
num. 5. *& seqq. Rot. Florent.* infra *decis.* 92. *n.* 34.
& seqq. & num. 39. *& seqq.*, ubi quod hoc pro-
cedit non obstantibus dictionibus relativis.

In casibus autem, in quibus prohibitio alie-
nationis restringitur ad terminos præcedentis fidei- 16
commissi, obicem non facit, quod prohibitio facta
sit in perpetuum, quia talis prohibitio semper
intelligitur juxta subjectam materiam, & restrin-
gitur etiam ad vitam personæ, cui prohibitio fa-
cta est, ut in nostris terminis *Torr. var. jur. quæst.*
tom. 1. *tit.* 2. *quæst.* 21. *num.* 27. *fol.* 305. *Rota*
Florent. supra dict. *decis.* 87. *num.* 29. *& seq.*

FLORENTINA
Fideicommissi.

20. *Martii* 1616. *ex Lib. Motiv.* 96. *a* 253.

ARGUMENTUM.

Positi in conditione intelliguntur vocati, stantibus conjecturis, quæ late recensentur, & si positi fuerint in conditione non solum respectu patris, sed etiam patrui, utrique succedunt. Prohibitio alienationis, si amplior sit fideicommisso, illud extendit ultra personas expressas. Identitas bonorum fideicommissorum quomodo probetur. Agnatione contemplata masculi ex fœminis non veniant appellatione descendentium masculorum. Vinculum maternum, quando uti impertinens nihil operetur.

SUM-

S U M M A R I U M.

1 *Filii in conditione poſiti non dicantur vocati.*
2 *Limita ſi contrarium ſuadeant conjectura.*
3 *Sed quæ, & quæ ſint ſufficientes ſatis controverſum.*
4 *Declara ut in hoc ſtandum ſit arbitrio Judicis a regulis Juris regulato.*
5 *Prima conjectura eſt, ſi verſemur in deſcendentibus, in quibus leviores præſumptiones ſufficiunt.*
6 *Altera, ſi adſit expreſſio maſculinitatis.*
7 *Maxime ſi pluries repetita, & cum ea aliæ conjecturæ concurrant.*
8 *Tertia, ſi teſtator ad plures ſubſtitutionum gradus progreſſus fuerit.*
9 *Fortius ſi cum hac aliæ conjecturæ jungantur, & ſimus in deſcendentibus.*
10 *Quarta, ſi inſtituti reciproce fuerint ſubſtituti.*
11 *Quinta, ſi minus dilecti magis dilectis præferrentur.*
12 *Sexta, ſi prohibita fuerit alienatio cum clauſula* quia voluit &c. *& num.* 36.
13 *Septima, ſi teſtator ad ſtirpes, non autem ad capita reſpexit.*
14 *Octava, ſi in prohibitione alienationis additum fuerit, ut bona apud poſitos in conditione remaneant, & de ratione n. ſeq.*
15 *Verbum* remanet *inducit fideicommiſſum.*
16 *Nona tandem, ſi prohibita fuerit trebellianica.*
17 *In hac materia ſingula, quæ non proſunt, unita juvant.*
18 *Præſertim in deſcendentibus.*
19 *Poſiti in conditione, quando ſunt vocati, intelliguntur ſolum vocati ad portionem patris, non patrui.*
20 *Limita primò, ſi poſiti fuerint in conditione tam reſpectu patris, quam patrui, & conjectura ſuadentes vocationem utrumque reſpiciant.*
21 *Limita ſecundo, ſi poſiti in conditione ſint deſcendentes, qui ad utramque portionem cenſentur vocati.*
22 *Tertio, ſi bona inter maſculos teſtator voluit conſervari.*
23 *Quarto, ſi adſit in teſtamento reciproca ſubſtitutio.*
24 *Ratio* quia voluit &c. *adjecta prohibitioni reciprocum fideicommiſſum inter deſcendentes in caſu mortis inducit, & num.* 25.
26 *Intellige, ſi accedat prohibitioni per ſe validæ, non autem nudæ.*
27 *Et dicitur valida prohibitio, ſi etiam tacite conſtet, quarum perſonarum contemplatione facta ſit, & num.* 28.
29 *Fideicommiſſum reſultans ex prohibitione veſtita reſtringitur ad perſonas expreſſas.*
Limita ut num. 34 *& ſeqq.*
30 *Intellige ſi veniat conſequutivè ad præcedentes ſubſtitutiones, & quando id contingat.*
31 *Secus ſi principaliter, & in diſtincta, & ſeparata oratione.*
32 *Facti modica variatio totum jus immutat.*
33 *Voluntas teſtatoris a verbis diverſa non præſumitur.*
34 *Prohibitio magis ampla, quam fideicommiſſum, ultra illud extendit.*
35 *Et quando ea amplior dicatur.*
37 *Fideicommiſſum reſultans ex prohibitione alienationis pendet ab eadem conditione ſi ſine filiis ſuperius expreſſa.*
38 *Limita quando conſtat de contraria voluntate teſtatoris, & quando ea colligatur.*
39 *Relatio ſemper intelligitur, exceptis expreſſe diſpoſitis.*
40 *Teſtator habet omnem authoritatem diſponendi, quæ velit.*
41 *Exiſtentia fideicommiſſi probatur ex confeſſione hæredis gravati contra ſucceſſores univerſales.*
42 *Identitas bonorum fideicommiſſorum probatur ex decima authoris, in qua fatetur ſe bona titulo fideicommiſſi poſſidere.*
43 *Amplia, ut hæc probatio ſufficiat etiam ad effectum caducitatis.*
44 *Item probatur præſumptione, quod in filios a patre devenerint.*
45 *Maxime ſi verſemur in antiquis.*
46 *Agnatione conſiderata, vinculum maternum de per ſe reputatur impertinens, ſecus ſi cum paterno conjunctum fuerit.*
Intellige ut num. 53. *& ſeqq.*
47 *Fideicommiſſum ab aſcendente ordinatum etiam non agnitum tranſmittitur ad ſuos hæredes.*
48 *Pluribus collective, & indiſtincte vocatis, quærendum primo de vocatione, & poſtea de proximitate.*
49 *Maſculis ex maſculo vocatis, maſculi ex fœminis remanent excluſi, & de ratione n.* 50.
50 *Excluſa matre cenſentur etiam excluſi ejus filii.*
51 *Appellatione deſcendentium maſculorum non veniunt maſculi ex fœminis, quando fuit contemplata agnatio.*
52 *Vocatis deſcendentibus cenſetur teſtator vocaſſe gradatim, & ordine ſucceſſivo.*
54 *Vinculum maternum juvat illi, qui ſine dicto vinculo ſuccedere poterat.*
55 *Vinculum impertinens cum pertinenti conjunctum nihil operatur.*
56 *Contrariæ authoritates declarantur.*
57 *Gravatus non poteſt alterare ordinem ſuccedendi de proximiore in proximiorem.*

DECISIO XCII.

In Cauſa Medici, e Medici.

CElebris, & ardua vertebatur diſceptatio in Auditorio Rotæ Florentinæ, ſuper qua in individuo alias conſuluerunt doctiſs. *Dec. & Ruin.* ille *conſ.* 177. iſte *conſ.* 89. *lib.* 2. inter nobiles Dominum Franciſcum quond. Tonai de Medicis agentem ex una, & D. Robertum, & Niccolum itidem de Medicis reos conventos ex alia, occaſione teſtamenti quond. D. Verii Cambii de Medicis, qui de anno 1395. condito ſuo, cum quo deceſſit, teſtamento, inſtitutiſque hæredibus Niccola, & Cambio ſuis filiis maſculis, omnibuſque aliis filiis maſculis naſcituris, eiſque ad invicem ſubſtitutis vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, illis quandocumque decedentibus ſine filiis, aut deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus, uno, vel pluribus per lineam maſculinam, poſt nonnulla legata ſubſtituit in ſtirpes Joannem Franciſcum, & quoſdam alios tranſverſales ejus familiæ, eorumque filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales, & dictas ſtirpes ad invicem ſubſtituit in caſu deficientiæ; prohibuitque omnibus detractionem Falcidiæ, ſeu quartæ de legatis, nec non venditionem, donationem, permutationem, ac omnem alienationem bonorum, quia voluit ea perpetuo eſſe, & remanere apud ſuos filios, & eorum filios, & deſcendentes maſculos, & dictos ejus conſortes, & conjunctos de Medicis ſuperius ſubſtitutos, & eorum

 filios,

filios, & descendentes secundum ordinem supradictum.

Cumque deinde multa bona ex relictis in hæreditate dicti quondam D. Verii testatoris devenissent in D. Attilium ejus abnepotem, qui decessit de anno 1577. absque masculis, condito testamento, in quo uxori usumfructum reliquit, hæredesque universales instituit DD. Robertum, & Niccolam descendentes a dicto primo testatore, & ex filia nepotes istius secundi, excluso dicto Tanai Nicolæ patruo dictorum institutorum, tunc in humanis existente.

Fuit principaliter dubitatum nunquid per testamentum prænarratum D. Verii esset inductum, absolutum, & reciprocum fideicommissum in casu mortis, adeout potuerit D. Tanai, & hodie D. Franciscus ejus filius obtinere bona petita, & post maturam, ac longam ipsius causæ discussionem, retulimus Clarissimis Dominis Consiliariis, fideicommissum inductum a D. Verio Cambii de Medicis fuisse purificatum per mortem D. Attilii Verii Attilii de Medicis pro medietate in personam D. Tanai Nicolæ de Medicis, & hodie D. Francisci sui filii, & propterea dictos DD. Nicolam, & Robertum teneri ad relaxandum bona petita, & in petitione contenta pro medietate dicto Francisco una cum fructibus a die mortis Attilii, usque in diem actualis restitutionis prædictorum bonorum in exequutione liquidandis, quoad bona ab ipsis possessa, nec non ad fructus bonorum alienatorum a die mortis Attilii, usque ad diem litis contestatæ; alios vero bonorum possessores, & occupatores condemnavimus ad relaxandum dictorum bonorum medietatem petitam in calce petitionis descriptorum, una cum fructibus a die litis contestatæ, usque ad effectualem restitutionem, data tamen retentione pro detractionibus faciendis in exequutione liquidandis.

Existimavimus enim ex memorato testamento D. Verii inductum esse simplex, & absolutum, ac reciprocum fideicommissum inter omnes ejus descendentes in casu mortis, tum ex eo, quod descendentes hæredum institurorum sunt positi in conditione, qui ideo ob concursum plurium conjecturarum, cum res sit inter descendentes, censentur vocati, ut mox subiiciam, cum etiam ex eo, quod ex probibitione alienationis cum clausula *quia voluit &c.* in casu nostro optime, facileque inducatur; & quod attinet ad primum.

Moti fuimus, nam licet communis sit sententia *gloss. in l. Lucius* la 2. *ff. de hered. instit.*,
1 quod scilicet filii positi in conditione non censeantur vocati, attamen receptissima quoque est conclusio, quod ab illius doctrina sit recedendum, ubi concurrunt conjecturæ, urgentesque præsumptiones per Doctores approbatæ, & deductæ ex dispositis in testamento, ut latissime pro omnibus exornat *Rustic. lib. 2. de lib. in candic. posit. cap. 1.*
2 *num.* 1., & infra *col.* 2. catervam magnam refert de communi attestantem, *Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 2. tit. 2. a num. 19. Handed. cons.* 54. *num.* 10. *lib.* 2. *Cabal. cons.* 105. *a num.* 2. *lib.* 1. *Surd. cons.* 434. *num.* 19. *lib.* 3. *Thesaur. decis. Pedemont.* 96. *a num.* 8.

Et licet controversum sit, quænam conjecturæ
3 sufficere debeant, & unde colligendæ sint ex notatis per *Mantic. dict. titul.* 2. *num.* 19. *Thesaur. num.* 9. *Rustic. dict. cap.* 1. *num.* 2. imo testetur, *Magon.* nostram Rotam non esse satisfactam duabus, vel tribus *decis.* 73. *n.* 9. *& Marescot. lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 27. *num.* 6. 7. *&* 48. dicit, quod *Rot. Rom.* binas conjecturas, & multoties tres rejecit, nec facile admittit limitationem ad dict. *gloss. l. Lucius &c.*

Attamen si in hoc sit standum arbitrio Judi- 4
cis regulatum a regulis Juris, prout omnes volunt ex *Thesaur. dict. decis.* 96. *num.* 9. *vers. mihi autem. Mantic. dict. tit.* 2. *num.* 19. *Honded. consil.* 54. *num.* 63. *lib.* 2, arbitrati fuimus præsumptiones, quæ hic concurrunt, esse urgentissimas, & a Doctoribus omnino receptas.

Primo, quoniam filii positi in conditione e- 5
tant descendentes a testatore, quo casu omnes admittunt leviores sufficere præsumptiones, & secure procedere omnes statim deducendas *Thesaur. dict. decis.* 96. *num.* 7. *vers. non erit tamen. Rustic. dict. cap.* 1. *num.* 2. *Mantic. dict. tit.* 2. *in ultimis verbis*, *& tit.* 3. *num.* 1. *Decian. consil.* 9. *num.* 2. *lib.* 3. *Surd. cons.* 434. *num.* 19. *Honded. cons.* 54. *a num.* 54. *&* 56. *lib.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 76. *a num.* 25.

Secundo adest expressio masculinitatis, quam 6
deducit *Guid. Pap. quæst.* 184. *num.* 3. cujus sententia communis est ex latissime deductis per *Rustic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 39. *& num.* 42., dicit ab illa non esse recedendum *Crass.* §. *fideicommiss. quæst.* 14. *num.* 1. *Thesaur. decis.* 96. *num.* 21., & citati per *Caball. dict. cons.* 105. *num.* 4.

Quæ procedit planius, ubi non semel testa- 7
tor mentionem de masculis fecit, sed pluries in institutione, & substitutionibus vocando lineam masculinam *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 76. *num.* 33. ubi dicit, quod tunc nulla videtur esse dubitatio. *Rust. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 1. *Thesaur. num.* 27. *Alciat. Cravett. & Petra*, de quibus *Caball. dict. cons.* 105. *num.* 6., & sine dubio, quando cum ista aliæ concurrunt *Surd. consil.* 334. *num* 4. *&* 5. *lib.* 3. *Rustic. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 1., ubi quando cum illa concurrit altera digressionis ad plures gradus.

Tertio testator digressus fuit ad plures gradus substitutionis vocando filios, illosque reciproce substituendo, & in defectu lineæ masculinæ cujuslibet eorum filios, & descendentes fratrum
substituit, unde succedit celebre, & vulgare *con-* 8
sil. Anchar. 74. ubi contendit sufficere hanc conjecturam ad inducendam limitationem dict. *gloss.*, quam esse communiter receptam attantur citati per *Thesaur. dict. decis. num.* 15. *& num.* 17. *Rustic. lib.* 3. *cap.* 1. citati a *Caball. dict. cons.* 105. *num.* 14.

Præsertim ubi cum ista aliæ concurrunt co- 9
njecturæ *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 13. *vers. verum*, late *Handed. cons.* 54. *n.* 53. *lib.* 2. *Menoch. d. præsumpt.* 76. *num.* 53. *Caball. dict. cons. num.* 25. *Thesaur. num.* 19. *versic. suprascripta*, & quando positi sunt descendentes a testatore, idem *Menoch. num.* 55. *Rustic. lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 2.

Quarta resultat ex reciproca substitutione fa- 10
cta inter institutos, ut ex *Corn. Rom. Socc.*, & aliis notant *Rust. lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 1. *Menoch. dict. præsumpt.* 76. *num.* 52. *Thesaur. decis.* 96. *n.* 31. *Cabal.* de communi *num.* 18.

Quinta, & quidem urgentissima est deducta ex substitutione fratrum, & filiorum, ac descen-
dentium illorum, nam tunc filii instituti positi in 11
conditione vocati censentur ex regula *l. vivu matre C. de bon. matern. l. Publia* §. *prima ff. de condit. & demonstr.*, quod absurdum est, quod filii, vel descendentes a proximis in gradu, & ita magis dilecti sint deterioris conditionis, quam transversales, de qua regula *Pinel. dict. l.* 3. *num.* 19. *Tiraquel. de primog. quæst.* 4. *& num.* 51. *Gabr. lib.* 4. *commun. concl. tit. de fideicommiss. conclus.* 6. *num.* 2. *Cephal. cons.* 45. *lib.* 1., quam præsumptionem egregie deducit *Curt. Jun. consil.* 16. *num.* 16.

num. 16. *Gozad. Cravett. Ruin.*, & alii, de quibus *Caball. num.* 20. *& num.* 25. relati a *Ruft. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 2. *& cap.* 7. *num.* 4., & optime convenit oustro facto.

12 Sexta deducitur bene ex prohibitione de non alienando cum clausula *quia voluit &c. Rustic.* late *lib.* 3. *cap.* 5. *a num.* 5. *& num.* 7. *Caball. dict. consil.* 105 *num.* 21. *&* 22. *Thesaur. num.* 29. *dict. decif.* 96. præfertim quando vuluit, quod perpetuu conferventur bona inter consanguineos de Medicis.

13 Septima, quando testator habuit considerationem ad stirpes, & non ad capita, ex traditis per *Ruft. cap.* 6. *num.* 8. *lib.* 3. ubi *Caph.* & alios adducit, & dicit esse verissimam.

14 Octava, omnis scrupulus evanescit, oam constabat filios posiros in conditione suisse dispositive vocatos, quando testatur in ratione prohibitionis expresse dicit, quod bona remanereut apud dictos ejus filios, & eorum filios, & descendentes masculos, quod ex necessitate inducit vocationem eorum ex prima institutione, ut ponderat optime *Ruft. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 14., obi *Caph. & Paris.* citat *Menoch. num.* 78. ex vi verbi *remaneat*, quo
15 fideicommissum inducitur *Rip. in l. centuria col. fin. n.* 4. *vers. dubitari ff. de vulgar. & pupill.*

Nunam nec omittamus, quæ resultat ex pro-
16 hibitione Trebellianicæ, de qua citati a *Ruft. dict. cap.* 6. *num.* 21. *Caph. conf.* 419. *num.* 18. *Decian. conf.* 103. *num.* 27. *lib.* 2.

Unde licet una, & altera ex istis præsumptio-
17 nibus non sufficeret ad inducendam limitationem ad dict. *gloss.* juxta terminos in quibus loquitur *Magon. dict. decif. Florent.* 73. *num.* 6. ex omnibus simol junctis omnis difficultas cessabat, juxta regulam *l. Spadanem §. qui jura ff. de excusat. tut. Corn. Gabr. Clar.* de quibus *Caball dict. conf.* 105. *num.* 25. *&* 26. *Honded. conf.* 54. *num.* 53. *Magon. decif. Florent.* 27. *num.* 14. *Surd. conf.* 539. *sub num.* 2. præfertim ubi agitur de descendentibus
18 testatoris, idem *num.* 54. *&* 55. *& Ruft. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. testatur de consuetudine Rotæ Florentinæ in *lib.* 5. *cap.* 8. *per tot. Seraphin. decif.* 1329. *num.* 13.

19 Nec obstare diximus, quod positi in conditione, quando intelliguntur vocati, solum vocati intelligantur ad portionem patris, non patrui *Peregrin. de fideicomm. art.* 19 *num.* 28.

Quamobrem animadvertimus duos distinguendos esse casus, quorum primos est, quando filii positi suut in conditione respectu patris tantum, & conjecturæ pariter suadentes hujusmodi positos in conditione esse vocatos respiciunt personam patris tantum, & hoc casu verum est positos in conditione intelligi vocatos respectu portionis patris, non patrui, in hisque terminis loquuntor, & debent intelligi *Peregrin.*, & alii. Secondus vero
20 casus est, quando filii sont in conditione positi tam respecto patris, quam patroi, & conjecturæ pariter, quæ suadent eorum vocationem, respiciunt tam portionem patris, quam patroi, ot in uostra specie. Vel etiam qoando filii sunt positi in conditione respectu patris tantum, sed nihilominus conjecturæ respiciunt portionem & patris, & patroi, & hoc casu fatendom est positos in conditione iotelligi vocatos ad fideicommissum tam respectu portionis patris, qoam etiam patrui, ita in terminis respondit *Ruin. conf.* 179. *num.* 19. *lib.* 3. *Cravett. conf.* 62. *& conf.* 130. *num.* 6. *cum seqq. conf.* 426. *per tot. & conf.* 885. *in fin. Rimin. Jun. conf.* 502. *num.* 26. *& conf.* 676. *n.* 12. *Curt. Jun. conf.* 43. *num.* 9. *Rustic. in tract. an, & quando liber. lib.* 5, *cap.* 9. *n.* 7. *Bursat. conf.* 202. *n.* 42. *Viv. decif.* 393. *in fin.*, ubi refert ita per *Rot. Rom.* & per Regium Audit. fuisse judicatum, & hoc quoque admittit idem *Peregrin. conf.* 73. *num.* 2. *verf. secundo lib.* 3.

Præterea fuit quoque consideratum, quod fu- 21
mus in descendentibus, quo casu filii censeotur vocati non solum in portionem patris, sed etiam patrui *Bursat. dict. conf.* 202. *sub num.* 42. *versic. secundo declaratur. Rustic. d. lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 8.

Rursus objectum videbatur cessare, ex quo 22
bona inter masculus testator voluit conservari *Rustic.* post citatos dict. *lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 10.

Tandem prædicta confirmabantur, & animad-
vertimus regulam non procedere, ubi in testamen- 23
tu adest reciproca substitutio, ut aliis relatis defendit *Cavagnol. decif.* 49. *num.* 44.

Secundo principaliter, & fortius moti fuimus ad referendum, quod per testamentum memorati D. Verii inter ejus descendentes sit inductum absolutum, & reciprocum fideicommissum in casu mortis.

Quoniam habuimos pro constanti, quod clausola illa adjecta post prohibitionem alienationis, videlicet -- *& hoc ex eo quia voluit, quod dicta bona omnia perpetua sint, & remaneant apud dictos ejus filios, & descendentes masculos, & dictas ejus consortes, & conjunctos de Medicis superius substitutas, & eorum filios, & descendentes secundum modum, & ordinem supradictum*, de per se induceat fideicommissum perpetuum, & reciprocum inter omues descendentes testaturis juxta celebrem
decif. Cuman. in l. cum ita §. in fideicommisso n. 4. 24
ff. de legat. 2. *Socc. in l. si agnatis* 70. *num.* 16. *in fin & num.* 17. *verf. notabilia tamen ff. de reb. dub. & in conf.* 12. *num.* 38. *verf. sed ubi testator voluit lib.* 3. *Soccin. Jun. conf.* 168. *num.* 78. *lib.* 2. *Paris. conf.* 90. *num.* 22. *lib.* 2. *Decian. consil.* 33. *num.* 98. *&* 99. *lib.* 1. *Surd. conf.* 67. *num.* 12. *& seqq. & conf.* 96. *num* 34. *& seqq. Rot. Rom. decif.* 568. *num.* 5. *par.* 1. *in noviss. diverf.*

Et sicut quando est per se posita inducit fi-
deicommissum absolutom, & successivum, ita idem 25
operari censuimus in nostra specie & adjectam post prohibitionem alienationis *Surd. dict. consil.* 67. *num.* 34. *& conf.* 96. *num.* 14.

Id quod verum esse diximus, quando præce 26
dens prohibisio non est nuda, sed erat valitura absque clausula *quia volo*, in quo casu inducit fideicommissum, nedom in casu alienationis, verum etiam in casu mortis, juxta doctrinam *Socc. in l. si cognatis num.* 18. *ff de reb dub. & consil.* 43. *sub num.* 5. *Gabr. de fideicommiss. conclus.* 9. *n.* 37. *Crass. §. fideicommissum quæst.* 5. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 14. *sub num.* 24. *Peregr. conf.* 45. *num.* 16. *lib.* 1. *Ladereh. conf.* 5. *num.* 3. *& seqq. Surd. dict. conf.* 67. *num.* 38., ubi quod in huc omnes conveniunt, & in *decif.* 238. *num.* 2. *& seqq.* idem admittit *Ofasch. decif.* 50. *num.* 4. *Thesaur. decif.* 96. *num.* 29. *& seqq. Magon. decif. Florent.* 109. *in princip.*, qui alios plures adducont, & plura adsunt *Mativ. Rot. nost sub die* 30. *Octobris* 1576. *&* 29. *Novembris* 1602., nec non *in Causa de Salvettis* 25. *Augusti* 1608. *& in causa de Deis ult. Aprilis* 1613.

Quod autem in nostro casu prohibitio alienationis fuisset valida absque clausula illa *quia &c.* videtur procedere absque difficultate, ex quo con-
star de personis, licet tacite, quarum contempla- 27
tione facta fuit, nempe substitutorum contemplatione *Crot. conf.* 48. *num.* 14. *Cephal. consil.* 153. *num.* 34. *& seqq. Petra de fideicom. quæst.* 1. *n.* 52. *Peregrin. conf.* 55. *num.* 16. *in fin. lib.* 1. *Odd. consil.* 66. *num.* 12. *&* 42.

Non

Nec obstat, quod prohibitio alienationis hoc
casu saltem respectu descendentium a filiis testa-
toris non fuisset valida sine clausula *quia voluit &c.*
ex quo nunquam in præcedentibus fuerint vocati;
quoniam prohibitio non fuit facta descendentibus
filiorum, sed omnibus, & singulis hæredibus, &
28 successoribus prædictis, hoc est illis, qui supra
fuerunt vocati, ita *Dec. dict. cons.* 377. ante *n.* 5.
vers. & in hoc primo, & num. 5. *& Ruin. cons.* 89.
num. 9. *&* 21. *lib.* 2., & propterea non potest di-
ci, quod clausula sit adjecta ad vestiendam prohi-
bitionem nudam, & sic non bene sentit *Ruin.* qua-
tenus censuit prohibitionem hujusmodi esse nudam.
29 Non obstat pariter, quod fideicommissum re-
sultans ex prohibitione prædicta cum sua causa,
debeat restringi ad personas, & terminos præce-
dentium substitutionum, nec fideicommissum præ-
cedens ampliare possit, juxta celebre *cons. Dec.* 636.
communiter receptum, & valde comprobatum in
Motiv. nostris sub die 15. *Januarii* 1613. *in causa
de Castelluccis*, ubi ultra triginta Doctores idem te-
nentes congesti sunt.

Quoniam primo fuit pro responsione conside-
ratam conclusionem *Dec.* & aliorum bene procede-
30 re, ut in nostris Motivis dicitur, ubi prohibitio
venit consecutive ad præcedentes substitutiones, &
est cum ipsis conjuncta, quia vel sit in eadem o-
ratione, vel saltem fiat incontinenti post substi-
tutiones immediate præcedentes, ut declarat *Dec.
dict. cons.* 636. *num.* 7. *Rot. Rom. decis.* 568. *n.* 9.
part. 1. *in noviss. & Seraphin. decis.* 883. *sub n.* 5.
ubi demonstrat, quod vis est in conjunctione ha-
rum dispositionum.

At in nostra specie prohibitio non est in ea-
dem oratione, nec est posita incontinenti, & im-
mediate post substitutiones, nec consecutive, sed
in diversa oratione separata, & intermedio capi-
31 tulo prohibitionis legitimæ, & trebellianicæ, unde
nulla potest fieri illatio, vulg. *l. Papinianus ff. de mi-
nor.*, & nihil mirum, si aliter per nos fuerit reso-
lutum, quam in *causa de Castelluccis*, cum ex mo-
32 dica facti variatione totum jus immutetur *Dec.
in l. precibus num.* 3. *C. de impub. & aliis substit.
Bertazol. cons.* 66. *num.* 41. *Mantic. de conject. ult.
volunt. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 26.

Secundo fuit dictum memoratam conclusio-
nem habere in ventre necessariam limitationem, ut
scilicet non procedat, si verba salva ratione re-
cti sermonis restrictionem non patiuntur, quia
tunc non esset interpretari, sed destruere volun-
tatem testatoris, quæ a verbis diversa non præsu-
33 mitur *l. Labeo ff. de suppell. legat.* ac propterea ab
eis recedi non debet, *l. non aliter. in princip. ff.
de legat.* 3.

Et propterea ubi prohibitio, & clausula *quia
34 &c.* est magis ampla, quam fideicommissum præ-
cedens, non videtur posse de ampliatione dubita-
ri, & quod non procedat dicta conclusio, optime
Rot. Rom. in una Urbevetana Fideicommissi 29. *Maii*
1587. *coram Pamphil. versus fin.*

Unde cum in casu nostro in clausula *quia vo-
35 luit &c.* descendentes filiorum vocentur expresse,
qui supra vocati non fuerant explicite, inficiari
non potest, quod est magis ampla, & plus opera-
tur ista expressa vocatio descendentium filiorum
institutorum, juxta regulam *l. nonnumquam ff. de
condit. & demonstr.* adeo quod non potest fieri re-
strictio ad terminos præcedentium substitutionum.

Nec negocium faciat, si quis dixerit obstare
huic intellectui illud, quod firmatum fuit in pri-
ma parte, quod descendentes isti in conditione po-
siti ex conjecturis ibi notatis censeri debent dispo-
sitive vocati.

Occurritur enim facillimo negocio animad-
vertendo, quod ibi conclusimus censeri vocatos
descendentes assumendo conjecturam istam prohibi-
tionis de non alienando cum clausula *quia &c.* pro 36
una ex urgentioribus præsumptionibus, ut memi-
nit *Thesaur. dict. decis.* 96. *num.* 29., atque ita
istæ dispositiones, & interpretationes sibi invicem
juvantur, non autem adversantur.

Non obstat, quod ista ampliatio fideicommis- 37
si quoad ibi vocatos debeat intelligi secundum
conditionem, de qua supra, videlicet *si sine
filiis Alex. cons.* 59. *lib.* 3. *& cons.* 139. *lib.* 6.
Dec. cons. 27. *num.* 6. *Ruin. cons.* 134. *num.* 15.
& 16. *lib.* 3.

Quoniam ista restrictio, nec verbis, nec vo-
luntati testatoris potest accommodari, quia adest 38
palpabilis repugnantia, cum vocatio præsupponat
existentiam descendentium hæredum institutorum,
conditio vero præsupponit deficientiam.

Congrua tamen est restrictio ad conditionem
respectu consortium de Medicis, sed hoc debet
intelligi eveniente casu, & purificata conditione,
si omnes filii decesserint sine filiis, at cum deces-
serint cum filiis, videtur extincta, hoc enim casu
congruit repetitio, & restrictio ad casum, & con-
ditionem præcedentis fideicommissi, quia ibi isti
transversales erant vocati sub illa conditione, &
sic adest casus, ad quem restrictio fieri potest, ideo
fieri debet propter supra relatam conclusionem
Dec. cons. 636., & aliorum, de quibus in Motivis
nostris, quod prohibitio alienationis, & clausula
quia &c. restringi debet ad terminos præcedentis
fideicommissi, quatenus congrue fieri potest, &
in his terminis applicantur *cons. Alex. Dec. & Ruin.*
de quibus supra.

Existimavimus etiam non obstare verba illa
secundum modum, & ordinem, ex quibus dicebatur
rationem esse restringendam.

Quoniam firmatum est jam descendentes fi-
liorum testatoris fuisse vocatos ex vi præcedentium
substitutionum, ideo illos etiam dicta verba com-
prehendunt, unde omnino cessat objectum.

Præterea fuit dictum, quod relatio semper in-
telligitur, exceptis expresse dispositis *Alex. con- 39
sil.* 56. *num.* 8. *lib.* 2. *Paris. consil.* 39. *num.* 18.
lib. 2. *Becc. cons.* 101 *num.* 79. *& seqq. lib.* 1.

Imo cum testator haberet authoritatem di-
sponendi, cessat omnis scrupulus dubitationis, ad 40
Peregrin. de fideicomm. artic. 16. *num.* 3.

Corroborabantur quæ dicta sunt de existen-
tia fideicommissi ex pluribus confessionibus Atti-
lii ultimi testatoris, quæ contra successores uni- 41
versales probare videntur *Ruin. cons.* 128. *num.* 4.
lib. 2. *& per tot. Paris. cons.* 17. *num.* 23. *lib.* 3.
Gabr. cons. 132. *num.* 43. *Decian. cons.* 31. *n.* 155.
lib. 1. *& cons.* 89. *num.* 21. *& seq. lib.* 3. *Barz.
decis. Bonon.* 5. *num.* 15. *& decis.* 6. *num.* 51. *Rot.
Roman.* in noviss. *divers. decis.* 693. *par.* 1, quæ
ast *Seraph. decis.* 553. & ibi *Add.*

De identitate bonorum petitorum non fuit
dubitatum, cum appareret probata ex decima me-
morati Attilii Niccolæ de Medicis, in qua ipse fa-
tetur, se, & fratres bona ibi descripta possidere
tanquam fideicommissaria D. Verii eorum avi, quæ
assertio probat utique etiam contra DD. reos con-
ventos habentes causam, quamvis mediate ab eo-
dem Attilio universali titulo hæreditario *Cas. de* 42
Grass. decis. 20. *num.* 19. *de probat.* facit dict. *de-
cis. Rot. Rom. Seraphin.* 553. immo etiam in ma-
teria caducitatis probare dicit *Alex. consil.* 35. 43
num. 3. *lib.* 1., facit *Castrens. consil.* 94. *in fin.
lib.* 2.

Et probatur identitas ex præsumptione, quod 44
in fi-

iu filios a patre proficiſcantur *Peregrin. conſ.* 48.
num. 13. *lib.* 1. *Burſatt. conſ.* 208. *num.* 6.
Cum ſimus præſertim in antiquis, quo caſo
45 ſufficiunt præſumptiones *Bart. in l.* 4. *§. unde
quæri poteſt ff. de manumiſſ. Bald. conſ.* 267. *lib.* 2.
Pariſ. conſ. 104. *num.* 94. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 42.
num. 9. *Natt. conſ.* 235. *num.* 5. *Decian. conſ.* 17.
num. 6. *lib.* 3. *Cepb. conſ.* 170. *num.* 25. *Afflict.
deciſ.* 23. *num.* 3. *Surd. conſ.* 414. *num.* 68. *& de-
ciſ.* 55. *num.* 12.
Magis cum ad dubium identitatis per nos da-
tum nihil fuerit reſponſum pro parte dictorum
DD. reorum, & ſic tacite identitatem probatam
eſſe fatebantur.
Noviſſime poſt multas diſceptationes habitas
ſuper hactenus deciſis fuit dubitatum.
Præſoppoſito, qood ex dicto teſtamento D.
Verii reſultet abſolotum, & ſucceſſivum fideicom-
miſſum in caſu morris, prout jam reſolutum fuit,
nuoquid memorati DD. Robertus, & Niccola ex-
cluderent D. Fraociſcum Actorem, diccbatur eoim
pro parte dictorum DD. reorum conventorum jus
D. Fraociſco non competere, quia adſunt dicti DD.
Robertus, & Niccola, qui habito reſpecto ad per-
ſonam gravati ſuot proximiores, quam gravati
proximitatem attendendam eſſe dicebant, juxta
opinionem ſæpius Florentiæ receptam, & canoni-
zatam, & quamvis hujoſmodi proximitas major
ſit ex latere materno, dicebator, quod nihilominos,
com ſint de familia, & ex deſcendentibus a te-
ſtatore, & proximiores ex latere matris erant præ-
ferendi, & allegabantur *Motiva ſub die* 9 *Maii*
1554 *in Cauſa de Barbolanis*, quibus deciditur ad
favorem proximioris ex latere etiam materno,
coutra proximiores ex latere materno tantum, ea
ratione, qoia licet vinculum maternum videatur
impertinens, quia fuit conſiderata agnatio: atta-
46 meu hæc impertinentia conſideratur, quando vin-
culum maternum eſt de per ſe, & ſeparatum a
vinculo paterno, ubi vero coujonctum ſit, tunc
non reputator impertinens, & ad hoc probandom
adducunt *Ruin. conſ.* 28. *lib.* 2. addebatur *Tira-
quell. de retract. lignag. §.* 14. *gloſſ.* 2. *ſub n.* 11.
Cepbal. conſ. 323. *num.* 44. *& conſ.* 623. *num.* 17.
& alii &c.
Quibus tamen non reſiſtentibus fuit per nos
reſolotum, memoratum D. Franciſcum non exclo-
di per dictos DD. Robertum, & Niccolam. qooniam
præſuppoſito, qood ex teſtamento præfato reſul-
tet abſolutum, & ſucceſſivum fideicommiſſum in
caſu mortis inter filios, & deſcendentes maſculos
teſtatoris, apud quos juſſit bona perpetuo conſer-
vari, indubitatum eſt, ut firmavimus ſupra, quod
per mortem Attilii ſine liberis maſculis fuerit po-
rificatum fideicommiſſum ad favorem Tanai, & Ve
rii tunc in bumanis exiſtentiom, & proximiorum
Attilio ex deſcendentibus maſculis ad fideicom-
miſſum vocatis, unde ſequitur, quod dimidia di-
cti fideicommiſſi pertinens ad Tanai, quamvis ab
47 eo non fuerit agnita, tranſmiſſa fuit in D. Fran-
ciſcum actorem ejus filium, & hæredem *l. cogi
§. idem mutuamus, l. ſi ejus §. ſi quis rogatus in
fin. l. poſtulante ff. ad Trebell. l.* 3. *C. de fideicom.*
late DD. in *l. cum filiofam. ff. de legat.* 1., ubi
reprobant communiter *gloſſ.* ibi contrariam. *Natt.
conſ.* 472. *num.* 54. *Peregrin. de fideicomm. art.* 31.
num. 3.
Ad ea aotem, quæ in contrariom, ut ſopra,
dedocebantur, fuit pluribus reſponſionibus occur-
48 ſom, & in primis fuit dictum, eſſe firmandum,
quæ perſonæ, ſeu quod genus perſonarum ſit com-
prehenſum ſub nominibus collectivis, de quibos
in teſtamento, & poſtmodum quærendum eſt de
proximitate inter eos, *l. in fideicommiſſo* 33. *§. cum
ita, l. peto* 7. *§. fratre ff. de legat.* 2. *l. fin. C. de
verb. ſignific.* Nam fruſtra cootenderetur aliquem
eſſe proximiorem, & propterea ad fideicommiſſum
admittendum, niſi oſtendatur, vel ſupponatur il-
lum eſſe vocatum, at in noſtra ſpecie pro certo
præſupponitur, quod ſoli deſcendentes maſculi
vucantur, & illi ſolum maſculi deſcendentes con-
tinentur in vocatione, quia ex maſculis, & per li-
neam maſculinam deſcendunt, non autem qoia ex fœ- 49
minis proveniunt juxta deciſ. *Ricard. Malumb.*, qoam
refert, & ſeqoitur *Joann. Andr. in add. ad ſpec.
in rub. de teſt. in fin. in ult. quaſt.* qoorum ratio
eſt, nam ſi filia non ſufficit pro ſe, minus ſuffi-
ceret pro aliis, & quia abſordum eſt uepotem ad-
mitti ex filia excluſa, qoæ deciſ. eſt communiter
approbata, ot ex *Butr. Muttefil. Alex. Bald. Ang.* 50
*Caſtr. Corn. Socc. Dec. Rum. Alciat. Socc. Jun. Grat.
Franc. Marc. Natt. Alb. Rub.*, & aliis oſtendunt
Menocb. conſ. 172. *lib.* 2. *Peregrin. de fideicommiſſ.
artic* 26. *num.* 15. *Surd.* late *conſil.* 316. *num.* 7.
lib. 3.
Et hæc deciſ. non babet contradictorem,
quando teſtator excluſis fœminis etiam filiabus
ordinat ſucceſſivum fideicommiſſum inter deſceo-
dentes maſculos, vel tranſverſales maſculos de ſua
agnatione, ut in caſu noſtro; quoniam tunc appa-
ret, quod maſculi ſunt vocati ratione conſervandi
agnationem, quo caſo, indubitatom eſt apud omnes,
quod ſub oomine deſcendentiom maſculorom ſoli
maſcoli per lineam maſculinam comprehenduntur, 51
& deſcendeotes a fœmina excluduntur, late ex
pluribus addoctis firmat *Surd. dict. conſ.* 316. *n.* 8.
& ſeqq.
Si igitur vellent venire DD. Robertus, &
Niccola tamquam deſcendentes a teſtatore, & ab
Attilio mediante corom matre Attilii filia, patet
ex prædictis, quod ſunt excluſi.
Quatenus autem vellent venire, quia maſcu-
li deſcendentes a teſtatore per lineam maſcolinam,
certum eſt, qood neqoe admitti poſſunt, qooniam 52
cum teſtator cenſeatur vocaſſe ordine ſucceſſivo,
& gradatim *l. in fideicommiſſo §. cum ita ff. de le-
gat.* 2. *l. fin. C. de verb. ſignificat.* excluduntur a
Verio, & Tanai fratribos, & proximioribus.
Non obſtat, quod deſcendentes per fœminas
excludantur, quando deſcendentia eſt de per ſe
ſola, fecos quando eſt cum agnatione conjuncta.
Quoniam fuit dictum, quod non conſidera-
vit teſtator deſcendentiam per fœminas conjun-
ctam cum deſcendentia per maſculos, imo ſolam 53
deſcendentiam per maſculos proſpexit, & ad hoc
ut ſic conjuncta babeatur io conſideratione, vel
debet venire ex voluntate teſtatoris, & hæc de-
ſideratur, nec modo aliquo apparet, vel debet
veoire ex juris diſpoſitione, & nihilominus jore
cautum oon reperitur, quod deſcendentia per fœ-
minas conjuncta proficiat, unde ſuccedit optime
regula *l. Spadonem §. qui jura ff. de excuſ. tut.*
Addebator, quod ubi eſſemus in caſo, quo
eſſent in grado pari com Tanai, & adeſſet quo-
que conjunctio ex latere materno, quod tunc for-
ſao intraret aliqua fortior diſceptatio.
At in noſtris terminis volebant, quod id,
quod veoit ad coadjuvandum, & ſic acceſſorium
efficeretur principale, & principale acceſſoriom eva-
deret, quod non videtur admitrendom aliquo pacto.
Ad quod facit doctrina *Iſern. in §. adoptivus
cap.* 1. *ſi de feud. fuer. contr. int. dom. & agn.*
obi *Afflict. num.* 4. *Laudenſ.*, & alii de qoibus 54
Menocb. conſ. 975. *num.* 6., quod ſcilicet tunc de-
mum vinculum maternum poſſit aliquem juvare,
quaodo ille alias ſuccederet abſque dicto vinculo.
Non

Non obstat, quod vinculum maternum factum impertinens a Statuto, prosit quando jungitur vinculo paterno *Ruin. conf. 28. lib. 3. Cabal. conf. 60. num. 20. & 21. lib. 1.*

Quoniam verius esse arbitrabamur, quod vinculum impertinens etiam cum pertinenti conjun-
55 ctum non habetur in consideratione, cum nihil debeat operari conjunctum cum alio, quemadmodum de per se nihil operatur *Bald. Fulg. Caste. & Corn. in l. 1. C. de legit. hered.* idem *Bald in cap. 1. §. his vero in princip. tit. de success. fratr.*, ubi *Alvar. col. 2. Praepos. col. 3. DD. in l. re conjuncti ff. de leg. 3.*, ubi *Crot. num. 7. & Rip. num. 13. Alciat. in l. 1. ff. de verb. significat. & conf. 37. lib. 2. Alex. conf. 29. & 150. lib. 3. Roman. conf. 411. num. 2. Curt. Jun. conf. 58. Bero. conf. 96. num. 8. & seqq. lib. 2. Socc. consil. 309. in fin. lib. 2. conf. 25. ad fin. lib. 3. & consil. 89. num. 13. lib. 4. Alb. conf. 81. num. 9. & seq. Menoch. conf. 187. num. 14. Gabr. conf. 121. num. 2. & conf. 6. num. 1. lib. 2. Surd. conf. 31. num. 36. & seqq.*, ubi alios allegat, *& decis. 240. Magon. decis. Florent. 82. & decis. 105. num. 20. Peregr. conf. 3. num. 12. & conf. 10. num. 13. lib. 5. Decian. consil. 16. num. 20 lib. 1. Borgnin. decis. 12. a num. 40. par. 3. Thesaur. Jun. quæst. forens. 74. & quæst. alt. num. 22. lib. 1. Ceass* optime *§. successio quæst. 31. num. 2.*, qui alios congerunt, adeo quod videatur ab omnibus fere ista conclusio recepta.

Consideravimus etiam non obstare *conf. 9. 10.*
56 *& 11.* inter *conf. Brun.*, quæ sunt *Jas. Socc. & Campeg. & Curt. Jun. conf. 1.*

Quoniam loquuntur in diverso casu, & moventur rationibus, quæ in proposito non quadrant.

Constituunt enim fundamentum in verbis universalibus *pro hæredibus, & successoribus*, ut clare dicit *Jas. in fin. num. 7.* nec non in eo, quod essent de linea propria primi acquirentis, & ejus descendentes, adversarii vero de linea transversali.

At in nostra specie desunt verba universalia, & omnes sunt descendentes, unde non bene infertur *vulg. Jurib.*

Item moventur, quia feudum erat hæreditarium, & adversarii non erant hæredes, nec primi instituti, nec ultimi defuncti, prout erant illi Aloysius, & Nicolaus.

Decisio autem in causa Barbolana fundamentum habet in dictis authoritatibus, iden non videtur attendenda in casu nostro admodum diverso.

Præsertim quia in contrarium adest *consil. Bero. 96. lib. 2.* Rursus quia *Alb.* qui pro decisione scripsit *conf. 86. & 87.* periculosum existimavit, & ad alia confugit fundamenta; magisque quando ibi testator vocaverat omnes superviventes mascolos legitimos, & naturales, & propinquiores in gradu, & propterea faciunt fundamentum in copula -- *et* -- quæ ponitur inter diversa, quæ ratio hic non militat, & quod plus est in dicta decisione, & in casu *Jas.* & aliorum supracitatorum contentio erat inter descendentem a testatore per lineam maternam, qui erat etiam agnatus, & inter transversalem agnatum, unde suadebat æquitas, una cum verisimili mente testatoris ad faciendam interpretationem pro descendente agnato contra transversalem, & sic patet de maxima diversitate.

Non obstat tandem, quod stante fideicommisso in casu mortis mediante prohibitione alienationis fuerit licita electio remotioris.

Quoniam posito fideicommisso absoluto in casu mortis, gravati non possunt per suam dispo-
57 sitionem alterare ordinem succedendi de proximiore in proximiorem *§. in fideicommisso, l. cum ita ff. de leg. 2. l. fin. C. de verb. signific. Surd consil. 47. num. 7.*, & præsertim *num. 25. & 53. & decis. 238. num. 13. Peregrin. consil. 63. num. 2. lib. 2.*

Ex quibus &c.

Lydius Bonaccellus Prætor.
Joannes Paulus Dodus.
Matthæus Oleus Relator.

ADDITIO.

ARGUMENTUM

Filii in conditione positi quando censeantur non solum vocati ad portionem patris, sed etiam patrui. Duplicitas vinculi, quando operetur, vel non. Masculorum descendentium appellatione quando non veniant masculi descendentes ex fœminis, & quando secus.

SUMMARIUM.

1 *Filii in conditione positi an, & quando dicantur vocati, & quæ sint conjectura a Doctoribus approbata, & reprobata remissive.*
2 *Filii in conditione positi licet quandoque admittantur ad portionem patris, non tamen admittuntur ad portionem patrui, nisi contraria negeant conjectura.*
3 *Ad hunc effectum quando non adest digressus ad plures substitutionum gradus, & contemplatio agnationis, alia conjectura nullius sunt roboris.*
4 *Contra, si sint efficaces.*
5 *Talis est reciproca facta inter hæredes institutos, si sine liberis decesserint.*
6 *Item vulgaris anomala in reciproca fideicommissaria contenta, & de ratione.*
7 *Prohibitio alienationis quando sit nuda, & resolvatur in simplex consilium, & quando sit vestita, & fideicommissum importet remissive.*
8 *Et quando sit accessoria ad fideicommissum precedentee ordinatum, & illius limites non egrediatur, vel potius ampliet fideicommissum, & extendatur ad personas in eo non comprehensas remissive.*
9 *Identitas ex quibus probetur, vel non remissive.*
10 *Conjuncti ex utroque latere præferuntur conjunctis ex uno tantum.*
11 *Et conjuncti ex uno latere non concurrunt cum ascendentibus in successione fratrum, & sororum, ut conjuncti ex utroque.*
12 *Duplicitas vinculi non operatur, quando fuit habita ratio agnationis, quia tunc maternum vinculum est impertinens.*
13 *Item non attenditur pro inducendo jure accrescendi inter conjunctos.*
14 *Conjunctio ex utroque latere non attenditur ultra fratres, & defuncti fratris filius.*
15 *Item non attenditur in vocatione proximioris in gradu, & de ratione.*
16 *Ascendentium masculorum appellatione quando veniant masculi ex fœminis remissive.*
17 *Decisio D. Audit. Casaregi in* Florentina Primogenituræ de Orlandinis *fuit a DD. Tribus Judicibus secundarum appellationum revocata.*
18 Consil. Fulgos. 85. *non habet locum, quando constat testatorem invitare voluisse masculos immediate ex masculis descendentes.*
19 *Veluti si vocatis in dispositiva, vel in conditionali masculis ex masculis, postea substituit filios, & descendentes masculos cum dictione relativa* ut supra, dicti, *vel simili.*

20 *Vel*

20 *Vel cum dictionibus tanfam, & ortum immediate a mafculis præfeferentibus, ut ex eis, da quelli, vel fimili.*

21 *Vri fi fecunda fubstitutio fit accessoria, & dependens a prima, in qua invitati fuerunt mafculi ex mafculis.*

22 *Ex quibus refultet connexio, continuatio, & complicatio orationis, & fubstitutionum remiffive.*

23 *Item ceffat* conf. Fulgof. 85. *cum teftator plures defcendentes, & lineas vocavit, eufque parificavit, fi conftaret in una ex eis clare de mafculis ex mafculis intellexiffe.*

24 *Maxime fi major ratio militaret in fubstitutione, fuper qua lis eft, quam in aliis particulis.*

25 *Item quando ex admiffione mafculorum ex mafculis dumtaxat plura evitarentur abfurda, & quæ fint remiffive.*

26 *Item fi favore mafculorum ex mafculis adeffet obfervantia defumpta ex facto hæredis.*

27 *Præfertim fi hæres fit teftatori conjunctus, & tum eo cohabitaverit.*

28 *Mafculi ex fœminis veniunt appellatione defcendentium mafculorum, fi vocatæ effent fœminæ fuperviventes, & defcendentes ex linea mafculina.*

29 *Item veniunt non folum mafculi defcendentes ex fœmina agnata, fed etiam alii defcendentes per duplex, vel plura media fœminarum.*

30 *Et in quibus cafibus locum habeat prædicta regula, vel ceffet remiffive.*

31 *In concurfu tamen præferuntur mafculi defcendentes ex fœmina agnata aliis provenientibus per duplex, vel triplex medium fœmininum, & de ratione.*

32 *Limita fi adeffent circumftantiæ contrariam teftatoris voluntatem fuadentes, de quibus remiffive.*

33 *Hæc* decif. 92. *examinatur per* Rot. Florentin. apud Accarif. decif. 100.

Ad num. 1. & feqq.

Absque eo, quod horum omnium e conspectu relevare posset objectum, quod testator fœminis prohibuerit divisionem bonorum, ipsis concedendo solam facultatem utendi fructibus bonorum, ne damnum orietur Ecclesiæ substitutæ, quia cum hæc testatoris sollicitudo referri possit ad unicam voluntatem conservationis bonorum, ad hoc ut hæreditas integre devolveretur ad Ecclesiam in casu extinctionis lineæ masculinæ, & fœmininæ, non est trahenda ad eam durissimam intelligentiam, quod testator voluerit proprio sanguini Ecclesiam præferre, quando pluries dixit, ipsam debere ultimo tantum loco succedere, ita ut in his terminis admittenda non videtur interpretatio intentioni testatoris repugnans, quamvis per nudam hypothesim materialis, & asperior verborum cortex contrariam præseferre posset, ut dixit *Rot. in Romana, seu Forolivien. Fideicommissi* 6. *Maii* 1720 *§. vigesimoprimo coram bo. me. Fostaro.*

Et ita utraque &c.

F L O R E N T I N A
Fideicommissi.

12. *Aprilis* 1616. *ex Lib. Mot.* 95. *a* 314.

A R G U M E N T U M.

Appellatione domus, familiæ, & agnationis veniunt omnes, qui eadem insignia, & arma deferunt, sive descendentes, sive transversales; maxime stante conjecturata mente testantis, & unde hæc eliciatur.

S U M M A R I U M.

1 *PRivatio omnium, supponit omnium vocationem.*
2 *Domus appellatione veniunt omnes de agnatione, & familia testatoris.*
Etiam transversales num. 6.
3 *Item familia appellatione veniunt omnes tam descendentes, quam transversales.*
4 *Appellatione illorum de domo veniunt omnes, qui portant eadem insignia, & arma, licet inter se agnati non sint.*
5 *Domus, agnatio, & familia idem sonant.*
7 *Vocatio senioris ostendit testatorem non habuisse rationem sanguinis, sed agnationis, & de ratione.*
8 *Agnatio dicitur contemplata ex onere injuncto deferendi nomen, & arma familia.*
9 *Item ex vocatione illegitimorum, dummodo aggregati essent familiæ.*
10 *Vocans illegitimos conjunctos, multo magis legitimos vocasse censetur.*
11 *Dictio* semper *denotat perpetuitatem, & omne tempus includit.*
12 *Una pars testamenti aliam declarat.*
13 *De natura subrogationis quid sit.*
14 *Exemplificatio declarat.*
15 *Verbum* un'oltro *est repetitivum similis familie.*
16 *Familia extranea quando fuit contentive vocata absque restrictione ad aliquas personas, multo magis vocata censetur contentive familia testatoris.*
17 *Unus gradus substitutionis aliam declarat.*
18 *Verbum* detti *relatum ad personas expressas proprio nomine, illas repetit proprio nomine, ut sunt expressæ.*
19 *Dispositio testatoris non debet reddi frustratoria.*
20 *Naturales de jure non admittantur, legitimis extantibus.*
21 *Nati vero ex damnato coitu omnino excludantur.*

DECISIO XCIII.

In Causa Marzimedici, e Libri.

IN causa, quæ dio coram nobis examinata, at-
que discussa fuit inter DD. fratres, & fi-
lios quondam D. Americi Martii de Medi-
cis ex una, & DD. Augustinum, & Leonardum
de Libris, ac alios litis consortes ex altera, plu-
res articuli disputati, atque resoluti fuerunt.

Quorum primus fuit an ab Excellentissimo D.
Julio de Libris in ejus testamento vocati essent
ad Commendam omnes de familia de Libris, seu
potius vocatio esset restricta ad eos tantum, qui
prætendere poterant in fideicommisso, & molesta-
re D. Catharinam uxorem, & hæredem dicti te-
statoris ex illis verbis per testatorem adjectis, post
quam mandaverat erigi Commendam in domo de
Libris, videlicet -- *E se detti della famiglia de' Li-*
bri molesteranno la detta Signora Caterina &c. -- ad
tradita per *Paris. cons.* 49. *num.* 19. 20. *& seqq.*
1 *lib.* 2. frustra enim ageretur an ob molestias illa-
tas D. Catharinæ ab aliquibus omnes redditi fue-
rint inhabiles, & incapaces ad Commendam, nisi
vocati essent vulgat. *l. decem ff. de verb. obligat,*
l. Titio usufructus ff. de condit. & demonstr.

In quo articulo fuit resolutum ad Commen-
dam omnes, & quoscumque de familia de Libris
esse vocatos, nullamque per dicta verba esse fa-
ctam restrictionem ad aliquos tantum de dicta fa-
milia, sed tantum inductam esse vocationem omnium
de familia sub conditione prædicta, idque menti,
ac verbis testatoris omnino congruere ex infra-
scriptis.

Primum ponderando illud verbum *domus*,
quo verbo usus fuit testator postquam Commen-
dam erigi mandavit post mortem dictæ D. Catha-
rinæ in personam supradictorum trium DD. fra-
trum filiorum quond. dicti D. Americi, & DD.
de Libris. Dixit enim testator -- *Item dispose, e*
vuole, che dopo la morte dell' ultimo di detti tre
nipoti la detta Commenda di detti tre poderi vada
successivamente sempre al più vecchio, che si trove-
2 *rà della casa de' Libri &c.* Domus autem appella-
tione veniunt omnes de agnatione, & de familia
testatoris, perinde ac si expresse omnes agnati, &
de familia vocati essent *cap. 1. de schismat. in 6.*
ibi *Domus de Columna* per quem text. ita sentit
Bald. in l. 1. C. ne lit. poten. & in l. 1. C. si qua-
cumque præditus potest. Peregrin. de fideicommiss.
artic. 22. *num.* 27., ubi plures alios cumulat. *Me-*
noch. de præsumpt. lib. 4. *præsumpt.* 88. *n.* 2. *&* 12.
ubi dicit, quod si testator instituat, vel substituat
3 domum, puta Bardorum, continentur omnes, qui
sunt ex familia ipsa Bardorum, sicuti appellatione
familiæ in fideicommissis universaliter omnes non
solum ascendentes, & descendentes, ac transver-
sales continentur *l. fin. C. de verb. significat., &*
in Auth. de restitut. fideicomm. & in l. pronunciatio
§. familiæ ff. de verb. significat. Peregrin. dict. ar-
4 *tic.* 22. *num.* 26. *Menoch. dict. præsumpt.* 88. *n.* 2.
& 12. late *Seraphin. decis.* 1438. Verum etiam ap-
pellatione eorum de domo veniunt omnes, qui
portant eadem insignia, & arma, licet inter se
agnati non sint, ut post *Alex. Calcan. Corn. Go-*
zad. Rebuff. Marzar. & Cravett. per eum relatos,
tradit *Menoch. dict. præsumpt.* 88 *sub num.* 12. *circa*
fin., quibus addimus *Hieronym. Gabr. consil.* 132.
quæst. 4. *num.* 32. *lib.* 1. *Peregrin. dict. artic.* 22.
sub num. 27. *circa med.*, ubi addit etiam *Bart. Ruin.* 5
& Soccin. Jun., & generaliter de domo, de agna-
tione, & de familia idem est *gloss. Bald. & Castr.*
in l. peto §. fratre ff. de legat. 2. *Surd.* alios quam-
plurimos cumulans *cons.* 279. *num.* 17. *lib.* 2. *Pe-*
regrin. dict. artic. 22. *sub num.* 27. *in fin. Mantic.*
de conjectur. ultim. volunt. lib. 8. *tit.* 12. *num.* 17.
Simon de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib. 3. 6
interpret. 3. *dubit.* 3. *solut.* 11. *num.* 21. Adeo ut
non videatur dubitandum, quin sub dicto nomine
domus collectivo plurium personarum, & graduum
contineantur etiam alii de dicta domo, familia,
seu agnatione de Libris, qui non descendunt a
Maffeo de Libris, sed ab aliis, *dict. l. peto §. fra-*
tre. Dec. cons. 239. *sub n.* 4. *Peregrin. de fidei-*
comm. artic. 19. *num.* 12. *Hieron. Gabr. dict. con-*
sil. 132. *dict. num.* 32. cum concordant.

Deinde quia testator vocavit semper senio- 7
rem de domo de Libris, per quod ostendit, se
non habuisse rationem sanguinis, sed agnationis,
cum posset succedere remotior, qui esset senior
tempore successionis penitus incognitus testatori
Anchar. cons. 27. *sub num.* 6 *circa med. versic. et*
primo sic, & melius *Hieron. Gabr.* plures alios al-
legans in dict. *cons.* 132. *quæst.* 6. *num.* 59. *Rimin.*
Jun. cons. 23. *num.* 52. *in fin. lib.* 1. *Menoch. con-*
sil. 173. *num.* 30. *lib.* 2. *Seraph. dec.* 1486. *n.* 21.

Tertio quia testator primo loco vocavit ad 8
dictam Commendam supradictos DD. de Martiis Me-
dicis cum onere ferendi, seu gerendi cognomen,
& arma dictæ familiæ de Libris, quo casu non
solum cessat omnis ratio sanguinis, sed colligitur
clara testatoris mens ad solam agnationem respe-
xisse, ut post *Castrens.* per eum relatum tradit *Se-*
raphin. dict. decis. 1486. *num.* 22.

Quarto quia vocavit etiam ad Commendam
illegitimos, dummodo in eamdem familiam de Li- 9
bris essent recepti, & sic ut nomen familiæ gere-
re, & conservare valerent, cum alias si non fuis-
sent in eam recepti, & aggregati sub nomine do-
mus, seu familiæ non comprehenderentur *Menoch.*
dict. præsumpt. 88. *num.* 13. *Peregrin. dict. art.* 22.
sub num. 27. *post Corn. cons.* 216. *num.* 3. *&* 4.
lib. 2. *& Bald. Angel. & Salyc. in dict. l. fin. C.*
de verbor. significat.

Et profecto si voluit admitti etiam illegiti-
mos de domo de Libris in eamdem familiam re- 10
ceptos, quanto magis legitimos, & naturales, &
de legitimo matrimonio natos ejusdem domus, li-
cet testatori sanguine non conjunctos, ad late tra-
dita per *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 8.
tit. 7. *num.* 5. *& seqq.*

Quinto ponderando supradictas dictiones *suc-*
cessive, & semper, per quas censetur testator or- 11
dinasse perpetuam successionem, quousque senior
de dicta familia reperiatur, & sic usque ad unum;
quod enim dictio *semper* importet perpetuitatem,
infinitatem, & successionem temporis, & includat
omne tempus, & casum, tradit *Surd. consil.* 281.
num. 18. *lib.* 2. *& decis.* 255. *num.* 7., ubi etiam
se citat in aliis locis, & omissis aliis *Peregrin. de*
fideicomm. artic. 27. *num.* 2., ubi ponderando di-
ctam dictionem *semper* dicit, quod de sui natura
operatur effectum sempiternæ, & perpetuæ mascu-
lorum prælationis, scilicet in omni casu, & in o-
mni tempore.

Sexto, quia quando testator loqui voluit de
Libris fideicommissariis, illos vocavit his verbis,
-- *lascia alli Signori Libri, che pretendono sopra l' in-*
frascritto Podere, come fideicommissa &c. Ad Com- 12
mendam autem vocavit successive, & semper se-
niorem de domo, ex quo colligitur, quod intel-
lexerit ad Commendam successuros esse omnes, &
quoscum-

quoscumque de familia de Libris, cum una pars testamenti declaret aliam *l. si cui dubia ff. de tritico, vino, oleoque legat. l. qui filiabus de legat.* 1. *Honded. cons.* 90. *num.* 39. *lib.* 1. cum concord.

Denique quia testator in casu contraventionis voluit, aliam familiam posse ab uxore eligi, & exemplificavit, veluti familiam de Scarlattinis, seu aliam, in quam loco familiæ de Libris iret dicta
13 Commenda, ex quo clare comperitur testatorem de universali familia eorum de Libris intellexisse, quia ultra naturam subrogationis ad *l. unic. §. ut plenius C. de rei uxor. act. l. res ex pecunia ff. de*
14 *jur. dot.* cum concord., & ultra naturam exemplificationis familiæ subrogandæ universaliter, & indefinite de familia de Scarlattinis, seu alia, quæ declarat *l. num quod liquide ff. de pen. legat. Dec. in l.* 1. *num.* 20. *ff. de reg. jur.*, & passim *Doct.* dictum verbum *un altra* est repetitivum talis familiæ *gloss. in l. si fugitivi vers. quacumque alia*
15 *Cod. de serv. fugit Honded. consil.* 7. *num.* 31. *lib.* 2., ubi respondit, quod denotat similitudinem, & est relativa, & repetitiva etiam ejusdem qualitatis. *Surd. cons.* 77. *num.* 25. *lib.* 1. adeo ut
16 pateat sensui, quod sicut testator voluit, quod in casu contraventionis posset uxor aliam familiam eligere, non restrictam ad aliquam descendentiam, nec ad aliquas personas particulares, quæ succederet in locum familiæ de Libris, multo magis voluerit testatur totam propriam familiam vocare, non restrictam ad aliquas certas personas; cum familia testatoris primo loco vocata non debeat esse pejnris conditionis aliis familiis ab oxore eligendis, forsan ipsi testatori incognitis *l. Publius §. ultim. ff. de condit. & demonstr. Bald.* per illum text. in *l. si quis servum §. certam ff. de legat.* 2. *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib* 5. *tit.* 1. *num.* 12.
17 Et unus gradus substitutionis alium declarat *l. qui liberis §. ultim. ff. de vulgar. & pupill. substitut. l. Lucius §. pater ff. ad Trebell.* cum aliis adductis per *Mantic. dict. tit.* 1. *num.* 22.

Nec dicta verba *con espressa dichiarazione, che se detti della famiglia de' Libri molesteranno la Sig. Caterina &c.* stant restrictive ad erectionem Commendæ faciendam in familia de Libris, ita ut Commenda non sit erigenda, nisi in iis de familia de Libris, qui possent molestare D. Catharinam, & non molestarent; sed stant declarative, & conditionaliter ad totam familiam de Libris, adeo ut sensus sit, quod si dd. de Libris, qui possunt prætendere fideicommissum, molestarent dictam D. Catharinam, tunc ipsa posset familiam de Libris declarare inhabilem, & aliam eligere, ut inferius
18 etiam declarabitur; dictio enim *detti* non potest referri ad eos, quos ad Commendam vocaverat, quia cum dicta dictio repetat ea, ad quæ refertur, eo prorsus modo, quo sunt expressa, ita ut relata ad personas expressas proprio nomine, censentur eas repetere proprio nomine, ut sunt expressæ *Ruin. conf.* 136. *num.* 7. *in fin. cons.* 134. *sub num.* 1. *lib.* 3. *Alex. cons.* 140. *sub num.* 4 *lib.* 6. *Surd. conf.* 123. *sub num.* 13 *& decis.* 85. *sub n.* 3. si relatio facienda esset ad proxime vocatos ad Commendam, idem esset, ac si testator expresse dixisset, *se il più vecchio molestasse &c.* Ee propterea, si alii molestarent, familia non posset ab uxore privari, & alia eligi; quod absurdissimum esset, & contra claram intentionem testatoris, qui ex hoc
19 volebat providere, ut dicta ejus uxor esset prorsus ab omni molestia immonis, & frustratorie factum a testatore fuisset contra *l.* 1. *in fin. ff. ad municip. l. unic. C. de thesaur. lib.* 10. *Surd. con-*
20 *sil.* 307. *num.* 15. *lib.* 3. cum concord.

Præterea non essent vocati, nisi nati tempore vitæ D. Catharinæ, non autem nati post ejus mortem, cum tamen expresse repugnent dicta verba testatoris *successive, & semper in seniorem*, quæ denotant perpetuitatem, ut supra fuit deductum, & non comprehenderentur illegitimi, qui 21
nullum jus habent in fideicommisso Maffei de Libris, cum ex ejus testamento nonnisi legitimi succedere possunt, & cum etiam de jure naturales non admittantur legitimis existentibus *Peregr. de fideicomm. artic.* 22. *sub num.* 80., & alii nati ex damnato coitu nullo modo, ut ibidem per *Pe-* 22
regrin. sub num. 81., quæ non concurrunt in auctoritatibus in contrarium citatis, & ideo in hoc articulo cessit omne dubium.

Nicolaus Antellensis.
Lydius Bovarellus Relator.
Valerius Brignosa.
Livius Riccardus.
Antonius Puteus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Familiæ oomine quando veniat familia effectiva tantum, & quando etiam contentiva.

SUMMARIUM.

1 *Familia nomen in genere continet omnes, qui eadem insignia habent, & qui ab aliquo communi stipite licet remoto descendunt.*
2 *In specie verificatur familia effectiva.*
3 *Et in dubio accipitur solum in specie.*
4 *Maxime quando testator habet filios.*
5 *Etiamsi deficiat pronomen indicativum ejus, vel* ipsius.
6 *Limita primo conclusionem, de qua num.* 3. *si vocatio familiæ facta sit cum adjectione proprii, & gentilitii cognominis, veluti de* Fontana, *quia tunc comprehenditur tota familia contentiva.*
7 *Sublimita, si expressio familiæ non fuit facta simpliciter, & indefinite, sed continuative, & accessorie, vel ad testatorem, vel ad fideicommissarios cum dictione restrictiva* ipsius, *vel* ipsorum.
8 *Intellige sublimitationem procedere, cum dictio relativa est apposita post ipsum cognomen, secus si illud eam subsequatur, tunc enim adjectivum in fine positum enervat vim specifici* ipsius.
9 *Limita secundo conclusionem, de qua num.* 3. *quando agnatio fuit generaliter, & indefinite contemplata.*
10 *Quando ad fideicommissum veniant illi de familia effectiva tantum, vel etiam de contentiva remissive.*

Domus, & familiæ nomen dupliciter accipi 1
potest & in genere, & in specie. In genere continet omnes, qui eadem insignia habent, & ab aliquo communi stipite, quamvis remoto descendunt; in specie de sola familia effectiva verifi- 2
catur *Altagrad. conf.* 46. *num.* 21. *lib.* 1. *Palm. Nep. alleg.* 221. *num.* 38. *&* 39.

In dubio tamen solum in hunc ultimum sen-
sum accipitur *Mans. consult.* 368. *num.* 3. *tom* 4. 3
de Luc. de jurepatron. disc. 35. *num.* 9 *vers. verum neque*, cum aliis supra relatis in *addit. ad decis.* 79. *num.* 2. *& seqq.*

Maxime quando testator habet filios *Altogr.* 4
controv. 38. *num.* 63. *& seqq. Rot. Roman. post de Luc.*

Luc. de fideicommif. decif. 34. *num.* 2. *in Romana Primogenituræ de Salviatis fuper Jocalibus, & tabulis pictis* 22. *Martii* 1706. §. *feptima coram Molines, in Lunen. Sarzanen. Jurifpatronatus* 1. *Februarii* 1715. §. *conftabilito, & feqq. coram Scotto,* & in ejusdem confirmatoria 9. Martii 1716. §. *ultra quam quod coram Anfaldo.*

5 Etiamfi deficiat pronomen indicativum *ejus*, vel *ipfius*. *Rot. in Aften. Beneficii* 15. *Junii* 1709. §. *quo enim coram Eminentiff. D. meo Card. Falconerio,* & in confirmatoria diei 14. Decembris ejusdem anni §. *in principio, &* §. *ac proinde coram eodem*.

Limita primo, fi vocatio familiæ facta fit cum
6 adjectione proprii, & gentilitii cognominis, ut de Fontana, de Bernardinis, de Alvitreris, de Odoardis, tunc enim ex propria, & vera fignificatione verborum, tota, & generalis contentiva familiæ comprehenditur *Palm. Nep. decif.* 174. *num.* 9. & *num.* 37. & *per tot. Rot. Roman. apud Bertacchin. vot.* 89. *num.* 22.

7 Sublimita, fi expreffio familiæ non fuit facta fimpliciter, & indefinite, fed continuative, & accefforie vel ad teftatorem, vel ad fideicommiffarios cum dictione aliqua reftrictiva *ipfius*, vel *ipforum*. *Balduec. decif. & res judicat. tit.* 3. *de legat. & fideicomm. decif.* 33 *num.* 33. *& feqq. Rot. Rom. apud Palm. Nep. decif.* 500. *num.* 3. 4. *& per tot.*

8 Intellige fublimitationem procedere, fi dictio relativa appofita fuerit poft ipfum cognomen, fecus fi illud eam fubfequatur, veluti quis dictum fuerit, ut bona ipfius remaneant in familia ipforum de Fofcherariis, tunc enim adjectivum cognominis in fine pofitum, tanquam genericum enervat vim fpecifici *ipfius*, ut de exemplo propofito *Rot. Rom. in recent. decif.* 226. *num.* 22. *&* 23. confirmat. *decif* 586 *num.* 5. & 6. *part.* 19., & diftinguendo conceduns *Balduec. ad Ramon. obfervat.* 16. *num.* 57. *Manf. confult.* 105. *num.* 19. *verf. cui conclufioni tom.* 2. *Rot. Rom. poft de Luc. de fideicomm. decif.* 35. *num.* 3.

9 Limita fecundo conclufionem fupra firmatam, quod in dubio mentio familiæ intelligenda fit de effectiva, ut locum non habeat, quando agnatio fuit generaliter, & indefinite contemplata, utpote ea, quæ utrumque familiæ genus eft apta comprehendere *Torr. de majorat. par.* 1. *cap.* 38. *n.* 245. *fol.* 409. *Rot. Rom. coram Emerix Jun. dec.* 1156. *num.* 4.

10 Alia plura quando ad fideicommiffum veniant illi de familia, & linea effectiva tantum, vel etiam de contentiva *Rot. Florent.* fupra *decif.* 35. *num* 1. *& per tot.*, & ibi ego plene in *addit. num.* pariter 1. *& per tot. & decif.* 51. *num.* 1. *& feqq.* ibique ego in *addit. num.* 1. *&* 2. *& decif.* 79. *num.* 1. *& feqq. & num.* 12. *& feqq. & num.* 23. *& feqq.* ibique ego in *addit. num.* 1. *& feqq.*

E A D E M

Iisdem die, & anno.

A R G U M E N T U M.

Sententia contra unum lata non nocet aliis non citatis, & ftante perfonarum diverfitate non intrat exceptio rejudicatæ; ftricti juris effe dicitur, & tantum difponit, quantum loquitur, & in ea argumentum a contrario fenfu dumtaxat fumitur ad limites verborum.

S U M M A R I U M.

1 *Pluribus propofitis, quod in uno deciditur affirmative, in cæteris omiffis cenfetur decifum negative.*
2 *Judex concedens unum de duobus petitis, alterum denegare cenfetur.*
3 *Maxime ftante taxativa* tantum, *quæ excludit omnes præter expreffos, & continet negationem quoad alios.*
4 *Sententia debet effe conformis libello.*
5 *Stricti juris eft, & eatenus difponit, quatenus loquitur.*
6 *Et ejus verba intelligi debent prout fonant, nec ex eis arguitur, nifi quatenus neceffario inferatur.*
7 *In ea non venit amplius, quam fit expreffum, vel in juditium deductum, etiam fi generalis foret.*
8 *Exceptio rei judicatæ non obftat non concurrente identitate perfonarum.*
9 *Sententia non nocet non citatis.*
Legitimus contradictor qui fit, & an qui non habet primam caufam fucceffionis dicatur talis n. 10.
11 *Annuntiare futura folius Dei eft.*
12 *Motiva Florentiæ funt pars fententiæ.*
13 *Argumentum a contrario fenfu fumi debet ad limites verborum.*
14 *Etiam in fententia.*

DECISIO XCIV.

SEcundus articulus eft, an fupradictis DD. de Martiis obftet exceptio rei judicatæ per fupradictos de Libris appofita fub prætextu, quod cum dicta D. Catharina petiarit declarari totam familiam de Libris cecidiffe a jure dictæ Commendæ ob nonnullorum contraventionem teftatoris difpofitioni, & fibi licere nominare, & eligere aliam familiam juxta tenorem teftamenti, Rota pronunciaverit petita fieri potuiffe contra dd. de Libris in caufa intervenientes tantum, & eos affeciffe; & fic quod propofita privatio totius familiæ reftricta fuerit per taxativam ad contravenientes tantum, & quod fucceffive pro cæteris videatur refultare abfolutio. Pluribus enim propo-
fitis, quod in uno deciditur affirmative, in cæ- 1
teris omiffis cenfetur decifum negative *l. et fi fine* §. *fed quod Papinianus*, & ibi *Bart.* notat *n.* 2. *ff. de minor. Socc. in l.* 1. §. *adipifcimur num.* 6. *ff. de acquir. poffeff. Rolan. conf.* 65. *num.* 11. 12. *&* 13.
lib. 3. *Surd. decif.* 69. *num.* 6., ubi comprobat, 2
quod Judex concedendo unum ex duobus petitis videtur alterum denegare; & præcipue ftante dicta taxativa *tantum*, quæ excludit omnes præter ex-
preffos, & continet negationem quoad alios *l. qui* 3
in aliena §. *libertos ff. de negoc. geft. Parif. confil.* 85. *num.* 48. *lib.* 1. *Cephal. conf.* 37. *num.* 31. *lib.* 1. *Natt. conf.* 78. *num.* 3. *lib.* 1. cum aliis cumulatis per *Surd. decif.* 291. *num.* 19.

Quibus tamen non obftantibus contrarium Dominis vifum fuit; tum quia non verificabatur fuppofitum ex adverfo in facto, quod in illo judicio fuerit actum contra totam familiam de Libris, cum actum fuerit folum contra defcendentes a Maffeo, qui moleftiam intulerunt D. Catharinæ, & moleftare poterant, & contra defcendentes a Niccola nil petitum, aut dictum fuit, & propterea non poteft ad illorum favorem confiderari aliqua res
judicata, ficuti in eorum præjudicium non poterat 4
aliqua ferri fententia, quæ petitioni, feu libello

conformis esse debebat *l. at fundus ff. commun. di-*
5 *vid. cap. litet de simon.*, & stricti juris est senten-
tia, & estenus disponit, quatenus loquitur *l* 1.
& 2. C. si plures una sent. Gravett. de antiq. temp.
in 4. par. num. 64. cum seq. Cephal. cons. 150. *n.* 20.
lib. 2. *Menoch. de arbit. judic. quæst.* 69. *num.* 15.
& 16. *Cravett. cons.* 188. *num.* 6. *Soccin. Jun. con-*
sil. 105. *num.* 9. *lib.* 2. *& cons.* 122. *num.* 41. *eod.*
6 *lib.*, & ejus verba sunt intelligenda prout sonant,
nec ex eis arguitur, nisi quatenus necessario in-
feratur *Dec. in l.* 1. *sub num.* 50. *ff. de offic. ejus.*
cons. 43. *num.* 4. *& cons.* 348. *num.* 6. *Surd. con-*
sil. 189. *num.* 37. *&* 38. *lib.* 2. *& cons.* 223. *n.* 21.
eod. lib. 2. *& cons.* 340. *num.* 3. *lib.* 3. *Carocc. de-*
cis. Senen. 136. *num.* 2. *Christophor. Torniol.*
7 *cons.* 10. *num.* 11. *& cons.* 36. *num.* 22., ubi di-
cit etiam, quod in sententia amplius non veoit,
quam sit expressum, vel in judicium deductum;
etiam si generalis foret, & non specialis, *& con-*
sil. 68. *num.* 24. *& cons.* 79. *num.* 1. *&* 2.

8 Tum etiam, quia quando non concurrit iden-
titas personarum, non potest obesse exceptio rei
judicatæ *l. cum quæritur cum duab. seqq. ff. de ex-*
cept. rei judicat. Honded. cons. 30. *num.* 50. *lib.* 1.
9 *Surd. cons.* 165. *num.* 11. *lib.* 2. aliis omissis; &
non comprehensis, & non citatis in judicio neque
præjudicat, nec nocet sententia ad *l. sæpe*, *& l.*
de unoquoque ff. de re judicat., nec opus fuit exa-
10 minare, an sententia lata cum habentibus primam
causam successionis noceat, & prosit remotioribus
non citatis, & aliis substitutis, de quo late per
Honded. cons. 28 *lib.* 1., & per *Peregrin. de fidei-*
commiss. artic. 53. *num.* 39. quia termini non ap-
plicabantur, cum in casu, de quo agitur, non fue-
rint vocati descendentes a Maffeo, cum quibus
actum fuit, prius quam descendentes a Nicolao,
ac alii de Libris, sed senior de familia de Libris,
qui reperiretur post mortem supradictorum DD.
trium fratrum de Martiis Medicis, & sic sem-
per, & successive senior, ita ut cum non posset
percipi, quis de Libris tunc temporis senior su-
11 perviveret ad *l.* 1. *§. is autem ff. ne quid in flum.*
pub. Soccin. cons. 6. *num.* 2. *& seqq. lib.* 1., ubi
quod annuntiare futura solius Dei est. *Surd. con-*
sil. 454. *num.* 14. *&* 15. *lib.* 4. cum concordant.
non potest dici, quod potius unus, quam alius sit
vocatus, & quod potius unius, quam alterius sit
prima causa successionis.

Sicuti, ut dictum fuit, non applicabatur fun-
damentum partis adversæ, quod pluribus propo-
sitis, quod in uno deciditur affirmative, in cæteris
censetur decisum negative; quia non fuit propo-
situm, nisi quod liceret D. Catharinæ nominare a-
liam familiam contra eos, qui contravenerunt, &
in judicio illo interveniebant, quod obtinuit per
dictam sententiam id fieri potuisse, & posse; &
licet additum fuerit, quoad intervenientes tan-
tum in illo judicio, tamen id factum fuit non
causa dividendi aliquid, quoad alios, qui non
fuerunt citati, nec auditi, sed tantum ad majo-
12 rem declarationem, quod quoad eos res indeci-
sa restabat, quia nolebant eis Judices per senten-
tiam præjudicare, ut declararunt in Motivis, quæ
Florentiæ sunt pars sententiæ, ut post *Soc. Jun.*
cons. 181. *num.* 89. *lib.* 2., & alios per eum rela-
tos tradit *Magon. decis. Florent.* 133. *num.* 16.

Nec in hoc Motiva sunt contraria sententiæ,
sed cum ea clare concordant, cum sententia alium
non admittat intellectum, si bene ponderetur. Li-
cet enim in sententia fuerit declaratum respectu
intervenientium tantum protestationem afficere,
eosque ob contraventionem potuisse a dicta D. Ca-
tharina inhabilitari, & aliam familiam eligi, non
tamen sequitur, ut respectu non intervenientium
fuerit declaratum contrarium, sed solum quod re-
spectu non intervenientium nihil fuerit declaratum,
& decisum, sed relictum indecisum sub juris di- 13
spositione, sumendo argumentum a contrario sen-
su ad limites verborum ad tradita per *Ossat. de-*
cis. 85. *num.* 14. *Tiber. Decian. resp.* 32. *num* 33.
vers. quinto ergo præter lib. 2. *Thob. Non. cons.* 90.
num. 14. *Honded. cons.* 16. *num.* 60. *lib.* 1., & in 14
sententia *Corn. cons.* 49. *lit. F. num.* 13. *&* 14. *lib.* 2.
Cravett. cons. 320. *in princip. decis. Januen.* 87.
num. 6.

Nicolaus Antellensis.
Lydius Bovarellus Relator.
Valerius Brignosa.
Livius Riccardus.
Antonius Puteus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM

Patet ex Summario.

SUMMARIUM.

1 *SEntentia lata in causa status, scilicet an res sit libera, vel fideicommissaria, facit jus quoad omnes successive vocatos, licet inscios, & non citatos.*
2 *Declara conclusionem procedere quatuor concurrentibus, nempe quod sententia lata sit cum legitimo contradictore, quod reus plene se defendat, quod sit sententia declaratoria, quod non sit lata per collusionem.*
3 *Legitimus contradictor quis dicatur remissive.*
4 *Virilis defensio quando dicatur facta remissive.*
5 *Collusio ex quibus dicatur intercessisse remissive.*
6 *Ex quibus excludatur remissive.*
7 *Alia ad materiam remissive.*

SEntentia lata in causa status, videlicet an res 1
libera sit, vel fideicommissaria facit jus quoad
omnes successive vocatos, licet inscii fuerint, &
non citati, ad vulgatum text. in *l. ingenuum ff.*
de stat. homin., de quo *Sammiat. controv.* 12. *n.* 85.
Torr. var. jur. quæst. tom. 2. *miscell. par.* 1. *qu-* 25.
tit. 12. *num* 10. *Rot. Florent. dec.* 17. *num.* 6. *&*
dec. 69. *num.* 38. *&* 40. inter impress. *cor. me.*

Intellige dummodo hæc quatuor requisita con- 2
currant, primum quod lata fuerit cum legitimo
contradictore, alterum quod reus plene se defen-
dat, tertium quod sit sententia declaratoria, quar-
tum quod non sit lata per collusionem *Bald.* in
eadem *l. ingenuum num.* 4. *versic. hæc sunt vera.*
Mans. consult. 233. *num.* 37. *& consult.* 572. *n.* 10.

Quis dicatur legitimus contradictor *Rot. Flo-* 3
rent. dict. decis. 69. *& decis.* 108. *num.* 14. *& seq.*
coram me, & in Pisana prætensæ Separationis Bo-
norum 28. *Augusti* 1716. *coram Dom. meo Audit.*
Urbani.

Virilis defensio quando dicatur facta, plene 4
Rot. Florent. dict. decis. 69. *num.* 47. *& seqq. co-*
ram me.

Collusio ex quibus conjecturis dicatur inter- 5
cessisse *Urceol. consult. forens. cap.* 65. *num.* 32. *&*
seqq. Rot. post de Luc. lib. 7. *decis.* 42. *per tot. Rot.*
Florent. citat. *decis.* 69. *num.* 46. inter impress.
coram me.

Ex quibus excludatur *Rot. Rom. apud Posth.* 6
de subhast. decis. 191. *num.* 6. *& seqq. & in recent.*
decis. 423. *par.* 18.

Alia

7 Alia de hac materia vide inter *decif.* recollectas per *Palm. Nep. decif.* 360. 361. *&* 362. *Rota Florent.* ſupra *dec.* 34. *num.* 7. *& ſeqq. decif.* 44. *num.* 10. *& ſeqq. num.* 06. *& ſeqq. & num.* 44., ibique in *addit num.* 1. *& ſeqq. & num.* 29., ubi allegatur præſens *decif.*, & plures adducuntur concordantes, *& decif* 65. *ex num.* 14., & in *addit.* ad eamdem *num.* 4., & plene in dict. *Piſana prætenſæ Separationis Bonorum* 08. *Auguſti* 1716. *coram D. meo Audit. Urbani.*

E A D E M

Iisdem die, & Anno.

ARGUMENTUM.

Ex contraventione unius de familia ad Commendam vocari, tota familia privata remanet perpetuo, quando alias teſtatoris diſpoſitio redderetur eluſoria, nec poſt mortem contravenientis admittitur ſequens de eadem familia ſemel privata. Privatio fideicommiſſi, vel Commendæ in certo caſu conferri poteſt in hæredis arbitrium, prout electio alterius familiæ, nec diſpoſitio dicitur captatoria, & de ratione.

SUMMARIUM.

1 *INterpretatio teſtamenti tota pendet a voluntate teſtatoris.*
2 *Voluntas teſtatoris ſervanda eſt, etiamſi conjecturis percipiatur.*
3 *Verba impropriari debent, ut menti ſatisfiat.*
4 *In interpretatione verbi ambigui qualibet etiam levis conjectura ſufficit.*
5 *Ex unius contraventione tota familia privata cenſetur, quando alia inanis, & fruſtratoria redderetur teſtatoris diſpoſitio.*
6 *Etiam in materia pœnali fit extenſio, ne diſpoſitio reddatur eluſoria.*
7 *Quamdiu ſpes eſt, ut ſuccedant vocati in præcedenti gradu, non fit locus ſequentibus ſubſtitutis.*
8 *Subſtitutus non concurrit cum eo, qui priori loco vocatus eſt.*
9 *Secundo loco vocati non poſſunt admitti, niſi primo gradu evacuato.*
10 *Vocati in caſu alienationis ſuccedunt quamdiu vivit alienans, ſed eo defuncto reſtituere tenentur vocatis in caſu mortis.*
11 *Et hæc opinio eſt Florentiæ recepta.*
12 *Procedit in fideicommiſſo, ſecus in Commenda, & de ratione.*
13 *Teſtator mandans erigi Commendam cenſetur velle erigi ſecundum leges, & conſuetudines, quibus Commenda erigi ſolent.*
14 *Qui vult unum, cenſetur omnia velle, quæ ſunt de illius natura.*
15 *Ordinans majoratum cenſetur illum ordinare, juxta leges majoratus.*
16 *Verbum* quelli *referendum eſt ad proxima, & immediata.*
17 *Limita ſi teſtatoris diſpoſitio redderetur eluſoria, tunc enim ad omnia fit relatio.*
18 *Actus humani a voluntate, & poteſtate pendent, & perficiuntur.*
19 *Inſtitutio, ſeu legatum pendens ex voluntate hæredis, vel tertii non valet.*
20 *Prout nec facultas collata in exequutores eligendi alium exequutorem in eorum locum.*
21 *Item ademptio legati collata in arbitrium hæredis non valet.*
22 *Facultas eligendi fideicommiſſarium non reſtricta ad aliquod perſonarum genus eſt nulla.*
Declara ut num. 27.
23 *Declara omnes præcedentes concluſiones procedere, quando diſpoſitio pendet ex alieno arbitrio quoad ſubſtantiam, ſecus ſi quo ad electionem perſonæ, ſeu familiæ.*
24 *Exemplifica ut ibidem, & de ratione nu. ſeq.*
26 *Voluntas nil aliud eſt, quam animæ volens.*
27 *Facultas eligendi perſonam incertam de incertis non valet, quando non ſequuta electione diſpoſitio redderetur inutilis, ſecus ſi adſit perſona, in qua ſubſiſtat diſpoſitio, & quando id contingat, & num.* 30. 30. *&* 34.
28 *Diſpoſitio dicitur captatoria ex qua teſtator ſæpe remanet captus, & deceptus.*
29 *Ideo quando nulla poteſt ſequi captio teſtatoris, diſpoſitio non dicitur captatoria.*
30 *Inſtitutio remiſſa in arbitrium Titii, eo non eligente remanet vacua, vel verificabilis in omnibus hominibus Mundi, & fit inanis, & captatoria.*
31 *Electio perſonæ incertæ de incertis collata in arbitrium boni viri in ſubſidium, hoc eſt Judicis ordinarii, non eſt invalida, vel captatoria, & de ratione.*
33 *Inſtitutio pauperum, quos Titius elegerit, valet, & Titio non eligente verificatur in pauperibus patriæ teſtatoris.*

DECISIO XCV.

TErtius Articulus fuit, an teſtator voluerit ob aliquorum contraventionem totam familiam de Libris poſſe privari, ſeu inhabilem declarari, vel potius eos ſolos, qui contravenirent in moleſtando D. Catharina, fruſtra enim
diſputaretur de poteſtate, niſi voluntas concurre- 1
ret, juxta vulgatum illud, quod univerſa interpretatio teſtamenti pendet a voluntate teſtatoris *l.* 1. *C. de Sacroſanct. Eccleſ.* §. *diſponat authen de nupt.*, quæ ſervanda eſt, etiam ſi conjecturis per-
cipiatur *l. cum proponeretur in fin. & l. qui ſoli-* 2
dum §. 1. *ff. de legat.* 2. *l. cum avus ff. de condit. & demonſtrat. l. licet imperator*, ubi *Bart. ff. de legat* 1. *Viv. decif.* 186. *num.* 6. *& ſeqq.*, & paſ-
ſim Doctores; qui id verum adeo eſſe teſtantur, ut 3
procedat etiam contra expreſſum ſonum verborum, ac ut ſint etiam impropriandа, ut menti teſtatoris deſerviant *l. non aliter in princ.* ubi *gloſſ. Bart. & Doct. ff. de legat.* 3. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 139. *num.* 11., latiſſime *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 5. *per tot.*, qui
num. 2. dicit ſufficere ad hoc veriſimiles conjectu- 4
ras, *& num.* 3., quod in verbis ambiguis quælibet levis conjectura ſufficit.

Ex quo cenſuerunt Domini non eſſe dubitandum hoc caſu de voluntate teſtatoris, quod ſcilicet voluerit, poſſe totam familiam de Libris privari, ſeu inhabilem declarari a D. Catharina ob ſolam moleſtiam aliquorum, ponderando in primis, quod ex tota ſerie teſtamenti comperitur, quod teſtator nil aliud magis ſtuduit in ejus teſtamento, quam providere, ne dicta D. Catharina ejus uxor, quam hæredem univerſalem inſtituerat, a dd. de Libris moleſtaretur, ut videre eſt ex lectura teſtamenti, & præcipue ex legato medietatis prædii cum conditione, ut eam legatarii non moleſtarent, & ex inſtitutione, ſeu diſpoſitione erectionis Commendæ, quam noluit erigi, niſi poſt mortem dictæ D. Catharinæ, cum declaratione, ut ſi dd. de Libris eam moleſtarent, poſſet ipſa D.
Catha-

Catharina eos privare, & aliam familiam eligere;
modo si testator voluisset, ut eos tantum privare
posset, qui ei molestiam inferrent, nihil prorsus
egisset, & vana, ac elusoria esset ejus dispositio;
quia hoc non obstante D. Catharina utique ab
aliquo molestata fuisset., & idem esset quoad D.
Catharinæ inquietudinem, & perturbationem, quod
ab uno tantum litibus vexaretur, & fideicommis-
sum agnosceretur, ac peteretur, ac si ab omnibus,
qui prætendere poterant molestata fuisset; scien-
tes enim DD. de Libris, quod jus ad Commendam
salvum remansisset eorum descendentibus, & con-
sanguineis, ac aliis nascituris in familia de Libris,
facilissimi fuissent ad contraveniendum, & fidei-
commissum petendum, ut experientia ipsa docuit.
Et maxime quia non erat ad Commendam voca-
tus, nisi semper senior de dicta familia post mor-
tem dictorum DD. trium fratrum de Martiis,
qui sunt in florentissima, & admodum juvenili æta-
te, & optima fruuntur valetudine, ita ut qui po-
terant molestare D. Catharinam, uti seniores, non
poterant sperare se dictam Commendam conse-
5 cuturos, ideo ne vana, & elusoria esset testatoris
dispositio, profecto dicendum est, ut testator vo-
luerit ob contraventionem unius, posse totam fa-
miliam privari, seu inhabilitari *l. si Prætor ff. de
judit. l. fin. ff. ne quid in loco public.*, & post *Cra-
vett. Natt. Ruin. Gozzad. & Bert.* per eum rela-
tos tradit *Surd. consil.* 298. *num.* 23. *lib.* 2., ubi
6 quod semper ea sumi debet interpretatio, per
quam actus non reddatur elusorius, & quod potius
sit extensio etiam in materia pœnali, ne disposi-
tio videatur ludibrio facta, *& consil.* 307. *n.* 15.
lib. 3.

Deinde considerando, quod testator non so-
lum dixit, quod in casu contraventionis posset
dicta D. Catharina eos privare, sed etiam aliam
familiam in eorum locum eligere, quod fieri non
posset, si in familia de Libris superesset aliquis
non privatus, seu inhabilitatus, qui posset succe-
7 dere, quia donec spes est succedendi vocatis in præ-
cedenti gradu substitutionis, non potest esse locus
sequentibus substitutionibus, nec per consequens
personis in dd. substitutionibus vocatis *l. peculium
§. fin.*, & ibi *Bart & Doct. ff. de legat.* 2. *Bur-
satt. cons.* 170. *num.* 22. *Peregrin. de fideicommiss.
artic.* 15. *num.* 10. *&* 11., ubi quod substitutus
8 non concurrit cum eo, qui ante eum priori loco
vocatur per text. in *l. cum in testamento §.* 1. *ff.
de hared. instit. & in l. mater §.* 1. *& in l. verbis
civi thu ff de vulg. & pupill.*, & ibi notant *Doct.*
9 Et secundo loco vocati non possunt admitti, nisi
evacuato priori gradu, quia tunc defertur sequenti
*l. si Titius l. cohæredi in princ. ff. de vulgar. &
pupillar. l. quandiu ff. de acquir. hæredit.* cum aliis
concord. ubi supra per *Peregr.* adductis.

Nec obstat, quod nominatio, & electio novæ
familiæ fieri potuisset in præjudicium eorum tan-
tummodo de Libris, qui contravenissent, & non
in præjudicium aliorum, qui non contravenerunt,
adeo ut senior de familia nominata, & electa de-
buisset frui Commenda, donec vixissent seniores
de familia de Libris, qui contravenissent, sed eis
mortuis, & succedentibus aliis de familia de Li-
bris, qui non contravenissent, tunc Commendata-
rii de familia electa & nominata debuissent resti-
tuere Commendam senioribus de Libris, qui D.
10 Catharinam non molestassent; sicuti vocati in casu
alienationis bene succedunt in præjudicium ipsius
contrafacientis quandiu vivit, at non in præjudi-
cium substitutorum in casu mortis, quibus con-
trafaciente defuncto tenentur restituere *Ruin. con-
sil.* 222. *sub num.* 6. *& seqq. per tot. lib.* 2. *Paris.
cons.* 70. *sub num.* 12. *lib.* 3. *Cephal. consil.* 282.
sub n. 29. *Pereg. de fideicom. art.* 14. *sub n.* 44 ubi
de veriori testatur. *Bursatt. consil.* 13. *sub num.* 73.
*Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita in quarta parte
sub num.* 124. *Magnu. decis. Florent.* 16. *sub n.* 9
Hieron. Gabr. cons. 123. *sub num.* 38. *lib.* 1., ac ita
practicatur, & observatur Florentiæ, ut dicebatur 11
per partem adversam ex *Lib. Mot.* 39. *a* 428. *ex
Lib.* 41. *a* 360. *& ex Lib.* 54. *a* 245.

Quia, absque eo, ut id hoc casu ulterius di-
scuteretur, fuit dictum, dispositum in fideicommis- 12
so non applicari ad terminos Commendæ, cum
nullum inconveniens sit, ut quis consequatur fi-
deicommissum pro aliquo certo, seu incerto tem-
pore, & postea teneatur alteri restituere; quod
secus esset in Commendis, quæ dantur in vita E-
quitis, seu Commendatarii, & valde inconveniens
esset, ut Eques, seu Commendatarius privaretur
absque aliquo facto suo Commenda, & forsan non
posset sustinere dignitatem, quam jam esset con-
sequutus, ob quam diversitatis rationem non po-
test a dicto casu ad nostrum inferri vulg *l. Papi-
nianus exuli ff. de minor. Surd. cons.* 150. *num* 94.
lib. 2. Et testator volens erigi Commendam cen- 13
setur voluisse erigi secundum leges, & consuetudi-
nes, quibus Commendæ erigi solent *Bald. in l. si
duo ff. de acquir. hæredit. Bect. cons.* 35. *num.* 11.
Et qui vult unum, censetur omnia velle, que sunt 14
de illius natura *Bart. & Doct. in l.* 2. *ff. de juri-
sdict. omn. judic. in l. gerit*, ubi *Doct. ff de acqui-
rend. hæredit.*, & propterea, qui ordinat majora-
tum, censetur illum ordinare secundum leges ma- 15
joratus, ut post *Molin. in tract. primogen lib.* 1.
cap. 4. *num.* 13. *& seqq.*, tradit *Surd. consil.* 375.
num. 26. *lib.* 3.

Minus obstare visum fuit illud verbum *gli* 16
possi privare, quod si referatur ad proxima, &
immediata, ut referendum esse videtur ad conge-
sta per *Aut. Gabr. in tit. de claus. conclus* 9 n. 11.
& 26. perinde est, ac si dictum esset, quod D.
Catharina posset eos privare, qui eam molestiis af-
ficerent, de quibus immediate loquutus fuerat te-
stator; quia hoc casu relatio non debet fieri ad 17
proxima, & Immediata, & sic ad eos, qui D. Ca-
tharinæ molestiam inferrent, sed ad omnes de fa-
milia, & domo de Libris, quos supra ad Commen
dam vocaverat, adeo ut sensus sit, quod si illi,
qui possent eam molestare, molestassent, vel ali-
quis ex eis illi molestiam inferret, tunc ipsa pos-
set familiam de Libris privare Commenda, & aliam
eligere juxta mentem testatoris, & ne elusoria sit
ejus dispositio, & ut posset deveniri ad subroga-
tionem alterius familiæ, ut per *Honded.* plures alios
adducentem in *cons.* 69 *num.* 42. 43. *&* 44. *lib.* 1.
Surd. cons. 120. *num.* 12. *lib.* 1. *cons.* 160 *num.* 75.
lib. 2. *cons.* 379. *num.* 5. *& cons.* 431. *n.* 65. *&* 66.
lib. 3. *Menoch. cons.* 115. *num.* 14. *lib.* 1. *Seraphin.
decis.* 1500. *num.* 1.

Descendendo a voluntate testatoris ad ejus
potestatem, a quibus duabus omnes actus, & hu-
manæ dispositiones reguntur, & vim, ac effectum
recipere dicuntur, quia ista duo, voluntas scilicet, 18
& potestas omnes actus humanos perficiunt *cap. su-
per inordinata de præben.* ibi, *qui velit, & possit,
Bald.* per illum text. in *l. omne verbum Cod. com-
mun. de legat.* cum aliis adductis per *Decian. in re-
spons.* 5. *num.* 106. *lib.* 2. *Surd. cons.* 305. *num.* 1.
lib. 3. cum concord. Supersunt duo alii articuli
testatoris potestatem respicientes quorum alter,
qui in ordine ad supradictos

Quartus articulus est, an facultas data a te-
statore dictæ D. Catharinæ privandi ob contraven-
tionem dictam familiam de Libris, & aliam eli-
gendi

gendi ad ejus arbitrium, fuerit valida, vel potius nulla, uti in ejus liberam voluntatem collata, uti prima facie videbatur *l. illa institutio* 32. *in prin-*
19 *cip. ff. de hæred. instit.*, qua ratione nedum hæredis institutio, sed nec legatum valet, si ex arbitrio hæredis, vel tertii pendeat *l. nonnumquam* 51. *ff. de condit. & demonstrat. l. utrum §. cum quidam*
20 *ff. de reb. dub.* Et quæcumque alia dispositio in testamento facta non valet, si pendeat ab aliena voluntate, ut de facultate data a testatore Commissariis, seu Executoribus eligendi alium Executorem in sui locum *Bart. in l. quidam relegatus num. 6. ff. de reb. dub.*, & ibidem *Soccin. num. 16. Bald. in l. executorem num. 5. vers. sed numquid possum C. de execut. rei judicat. Roderic. Suarez. in tit. de capt. volunt. num. 9.*

Et satis in terminis, quod sicut datio legati
21 non valet, ita non valeat ademptio, seu privatio, si sit in hæredis, vel tertii voluntatem remissa, probat text in *l. legata inutiliter* 14. *ff. de adim. legat.*, per quem text. ita tradit *Bald. in l. captatorias num. 11. vers. sexto quæritur*, & ibi etiam *Jason* ante *num. 3. vers. eodem modo C. de testam. milit. Gulielm. Benedict. in cap. Raynutius in ver. condidit num 4. extr. de testament. Peregrin. de fideicomm. artic. 33. in fin. num. 73. Bald. in dict. l. executorem num. 6.*, ubi quod sicut testator non potest alteri committere ordinationem testamenti, ita nec ejus rescissionem, vel derogationem.

Sicuti nulla videtur esse facultas eligendi ei
22 data, cum non sit restricta ad aliquod personarum genus, ut in dicta *l. utrum. 8. §. cum quidam ff. de reb. dub. dict. l. illa institutio in princip.*, & ibi *Bart. num. 9. vers. credo quod illa institutio. Roderic. de captat. volunt. num. 14 ad fin. vers. conclusive autem, & num. 15. & 16. Peregrin. dict. art. 33. num. 58.* cum concord.

23 Quibus tamen minime obstantibus, contrarium Domini censuerunt, quia supradicta omnia procedunt, quando institutio, legatum, fideicommissum, vel alia ultima dispositio pendet ex alieno arbitrio quoad substantiam, secus autem quoad electionem personæ, seu familiæ, ut in casu, de quo agitur *gloss. in dict. l. illa institutio. Bart. in dict. l. quidam 6. ante num. 8. vers. sed puta ad-*
24 *vertendum, & num. 8. ff. de reb. dub.*, ubi quod si testator dixerit facio executorem, quem talis nominabit, valet dispositio, quia non substantia, sed nominatio personæ est sibi commissa, & ibidem *Soccin. num. 16. & 18. in 4. conclus. Bald. in l. id quod pauperibus 24. num. 15. vers. modo juxta prædicta quæro C. de Episc. & Cleric.*, ubi reddit ra-
25 tionem, quia hoc casu talis nominator non est causa efficiens, sed causa instrumentalis, sicut pica, & organum, idem *Bald. in l. captatorias num. 7. C. de testam. milit.*, ubi dicit, quod si datur, seu confertur potestas essentiæ non valet, quia impossibile est, ut voluntas Titii sit voluntas mea; nam
26 ut Theologi dicunt, voluntas nil aliud est, quam anima volens, unde sicut anima Titii non est anima mea, sic nec voluntas, secus, inquit, si datur potestas distributionis, vel electionis. *Alexand. cons. 175. num. 5. lib 6.*, ubi quod licet substantia legati non possit conferri in liberam voluntatem hæredis, vel alterius, secus electio personarum legatariorum per multa jura ibi per eum allegata, & juxta text. in dict. *l. utrum §. cum quidam ff. de reb. dub. l. pater in provincia ff. de manumiss. vindicta*, & in his terminis expresse respondit *Dec. cons. 494. sub num. 5. Aucbar. cons. 436. num. 1. Menoch. cons. 408. num. 26. & 27. & n. 56. in fin. lib. 5. Guliel. Benedict. in cap. Raynutius in vers. condidit num. 3. & sub num. 4. Jo. Dilect. de art. testant. in tit. de legat. cautel. 8. num. 4. Ruin. cons. 19. num. 7. lib. 2. Peregrin dict. artic. 33. sub num. 57.*, & alii inferius allegandi.

Quod autem in casu, de quo agitur, non substantia dispositionis, sed sola electio familiæ sit collata in arbitrium dictæ D. Catharinæ, patet ex eo, quia ipsa substantia dispositionis per se permanet absque ullo arbitrio, & voluntate dictæ D. Catharinæ, sed ab ea tantummodo pendet, an Commenda in casu, quo a DD. de Libris molestetur, debeat post mortem dd. trium DD. fratrum de Martiis remanere in ipsa familia de Libris, vel potius in Religione, seu alia familia, quam ipsa nominaret, & eligeret; nec dari potest casus, in quo vana, & inutilis testatoris dispositio remaneat, quia si DD. de Libris dictam D. Catharinam non molestassent in eorum domo, & familia, juxta testatoris dispositionem, Commenda remansisset, pro ut etiam in casu molestiæ, quatenus familia de Libris a D. Catharina privata non esset, vel non esset declarata inhabilis; quatenus autem privata, seu inhabilis declarata fuisset, & alterius familiæ nominatio, seu electio facta non esset, in Religione dicta Commenda remansisset; & quatenus alia familia nominata, & electa fuisset, in ea remansisset; & sic Commenda semper in sui essentia, & substantia permanet absque ullo facto, & opera dictæ D. Catharinæ, & sic non dicitur ab ejus voluntate, seu arbitrio pendere, sed sola, & simplex electio familiæ, quod permittitur ex supradictis, ut bene declarat *Bero. cons. 23. sub n. 28. lib. 2. & sub num. 31.* ubi in *vers. secundo videtur* adducit rationem, quare commissio electionis personæ incertæ de incertis sit captatoria, & non 27
valeat; quia (inquit) non secuta electione dispositio redderetur frustratoria, & sic deceptoria, quia non superesset persona, quæ posset admitti, se ita dicit velle omnes in dicta *l. quidam relegatus, & in d. l. utrum §. cum quidam ff. de rebus dub. & in l. illa institutio, & in l. captatorias ff. de hæred. instit.* subdens *Bero.* ubi supra, quod ubi cessat illa ratio, quia valet, & adest persona, in qua dispositio subsistit, non dicitur captatoria, & invalida, intelligendo de impropria captatoria, ut contingit in casu, de quo agitur, ex supra deductis, & propterea nihil nocebit, quod sit commissa electio familiæ incertæ de omnino incertis, cum non versemur in puro legato, seu fideicommisso, hæreditate, seu alio non valente subsistere absque persona eligenda, adeo ut merito non facta electione, necesse est, ut corruat, & sic in electione stat essentia, & substantia; quia ut dictum est versamur in Commenda, quæ post mortem dictorum trium primo loco vocatorum, nulla alia nominatione, & electione secuta, in ipsa Religione suam existentiam retinuisset, & sic ab electione, & privatione non pendet ejus essentia, & substantia, sed solum an in hac, vel illa familia, seu in Religione deberet subsistere, & permanere, & bene explicat etiam *Cavar. in cap. cum tibi de testament.*, & ante eum *Castrens. in l. captatoria 67. ff. de legat. 2. Soccin. in dict. l. quidam relegatus num. 18. in 4. conclus. ff. de reb. dub. Jas. in dict. l. captatorias sub num. 2. C. de milit. testament.*, ubi quod dispositio dicitur captatoria, quia ex ea 28
testator sæpe remanet captus, idest deceptus, unde infert sub *num. 5.* quod quando non potest 29
sequi captio testatoris, quia etiam non sequuta electione institutio, seu legatum, vel alia dispositio remanet valida in aliis, tunc valet, & non dicitur captatoria, idem ibi *Castrec. num. 1. in fin. & sub num. 3. in fin.*, ubi dicit non valere, & 30
esse captatoriam institutionem hoc modo, instituo illum,

illum, quem Titius voluerit, nominaverit, vel elegerit, quia per indirectum censetur commissa substantia, quia Titio non eligente remanebit institutio vacua, nisi diceremus, quod omnes homines mundi remanerent instituti, quæ institutio diceretur inanis, ut per *gloss. instit. de hæred. instit. in §. unum*, ita etiam declarat *Menoch. in d. cons.* 408. *sub num.* 53., ubi sequitur *Bero.* ut supra citatum, qui in effectu se fundat in hoc, quia in casu suo nullum erat periculum, ut dispositio redderetur inanis, & elusoria, & sequitur *Fachin. contr. jur. lib.* 12. *cap.* 23., ubi ita testatur fuisse a *Rot. Rom.* decisum contra *Paris. cons.* 37. *n.* 73. *& seqq. lib.* 3. cujus fundamentum (ut testatur ubi supra *Fachin.*) consistebat in incertitudine, quæ operabatur, ut si nulla fieret electio a persona nominata, dispositio nullum posset sortiri effectum; quod fundamentum omnino cessat hoc casu, cum Commenda semper remansura fuisset, vel in familia de Libris nulla facta privatione, vel ea privata, in Religione nulla subsequuta electione, & subinde nec *Paris.* hoc casu in contrarium potest citari, cum ut in his terminis impropriæ captatoriæ dispositionis tradit *Bald. cons.* 302. *n.* 5. *lib.* 2. non possit dici captatoria dispositio, quæ non potest deficere a sua substantia.

Et in effectu quando quærunt Doct. an dispo-
31 sitio collata in arbitrium alicujus sit collata quoad substantiam, & propterea dicatur improprie loquendo captatoria, & nulla, quærunt an possit habere effectum, & subsistere etiam absque electione, & declaratione ab illa persona facienda, in cujus voluntatem, & arbitrium fuit collata; & propterea inferunt, quod quando recurri potest ad Judicem, vel alium superiorem pro declaratione facienda, tunc dispositio non dicitur invalida, nec captatoria, etiam si consisteret in electione personæ omnino incertæ de incertis, quia cessat ratio, ob quam vitiatur, ut quando est remissa arbitrio boni viri, quo casu non facta electione, seu declaratione recurritur ad Judicem ordinarium, ut latissime per *Bern. dict. cons.* 23. *num.* 33. *&* 34. *&* 39. *&* 43. *Castrens. in l.* 1 *sub num.* 7. *ff. de legat.* 2. *Menoch. dict. cons* 408. *num.* 18. 19. *&* 20. ubi adducit etiam *Capilist. & Calcan.* quibus addo *Roderic. Suarez de captatur. volunt. num* 17. *vers. fallit secundo. Peregrin. dict. artic.* 33. *sub num.* 65. *vers. item valet relictum. Afflict. decis.* 371. *sub num.* 5. 6. *& seqq. & num.* 8. *Jo. Delect. de art. testand. titul. de legat. caut.* 8. *num.* 3. *Bart. consil.* 168. *num.* 3. *lib.* 1. *Guliel. Benedict. in d. cap. Raynutius sub num.* 3. *vers. concedit. Covarr. dict. cap. cum tibi sub num.* 7. *extr. de testament.* ubi de communi testatur.

Nec obstare visum fuit, quod ex adverso replicabatur, hoc casu substantiam dispositionis consistere in privatione, seu ademptione Commendæ, & nominatione, seu electione alterius familiæ, quia testator non privat, nec adimit, nec aliam nominat familiam in casu molestiæ, sed dat facultatem D. Catharinæ privandi, & eligendi.

32 Quandoquidem id posset procedere, quando, ut supra fuit dictum, ademptione, seu privatione non facta, & nominatione non subsequuta, nemo esset, qui ex voluntate testatoris Commendam retineret, ut loquitur *Bart. in dict. l. quidam ante num.* 8. *versic. sed pata advertendum, & num.* 8. *& Soccin. num.* 16., qui loquuntur de facultate data a testatore nominandi, seu eligendi executorem, qua nominatione non facta, nemo remanet executor, & successive non solum corruit nominatio, seu electio, sed etiam substantia executoris, quod non contingit hoc casu, cum semper remaneat Commenda, juxta intentionem testatoris, sive in domo de Libris, sive in familia eligenda, sive in Religione, ut supra fuit dictum, & patet ex tradit. per *Menoch. dict. cons.* 408. *sub num.* 27., ubi post *Roder. Suar. in tract. de captator. volunt. num.* 14. *vers. conclusive autem*, dicit, quod principalis dispositio, & ejus substantia a testatore fieri debet, ita quod Commissario non eligente, nec declarante, nihilominus dispositio remaneat firma, subdens, quod si testator dixerit, instituo paupe- 33
res, quos Titius elegerit, quo casu institutio, & ejus substantia est certa saltem respectu certi generis personarum, scilicet pauperum, valet, quia non committitur in voluntate alterius, an sit dandum, vel ne, sed cui dandum, vel distribuendum, & tamen certum est, quod electio potest deficere quoad substantiam, cum posset non fieri, sed tamen remanet dispositio valida in pauperibus patriæ ipsius testatoris, ut tradit etiam *Peregr. dict. artic.* 33. *sub num.* 57., & sicuti non refert, quod 34
possit deficere, & corruere nominatio, & electio ex supra deductis, ita nec privatio, nec ademptio, dummodo non corruat dispositio, sed ex voluntate testatoris effectum sortiatur, ex eodem text. in *l. legata inutiliter §. quibus ex causis ff. de adim. legat.* quando enim agitur de arbitrio distributivo, electivo, & declarativo, & non versamur in substantia dispositionis, & facti, aut in facultate disponendi, & in facto ipso, sed in declaratione rei jam perfectæ, quæ potest in alterius voluntatem conferri, tamquam actus jam fuerit perfectus in materia, & in forma, ut hoc casu, in quo jam testator erectionem Commendæ ordinaverat in supradictis tribus fratribus, tunc non est dubitandum de validitate facultatis, privandi, & adimendi, ac aliam familiam eligendi, ut novissime per *Gratian. discept. forens. cap.* 23. *num.* 28. 29. *&* 30. post plures alios per eum relatos.

Nicolaus Antellensis.
Lydius Bonarelius Relator.
Valerius Brignosa.
Livius Riccardus.
Antonius Puteus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Contraventio unius ex pluribus vocatis quando noceat solum contravenienti, & quando etiam ejus filiis. Conditio, quæ dicatur captatoria, & uti talis irritetur, & quæ, & ex quibus verbis dicatur collata in tertii liberam voluntatem, & non valeat, & quæ in arbitrium boni viri, & sustineatur. Item quando favore piæ causæ non corruat, & quando secus. Captatoria dispositio in substitutione adjecta etiam in remotum tempus afficit totam dispositionem, eamque nullam reddit, & quando secus.

SUMMARIUM.

1 *CONtraventione unius ex pluribus ad fideicommissum vocatis, alii privati non remanent.*

2 *Contraventia patris, vel matris non præjudicat filiis post eos jure proprio ad successionem venientibus.*

3 *Fiscus auferens hæreditatem hæredi ob ejus indignitatem tenetur ad fideicommissa, & legata, & de ratione num. seq.*

4 *Culpa suum tenet auctorem, & pœna demerentibus,*

tibus, non autem benemerentibus imponitur.

5 *Limita conclusionem, de qua num. 1. quando constat de voluntate testatoris, quod voluerit ob unius contraventionem privare omnes emolumento hareditatis.*

6 *Et tunc causa privationis non est factum tertii, sed voluntas testatoris, qui tamen suis bonis legem imposuit.*

7 *Talis voluntas elicitur, quando pœna privationis est realis inficiens totam lineam, quo casu filii nati post contraventionem non possunt avocare bona a substituto interim admisso, & de ratione num 9.*

8 *Secus si pœna privationis sit personalis, & de ratione num. 10.*

9 *In ratione privationis realis, & totam lineam inficiente præsumitur testatorem odio habere non tantum contrafacientem, sed & omnes descendentes eadem macula infectos.*

10 *Secus in ratione privationis personalis.*

11 *Exemplum privationis realis, & qua inficit totam lineam.*

12 *Item elicitur voluntas privationis realis, si contraveniens habitus fuit pro mortuo, & perinde ac si sine liberis decessisset cum substitutione alterius, & de ratione.*

13 *Item si testator privationem pluries, & enixe repetiit, & de ratione.*

14 *Dispositio, qua a jure uti captatoria improbatur, illa dicitur, qua fit sub conditione, ut vocatus aliquem, veluti testatorem, aut ejus filium haredem instituerit, aut ei quid legaverit.*

15 *Hinc dicitur captatoria solum illa, qua fit sub conditione futura dispositionis, non praterita.*

16 *Captatoria non est, quando fit in mutua, sed contemporanea dispositione nisi per adjectionem conditionis ratio mutua affectionis exclusa remaneat.*

17 *Sed talis contemporanea dispositio, etiam uno ex disponentibus invito, est revocabilis.*

18 *Exemplifica in duobus fratribus se invicem instituentibus.*

19 *Dispositio, qua in alienam voluntatem simpliciter confertur, licet a jure improbetur, captatoria tamen dici non valet, & de ratione.*

20 *Apud pragmaticos tamen talis dispositio dicitur captatoria.*

21 *Ideo captatoria dicitur dispositio, quando ejus substantia confertur in liberam, & absolutam tertii facultatem.*

22 *Item quando talis facultas conjunctam habet haredis instituti revocationem, & ademptionem hareditatis.*

23 *Contra si non in absolutam tertii voluntatem, sed in limitatum, & regulatum arbitrium dispositio collata sit.*

24 *Supradicta conclusio licet dubitetur, an in dispositione universali locum habeat, in particulari tamen est certissima.*

25 *Dispositio per qua verba dicatur commissa in alterius liberam voluntatem, vel in arbitrium boni viri remissive.*

26 *Verbis de notantibus arbitrium boni viri, si adjecta sint alia denotantia liberum voluntatem, aliqui tenent dispositionem collatam esse in liberam tertii voluntatem.*

27 *Alii contra in arbitrium boni viri.*

28 *Et hac opinio videtur magis communis.*

29 *Captatoria non dicitur dispositio, si in tertii voluntatem non illius substantia, sed exequutio collata sit.*

30 *Substantia dispositionis dicitur collata in tertii arbitrium, quando eidem concessa est facultas nominandi ad hareditatem, vel fideicommissum personam incertam de incertis.*

31 *Secus si talis facultas restringatur ad nominandum incertum de certis, & tunc dicitur collatu simplex exequutio.*

32 *Electio persona incerta de certis tunc commissa dicitur, quando eligendus esset aliquis, in quo plures qualitates concurrere deberent.*

33 *Item quando electio facienda est de certo genere personarum, puta agnatorum testatoris.*

34 *Electio certorum in magno numero, puta unius Florentini, se habet, ac si eligi deberent incerti de incertis.*

35 *Electio quando facta est, curandum non est, an fit demandata de incertis de certis, aut de incertis de incertis, nam semper sustinebitur, & de ratione.*

36 *Contrarium verius, & de ratione.*

37 *Dispositio commissa alterius libera voluntati favore pia causa substinetur.*

38 *Secus si facta sit spe vicissitudinaria institutionis, & de ratione num. seq.*

39 *Ratio est, quia dispositiones omnes ita captatoria, etiamsi privilegiatissima, veluti dispositio militis, sunt a jure improbata.*

40 *Item non valet captatoria dispositio favore pia causa, quando non ipse testator disponit in piam causam, sed commissarius, cujus libera voluntati dispositio commissa est, commissionem suam explicat favore pia causa.*

41 *Dispositio quando est captatoria semper est nulla, & invalida, sive respiciat favorem disponentis, sive alterius tertia persona.*

42 *Amplia etiamsi conditio captatoria non respiciat institutionem, sed solam substitutionem in tempus remotum ordinatam, adhuc enim totam dispositionem reddit nullam.*

43 *Declara primo quando tota dispositio tam in institutione, quam in substitutione facta tendit ad captandum.*

44 *Declara secundo idem procedere, si conditio reddens substitutionem captatoriam apposita sit post omnes substitutiones sub eadem periodo, & oratione, & per modum unius.*

45 *Conditio captatoria si sit in parte hareditatis, nullitas dispositionis non cadit in tota hareditate, sed solum in ea parte.*

46 *Dispositio cum est captatoria adeo nulla est, ut omnino corruat, nec substineri possit illo etiam modo, quo valere posset, & de ratione num. seqq.*

47 *Dispositio hujusmodi ut irritetur, semper capienda est interpretatio.*

48 *De aliis quæstionibus ad materiam remissive.*

Examinatur in hac, & in sequenti decisione, an & quando vocatis pluribus ad fideicommissum, per unius contraventionem omnes alii privati remaneant.

Ad num 3. & seqq.

IN hoc articulo statuitur regula negativa de- 1
prompta ex celebri tex in *l. pater familias* 44. *ff. de hared. instit.*, quod scilicet ex contraventione unius innocens emolumento privari non debeat, & hanc regulam firmat *Saminiat. contr.* 121. *n.* 1., & alii plures, quos refert, & sequitur *Rot. Florentin.* inter recollect. per *Palm. Nep. decis.* 457. *num.* 65. *Rot. Rom. decis.* 86. *num.* 44. *decis.* 208. *num.* 5. *& decis.* 293. *num.* 1. *par.* 6. *recent.*, & alii omnes inferius recensendi.

Hinc promanant duo receptissime illæ con- 2
clusiones: primo scilicet, quod regulariter loquendo de con-

do contraventio matris, vel patris non præjudicat filiis post eos ad successionem jure proprio venientibus *Peregrin. de fideicomm. art.* 18. *num.* 29. *Fusar. de substitut. quæst.* 575. *a num.* 1. *ad num.* 16. ubi per plures casus ita concludit, *de Luc. de donat. dist.* 9. *num.* 5 alter *de Luc de lin. legal. artic* 9. *num.* 34. *Molin de primogenit. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 58. *Fontanel. decis. Senat. Cathal. decis.* 368. *num.* 3. & 11. *Rot. Lucen* inter recollect. per *Palm. Nep. decis.* 105. *num.* 5. *Rot Rom.* penes *Alloisu. resolut.* 120. *num.* 72. *coram Emer. Jun. decis.* 403. *sub num.* 3 & *in Mantiss. ad de Luc. de fideicomm. decis.* 85. *num.* 63., ubi plurimi concord.

3 Secunda est, quod quando ob indignitatem hæredis Fiscus ei hæreditatem aufert, non tamen privati remanent legatarii, & fideicommissarii, sed Fiscus ad fideicommissa, & legata tenetur *l. Papinianus §. meminisse ff. de inoff. testam. l. cum tacitam ff. de jur. fisc. l. etiam* 3. *C. ad l. falcid. Peregrin. de jur. fisc. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 22. & *de fideicomm. artic.* 2. *num.* 25. *Fachin. controv. jur. lib.* 6. *cap* 22. *lit.* B. *Cancer. var. par.* 1. *cap.* 6. *num.* 13. *guir. de tacit. oner & condit. repetit. cap.* 2. §. 10. *num.* 24.

4 Cujus rei ea ratio redditur, quia culpa suos tenet auctores, & pœna demerentibus, non autem benemerentibus imponitur *l. sancimus C. de pœn.*, nec pœna datur sine culpa *l. aliud est fraus ff. de verbor. significat.*, nec alteri per alterum debet iniqua conditio inferri *l. non debet alteri ff. de regul. jur.*, quas rationes in specie adducunt Doctores supra laudati.

5 Cæterum si testatoris voluntas appareat omnes ob unius contraventionem emolumento privandi, tunc talis voluntas est omnino servanda, ut sit *Fusar de substitut. quæst.* 575. *num.* 12., quia id
6 posse fieri non ambigitur, ut dicemus infra in *addit. ad seq. decis.*, & hoc casu non factum tertii, sed voluntas testatoris, qui talem suis bonis legem imponit, est causa privationis *Rot. coram Caprar. decis.* 487. *num.* 4.

7 Solemne argumentum, ex quo hujusmodi voluntas elicitur, illud est, si testator privationem, seu caducitatem, & inhabilitationem in casu contraventionis adjecit non mere personalem, sed realem, & inficientem totam, puta, lineam, seu descendentiam contravenientis, hoc enim casu filii etiam nati post contraventionem a relicto excludentur, & si interim admissus fuerit substitutus, non poterunt ab eo bona amplius avocare *Cresp. de Valdaur. par.* 1. *observat.* 22. *num.* 72. *Rox. de incompatibil. par.* 7. *cap* 6. *num.* 31. *Carol. Anton. de Luc. de lin. legal. lib.* 1. *artic.* 9. *num.* 35. & *seqq.* & *lib.* 2. *art.* 76. *num.* 10. *Rot. coram Caprar. decis.* 487. *num.* 3. repetit. penes *Balducc decis. & rei judicat. tit.* 3. *de legat. decis.* 15. *n.* 5., & distinguendo firmavit eadem *Rot.* in illa celebri *Bononien. Primogenitura de Luparis coram Emerix Jun. decis.* 403. *num* 5 repetit. apud *Palm. Nep. alleg.* 129. *num.* 4 & *coram Vicecomit. apud eund. alleg.* 130. *num.* 15 cum utrobiq. concord.

8 Econverso autem, si privatio a voluntate defuncti inducta sit in his, quæ personæ adhærent, tunc pœna privationis personam contrafacientis non egreditur, ut distinguunt supra relati, & præ cæteris *Cresp. de Valdaur.* loc. cit. *num.* 73. *Pegas. resolut. forens. cap.* 4. *num.* 96. & *seqq. Torr. de majorat. par.* 2. *quæst.* 4. *num.* 16.

9 Ratio autem hujusce diversitatis est, quia in casu, quo quis contra voluntatem defuncti aliquid faciat, quod non tantum ejus personam, sed lineam totam inficiat, uti esset contractus matrimonii ignobilis, vel impuri in primogeniis, in quibus hæc solent prohiberi, præsumitur testator non solum contravenientis personam, sed & omnes alios ab eo uti a radice infecta descendentes, & eadem macula infectos odio habere, ut per text. in *l. final. C. de legit. hæred.*, firmat *Cresp.* loc. citat. *num.* 72. & *num.* 80.

Quod non præsumitur in casu prohibitionis 10
personæ cohærentis, & subsequutæ contraventionis pariter personalis, quia nulla odii causa ad filios, & descendentes derivat; fortius vero, si ageretur de transversalibus, qui nihil ab antecedentibus accipiunt, nec eis potest aliquid imputari *Cresp.* dict. loc. *num.* 75. & *sub n.* 80.

Exemplum hujusce privationis totam lineam 11
comprehendentis, ac inficientis habetur in illa *Faven. Primogenitura coram Caprar. dec.* 487. *sub num.* 5. & *seqq.*, ubi testator privaverat primum vocatum in casu cujusdam contrafactionis, & voluerat, quod decaderet ab omni commodo primogenituræ, ac si fuisset naturaliter mortuus sine liberis, ex quibus Rota firmat totam ejus lineam privatam intelligi, dum ejusdem lineæ de tempore contraventionis existentiam testator consideravit, & eam declaravit tamquam non existentem.

Præterea ibi quoque consideratum fuit, quod 12
sequuta contraventione, & sic incursa pœna per contravenientem, perinde ac si, ut diximus, contraveniens sine liberis decessisset, idem testator ulterius progrediendo substituit illum, qui alias vigore testamenti successurus fuisset, si contraveniens sine liberis decessisset; quare si iste expressa vocatus admitti debet, prout vere debet, non solum pater, sed tota ejus linea, & descendentia censebitur exclusa; & hoc, præter decisionem laudatam, firmant *Torr. de majorat. par.* 2. *quæst.* 53. *sub num.* 73. *vers. quando vero. Pegas resolut. forens. cap.* 4. *num.* 131. & *seqq.*, & alii plures in dict. *decis.* cumulati *num.* 8. 13. & 14.

Quod, & fortius procederet, si privationem 13
testator pluries, anxieque repetiisset, quia tunc demonstrasset sibi adeo exosam fuisse futuram possibilem contraventionem, ut in hoc casu pœnam privationis injungere voluerit toti lineæ contravenienti, ad hoc ut successor pro tempore adeo gravi pœna perterritus fortiori stimulo alliceretur ad observandum præceptum sibi injunctum, sciens se in casu contrario totam propriam posteritatem privaturum, ut ex *Cephal. cons.* 243. *n.* 19 firmat *dict. decis. coram Caprar. num.* 9. & *seqq.*, ubi alia ad materiam.

Ad num. 18. & *seqq.*

Dispositio, quæ a jure ut captatoria impro- 14
batur, ea proprie dicitur, quæ fit sub conditione si vocatus aliquem, puta, testatorem, vel ejus filium, vel etiam alium, quem expresserit, hæredem instituerit, aut quid ei legaverit, ita ex *l.* 1. *in fin. ff. de his, quæ pro non scriptis habentur*, & ex *l. illa autem* 71. §. *sed illud ff. de hæred. institut.* firmant *Sarmient selectar. interpret. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. *Fusar. de substitut. quæst.* 503 *num.* 1. & 4. *Rodulphin. allegat.* 19 *num.* 4. *Peregrin. de fideicommiss. art.* 33. *num.* 60. *Duran. de condit. & mod. impossib. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. *Schard. lexic. jur. verb. captatoria in princip. Crass.* § *institutio qu.* 18. *sub num.* 2. *Mart. de success. legal. part.* 4 *qu.* 11. *art.* 2. *num.* 1. & 2. *Bellon. de jur. accresc. cap.* 7. *quæst.* 23. *num.* 22. & 23. *Torr. de pact. futur. success. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 5. 6. 8. 15. & *seqq* & *variar. jur. quæst. tom.* 3. *tit.* 17. *num.* 6. *fol.* 620. *Surd. decis.* 98. *num.* 6. *Rot. decis.* 350. *num.* 12. *par.* 6. *recent. post Salgad. Labyr. credit. dec.* 100. *sub num.* 12. *coram Seraphin. dec.* 359. *n.* 11.

Hinc intelligimus eas dici captatorias dispo- 15
sitio-

fitiones, quæ fiunt sub conditione futuræ dispositionis, nam quæ in præteritum concipiuntur, veluti; *qua ex parte Titius me haredem instituit, ex ea parte Titius hæres esto*, ut est casus in *l. 2. l. si hoc articulo 29. & d. l. illa autem 71. in princ. ff. de hared. instit.* vel *si Titius me hæredem instituit, aut quid mihi legavit, Mavius hæres esto*, ut in *l. Mulier 20. §. ult. ff. de condit. instit.*, non possunt dici captatoriæ *dict. l. illa autem in princip.* cum per eas nulla a testatore captetur dispositio, ita ratiocinantur idem *Bellon*, loc. cit. *num. 24. & seqq. Fusar. de substitut. quæst. 503. num. 31. Peregrin. de fideicomm. dict. artic. 33. num. 61. Sibard. lexit. jur. verb. captatoria ad med. Barr. de success. lib. 2. tit. 5. num. 7. Duran. dict. cap. 5. num. 20. Torr. var. jur. quæst. tom. 1. tit. 3. quæst. 17. n. 8. & 9. pag. 620. & de pact. futur. success. lib. 3. cap. 6 num. 20. Surd. decis. 98. num. 6.*, & ibi *Hodiern. num. 10. & seqq. Rot. coram Danozzet. Sen. decis. 296. num. 7. 11. & per tot. coram Seraphin. dict. decis. 359. num. 4.*

16 Quod etiam militat in mutua quidem, sed contemporanea substitutione, puta quando duo se ad invicem in eodem testamento instituunt, nam tunc potius mutuæ affectionis ratione, quam animo captandi dispositio facta censetur, nisi per adjectionem conditionis mutuæ affectionis ratio exclusa remaneat *Mans. consult. 635. num. 3. tom. 7. Bellon. de jur. accrescen. cap. 7. quæst 23. num. 31. Sebettin. de pact. futur. success. par. 2. sect. 1. §. 2. quæst. 4. num. 66. Torr. var. jur. quæst. tom. 1. tit. 3. dict. quæst. 17. num. 7. & sub num. 9. fol. 620. & de pact. futur. success. tit. 3. cap. 6. num. 34.*, ubi innumeri concordantes, plene *Rot. coram Dunoz. Sen. decis. 296. num. 1. & per tot.*

17 Sed non obstante validitate prædicta potest unus ex disponentibus testamentum revocare, etiam altero invito, quia cum testamentum condendo ambo sciverint actum a se gestum esse revocabilem, censentur accommodasse propriam intentionem ad naturam ejusdem actus omnino, & semper revocabilis, istoque modo, & sub hac conditione se invicem, & vicissim instituere, ideoque nulla in his terminis considerari potest deceptio disponentium, cum omnia ab eorum præsumpta voluntate proveniant *Azeved cons. 3. per tot.*, ubi de simultaneo testamento facto favore piæ causæ. *Gratian. discept.*
18 *508. num. 1. & plur. seqq.*, ubi de duobus fratribus sese invicem instituentibus una simul cum eorum filiis pro agnationis conservatione, *de Luc. ad eum num. 6. & seqq.* bene *Mans. consult. 635. num. 4. & seqq. tom. 7.*, ubi articulum ex professo disputat. *Sebettin. de pact. futur. success. par. 1. sect. 1. §. 2. quæst. 4. num. 66. Rot. Roman. in recent. decis. 279. num 2 par. 4.*

19 Hinc etiam patet eas dispositiones, quæ simpliciter conferuntur in alienam voluntatem, esse quidem a jure improbatas, sed si proprie loqui velimus, captatorias dici non posse, puta quando testator dixit instituo Titium, si Cajus voluerit; cum enim per hanc dispositionem non captetur aliena dispositio, ista captatoria dici non potest, ita concludunt *Alciat. lib. 2. parerg. cap. 31. Sarmient. selectar. interpret. cap. 5. num. 1. Connan. commeat. jur. civil. cap. 6. num. 5. lib. Cujac. observ. lib 6. cap. 11. & ad Papinian. lib. 6. respons. ad l. captatorias 70. ff. de hæred. instit. Coras. lib. 5. miscellan. cap. 13. Duran. de condit. & mod. impossib. par. 3. cap. 5. n. 3. Mart. de success. legal. par. 4. quæst. 11. articul. 2. num. 4. & seqq. Bellon. de jur. accrescend. d. cap. 7. dict. quæst. 23. num. 13. & plur. seqq.*, ubi plures rationes adducit, *& num. 20. & 21.*, ubi ad contraria respondet. *Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 6. num. 10. & seqq. Hodiern. ad Surd. dict. decis. 98. num. 2. & seqq. Rot. decis. 542. n. 8. p. 1. divers.* repetit, *coram Seraphin. decis. 359.*

Verum quia inter pragmaticos invaluit opinio 20
etiam hujusmodi dispositiones captatorias appellandi, idem profecto & a nobis faciendum, qui forensia tractamus.

Captatorium igitur, & ne tale a jure improba- 21
tum, etiam illud definimus, per quod substantia dispositionis confertur in liberam, & absolutam tertii voluntatem, ita per text. in d. *l. captatorias 70. ff. de hared. instit.* firmant *Balduct. ad Ramon. consil. 67. sub num. 22. Cyriac. controv. 148. num. 6. de Marin. quotid. resolut. lib. 2. cap. 224. num. 2. & 3. Simon de Prat de interpret. ultim. voluntat. lib. 2. dubit. 1. solut. 3. num. 3. Crass. de success. §. institutio quæst. 128 num. 2. Fusar. de substit. qu. 503. num. 50. Torr. de pact. futur. success. dict. lib. 3. cap. 6. num. 49. & 90. Camareil. de legat. lib. 11. cap. 3. num. 3. fol 710. Rot. post Salgad. Labyrint. credit. decis. 100. sub num. 12. in recent. decis. 350. num. 4. & 11. par. 6. & dec. 386. n 6. par. 19.*

Idemque si hujusmodi facultas conjunctam habeat hæredis instituti revocationem, & ademptio- 22
nem hæreditatis, quod hæc alterius liberæ voluntati instituti hæredis revocatio, ac hæreditatis ademptio submissa improbetur *Balduct. ad Ramon. observ. 78. cap. 1. per tot.*

Cæterum si non in absolutam tertii volunta- 23
tem, sed in limitatum, & regulatum arbitrium sit collata dispositio, tunc manifestissimi juris est eam captatoriam dici non posse *Actalin. resol. 6. n. 31. Duran. de condit. & mod. impossib. par. 3. cap. 4 sub num. 4. vers. communi tamen. Cancer. var. resolut. par. 3. cap. 20. num. 95. Torr. de pact. futur. success. dict. lib. 3. cap. 6. num. 95. Rot. dec. 698. n. 2. par. 1. recent. coram Coccin. decis. 2000. num. 10. Cavaler. decis. 374. num. 1.*

Hæc tamen conclusio dubium est, an locum ha- 24
beat in dispositione universali [licet in particulari sit certissimum] per ea, quæ notant *Sarmient. select. interpret. cap. 6. num. 4.* cum aliis pluribus relatis ab *Altogr. Jun. contr. 43. num. 10.*

Quando autem, & per quæ verba dicatur com- 25
missa dispositio in alterius liberam voluntatem, vel in arbitrium boni viri videndus *Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 7. & 8. per tot.*, ubi latissime materiam examinat, & videndus quoque *de Luc. de fideicomm. disc. 58. num. 4.* cum aliis DD. supra recensitis, & inferius recensendis.

Sed quæstio est, an quando verbis denotantibus 26
arbitrium boni viri, puta *videbitur*, vel *placebit*, adjecta sunt verba liberam voluntatem denotantia, quia verbi gratia sit dictum *libere videbitur*, vel *libere placebit*, an tunc dicatur dispositio commissa in arbitrium, an vero in liberam voluntatem?

Et pro libera voluntate tenet *Gratian. discept. forens. cap. 23. num. 9. & 10.*, ubi concordantes, & videtur sentire *de Luc. de fideicommiss. disc. 58. num. 4.*

Econtra pro arbitrio boni viri sentiunt *Abb.* 27
in cap. Quintavallis num. 32. in fin. versic. venio ad secundum. Surd. cons. 380. num 28. & seqq. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 7. n. 15. 17. & 41. Ciarlin. controv. 25. num. 17. Palm. Nep. allegat. 126. num. 23. & 24. Rot. decis. 640. num. 22. part. 1. divers., & hæc opinio videtur magis communis. 28

Præterea neque dispositio diceretur captatoria,
si in tertii voluntatem collata non foret substantia 29
dispositionis, sed tantum illius exequutio *Balduct. ad Ramon. cons. 67. num. 26. & 27. Cyriac. contr. 548. num. 4. & 5. Mans. consult. 428. num. 9. & seqq. Palm. Nep. alleg. 208. num. 26. de Marin. resolut.*

*quotidi...a. lib. 2. cap. 221. num. 3. Peregrin. de fi-
deicomm. art 33. num. 57. Mart. de success. legal. ar-
tic. 2. quæst. 11. num. 7. Torr. de pact. futur. suc-
cess. lib. 3. cap. 6. num. 70. & var. jur. quæst. lib 2.
miscell. par. 1. quæst. 29. tit. 12. num. 97. fol. 551.
Rot. in recent. decis. 386 num. 12. part. 19. corum
Seraphin. decis. 1219. num. 2. & 3. coram Danozz.
Jan. decis. 1006. num. 22.*

Dubitatur autem, an substantia dispositionis,
30 vel potius exequutio in tertii arbitrium collata di-
catur, quando testator concedit alicui facultatem
eligendi, vel nominandi successorem ad hæredita-
tem, vel fideicommissum; & in hac quæstione re-
cepta est distinctio, quod aut facultas nominandi
respicit personam incertam de incertis, & tunc
collata censetur substantia dispositionis, & non va-
31 let; aut respicit personam incertam de certis, &
tunc collata censetur simplex exequutio, & dispo-
sitio non dicitur captatoria *Balducc. ad Ramon. con-
sil. 67. ex num. 22 ad 31. Peregrin. de fideicommis.
art. 33. num. 57. Fusar de substit. quæst. 503. n 67.
Crass. de success. § institutio quæst. 18. num. 4. &
seq. Durun. de condit. & mod. impossib. par. 3. cap. 4.
num. 22. & 24. Mart. de success. legal. part. 4.
quæst. 11. art. 2. num. 4. 5. & 6. Cancer. var. re-
solut. par. 3. cap. 20. num. 92. & seqq. Torr. de pact.
futur. success. lib. 3. cap. 6. num 67. & de majorat.
tom. 1. cap. 27. num. 5. & 6. fol. 172. Franc. Palm.
consult. 30. num. 6. Cyriac. controv. 548. num. 4.
& 20. & controv. 611. num. 19. & seqq. de Marin.
resolut. quotid. cap. 221. num. 2. & 3. lib. 2. Alto-
grad. controv. 43. num. 3. Fatinell. respons. 90.
num. 8. Hodiern. ad Surd. dict. decis. 98. num. 16. &
seqq. Rot. corum Seraphin. decis. 1219. num. 2. in re-
cent. decis. 568. num 15. & 16. part. 5. decis. 38.
num 19. part. 6. coram Emer. Jun decis. 980. n. 8.*
quæ emanavit conformis responso *Fatinell.* supra
allegato, ut ipse in fine dict. *respons.* testatur.

32 Electio autem personæ incertæ de certis tunc
diceretur commissa, quando eligendus esset aliquis,
in quo plures qualitates concorrere deberent *Bero.
cons 23. num. 3 lib 2. Peregrin. de fideicomm. ar-
tic. 33. sub num. 57. vers. nam testatores, de Luc.
dict. tract. disc. 61. sub num. 3. vers. quoniam, &
num. 6. Rot. corum Danoz. Jun. dec. 1006. n. 21.*

33 Item quando testator dixit *instituo unum ex a-
gnatis meis, quem Titius nominaverit*, & his similia,
tunc enim licet eligendus sit incertus, tamen est cer-
tum genus personarum, de quo est facienda electio
*de Marin. dict. lib. 2. cap. 221. sub num. 2. Crass.
dict. §. institutio dict. quæst. 18. num. 6. Durun. de
condit. & mod. impossib. dict. par. 3. cap. 4. sub n. 24.
Torr. de pact. futur. success. lib. 3. cap. 6. num. 68.*
cum aliis supra relatis.

Tandem pro coronide hujusce disputationis
34 duo sunt adnotanda; primum est, quod quando
numerus certorum est valde magnus, veluti si es-
set relictum uni Florentino eligendo per Titium,
hoc casu ista certitudo non attenditur, sed idem
est, ac si eligi deberent incerti de incertis, & di-
spositio non valet *Peregrin. de fideicommiss. art. 33.
num 57 in fin. Durun. de condit. & mod. impossib.
dict. par. 3. cap. 4 sub num. 24. Cancer. var. reso-
lut. part. 3. cap. 20. num. 93. in fin. Hodiern. ad
Surd. dict. decis. 98. num. 21. Rot. corum Danozzet.
Jun: dict. decis. 1006. num. 21. in fin.*

35 Alterum, quod quando electio est jam facta,
tunc non est constituenda differentia inter incertum
de incertis, & incertum de certis, sed electio sem-
per substinebitur, quia cessat principalis ratio, ob
quam dispositiones hujusmodi improbantur, scili-
cet quod non sequuta electione dispositio reddere-
tur frustratoria, & sic deceptoria, ex quo nulla
superesset persona, quæ posset admitti *Bero. con-
sil. 23. sub num. 3. vers. secundo lib. 2. Menoch. con-
sil. 408. num. 5. vers. quarto admisso. Altogr. Jun.
controv. 43. num. 12. & 13. Rot. coram Danoz. Jun.
decis. 1006. num. final.*, contrarium tamen, & me- 36
lius tenuit *Torr. de pact. futur. success. dict. lib. 3.
cap. 6. num. 77.* cujus opinioni in contingentia est
adhærendum, quod ab initio est nullum, cum nun-
quam possit tractu temporis convalescere, argum. *l. 1.
ff. de reg. Caton.*

Succedit modo altera quæstio, an dispositio
captatoria valeat favore piæ causæ, pro cujus re-
solutione sunt aliqui casus distinguendi.

Primus est, quando dispositio est captatoria, 37
quia commissa alterius liberæ voluntati, & tunc fa-
vore piæ causæ valebit *cap. cum tibi de testament.
Balducc. ad Ramon. cons. 67. num 23. & seqq. Palm.
Nep. alleg. 128. num. 21. & seqq. Tranchedin. con-
sult. 17. num. 43. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. ar-
tic. 33. num. 66. Cancer. var. resolut. lib. 3. cap. 10.
num. 83. Clar. receptar. sentent. § testamentum n. 5.
vers. quarto. Gabriel. commun. conclus. lib. 6. tit. de
pia caus. concl. 3. num. 1. & seqq. Rubens pract. re-
solut. cap. 50. num. 51. & 52. Calvin. de aquis. lib. 1.
cap. 8. per tot. Duran. de condit. & mod impossib.
par. 3. cap. 5. num. 4. & seqq. Leoncill. de privil.
pauper. par. 2. privil. 42. num. 2. de Luc. de te-
stament. disc. 47. num. 2. & 3. Torr. de pact. futur.
success. lib. 3. cap. 6. num. 144. & plurib. seqq. &
variar. jur. quæst. lib. 2. miscellan. par. 1. quæst. 19.
tit. 12. num. 107. fol. 552.*

Secundus casus est, quando dispositio est ca- 38
ptatoria, quia facta sub spe vicissitudinariæ institu-
tionis, & tunc neque valet favore piæ causæ *Co-
varruv. in cap. cum tibi de testamen. Torr. de pact.
futur. success. lib. 3. cap. 6. n. 148. & 149.*

Et ratio ea est, quia omnes dispositiones, quæ 39
hoc modo sunt captatoriæ, veniunt improbatæ, etiam
si sint privilegiatissimæ, ut de testamento militis
est text. in *l. captatorias C. de testam. milit. Torr.
de pact. futur. success.* loc. citat.

Tertius demum casus est, quando non testa- 40
tor ipse disponit ad piam causam, sed commissa-
rius, cujus liberæ voluntati dispositio commissa est,
explicat commissionem suam favore piæ causæ, &
hoc casu pariter dispositio non valet *Covarruv. in
dict. cap. cum tibi num. 10. Corn. cons 156. num. 6.
Surd. cons. 380. num. 45. Peregrin. de fideicommiss.
artic. 33. num. 66. vers. ubi autem testatur. Crass.
de success. §. institutio quæst. 18. num. 7. in fin. Torr.
de pact. futur. success.* loc. citat. *num. 154. de Ma-
rin. quotid. resolut. lib. 2. cap. 222. num. 4. & 5.
Andreol. controv. 504. num. 16. Trentacinq. var. re-
solut. lib. 1. tit. de pia causa resol. 1. n. 8.*

In casibus autem, in quibus dispositio est ca- 41
ptatoria, nulla, & invalida est, sive dispositio ca-
ptatoria respiciat favorem disponentis, sive alte-
rius tertiæ personæ *Torr. variar. jur. quæst. tom. 1.
tit. 3. quæst. 17. num. 10. fol. 621. Rot. post de Luc.
de testam.* sæpecit. *decis. 15. num. 13.*

Et si conditio captatoria non respiciat institu- 42
tionem, sed solam substitutionem in tempus remo-
tum ordinatam, totam dispositionem nullam reddit
Rot. post de Luc. de testam. decis. 15. n. 8.

Declara hoc procedere, quando tota dispositio 41
tam in institutione, quam in substitutione facta tendit
ad captandum *Rot. post de Luc. de test. dec. 15. n. 10.*

Declara secundo hoc locum habere, si condi-
tio reddens substitutionem captatoriam apposita sit 44
post omnes substitutiones sub eadem oratione, &
periodo, & per modum unius *Rot. post de Luc. de
testament. dict. decis. 15 num. 7. Rot. Florent. dict.
decis. 13. num. 24. & seqq. coram me.*

Quod

45 Quod fi captata non fit tota hæreditas fed folum illius pars, nollitas difpofitionis cadit folum in ea parte *Rot. poft de Luc. de teftam.* citat. *decif.* 15. *num.* 11. *&* 12.

46 Quoties autem difpofitio captatoria eft, illa eft adeo nulla, ut omnino corruat, nec fubftineri poffit etiam eo modo, quo valere, & fubfiftere potuiffet *Handed. confil.* 69. *num.* 66. *vol.* 2. *Cyriac. controv.* 621. *num.* 23.

47 Cum omnis femper capienda fit interpretatio, ut captatoria difpofitio irritetur *Rot. poft de Luc. de teftam. dict. decif.* 15. *num.* 14.

48 Plures aliæ quæftiones examinandæ fupereffent circa hunc materiam, fed ne actum agamus, remittimos Lectorem ad DD. fupracitatos, & præfertim ad *Fufar. quæft.* 503. *per tot. & Torr. de pact. futur. fucceff. lib.* 3. *cap.* 6. *per tot. & variar. jur. quæft. tom.* 1. *tit.* 3. *quæft.* 17. *n.* 6. *& feq. fol.* 620. *Schettin. de pact. futur. fucceff. par.* 1. *fect.* 1. §. 2. *quæft.* 4. *num.* 65. *& feqq. Rot. Florentia. decif.* 13. *num.* 1. *& feqq. coram me. Rot. Rom. poft de Luc. de teftament. dict. decif.* 15.

E A D E M

Iisdem die, & Anno.

A R G U M E N T U M.

Teftator poteft difponere, ut in cafu contraventionis onius, omnes de familia priventur, & valet hujufmodi difpofitio quando eft conditionalis, non autem pœnalis, & onde arguatur potius conditio, quam pœna. Electio perfonæ incertæ de incertis non eft captatoria, quando non fequota electione difpofitio qooad fubftantiam fubftinetur, vel recurri debet ad arbitrium boni viri, hoc eft Judicis ordinarii. Verbum *privare* quid importet, & an id, quod non valet, ot pœna, valere poffit uti voluntas teftatoris, maxime ftante claufula -- *omni meliori modo*.

S U M M A R I U M.

1 *Pœnam nemo pati debet ex facto alterius, illa enim fuos authores trafgredi non debet.*

2 *Teftator privare nequit aliquem re illi relicta ex culpa, & facto alterius.*

3 *Maxime tum res fuit purè relicta, & ademptio eft conditionalis.*

4 *Pure relicta cenfetur cum in aliquo cafu facta eft privatio, quia ifta præfupponit habitum, quem excludit conditio, quæ nihil ponit in effe.*

Declara ut num. 23.

5 *Difpofitio pœnalis dicitur, non conditionalis, quando præcedit aliquod præceptum teftatoris, & unde refultet præceptum num.* 6.

7 *Item quando præcedit fimplex difpofitio, & fubfequitur ademptio conditionalis conditione poteftativa, quæ continet juffum teftatoris.*

8 *Limita conclufionem, de qua fupra num.* 1. *&* 2. *quando fumus in relicto fub conditione, non autem puro, & pœnali, & de ratione n.* 15.

9 *Ademptum fub conditione, cenfetur fub contraria conditione datum, & fic utrumque dicitur conditionale, & num.* 16.

10 *Contrarium firmat* Peregrin.

11 *Diftingue, ut prima opinio procedat in conditione fufpenfiva, fecunda vero in conditione refolutiva.*

12 *De natura conditionis fufpenfivæ eft impedire ab initio acquifitionem, & actionis ortum.*

13 *Conditionalis femper dicitur difpofitio, quando adimplementum præcedere debet confequutionem relicti, & num.* 21.

14 *Amplia etiamfi verba, & dictiones modum importarent.*

17 *Præceptum de non moleftando factum diverfis perfonis fuper diverfa re, & in feparata oratione, non cenfetur in alia difpofitione repetitum.*

18 *Maxime ad effectum difpofitionis pœnalis.*

19 *Amplia etiamfi verba ex eorum generalitate repetitionem fuaderent.*

20 *Teftatoris mens pœnam a conditione diftinguit.*

22 *In dubio difpofitio potius cenfetur conditionalis, quam pœnalis, & de ratione.*

23 *Privatio improprie verificatur etiam in eo, quod impeditur acquiri.*

24 *Improprie accipi debet ad evitandam contrarietatem, & repugnantiam.*

25 *Difpofitio, quæ non valet, ut pœna, poteft valere uti voluntas teftatoris.*

26 *Maxime ftante claufula* omni meliori modo, *& de ratione.*

Fortius fi fit in fine pofita, & geminata, & num. 28.

27 *Contra quod dicta claufula operetur folum in re dubia, non autem in claris.*

29 *Operatur, ut actus geftus uno modo expreffo invalido, fubftineatur ex alio non expreffo, qui fit validus,*

DECISIO XCVI.

SUpereft quintus, & ultimus articulus, an teftator potuerit ob aliqoorum contraventionem dare facultatem dictæ ejus uxori privandi, feu inhabilitandi totam familiam de Libris, & aliam eligendi, prout privavit, & elegit dictam familiam de Martiis Medicis, qood quidem prima facie videbatur minime facere potuiffe ex vulgata regula, qood quis pœnam pati non debet ex facto alterius, cum pœna fuos authores transgre- 1
di non debent *l. fancimus C. de pæn.*, & alterius dolos alteri nocere non debet *l. electio §. fin. ff. de noxal.*, & quifque doli fui pœnam patiatur *l. fi ex duobus ff. de tut. & ration. diftrahen.*, & quod 2
non poffit teftator pœnam imponere, & privare aliqoem re per eum illi relicta culpa, & facto alterius, eft text. ad litteram in *l. pater familias*, & ibi *Bart. & Doct. ff. de hæred. inftit. Peregrin. de fideicomm. artic.* 11. *num.* 85 89. *&* 90., ubi reprobat *Menoch.*, qui in *conf.* 78. contrariom attentavit. *Surd. decif.* 101. *num.* 1. *& feqq. Galganet. de condit. & demonftrat. par.* 2. *cap* 5. *qu.* 2. *per tot.* cum pluribus per eos relatis, & per *Bertazz. conf. civil.* 76. *num.* 13. *fub num.* 46. *verfic. fed certe, & num.* 47., ubi dicit, quod ita volunt omnes Doct., *& num.* 48. 57. *& fub num.* 62. *verfic. nihil etiam.*

Et id videtur abfque minori difficultate procedere, qoando privatio fit de re pure data, ita ot datio fit pura, & ademptio conditionalis, ut 3
tradit etiam *Menoch. dict. conf.* 78. *num.* 2. *&* 3. *Surd. dict. decif.* 101. *num.* 7. *Bertazz.* plures alios referens *dict. conf.* 76. fere *per tot.*, & præcipue fob *num.* 16. *&* 17., ubi de communi teftatur *Peregrin. dict. artic.* 11. *num.* 87., ubi dicit, hanc *Bartol.* opinionem effe communem, & ab ea non effe recedendum.

Quod autem hoc cafu Librorum familia ad 4
Commendam pure fuerit vocata, licet fub conditione data fuerit facultas uxori illam privandi in pœ-

in pœnam molestiæ, quam ei inferret, videtur
primo colligi ex illis verbis *li possi privare &c.*
quod verbum *privare* importat pure datum, &, jus
quæsitum, cum conditio nil ponat in esse, & ideo
si datum esset sub conditione, non intraret pri-
vatio, quæ præsupponit habitum, & jus quæsitum,
ut in his terminis per *Bart. in dict. l. pater fa-
milias num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præ-
sumpt. 13. num. 2.*, ubi dicit, quod quis privari
non potest eo, quod sibi datum non fuit ex te-
stamento, *Handed. conf. 58. num. 74. lib. 1. Galga-
net. dict. cap. 5. quæst. 3. in princ.*, & in puncto
Surd. conf. 268. sub num. 64. circa med. lib. 2.

Secundo, quia quando aliquod præceptum te-
statoris præcessit, dispositio semper dicitur pœ-
5 nalis, ut distinguit *Peregrin. dict. artic. 11. n. 92.
& 129.* tunc enim ademptio censetur facta in pœ-
nam, nec reddit relictum conditionale *Paris. con-
sil. 19. num. 138 lib. 2 Bertazz. dict. consil. 76.
sub num. 20. vers. & cum testator, & sub n. 36.
vers. nec est dubitandum, & num. 60. Dyn. Alber.
& Jason*, videtur autem præcedere præceptum in
6 legato facto illis de Libris per illa verba *con que-
sto, che si devino contentare di questa parte &c.*, &
postea subjungit caussa, & rationes, ob quas fi-
deicommissum petere non debeant, sed illud de-
beat remanere penes hæredem, ex quo resultat
jussus, quod illam non molestent, & fideicommis-
sum non petant, ad latissime tradita per *Surd. de-
cis. 232. num. 5. & seqq. per tot.*

Tertio quia etiam sine præcepto, quando
præcedit simplex dispositio, & subsequitur adem-
ptio conditionalis conditione potestativa, dicitur
ademptio facta in pœnam *Galganet. dict. cap. 5.
quæst. 3.* prope *num. 24.*, qui sub *num. 8.* tradit
quoque, quod sive a præcepto, sive a conditione
testator incæperit, verior est sententia ademptio-
nem censeri factam in pœnam, maxime quando
conditio est potestativa imposita honorato, quia
illa continet jussum testatoris, ut per eum *n. 20.*
& constat ex late deductis per *Surd. dec. 7. n. 9.
12. 14. 15. & seqq. & dict. decis. 232. num. 5. &
seqq. per tot.*, & præcipue *num. 15.*

Quibus tamen, & aliis similibus minime re-
fragantibus, censuerunt Domini dictam disposi-
tionem valere, & potissimum validissimo, & ir-
refragabili fundamento, quia familia de Libris, &
seniores illius non fuerunt pure vocati ad Com-
mendam, sed sub conditione impeditiva, & su-
spensiva eorum vocationis, & acquisitionis facien-
dæ, quod satis clare apparet, quia testator noluit
ex illis tribus prædiis erigi Commendam statim se-
quuta morte ipsius testatoris reservato illorum u-
sufructu dictæ D. Catharinæ ejus prædilectæ uxori,
& hæredi, ut poterat disponere, quod si fecisset,
& Commenda erecta esset in supradictis tribus DD.
fratribus de Martiis Medicis, & post eorum mor-
tem in dicta familia de Libris, qui post erectio-
nem dictam D. Catharinam vexassent, tunc agere-
tur de pœna, & intraret dispositio dict. *l. pater
familias*, cum conclusione supra firmata, ut ob
factum aliorum alii in pœnam privari nequeant ju-
re jam eis quæsito; verum quia testator maximo-
pere cupiebat, ut dicta ejus prædilecta uxor a præ-
fatis de Libris non vexaretur, propterea noluit
Commendam erigi in dicta familia de Libris, si
eamdem D. Catharinam molestassent, & ipsa eos
privasset, & in eorum locum aliam familiam ele-
gisset, prout privavit, & elegit dictam aliam fa-
miliam de Martiis Medicis; quia testator manda-
vit erigi Commendam post mortem dictæ D. Ca-
tharinæ, & non simpliciter, & absolute in fami-
lia de Libris post mortem dictorum DD. trium

fratrum, sed cum declaratione, ut si molestarent
dictam D. Catharinam, posset eos privare, & aliam
familiam eligere, & sic ante erectam Commen-
dam, & ante jus eis quæsitum purificata fuit con- 8
ditio molestiæ, & subsecutæ declarationis, & ele-
ctionis dictæ familiæ de Martiis Medicis loco dictæ
familiæ de Libris, & propterea non sumus, in da-
to, seu relicto pure, & in dispositione pœnali,
juxta text. in dict. *l. paterfamilias*, sed in disposi-
tione *l. si ita fuerit ff. de manumiss. test.*, & com-
muni distinctione *Bart. & Doct. in dict. l. pater
familias*, ut ob contraventionem unius, alii quo-
que non consequantur sub conditione datum, seu
relictum, quia isto casu propter non adimplemen-
tum unius dicitur testator nolle dare, non autem
adimere datum, ut per *Bart.* ibi *num. 2. & Ang.
num. 5. vers. sed si conditio, & Cuman. in princip.
& Imol. num. 6.*, & copiose *Socc. Sen. consil. 11.
num. 2. 3. & 4. lib. 3. Ruin. conf. 150. num 11.
lib. 3. Hieronym. Gabr. conf. 105. num. 10. & seq.
lib. 1. Menoch. conf. 78. num. 7. 12 & 13.*, late
*Cephal. conf. 52. Peregrin. dict. art. 11. num. 86.
& seqq. Surd. decis. 101. num. 6. & 7.*, & ab hoc
non dissentit *Bertazz. dict. conf. 76. num. 14. 15.
16. 17. 34. & per tot.*, & late quoque *Pasetb con-
sil. 89. 90. & 91.*, qui super eodem casu consu-
luit contra *Bertazzol. dict. conf. 76.*, & multa de-
ducit pro confirmatione istius opinionis.

Quod comprobatur, quia ademptum sub con- 9
ditione, censetur sub contraria conditione datum,
& sic tota dispositio redditur conditionalis vulgat.
*l. aliquando ff. de condit. & demonstrat. l. quibus
diebus §. quidam Titia*, ubi *Bart. ff. eod. tit. & in
l. si legatum pure ff. de adimen. legat. gloss. Bart.
& Doct. in l. 1. & 2. ff. de in diem adject. Aret.
in l. Titia in princ. col. 3. ff. de verbor. oblig. Ruin.
dict. conf. 150. lib. 3. Cephal. dict. conf. 52. num. 12.
usq. ad fin. Menoch. dict. conf. 78. num. 10. & 25.
Peregrin. d. art. 11. num. 88. vers. qua ratione.
Surd. conf. 268. num. 60. lib. 2.*

Et licet id non modicam videatur habere dif-
ficultatem ex auctoritatibus Doctorum contrarium 10
sententium, quos refert *Peregr. d. art. 11. n. 87.*
quorum opinionem dicit esse communem, & sub
dicto *num. 88. in fin.* dicit ab ea non esse rece-
dendum, ut dictum fuit etiam supra in contrariis.

Tamen cum distinctione optime salvantur con- 11
trariæ Doctorum opiniones, quia contraria opinio
procederet in conditione resolutiva post jus quæ-
situm; ut si ageretur de aliqua conditione resolu-
tiva adimplenda post erectam Commendam in fami-
lia de Libris, ob quam familia de Libris Com-
mendæ investitura jam executa privaretur, secus
autem quando agitur de conditione suspensiva, &
acquisitionis impeditiva, seu apposita resolutioni
ante jus quæsitum, ut in dict. *l. aliquando*, & aliis
supra citatis; ut hoc casu, in quo voluit testator,
ut ante quam Commenda erigeretur in familia de
Libris, videretur an dicta familia se indignam Com-
menda reddiderit ob illatas molestias D. Cathari-
næ, & privationem de ea factam ab eadem D. Ca-
tharina, & electionem alterius familiæ in ejus lo-
cum, quo casu non erat erigenda Commenda in
familia de Libris, sed in alia in illius locum sub-
rogata, ita distinguit præclare *Surd. d. consil. 268.
sub d. num. 60. circa fin. vers. ad hoc enim respon-
deo. Peregr. d. art. 11. num. 86. Handed. conf. 58.
num. 69. lib. 1. Galganet. de cond. & demonstrat.
par. 2. cap. 5. quæst. 3. num. 8. 20. & 24.*, ubi
de communi, & in puncto *Pasetb. d. conf 89. 90.
& 91.* a quo nec etiam dissentit *Bertazzol. dict.
conf. 76.*, ut patet sub *num. 20. & 21.*, & cla-
rius *num. 34.*

Et in

Et in effectu eum verſemur in diſpoſitione
conditionali conditione ſuſpenſiva, & acquiſitionis
impeditiva, ceſſant omnia, quæ de pœnali, ſeu
modali diſpoſitione in contrarium adducebantur,
quia ante quam advenerit tempus erigendi Com-
mendam in familia de Libris, *ipſa* familia fuit per
contraventionem, & declarationem factam a D. Ca-
tharina, & ſubrogationem alterius familiæ de Mar-
tiis Medicis reddita inhabilis ad Commendam, &
12 impedita, ut Commendam poſſet acquirere, & in
erectione illius comprehendi, ut eſt de natura ta-
lis conditionis impeditivæ, & ſuſpenſivæ, quæ im-
pedit ab initio acquiſitionem, actioniſque ortum,
& actum uſque ab initio reſolvit *l. neceſſario §. 1.
ff. de peric. & commod. rei vendit. l. pecuniam quam*,
ubi *Alex. num. 4. ff. ſi cert. petat.*, cum aliis plu-
ribus adductis per *Menoch. conſil. 494. num. 8. 9.
& ſeqq. lib. 5.*

Adeo ut quotieſcumque de mente teſtato-
13 ris tacita, vel expreſſa apparet, quod præcedere
debet adimplementum antequam quis conſequi poſ-
ſit relictum, ut in caſo de quo agitur, in quo te-
ſtator voluit prius per illos de Libris non mole-
ſtari dictam D. Catharinam, quam Commenda in
domu de Libris erigeretur, & cum ſuſpenderit ere-
ctionem Commendæ poſt mortem dictæ D. Catha-
rinæ, cum declaratione, ut ſi eam moleſtarent,
poſſet eos privare, & aliam familiam eligere, ſem-
per diſpoſitio dicatur conditionalis, per quaſcum-
que dictiones ſit concepta *Bart. in l. quibus diebus
§. Mermilius num. 6 ff. de condit. & demonſtrat.
Ruin. conſ. 215. num. 10. verſ nec prumiſſis lib. 1.*
14 *Cravett. conſ 50 num. 14.*, ubi per plures text.
& Doctorum authoritates reſpondit, quod ſi di-
ctiones, quæ de ſui natura importarent modum,
& non conditionem, adjunguntur ei, quod venit
implendum, ante quam actus perficiatur, impor-
tant conditionem, & non modum *Hieron. Gabr.*
docte, & magiſtraliter in dict. *conſ. 5. num. 3. lib. 1.
Menoch. conſ. 60. num. 47 lib 1. & dict. conſ. 494.
num. 10. Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 10.
tit. 5. num. 15.*

15 Ex quibus patet non obſtare ea, quæ in con-
trarium fuerunt adducta, quia bene poſſent pro-
cedere in materia, & diſpoſitione pœnali, juxta
text. in dicta *l. paterfamilias*, & authoritates ſu-
pra citatas, ſecus autem in relicto conditionali,
juxta text. in dict. *l. ſi ita fuerit ff. de manumiſſ.
teſt.*, ut ſupra fuit dictum, & præcipue in diſpo-
ſitione conditionali ultimæ voluntatis conditione
ſuſpenſiva, ſive acquiſitionis impeditiva, in quibus
terminis nos verſamur, & non in pure, & abſolu-
te relicto, & propterea dictum fuit abſque diffi-
cultate hoc caſu verificari dictam concluſionem,
ut ademptum ſub conditione, cenſeatur contraria
16 conditione datum, ut poſt *Bart. Aret. Ruin.*, &
alios bene reſpondit *Proſper. Paſeth. d. conſ. 90.
num. 1. & ſeqq. & conſ. 89. & 91. Peregrin. dict.
artic. 11. num. 92.* cum aliis ſupra cumulatis, qui
ulterius dicunt, quod ad hoc ut datio, ſeu reli-
ctum non reddatur conditionale ex ademptione
conditionali, non ſolum requiritur, quod ſit da-
tum pure, ſed quod illi, cui eſt relictum, ſit
injunctum præceptum de aliquid dando, vel facien-
do, & tandem quod ſit facta ademptio, niſi illud
præceptum fuerit adimpletum; tunc enim iſtis
concurrentibus ademptio cenſetur facta in pœnam,
& licet ſit conditionalis non reddit relictum con-
ditionale, ut per ſupracitatos Doctores.

Quæ tamen in caſu de quo agitur non con-
currunt, quia ut ſupra ſæpe dictum eſt, teſtator
non diſpoſuit, ut pure, & abſolute Commenda e-
rigeretur in domo de Libris, & ſenioribus dictæ
domus ſucceſſivis temporibus, ſed cum declaratio-
ne, ut ſi D. Catharina ab eis moleſtaretur, eos
privare poſſet, & aliam familiam eligere, quo ca-
ſu eveniente, prout evenit, Commenda in dicta
familia erigi non debebat, cum prius verificanda
eſſet dicta conditio, quam Commenda erigenda
eſſet.

Pariter non concurrit aliquod teſtatoris præ-
ceptum, quia præceptum de non moleſtando fuit
factum ſolummodo deſcendentibus Maffæi, reſpectu 17
medietatis prædii Caſæ novæ in legato, & capite
ſeparato, diſtante, & de diverſa re loquente, quod
propterea non cenſetur in dicta diſpoſitione Com-
mendæ repetitum *Decian. reſp. 17. num. 34. lib. 1.
Mantic. de conject. ultim. volunt. lib. 6. titul. 13.
num. 10. Cravett. conſ. 289. num. 4. Natta con-
ſil. 379. num. 12. conſ. 459. num. 8. Menoch. con-
ſil. 152. num. 44.* cum concord. Et maxime, quia 18
facere intendunt repetitionem adverſarii ad facien-
dam pœnalem diſpoſitionem Commendæ, & ad
eam irritandam, quo caſu repetitionem eſſe omni-
no prohibitam, probat text. in *l. ſi quis a filiis,
& l. ſervo alieno §. ſi quis impubere ff. de legat. 1.*
cum aliis cumulatis per *Peregrin. de fideicommiſſ.
art. 16. num. 37.*, ubi in fine poſt *Mantic.*, & a- 19
lios per eum adductos inquit hoc procedere, quam-
vis verba teſtatoris in ſui generalitate repetitio-
nem inſinuarent.

Non obſtat, quod etiam ſine præcepto, quan-
do præcedit ſimplex diſpoſitio, & ſubſequitur a-
demptio conditionalis conditione poteſtativa, di-
citur ademptio facta in pœnam ex *Galganett. &
Surd.*, quia continet implicitum juſſum, ſeu præ-
ceptum; quia hoc caſu non procedit ſimplex di-
ſpoſitio, ſed conditionalis conditione ſuſpenſiva,
& acquiſitionis impeditiva, ut ſupra fuit dictum;
& obſtat teſtatoris mens, & voluntas, quæ pœnam
a conditione diſtinguit *l. 1. & 2. ff. de iis, quæ* 20
*pœn. nom. gloſſ. in verb. aliquid §. fin inſtit. de le-
gat.*, ubi dicit, quod ſi teſtator non dicat ſe in
pœnam hæredis committere, erit conditio, & non
pœna, & valebit; tanto magis erit conditionalis
hæc diſpoſitio, ex quo debet adimpleri ante ere-
ctionem Commendæ in familia de Libris, ut dictum
fuit, ac ita dicit velle omnes *Paſeth. d. conſ. 91.* 21
*num. 2. Hypol. Rimin. conſ. 116. num. 34. 41. & 48.
in fin.*, & noviſſime *Peregrin. conſ. 31. & 32. lib. 5.*
ubi præcipue latiſſime reſpondit ad ſupracitatas
deciſ. Surd, & præcipue in dict. *conſ. 31. num. 20.
& ſeqq uſque ad num. 35. & dict. conſ. 32. n. 4
& ſeqq.*, ut apud ipſum inſpici poteſt.

Ex quibus licet clariſſime appareat nos verſa-
ri in diſpoſitione conditionali, non autem in pœ-
nali, idem tamen eſſet dicendum, ſi eſſemus in
dubio, quia in dubio magis præſumitur conditio, 22
quam pœna *gloſs. in l. 2. ff. de his, quæ pœn. nom.
Hieron. Gabr. conſ. 101. num. 5. lib. 3. Menoch. d.
conſ. 78 num. 12. Paſeth. dict. conſil. 89. num. 7.
dict. conſ. 90. num. 3. & dict. conſ. 91. num. 5. &
Peregrin. d. ct. conſ. 31. num. 32. & dict. conſil. 32.
num 7.*, & licet aliqui contrarium ſentiant, hæc
tamen opinio prævalet, ubi ſi alias præſumeretur
pœna, actus redderetur nullus, quia præſumptio
pro actus validitate cæteris prævalet *Peregr. dict.
artic. 16. ſub num. 37.*, & omiſſis aliis in puncto
Paſeth dict. conſ. & nu., quem in hoc quoque ſe-
quitur *Peregr. d. conſ. 31. d. num. 32.*

Nec obſtat dictum verbum *li poſſi privare*, 23
quod præſupponit jus quæſitum, quia id procedit,
ſecundum propriam, & strictam ſignificationem,
ſecundum tamen latam ſignificationem quis dicitur
privari etiam eo, quod impeditur acquirere *l. ſi
ſervum ff. ad l. Aquil. Dec. in l. non videtur rem*
amit-

amittere num. 5., & ibi etiam *Cagnol. ff. de reg. jur.* Ac ita accipi debet hoc calu, tum qoia constat de mente testatoris vulentis familiam de Li-
24 bris posse privari Commenda nundum erecta, sed quæ erigenda erat post mortem D. Catharinæ in eadem familia, si eam non molestassent, vel quatenus molestassent ab ea privati non essent; tum quia alias dum verbum *privare* importaret contrarietatem, & repugnantiam, cujus evitandæ causa debet accipi large, & impropric *l.* 3. §. *definera ff. de usufruct.* per quem text. ita tradit *Jas. in dict. l. decem num.* 44 *ff. de verb. oblig*

Ulterius dicebatur pro parte supradictorum DD. de Martiis Medicis (licet hoc firmare pro nunc Dominis visum non fuit, & minime opus esse) quod licet dispositio, de qua agitur esset pœnalis, & non conditionalis, quod a veritate alienum esse supra ostensum fuit, adhuc tamen valeret non in vim pœnæ, nec uti pœna, sed quia sic
25 placuit testatori *Angel. in dict. l. pater familias num.* 2. *Imol. col.* 2. ibi, nec obstat hæc lex, & *Cuman.* ibidem *Soccin. Sen. cons.* 21. *num.* 23. *lib.* 3. *Soccin. Jun. cons.* 129. *num.* 16. 17. 18. & 19. *lib.* 3. *Rimin. Jun. dict. cons.* 116. *num.* 14., & melius *num.* 54. *Paseth. dict. cons.* 89 *num* 2. *dict. cons.* 90. *num.* 5. & *dict. cons.* 91. *num.* 5. 6. & 7. *Ruin. dict. cons.* 27. *num.* 3. *lib.* 1. *Menoch. dict. cons.* 78. *num.* 19., qui referunt etiam *Nicol. de Mattarel. Alex. & Castr.*, & alios. *Surd. dict. decis.* 101. *num.* 5. & 6., ubi adducit quoque *Ang. cons.* 168. *in pr. dub. Simon de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib.* 4. *interpret. ultim. volunt. lib* 4. *interpret.* 2. *dubit.* 4. *num.* 12. & *seqq. Galganet. in tractat. de condit. & demonstrat. in* 2. *par. cap.* 5. *quæst.* 5. *num.* 3. *Cephal. cons.* 243. *num.* 20., & bene conferunt tradita per *Covarr.* in repet. *cap. Raynaldus* §. 1. *sub num.* 7. *in fin. vers. quod si hæreditatis ademptio.*

Et tanto magis attenta clausula *omni meliori modo &c.* apposita in fine dispositionis circa dictam Commendam, quæ clausula operatur, ut non
26 censeatur ademptio apposita in pœnam, sed quia sic placuit testatori, secundum quam considerationem valere poterit, ut in puncto per *Ruin. consil.* 150. *num.* 10. *lib.* 3. *Cephal. dict. consil.* 243. *num.* 28. *Paseth. dict. cons.* 89. 90. & 91. *Riminal. Jun. dict. cons.* 116. *sub num* 50 *Peregrin. dict. artic.* 11. *num.* 92. *in fin. Simon. de Prat. d. lib.* 4. *interpret.* 2. *dubit.* 4 *num.* 14.

Et licet *Bertaz. dict. cons.* 76 *sub num.* 44. & *seqq.* & *Surd dict. decis.* 7. *num.* 25. & *seqq.* co-
27 nentur evertere vim, & virtutem dictæ clausulæ, & præcipue quod operetur tantum in re dubia, & non contra verba, & sensum clarum, ut etiam per *Seraphin. decis.* 1216. *in fin.*, & præsertim ubi est sine copula, ut per eumdem *Seraphin. dec.* 993. *num.* 3 *post Cassador. decis.* 7. *num.* 7. *de appellat. Achil. de Graff decis.* 373 *sec.* 1. *de verb. signific.* & *decis.* 107 *par.* 1. *divers. sub num.* 4. & 5. & *decis.* 329. *sub num.* 3. eadem *par.* 1. & *decis.* 467. *sub num.* 7. *par.* 3., & demum in recollectis novissime per *Farinacc. decis.* 748. *sub num.* 5. & *decis.* 841. *sub num.* 3., ac ita tenuit superioribus annis *Rot. Florent. in causa de Martinis, & Venturis.*

Tamen id non applicatur casui, de quo agitur, in quo si verba, & sensus clara, & expressa dici possint, solum sonant in conditionem expressam, suspensivam, & acquisitionis impeditivam, & non in pœnam, ut supra late fuit deductum; si autem res dubia dici posset, tunc bene dicta clausula operaretur suum effectum ex authoritatibus supra relatis; & quamvis in fine dispositionis circa Commendam sit posita sine copula, quod sufficeret in re dubia, ut dictum fuit, in fine tamen testamenti fuit repetita cum copula, ut patet ibi
E tutto non solo nel modo, e forma predetta, ma 28
altrimenti in ogni altro miglior modo &c. quam ita in puncto uti in fine testamenti appositam ponderat *Paseth. dict. cons.* 89. *num.* 3., & sic quando magis operabitur hic geminata argum. *l. Balista ff. ad Trebell.* cum aliis vulgaribus.

Et quod hujusmodi clausula operetur, ut si 29
disponens, & gerens actum uno modo expresso addita ista clausula videatur fecisse actum, non tantum illo modo, qui fuit expressus, sed & eo modo, quo modo fieri potuisset, adeo ut si modus expressus fuerit invalidus, & ineptus, substineatur, ex alio, qui sit aptus, & validus, licet non fuerit expressus, latissime comprobat *Peregrin. de fideicomm. art.* 36. *num.* 57., & satis in puncto in dict. *cons.* 31. *sub num.* 21. & *plurib. seqq.*, ubi late, & peracute ostendit hanc veritatem, & respondit ad omnia, & singula, quæ in contrarium deduxit *Surd. dict. decis.* 7. *num.* 25. & *seqq.*, adeo ut nullum omnino dubitandi locum reliquerit.

Ex quibus censuerunt Domini, utique dictam dispositionem validam esse, & successive rite, ac valide dictam familiam de Martiis Medicis fuisse a dicta quond. D. Catharina in locum dictæ familiæ de Libris subrogatam, & subinde in ea dictam Commendam esse erigendam &c.

Nicolaus Antellensis.
Lydius Bovarellus Relator.
Valerius Brignasa.
Livius Riccardat.
Antonius Puteus.

ADDITIO

ARGUMENTUM.

Privatio omnium vocatorum ob unius contraventionem est valida, si fiat a testatore per modum conditionis, secus si per viam pœnæ, & ex quibus arguatur dispositionem esse conditionalem, vel pœnalem.

SUMMARIUM.

1 *PRivatio omnium vocatorum ob unius contreventionem per modum conditionis est valida, & num.* 3.
2 *Secus per viam pœnæ, & num.* 4.
4 *Privatio dicitur conditionalis, si præcedit institutio pura, & postea testator illam sub conditione adimit.*
6 *Pœnalis autem dicitur, quando post institutionem puram, testator jubet vocatum aliquid facere, vel non facere sub pœna privationis.*
7 *Dispositio ut dicatur pœnalis requiritur primo, quod institutio sit pura, secundo quod adsit præceptum de aliquid faciendo, vel non faciendo, tertio quod adsit ademptio in casu inobedientia.*
8 *Præceptum est de substantia dispositionis, adeo ut absque illo numquam pœna dicatur inducta.*
9 *Limita si ex conjecturis constet de voluntate testatoris conditionaliter, aut pœnaliter disponere volentis, quia tunc non attenduntur requisita* Aretin.
10 *In dubio dispositio potius censetur conditionalis, quam pœnalis.*
11 *Pœnalis dispositio dicitur, si esset apposita ademptio*

ptio ſub conditione poteſtativa ipſius gravati ;
12 *Item ſi diſpoſitio comminaretur ademptionem facultatis conſequendi maximi lucri.*
13 *Item ſi teſtator uteretur verbis pœnam præſeferentibus de quibus remiſſive.*
14 *Contra tenent alii remiſſive.*
15 *Alia ad materiam remiſſive.*

Ad num. 1. & ſeqq.

NUnc de poteſtate teſtatoris omnes vocatos ob unius contraventionem privare volentis diſputandum; qua in re communis eſt adhibenda diſtinctio, videlicet.

1 Aut teſtator per viam conditionis dependentis a facto alicujus procedit ad privationem omnium, & tunc valet talis privatio, quia hoc caſu ob deficientiam conditionis evaneſcit omnium
2 vocatio; aut vero teſtator procedit per viam pœnæ, & hoc caſu privatio erit inutilis, eo quia quis non debet odio alieno prægravari.

3 Prima pars hujus diſtinctionis habet pro fundamento text. expreſſum in *l. ſi ita fuerit* 3. *ff. de manumiſſ. teſtam.* ſecunda vero text. in *l. paterfamil.* 44. *ff. de hæred. inſtit.*, & eam ſequuntur *Peregrin. de fideicommiſſ. artic.* 51. *num.* 86.
4 *& ſeqq. & num.* 89 *Faſar. de ſubſtitut. quæſt.* 582. *num.* 17. *&* 25. *Simon de Prat. de interp. ult. volunt. lib.* 4. *dubit.* 4. *num.* 11. *Caſtill. quotid. controv. cap.* 94. *num.* 14. *lib.* 5. *Duran. de condit. & mod. impoſſib. par.* 3. *cap.* 9 *num.* 15. *& ſub n.* 58. *verſ. tertia concluſio. Torr. de major. par.* 2. *qu.* 13. *num.* 55. *fol.* 56. *& quæſt.* 50. *num.* 39. *fol.* 349. *de Luc. de fideicommiſſ. diſc.* 207. *num* 3. *& de teſtame t. diſc.* 71. *num.* 4. *Manſ. conſult.* 338. *n.* 2. *&* 8. *Rodulphin. alleg.* 71. *num.* 36. *Saminiat. controv.* 519. *num.* 38. *& controv.* 121. *num.* 57. *& ſeqq. Surd. deciſ.* 101. *num.* 7. *Seſſ. deciſ. Aragon.* 31. *num.* 27. *Rot. coram Dunoz. Jun. deciſ.* 885. *n.* 3. *&* 4. *Coccin. deciſ.* 1899. *num.* 52. *&* 52. *& deciſ.* 1944. *num* 23. *&* 24. *in recent. dec.* 86. *n.* 44. *& ſeqq. part.* 6.

Ad dignoſcendum autem an privatio ſit conditionalis, an vero pœnalis, recepta eſt celebris *Aretin.* theorica in *l. Titia* 134 *ſub num.* 3. *ff. de verbor. obligat.* ubi ita diſtinguit.

5 Aut præcedit inſtitutio pura, & poſtea teſtator ſub conditione illam adimit, & tunc diſpoſitio erit conditionalis, quia ademptio conditionalis reddit inſtitutionem ſub contraria conditione
6 conditionalem; aut vero poſt inſtitutionem puram jubet teſtator aliquid facere, vel non facere, & ſi contravenerit, eum relicto privat, & tunc inſtitutio pure facta conditionalis non redditur, ſed remanet pura, & ideo cum ademptio fiat poſt jus, & emolumentum quæſitum, diſpoſitio dicetur pœnalis, & ſequuntur *Spad. conſ.* 327. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 3. *Peregrin. de fideicomm. artic.* 11. *num.* 92. *Duran. de condit. & mod. impoſſib. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 55. *& ſeqq. Caſtill. controv. forenſ. cap.* 94. *num.* 58. *lib.* 5. *Rox. de incompatibil. par.* 3. *cap.* 1. *num.* 27. *Torr. de majorat. par.* 2. *quæſt.* 50. *n.* 55. *fol.* 250. *de Luc. de teſtament. diſc.* 71. *num.* 4. *& diſc.* 73. *num.* 22. *verſ. alii vero. Manſ. conſult.* 338. *num.* 3. *& ſeqq. Palm. Nep. alleg* 4. *num.* 19. *allegat.* 5. *num.* 35. Scribens apud eum *allegat.* 368. *num.* 6. *Saminiat. controv.* 119. *num.* 44. *&* 45. *& controv.* 121. *num.* 31. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 320. *num.* 5. *&* 2. *par.* 17. *& deciſ.* 62. *num.* 5. *&* 2. *par.* 28. *recent.*, *coram Coccin. deciſ.* 1899. *num.* 12. *coram Bich. deciſ.* 235. *num.* 3. *&* 4. *in Mantiſ. ad de Luc. de fideicommiſſ. deciſ.* 85. *num.* 42. *& poſt Braſch. de plen. arbit. human. voluntat. dec.* 25. *n.* 52.

Ex his igitur apparet tria requiri, ut diſpoſitio dicatur pœnalis; primo, quod inſtitutio ſit 7
pura; ſecundo, quod adſit præceptum de aliquid faciendo, vel non faciendo; tertio demum, quod adſit ademptio in caſu inobedientiæ *Torr. de majorat. par.* 2. *dict. quæſt.* 50. *num.* 58. *fol.* 350. *Saminiat. dict. controv.* 519. *num.* 41.

Præceptum autem adeo eſt de ſubſtantia diſpoſitionis, ut abſque illo nunquam pœna dicatur 8
inducta *Duran. de condit. & mod. impoſſib. d. q.* 50. *ſub num.* 52. *verſ. verius. Peregrin. de fideicomm. artic.* 11. *ſub num.* 92. *verſ. at ubi. Torr. de majorat. dict. quæſt.* 50. *num.* 59. *&* 60. *Saminiat. d. controv.* 519. *num.* 43. Scribens apud *Palm. allegat.* 368. *num.* 2. *Rot. Senen apud eumd. alleg.* 370. *num.* 67. *Surd. deciſ.* 232. *num.* 3. *Rota coram Bich. deciſ.* 132. *num.* 5. reperit. *in recentior. deciſ.* 201. *part.* 9.

Sed quando etiam non concurreret præceptum, 9
neque alia requiſita *Aretin.*, adhuc tamen ſatis eſſet voluntatem teſtatoris pœnaliter, aut conditionaliter diſponere volentis manifeſtari ex aliis extrinſecis conjecturis, totum enim in hac materia operatur voluntas, quæ potiſſimum pœnam a conditione diſtinguit, ut ait text. expreſſus in *l.* 2. *ff. de his, quæ pæn. nomine. Rodenaſch. conſil.* 19. *num.* 19. *Caſtill. dict. cap.* 94. *num.* 18. *Torr. de majorat. par.* 2. *dict. quæſt.* 50. *num.* 63. *Molin. de primogenit. lib* 5 *cap* 12 *num.* 33. *Manſ. conſult.* 338. *num.* 22. Scribens apud *Rodulphin allegat.* 71. *num.* 45. *& apud Palm. Nep. allegat.* 368. *num.* 3. *Rot. Senen. apud eumd. alleg* 370 *num.* 68. *&* 69. *Surd. deciſ.* 232. *in fin. Adden. ad Buratt. deciſ.* 899. *num.* 25. *Rot. in Mantiſſ. ad de Luc. de fideicomm. deciſ.* 85. *num.* 48 *& coram Durazzet. Jun. deciſ.* 882. *num.* 9. *& coram Bich. deciſ.* 132. *num.* 22.

Cæterum in dubio ſemper conditionalis, non 10
vero pœnalis diſpoſitio eſt judicanda, quia cum conditionalis diſpoſitio valeat, pœnalis autem non valeat, dicendum eſt teſtatorem conditionaliter potius diſponere voluiſſe, ne judicium ſuum ſubverteret *Spad. conſil.* 327. *num.* 9. *& ſeqq. & num.* 23. *lib* 3. *Duran. de condit. & mod. impoſſib. par.* 3. *cap.* 9. *num.* 12. *verſic. verius. Menoch. de præſumpt. præſumpt.* 175 *in fin. lib.* 4. *Saminiat. controv.* 519. *num.* 46. *Caſtill. dict. cap.* 94. *n.* 18. *verſ. e contrario lib.* 5. *Torr. de majorat. d. qu.* 50. *num.* 62. *fol.* 355. *Rot. deciſ.* 86. *num.* 42. *part.* 6. *recent.*

Diceretur tamen pœnalis, ſi appoſita eſſet 11
privatio ſub conditione poteſtativa ipſius gravati, juxta ſententiam, quam ſequuntur *Torr. de majorat. dict. par.* 2. *quæſt.* 50. *num.* 70. *& ſeqq. Galgaet. de condit. quæſt.* 3. *num.* 20. *Caſtil. d. cap.* 94. *num.* 58. *& apud Palm. Nep. alleg.* 368. *num.* 52. *Surd. deciſ.* 7. *num.* 9. *& dec.* 232. *num.* 15.

Item ſi diſpoſitio comminaretur ademptionem facultatis conſequendi maximi lucri, eſt originalis 12
doctrina *Jaſon. in l. Titia num.* 9. *ff. de verb. oblig.* quam ſequuntur *de Luc. de teſtament. dict. diſc.* 73. *ſub num.* 22. *verſ. quia imo*, Scribens apud *Rodulphin. dict. alleg.* 71. *num.* 39. *Rot. deciſ.* 493. *num.* 3. *par.* 4. *tom.* 2. *recent. coram Bich. deciſ.* 89. *n.* 53. *in fin. in Mantiſſ. ad de Luc. de fideicommiſſ. deciſ.* 85. *num.* 55.

Item ſi teſtator uteretur verbis pœnam præſeferentibus, de quibus apud *Giovagnon. conſil.* 93. 13
in fin. Rot. apud eumd. ibidem *num.* 32. *verſic. et ſupradicta*, Scribens apud *Rodulph. dict. alleg.* 368. *num.* 57. *Rot. dict. deciſ.* 205. *num.* 25. *part.* 9. *recent.*

Contrarium tenuit *Samiaiat. dict. toatr.* 119.
14 *num.* 57. *Rot. toram Dunozet. Jun. decis.* 882. *sub nom.* 11. *& num.* 12 *& seqq.*, ubi qood talia verba non immutane naturam conditionis.

15 Alia plura de hac materia habentur apud pracitatos authores, ad quos in contingentia erit recurrendum &c.

FLORENTINA
Fideicommissi.

5. *Julii* 1616. *ex Lib. Mot.* 96. *a* 167.


ARGUMENTUM.

Prohibitos alienare sub pœna privationis, si alienee, ipso jure eadit a fideicommisso. Identitas bonorum ex quibus probetur. Proximitas gravati. vel gravantis an sit attendenda, quando sit transitus ad transversales. Pro melioramentis factis in re fideicommisso soppofita an, & quando sit concedenda retentio.

SUMMARIUM.

1 *POEna privationis in tasu alienationis, sequnta alienatioae, ipso jure incurritur, & jus quaritur substitato.*
2 *Identitas bonorum probatue ex Decimic, ia quarum lib·ic constet de ordinata illorum translatione de ano in a'ium possessorem.*
3 *Item ex duabus demonstratioaibus.*
Amplia quod una demonstratio, qae illi soli rei conv·niat, sufficint aum. 14
4 *Liber Æstimi ia publico archivio servatus, & a publica persona descriptus probat identitatem.*
5 *Saltem presu·nptive.*
6 *Identitas bonuram facile prasumitar.*
7 *Prasertim si non constet de alia re babente eacdem demonstrationes, & n.* 13.
8 *Identitas persona probatur ex identicate nominis, nisi peobetar pluralitas.*
9 *Identitas probatur prasamptionibus, & conjecturic.*
10 *Ampia primo, quod sufficiat semiplena probatio, & tristes de fana, & audita.*
11 *Item aliic demonstrationibus, quam per confinia.*
12 *Amplia secundo, quod non sit probanda, ubi concorrnat circumstantia ejusdem iadactive.*
13 *Legitimatio persona probatur ex libro Decima.*
16 *Item ex tonfessione adversarii, qua non est validior probatio.*
17 *Reprasentatio non babet locum lu fideicommisso a transversali relicto. nisi testator sit prioris gradus immediati, veluti patruas, vel avunculas.*
18 *Reprasentans peesonam intapacem noa potest jure reprasentationis succedere.*
19 *Proximitac gravati, & non testatoris ia fideicommissis attenditae.*
Contra num. 22. *& seqq.*
Sed prima opinio procedit ia bac Rota *n.* 25.
Intellige quoties ex conjecturis non colligitur contraria volaatas testatoris, alias secas a. 26.
Et qaa sint tonjectura num. 27. *&* 28.
20 *Successio in fideicommisso eegulatae juxta ordinem succedendi ab iatestato.*
21 *Intellige dummodo descendeatec sub collectivo nomine, quo vocati sunt, comprebeadantae.*
29 *Testator vocans proximiorem sibi ia uno tasa, censetae etiam illum vocare ia alio, & do eatione.*
30 *Ad fideicommissum aoa admittitur, qui non est natus, vel saltem conceptus tempore purificata conditionis.*
31 *Amplia idem procedee· in tasa alieaationis, ita ut postea autac aon eevocrt alienata.*
32 *Positi in conditio·e non censentur vocati.*
33 *Privatio patris a fideicommisso ob factam alienationem nocet filio in conditione posito, fecus proprio nomine vocato.*
34 *Sententia lata ab observatione judicii non dicitur desinere negocium, nec tangit merita tausa, sed iastantia.*
35 *Fideicommissam non debet fieri locupletius cum jactura bona fidei possessoris.*
36 *Meltoraati rem fideicommissariam tanquam suam competit retentio.*
37 *Amplia peimo etiamsi fuerit condemnatus, nullo facta ejusdem mratione ad eei restitutionem.*
38 *Amplia secuado, ut exceptio talis retentionis impedicat exequationem Cameralis obligationis, & etiam tonformium.*
39 *Amplia teetio, at si possessor non refrBic meliorament·s de facto amoveatar, sit eestituendus.*
Amplia quaeto, ut competat talis retentio aon solum pro liquidis melioramentis, sed etiam pro liquidaadis, quando de illis constat ia genere aum. 41.
40 *Jus retinendi teansit in successorem etiam singularem absque tessione speciali.*

Sec



DECISIO XCVII.

In Cauſa Strozzi, e Ramacchiotti.

PEtiit Perilluſtris, & Reverendiſſimus D. Petrus Vincentii Strozza a Ser Joanne Franciſco Ramacchiotto, & conſortibus bona quædam extra Mœnia Florentiæ loco, qui dicitur *Polveroſa*, ſibi reſtitui cum fructibus tamquam alienata contra diſpoſitionem expreſſam D. Petri Joannotii Strozza ſenioris, ad cujus fideicommiſſum in caſu alienationis ipſe tamquam proximior eſt vocatus; & licet plura contra D. actorem obiicerentur, nimirum non probari deſcendentiam, nec bonorum identitatem, item adeſſe Petrum filium Angeli, ad quem hæc bona pertineant, ſimul non obſtare rem judicatam, nam D. Petrus, cum alias egiſſet, ſuccubuit, & demum ſibi competere retentionem ob plures meliorationes factas in dictis bonis per ipſum D. Ramacchiottum, & ejus auctores, quæ non ſubjacent reſtitutioni. Nihilominus pronunciatum fuit extare fideicommiſſum, & mediante alienatione purificatum eſſe in perſona dicti Reverendiſs. D. actoris, & propterea ad eum pertinere, illique reſtituenda eſſe bona prædicta una cum fructibus a die litis conteſtatæ, data tamen retentione pro melioramentis factis a dicto D. Ramacchiotto, & ejus auctoribus liquidandis in alio judicio, & victos victori &c.

Viſum eſt enim probari concludenter fideicommiſſum ex inſtrumento teſtamenti conditi anno 1528. in quo verba hæc continentur — *Et ad hoc, ut effectus prædictas ſequatur, prohibuit alienationem, pignorationem, & ad longum tempus locationem omnium bonorum immobilium dicti teſtatoris, & tam relictorum dicto Marco, quam etiam dicto Bernardo, & tam per viam inter vivos, quam ultimæ voluntatis, & etiam per viam judiciariam, quia ſcit bene dictus teſtator vires ſui patrimonii, & quod debita ejus ſolvi poſſunt abſque eo, quod deveniri debeat ad alienationem bonorum immobilium, vel quod permittatur, quod vendantur per viam Judicii, vel in ſolutum accipiantur per creditores, & in quolibet caſu contrafactionis ſtatim talia bona ſic alienata devenire voluit in ſubſtitutos prædictos de gradu in gradum*; quod teſtamentum, & fideicommiſſum non obſtante cecitate teſtatoris pronunciatum fuit valere ad relationem DD. quinque de Rota per Clariſſimum Magiſtratum ſub die 6. Novembris 1595. Conſtat etiam per Laudum latum anno 1559. inter Bernardum, & Vincentium fratres, & Angeli Bernardi Joannotii filios per D. Dominicum Bonſium, & D. Franciſcum Strozza J. U. Doctores, & Advocatos Florentinos occaſione melioramentorum, quæ Angelus eorum pater fecerat ſuper bonis in loco dicto *Polveroſa*, ad quem, ut hæredem fideicommiſſarium Petri Joannotii Strozza pervenerant, multa circa hæc proferentes, inter quæ illud eſt, ut ſi per lineam finitam Vincentii quædam bona tunc emenda redirent ad Bernardum, & ejus hæredes, eo caſu reſtituerentur gabellæ, & melioramenta, ut in Inſtrumento.

De contraventione, per quam fuit apertum fideicommiſſum, & devolutum ad D. actorem apparet ex publico Inſtrumento venditionis eorum bonorum ſub die 20 Novembris 1584. mediante Michaele Angelo de Pelliccionis procuratore D. Pirri Bernardi Strozza ſub fidejuſſione D. Angeli Pirri venditoris, ad quem, niſi alienationi conſenſiſſet, erat perventurum fideicommiſſum; extat quoque Inſtrumentum mandati ejuſdem Pirri ad vendendum, & transferendum dicta bona de *Polveroſa* diei 12. Septembris 1582. quæ alienatio, & conſenſus in dubium per adverſarios non revocabatur, ex quo reſultat clariſſima Juris deciſio, ut ex inobedientia iſti fratres in privationem inciderint, & D. actor poſt eos hæres eſſe inceperit, in puncto *Math. Felic. inter conſil. Caſtrenſ. conſil.* 259. *lib.* 2., qui dicit inobedientes ipſo jure privari hæreditate, & in continenti alios vocatos fieri hæredes, & in eos transferri dominium bonorum, quem ſecuti ſunt *Pariſ. Roland. Ruin. Cuman.*, quos refert, & approbat *Magon. deciſ. Florent.* 86. *num.* 35. maxime ſtantibus verbis teſtamenti hujus, quod ſtatim bona devenient in alios ſubſtitutos. 1

Cæterum identitas rei ſatis concludenter probatur ex decimis, concurrentibus præſertim quibuſdam demonſtrationibus, & conjecturis, de quibus inferius; ſiquidem D. teſtator emit bona hæc anno 1527. die 1. Septembris, ut in Inſtrumento emptionis, & ſub iiſdem finibus, quibus in Inſtrumento poſuit ad ſuam Decimam; hæc bona anno 1534. pervenerunt in Bernardum Joannis Joannotii, & dictum fuit *per eredità di Pietro mio zio*, 2

 ex quo

ex quo constat fuisse in bonis testatoris anno 1536.
eadem devenerunt in Angelum ex Bernardo fratre
alterum nepotem testatoris, anno 1547. in Vin-
centium, Aloysium, Pirrum ejus filios, sed in De-
cima non recensetur Bernardus alter istorum fra-
ter, quem tamen fuisse filium Angeli, & cum fra-
tribus successisse ostendit dictum instrumentum
laudi inter ipsum, & Vincentium fratrem, in quo
etiam Aloysius, & Pirrus nominantur, anno 1555.
in eumdem Vincentium Angeli Bernardi, anno 1560.
in eumdem Bernardum Angeli Bernardi, qui anno
1576. transmisit ad Angelum, & Pirrum filios, &
anno 1582. pervenerunt in ipsum Pirrum Bernar-
di Angeli, qui transmisit titulo venditionis ad
Ser Dominicum Longium, & hinc ad Decimam
filiorum anno 1590. bona hæc fuerunt posita, &
demum in dictum Ser Joannem Franciscum Ra-
macchiottum reum conventum, ex emptione trium
casularum dirutarum ab Elisabetha una ex his fi-
liabus. Quamobrem cum distinctæ, atque ordina-
tim per librum Decimæ exprimatur, in quos illa
bona fideicommisso subjecta pervenerint, & sem-
per in illis notis scriptor utatur verbis denotanti-
bus identitatem rei, & explicet quomodo illa ea-
dem bona fuerint remota ab æstimo unius, & po-
sita ad æstimum alterius; & in pluribus descriptio-
nibus illorum bonorum ponantur illi tres fines,
qui in instrumento emptionis explicantur, & cer-
tum sit identitatem rei probari ex duabus demon-
strationibus *l. demonstratio falsa*, ubi *Bart. Castr.*,
3 & alii *ff. de condit. & demonstrat.* dubium non fuit,
maxime accedentibus infrascriptis, probari iden-
titatem.

4 Quod autem liber æstimi in publico Archivio
servatus, & a publica persona descriptus indistin-
cte probet identitatem, non obscure tradit *Soccin.
consil.* 89. *in fin. & num.* 12 *in princ. & n. seqq.
vers. præterea lib.* 1.

5 Aut quod saltem faciat probationem præsum-
ptivam, tradit *Bartal. in l. decem num.* 3. *ff. de
verb. oblig. Castr. in l. scriniarias C. de milit. test.
Dec. in cap. navit de judic. Soccin. consil.* 61. *n.* 2.
lib. 3. dicens standum esse huic præsumptioni do-
6 nec probetur contrarium; facit, quod identitas bo-
norum facile præsumitur, ut ex multis probat *Ce-
phal. cons.* 180. *num.* 26. *Jason in l. fin. Cod. de
bon. poss. contra tab. in fin. & in l. non hoc C. unde
legit. num.* 12. *Alex. cons.* 159. *lib.* 5. *Dec. in cap.
in præsentia in* 9. *notab. de probat. Crav.* alios alle-
7 gans *consil.* 112. *num.* 2. & 3., præsertim quando,
ut in casu nostro, non apparet res alia ejusdem
demonstrationis, nisi illa, quæ enunciatur *Castren.
8 consil.* 293. *in princip. & consil.* 298. *in princ. lib.* 2.
Bald. consil. 66. *lib.* 4., ubi quod condemnati præ-
sumuntur iidem ex nomine conformi, si pluralitas
9 non probetur. Conjecturis quoque, & præsumptio-
nibus probari identitatem voluit *Jason in §. se-
quens instit. de action. Dec. consil.* 149. *num.* 14.
10 *Mascard. conclus.* 778. *num.* 26., & sufficere semi-
plenam probationem, & testes de auditu, & per
famam, & per argumenta, & conjecturas consuluit
Dec. consil. 109. *num.* 2. *vers. et licet, & Paris.
11 consil.* 104. *num.* 21 & 22. *lib.* 1., & per alias de-
monstrationes, quod per confinia, probari identi-
12 tatem ait *Bald. consil.* 410. *lib.* 4. *Dec. cons.* 149.
num. 14. *Cravett. consil.* 112. *num.* 3., imo non
esse necessarium illam probare, quando concur-
runt circumstantiæ illam inducentes, voluit *Corn.
13 consil.* 61. *consil.* 165 *consil.* 380. *lib.* 3. ceterum
cum in casu nostro habeamus, præter librum De-
cimæ, demonstrationem nulli alii rei convenien-
tem, videlicet nomen, & reliquias fornacis, satis vi-
detur probata identitas rei; nam Angelus Bernar-
di, ad quem bona hæc empta primum a Vecchiet-
tis pervenerant, & dixit in Decima *per eredità di
Piera mia zia*, fornacem, apothecas, & domus ex-
truxit, quorum melioramentorum occasione orta
fuit lis inter Bernardum, & Vincentium filios An-
geli, ut in instrumento laudi lati inter eos, &
eamdem fornacem ad coquendam calcem, & quam-
libet speciem laterum accommodatam idem Ange-
lus retulit ad suam Decimam anno 1542. dicens
per se illud opus eo tempore fieri, quæ quidem
qualitas, & demonstratio exprimitur in instrumen-
to mandati facti a D. Pirro Bernardi Angeli de
Strozzis Michaeli Angelo Pellicionio, in quo dictum
fuit, *situm fornacis ipsius D. constituentis, & di-
ctum situm reducendum, & reaptandum*, & in In-
strumento venditionis celebratæ per eumdem pro-
curatorem dictum fuit, *cum una situ ad usum for-
nacis diruta cum omnibus lignaminibus, embricis, &
tegulis &c. & cum uno*, ut vulgariter dicitur *cep-
po di case cantigue dette farnaci*. De hac eadem
qualitate deponunt testes, nam primus pag. 5. di-
cit, Ser Dominicum Longium possedisse, dum vi-
xit, ceppum domorum, cum situ ad usum fornacis,
& cum decem starioris terrarum loco dicto *la Cava*,
& infectiua, *e nella terra poi dove era la Cava de'
Mattoni l'ha fatta spianare*; & pag. 9. Ser Do-
minicum vendidisse ex tegminibus fornacis multa
Ciapu Mammiano fabro murario; idem asseruit se-
cundus testis pag. 11. quod Ser Dominicus factis
quibusdam foveis erectifodinam, quam cavam iste-
rum vocant, redegit ad culturam; tertius testis
similiter pag. 16. ait se scire foveas factas fuisse
in cava, unde lateres extrahebantur; quartus pa-
gin. 18. illud idem asserit, quod primus, & se-
cundus, & in specie pag. 20. furnacem eo tempo-
re, quo emit dictus Ser Dominicus fuisse inuti-
lem, ob defectum eretæ, & idcirco vitium ordi-
nes subrogatos in locum deficientis fornacis; sane
una sola demonstratio, vel qualitas plene probata,
si per eam constat de corpore, sufficit ad proba- 14
tionem identitatis rei; rem enim certam efficit qua-
litas, aut nomen alii rei non conveniens *gloss. in
l. hac consultissima C. qui test. facer poss.*, & latis-
sime probat *Mascard conclus.* 503. *num.* 12. cum
adductis.

Quod autem Reverendissimus D. actor fuerit
talis, qualem se dixit, juxta text. in *leg.* 2., ubi 15
Bart. & communiter DD. *C. de edict. Div. Adri. toll.*
non fuerat dubitandum; siquidem præter alia, quæ
possent adduci ad legitimationem personæ, ut de-
scriptio sui, & suorum ascendentium in libris De- 16
cimæ; ipsemet adversarius respondens ad 9. & 10.
positionem fatetur eum natum, & procreatum a D.
Vincentio Strozza, eoque mortuo superstitem re-
mansisse D. Petrum, quo probationis genere nul-
lum est majus, vel fortius vulgat. *l.* 1. *ff. de con-
fess. DD. in rubr. extra de probat.*, Vincentium
vero fuisse filium Angeli Bernardi, quem testator
tertio loco vocavit ad fideicommissum, & cui de-
volutum fuit, ut supra diximus, probat relatum
instrumentum Laudi inter D. Vincentium, & Ber-
nardum fratrem germanum, in quo de fideicom-
misso prædicto ad eos mediante Angelo patre devo-
luto, & de melioramentis ab eo factis agitur, at-
que transigitur, cujus Bernardi filios fuisse Ange-
lum, & Pirrum alienantem, & alienationi consen-
tientem fatetur reus octavæ positioni respondens;
quamobrem si D. actor fuit Vincentii filius, ut sit
reus, & D. Vincentius fuit filius Angeli vocati ad
fideicommissum, ut in dicto instrumento, sequitur
necessario, eumdem D. Petrum fuisse nepotem An-
geli, & de liberis vocatis ad fideicommissum. Ex
quibus non obstantibus exceptionibus non probatæ
iden-

identitatis bonorum, & perfonarum pro D. acto-
re judicandum effe cenfuimus.

Neque obftare putavimus fuperexiftentiam
D. Pirri filii D. Angeli fidejufforis, & illius hære-
ditatem adeuntis cum beneficio legis, & inventa-
rii; nam, aut quærimus utrum venire poffit ad fi-
deicommiffum jure repræfentationis, & ex perfo-
na patris, quo cafu refpectu teftatoris effet in pa-
ri gradu cum D. Petro, aut quærimus nunquid
17 poffit venire ex perfona propria; jure quidem re-
præfentationis non poteft, tum quia repræfenta-
tio in fideicommiffo relicto a tranfverfali [nifi a-
liqua conjectura voluntatis contrarium fuadeat]
tunc folum locum habet, cum teftator eft prioris
gradus, puta patruus, vel avunculus, ut probat
Menoch. de præfumpt. lib. 4. præfumpt. 95. n. 16.
18 *&* 31., tum etiam quia Pirrus in cafu noftro re-
præfentaret incapacem, & privatum; cum Angelus
pater alienationi confenferit; videndum eft igitur
an ex perfona propria, quo cafu videtur, quod
19 tamquam proximior gravato debeat fuccedere, D.
Petro excluſo in gradu remotiore, eo quod fidei-
commiffum cenfeatur relictum fecundum ordinem
fuccedendi ab inteftato in infinitum, *l. cum ita §. in*
20 *fideicommiffo, & l. peto §. fratre ff. de legat.* 2.
Bald. Caftr. Jaf., & alii in *l. fin. C. de verbor. fi-
gnificat. Corn. confil.* 37. *lib.* 1. *Soccin. confil.* 249.
lib. 2. *& confil.* 286. *lib.* 3. *& confil.* 23. *lib.* 4.,
21 dummodo ifti fuccedentes fub nomine collectivo,
quo vocati funt, comprehendantur *gloff. in dict.
§. in fideicommiffo*, & ibi *Bartol. Imol. & Caftren.
Rain. confil.* 22. *num.* 13. *vol.* 2. *Soccin. Jun. con-
fil.* 126. *num.* 32. *&* 33. *lib.* 1., quam fententiam
communem afferit *Soccin. confil.* 249. *num.* 22 *lib.* 2.,
inquiens ita fuiffe judicatum Senis, & Florentiæ, &
Marzar. in epitom. fideicommiff. 35. *quæft. in fin.*,
atque fic dicitur fuiffe decifum per hanc *Rot.* ut in
Lib. Mot. 11. *n* 141. eamdemque opinionem fequi-
tur *Cephal. confil.* 46 *num.* 21. *& Ciof. confil.* 7.
vol. 1., & alii quamplures approbant, quos lon-
go ordine recenfet *Peregrin. de fideicommiff. ar-
tic.* 20. *num.* 2. *Mantic. de conjectur ultim volunt.
lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 30. *Simon de Prat. de interpr.
ultim. volunt. lib.* 3. *dubit.* 4. *folut.* 3. *quæft.* 7. *n.* 33.
Zanch. in §. cum ita in 9. *part. num.* 3. *&* 4. *Ca-
ball. confil. decif.* 114. *num.* 3. *lib.* 2. *Gratian. di-
fcept. cap.* 285. *num.* 21.

Quia primo refpondetur prædictam opinionem,
ut in fideicommiffis attendatur proximitas grava-
ti, & non gravantis, effe adeo controverfam,
dubiam, & ambiguam, ut ad decifionem articuli
allegari non debeat; non enim paucioribus funda-
mentis, aut minori numero Doctorum de com-
22 muni, & magis communi teftantium fulcitur fen-
tentia contraria, quod fcilicet proximitas teftato-
ris, non gravati infpiciatur, quod, & ipfa ratio
23 fuadet, nam ut ajunt *Mantic. & Peregrin.* locis
citatis per fideicommiffum fuccedirur teftatori, non
gravato *l. cohæredi §. cum filia ff. de vulgar. &
pupillar.*, & actus ordinanti tribuitur *l. unum ex
familia §.* 1. *ff. de legat.* 2., difpofitio etiam de
agnatis proximis, vel propinquis refertur ad pro-
pinquus teftatoris *l. fi cognatis*, ubi *Bart. ff. de
24 reb. dub.*, & quifque cenfetur eos magis diligere,
qui propius ei accedunt *l. Publius §.* 1. *ff. de con-
dit. & demonftr*, textum quoque in dict. *§. in fi-
deicommiffo*, fic *Accu. Bart. Bald. Raphael. Oldrad.
Caftr. & Alciat. num.* 7. accipiunt, & interpretan-
tur, ut per illum textum proximiores teftatori cen-
feantur effe prælati, cujus fententiæ fautores fu-
pra triginta refert idem *Peregrin. dict. articul.* 20.
in princ., & longe plures *Cabal. dict. confil.* 154.
num. 2., inter quos, plures enumerat teftes de
communi, & de magis communi, quod antea fe-
cerat quoque *Mantic. dict. tit.* 12. *num.* 31., ubi
in fine refert *Roland.* dicentem contrariam opi-
nionem communiter reprobari, idem *Zanch.* ubi
fupra, idem *Jofeph de Ruftic. confil.* 2. *poft. tract.
an, & quando liberi num.* 102. quamplures de
veriori magis communi, & magis obfervata opi-
nione teftes commemorans; infirmum itaque vi-
detur effe, quod ex illa priori fententia ducitur, 25
argumentum, fed ea data, & conceffa tamquam in
hac Rota magis recepta, adhuc tamen obftare non
debuit, quia non poteft locum habere, quando,
vel ex verbis, vel ex conjecturis colligitur mens 26
contraria teftatoris *Simon de Prat. de interpret. ul-
tim. volunt. lib.* 3. *dubit.* 4. *folut.* 3. *num.* 34 *&
feqq. Mantic. dict. titul.* 12. *num.* 31. *& feqq. Pe-
regrin.* loc. citat. *num.* 11., & generaliter *Menoch.
dict. præfumpt.* 91. *per tot.* modo in cafu noftro
duæ funt præfumptiones urgentes, & validiffimæ;
prima eft, quod teftator in ea parte teftamenti, 27
qua prohibet omnem alienationem his verbis uti-
tur: *Et in quolibet cafu contrafactionis ftatim talia
bona fic alienata devenire voluit in fubftitutos præ-
dictos de gradu in gradum:* ex quibus verbis pro-
ximior teftatori remotiorem excludit, & filius pa-
trem non repræfentat *Menoch. dict. præfumpt.* 95.
num. 20.) ubi cumulat auctoritates, & pleniffime
Mantic. de conjectur. dict. lib. 4. *titul.* 9. *num.* 9.
Peregrin. artic. 21. *num.* 3. fecunda eft, quia te- 28
ftatur deficientibus lineis mafculinis fuorum ne-
potum, fubftituit proximiorem dicti teftatoris de
domo de Strozzis, unde perfpicuum redditur eum vo-
luiffe vocare proximiorem gravati *Menoch.* loc.
citat. *num.* 21. *& Mantic.* longe copiofus dict.
tit. 9. *num.* 10. *Peregrin.*, qui citat innumeros, *ar-
tic.* 21. *num.* 2.

Et quamvis ea verba, quibus teftator voca-
vit fibi proximiorem de familia, referri videantur
ad cafum deficientiæ trium linearum fuorum ne- 29
potum, de qua ibi agitur, non autem ftantibus
dictis lineis, quia tunc teftator non vocat proxi-
miorem; nihilominus eo, quod in illo cafu con-
ftat teftatorem, fibi proximiorem magis dilexiffe,
verifimile eft etiam in alio voluiffe fideicommif-
fum de fibi proximiore, ad fequentem in gradu
pervenire, quoniam ex fequentibus præcedentia,
& econtra folent explicari, ut in propofito *Cra-
vett. confil.* 130. *num.* 6. *Simon de Prat. lib.* 3. *du-
bit.* 2. *folut.* 3. *num.* 10.

Verum omnem prorfus dubitationem videtur 30
adimere, quod D. Pirrus tempore alienationis non
erat adhuc in rerum natura; at is, qui non eft
natus, aut faltem conceptus tempore adventus
conditionis, ad fideicommiffum non admittitur,
ut ex pluribus rationibus concludit *Peregrin. ar-
tic.* 22. *num.* 71., ubi citat *Lambert. Jof. Andr.
Soccin. Caftr. Ant. de Prat. Jaf. Dec. Ruin. Parif.
Tiraquell. Alexand. Angel. Gabriel. Alb. Alexand.
Plat.* teftem de communi, *& Soccin. confil.* 174.
num. 3. *&* 29. *lib.* 2., ubi dicit in puncto aperto
cafu fideicommiffi per alienationem, feu confifca-
tionem bonorum contra prohibitionem teftatoris,
poftea natos non revocare alienata, pleniffime 31
Menoch. confil. 413. *num.* 17. *& num.* 33., ubi re-
fpondet argumentis contrarium fentientium, &
lib. 4. *de præfumpt. præfumpt.* 93. *fexto cafu n.* 7.,
qui prædictis addit *Cravett. Zanch. Molin. Surd. &
Rot. Rom. decif.* 38. *& decif.* 379. *num.* 11. *par.* 1.
in noviff. *divers.* Quibus non repugnant aliquot li-
mitationes relatæ ab eodem *Peregrin. d. art.* 22.
nam teftator apertiffime voluit in cafu contrafa-

ctio-

32 ctionis statim bona effici non contrafacientium; quo
sit, ut enim positi in conditione ex magis recepta
sententia non censeantur vocati; & eo tempore,
quo Pirrus patris locum subintravit, repererit eum
33 consentiendo alienationi cootrafecisse, & sic pri-
vatum, ad fideicommissum, non possit adspirare, quia
pater cootrafaciendo, filio in conditione posito,
non aotem proprio nomine vocato præjudicavit,
sicot auctoritate *Andr. de Iser. in cap.* 1. *col.* 1.
si vassa. feu. priv. & Alb. cons. 17. *num.* 18. de-
terminat *Magon. decis. Florent.* 16. *num.* 43. *cum
seqq.* ad casom nostrum optime applicandis, ad
quæ brevitatis causa relatio habeator.
Illud etiam, quod in contrariom obiicebatur,
videlicet obstare rem judicatam, minime fuerat
attendendom; nam com DD. tres, ad quos per
appellationem causa fuerat devoluta, sententiam
34 tulerint ab observatione, juxta notissimos termi-
nos juris non est probibitus actor de novo insti-
tuere judiciom; sententia enim ab observatione
non dicitor definire negocium, & non tangit me-
rita causæ, sed instantiæ *gloss. in l. barum in verb.
absolvitur*, ubi *Bart. ff. si servitus vindit. Bart. in
l. Titia ff. de accus. Abb. & Felin. in cap. exami-
nata de judic. Maran. de ord. Jud.* 5. *part. n.* 61.,
& plene per *Jason. in l. admoaendi num.* 7. *ff. de
jurejurand.*
Quantum vero ad exceptionem retentionis,
ob facta melioramenta in bonis restituendis puta-
35 vimus fore admittendam; ne dom, quia fuissee
iniquom fideicommissarium cum jactura bonæ fidei
possessoris fieri locupletiorem *l. nam hoc natura
ff. de condit. indebit. §. certe instit. de rerum di-
vis.*, verum etiam, quia eom Ramachiottus, &
ejus auctores in rem illam impenderint tamqoam
suam, & animum non habueriot obligandi Domi-
num, solum remedium retentionis ei competit, ut
36 ex text. in *l. Paulus ff. de dol. except. l. qua ra-
tione §. babet ff. de acquir. rer. domin. in l. si ar-
ca in fin. ff. de condit. indebit.*, obi *Castr. & Jas.
Bart. & Jason in l. qui exceptionem §. pæn. eodem
tit. Negusan. de pignor. in* 4. *memb.* 5. *par. n.* 186.
cum aliis notatis per *DD. in l. si non furtem §. cen-
tum ff. de condit. & demonstrat.*, ad quæ in re vul-
37 gari, & frequenti habeatur relatio; generaliter enim
receptum est pro melioramentis retentionem ei
dari, qui impendit, donec sibi solvantor, quam-
vis nulla eorum facta mentione foerit condemna-
tus ad rei restitutionem, ad tradita per eumdem
Negusant., ibi *num.* 10. *Corn. consil.* 147. *num.* 18.
lib. 2. *& consil.* 86. *lib.* 4. *Ruin. consil.* 100. *n.* 6.
lib. 4. *Curt. Jun. consil.* 42. *num.* 10. *Capyc. de-*
38 *cis.* 17. *num.* 7. cum simil. Et in tantum competit
retentio, ut impediator executio Cameralis, &
trium conformium, ut ait *Gall. in tract. de oblig.
Cameral. in* 2. *quæst. ad* 4. *part. oblig. num.* 12.
39 *&* 13. verum si possessor non refectis melioramen-
tis amoveatur de facto, restitui debet *Bald. cons.* 362.
40 *per tot. lib.* 3., & qoia jus retentionis pro melio-
ramentis, quod cœpit competere D. Angelo primo
tamquam ejus proprium, & non fideicommisso
subjectum transit ad successorem, etiam singularem
sine cessione *l. in hoc judicium §. impendia versic.
sed is, qui ff. commun. divid. Bart. in l. si tertius
§. si prius ff. de aqu. pluv. arcen. Alexand. in l. qui
exceptionem §. si pars ff. de condit. indebit. Jas. in
l. si tibi §. pactum ff. de pact. Paris. consil.* 28.
num. 3. *lib.* 3. *Tiraquell. de retract. convent. §.* 7.
gloss. 1. *num.* 15. *versic. decima declara*; idcirco in
sententia diximos data tamen retentione pro me-
lioramentis factis a D. Ramacchiotto, & ejus au-
ctoribus liquidandis; & quod detur retentio pro
melioramentis non liquidis [cum, ut in isto casu,
constat facta fuisse] liquidandis tamen in alio ju-
dicio voluit *Capyc. decis.* 17. *num.* 7., & est adeo 41
receptum usu, ut probatione non egeat &c.

Turnus Piattius.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Proximitatem gravati non gravantis attendendam esse in successione fideicommissaria, est opinio ab omnibus recepta, & a Rota Florentina canonizata, & quando contraria opinio procedat. Melioramenta quæ sint necessaria, quæ utilia, & quæ voluptuosa, & quod prima, & secunda sint fideicommissario reficienda, & pro eis competat retentio, secus pro tertia illorum specie.

SUMMARIUM.

1 *IDentitas quomodo probetur remissive.*
2 *Repræsentatio an, & in quibus casibus locum habent remissive.*
3 *Opinio, quod in fideicommissis attendatur proximitas gravati, & non gravantis ab omnibus recipitur, etiam circumscriptis præsumptionibus, & conjecturis.*
4 *Et est recepta in Rota Florentina.*
5 *Amplia sive agatur de fideicommisso ascendentis, sive transversalis.*
6 *Maxime si ageretur de fideicommisso successivo, in quo post longissimum tempus, & plurium personarum esset difficile invenire proximiorem gravantis, & lites exoriri possent.*
7 *Præsertim quia post remotissimi temporis lapsum solent succedere personæ incertæ, & testatori omnino incognitæ, quas nescitur esse testatori benevisas, an odiosas.*
8 *Amplia etiamsi fiat transitus de uno genere personarum ad aliud, veluti de masculis ad feminas.*
9 *Item quando extinctis omnibus descendentibus masculis, & fæminis veniendum sit ad transversales.*
10 *Limita si linea transversalis sit diversa in substantia a linea gravanti, & exemplificatur ibi.*
11 *Linea gravati, vel gravantis, quando sit attendenda remissive.*
12 *Alienatio bonorum fideicommissariorum facta a gravato, quando ab ipso, vel a vocatis ad fideicommissum revocari possit remissive.*
13 *Fideicommissum quando est reale, bona possunt a quocumque avocari, cum in quemcumque transeant cum suo onere, & vinculo.*
14 *Facultas recuperandi bona per alios empta, quæ esset personalis, non operatur, ut quis recuperare possit bona fideicommissaria in alios distracta etiam soluto pretio.*
15 *Et quando hæc facultas personalis dicatur remissive.*
16 *Fideicommissario competit retentio pro melioramentis, & alia ad materiam remissive.*
17 *Quod procedit si melioramenta facta sint bona fide.*
18 *Non dicuntur facta bona fide, si meliorans scit rem, quam melioravit esse fideicommisso obnoxiam, & proinde illa repetere nequit, & de ratione num. seq.*
19 *Melioramenta facta a sciente rem esse alienam, & fidei-*

& fideicommisso suppositam præsumuntur donata.

20 *Melioraus credens rem melioratam ad se spectare semper deducit melioramenta.*

21 *Credulitas, quod res ad se spectet, excludit malam fidem a meliorante.*

22 *Melioramenta alia sunt necessaria, alia utilia, alia voluptuosa.*

23 *Melioramenta necessaria dicuntur illa, quibus non factis, vel res periisset, vel deterior evasisset.*

24 *Et inter impensas necessarias recensetur restauratio, & reparatio veteris ædificii.*

25 *Amplia licet fideicommissarius eas eo modo facturus non fuisset, dummodo congruitatem non excedant.*

26 *Item expensa necessaria sunt solariorum, & pavimentorum refectio, quando vetera sunt, & consumpta.*

27 *Item refundatio fundamentorum cum barbacanis, & appodiatio scala pro corroboratione ædificii.*

28 *Item lastricata turiarum, ne aqua penetret terram, & debilitet fundamenta.*

29 *Amplia licet talia melioramenta non diu duraverint, dummodo absit culpa meliorantis.*

30 *Item melioramenta necessaria dicuntur confectio putei, & omnia, quæ consistunt in redactione rei ad statum fructiferum.*

31 *Melioramenta necessaria reficienda sunt fideicommissario, usufructuario, & cuilibet etiam possessori malæ fidei.*

32 *Limita concurrente dolo, velutì quia facta sint ingentia, ut difficilior reddatur domino recuperatio bonorum.*

33 *Item limita in melioramentis utilibus, quæ possessori malæ fidei non restituuntur.*

34 *Melioraus considerabiliter rem quandoque potest petere retentionem rei, & offerre actori pretium rei antequam melioraretur.*

35 *Melioramenta utilia dicuntur illa, quæ reddunt rem pretiosiorem, augent valorem, & fructum rei melioratæ, & perpetuam afferunt utilitatem, & ista quoque sunt reficienda.*

36 *Melioramenta afferentia utilitatem perpetuam dicuntur illa, quæ ultra decennium duratura sunt.*

37 *Et ea, quæ adhuc existunt post deventam rem melioratam in manibus substituti.*

38 *Item novæ plantationes, & excavationes duratura ultra vitam meliorantis ad differentiam plantationis, quæ fit pro subrogandis novis plantis in locum demortuarum.*

39 *Melioramenta facta potius causa colligendorum fructuum, quam ad perpetuam utilitatem reficienda non sunt, & quæ talia dicuntur num. seqq.*

41 *Contrarium qui teneant.*

42 *Melioramenta utilia dicuntur mansionum elevatio, & excavatio parvæ scalæ, cum pensionem augeant.*

43 *Item ædium constructio.*

44 *Melioramenta in origine voluptuaria inter utilia sunt recensenda, si augeant valorem, & fructum rei melioratæ, & exemplifica ut ibi.*

45 *Melioramenta voluptuaria, & voluntaria non sunt a fideicommissario reficienda, nec pro eis retentio competit.*

46 *Melioranti conceditur abrasio melioramentorum, cum ea reficienda non sunt, si ex tali abrasione aliquam utilitatem consequi possit.*

47 *Secus si nulla utilitas ex tali abrasione promanaret, & peteretur ad æmulationem.*

Ad num. 2. & seqq. 1

DE identitate probanda, vide *Rot. Florent.* supra *decis.* 92. *num.* 42. *& seqq.*, aliosque a me citatos in *addit.* ad eamdem *num.* 9.

Ad num. 17.

De repræsentatione, an, & in quibus casibus 2
locum habeat, vide *Rot. Florent.* supra *decis.* 28. *num.* 5. *& seqq.*, & quæ scripsi in *addit. a.* 151. *decis.* 60. *num.* 1. *& seqq.*, & quæ ibi plene dixi in *addit. n.* 1. *& per tot. & seqq. & dec.* 75. *n.* 3. *& seqq.*, in *addit. num.* 1. *& seqq.*

Ad num. 19. *& seqq.*

Opinio, quod proximitas ultimi gravati, non 3
autem gravantis attendenda sit in fideicommissis,
hodie ab omnibus recipitur etiam circumscriptis
conjecturis, & præsumptionibus *Urceol. consult.* 22.
num. 7. *Rodulphin. alleg.* 154. *num.* 2. *de Luc. de* 4
fideicomm. disc. 18. *num.* 8. *& disc.* 23. *num.* 4.,
& de constanti opinione Rotæ Florentinæ dictum
fuit in *decis.* 6. *num.* 21., ubi concordantes *decis.*
Rot. Florent. & Rot. Rom. adducuntur *decis.* 26.
num. 25. *& decis.* 57. *num.* 23. inter impressas
coram me, ubi pariter plures *Rot. Florent. decis.*
adducuntur, & supra hoc eodem volum. in *addit.*
ad decis. 7. *ad num.* 24. *& seqq.*, ubi quod hæc
opinio recepta est in *Rot. Florent.* pluresque ejusdem *Rot. decis.* allegantur, eadem *Rot. Florent.* supra *decis.* 61. *num.* 1. *& seqq.*, & ibi ego in *addit. num.* 2. *& decis.* 71. *num.* 1. *& seqq.*

Sive agatur de fideicommisso ascendentis, sive 5
transversalis *Episcop. Rocc. disput.* 3. *num.* 39. *Rot. Florent.* supra *decis.* 71. *num.* 21. *& seqq.*, ubi reprobat contrarios. *Rot. Rom. in Senogallien. Fideicommissi* 21. *Januarii* 1715. §. *si vero*, *& seqq. coram Ansaldo*, *&* 14. *Februarii* 1716. §. *nec videbatur*, *coram Cerro*, *& in Interamnen. Immissionis* 5. *Junii* 1716. §. *si demum*, *coram Eminentissimo Dom. meo Cardinali Althann*, nunc impress. apud *Palm. Nep. decis.* 422.

Maxime si ageretur de fideicommisso succes- 6
sivo, & perpetuo, in quo post longissimi temporis tractum, & plurium personarum successionem difficile esset invenire proximiores gravantis, & inextricabiles inter ipsos lites, & controversiæ exorirentur *Castald. consult.* 126. *num.* 17. *Episcop. Rocc. disput.* 3. *num.* 40. *de Luc. de fideicomm. di-*
scurs. 23. *num.* 7. *Rot. post Urceol. de transact. de-* 7
cis. 69. *num.* 12. *&* 13. *& coram Buratt. dec.* 682. *num.* 6. *& decis.* 744. *num.* 12. *Ottbobon. decis.* 21. *num.* 20. *& seqq. & decis.* 35. *num.* 6. *&* 7., signanter quia post remotissimi temporis lapsum, ut plurimum vocari, & succedere solent personæ incertæ, & testatori omnino incognitæ, & propterea in eis nulla considerari potest disponentis affectio favore proximiorum ipsius, qui non fuerunt ab eo cogniti, in nulla consideratione haberi potuerunt, nec certum est, an sit personæ testatori benevolæ, vel odiosæ, & parum benevisæ, ut prosequitur *Episcop. Rocc. disput. select. cap* 3. *num.* 40. *versic. signanter*. *Rot. coram Ottbobon. decis.* 21. *num.* 21. *& coram Buratt. decis.* 682. *num.* 6.

Amplia etiamsi fiat transitus de uno genere 8
personarum ad aliud, videlicet de masculis ad fœminas *Rot. Florent. decis.* 6. *num.* 52. *coram me*, *& apud Palm. Nep. decis.* 453. *num.* 47.

Item & in caso, quod extinctis omnibus de- 9
scendentibus masculis, & fœminis veniendum sit ad transversales *Rot. Florent. apud Urceol. dec.* 48. *num.* 24.

Limita si linea transversalis sit diversa in sub- 10
stantia ab illa gravati, quia nempe sub communi testatoris stipite ambæ non fuerint efformatæ, vel

subdi-

subdivisæ, sed hæc a fideicommittente, illa a superioti ascendente ipsius fideicommittentia proveniat, quoniam tunc ad gravantem pro regulanda successione recurritur *Gratian. discept.* 493. *n.* 25. *&* 26. *Mans. consult.* 88. *num.* 6. *vers. vel saltem lib.* 1. *Rot. Florent. apud Palm. Nep. dict. dec.* 453. *num.* 48. *&* 49. *Rot. Rom. coram Cavalee, dec.* 465. *num.* 5. *& coram Emer. Jun. decis.* 1136. *in fin.*, & dixi ego supta io *addit. ad decis.* 71. *num.* 2.

11 Vide ad materiam quando sit attendenda proximitas gravati, vel gravantis *Rot. Florent.* supra *decis.* 7. *num.* 24. *& seqq.* ibique in *addit.* ad eumdem *n.* 32., & in *addit. ad decis.* 53. *num.* 6. *& seqq. decis.* 62. *num.* 1. *& seqq. & num.* 21., & ibi ego in *addit. num.* 2., ubi alii, *decis.* 72. *num.* 1. *& seqq.*, ibique ego in *addit. num.* pariter 2. *& seqq. & decis.* 76. *num.* 20., ibique ego in *addit, num.* 6.

Ad num. 30. *&* 31.

12 An, & quando alienatio bonotum fideicommissariorum facta a gravato, ab ipso, vel a vocatis ad fideicommissum possit revocari, & quomodo, vide *Rot. Flarent.* supra *decis.* 3. *num.* 14. *& seqq. decis.* 72. *num.* 4. *& seqq. & decis.* 87. *n.* 10. *& seqq.*, & quæ ibi ego dixi in *addit.*, ubi præsens decisio allegatur.

13 Qoando fideicommissum est reale a quocumque avocari potest, quia bona fideicommisso subjecta io quemcumque transferantor, cum suo onere, & vinculo transeunt *Rot. Florent.* supra *decis.* 10. *num.* 10.

14 Et si alicui concessa fuisset facultas recuperandi boua per alios empta, quæ tamen esser personalis, bona fideicommissaria in alios distracta recuperare non posset, etiam soloto pretio, *Rota Florent.* supra dict. *decis.* 18. *num.* 13. *& seqq.*, ubi late differitur, quando talia facultas dicatur
15 personalis, non obstante stipulatione Notarii pro hæredibus, & successotibus.

Ad num. 35. *& seqq.*

Quod pro melioramentis competat fideicom-
16 missario tetenrio, vide supra *decis.* 3. *num.* 33. *& seqq.*, ibique ego in *addit. num.* 43. *& seqq.*, ubi allegatur præsens *decis.*, & alia plura ad materiam, *& decis.* 34. *num.* 47. *& decis.* 90. *num.* 40., & pluribus adductis juribus, & auctoritatibus *de Angel. de meliorum. artic.* 7. *num.* 10. *Rot. Ramun. coram Beniucas. decis.* 64. *num.* 5.

17 Quod procedit quando quis melioramenta fecit bona fide, ut dicitur in hac nostra *decis. num.*

Non dicitur autem meliorans ea fecisse bona
18 fide, si scit rem, soper qua fecit melioramenta esse fideicommisso obnoxiam, & proinde ea repetere non potest *de Angel. de melioroment. artic.* 7. *num.* 50. *Rot. post de Luc. de testament. decis.* 65. *num.* 6.

19 Sciens enim rem esse alienam, aut fideicommisso suppositam, si in ea facit melioramenta, ea donare voluisse censetur, ut firmat *Torr. var. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 4. *num.* 36. *fol.* 223., & alii passim.

20 Et si meliorans credere potuit rem melioratam ad se spectare semper deducit melioramenta *Torr. var. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *dict. quæst.* 4. *num.* 50. *fol.* 224.

21 Hæc namque credulitas, si probabilis sit, excludit malam fidem a meliorante, ad quam tollendam sufficit quælibet causa, & motivum credendi bona posse spectare ad meliorantem *Rot. post de Luc. de testam. dict. decis.* 65. *num.* 13.

22 Ad pleniorem autem hujus materiæ intelligentiam sciendum est, quod melioramenta aut sunt necessaria, aut utilia, aut voluptuosa *l.* 1. *& l.* 14. *ff. de impens. in reb. dotal. fact. Torr. var. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *dict. quæst.* 4. *n.* 28. *fol.* 222.

Melioramenta necessaria dicuntur illa, qui- 23
bus non factis res periisset, vel deterior evasisset *l. impensa* 79. *ff. de verbor. significat. l.* 13. *ff. de impens. in reb. dotalib. fact. de Angel. de meliorament. dict. artic.* 7. *num.* 12. *Rot. Lucen. apud Palm. Nep. decis.* 222. *num.* 33. *& num.* 42.

Proindeque inter necessarias impensas recen-
setur refectio, & restauratio vereris ædificii *l. im-* 24
pensa 14. *ff. de impens. in reb. dotalib. fact. Torr. var. jur. quæst. tom.* 1. *tit.* 2. *quæst.* 4. *num.* 30. *fol.* 223. *Rot. Lucen. apud Palm. Nep. d. dec.* 222.
num. 33., ubi plurea, *& num.* 34., ubi etiamsi fi- 25
deicommissarius eas eo modo facturus non fuisset, dummodo congruitatem non excedant, *& num.* 42.

Solariorum, & pavimentorum refectio sunt
pariter expensæ necessariæ, quando vetera sunt a 26
temporis voracitate consumpta *l. impensæ* 79. *ff. de verbor. significat. Altograd. cons.* 28. *num.* 58. *lib.* 1. *Rot. Lucen. apud Palm. Nep.* citat. *decis.* 222. *num.* 40.

Refundatio fundamentorum cum barbacanis 27
constructis, & appodiatio scalæ pro corroboratione ædificis *Rot. Lucen. apud Palm. Nep.* citat. *decis.* 222. *num.* 42.

Lastricario curiarum, ne aqua penetret ter- 28
ram, & debilitet fundamenta domus pariter inter melioramenta necessaria recensetur *Peregrin. de fideicomm. dict. artic.* 50. *sub num.* 7. *Rot. Lucens.*
apud Palm. Nep. citat. *decis.* 222. *num.* 42. *&* 43., 29
ubi etiamsi talia melioramenta diu non duraverint, dummodo hoc non eveniat ex culpa meliorantis.

Item melioramenta necessaria dicuntur con- 30
fectio putei, quæ est pars necessaria domus *Rot. Lucen. apud Palm. Nep. dict. dec.* 222. *n.* 39.

Et illa, quæ consistunt in reductione rei ad statum fructiferum *Rot. post de Luc. de testament. dict. decis.* 65. *num.* 18.

Dictaque melioramenta necessaria reficienda 31
sunt fideicommissario, usufructuario, & cuilibet etiam possessori malæ fidei, *de Angel. de meliorament. dict. artic.* 7. *num.* 50. *post de Luc. de testament. dict. decis.* 65. *num.* 14.

Nisi concurreret dolus, puta quia ingentia 32
melioramenta facta sint, ut difficilior reddatur domino recuperatio bonorum melioratorum, *de Angel. de melioram.* citat. *art.* 7. *num.* 52., ubi alios refert. *Rot. Lucen. apud Palm. Nep. dict. decis.* 222. *num.* 36. *&* 40. *Rot. Rom. post de Luc. de testament.* citat. *decis.* 65. *num.* 15. *& in recent. decis.* 307. *num.* 22. *par.* 12.

Vel nisi ageretur de melioramentis utilibus, quæ possidenti cum mala fide non reficiuntur *Torr.*
variar. jur. quæst. tom. 1. *tit.* 2. *dict. quæst.* 4. 33
num. 35. *fol.* 223. *de Angel. de meliorament. dict. artic.* 7. *num.* 50. *Rot. Rom. coram Cels. decis.* 387. *num.* 1. *& seqq.*

Quandoque etiam ille, qui considerabiliter 34
melioravit potest petere retentionem, & offerre actori pretium rei antequam melioraretur, juxta æquitatem propositam per relatos a *Rot. Roman. post de Luc. lib.* 6. *decis.* 4. *num.* 5.

Melioramenta utilia dicuntur illa, quæ rem 35
pretiosiorem reddunt, augent valorem, & fructum rei melioratæ, & perpetuam afferunt utilitatem, istaque etiam sunt reficienda *Cyriac. controv.* 295. *num.* 4. *de Angel. de meliorament. dict. articul.* 7. *num.* 12. *Rot. Lucen. apud Palm. Nep. d. dec.* 222. *num.* 35. *Rot. Rom. post de Luc. de testament. dict. decis.* 65. *num.* 16.

Per-

36 Perpetuam dicuntur afferre utilitatem melioramenta, quæ ultra decennium duratura sunt *Rot. Januen. apud Palm. Nep. dec. 223. num. 20.*

37 Et ea, quæ adhuc existunt post deventam rem melioratam in manibus substituti *Rota post de Luc. de testament. dict. dec. 65. num. 19.*

38 Quemadmodum perpetuam utilitatem respicere dicuntur novæ plantationes, & excavationes duraturæ ultra vitam meliorantis ad differentiam plantationis, quæ fit pro subrogandis novis plantis in locum demortuarum *Rot. post de Luc. de testament. decis. 65. num. 11. & coram Beaincas. decis. 209. num. 11.*

39 Reficienda tamen non sunt melioramenta facta potius causa fructuum colligendorum, quam ad perpetuam rei utilitatem *Rot. Januen. apud Palm. Nep. decis. 223. num. 10. Rot. Rom. post de Luc. de testam. dict. decis. 65. num. 4.*

40 Et hujusmodi generis sunt vitium plantatio, & lignamina pro his substinendis necessaria, arborum parvo tempore duraturarum plantatio, & murorum constructio, quorum expensæ reficiendæ non sunt, relati per *Rot. Januen. apud Palm. Nep. dict. decis. 223. num. 10. & 11. Bouden. collect. 33. num. 104. & seqq. tom. 2.*, ubi vide distinctionem.

41 Sed contrarium tenent *Rot. Januen. apud Chartar. decis. 72. num. 10. & seqq. & apud Palm. Nep. dict. decis. 223. num. 23. & 24.*, ubi declarat contrarios procedere, quando agitur de modica expensa, secus si de magna.

42 Mansionum elevatio cum novis solariis, excavatio scalæ parvæ inter melioramenta utilia pariter connumerari debent, cum augeant pretium, & pensiones domus *Marescot. var. lib. 2. cap. 110. num. 1. Peregrin. de fideicomm. artic. 50. num. 29. Rot. Lucen. apud Palm. Nep.* citat *decis. 222. n. 41. Rot. Rom. in recent. decis. 438. n. 65. par. 9.*

43 Prout inter utilia melioramenta recensetur ædium constructio *Torr. var. jur. quæst. lib. 1. titul. 2. quæst. 4. num. 34. fol. 223.*

Melioramenta etiam in origine voluptuaria in-
44 ter utilia connumerari debent, si augent valorem, & fructum rei melioratæ *Rot. Lucen. apud Palm. Nep. dict. decis. 222. num. 44.*, ubi de balaustris marmoreis, incrustationibus fenestrarum, & januarum.

45 Hæc omnia, quæ huc usque de retentione dicta sunt pro melioramentis necessariis, & utilibus, non procedunt in melioramentis voluntariis, & voluptuariis, quæ a fideicommissario non sunt reficienda melioranti, nec huic pro eis competit retentio *l. voluptuaria 7. ff. de impens. in reb. dotalib. fact. Mangil. de imput. quæst. 136. num. 31. de Angel. de melioramentis* sæpeallegat. *artic. 7. n. 11. Rot. coram Beniatas. decis. 173. num. 19. & decis. 209. num. 8.*

46 In casibus autem, in quibus melioranti non sunt reficienda melioramenta, permissa eidem est illorum abrasio, si a tali abrasione aliquid utilitatis ipse consequi potest, ut tradit *Torr. var. jur. quæst. tom. 1. titul. 2. quæst. 4. num. 37. & 38. fol. 223.*

Si tamen ab hujusmodi abrasione nulla utili-
47 tas proveniret melioranti, sed constaret illam peti ad æmulationem, permitti non deberet, ut prosequitur *Torr. var. jur. quæst. tom. 1. titul. 2. dict. quæst. 4. num. 39. fol. 223.*

FLORENTINA
Fideicommissi.

23. Decembris 1616. ex Lib. Motiv. 96. a 370.

ARGUMENTUM.

Vocatis proximioribus de cippo domus, veniunt etiam fœminæ, si non fuerit contemplata agnatio, & ex quibus cesset agnationis contemplatio. Compromissum factum ex dispositione Statuti dicitur necessarium, & tunc laudum habet vim sententiæ. Maritus lucratur tertiam partem bonorum extradotalium mulieris sine liberis decedentis ex dispositione Statuti Florent. *rubr. 129. lib. 2.*

SUMMARIUM.

1 *Appellatione cippi, & domus veniunt fæminæ, nisi contemplata fuerit agnatio, & num. 3. & 10.*

2 *Contrariæ authoritates referuntur, & conciliantur.*

4 *Fæminis explicite vocatis agnatio contemplata non dicitur.*

Maxime si vocata sint ante cippum num. 7.

5 *Agnatio dici potest contemplata etiam solum in certo casu.*

6 *Deficiente supposito argumentatio eidem innixa deficit.*

8 *Observantia dicitur legum, & ultimarum voluntatum interpres, & regina.*

9 *Præsertim in præjudicium observantis, & habentis ab eo causam.*

10 *Laudum habet vim sententiæ, quando partes vigore Statuti cogi poterant ad compromittendum.*

11 *Et tunc compromissum dicitur factum ex necessitate, & num. 21.*

12 *Et producit actionem, quia lauda habent a Statuto paratam exequutionem.*

13 *Observantia ex quibus actibus resultet, & num. seqq.*

14 *Rei propriæ nulla est emptio.*

15 *Vocatis proximioribus cum dictione tunc, primo admisso cessat fideicommissum, & de ratione.*

16 *Contrariæ authoritates declarantur.*

17 *Vir ex dispositione Statuti Florentini* lib. 2. rubric. 129. *tertiam bonorum extradotalium mulieris lucratur.*

18 *Ubi casus est a Statuto decisus, nulla est disceptatio.*

19 *Sententia, quæ transitum fecit in rem judicatam, plene probat identitatem personæ vocatæ.*

DECISIO XCVIII.

In Causa Carmignani, Colleschi, e Monache di S. Anna.

EXistimaverant Laurentius, & litis consortes de Carmignanis agentes excludere tam D. Equitem Capitaneum Flamminium de Colleschis reum conventum, quam RR. Moniales Monasterii Sanctæ Annæ Montis Caroli tertias comparentes ad commodum processus, ex eo, quia D. Anna uxor præfati D. Equitis, a qua causam habent & ipse, & Moniales, tamquam fœmina non veniret, nec comprehenderetur in substitutione facta a Carolo proximiorum de cippo domus, sed

ipsi tanquam masculi vocarentur; nihilominus post longam, & exactam quidem istius causæ discussionem succubuerunt memorati de Carmignanis, siquidem fuit per nos resolutum, & Clarissimis DD. relatum petita per ipsos actores fieri non debere, nec posse, & subinde hæreditatem, res, & bona remansa in hæreditate D. Annæ relaxanda esse per D. Equitem dd. Monialibus una cum fructibus a die elapsi quadriennii a morte testatoris captis, liquidandis in executione; data tamen retentione ipsimet D. Capitaneo pro detractionibus per eum fiendis pro dote, tertia parte extradotalium, legatis, & si quæ aliæ sibi competerent tam ex testamento, quam ex codicillis D. Annæ pariter liquidandis in executione.

Moti autem fuimus ad ita referendum, quoniam habuimus pro constanti, quod fœminæ appellatione cippi domus nunquam exclusæ censean-
1 tur, nisi quando testator habuit rationem conservandi agnationem, aperta est *decis. Rot. Rom. in una Nucerina Fideicommissi* 24. *Novembris* 1593. *coram Mantic.*, de qua penes *Farinacc.* in noviter noviss. *decis.* 503. *num.* 3. optime in puncto, ac in individuo casus nostri ostendit *Papon. in consil. sua decis.* 113.

2 Et licet satis recepta videatur conclusio, quod non admittantur fœminæ ad fideicommissum, ad quod vocatur cippus, ut ex pluribus firmat *Honded. cons.* 75. *num.* 27. *lib.* 1. *& cons.* 65. *num.* 33. *lib.* 2. *Peregrin. de fideicomm. art.* 22. *n.* 29.

Nihilominus videtur procedere hujusmodi conclusio, ubi ex conjecturis colligitur testatorem habuisse rationem conservandi agnationem, & aliis concurrentibus conjecturis, ut recte intuenti, & ponderanti DD. omnium consilia patebit; omnes enim adducunt alias rationes, & alia fundamenta, & præcipue, quod illis casibus habita fuit ratio agnationis conservandæ, ut eleganter probat *Papon.* ubi supra.

Præterquamquod non desunt, qui contrariam sententiam amplexi fuerunt, quod scilicet cippi appellatione etiam fœminæ comprehendantur, ut per *Paris. cons.* 35. *num.* 1. *& consil.* 47. *lib.* 3., cum aliis, de quibus per *Honded. dict. consil.* 75.
3 *num.* 2. *lib.* 1, & de magis communi testatur *Caball. cons.* 128. *num.* 53. *&* 74. *lib.* 2., quod autem in nostra specie dici non possit, quod testator habuerit rationem conservandi agnationem, facile resolvi posse videtur, ex eo quod fœminæ sunt explicite vocatæ *Cravett. cons.* 180. *num.* 1. *& cons.* 306. *num.* 5. *Alex. cons.* 153. *num.* 10. *lib.* 2.
4 *Dec. cons.* 370. *num.* 30. *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 9. optime *Honded. cons.* 56. *num.* 14 *lib.* 2., Et fuit consideratum non officere, si dicatur, testatorem habuisse rationem conservandi agnationem in secundo casu deficientiæ lineæ descendentium, dum vocat cippum domus, nec esse novum, quod certo tamen
5 casu testator habuerit rationem conservandæ agnationis *Surd. cons.* 443. *num.* 44. *& cons.* 448. *n.* 22., quoniam hujusmodi argomentatio nititur eo tantum fundamento, quod appellatione cippi fœminæ non comprehendantur; unde supponit id, de quo disputatur, quod si admitteretur incassum elaboratum esset, ideo præsupposito deficiente, de-
6 ficiet etiam argumentatio ad *gloss. in l. mancipia verb. advocandum*, ubi *Bart. & Doct. C. de serv. fugit. Dec. in l.* 1. *num.* 15. *C. de eden. & consil.* 235. *col. penult. Surd. decis.* 289. *num.* 4. *& decis.* 276. *num.* 1., quibus addebantur plures conjecturæ arguentes voluntatem testatoris non excludendi fœminas, quo casu admittendum est fœminas non esse exclusas appellatione cippi, prout optime colligi potest ex omnibus DD. de materia agentibus, qui omnes vim faciunt in conjecturis.

Considerabatur enim primo, quod non substituit testator cippum domus, sed proximiores de cippo, & sic videtur potius voluisse vocare ramos, & partem, non simpliciter stipitem agnationis, & videtur sustulisse prælationem masculorum volens attendi proximitatem.

Secundo adducebatur conjectura satis urgens, quia scilicet sciebat testator, non habere ex agnatis superviventibus, nisi D. Annam in secundo gradu, & Petrum Antonium, ac Franciscum in tertio conjunctos, & nihilominus diversificavit, & separavit eosdem Petrum Antonium, & Franciscum a proximioribus substitutis, ibi -- *qui proximiores teneantur erigere Altare, & Cappellanus eligatur per descendentes a Francisco, & Petro Antonio* -- ergo alii erant proximiores, alii Petrus Antonius, & Franciscus, & inde necessario dicendum est vocatam esse D. Annam proximiorem, cum alii non adessent proximiores.

Tertio deducebatur ex eo, quod ante cip- 7
pum fœminas substituit, & exinde cessat ratio conservandi agnationem, ut supra dictum est ex *Cravett. Alexand. Dec. Mantic. & Honded. consil.* 56. *num.* 14. *lib.* 2.

At postremo prædicta sententia nostra [cum omni casu negari non potuisset, quod dubia res erat, stante præsertim, quod pariformiter judica- 8
tum extitit a dicto *Papon.*, ut in præcitato ejus *cons.* 113.] corroborabatur ex observantia subsequuta, quæ dicitur omnium interpretationum legum, & ultimarum voluntatum regina, *l. si de interpretatione, l. minime ff. de legat. l. certi juris C. de judic. cap. cum dilectus de consuet. cap. contingit de transact.*, optime punit in proposito *Capr. cons.* 158. *in fin. Cravett. cons.* 766. *num.* 7.

Præsertim in præjudicium observantis, & causam habentis ab eo, ut in nostra specie facit *Mantic. de conject. ultim. volunt. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 18., 9
imo ex ea videtur approbatum, & executum *consil. decisiv. Papon.* 113. supra relatum, quod tanquam latum ab Arbitro a partibus electo, videtur
habere vim sententiæ judicialis, & parere rem ju- 10
dicatam, ex quo virtute Statuti poterant partes cogi ad compromittendum *l. fin.*, ubi *Bart. n.* 2. *Bald. num.* 3. *C. de judic. Surd. cons.* 106. *num.* 21. quoniam compromissum censetur factum ex neces-
sitate ab his, qui ex Statuto poterant cogi *Barz.* 11
decis. 63. *num.* 21., & producit actionem, quia
lauda a Statuto habent paratam executionem *Surd.* 12
dict. cons. 106. *num.* 18., quod tamen ex abundanti sit dictum, cum revera non constet de compromissio aliquo, licet ex observantia sequuta facile suaderi possit præcessisse.

Observantia autem clarescit ex pluribus acti- 13
bus positivis, dum scilicet permissum fuit D. Annam construere Altare cum inscriptione sui nominis uti hæredem, pariterque probatur ex præsentatione facta in vim dispositionis testamentariæ.

Itidemque ex emptione honorum facta per 14
dictus agentes a D. Anna, ut illius propria, cum rei propriæ nulla sit emptio *l. rei sua §. rei sua l. si in emptione ff. de contrab. empt.*

Animadvertimus etiam fideicommissum extinctum fuisse, admissa D. Anna primo loco, quæ erat proximior tempore purificati fideicommissi,
stantibus verbis illis *proximiores de cippo*, & di- 15
ctione *tunc*, quæ denotat extremitatem temporis *l.* 4 *in fin. ff. de condit. & demonstrat. Paris. consil.* 30. *num.* 55. *& seqq. Decian. cons.* 10. *num.* 61. *lib.* 3. *Dec. consil.* 63. *Ruin. consil.* 189. *num.* 18. *lib.* 2.

Nec

Nec obſtat *conſ. Ancharan.* 27. dicens relictum duobus antiqoioribus de domo eſſe perpetuum; quoniam movetur ex eo, quod teſtator agnatio-
16 onem conſervare voluerit, quo caſu non eſt locus *l. Boves §. hoc ſermone ff de verb. ſignificat.* pariterque movetur ex perpetuitate oneris impoſiti antiquioribus de domo, quæ hic deſiderantur, & ita *Ancharan.* intelligunt *Menoch. conſ.* 85. *num.* 23. *Decian. conſ.* 10. *ſub num.* 76. ex quibus facile juſtificatam cenſuimus remanere primam noſtræ relationis partem, qua excluſi fuerunt actores.

Alterum vero facilioris reſolutionis claram eſſe ex ſe non dubitavimus, dum dicto Equiti Capitaneo Flamminio de Colleſchis dandam eſſe retentionem diximus pro detractionibus per eum fiendis; nam detractio pro dote utique tergiverſari non poteſt, quoniam de ea aperte diſpoſuit dicta Anna teſtatrix ad favorem ipſius, ut apertis verbis legitur in teſtamento poſt hæredis inſtitutionem, eam libere eidem D. Capitaneo relinquendo, cum facultate, quod poſſit ſatisfieri ſuper bonis ad ejus electionem; prout eidem facultatem dedit alienandi de bonis memoratis pro ſolvenda gabella, quam & nos concedere voluimus, dando retentionem pro legatis, inter quæ comprehenditur quoque dictum legatum gabellæ, & nedum hucuſque ſolutæ, verum etiam in futurum ſolvendæ pro quolibet legato ab eodem D. Capitaneo.

De tertia parte bonorum extradotalium pariter retentionem conceſſimus, ſtante clara, & a-
17 perta Statuti diſpoſitione ſub *rub.* 129. *lib.* 2. *Statutorum*, ubi enim eſt caſus legis, vel Statuti nulla cadit diſceptatio vulgat. *l. Ancilla C. de furt. l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de legat.* 3. *Surd.*
18 *conſ.* 389. *num.* 3., id quod dici quoque poteſt de legatis expreſſe relictis in teſtamento, & codicillis, in quibus ceſſat omnis dubitatio, ad *Bald. conſ.* 215. *col.* 2. *in fin. vol.* 2., & fuit dictum non obſtare, quod ex diſpoſitione Statuti vir dimidiam tantum dotis lucretur; quoniam non ob id prohibitum reperitur mulieri legare totam dotem viro, liberis non extantibus.

Tandem occurrebamus dubitationi ultimo excitatæ contra Moniales, quod ſcilicet non probaſſent eſſe ex Monaſterio illo, de quo loquitur teſtamentum D. Annæ, quoniam difficultas removebatur ex ſententia iſta ad favorem dd. Monialium,
19 de qua in proceſſu, quæ cum fecerit tranſitum in judicatum, nulla ulterius admitti poteſt controverſia *Bald. in l. præſcriptione C. ſi contr. jus., vel util. pub. Natt. conſ.* 524. *num.* 28. *lib.* 3. *Honded. conſil.* 21. *num.* 32. *lib.* 2. *Surd. deciſ.* 94. *a.* 3.

Ex quibus &c.

Joannes Paulus Dodus.
Lydius Bovarellus.
Matthæus Oleus.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Appellatione *cippi* quando veniant fœminæ, & deſcendentes ex eis, vel non, cum ſuis ampliationibus, & limitationibus examinatur. Plura de compromiſſio neceſſario, & voluntario, & quando eiſdem locus ſit.

SUMMARIUM.

1 *Appellatione* domus, *an, & quando veniant fœminæ, & alia ad materiam remiſſive.*
2 *Sola vocatio* domus *non valet excludere fœminas, niſi ulterius additum fuerit, ut bona in domo, & familia remaneant.*
3 *Amplia, licet immediate poſt mentionem illorum de domo dictum fuerit,* & per lineam maſculinam, *quæ ſtant famulative, & verificari poſſunt in fœminis a maſculis derivantibus.*
4 *Nomine* cippi *veniunt etiam cognati, fœminæ, & earum deſcendentes, & de ratione.*
5 *Limita ſi obſtet uſus, & conſuetudo Regionis, ut in Italia.*
6 *Iſta conſuetudo quomodo ſit attendenda remiſſive.*
7 *Concluſio, de qua num. 4. maxime procedit ſtante dictione univerſali* omnis, *vel ſimili.*
8 *Contra, quod nomine* cippi *in legatis, fideicommiſſis, & ultimis voluntatibus non veniant fœminæ, & deſcendentes ab eis, ſed ſolum agnati, & provenientes per lineam maſculinam.*
9 Cippus *idem eſt ac agnatio.*
10 *Amplia primo regulam, de qua num. 4. ut vocato* cippo *fœminæ comprehendantur, ſi agatur de fœmina agnata, & immediate a maſculis deſcendente.*
11 *Amplia ſecunda, ut veniant etiam fœminæ, earumque deſcendentes, etiamſi verbum* cippus *junctum ſit cum verbo* domus.
12 *Præcipue ſi verbum* domus, *quod eſt ſpeciale præcedat aliud verbum* cippus *generale, & magis amplum, quod extendit verbum* domus *ad cognatos, & de ratione num. ſeq.*
13 *Copula --* et *-- poſita inter ſpeciem, & genus ſtat ampliative, & extenſive.*
14 *Fœminæ, earumque deſcendentes comprehenduntur in vocatione familiæ, quando adjunctum eſt verbum* deſcendentiæ, & cognationis.
15 *Amplia tertio, ut deſcendentes ex fœminis veniant appellatione* cippi, *etiamſi addita fuerit expreſſio cognominis, ſi talis expreſſio addita ſit demonſtrative ad denotandam originem.*
16 *Amplia quarto in materia indifferenti, qualis eſt illa juriſpatronatus, vel ſimili, & de ratione, ibidem.*
17 *Maxime ſi in jurepatronatu activo vocati fuerint cognati, & de ratione.*
18 *A jurepatronatu activo infertur ad paſſivum.*
19 *Item ſi in inſtitutione fuerint vocati etiam cognati, nam tunc etiam in ſubſtitutione, in qua ordinata fuit erectio juriſpatronatus, ſub nomine* cippi *veniunt cognati.*
20 *Limita ſupradictam regulam, & ampliationes, ſi conſtet teſtatorem habuiſſe reſpectum ad agnationem, quia tunc fœminæ, nec earum deſcendentes appellatione* cippi *continentur.*
21 *Hæc tamen limitatio procedit ſolum in majoratibus Italiæ, non autem in majoratibus Hiſpaniæ.*
22 *Conſervatio agnationis ex quibus conjecturis reſultet, vel excludatur.*
23 *Limita ſecundo, quando in loco adeſt Statutum fœminarum excluſivum, cui teſtatorem conformare ſe voluiſſe præſumitur.*
24 *Fœminæ, & cognati veniunt appellatione* cippi *deficientibus maſculis, & agnatis, & de ratione.*
25 *Et quid ſi adſint maſculi agnati in gradu remotiori remiſſive.*
26 *Stante ſubſtitutione extranei, appellatione* cippi *veniunt cognati, & de ratione.*
27 *Item ſtante vocatione explicita fœminarum in alia parte teſtamenti, & de ratione.*
28 *Vocatio fœminarum in defectum procedit etiamſi teſtator, vel Statutum expoptaſſet perpetuam conſervationem bonorum in familia.*

29 *Secus si non sumus in casu subsidiaria vocationis.*
30 *Femina multa magis veniunt appellatione* cippi *stantibus conjecturis ostendentibus talem fuisse testatoris voluntatem.*
31 Cippi *appellatione veniunt solum illi, qui idem cognomen, ac eadem insignia gerunt.*
32 *Intellige venire solum illos, qui sunt de familia, & columnello testatoris.*
33 *Maxime si appareat hanc esse mentem testatoris.*
34 *Nec comprehenduntur transversales, & quando secus remissive.*
35 *Maxime si adsint dictiones restrictiva* soo, *vel similes.*
36 *Limita si testator vocasset proximiores ex latere cippi.*
37 *Item limita, si vocatio* cippi *facta fuit post vocationem, & substitutionem omnium descendentium.*
38 Cippi *nomine non venit Monachus in Religione professus, licet bonorum capaci.*
39 *Verbum* cippus *an sit legale, vel naturale pro comprehendendo etiam filios naturales remissive.*
40 Cippi, *vel* stipitis *nomine qui veniant remissive.*
41 *Compromissum aliud est voluntarium, aliud necessarium, & ex quo utrumque tale dicatur.*
42 *Compromissum voluntarium, & conditionale pro sustinendo laudo praecessisse probatur conjecturis, & praesumptionibus.*
43 *Compromissum quando est voluntarium, licet redire ad Judicem, secus si est necessarium.*
44 *Statutum de compromissis comprehendit etiam mulieres.*
45 *Amplia etiam in vidua, cui competit electio fori, & de ratione.*
46 *Compromissum peti potest a consanguineo, etiam cessionaria extranei, vel procuratore in rem suam.*
47 *Non tamen peti potest ab extraneo cessionaria consanguinei.*
48 *Consanguineus potest compromissum petere contra extraneum cessionarium alterius consanguinei.*
49 *Potest regulariter peti in quacumque parte judicii ante publicationem processus, & conclusum in causa.*
50 *Elapso tempore praescripto a Statuto ad petendum compromissum, an detur condictio, & mora purgatio remissive.*

In hac causa fuit electus arbiter Hieronymus Papponius, qui in *consil.* 113. Laudum protulit in hac decisione enunciatum.

Ad num. 1. & seqq.

1 APpellatione domus, an, & quando veniant fœminæ, & alia ad materiam, vide, quæ scripsi supra in *addit. ad decis.* 43. *num.* 12 & 16. & *Rot. Florent.* supra *decis.* 79. *num.* 53., ibique ego in *addit. num.* 8. *decis.* 86. *num.* 10., & ego pariter in *addit. num.* 5. *decis.* 90. *num.* 15. & *decis.* 93. *num.* 2. & 5. *Piton. de controv. patron. alleg.* 75. *num.* 11, ibique *Rot. Rom. num.* 17.

2 Quod sola *domus* vocatio fœminas non valeat excludere, nisi ulterius additum fuerit, ut bona in domo, & familia remaneant *Baldus. ad Ramon. cons.* 100. *num.* 73. & 131. *Mans. consultat.* 199. *num.* 2. & 3. *tom.* 2. & *consult.* 79. *num.* 19. *tom.* 9. *Rodulphin. allegat.* 132. *num.* 11. & *seqq.* juncto *num.* 9. *Rot. in Spoletana Successionis* 10. *Decembris* 1704. §. *nimisque*, & 29. *Januarii* 1706. §. *quaniam*, & *in Sutrina Immissionis super Fideicommisso* 19. *Aprilis* 1709. §. *purificatis*, & *in Fulginaten. Successionis quoad Carolinam* 1. *Julii ejusdem anni, coram bo. me. Molines*, & *in Lucen. Sarzanen. Jurispatronatus* 9. *Martii* 1716. §. *littera coram Ansaldo*, ubi §. *seq.* ampliatur id etiam procedere, licet immediate post mentionem illorum de
domo dictum fuerit, & *per lineam masculinam*,
dicens talia verba stare famulative, ac solum in- 3
dicare originem, & derivationem a masculis verificabilem in fœminis ab eisdem masculis, & linea masculina derivantibus, ubi plurimos citat DD. & prosequitur §. *seq.*

Examinatur etiam in hac nostra *decis.* an sub
nomine *cippi* fœminæ comprehendantur, in qua
quæstione regula est, quod sub nomine *cippi* ve- 4
niunt etiam cognati, fœminæ, & earum descendentes, quia cum cippus idem significet, ac truncus, radix, & stipes, ex quo omnes rami deri-
vant, omnibus sive per unum, sive per alterum 5
sexum conjunctis convenire debet *de Luc. de fideicomm. disc.* 35. *num.* 6. & *seqq.*, ubi quod hoc procedit, nisi obstet usus, & consuetudo Regionis, prout est in Italia, & in summa *num.* 271. *Torr. de primogenit. par.* 1. *cap.* 38. *num.* 294. & *seqq.*
fol. 412. & *num.* 297., ubi addocet, & reprobat 6
contrarium, & *num.* 300. & *seqq.*, ubi declarat quomodo intelligenda sit doctrina *Card. de Luc.* de consuetudine Italiæ. *Piton. de controv. patron. allegat.* 75 *num.* 1. 3. & *seqq.* & *num* 8. & *seqq.*,
obi quod hoc maxime procedit, quando est adje-
cta dictio universalis *omnes*, vel similis *Rot. Rom.* 7
apud eund. dict. alleg. 75. *num.* 12. & *seqq.* n. 15. & *num.* 18. *coram Muttis. decis* 351. *num* 3. *Arguel. decis.* 65. *num.* 6 & *seqq.* & *num.* 34., & *in Faventina Erectionis Collegiatæ* 9 *Maii* 1712. §. *neque pro*, & §. *eoque facilius*, & *seqq. coram Eminentiss. D. meo Cardin. Falconerio*, & dicitur in hac nostra *decis. num.* 1. 3 & *seqq.*

Contrariam tamen partem, quod sub nomine cippi in legatis, fideicommissis, aliisque ulti-
mis voluntatibus non veniant fœminæ, nec de- 8
scendentes ab eis, sed solum masculi agnati, & per lineam masculinam provenientes tuentur *Baldus. ad Ramon. cons.* 100. *num.* 131. *Altograd. controv* 70. *num.* 2 & *seqq. Rodulphin. alleg.* 7. n. 7. & *seqq.* & *alleg.* 26. *num.* 2. *Marzar. de fideicommiss. quæst.* 43. *Intrigliol. de substitut. centur.* 3. *quæst* 79. *num.* 13. & *quæst.* 83. *num.* 20. *Peregr. de fideicomm. art* 20. *num.* 29. *Fusar. de substitut. quæst.* 348. *num.* 6. *Mantic. de conjectur. ultim. volunt. lib.* 8 *tit.* 12. *num.* 16. *Barbos. appellat.* 50. *num.* 1. & 5. *Torr. var. jur. quæst. tom.* 3. *tit.* 12. *miscell. par.* 2. *quæst.* 76. *num.* 54. *fol.* 202. *Rot. coram Arguel. decis.* 65. *num.* 35.

Cippus enim idem est, ac agnatio, ut firmat 9
Rot. Florent. apud Cabull. cons. 128. *n.* 73. *tom.* 2., & supra *decis.* 60. *num.* 33. & *decis* 90. *n.* 17., aliique mox citati.

Amplia ut eo magis vocato cippo fœminæ 10
comprehendantur, si agatur de fœmina agnata, & immediate a masculis descendente, quæ dum vivit est de agnatione, illamque conservat *Altogr. controv.* 70. *num.* 3. & *seqq. Torr. de primogenit. par.* 1 *cap.* 38. *num.* 299. *fol.* 413. *Rot. Florent. apud Cabull. dict. cons.* 128. *num.* 74. & *seqq*, ubi plene, & *coram me decis.* 90. *num.* 14. & *seqq.*, ubi concordantes.

Amplia secundo, ut veniant etiam fœminæ,
earumque descendentes, etiamsi verbum *cippus* sit 11
junctum cum verbo *domus*, ut dicitur in hac nostro *decis. num.* 1., & firmat *Torr. de majorat. d. cap.* 38. *num.* 302. & *seqq. fol.* 413. *Piton. de controv. patron. dict. alleg.* 75. *num* 11. ibique *Rot. Rom. num.* 13. quamvis contrarium teneat *Rodulphin. alleg.* 7. *num.* 7. & *alleg.* 26. *num.* 2.

Præ-

12 Præcipue si verbum *domus*, quod est speciale, præcedat aliud verbum *cippus* generale, & magis amplum, verbum enim *cippus* magis late patens extendit præcedens verbum *domus* ad co-
13 gnatos, eum copula -- *et* -- posita inter speciem, & genus stet ampliative, & extensive, ut prosequitur *Rot. Rom. apud Piton. de controv. patron. d. alleg.* 75. *num.* 13.

14 Et ab hac ratione promanat, quod vocata *familia*, *descendentia*, vel *cagnatione*, si sub nomine *familiæ* fœminæ, earumque descendentes non comprehenderentur, continentur propter adjunctum verbum, *& descendentia, cognationis &c.*, ut pluribus adductis dixi ego supra in *addit. ad decis.* 43. *num.* 3. *Rot. Florent. in Florentina Detractionum* 9. *Septembris* 1718. *num.* 3. *coram me*, & de verbis *familia*, *descendentia*, *& posteritatis Rot. coram Cerr. decis.* 682. *num.* 3. *&* 4. *& decis.* 703. *num.* 5. *& post de Luc. de fideicomm. in Mantiss. decis.* 21. *num.* 57. *&* 59. *& decis.* 22. *num.* 19., cum aliis relatis per *Rot. Florentin. in Florentina Detractionum* 1718. *num.* 31. in tertio volumine meatum *decis.* imprimen.

Amplia tertio, ut veniant descendentes ex
15 fœminis, etiamsi verbo *cippus* addita fuisset expressio proprii cognominis, puta *de Alvitretis de Sgariglis* &c. quando ista expressio facta fuit demonstrative ad denotandam originem, & provenientiam, descendentes enim ex fœminis originarie, & derivative a cippo proveniunt, ut prosequitur *Piton. de contrav. patron.* citat. *alleg.* 75. *num.* 3. *Rot. Rom. apud eumd. dict. alleg.* 75. *num.* 18.

16 Amplia quarto, ut supradicta regula procedat in materia indifferenti, qualis est illa jurispatronatus, vel simili, in qua cum verba sumi debeant in sua lata significatione, eo magis sub nomine *cippi* cognati, & descendentes ex fœminis comprehenduntur *Piton. de contrav. patron. allegat.* 75. *num.* 8. *& seqq.*, ubi quod hoc eo validius procedit, quando in erectione jurispatronatus ita fuit declaratum *Rot. in Interamnen. Jurispatronatus* 22. *Martii* 1706. *cor. Eminentiss. Card. Scotta*, impress apud eumdem *Piton. dict. alleg.* 75. *num.* 14.

17 Maxime si in jurepatronatus activo fuerint vocati cognati; *a* jurepatronatu enim activo in-
18 fertur ad passivum, ut in præcisis terminis prosequitur *Rot. apud Piton. de contrav. patron. dict. allegat.* 75 *num* 15., & generaliter *de Luc. de jurepatron. disc.* 29 *num.* 5. *Fargn eod. tract. part.* 1. *cap.* 5. *cas.* 13. *num.* 18 *Piton. in parerg. ad disceptat. Eccles. part.* 2. *num.* 35. *& disc ept. Eccles.* 19. *num.* 4. *vers. quidquid secus*, *& de contrav. patron. alleg.* 83. *num.* 8. *Rot. in Auximana Jurispatronatus* 17 *Junii* 1701. §. *minusque coram Ansalda*, *in Interamnen. Jurispatronatus* 22. *Martii* 1706. §. *alterius coram Scotta*, *in Asten. Prioratus super institutione* 20 *Januarii* 1708. §. *maxime quia coram Lancetta*, *in Hortana Beneficii* 1. *Julii* 1708. §. *talisque intelligentia coram Priola*, *in Volaterrana Beneficii* 7. *Decembris* 1708. §. *idque etiam cor. Crispa*, *& in Mediolanen. Beneficii* 30. *Januarii* 1711. §. *potissime coram Ansalda*.

Etsi in institutione fuerunt vocati etiam cognati, nam tunc etiam in substitutione, in qua ordinata fuit erectio jurispatronatus sub nomine
19 *cippi* venire debent etiam cognati *Rot. in dict. Interamnen. Jurispatronatus apud Piton. de contrav. patron.* sæpecitat. *alleg.* 75. *num.* 15.

Declara superius positam regulam, & amplia-
20 tiones procedere, quando constat testatorem non habuisse respectum ad agnationem; tunc enim fœminæ, & cognati sub nomine *cippi* comprehenduntur; contrariam autem sententiam locum habere, quando fuit a testatore contemplata agnatio, nam tunc fœminæ, & cognati exclusi censentur, nec comprehensi sub nomine *cippi*, cum per eos agnatio non conservetur, ut dicitur in hac nostra *decis.*, ubi quando non dicatur volita conservatio agnationis. *Hieronym. Pappon.* super hoc testamento scribens *cons.* 113. *num.* 15. *& seqq.*, ubi quando agnatio contemplata non dicatur. *Rodulphin. dict. alleg.* 26. *num.* 5. 8. *& seqq.*, ubi quando agnatio contemplata non dicatur. *Gratian. discept.* 149. *n.* 5. *Altograd. controv.* 70. *num.* 7. *& seqq.*, ubi quando agnatio considerata non dicatur. *de Luc. de fideicomm. in summa num.* 271. *Barbos. dict. appellat.* 50. *num.* 6. *Torr. de primogenit. part.* 1. *dict.* 21
cap. 38. *num.* 300. *& seqq. fol.* 413., ubi distinguit inter majoratus Hispaniæ, & Italiæ, dicendo, quod primo casu indistincte sub nomine *cippi* veniunt fœminæ, earumque descendentes, in secundo vero proceditur cum hac distinctione volitæ, vel non volitæ conservationis agnationis. *Piton. de controv. patron, dict. alleg.* 75. *num.* 1. *& seqq.*,
ubi quando censeatur volita agnationis conservatio, 22
vel non. *Rot. Rom. apud eumd. dict. alleg.* 75. *n.* 14. *& seqq.*, ubi pariter ex quibus conservatio agnationis resultet, *coram Mantic. decis.* 351 *num.* 3. *Arguel. decis.* 65. *num.* 9. *& seqq. & num.* 34., ubi ex quibus dicatur contemplata agnatio, vel non, *coram Caccia. decis.* 1666. *num.* 8. 15., ubi de conjecturis excludentibus conservationem agnationis, *coram Emerix Jun. decis.* 373. *num.* 2. *& in recent. decis.* 268. *num.* 4. *par.* 19.

Declara secundo, ut fœminæ appellatione 23
cippi non veniant, si adsit in loco Statutum exclusivum fœminarum propter masculos, cum quo testatorem se voluisse conformare præsumitur *Mantic. de conject. lib.* 8. *dict. tit.* 12. *num.* 16. *Barbos.* citat. *appellat.* 50 *num.* 5., & quando hoc non procedat *Altograd. dict. controv.* 70. *num.* 25. *& seqq.*

Declara tertio, ut fœminæ, & cognati ve- 24
niant deficientibus masculis, & agnatis, cum præsumatur testatorem voluisse bona sua potius deferri ad cognatos, qui sunt de sanguine, quam ad extraneos nullo consanguinitatis vinculo conjunctos, in specie *de Luc. de fideicom. disc.* 35 *n.* 6. *Torr. de majorat. par.* 1. citat. *cap.* 38 *num.* 303.
& seqq. fol. 413., ubi quid dicendum, quando 25
adsunt masculi agnati, sed in gradu remotiori, *Piton. de controv. patron dict. alleg.* 75. *num.* 1 *& seqq. & num.* 4. *& num* 6 *& num.* 11., ubi etiam quando hoc non procedat. *Rot. Rom. apud eumdem dict. alleg.* 75. *num.* 17, ubi concord. *coram Emerix Jun. decis.* 336. *num.* 5. *& in rec. decis.* 97. *num.* 7. *par.* 19, abunde *Rot. Florent. apud abat. dict. cons.* 128. *num.* 78. *& seq. & dec.* 92. *n.* 14. *& seqq. coram me*, ubi plene.

Atque ex hoc promanat, quod si testator vo- 26
cavit extraneos sub nomine *cippi*, censetur comprehendere voluisse cognatos ob inverisimilitudinem, quod istis præferre voluerit nullo consanguinitatis vinculo conjunctos, ut prosequitur *Rot. apud Piton. de controv. patron.* citat. *allegat.* 75. *num.* 16., ubi alius allegat.

Prout si in defectum masculorum in aliqua 27
parte testamenti explicite fœminæ fuissent vocatæ, talis vocatio ostenderet disponentem a fœminis non abhorruisse, & operaretur, ut illæ, earumque descendentes sub nomine *cippi* dici deberent comprehensæ *Rot. coram Emerix Jun. dec.* 336. *n.* 5.

Et vocatio fœminarum in defectum ampliatur 28
procedere, etiamsi testator, vel Statutum perpetuam conservationem bonorum in familia, & cip-

po exo-

po exoptasset *Rot. Florent. apud Caball.* citat. *consil.* 128. *num.* 80. *& seqq. lib.* 2. *& coram me dict. decis.* 90. *num.* 18.

29 Quamvis si non essemus in casu subsidiariæ
vocationis, quod sub nomine proximiorum de
cippo in infinitum non veniant fœminæ, tradunt
Simon de Prat. de interpret. ultim. volunt. lib. 3.
resolut. 2. *num.* 37. *fol.* 109. *Rot. coram Argael.*
decis. 65. *num.* 8.

Declara quarto, ut fœminæ veniant stanti-
30 bus conjecturis ostendentibus talem fuisse mentem
testatoris, ut firmatur in hac nostra *decis. num.* 5.
& seqq, ubi plures conjecturas enumerat. *Rot. Roman. apud Piton. de controv. patron. allegat.* 75.
num. 17, aliique superius relati.

31 Quod *cippi* appellatione veniant solum illi,
qui habent idem cognomen, & eodem gerunt gen-
tilitia insignia firmat *Rot. Florent.* supra *dec.* 35.
num. 5.

32 Non tamen omnes isti comprehendentur, sed
solum illi, qui sunt fundamentum, & stabilimen-
tum domus, & sic solum illi, qui sunt de fami-
lia, & columnello testatoris *Menoch. de præsumpt.*
præsumpt. 88. *in fin. Intrigliol. de substitut. qu.* 81.
num. 18. *Barbos. appellat.* 50. *num.* 3. *Fusar. de*
substitut. dict. quæst. 348. *num.* 0. *Torr. de primogenit. par.* 1. *dict. cap.* 38. *num.* 295. *fol.* 412. *&*
33 *num.* 305, *& seqq. fol.* 413., ubi quod hoc maxi-
me procedit, si appareat talem fuisse mentem te-
statoris *Knipschildt de fideicommiss. cap.* 1. *num.* 73.
in med.

34 Nec possunt comprehendi transversales; sub
nomine enim *cippi* venire solum descendentes a
testatore, non transversales, & quando secus *Mans.*
consult. 370. *num.* 7. *Rot. Florent.* supra *decis.* 35.
num. 1. *& per tot.*, & ibi ego dixi in *addit. Rot.*
Rom. in recent. decis 14. *num.* 4. *par.* 8.

35 Maxime si adsint dictiones restrictivæ *suo*, vel
similes *Mans. dict. consult.* 370. *num.* 17. *Rot. in*
recent. dict. decis. 14. *num.* 4. *par.* 8.

36 Nisi testator vocasset proximiores ex latere
cippi; tunc enim venirent transversales *Rot. Florent. apud Palm. Nep. alleg.* 235. *num.* 06.

37 Prout transversales venirent, si vocatio *cippi*
facta fuisset post vocationem, & substitutionem
omnium descendentium, cum enim in istis verifi-
cari non possit, censerentur invitati, & substituti
etiam transversales *Mans. dict. consult.* 370. *n.* 18.
Rot. in recent. citat. *decis.* 14. *dict. num.* 4. *& decis.* 112. *in princip. par.* 8.

38 Et demum sub nomine *cippi* non venit Mo-
nachus in Religione professus, etiamsi Monasterium
sit capax bonorum *Altograd. controv.* 70. *num.* 29.
& seqq. usque ad fin.

39 An verbum *cippus* sit legale, vel naturale ad
effectum includendi in vocatione ad fideicommis-
sum etiam filios naturales, examinat *Rot. in Romana Census* 2. *Aprilis* 1720. *coram Foscaro.*

40 De hac quæstione, quæ personæ veniant sub
nomine *cippi*, vel *stipitis*, *Piton. de controv. patron. alleg.* 75. *num.* 1. *& seqq. Altograd. dict. controv.* 70. *Torr.* ubi supra. *Rot. Rom. in Faventina Erectionis Collegiatæ* 9. *Maii* 1710. *§. aeque pro includenda*, *& §. eoque facilius cum seqq. cor. Eminentiss. D. meo Cardinali Falconerio, in Romana Census* 9. *Aprilis* 1720. *coram Foscaro, in Pisauren Fideicommissi de Foppa* 15. *Maii* 1722. *coram Eminentiss. Falconerio*, & dixi ego *decis.* 92. *num.* 13.
& seqq., ubi aliæ auctoritates referuntur.

Ad num. 10. *& seqq.*

41 Compromissum aliud voluntarium, aliud ne-
cessarium; voluntarium dicitur, quando partes spon-
te compromittunt nullo jure cogente, necessarium
e contra, quando vel imperante Judice, vel Sta-
tuto, vel Principe *Maser. de Legat. Æmil. lib.* 1.
cap. 8. *num.* 11. *Rot. nostra coram Urceol. decis.* 50.
num. 5.

Voluntarium, & conventionale compromis- 42
sum præcessisse ad defendendum laudi validitatem
probatur conjecturis, & præsumptionibus, de qui-
bus late *Rot. Senen. decis.* 2. inter impressas *coram me.*

Eo facto, si agatur de compromisso volunta- 43
rio, licet redire ad Judicem ordinarium, secus in
necessario, & quando tale dicatur *Constantin. ad Statut. annot.* 44. *art.* 5. *num.* 381. *& seqq. Rot. Florent. coram Urceol. dict. decis.* 50. *num.* 8. *& seqq. Balducc. in suo vot. decisiv. post consil. Ramon. tom.* 4. *decis.* 85. *num.* 15.

Statutum de compromissis comprehendit e- 44
tiam mulieres *Alex. cons.* 105. *num.* 13. *& per tot. lib.* 7. *Lanfranc. de Orian. in tractat. de arbitr. par.* 4. *quæst.* 3. *Borell. de compromiss. §* 2. *gloss.* 3. *num.* 14. *& in summ decis. tom.* 1. *tit.* 63. *n.* 10.

Amplia etiamsi mulier sit vidua, cui compe- 45
tat electio fori, quia potentius est jus conjuncti
vigore Statuti de compromissis, quam privilegium,
quod habet vidua, pupillus, & aliæ personæ mi-
serabiles ex dispositione juris communis *Ciarlin. controv. foren. cap.* 102. *num.* 6. *&* 15. *lib.* 1. *Pigant. ad Stat. Ferrar. rubric.* 21. *num.* 21. *in fin. Constant. ad Statut. Urb. tom.* 1. *annot.* 20. *n.* 189. *Novar. de elect. & var. for. sect.* 4. *quæst.* 32. *per tot. Rot. post Giliau. ad Statut. Perus. decis.* 19. *num.* 3.

Peti potest a consanguineo etiam cessionario 46
extranei, vel procuratore in rem suam *Blanc. de compromiss. quæst.* 3. *sub num.* 51. *vers. sed pone*, *Scacc. de judic. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 733.

Licet e converso peti nequeat ab extraneo 47
cessionario consanguinei *Blanc. de compromiss. dict. quæst.* 3. *num.* 50. *Carpan. ad Stat. Mediol. cap.* 115. *num.* 80. *Pigant. ad Stat. Ferrar. rubr.* 22. *n.* 49. *Novar. de elect. & var. for. sect.* 3. *quæst.* 14. *a* 10. *Marant. in prax. judic. part.* 6. *art.* 2. *tit. aliquando petit. compromiss. num.* 24 *pag. mihi* 383. *Ludovic. conclus.* 4. *versic. declara decimo. Borell. de compromiss. gloss.* 3. *num.* 300. *& seqq.*

Ipse tamen consanguineus contra extraneum 48
cessionarium alterius consanguinei uti potest Sta-
tuti beneficio, & eum cogere ad compromitten-
dum *Balducc. ad Ramon. observ.* 26. *n.* 86. *&* 87.

Regulariter de jure peti potest in quacum- 49
que parte judicii ante publicationem processus, &
conclusum in causa *Blanc. de compromiss. quæst.* 5. *num.* 3. *Scacc. de judic. lib.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 3. *n.* 54. *& seqq. Constant. ad Stat. Urb. annot.* 20. *num.* 57. *Capyc. decis.* 48. *num.* 5.

Elapso tempore præscripto a Statuto ad pe-
tendum compromissum, an detur ulterior coactio, 50
& mora purgari possit, vid. *Samminiat. contr.* 81. *num.* 37.

U Z Z A N E N.
Prætensi Fideicommissi.

15. *Januarii* 1617. *ex Lib. Mot.* 98. *a* 104.

A R G U M E N T U M.

Vocatio filiorum, & nepotum regulariter censetur per vulgarem, non per fideicommissariam, maxime concurrentibus conjecturis, & contrariis authoritates declarantur.

SUM-

SUMMARIUM.

1 *Vocatio filiorum, & nepotum facta ab eo, qui instituere tenetur, censetur facta ordine successivo, non simultaneo, & num. 13. ubi de ratione.*
Limita regulam, quando vocantur nepotes cum filiis nondum natis num. 21.
Contra num. 22.
2 *Ordo successivus intelligitur demandatus per vulgarem.*
Maxime si testator usus sit verbis directis n. 4.
3 *Vulgaris per aditionem hareditatis expirat.*
5 *Verba* instituo hæredem *sunt directa mere civilia.*
6 *Verba directa mere civilia nullatenus inflectuntur.*
7 *Fideicommissaria excluditur ex verbis solam vulgarem respicientibus, & de ratione.*
8 *Substitutio talis prasumitur, qualem ostendunt verba.*
9 *Verbum respiciens plura determinabilia ea aqualiter determinat.*
10 *Vocatio filii per vulgarem est conjectura, quod etiam nepotes in eadem periodo per vulgarem sint vocati.*
11 *Item defectus clausula, vel verborum tractum temporis importantium.*
12 *Item quando collata non est in tempus mortis, nec cum temporis dinumeratione.*
14 *Vocato filio, & nepote, ex verisimili mente testatoris copulativa resolvitur in disjunctivam, & num. 16.*
15 *Ad veritatem disjunctiva sufficit alteram partem esse veram.*
17 *Substitutio in dubio censenda est vulgaris.*
18 *Compendiosa inducitur ex mentione mortis, & clausula* sine filiis, *licet non adsit verbum* quandocomque.
19 *Et in ea continetur fideicommissaria.*
20 *Declara ut ad hunc effectum mentio mortis, & tractus temporis desumendus sit ex dispositione, qua quis se vocatum pratendit, non ex dispositione separata.*
23 *In verbo* filii *non considerantur tractus temporis, qui consideratur in verbo* descendentes.
24 *Fideicommissaria necessario ex pralegato non infertur.*
25 *Fideicommissum ne multiplicetur, aut ne temere inducatur, omnis sumenda est interpretatio.*
26 *Fideicommissum agnatitium est favorabile, & Reipublica proficuum.*
27 *Agnatitium non dicitur, ad quod fœmina sunt vocata, & de ratione.*
28 *Fideicommissaria non inducitur ex clausula codicillari, cum contraria prasumptiones repugnent.*
29 *Contraria opinio procedere potest in compendiosa, vel reciproca, secus in vulgari, & n. 33.*
30 *Vel concurrentibus aliis validissimis conjecturis, & num. 31. 32. 33. 34. & 35. ubi contraria authoritates declarantur.*
36 *Ab expensis excusat consilium viri doctissimi.*

DECISIO XCIX.

In Causa Vannelli, e Vannelli.

NArdus Vannellus hæredem instituit ejus unicam filiam Bartholomæam, dictæque Bartholomeæ filios legitimos, & naturales; & ei decedenti sine filiis substituit Carolum ejusdem testatoris ex fratre nepotem; tradidit eam paulo post nuptui; inde ad aliquot annos in fato concessit, ipsa superstite, in quam vigore prænarrati testamenti hæreditaria bona pervenere.

Suscepit illa ex eo Matrimonio sex filias, ex quibus Mariam novissimo loco natam, & sibi charissimam, dote, & donatione melioravit; cæteræ filiæ id indigne ferentes, statim ac Bartholomæa diem clausit extremum, sororem ad judicium traxere bona matris munificentia in eam translata, tamquam ex avito Nardi fideicommisso pro quinque portionibus ad ipsas pertinentia vindicare paratæ.

Post plures sententias, causa ad nostrum Tribunal introducta, & ad punctum fideicommissi, utpote præcisivum, restricta, post opportunam articuli discussionem judicavimos, nullum extare fideicommissum, & actrices propterea a petitis esse repellendas.

Movit nos, quod cum testator instituit (ut sic fecit Nardus) filium, & nepotes ex eo, tum 1
ex receptissimo sententia scribentium vocatio illa in ordine ad nepotes, nec interpretatur simultaneè facta, ut eodem tempore cum filio concurrere possint *gloss. in l. Gallus 29. §. quidam recte verb. non exprimat ff. de liber. & posthum.*, quam frequentissimis calculis probari post *Bartol. Bald. Alb. Ang. Castr. Socc. Alex. Jason. Alciat. Torniell. Rub. Gallianl. Salom. Fortun. Garz.*, ostendit *Menoch. prasumpt. 70. num. 3. lib. 4. Mantic. de conjectur. ult. volunt. tit. 8. lib. 4. num. 1. cum seq. Osasc. decis. Pedemont. 81. num. 13. Rot. Roman. apud Cesar. de Grass. decis. 152. num. 4. & decis. 154. num. 11.*

Nec censetur a testatore demandatus successivus ordo per fideicommissum, ut videlicet admisso filio, & deinde per mortem sublato, nepo- 2
tes ad eamdem hæreditatem accedant, sed tantummodo per vulgarem, ita ut nepotes eo dumtaxat casu invitati credantur, quo filius, vel testatori prædecesserit, vel alia ratione illius successionem capere nolit, sic ex mente *Gloss. Bart. Cuman. & Aretin.* firmavit *Soccin. Sen. in dict. §. quidam recte num. 6.* inter plures casus hunc unum primo loco constituens, quem ab omni difficultate vacuum esse profitetur, subscribunt inibi *Jason n. 45. Gallian. num. 10. & 19. Alciat. num. 17. & 46. Torniell. num. 56, Fortunius Garz num. 64. Salamon. num. 27. Rub. Alexandrin. num. 11. & 127. Ruin. num. 49.* communem profert *Covarr. in cap. Raynutius §. 2. num. 7. de testament.* copiosissime *Rustic. in commen. ad l. cum avus cap. 1. num. 29. lib. 1.* de communiori addens *Clar. Castr. Gratian. Capoll. Ferret. Zanch. & Viv. Alex. cons. 13. n. 7. & 9.*, ubi de communiori *lib. 4. Corn. consil. 231. lit. g. lib. 1.* de communi, *Ruin. cons. 96. n. 2. 3. & 13. lib. 2. Cephal. consil. 607. num. 33. lib. 4. Rimin. Jun. cons. 50. num. 31. Decian. consil. 41. num. 90. & 91. lib. 1. Gabr. cons. 130. num. 1. & 2. lib. 1. Laderch. cons. 92. num. 8. Cravett. consil. 20. num. 4. vers. et si dicatur*, ubi de communi, de qua etiam præcitati Doctores testati fuere *Paris. cons. 81.*

conf. 82. *num.* 10. *lib.* 2., ubi in fortiori casu
loquitur. *Bardellan. conf.* 13. *num.* 5. *Casanat. con-*
sil. 52. *num.* 3., ubi quod hic *Soccin.* primus ca-
sus est indubius. *Mancic. de conject. titul.* 8. *lib.* 4.
num. 30. de communi. *Molin. de primogen. Hispan.*
cap. 5. *num.* 27. *lib.* 1. *Mencach. de success. creat.*
lib. 2. §. 20. *part.* 3. *Gamez var. resolut. tom.* 1.
cap. 1. *num.* 4. *vers. addo tamen. Simon de Praet.*
de interpret. ultim. volunt. interp. 2. *dub.* 1. *sol.* 5.
num. 36. *&* 37., ubi innumeros aggregat. *Crass.*
§. *institutio quaest.* 20. *num.* 17. *Menoch. de prae-*
sumpt. praesumpt. 71. *num.* 2. *lib.* 4. *Petra de fidei-*
commiss. quaest. 5. *num.* 153. *Peregrin. de fideicom.*
artic. 18. *num.* 3., ubi quod indubitata est opinio,
& artic. 19. *num.* 28. *in fin.*, dicens, quod est
verissima sententia. *Intriglial. de substitut. centur.* 3.
quaest. 81. *num.* 1.

Ex hac ergo receptissima traditione dicebamus manifestissime resultare injustitiam prætensionis actricium, quæ jus ex vocatione Nardi earum avi descendens, adhuc, defuncta Bartholomæa, du-
3 rare existimarunt, eum tamen illud per immixtionem ejusdem Bartholomeæ in patris hæreditate secutam certissime evanuisset, juxta trivialem regulam *l. post aditam* 5. *C. de impub. & aliis substitut. Castr. conf.* 159. *num.* 5. *lib.* 1. *Ruin. consil* 114. *num.* 2. *lib.* 2., & communiter concludunt alii scribentes proxime adducti, & de communi testatur *Viv. decis.* 214. *num.* 3.

Nec vel minimum turbarunt jurgia, quæ in materia ordinis successivi quandoque inter *Cuman. & Castrens.* intercessere, isto pro fideicommissaria, illo pro vulgari interpretatione acerrime decertante; etenim animadversum fuit, nostram hanc speciem extra Paulianæ controversiæ aleam collocatam esse, & tot præsumptionum concursu apertissime fulciri, ut nullam prorsus difficultatem admittat.

4 Siquidem in primis, Nardus vocando nepotes, non obliquis usus est verbis, quibus importatur fideicommissaria, nec communibus eamdem recipere aptis, ad tradita per *gloss. & DD. in dict. l. Centuria ff. de vulgar. & l. precibus C. de impub.*
5 sed per directa mere civilia eos invitavit; qualia sine difficultate sunt, *instituo haeredem*, ut firmavit *Bart. in l. centuria num.* 47. *&* 56. quem ibi sequitur *Jason num.* 62. *Ripa num.* 180. *Gallianl. num.* 510. *Soccin. Jun. num.* 329. *Marcus Aquilin. par.* 4. *num.* 381., qui de communi omnes testantur, subscribunt *Cravett. conf.* 984. *num.* 84. *&* 85. *lib.* 6., qui plurimos. *Rimin. Jun. conf.* 544. *n.* 134. *lib.* 5. *Odd. conf* 95. *num.* 92. cum aliis per *Crass.* §. *substitutio quaest.* 5. *num.* 1. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 34 *num.* 49.

6 Cum ergo verba directa mere civilia nullo modo regulariter inflectantur *l. verbis* 7. *ff. de vulgar.* §. *extraneo instit. de pupill.*, & utrobique Doctores, adeo ut, cum ab initio jure directo valere potuerint, ea obliquam importare dispositionem, impossibile dixerit *Aret. in dict.* §. *quidam recte num.* 7. *column.* 3. *vers. secundo videtur*, quem sequitur ibi *Tarnitll. num.* 79. *Dec. consil.* 205. *num.* 5. *conf.* 248. *num.* 5. *conf.* 287. *num.* 2. *&* 3. *& conf.* 291. *num.* 2. *Rimin. Jun. conf.* 535. *n.* 34. cum aliis copiosissime congestis per *Casanat. consil.* 49. *num.* 12., ubi exornat, & amplificat.

Jure, & merito sequitur concludendum Nar-
7 dum per verba hujusmodi directa nepotes invitantem, de successione fideicommissaria nequaquam cogitasse, quæ excluditur ex proprietate verborum solam vulgarem respicientium, quæ est opposita species fideicommissariæ *Bart. in dict. l. Centurio num.* 3., ubi *Bald. num.* 4. *Rip. n.* 31. *Alciat. num.* 29. *Aquilin. par.* 3. *num.* 5. *ff. de vulgar. Torniel. dict.* §. *quidam recte num.* 57., & eo loci omnes fere scribentes maximi pendunt vim, & proprietatem verbi directi ad hauriendam testatoris mentem circa qualitatem substitutionis interpretandam, talis enim præsumitur, qualem osten- 8
dunt verba, quæ sunt animi passionum notæ, ut Philosophus ait, cum aliis per *Riminal. Jun. consil.* 504. *num.* 49. *lib.* 5. ex quibus intentio testatoria optime deprehenditur, vulgat. *l. Labeo* 7. §. *id Tubero ff. de suppell. legat.*, cum aliis copiosissime per *Menoch. praesumpt.* 35. *num.* 1. *ad* 19. *lib.* 5.

Proxime relatam interpretationem favore solius vulgaris ex verbo directo resultantem mirifice confirmat ea consideratio, quod eodem verbo
in eadem periodo clauditur vocatio Bartholomeæ, 9
& ejus filiorum, quo circa cum non possit ambigi, quin Bartholomæam testator directe invitaverit, idem propositum est retinendum respectu ejus filiorum ex vulgata regula, quod verbum plura determinabilia respiciens, ea æqualiter determinat
l. jam hoc jure 4. *ff. de vulgar.*, quod argumenti
genus magnificant Doctores, ut in puncto *Alexan.* 10
conf. 13. *num.* 5. *lib.* 4 *Ruin. conf.* 99 *num.* 10. *lib.* 2. *Dec. consil.* 205. *num.* 5. *Decian. consil.* 16. *num.* 34. *lib.* 2. *Cephal. conf.* 607. *num.* 39 *Ludervb. conf.* 92. *num.* 10. *Menoch. conf.* 328. *num.* 66. *lib.* 4 cum aliis per *Casanat. conf.* 52 *num.* 22. *cum seqq.*

Eadem propositio de vulgari validissime com- 11
probatur ex simplicitate, & puritate vocationis factæ de filiis Bartholomeæ absque aliqua, vel minima, aut verbi, aut clausulæ adjectione tractum temporis longum inferente, vel utrumque tempus, ante aditam, & post aditam hæreditatem respiciente, hoc enim multi faciunt scribentes in dict. §. *quidam recte*, ubi *gloss. dict. verb. non exprimat*, sentit eum modum vocandi, *filium meum instituo, nepotes ex eo substituo*, solam vulgarem continere substitutionem, id, quod expressius dixit ibi *Bart. num.* 2. *&* 10. subscribunt *Alexand. num.* 6. *Maynas num.* 9. *Salaman num.* 27. *Rub. num.* 17. *Gallianl. num.* 11. iterum *Bart. in l. Centurio num.* 32., ubi *Alex* idem firmat *num.* 40. *Jason num.* 54. *Gallianl. num.* 425. *Ripa num.* 149. de communi omnes, & de receptissima *Socc. Jun. num.* 281. *cum seqq. Aquilin. par.* 4. *num.* 121. *Bolognet. num.* 248. *&* 249. *Emanuel. a Costa in cap. si pater verb. obliqua num.* 1. *de testament. in* 6., ubi de communiori *Bero. in cap Raynutius n.* 34. de communi, *de testam. Dec. conf.* 236 *num.* 2. *& conf.* 287. *num.* 3. *Bero. conf.* 65. *num.* 2. *lib.* 2. *Ruin. conf.* 100. *num.* 3. *lib.* 2 *Ludervb.* de receptiori, & verissima *conf.* 58. *num.* 30. *& conf.* 92. *num.* 11. plenissime *Casanat. conf.* 46. *num.* 21. 27. *&* 28., ubi exornat, & amplificat, *& consil.* 49. *num.* 12. *& conf.* 52. *num.* 26, ubi quod sic est tertius casus *Soccin.* quia verba sunt sine compendiosa, probant *Surd. decis.* 346. *num.* 19. *Menoch. praesumpt.* 67. *num.* 2. *& praesumpt.* 71. *n.* 8. *lib.* 2. fusius *Intriglial. de substitut. centur.* 3. *quaest.* 22. *num.* 19. *Peregrin. de fideicommiss. artic.* 18. *num.* 7. *& artic.* 19. *num.* 21., ubi quod ex verbis adeo simplicibus substitutio non potest videri collata post hæredum mortem, & in hoc residere virtutem communis traditionis; & in hoc casu (in quo nos concurrunt binæ rationes unici verbi, & quidem directi mere civilis eamdem vocationem regentis, paulo ante ponderatæ, quæ speciem nostram præclarissimam reddunt) *Castrens.* ipse promptissime consentit opinioni cæterorum in d. §. *qui-* 12
dam num. 5., ubi quod importat vulgarem tantum, nullo autem modo fideicommissariam, postquam

collata

collata non eſt in tempus mortis, nec eſt cum dinumeratione temporis facta, & in puncto noſtro conſuluit *conſ.* 352. *num.* 5. *verſ. non obſtat lib.* 2.

13 Denique veriſimilis intentio Nardi de fideicommiſſaria ſubſtitutione filiorum nequaquam cogitantis efficaciſſime demonſtratur ex ſubjecta materia perſonarum cum Bartholomæa filia inſtitutarum; ſiquidem cum teſtator copulative vocat eos, quos neceſſario inſtituere arctabatur, ne alioquin earum præteritione teſtamentum irritationi exponeretur, puta, cum & filius, & nepos ex eo ad hæreditatem invitantur, tunc ea inſtitutio non cenſetur facta, quia teſtator in animo geſſerit commodo nepotum providere, & eos filio cohæredes relinquere, ſed quia prudens *Gall. conſil.* ſequutus, ſibimet ipſi, & ejus diſpoſitionis ſubverſioni conſulere intenderit, & proinde hinc receptiſſime colligunt ſcribentes ratione hujuſce neceſſitatis cauſativæ, ex vocatione prænarrata non fideicommiſſariam exoriri, ſed tantummodo vulgarem, ut omnes admonent in dict. *§. quidam recte*, & præcipue *Caſtrenſ. num.* 6. inquiens, quod ſi teſtator filium, & ex eo nepotem naſciturum inſtituit, filius cenſetur inſtitutus in ſolidum per prius, & in ejus defectum, ſi vivente teſtatore decedat, nepos per poſterius, quia inter eos eſt triplex ordinis gradus, & præcipue neceſſitatis cauſativæ, probat *Soccin. Sen. conſ.* 161. *num.* 10. *verſic. hanc tamen*, ubi quod neceſſitatis ratione ex
14 veriſimili teſtatoris voluntate vocato per teſtatorem filio, & nepote ex eo, copulativa reſolvitur in disjunctivam, & eſt, ac ſi dictum eſſet filium, vel nepotem inſtituo, quo caſu, cum ſuf-
15 ficiat ad veritatem disjunctivæ, alteram partem eſſe veram *l. ſi hæredi* 44. *ff. de condit. & demonſtr.* cum aliis per *Pariſ. conſ.* 21. *n.* 10. *&* 11. de communi *lib.* 3.

16 Nepotes ita demum cenſentur vocati, ſi filius non admittatur, eo autem admiſſo, ſtatim excluduntur, disjunctiva jam in filio purificata, argum. *l. cum pater* 77. *§. penult.*, ubi fuſe *ff. de leg.* 2. idem *Soccin.* repetiit *conſ.* 113. *num.* 7. *verſ. quinto lib.* 1. ubi, quod hæc eſt demonſtratio manifeſta, & concludens, quod dictum ſequuntur, & reaſſumunt *Soccin. Jun. conſ.* 100. *num.* 33. *lib* 3. *Pancirol. conſ.* 59. *num.* 10. cum aliis per *Caſanat. conſ.* 46 *a num.* 43. *&* 45., ubi exornat fundamentum ex copulativa deſcendens de communiſſima, & veriori opinione cumulatiſſime docens, additur prædictis *Decian. conſ.* 10. *num.* 32. *lib* 3. *Alciat. conſ.* 5 *num.* 39. *lib.* 4. *Cepoll. conſil.* 52. *num.* 1. *verſ. ſecundus caſus*, egregie loquens *Cora. conſ.* 321. *lit. a lib.* 3. *& conſ.* 17. *lit. a*, *lib.* 4., ubi quod ſi nepos poſt patrem jam admiſſum ſuccederet, non eſſet verum dicere conjunctivam in disjunctivam reſolvi, ex quo omnes, licet diverſis temporibus, cenſerentur vocati, pleniſſime *Caſanat. conſ.* 52. *num.* 2. *&* 3., ubi quod vocatio neceſſitatem cauſativam in ſucceſſivum ordinem interpretatur, neceſſitatem autem non adeſſe, niſi filio in vita patris teſtantis excluſo, nullatenus vero eum admiſſus fuit.

17 Caſum igitur noſtrum, in quo & ſuffragatur ordinaria regula de ſubſtitutione in dubio cenſenda directa, & vulgari, juxta notata per *Canoniſtas in cap. ſi pater de teſtament. in* 6., & tot inſuper aliæ efficaces præſumptiones voluntatis teſtatoris ad vulgarem vocationem inclinatæ concurrunt, diffluenter tum ex verbo diſpoſitionis, quod directum, quod unicum plures determinans, quod ſimplex nullo tractu permixtum; tum ex materia ſubjecta neceſſitatis cauſativæ, adeo dubitatione carere fuimus arbitrati, ut in capienda reſolutione adverſus actrices vano fideicommiſſi prætextui nitentes, parum laboraverimus.

Ad objecta ſubtiliter elevata reſpondebatur.

Primum de mentione mortis, de verbo *ſubſtituo*, & de conditione *ſi ſine filiis* nihil movere, quia percutit diſpoſitionem a Nardo factam reſpectu Caroli, quem ſubſtituit Bartholomææ ſine filiis decedenti; quod nihil commune habet cum inſtitutione filiorum ejuſdem Bartholomeæ, in ſeparata periodo antecedenti de per ſe facta, de qua ſola modo quæritur.

Etſi autem mentio mortis, & clauſula *ſi ſine* 18
filiis tractum temporis habere videatur, ex quo compendioſa emergit ex prædictis, etiam ſine dictione *quandocumque*, juxta *gloſ. in cap. ſi pater in verb. abſque de teſtam. in* 6., quam communiter ibi probari teſtatur *Emanuel. a Coſta. verb. ſi decedat num.* 14. *Gabr. conſ.* 104. *num.* 1. *lib.* 1 *Odd. conſ.* 95. *num.* 43. ubi de communi. *Menoch. præſumpt.* 51. *num.* 7. *lib.* 4. *Sacr. deciſ.* 37. *num.* 8., qui innumeros; in cujus compendioſæ ventre clauditur etiam fideicommiſſaria, ut omnes fatentur 19
in dict. *l. Centurio*, & obſervat *Pariſ. conſ.* 41. *n.* 31. *lib.* 2. cum aliis per *Craſs. quæſt.* 61. *num.* 6.

Tamen ad effectum per actrices prætenſum, 20
ex ea diſpoſitione, quam præcariam eſſe contendebant, non ex alia ſeparata tractus ille deſumendus eſt, qui in argumentum adſumitur, ut recte admonuiſſe videtur *Cuman. dict. §. quidam recte num.* 8. *verſ. non autem debet*, ſequitur ibi *Torniell. num.* 80. *Alex. num.* 66. *Rubr. num.* 70. ſubſcribunt *Alex. conſ.* 13. *num.* 7. *lib.* 3. *Socc. Sen. conſ.* 113 *num.* 14. *lib.* 1. *Dec. conſil.* 205. *num.* 8. *Ruin. conſ.* 102. *num.* 8. *lib.* 2. *Cravett. conſil.* 131. *num.* 4. *Decian. conſ.* 10. *num.* 41. *lib.* 3. *Menoch. conſ.* 85. *num.* 54. *lib.* 1. *Rimin. Jun. conſil.* 371. *num.* 162. *lib.* 4. *Sard conſ.* 370. *num.* 2. *lib.* 3. *Ladereh. conſ.* 58 *num.* 31. *Caſanat. conſ.* 49. *n.* 9. *&* 38. *conſ.* 52. *num.* 61. *cum ſeqq. Bardellin. conſil.* 13. *num.* 10. *lib.* 1. *Petra de fideicomm. quæſt.* 5. *num.* 149. *Peregrin. de fideicomm. art.* 18. *num* 23. *& artic.* 19 *num.* 8. ex quibus conſtat *Curt. Jun.* prædictis adverſantem in hoc male, & contra receptiſſimas traditiones fuiſſe locutum.

Secunda fideicommiſſi conjectura deducta ex unione utriuſque diſpoſitionis, & de filiis Bartholomeæ, & de Carolo factæ, juxta *l. jam hoc jure*, nihil turbavit; quia in facto nedum applicabatur, ſed ab eo longiſſime diſtabat, & jam ſuperius fuit oſtenſum argumentum *l. jam hoc jure* Rotalem reſolutionem mirifice confovere, tantum abeſt, ut vel minimum offendat.

Tertia oppoſitio deducta ex vocatione filiorum Bartholomeæ tempore teſtamenti nequaquam 21
natorum, juncta auctoritate *Peregrin. artic.* 18. *num.* 5. non fuit viſa relevans; quia ad effectum de quo agimus, nihil infert vocatio filii naſcituri, ut apertiſſime docet formula *Gall.* explicate 22
concepta de nepote naſcituro, ut dict. *l. Gallus* 29 *in princip.*, & ibi omnes adnotant poſt *Accurſ. in §. quidam recte verſ. non exprimat*. *Cepoll. conſ.* 52 *num.* 1. *verſic. ſecundus caſus*. *Cora. conſil* 231. *lit. i.*, *& l. lib.* 1., & formalius *conſ.* 12. *lit. b. lib.* 4., ubi de communi. *Gabr. conſil.* 130. *num.* 3 *lib.* 1.

Nec *Peregrin. eo num.* de noſtro agit caſu, ſed diverſo, cum ſcilicet teſtator inſtituit filium, & ejus deſcendentes addita clauſula *in infinitum*, imo in illa ipſa quæſtione poſt aſſertores utriuſque partis commemoratos, ſubdit receptiorem videri opinionem pro vulgari, pro qua pugnat vis verbi directi.

Et licet ſublat eam conſiderationem declina-

ri ex nomine collectivo *descendentes*, & dictione, *in infinitum* tractum longissimum præferentibus; hæc animadversio nostram resolutionem non stangit, cum in hac specie desit collectivum, & infinitum, & loco verbi *descendentes* adsint verba, *& Bartholomea filios*, quod ad effectum, & in casu, de quo agimus, nominis est appellativi loco, in quo non intrat ea consideratio longi tractus temporis, ut communiter perpendunt Doctores, quos
23 aggregat, & sequitur *Decian. cons.* 1. *num.* 244. *lib.* 1. *Casanat. cons.* 46. *num.* 11., & cum testator unicum, vel duplicem etiam, ut nepotes, & pronepotes, gradum invitavit, quod censeatur prudens *Gall.* consilium sequutus, ponit *Alba consil.* 29. *num.* 6. *&* 7.

Ad quartam conjecturam fideicommissi deductam ex prælegato facto Bartholomeæ per Nardum, & ex auctoritate *Peregrin. artic.* 7. *num.* 16. fuit dictum, nec subsistere, nec auctoritate allegata probari.

Non subsistere, quia non sequitur, prælegavit testator filiæ universaliter institutæ, ergo vo-
24 luit eam fideicommisso gravare, ne frustra prælegasse videatur; nam prælegatum non arguit necessario substitutionem fideicommissariam, imo se compatitur etiam cum substitutione vulgari, text. est in *l. Sextiam* 31. *ff. de legat.* 3. *l. miles* 75. *§. pro parte ff. de legat.* 2., tradunt communiter *DD. in l. Marcellus* 3. *§. quidam liberi ff. ad Trebell.*, plene *Menoch. præsumpt.* 195. *num.* 2. *cum seqq. lib.* 4., cum aliis per *Peregrin. articul.* 7. *num.* 5.

Non probari, quia *Peregrin. dict. num.* 7. firmat hæredem universalem restituere gravatum, deducere prælegata ea ratione, ne testator videatur inutiliter egisse, dum prælegaverat; hoc autem nihil commune habet cum axiomate actricium, quæ non inferunt, ut *Peregrin.*, ex supposito jam fideicommisso prælegatorum deductionem, sed ex supposito prælegato fideicommissum.

Rursus quando prælegatum esset argumentum necessarium inducti fideicommissi, jam est in quo ea præsumptio verificetur; gravat enim Nardus Bartholomæam restituere Carolo, cujus fideicommissi respectu potest videri reliquisse prælegata; nulla ergo necessitas adest, ut hujus conjecturæ prætextu, quæ in formato claro fideicommisso verificari potest, novum ad onus Bartholomeæ fideicommissum prætexamus, cum omnis interpretatio fiat, ne fideicommissa multiplicentur, aut
25 temere inducantur *l. Lucius* 78. *§. tres ff. ad Trebell.* cum vulgat. per *Surd. decis.* 346. *num.* 21., & per *Menoch. præsumpt.* 71. *num.* 4. *lib.* 4. *Magon. decis. Luc.* 82. *num.* 14.

Potissimum cum non agatur de fideicommisso, quod verba obliqua, vel communia suadeant, sed cui directa mere civilia implacabiliter adversantur.

Non de eo, quod clausulæ longum temporis tractum habentes insinuent, cum simplicissima sint vocationis dictata.

Non denique, quod qualitas personarum sua-
26 deat fore agnatitium, quod favorabile solet existimari favore publico *Capyc. decis.* 108. *num.* 15. cum aliis per *Menoch. præsumpt.* 67. *num.* 23. *lib.* 4. cum fœminæ ad illud aspirent agnationem aptæ
27 destruere, non conservare *Surd. cons.* 370. *num.* 4. *lib.* 3. *Mantic. de conjectur. lib.* 6. *tit.* 15. *n.* 9.

Novissime conjectura de clausula codicillari non placuit; quia ex jam dictis cum liqueat Nar-
28 di voluntatem ad vulgarem tantummodo propendisse, quæ potuit ab initio valere, licet per aditionem Bartholomeæ evanuerit, inane consilium esse putavimus, tot in adversum repugnantibus superius animadversis, in hujusmodi clausula fideicommissi introductionem fundare, juxta tradita in puncto per *Ruin. cons.* 159. *num.* 13. *lib.* 2. *Dec. cons.* 291. *num.* 3. *Cravett. cons.* 884. *num.* 1. *lib.* 5. *Alciat. cons.* 5. *num.* 39. *&* 40. *lib.* 4. *Rimin. Jun. cons.* 435. *num.* 28. *ad* 32., qui observat male *Curt. Jun. cons.* 48. arguere a validitate sequuta, cum esset arguendum a potentia valendi, repetit id ipsum *cons.* 535. *num.* 31. *&* 34. *lib.* 5. *& cons.* 824. *num.* 14. *&* 27. *lib.* 7. sequitur *Menoch. cons.* 328. *num.* 90., ubi de veriori, & communiori *lib.* 4. *Odd. cons.* 95. *num.* 36. *Alb consil.* 29. *num.* 9. *Laderch. cons.* 58. *num.* 24. *cum seqq.*, quo loci rem totam diligentissime exagitat, & adversantes nervose confutat, concludens, quod qui vim clausulæ codicillaris extollunt, conjungunt eidem perpetua, & inseparabili societate, mentem testatoris expressam, vel quæ ex verbis liquido deprehendatur; at cum mens ambigua est, vel cum magis ad directas, quam inflexas substitutiones verba pertineut, ex juris interpretatione clausulam fideicommissum inducere nemo dixit, nec ulla potest probari ratione, firmat idipsum
in *cons.* 92. *num.* 17., ubi quod in vulgari nihil proficit ad inversionem codicillaris clausola, quid- 29
quid esse possit in compendiosa, vel fideicommissaria, & quandoque in reciproca, *Mantic. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 13. *Emanuel a Costa in cap. si pater par.* 3. *verb. obliqua num.* 19. 20. *&* 21., ubi egregie contradicentes, & doctissime confutat (licet errore eum pro contraria parte adducat *Menoch. præsumpt.* 67. *num.* 11. *lib.* 4.) accedit Aquilin *in l. Centurio num.* 61. *ad* 64. *ff. de vulgar. Peregrin artic.* 18. *num.* 24., qui verissimam opinionem affirmat, & licet loquatur in vocatione facta per disjunctivam, nihil id refert, cum & nostro casu copulativa juris interpretatione in disjunctivam resolvatur, ut in superioribus fuit probatum.

Quibus nihil refragantur auctoritates in con- 30
trarium adductæ per Informantes, & quotquot adduci potuissent, nam *Soccin. cons.* 12. *lib* 5. utitur vi clausulæ codicillaris in casu, in quo aderant efficaeis signa voluntatis testatoris ad fideicommissum propensæ, tum quia vocabantur hæredes, quod est collectivum plurium personarum, & graduum, & respicit tempus post aditam, ut advertit *num.* 5. *&* 6. tum quia non hæredes simpliciter, sed masculi tantum invitabantur, & aderat alienationis bonorum expressa prohibitio, ut ponderat *num.* 13. *&* 14., ubi perpendit onus perpetuo institutis adjectum; tum denique, quia cessabat eo casu necessitas causativa instituendi; nihil propterea mirum, si ut tollatur sola præsumptio surgens ex verbo directo, quam præcedentes conjecturæ sustulisse poterant, etiam clausula codicillaris adducitur; sed hæc non applicantur casui nostro, quia non solum desunt omnes illæ conjecturæ fideicommissum arguentes, quibus præcedentibus clausula ad testatoris voluntatem tuendam vires suas exercet, verum etiam adsunt vulgarem substitutionem manifestissime suadentes, quo casu nihil adversus testatoris desiderium clausula potest.

Curt. Jun. cons. 48. præterquamquod a mul- 31
tis reprehenditur, ut a *Rimineld. Jun. cons.* 135. *num.* 19. *Menoch. cons.* 85. *num.* 97. *Laderch. consil.* 58. *num.* 31. non offendit eadem ratione, qua nec *Soccin.* nam in suo casu urgebant pro fideicommissariis, dictio *post*, adjectivum *quoscumque*, quod facit collectivum plurium graduum, habet tractum, & utrumque tempus respicit, in qua consi-

consideratioue plurimum figit pedes *num.* 3. aderant & alia idipsum arguentia *aam.* 6. quia igitur verba erant dubiæ, & conjecturæ potentes fideicommissariam suadebant, usus est clausula codicillari, contrarium innuens, si verba vulgarem indicassent *num. 6. versic. aam at supra. Cravett. cons.* 22. clausulam uon multi facit, quando certa est substitutio vulgaris, qualem nostram designat juris interpretatio, sed dumtaxat quando incerta est, & generalis, ut ait *num.* 8. ab Informantibus allegato.

Præterea aderat in suo casu explicitum ver-
32 bum commone *substituo*, insuper vocatio erat per nomina collectiva plurium graduum, ut *nam.* 4. *&* 6., & nulla necessitatis causa in institutione versabator, ut is admunet *num* 4. *Menoch. præ-*
33 *sumpt.* 60. *num* 74 *lib.* 4. loquitur in reciproca; & quid in vulgari senserit, aperuit in *consil.* 328. *num.* 90. *lib.* 4. *Peregrin.* quid senserit in vulgari, explicuit *articul.* 18. *num.* 24., ut præmonuimus, *& nam.* 9. nihil contra, imo favet, quia expresse cum substitutio est facta in casum vulgaris, tum firmat in fideicommissoriam non inverti, quia esset præter intentionem testatoris, qui vulgariter substituere intellexit, & hic est casua noster, com æquiparentur hæ doæ formolæ, illa *filium instituo, & si hæres non erit substituo nepotes ex eo*, & altera, *instituo filium, & nepotes ex eo*, ob concurrentem vim verbi directi, conjunctionem vocatorum in eadem periodo, & necessitatem causativam.

Et licet *num.* 6. 15. 20. 21. *&* 23. *& art.* 17. *num.* 37. *& art.* 19. *num.* 18. elaosu'am codicillarem magnificet, tamen non offendit, quia *aam.* 37. loquitur, cum nulla concurrebat institutionis necessitas, & aderat collectivum.

Num 6. loquitur, cum per collectivum nomen vocabatur, maxime adjecta clausula *in infinitum*, licet ex quo ultimo loco recenset authoritatea pro non inflexioue concludentes, videatur, eorum sententiam magis sequutus ad vulgarem regulam.

Num. 15. pendit verbum commune *substituo*, dictionem *post*, & nullus necessitatis causativæ ordo versabatur.

Num, 20. fundat se in dictione *post*, in mentione mortis expressa, in verbo communi, in vocatione hæredum, in quibus nulla necessitatis causa intereedebat.

Nam. 21. loquitur in quarto casu *Soccin.*, & in apertissima compendiosa.

Num. 23. sermonem habet de casu habente commune verbum, dictionem *post*, mortis mentionem, longum tractum, tolum charitatis ordinem.

Num. 18. meminit de casu, in qoo verbum commune, collectivum *descendentes*, & verbum *hæredes*, in quo vim præcipuam constituit *num.* 21. quasi utrumque tempus respiciat.

Nihil igitur turbat, quod his concurrentibus codicillaris clausula ad verisimilem testatoris mentem conservandam inflexionis spiritum infundat, qoia nostra in specie nulla ex his, quæ *Peregrin.* observat, intervenere.

Rota Romana apud Seraphin. decis. 1304. deci-
34 dit casum, in quo aderat manifestissimum fideicommissum ob clausulam *vulgariter*, *pupillariter*, *& per fideicommissum*, ob quam *num.* 11. inqoit rem non potuisse tergiversari.

Ultraquamqood de solo charitatis ordine tractabatur eo casu, & multa vigebant tractum temporis etiam fideicommissum indicantia, ut digressio ad plures gradus *num.* 8., & fideicommissum in casum lineæ extinctæ *num.* 8. *&* 9.

Apud eumdem *decis.* 409. & in noviss. 579. *part.* 1. deciditur quæstio, in qua ad fideicommissum inclinare cogebant nomen collectivum *descendentes*, *num.* 8. dictio, *in infinitum num.* 9. lineæ masculinæ commemoratio, digressio cum tractu manifesto; & deficiebat causa necessaria instituendi, deinde ut tollat vim verbi directi *num.* 9. non utitur solo fundamento clausulæ, sed ad cum effectum studiose conjungit cum ea verba tractum temporis denotantia, & ita utitur auctoritate *Cravett. cons.* 22. *num.* 8,

Et eisdem concurrentibus *Rota* alias hujus
clausulæ rationem habuit in una *Romana de Gab-* 35
briellibus, & in Macerata Fideicommissi cor R.P.D. Gipsio, & in Bononien. Bonorum de Seta, & in alia *Urbevetana Fideicommissi coram R. P. D. Pamphilio*.
Quæ propterea assistunt, non resistunt, cum 36
loquantur in casibus a nostro longissime distantibus.

Et si tamen resolutio nostra nobis videretur ex clarissimis juris fundamentis descendere, nihilominus absolutæ fuerunt ab expensis actrices, ut hoc unum victis præstaretur subsidium, pro quibus in causa agitata vir Jurisconsultissimus consoluerat, ad notata per *Bart. in l. in bonorum ff. de bon. possess.* cum aliis per *Asin. in prax.* §. 32. *in* 2. *&* 3. *principali limitatione*.

Ex quibus &c. & aliis &c.

Joannes Marcus Bazardus.
Bonifacius Martinellus.
Georgius Praellus.

ADDITIO.

SUMMARIUM.

1 *Vocatio plurium, quando censeatur facta per vulgarem, vel per fideicommissariam remissive.*

2 *Substitutio vulgaris evadit fideicommissaria, si facta est post aditam hæreditatem.*

Ad num. 1. *& seqq.*

Vocatio plurium quando censeatur facta per vulgarem, vel per fideicommissariam, & 1
quando intret theorica *Cuman. in l. cum ita* 33. §. *in fideicommisso ff. de legat.* 2 *& in l. Gallus* 29. § *quidam recte ff. de liber. & posthum.*, vel alia *Castrens.* eidem opposita in dict. *l Gallus num.* 9. *Clericat. discord. civil. & crimin. discord.* 28 *per tot.* & vide supra in *addit ad decis.* 1. *num* 41. *& seq.*, *& in addit. ad decis.* 3. *num.* 39., ubi plures concordantes. *Rot. Florent.* hoc eodem *vol. decis.* 36. *num.* 4. *& seqq.*, ibique ego in *addit. num.* 1. *& seqq. & decis.* 68. *num.* 1. *& seqq.*, & plenissime in *decis.* 1. *num.* 1. *& seqq. & decis.* 31. *num.* 2. *& seqq. coram me*, *Rot. Senen. decis.* 31. *num.* 5. *& seqq.* pariter *coram me*, reperit. post *de Luc. in Mantiss. in fin. fol.* 338. in Veneta impressione anni 1708. ad quas Lectorem remitto, ne alias dicta hic transcribam. *Rot. Roman. in Æsina Successionis* 11. *Junii* 1714 §. *ex his igitur coram Cerro*, *& in Fanen. Immissionis* 18. *Februarii* 1724. §. *quatenus*, *& seqq. coram Reverendissimo Dom. meo Aldrovando*.

Quando substitutio est vulgaris, evaderet fideicommissaria, si facta esset post aditam hæreditatem, ut dicitur in hac nostra *decis.*, & supra *decis.* 50. *num.* 1. 4 *& seqq.*

Ad num. 18. *& seqq.* 2

Vide supra in *addit. ad dec.* 66. *n.* 1. *& seq.*

F L O R E N T I N A
Fideicommissi.
19. Augusti 1617. Lib. Mot. 97. a 334.

ARGUMENTUM.

Vocatis proximioribus, & iis, quibus de jore debetur succeslio, utraque qualitas dicitur probato per successorem, si ostendat se agnotum in gradu successibili. Conditio *si sine liberis* opposito gradui intermedio caducoto, etiamsi verificota non fuerit, quia liberi extiterint, non impedit tamen, quio vigore vulgaris anomalæ, subsequens io locum gradus caducati admittetur. Liberorum existentia quando dicatur determinate, & ad certum tompus requisito, & quando indeterminate. Filiorum appellatione, an, & quando veniant nepotes, & an vocoto patre, & filiis nascituris vocatis, intelligatur simultonee, vel ordioe successivo.

SUMMARIUM.

1 *VOcatis proximioribus, & iis, quibus de jure debetur successio, utraque qualitas copulative probari debet per actorem.*

2 *Et proximitas probari debet per graduum dinumeentionem.*

Contra quod sufficiat probare proximitatem, quia in consequentiam remanet probata successio illis ex statuto delata num. 24.

3 *Reo sufficit vincere ex non jure actoris.*

4 *Legatum fallum heredi, & caducatum, adhuc in eo consolidatur ex titulo hereditario.*

5 *Et heredi competit eetentio.*

Declara ut num. 107. *&* 108.

6 *Vocatus sub conditione* si sine filiis *debet probare illius verificationem.*

Contra num. 23.

7 *Conditio* si sine filiis decesserit *quomodo differat ab ea*, si filios habuerit, *& num.* 8. 9. 11. *&* 59.

21 *In substitutionibus non fit extensio de casu expresso ad non expressum.*

22 *Caducato medio gradu ob mortem substituti, non intelligitur annullata conditio ipsi apposita.*

13 *Quin immo ipsius implementum operatur, ut substituto subsequens habeatur pro non scripto.*

Contra num. 67. *& seqq.*

14 *Verba* tali casu *restringunt dispositionem ad casum formaliter expressum.*

15 *Et tunc obstat agenti ad fideicommissum, quod casus expressus non evenerit.*

Limita si constet de contraria mente testatoris, num. 75 *&* 77.

26 *Appellatione filiorum veniunt nepotes, ubi agitur de dispositione, quæ sit collata in futurum eventum, & in solis filiis effectum sortita non fuerit, & num.* 79. *&* 95.

Limita ut num. 83. *&* 84

17 *Et dicitur collata in futurum eventum, si vocati fuerunt filii nati, & nasciturí.*

18 *Vocati per nomen collectivum tam nati, quam nasciturí, intelliguntur vocati ordine successivo.*

29 *Filius, licet suus heres, præsumitur ignoraße testamentum patris.*

20 *Dispositio testatoris semper intelligitur rebus in eodem statu manentibus.*

21 *Casus habetur pro expresso, in quo testator interrogatus, ita verosimiliter respondisset.*

22 *Proximior in gradu dicitur ille, quem nemo antecellit.*

23 *Substitutus in casu mortis sine liberis, probato morte, habet intentionem in jure fundatam, institutum decessisse sine liberis.*

25 *Verba* quibus de jure hæreditas pertinet, *stant declarative, non restrictive.*

26 *Agnatio censetur contemplata, ex quo masculi positi sunt in conditione.*

27 *Nemo sibi ipsi substituitur, nec a semetipso legari potest, & num.* 102.

28 *Statutum vocans agnatos secundum jus civile, intelligitur se referre ad eam juris partem, quæ sibi conformis est, & proinde, quæ loquitur de agnatis, non de cognatis.*

30 *In legatis substitui potest expresse per vulgarem, & per fideicommissariam.*

31 *Quin etiam per compendiosam resolvendam juxta suam naturam, si legatum non agnoscatur, in vulgarem, si vero agnoscatur, in fideicommissariam.*

32 *Et eosdem parit effectus, ac sola vulgaris, vel fideicommissaria, & num.* 71

33 *Caducato medio gradu substitutionis, sequens in ejus locum subintrat per vulgarem anomalam, & supra num.* 29.

Vulgaris anomala quid sit num. 113.

Quæ sint illius fundamenta num. 114.

Primum certa, & determinatæ vocationis, ac verificetur in vocatione proximioris n. 115.

Aliud vulgaris substitutionis quomodo dicatur cum fideicommissaria conjungi num. 116.

34 *Vulgaris est respectu substituti, non vero primi instituti.*

35 *Per eam acquiritur locus, non repræsentatur persona.*

36 *Dicuntur ipsius tot gradus, quot sunt personæ, quarum aditione qualibet ipsarum expirat.*

Quot, & qui sint ejus effectus num. 117. *&* 118.

37 *Substitutus substituti dicitur instituti substitutus.*

38 *Quia res remanet semper penes gravatum cum suo onere.*

39 *Conditio* si sine filiis *quando fuit considerata ad certum tempus, non purificatur, licet filii antea extiterint, & postea defecerint, secus si indeterminate posita fuit, & num.* 45

40 *Et quando dicatur stare determinate, & ad tempus delatæ successionis, & num. seq*

41 *Qualitas adjecta verbo intelligitur secundum tempus verbi.*

42 *Dictio* tunc, & eo casu *restringit conditionem ad tempus præcise expressum.*

43 *Conditionem sufficit momento temporis impleri, & num.* 51.

Limita ut num. 52.

44 *Limita stante contraria voluntate testatoris, & de ratione, ibidem.*

Et hæc unde eliciatur num. 47.

46 *Sine liberis decessisse dicitur, qui filium suscepit, & vivens amisit.*

48 *Paria sunt non fuisse, vel non potuisse succedere.*

49 *In dubio considerari debet quid congruit voto testatoris, & exemplifica ut ibidem.*

50 *Fideicommissa maxime congruunt voto virorum nobilium, præsertim Florentiæ, ubi maxime viget usus fideicommissorum.*

53 *Ea est tenenda opinio, quæ favet causæ testati, & substituti.*

54 *Verbum* redeant *est obliquum, & præsupponit terminum a* quo, & ad quem.

55 *Dispositio quod bona redeant ad filios, vel proximiores, si non verificatur in filiis, debet in proximioribus verificari.*

56 *Conditio habens causam successivam momento temporis non expletur.*

De

De natura conditionis eſt, quod ſit individuo, ibidem.

57 *Conditio* ſi ſine liberis *an dicatur habere cauſam ſucceſſivam, & exemplificantur conditiones inſtantaneæ.*

58 *Conditio* ſi filii non eſſent, & ſi filios non habuerit *quomodo differant.*

60 *Conditio voluntaria impleri poteſt per æquipollens, ſi principaliter fuit conſideratus effectus.*

61 *Conditio* ſi ſine liberis *eſt neceſſaria reſpectu vulgaris comprehenſæ in pupillari.*

62 *Vulgaris concepta in uno caſu trahitur ad ſimilem, & num. 65.*

Et ad caſum contrarium num. 76.

63 *Ideo facta in caſu, quo nulli maſculi reperiantur, trahitur ad caſum, quo ſint, ſed ii forenſes non poſſint ſuccedere.*

64 *Item concepta in caſu nativitatis, & mortis complectitur caſum, quo liberi non naſcantur.*

66 *Amplia, ut non interſit, an ſit vulgaris expreſſa, vel in compendioſa contenta, & num. 71.*

67 *Amplia ſecundo, etiamſi conditio adnexa ſecundo, vel ulteriori inſtituto repugnet.*

68 *Vulgaris in compendioſa contenta natura non immutatur, ſi primo ſubſtituto fuit appoſita conditio.*

69 *Subſtitutio facta ſub conditione* ſi filii non ſint, *dicitur vulgaris reſpectu filiorum, quia caſum impotentiæ complectitur.*

70 *Subſtitutus ſub conditione* ſi poſthumus natus non fuerit *extenditur ad caſum, quod natus ſit, & moriatur, dummodo mater cohæres non ſit in medio.*

72 *Sicuti concepta in caſu, quo quis non ſit hæres, continet caſum, quod ſit, & in pupillari ætate decedat.*

non si fuissent, sed ante tempus succedendi more-
rentur, quare, &c.
Non obstat dictio illa *tali casu*, quæ videtur
restringere dispositionem ad casum expressum, *si* 75
liberi non essent; nam ultra prædicta circa intelli-
gentiam illius conditionis, respondetur objectio-
nem fortasse admitti debere, ubicumque de con-
traria mente testatoris non appareret, ut de con-
ditione *tunc si non essent*, ut multis relatis probat *De-*
cian. dict. consil. 1. *num.* 148. argument. *dict. l.*
Gallus in princ. ubi formula illa concipitur *si filius*
meus me vivo moreretur, tunc, &c. & tamen in
§. & quid si tantum casus mortis filii extenditur
ad alios similes, sic in *l.* 1. *ff. de vulg. & pupill.*
substitutio vulgaris concipitur, si mihi Lucius
Titius hæres non erit, tunc ejus hæres esto, &
tamen vulgaris, ut dictum est, sui natura exten- 76
ditur etiam ad casus contrarios, quod plenius
ostendit *Cossad. in tit. de testam. decis.* 1. *num.* 3.
dicens, dictionem *tunc* non esse taxativam, sed
demonstrativam. *Surd* quoque *d. consil.* 236. *n.* 46.
dicit limitari vim, quam habet restringendi di-
spositionem dicta dictio *tunc*, ut non procedat,
quando extensio fieret ad casum similem auctori- 77
tate *Bartol.* communiter approbata in *dict. §. &*
quod si tantum, & maxime quotiescumque constat
de voluntate testatoris dictio *tunc* non impedit
extensionem ex multis per eum relatis, nec am-
bigendum est testatorem in nostro casu voluisse
propinquiores succedere, tam si Petrus Franciscus
filios non habuisset, quam si habuisset, sed non
superstites successionis tempore.
At quantum attinet ad tertium caput princi-
pale, sive articulum, absolute dicendum fuit eve-
nisse casum fideicommissi; siquidem cum fidei-
commissum restrictum fuerit ad tempus obitus
Dominæ Constantiæ, ejusque filiorum, nec revo-
cetur in dubium dictæ mulieris, & filiorum mors,
nullusque existat eorum, qui præferebantur ulti-
mis vocatis, consequens est, ut ipsi ultimo loco 78
vocati admittantur auctoritate *dict. §. pro secundo*,
aliisque juribus, & auctoritatibus supra relatis.
Sed contra, innumeris auctoritatibus ostendi-
tur appellatione filiorum venire nepotes, præser-
tim cum dispositio testatoris non fuerit sortita ef-
fectum in filiis, & cum fuerit collata in futurum
eventum, nam etiam filii nascituri fuerant vocati 79
ad legatum, quibus casibus nepotes continentur
sub nomine filiorum ad tradita per *Imol. in dict.*
l. Gallus §. instituens num. 48. *Gabriel. de verbor.*
significat. conclus. 1. *num.* 36. *Menoch. consil.* 197.
num. 72. cum aliis.
Verum hæc in terminis nostris admittenda
non fuit, cum regula sit nepotes non venire ap- 80
pellatione filiorum, præsertim in legatis, & fidei-
commissis, sive propriam verbi significationem in-
spiciamus juxta *l. quod si nepotes ff. de testam. tut.*
§. ult. instit. qui testam tut. l. liberorum ff. de excusat.
tut. l. filium habeo ff. ad Maced. sive filii defini-
tionem in *l. definimus ff. qui sunt sui, vel ali. jur.*
sive DD. auctoritates, quorum innumeros in ter-
minis citat *Menoch. consil.* 215. *num.* 12. *& præ-*
sumpt.

ſumpt. 94. *lib.* 4. inter quos *Soccin. conſil.* 152.
in 2. *ſubſcr. lib.* 5. teſtatur de magis communi,
pleniſſime, & in terminis *Dec. conſil.* 95. *num.* 5.
A qua ſermonis proprietate non eſt recedendum
vulg. l. non aliter ff. de legat. 3. *Bart. in l.* 2. *n.* 5.
ff. ſi quis in jus voc. Dec. in l. 1. *num.* 7. *ff. de*
regul. jur. Tiraquel. de retract. conſan. §. 1. *gl.* 9.
num. 209. Itaut menti teſtatoris etiam prævaleat
verborum proprietas *Bald. conſil.* 452. *ſtatuta civ.*
col. ult. lib. 5.

Illud autem quod dicitur in contrarium ex
l. juſta ff. de verbor. ſignificat. & ex traditis per
Bart. in l. liberorum eod. tit. venit ex interpreta-
tione legis, ut indicat verbum illud *juſta*, quæ
interpretatio ſarvanda eſt in diſpoſitionibus ejuſdem
81 legis tam odioſis, quam favorabilibus; ſed in di-
ſpoſitionibus hominis ſervanda eſt propria vocis
ſignificatio, niſi de contraria mente diſponentis
appareat, ſicut optime diſtinguit *Alex poſt Bald.*
in conſil. x. *num.* 12. *lib.* 1. ed quid enim inventio
Galli Aquilii de inſtituendo poſthumo nepote, ſi
in favorabilibus appellatione filiorum nepotes
continerentur?

Per quæ ſatis videntur contraria corruere.
Attamen ad majorem rei evidentiam; quando etiam
verum eſſet appellatione filiorum venire nepotes;
hæc talis concluſio in terminis noſtris locum non
haberet ob varias limitationes regulæ huic caſui
82 applicandas. Primum quia ſumus in filiis tranſ-
verſalium, in quibus ceſſat ratio, ob quam filii
nomen ad nepotes producitur, nec non ratio *l.*
cum avus ff. de condit. & demonſtr. ita ex *Franc.*
Accurſ. Cin. Alex utroque *Soccin. Pic. Alc. Roland.*
refert *Menoch. dict. præſumpt.* 94. *num.* 21. cum
in terminis noſtris nepotes non fuiſſent ſucceſſuri
teſtatori ab inteſtato, ut ibidem *num.* 22. reſpon-
dens contrariis, neque repugnat *l. Lucius* 85. *ff.*
de hær. inſtit. nam ibi liberorum mentio perpe-
tam refertur ad nepotes, cum debeat referri ad
filios, qui & ipſi liberi, & quidem in potiori
ſignificatione dicuntur.

83 Secundo, quia nepotes hi non erant in re-
rum natura tempore teſtamenti, nec tempore
mortis teſtatoris, quo caſu non veniunt appella-
tione filiorum *Alex. conſil.* 183. *vol.* 5. *Dec. dict.*
conſil. 95. *num.* 5. *verſic. tertio principaliter* per *l.*
ſi cognatis ff. de reb. dub. & l. cum ita §. *in fidei-*
commiſſo ff. de legat. 2. etiamſi conditio eſſet col-
84 lata in incertum futurum eventum, *& l. peto* §.
fratre cum gl. citat *Bart. Imol. Ancaran. Roman.* &
ita dicit fuiſſe conſultum Florentiæ per *Soccin. Sen.*
Andr. Arctin.& alios, quæ eſt conſultatio *Socc.* 152.
lib. 1. per quam tolluntur omnes difficultates, ut
etiam tradit *Peregrin. de fideicomm. art.* 20. *n.* 60.

85 Tertio non veniunt nepotes, quando ex con-
jecturis apparet, teſtatorem noluiſſe, ut ex *Corn.*
Alc. Soccin. Jun. Gabriel. & aliis dicit *Menoch. dict.*
præſumpt. 94 *num.* 2. *verſic. hæc. regula*, quarum
plures concurrunt in caſu noſtro, prima eſt ex
natura uſusfructus legati, qui tamquam ſervitus
perſonalis, & jus (ut vocant) perſonaliſſimum
86 extinguitur cum perſonis, quibus eſt relictum *l.* 5.
ff. de uſu, & uſuf. leg. itaut ſi teſtator ve-
lit tranſire in hæredes fructuarii, illum repetere,
& novum conſtituere debeat *l. repeti ff. quibus*
87 *mod. uſus amitt.* Sed hic non ſolum non repe-
tiit, ſed reſtrinxit per illa verba *eorum vita du-*
rante. Secunda, quia ſi nepotes continerentur, cer-
te ex rationis identitate continerentur pronepo-
88 tes, & deinceps *Gabr.* poſt *Bart. Pariſ. & Cravet.*
dict. concluſ. 1. *de verbor. ſignific. num.* 44. ex quo
induceretur fideicommiſſum perpetuum contra men-
tem ejuſdem teſtatoris, qui dum partem bonorum
liberam legavit ſorori, quam ſciebat ex naturali voto
parentum futuram deſcendentium illius, ſi alterius
partis legavit uſumfructum, certe voluit, hanc
non tranſire ad deſcendentes ex ſorore, alias fuiſ-
ſet utraque perpetuo deſcendentium, & ſic ina-
nis, & ſuperflua illa diſtinctio. Tertia, quia vo-
luit portionem deficientis collegatarii accreſcere,
ac pervenire ad collegatarium ſuperſtitem, & non
ad liberos deficientis, ut ex verbis *durante vita*
eorum, ergo noluit comprehendere nepotes. Quar- 89
ta, quia voluit fructus æquali portione dividi in-
ter collegatarios; ſed ſi venirent nepotes ſucce-
dendo in locum patris, admitterentur in ſtirpes,
quam conjecturas ad excludendos nepotes admit-
tunt omnes, ut per *Soccin. dict. conſil.* 152. *n.* 3.
& conſil. 104. *num.* 2 *lib.* 3. *Cabal. conſil.* 585.
n. 6. *lib.* 5. *& Menoch. dict. præſumpt.* 94. *n.* 13.
Quinta, quia ſi teſtator voluiſſet admitti nepotes
ſororis, qui fuiſſent illi in quarto grado, ſeque-
retur excluſio Petri Franciſci patruelis ſui, & pa-
riter in quarto gradu, & ſic excluſio magis dilecti
ob naturalem erga domum, & agnationem ſuam
propenſionem, quod abſurdum ne ſequatur, præ- 90
ſumitur teſtatorem noluiſſe ſub filiorum nomine
contineri nepotes *Alc. reſponſ.* 98. *num.* 8. *Menoch.*
dict. præſumpt. 94. *num.* 14. *cum ſimil.*

Et non ſolum conjecturæ, ſed verba ipſa te- 91
ſtamenti declarant nepotes non poſſe comprehendi
in hac diſpoſitione filiorum; Primo ſunt verba *tam*
nati ex ea, quam, *&c.* nam qualitas ut ſint *nati*
ex ea eſt reſtrictiva ad filios primi gradus, & non
convenit nepotibus, ſic in terminis *Lader. con-*
ſil. 58. *num.* 15. *& conſil.* 92. *num.* 17. *Roland.*
conſil. 43. *num.* 34. *lib.* 4. *Pariſ conſil.* 21. *n.* 30.
lib. 2. Accedit vis, & natura dictionis *ex*, quæ 92
denotat cauſam proximam, & immediatam *l. eo*
tempore in fin. ff. de pecul. Dec. & alii in rub. ff.
ſi certum petat. in terminis *Alex. conſil.* 56. *n.* 3.
lib. 5. Et licet teſtator addiderit *quam naſcituris*,
quod participium ob ſucceſſivum tractum tempo-
ris videtur applicari poſſe intentioni DD. Reorum;
Attamen quia eadem qualitas, & eadem determi-
natio reſpicit omnes filios Dominæ Conſtantiæ, ſe-
quitur, ut ſicut diſpoſitio de natis non poſſet in-
telligi niſi de filiis immediate natis ex Domina
Conſtantia, ita & diſpoſitio de naſcituris.

Neque obſtant DD. qui dicunt venire nepo- 93
tes, quamvis dictum ſit de filiis ex ſe, vel ex
ſuo corpore, ut per *Bal. Paul.* & alios *in l.* 1. *n* 4.
& 6. C. de condit inſer. quos citant *Roland. de lucr.*
dot. quæſt. 56 *n.* 19 *Peregr. art.* 28. *n.* 34 nam iſtud
procedit in conditionibus, non autem in diſpoſitioni-
bus, ſicut ea eſt, de qua loquimur, juxta diſtinctionem
ejuſdem *Peregr. art.* 22. *n.* 45. *&* 47. & non ſolum
ex prædictis verbis reſtringitur diſpoſitio, ſed
etiam ex ſequentibus *ejus filiorum*, *& cujuslibet*
eorum, quæ non patiuntur extendi ad nepotes 94
Menoch. dict. conſil. 215. *num.* 132. *& conſil.* 390.
num. 53. *Viv. deciſ* 503. *num.* 17. *Riminald. Jun.*
conſil. 358. *num.* 135. *Turrett. conſil* 23. *num.* 56.
lib. 2. inquiens referri debere hujuſmodi verba
ad perſonas immediatas. *Rot. lib Motiv.* 88 *a* 489.
Ex quibus certe fatendum eſt nepotes in hac di-
ſpoſitione non venire filiorum nomine.

Sed Domini Rei confugiunt ad doctrinam 95
Imol. & quorumdam aliorum in *l. Gallus* § *inſti-*
tuens num. 48. *ff. de liber. & poſthum. Menoch dict.*
præſumpt. 94. *num.* 23. *Bart. in dict. l. liber. ff. de*
verbor. ſignificat. quod cum diſpoſitio non fuerit
ſortita effectum in filiis, eorum appellatione con-
tinentur nepotes per *l. Lucius* 85. *de hæred. inſtit.*
Idque oſtendunt, quoniam cum fuerint vocati filii
tam nati, quam naſcituri, diſpoſitio erat collata
in fu-

in futurum eventum, & quia mater Domina Constantia prius universo usufructu potiri debuit, quo finito filii uti, & frui debebant, quod morte præventi exequi non potuerunt. Et quamvis superius allata sufficere potuissent ad comprobationem conclusionis, attamen hoc quoque obstaculum sublatum esse putavimus; nam in primis contrarium concludenti ratione suadent verba ipsa testamenti, ex quibus apparet bonorum illorum usumfructum simul fuisse legatum Dominæ Constantiæ, & ejus filiis, & sic copulativè, & simultaneè, non autem ordine successivo; at quotiescumque reperitur facta institutio de duobus copulativè, inter quos non cadit ordo necessitatis, sed charitatis, & affectionis, ut si frater, & ejus filii instituantur, singuli censentur simul, & eque principaliter vocati, itaut unusquisque volens suam portionem ab initio recipiat, sic contra *Bart.*
96 voluerunt *Bald. Angel. Imol. Raph. Alex. Soccin. Jason. Claud. Aug. Toraiol.* & alii communiter in *dict. l. Gallus §. quidam rectè*; quæ conclusio probatur ex *cap. Rainaldus, & ex cap. Raimutius de testam.* ubi *Ancar. Butr. Imol.* & alii *Cavar. ibi in §. 2. num. 1. Jason consil. 206. n. 2. Corn. consil. 17. num. 4. Cepol. consil. 52. versic. quartus Capr. consil. 35. in 2. dub. Alex.* qui communem contra *Bart.* asseverat *cons.* 3. repetit. in ordine 13. *lib. 4. Soccin. consil.* 113. repetit. *consil.* 238. *in lib.* 1. quos refert, ac sequitur *Peregrin. art. 17. num. 1. versic. contra, & consil. 57. num. 10. lib. 1. Clarus in §. testamentum quæst.* 80. *versic. prima conclusio. Bertr.* qui de communi *consil. 2. num.* 202. *lib. 2. Mathesi'. sing.* 151. latissimè *Decian.* multos afferens testes de communi, & de magis communi
97 *dict. consil. 1, num. 179. usque ad* 187. & licet *Peregrin. in dict. artic.* 17 afferat aliquot limitationes, ut scilicet non procedat decisio, si nepotes venirent nomine hæredis. & quando vocantur filii nasciruri, quibus optimè, & elegantissimè satisfaciunt Excellentissimi DD. agentium Advocati, omnes tamen in casu nostro cessant ex vi verborum testamenti, quibus testator exprimit, ut prædicti *ex eis bonis accipiant fructus. & usufructus, & qui usu fructus durante vita eorum, & cujuslibet eorum æquo portione inter eos dividantur, & comportiantur*, cum aliis similibus, divisio vero fructuum præsupponit communionem *l. sed si fortè*,
98 ubi *Bart. & Bald. ff. de rebus eorum*, filii enim si essent successivè vocati, non facerent partem matri, nec caperent portionem æqualem portioni matris *Corn. consil. 240. num. 4. lib.* 2. dum con-
99 siderat illud distributivum *quilibet*, & dictio, *æqua portione* præsefert æqualem vocationem in capita *l. interdum ff. de hered. instit.* & in puncto *Gabriel post Bart. in consil.* 130. *num.* 11 *lib.* 1, & propterea necesse est dicere prædictos filios, vel usumfructum pro eorum portione fuisse consequtos, vel per eos stetisse, quo minus consequerentur, quo casu perinde haberi debet, ac si fuissent consequti, ut per *Gabr. dict. conclus. 1. n.* 73. *& Cabal. consil. 9. num. 25. lib. 2. argum. cap imputari de regul. jur. in 6.* cum aliis similibus.

Præterea cessat omnis difficultas in hoc articulo, an filii venire debeant ordine simultaneo, ac successivo, ex eo, quod qui ordinem successivum defendunt, etiam in dispositionibus transversalium, loquuntur in terminis institutionis, & suc-
100 cessionis universalis, ut etiam *dict. l. Lucius*, at nos agimus de dispositionibus particularibus per legatum, seu per fideicommissum, in quibus filius concurrit cum patre, ut est casus in *dict. cap. Rainutius*, & ex *Torniel. in dict. cap. quidam rectè num. 5. Mathes. not. 157. Gabriel, consil. 130. n. 10. lib. 1.* & aliis tradit *Peregrin. dict. art. 17. n. 6. & 18.*

Ad hæc, quia si prius D. Constantiæ, deinde filiis ordine successivo fuisset relictus ususfructus, legatum quoad D. Constantiam fuisset prorsus inutile contra naturam suam, quia cum esset hæres universalis, & jure proprietatis haberet rerum suarum usumfructum, frustra ille ususfructus legatus fuisset; & satis fuisset, eam gravare, ut post mortem bona fruenda filiis restitueret; at nun- 101
quam censendum est testatorem voluisse facere actum frustatorium *l. quoties ff. de reb. dub.* merito dicendum &c.

Immo quod fortius est, cum ipsa sola fuerit 102
hæres instituta, & hæredi a semetipso legatum dari non possit *l. legatum* 119. *§. hæredi ff. de legat.* 1. sequitur, ut respectu illius legatum esset inutile, & totum jure non decrescendi pertineret 103
ad collegatarios, ut est text. apertissimus in *l. placet* 34. *§. si duobus ff. de legat.* 1. quod nedum certissimum est de jure, sed ipsum quoque testatorem voluisse intelligitur, dum dixit ad fruendum toto tempore dictæ Dominæ Constantiæ, & ejus filiorum, & eorum, & cujuslibet eorum vita durante, etiamsi unus tantum restaret; voluit 104
enim in portione unius quomodolibet deficientis succedere alios, *donec, &c.* ad mentem *l. Lucius* 90. *§. Lucius* ubi *gl ff. de legat.* 2. *Bart. in l. si mihi, & Titio num. 6. ff. de verbor. obligat. Jason ibid. num. 11. versic. quartum fundamentum. Ruin. consil. 169. num. 2. lib.* 1. Quare omnino dicendum fuit legatum vivente matre ad dictos ejus filios pertinuisse. Et si velimus filios fuisse matri substitutos, & ad legatum venire ordine successivo (quod negatur) adhuc illud idem dicendum erit; nam ex eo quod legatum in persona hæredis caducum efficitur, ad ipsius substitutus devolvitur *dict l. unic. §. pro secundo C. de caduc. tollend.* sub- 105
stitutio autem potentior est jure accrescendi, ut per *Bart. Jason.* & alios *in l. re conjuncti n. 154. ff. de legat. 3. l. 2. § si duo ff. de bonor. possess. l. fin C. de hered. instit.* & per doctissimos DD. In- 106
formantes ostensum fuit.

Nec dicatur, hæredem habere jus retentio- 107
nis, ut videtur innuere *in dict. §. si duo, & in l. hujusmodi §. si Titia in princ. eod. tit.* nam idem *Bart.* optime declarat *in dict. § si Titia versic. sed quando legatur*, ubi dicit, quod quando legatur corpus hæreditarium mihi, & hæredi (quale hoc esse fatentur disertissimi DD. Advocati Reorum) hæres ad illud non admittitur jure hæreditario, quia testator specialiter legavit, & illud ab universitate exemit, nec potest venire ut legatarius, quia sibi non potest legari a seipso, & dominium recta via transit ad legatarium, unde non potest retinere prætextu alicujus juris, quod habuerit, vel habere speretur, merito non facit partem *dict. §.* 108
si duo, hæc *Bart.* Ex quibus satis aperte colligitur, quod cum testator in legato conjunxerit d. D. Constantiam, & ejus filios *re*, vel *re, & verbis*, sicut clarissimum est ex lectura ipsius testamenti, legatarius suo jure ad totum admittitur, & hæres secum non concurrit; secus si hæres jus habuisset in re legata non tamquam hæres, ut in *dict. §. si Titia*, ubi *Jason num. 15. & 16.* multis confirmat rationibus, & auctoritatibus. Et idcircu deficit fundamentum reorum, quod nepo- 109
tes veniant appellatione filiorum, quia dispositio non fuerat sortita effectum in filiis; necessario enim apparet, filios legatum integrum habuisse, quia recta via rei legatæ dominium transit in legatarium *l. 1. ff. de furt.* vel habere saltem potuisse, nam qui habet actionem ad rem, ipsam rem

habere

110 habere videtur *l. qui actionem ff. de regul. jur.* &
idcirco *Bart.* in eadem ſpecie in *dict.* §. *ſi Titio*
dicit collegatariis competere rei vindicationem:
Ex quibus etiam colligitur diſpoſitionem non fuiſ-
ſe collatam in futurum eventum, ſed ſtatim poſt
matris obitum ſuos potuiſſe effectus producere,
cum purè, ac ſimpliciter dicta Domina, ejusque
filii fuiſſent vocati, cumque in perſona hæredis
legatum eſſet inutile, ad ipſos collegatarios fuit
integrum devolutum. Nec ullam vim facit men-
tio naſciturorum, quia illud verbum *naſcituri*,
applicatur filiis, & nominatio filiorum reſtringi-
tur ad natos ex D. Conſtantia, itaut nepotes ex-
cludantur; nam quando ex una parte teſtamenti
111 apparet vocem *filii* reſtringi ad liberos primi gra-
dus, ita quoque accipitur in aliis partibus teſta-
menti *Menoch. dict. conſil.* 215. *num.* 49. & *dict.*
præſumpt. 94. *num.* 8. *Soccin. conſil.* 104. *num.* 2.
112 *lib.* 3. cum relatis; immo nunquam intelligitur,
vel expectatur naſciturus, quando repertus eſt
natus, in quo diſpoſitio verificetur, ut in caſu no-
ſtro, quemadmodum auctoritate *l. Gallus* §. *idem
credendum*, & *Bart. in l. liberorum ff. de verbor.
ſignificat.* tradit idem *Soccin. dict. conſil.* 104. *in
princ. Menoch. conſil.* 347. *num.* 4. *Curt. Sen. con-
ſil.* 45. *num.* 17. *verſic. tamen diſpoſitio Bald. in
l. precibus C. de impub. & al. ſubſtit.* ubi ait ſpe-
ctandum eſſe tempus primæ exiſtentiæ. Neque
putavimus eſſe impedimento, novam diviſionem
fieri oportere inter filios D. Conſtantiæ, ſi quando
alii naſcerentur filii, ut ex Excellentiſſimis Advo-
catis Reorum aliquis opponebat, ſiquidem eo caſo
eveniente nihil fuiſſet facilius, quam dividere
fructus bonorum legatorum, & cum antea duæ,
aut tres fierent, poſtea quatuor, aut quinque eo-
rum partes conſtituere, ut videtur fuiſſe de men-
te teſtatoris, dum ait, *qui fructus, & uſusfructus
inter eos compartiantur*. Et eo magis ea procedunt,
quia etiam in terminis diſpoſitionis collatæ in fu-
turum eventum, innumeri tenent, nepotes non
comprehendi filiorum nomine, quos congerit ipſe
Menoch. conſil. 215. *num.* 100. & *dict. conſil.* 347.
num. 24. reſpondens *Imol. in dict.* §. *instituens*, &
aliis, qui ſententiam *Imolæ* amplectuntur.

Supererat quartum caput, quod omittendum cenſuimus, quia certi, & indubitati juris eſt, poſtrema, perfectaque, ac jam executioni mandata hominum judicia prætextu ignorantiæ æris alieni, vel oneris coherentis non reſcindi, & ambulatorias eſſe hominum voluntates uſque ad mortem, ſed non poſtea.

Tarnus Pinoctius Rotæ Auditor.

ADDITIO.

ARGUMENTUM.

Subingreſſio in vim vulgaris anomalæ quando locum habeat ad explicationem theoricæ *Bart. in l. quamdiu* 68. *ff. de acquir. hæred.* & exornatur regula cum ſuis ampliationibus, & limitationibus, & ſignanter illa deſumpta ex altera theorica *Angel. in dict. l. quamdiu*. Subſtitutio quando dicatur facta determinatè ad tempus mortis alicujus, vel indeterminatè, ad hoc, ut cenſeatur potius vulgaris, quàm fideicommiſſaris, & expiret, vel non expiret decedente inſtituto cum filiis. Jus accreſcendi an, & quando locum habeat inter legatarios, & fideicommiſſarios particulares, quid in legato quantitatis, dotis, & alimentorum, aliiſque legatis annuis, & an procedat cum tacita onerum, & conditionum repetitione, præſertim in legatis caducis:

SUMMARIUM.

1 *SUbſtitutio vulgaris anomala contenta in compendioſa verbis communibus concepta operatur, ut caducata gradu intermedio, in locum gradus perempti ſubſequens gradus admittatur, ad theoricam* Bart. &c.

2 *Limita primo, ut dicta ſubſtitutio locum non habeat, quando ultra caducationem gradus intermedii, concurrit etiam defectus conditionis, ſub qua ſequens in gradu fuit ſubſtitutus.*

3 *Quando, & quomodo procedat dicta limitatio, remiſſive.*

4 *Subſtitutionis caducatio non operatur, quod caducetur etiam conditio.*

5 *Conditione deficiente ſubſtitutio habetur, ac ſi facta non fuiſſet.*

6 *Amplia limitationem, de qua num.* 2. *procedere non ſolum quando præter gradus intermedii caducationem deficit conditio adjecta primo inſtituto quoad primum ſubſtitutum, ſed etiam de primo ſubſtituto ad ſecundum.*

7 *Sublimita dictam limitationem, ut non procedat in conditione neceſſaria, & quæ tacite inerat.*

8 *Item quando conditio ſtat demonſtrative, potiusquam conditionaliter, & taxative.*

9 *Unde non ſufficit dictio* poſt mortem, poſt eum, *& ſimiles, cum de natura ſubſtitutionum ſit, ut unus cenſeatur vocatus poſt mortem alterius.*

10 *Et contraria procedunt, quando tales dictiones fuerunt appoſita per viam conditionis, vel quando ſequentes ſubſtitutiones fuerunt ſubordinatæ ad primam.*

11 *Quid cum adjecta eſt dictio* ſi ſupervixerit, *remiſſive.*

12 *Item non ſufficiunt verba* poſtquam hæreditas ad aliquem pervenerit, *quæ pariter importent conditionem neceſſariam.*

13 *Contra quod dictio* poſt eum, *aliaque ſimiles importent ordinem gradualem, & ſupponant aditionem, & acquiſitionem vocati in antecedenti gradu, cui ſuccedi debet.*

14 *Conciliantur præd. opiniones, ut ſecunda procedat, quando per viam conditionis in primo ſubſtituto purificandæ teſtator diſpoſuit.*

15 *Declara ut prima opinio, de qua num.* 9. *magis procederet, ſi teſtator in alia teſtamenti parte, qua vulgarem ordinare voluit, iiſdem dictionibus uſus eſſet.*

16 *Conditio voluntaria non inducitur per vocationem ſupervive ntium, & quando ſecus, ibid. & n.* 17.

18 *Maxime quando ſubſtitutio ſuperviventium fuit collata in tempus remotum, quo caſu ſuperviventia non dicitur conditio verificabilis, ſed deſignat ordinem ſuccedendi.*

19 *Dictio* extincta linea *non operatur caducationem, quia vel eſt conditio neceſſaria, vel cenſetur demonſtrative appoſita.*

20 *Item non ſufficit pro caducatione, quod conditio deducta ſit ex ordine ſucceſſivo ſubſtitutionum, ſed debet eſſe expreſſa.*

21 *Item, nec ſufficit, quod adjecta ſit per viam modi, & de ratione.*

22 *Onus aſſumendi cognomen, & arma teſtatoris poſt aditam hæreditatem non eſt conditio, ſed modus, & ideo eo non adimpleto ob non exiſtentiam primi gradus, ſucceſſivæ ſubſtitutiones non deficiunt.*

23 *Item non ſufficiunt dictiones* tune, & eo caſu, *vel ſimiles, quæ non reddunt vocationem conditionalem, niſi concurrentibus aliis dictionibus taxativis, ſed cenſentur ſtare demonſtrative.*

24 Si-

24 *Sigaanter quando talis dictio non est adjecta ad effectam jabstituendi uomiaatim persoaa primo loco vocata, sed ad aliam finem, & exemplifica, ut ibi.*

25 *Ratio est qaia verba* tunc, & eo casu *adjecta substitationi compendiosa, qua ia se valgarem, & fideicommissoriam tontiaet, regulantur a casa eveniente, sive iste vulgaris sit, sine fideicommissaria.*

26 *Maxime quando verisimilis testatoris mens, & rationis identitas talem interpretationem saadet.*

27 *Limita setaado tonclasionem, de qaa a. 1. quando non versamur ia substitutione per verba commania, sed per verba obliqaa, qua osteudant testatorem voluisse fideicommissam ordinare de primo ia secandum, & de secando in tertium, & in alios saccessive, ad theoritam* Angel. &c.

28 *Sublimita tamen qaando tonstat de contraria voluntate testatoris.*

29 *Limita tertio quanda testator successionem deferri voluit salva gradus prarogativa.*

30 *Valgaris anomola noa supplet gradus prarogativam a testatore volitam.*

31 *Item limita quando fuit volitas ordo saccessivus, & saccessio gradualis, & de ratione nam. 34. & seqq.*

32 *Nisi toustet de contraria mente testatoris.*

33 *Quamvis in successione graduali contrarium videatur innaere* Rota post de Luc. &c.

34 *Clausala* ordine successivo *idem imporeat, ac si dictum fuisset, quod servetar ordo intestatæ saccessionis.*

35 *Valgaris anomala, & subiugressio in locum patris excluditur, cum testator maudat, at ia sua bareditate suttsdatur, prout ab intestato succederetar.*

36 *Contra, quod vulgaris anomala non excludatur ex tlausula* ordine successivo, *& de ratioae.*

37 *Intellige, at prima opinio, de qua num. 1. protedat quando testator usas est verbis obliquis, secundu vero qoando usus est verbis tommaaibus.*

38 *Iatellige secundo, at dispositio contineat valgarem unomalam, quaodo testotor verbis ordinem successivum deaotaatibus addidit verba tollectiva.*

39 *Iatellige sertio, ut idem procedat quando tlausala* ordine successivo *fuit adjecta sabstitutioni, aon morti.*

40 *Iatellige quarto, at ex dictis daabus opiaionibus illa sit amplectenda, cai volaatus testatoris ex conjecturis magis assistit, & reiicienda illa, cai videtur resistere.*

41 *Illudque procedit non solum in voluntate expressa, sed etiam tacita ex prusumptioaibas, & conjectaris.*

42 *Limita quarto principalem conclusionem non procedere qaando testator expressit casus, in quibus voluit filium subiagredi la locum patris, nam taat ubi non expressit subiagressionem noluisse consetar.*

43 *Limita quiuto quaado fuit volita bareditatis aditio, & acquisitio in gradu pracedenti, & exemplifica, at ibidem.*

44 *Substitatiooi per vulgarem oppoaitar qualitas bareditaria, & acquisitio in antetedenti gradu requisita.*

45 *Sed quando hoc procedat, & ex qaibus verbis non dicatur volita bareditatis aditia, & acquisitio ia gradu pracedenti, remissive.*

46 *Limita sexto non babere locam vulgarem anomalam, quando suit facta substitutio aominatim gradui caducato.*

Contra nam. 47. & concilia ut num. 52.

48 *Substitatio nou dititur nominatim facta, quando testator adhibuit verba* illi, ipsi, cui, dicto, *vel similia.*

49 *Ad hoc ut nominatim facta dicatur, netesse est, ut dicatur gravo primum substitutum, ut restitaat secundo.*

50 Fusar. *contrariom sentiens resellitar.*

51 *Item nee sassiciant verba collectiva, net substitetio facta ultimo, sed necesse est, at substitutos proprio expressa nomine sit gravatas restituere.*

52 *Coocilia opiaiones, de qua aum. 46. & 47. ut secundu procedat quande secundus fait substitutus per valgarem in tompendiosa caatentam, prima autem, quando substitutio facta foit per fideitommissam.*

53 *Limita septimo, quando is, qui subingredi vult in lotum gradus caducati non est expresse, nec tacite vocatus.*

54 *Et an sufficiat, qaod quis positus sit in conditione.*

55 *Limita octavo in substitutione facta de persono iacerta, vel terta de iocertis.*

56 *In dabio peocedere debet contlasio, de qua nam. 1. pro admittenda vulgari anomala.*

57 *Fortias vero concurreatibus conjectaris, qua tontrariis praferri debent.*

58 *Prima conjectura est votam tonservationis agnatioais, & bonoram ia vocatis.*

59 *Secunda est digressas ad plares substitutionum gradus.*

60 *Coatra si digressus, aliaque successive substitutiones penderent ab aliqua conditione, nam ea defecta omnes substitutioues expiraot.*

61 *Tertia conjectara consistit ia perpetuitate, & volita daratione fideicommissi donec existerent aliqui de linea in iafinitum.*

62 *Ultima conjectura est favor pia causa, pro quo omais possibilis capienda est iaterpretatio.*

63 *Prasertim in concarsu extranei a testatore oeglecti.*

64 *Subingressio, & vulgaris anomala locum babet etiam ia fideicommissis, & legatis particularibus.*

65 *Licet aliqai contrariam seneans.*

66 *Et siguanter prima opinio procedit, si substitatio facta sit in tota bareditate, licet iater diversas personas divisa, iater quas altera sit substitata in re certa.*

67 *Amplia etiamsi non complecteretar totam bareditatem, ubi testator ia plures personas totum assem distribuisset.*

68 *Sive distributio facta sit per quotas bereditarias, sive per quotas bonorum.*

69 *Item locam babet ia fideicommisso particalari, quando scilicet babito pro aou scripto barede, vel isto ante testatorem deficieate, substieatia particuluris trabitur ad jus universale, & de ratione.*

70 *Ampliu, sive sabstitutio concepta sit per verba directa, sive communia, vel obliqua.*

71 *Item quando fuit datus bares universalis, & de ratione.*

72 *Item qaando substitatio compendiosa facta non fuit persaaa primi baredis, sed inter ipsos substitutos, & de ratioae.*

73 *Item quando toustat talem fuisse voluntatem testatoris.*

74 *Et qaa fiat conjectara, remissive.*

75 *Compeadiosa substitatio ad effectam iacludendi vulgarem anomalam ea dicitar, qua facta fuit sub commemoratione mortis.*

76 *Amplia etiamsi deficiat dictio* quandocumque.

77 *Fortias concurrente eadem dictione.*

78 *Item compeadiosa dicitur quanda testator usas esset*

fet verbis communibus, & plura tempora complectentibus, qualia funt verba in infinitum, & fimilia.

79 Et de verbo fubftituit remiffive.

80 Ampla etiamfi teftator adhibuiffet verba quodcumque tempus complectentia in una parte teftamenti, in alia non, fi in hac parte, in qua dicta verba repetita non fuerunt, adeft mentio mortis.

81 Auctores de vulgari anomala tractantes recenfentur.

82 Subftitutio reftricta ad certum, & determinatum tempus mortis alicujus fine filiis, eft mere vulgaris, nec in fideicommiffariam convertitur, fed caducata remanet, fi filii in conditione pofiti fuperexiftant de tempore obitus inftituti.

83 Et folum fideicommiffaria dicitur, quoties illius verba funt indefinita, indeterminata, & complexiva cujufcumque temporis obitus filiorum fine filiis.

84 Secus quando fideicommittens fe reftrinxit ad certum, & determinatum cafum, feu tempus.

85 Quod procedit tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus.

86 Et concurrente voluntate teftatoris pro reftrictione fubftitutionis ad certum, & determinatum tempus, tunc præfumptiones, & conjectura in contrarium non admittuntur.

87 Subftitutio dicitur reftricta ad certum, & determinatum tempus, fi teftator ufus fit dictionibus reftrictivis, & taxativis, & qua fiot, remiffive.

88 Talis eft etiam dictio vi, qua coarctat fubftitutionem ad tempus mortis.

89 Et appofita poft mentionem mortis æquipollet dictionibus tunc, & eo cafu.

90 Idem dic de verbis in tempo delle loro morte.

91 Quod procedit etiamfi deficiant dictiones taxativa tantum, dumtaxat, &c.

92 Quando ex contextu teftamenti apparet fubftitutionem non effe reftrictum ad certum tempus, fed effe indefinitum, fubftitutus admittitur, five gravatus decedat fine filiis, five ifti poftea deficiant.

93 Prima conjectura oritur ex contemplatione agnationis.

94 Limita, quando conftaret teftatorem noluiffe reftrictionem ad tempus mortis.

95 Amplia limitationem, ut procedat, etiamfi prohibita fuerit alienatio pro confervatione bonorum in familia, quando ifta eft dependens, & accefforia.

96 Maxime fi prohibitio alienationis fit relativa ad perfonas, & cafus fupra expreffos.

97 Secunda conjectura defumitur ex digreffu ad plures fubftitutionum gradus.

98 Limita, quando omnes fubftitutiones pendent a conditione negativa obitus vocati fine filiis.

99 Tertia eft perpetuitas a teftatore volita, qua tamen debet effe expreffa, nec fufficit, quod refultet ex verbis collectivis, & num. 104.

100 Etiamfi verba perpetuitatem denotantia in fine pofita fint, quia ad omnia in teftamento contenta referuntur.

101 Item quando adfunt verba tractum futuri temporis denotantia, ut verbum defcenfive, & fimilia, & num. 103.

102 Item verbum abinde.

105 Verba collectiva non operantur, ut fubftitutio determinata indeterminata evadat, nec quod fubftitutio vulgaris efficiatur fideicommiffaria.

105 [illegible] quando verbum defcendentes, linea, vel [illegible] conjunctum cum aliis verbis, & tractum [illegible] conftantiis tractum fucceffivum, & perpetuitatem denotantibus.

107 Quarta conjectura eruitur ex realitate fideicommiffi, qua fuum operatur effectum, quoties purificetur conditio, fub qua fuit fideicommiffum ordinatum.

108 Quinta conjectura defumitur, ex quo teftator ufus fit verbis præferentibus indeterminatam vocationem, & poftea addiderit alia in exequtionem præcedentis perneceffe reftrictionem ad tempus mortis non inducentia, nam pro conciliatione cenfentur ftare famulative.

Verba fubfequentia debent interpretari famulative, & compatibiliter cum primis, ne una teftamenti pars pugnet cum alia ibidem.

109 Maxime fi priora verba fint proœmialia, & complexiva contentorum in fequenti difpofitiva, nam tunc verba proœmialia totam difpofitionem informant, & ab eis difpofitiva declarantur.

110 Vocatis agnatis in prima fubftitutione indeterminate, & per fideicommiffum, eodem modo intelliguntur vocati cognati in fequenti fubftitutione.

111 Maxime fi teftator gravavit perfonas proximiores, & magis dilectas, non cenfetur voluiffe gravare remotiores, & minus dilectas.

112 Fortius in jurepatronatus, in quo pariter talis defumi debet interpretatio, ut activum a paffivo non difcordet, nec è converfo num. feqq.

114 Maxime cum agatur de favore confanguineorum fundatoris, pro quibus femper fit lata interpretatio.

115 Argumentum, quod verba in una parte teftamenti indeterminate accepta, debeant accipi etiam in alia, non procedit, quando adeft diverfitas verborum, immo argumentum retorquetur.

116 Item quando adeft diverfita rationis, veluti fi concurrat illa majoris dilectionis.

117 Sexta conjectura eft quando teftator adhibuit verba indefinita, & indeterminata, nam tunc præfumendum eft omne tempus comprehendere voluiffe.

118 Hujufmodi funt fi filii teftatoris non viverent.

119 Non obftante, quod adfit dictio tunc, quando ifta non fuit appofita ad limitandam difpofitionem ad tempus mortis, fed ad alium finem, & effectum.

100 Item procedit dicta conjectura, fi adfint verba fi reperiretur, non adeffet, vel non fupereffet.

121 Item verba fi nullus fuerit.

122 Item verba non extantibus.

123 Item verba deficientibus.

124 Maxime fi non adfint dictiones taxativa, & limitativa.

105 Item verba defcendentibus.

126 Septima conjectura deducitur, fi donator fe declaraffet non intellexiffe fe reftringere ad tempus mortis, fed comprehendere omnem cafum deficientiæ quocumque modo.

127 Declarationi a donante facta poft donationem quando ftandum fit, remiffive.

128 Eoque magis procedit dicta conjectura, fi præcefferit promiffio de donando, & declaratio facta fuiffet in fucceffiva donatione, & de ratione.

129 Donatio clara declarat pacta, & conventiones dubias initas in promiffione de donando.

130 Ultima conjectura eft obfervantia fubfequuta pro continentia fideicommiffi.

131 Alia ad theoricam Soccin. in l. folemus, remiffive.

132 Donatio collectiva filii cum patre an cenfeatur fimultanee, vel fucceffive facta, remiffive.

133 *Legatacio, vel fideicommissario paetitulaei non accrescit baeeditas, si vel nullas bæres datns fit, vel instituatas defecerit, & de ratione n. seq.*

134 *Legatarias rei particalaris dicitur omni disjunctione eeali disjunctus eespecta baredis aniversalis.*

135 *Item bares, & legatarias ad diversas ees vocantur, & ideo bac diveesitas excludit jas accrescendi.*

136 *Jas accrescendi locum babet inter legatarios, & fideicommissaeios paeticalaees, si barede instituto, & ab eo adita bæreditate, portio collegatarii deficiat ante acquisitionem, quia noluerit, vel non potuerit relictum agnoscere.*

137 *Item si pendente conditione conjanctus decederet.*

138 *Secus vero post acquisitionem, quia tanc non est locus jues accrescendi, nec in bæreditatibus, neque in legatis, & fideicommissis.*

139 *Quod procedis etiamsi legatam factum fuisset duobus donec vixerint.*

140 *Licet contrariam senserit* Bonden.

141 *Declara primo, ut sit locas jari accrescendi inter legatarios, si veeba legati tali modo facta fiat, at ex eis eluceat meos testatoris pro jare accrescendi.*

142 *Declaea secundo, ut jas accrescendi locum habeat, quando legatarii vocantur at unum corpus ad aliquam eem non divisam, licet in partibus distributam, secus quando res sunt diveesa, & diversa corpora.*

143 *Et ideo locam non babet inter legataeios diversa eei.*

144 *Declara tertio, at intret jas accrescendi, quando collegatarii sunt inter se verbis tantum conjuncti.*

145 *Item si essent re, & verbis conjancti.*

146 *Limita ia alimentis, quamvis inter alimentaeios contaerat conjunctio realis, & veebalis, & num.* 152.

147 *Jus accrescendi regulariter in legatis locum non babet desi iente conjunctione.*

148 *Locum antem babet, si testator in una, eademque oratione distribuat partes inter collegatarios, sed indivisas, & non demonstrabiles ad oculam.*

149 *Declara quarto, at locum babeat etiam, quando legatarias succedit jure speciali.*

150 *Declara qainto, at detae ia legatis etiam quando minor restitaitur ia integrum.*

151 *Declara sexto, procedere etiam ia legato annuo.*

152 *Contra, si legatam annuum esset factum ex causa alimentorum, & pro annuo victu.*

153 *Quod etiam procedit in legato annuo facto pauperibus, & quid in legato dotis pluribus re icto.*

154 *Item dicta negativa procedit etiam ia eo usufructu, qui ad alimenta restringitur.*

155 *Jus accrescendi, ut locum babeat favore legataeii, sufficit aliquem a principio fuisse legatarium, etsi postea legatum extinguatar.*

156 *Jas accrescendi locum non babet invito, & nolente legatario, licet secus sit in bæreditate.*

157 *Item locom non babet ia legato quantitatis.*

158 *Contraria sententia verior, & communior.*

159 *Declara primam opinionem procedere, si legatarii vocantur ad duas, & diversas quantitates.*

160 *Secunda autem abi adest aliqua conjunctio saltem verbalis.*

161 *Item non babet locum jas accrescendi, quando agitur de personis diverso jure succedentibus, & ad res diversas vocatis, veluti sunt bæres, & legatarias.*

162 *Maxime in legato usufructus.*

163 *Secus autem si bæres privaretue bæreditate ob spretam praceptum testatoris, quia tunc bæreditas accrescit legatario, vel fideicommissario paetitalari.*

164 *Et e converso, si legatarius privaretur legato ob spretum praceptum testatoris, legatom accrescit baredi universali.*

165 *Secas si adest conjanctus, cui legatum accresceret.*

166 *Item jus accrescendi locum non babet inter fideicommissarium universalem, & particularem.*

167 *Jus accrescendi non excluditur inter diverso jure saccedeates, si diveesitas fictione juris pro identitate reputaretur.*

168 Diversitas *officit ei, qai venit ex persona propria, non illi qui venit eepræsentando personam alterias.*

169 *Item non officit diversitas, si non saperfiat qui eodem jare succedant.*

170 *Jus accrescendi solum dator intee cobæredes, inter se, vel inter collegatarios, qui eodem joee veniant.*

171 *Jus accrescendi locam non babet, si baredi datus sit substitutus ia usufructu ei legato, sed portio deficiens devolvitur ad substitatam jare cessati.*

172 *Jus accrescendi ubi babet locum in legatis, & fideicommissis particularibus, intelligitur regulariter tam tacita onerum, & conditionum eepetitione.*

173 *Amplia ia legatis caducis, & quasi caducis, secus vero ia legatis, qua pro non scriptis babentur, & de ratione.*

174 *Diversum in bæreditatibus, in quibus pars vocati semper, & indistincte cum suo onere transfertur.*

175 Castrens. *contrariam sentieas reiiscar, & declarantar contraria num. seqq.*

177 *Declara primo, ut legata caduca, & quasi caduca com suo onere accrescant, quando inter collegatarios adest conjunctio realis, & verbalis.*

178 *Atque etiam cum suis qualitatibus.*

179 *Et onus accrescit pro portione commodi, & causa partis accrescentis.*

180 *Declara secundo, ut accretio fiat cum onere, & qualitatibus inter conjunctos verbis tantum, quia succedant jare alieno.*

181 *Secas vero inter conjunctos re tantom, quia succedant jure proprio.*

182 *Aliquando tamen accretio cum onere fit etiam inter conjanctos re tantum, & exemplifica ut ibi.*

183 *Item accretio fit cum onere, si legatum in testamento relictum, ia codicillis revocatum sit, & in aliam translatam.*

184 *Limita quando aliud onas legatario fuisset adjectum.*

185 *Amplia procedere priorem conclusionem, etiamsi legatum non sit translatum de una persona in aliam, sed de re ad rem.*

186 *Legatum nullum eeadditur, si onus a principio ei injunctum non valet, sed si ex post facto desiceret, legatum esset exequendum.*

Hæc decisio fuit confirmata per DD. Tres Judices, ut in *lib. Motiv* 102. *fol.* 243. & confirmatoria infra imprimetur, & erit in ordine la 129.

De supradicta decisione fit mentio in aliis decisionibus Rotæ Florentinæ, de quibus in *lib. Motiv.* 104. *fol.* 281.

Ad num. 16 *& seqq.* 80. *& seqq.*

AN, & quando appellatione filiorum veniant nepotes vide supra *decis.* 91. *num.* 1. *& seqq.* ibique me in *addit. num.* 1. *& seqq.*

Ad num. 29. *& seqq.* 33. *& seqq.*

Caducato gradu intermedio in locum gradus per-

peremptì ſubſequens gradus admittitur virtute
vulgaris anomalæ contentæ in compendioſa ſubſti-
tutione verbis communibus concepta juxta cele-
1 brem theoricam Bart. in l. quamdiu 68. num. 10. ff.
de acquir. heredit. quam communiter ſequuntur
omnes, & ſignanter Manſ. conſult. 56. num. 29. &
ſeqq. Rot. Januen. apud Balduc. deciſ. & res judic.
tit. 3. de legat. & fideicom. deciſ. 47. num. 2. &
num. 12. & ſeqq. Rot. Florent. apud Palm. Nep. de-
ciſ. 452. num. 104. & in Florentina Fideicommiſſi
26. Augusti 1648. num 8. & ſeqq. coram Maſſimo
infra imprimend. Rot. Rom. coram Cerro deciſ. 841.
num. 2. & ſeqq. Bich deciſ. 17. num. 6. & ſeqq. &
deciſ. 27. num. 3. & ſeqq. Celſ. deciſ. 388. num. 10.
& ſeqq. Emerix Jun. deciſ. 1161. num 5. Caprar.
deciſ. 413. num. 1. & ſeqq. deciſ. 426. num. 3. Be-
ninc. deciſ. 255. num. 2. Criſp. deciſ 91. num. 5. &
deciſ. 587. num. 11. in recent. deciſ. 227. num. 3.
& ſeqq. par. 8 deciſ. 12 num. 19. & ſeqq. par. 10.
deciſ. 1. num. 18. & ſeqq part. 15. & deciſ 324.
num. 5. & ſeqq. part. 17. deciſ. 437. num. 5. & ſeq.
part. 19. poſt Balduct. ad Ramon. deciſ. 7. num. 3.
& ſeqq. tom. 2. poſt de Luc. de fideicom. deciſ. 8.
num. 4. & 5. deciſ. 9. num. 1. deciſ. 15. num. 8.
& in Manciſſ. eod. tit. deciſ. 39. num 6. deciſ. 54.
num. 16. deciſ. 55. num. 1. 2. & 3. deciſ. 57. n. 2.
& in Romana, ſeu Nicien. Fideicommiſſi 14. Decem-
bris 1703. §. in qua compendioſa coram Molines, &
in Ferrarien. Fideicommiſſi 18. Martii 1707. §. ca-
terum coram Priola, in Bononien. Fideicommiſſi 27.
Junii 1708. §. ſiquidem coram Eminentiſſ. D. meo
Cardinali Falconerio impreſſ. inter ſuas tit. 16.
deciſ. 2. num. 1. & in Romana Immiſſionis 12. Mar-
tii 1714. §. etenim coram eodem pariter impreſſ. in-
ter ſuas eod. tit. deciſ. 20. num. §. quæ poſt exaratam
præſentem addit. ad meas manus pervenerunt, &
in Ferrarien. Succeſſionis ſuper immiſſione 29. No-
vembris 1715. §. licet etiam coram Lancetta, & in
Romana, ſeu Forolivien. Fideicommiſſi de Maraldis
3. Decembris 1723. §. ſiquidem coram R. P. D. Ro-
vunle de Gamachet, & in Firmana, ſeu Materatea.
Immiſſionis 30. Junii 1724. §. ſed hoc amplius coram
Cerro, & 24. Novembris ejuſdem anni §. recte ete-
nim coram eodem.

Declara primo, ut caducato gradu præceden-
ti ob ſubſtituti præmorientiam, ſequens ſubſtitu-
tio ſucceſſive vocati evaneſcat, & caducata rema-
neat, quando ultra caducationem gradus interme-
dii concurrit etiam defectus conditionis, ſub qua
ſequens in gradu fuit ſubſtitutus; quoties enim
2 purificata non eſt conditio, ſub qua invitatus fuit
ad ſucceſſionem gradus poſterior, iſte in locum
antecedentis jam corrupti nunquam ſubintrat, ut
docent Angel. in dict. l. quamdiu in fin. ff. de acquir.
hered. Rip. in l. Centuria num. 151. ff de vulgar.
& pupill. Caſanat. conſ. 2. num. 3. ubi ſolide id
comprobat. Ger. Spin. conſ. 12. num. 51. Marcian.
Jun. diſp. 68. num. 4. lib. 2. Amat. reſol. 40. n. 16.
pleniſſime Gratian. diſcept. 747. num. 20. & ſeqq.
Epiſc. Rocca diſp. 13. num. 8. & ſeqq. Fuſar. de
ſubſtitut. quæſt. 469. num. 57. & ſeqq. & num. 79.
Torr. de majorat. part. 2. quæſt. 31. num. 12. Pant-
moll. deciſ. 8. num. 2. Rot. Januen. apud Balduct.
deciſ. & res judicat. tit. 3. de legat. & fideicomm.
dict. deciſ. 47. num. 4. & ſeqq. Rot. Rom. coram
Priol. deciſ. 100. num. 15. & 16. Bich. deciſ. 480.
num. 22. Criſp. deciſ. 104. num. 17. & in Romana
Immiſſionis 12. Martii 1714. coram Eminentiſſ. D.
meo Cardinali Falconerio nunc impreſſ. inter ſuas
tit. 16. deciſ. 20. num. 8. poſt hæc ſcripta viſa,
3 & dixi ſupra in addit. ad deciſ. 68. num. 11. & ſeq.
ubi quando, & quomodo hoc procedat.
4 Caducatio enim ſubſtitutionis non operatur,
quod caducetur etiam conditio Epiſc. Rocc. dict.
diſp. 13. num. 8.

Et deficiente conditione ſubſtitutio habetur, 5
ac ſi facta non fuiſſet l. unica § fin autem C. de
caduc. toll. l. ex facto §. ſi quis ff. ad Trebe l. Epiſc.
Rocc. diſp. 13. num. 14 & ſeqq. Gratian. diſcep 747.
num. 25. Rot. in dict. Romana Immiſſionis 12. Mar-
tii 1714. coram Falconerio nunc impreſſ. inter ſuas
tit. 16. deciſ. 20. num. 8.

Idque procedit nedum quando præter gradus 6
intermedii caducationem deficit conditio adjecta
primo inſtituto quoad primum ſubſtitutum, ſed
de primo ſubſtituto ad ſecundum Cephal. conſ 649.
num. 40. & 75. Menoch. conſ. 326. num. 36. plene
Caſanat. conſ. 3. num. 7. & ſeqq. Ger. Spin. dict.
conſ. 12. num. 52. ubi declarat contrarios. Gratian.
diſcept. 747. num 27. Marcian. Jun. dict. diſcept. 68.
num. 4. verſic. id autem lib. 2. Epiſc. Rocc. dict. di-
ſput. 13. num. 10. Simon de Prat. de interpret. ult.
volunt. lib. 2. diſp. 3. dub. 6. ſolut. 4. num. 1. ver-
ſic. hac autem ſolutio fol. 371.

Non ceſſaret tamen vulgaris anomala ob de- 7
fectum conditionis, quando conditio eſt neceſſaria,
& quæ de jure tacite inerat, ſed ſolum quando
eſſet voluntaria Rot. in alleg. Bononien. Fideicom-
miſſi 27. Junii 1708. coram Eminentiſſ. Falconerio
nunc impreſſ. inter ſuas tit. 16. deciſ. 2. num. 3.

Nec quando conditio ſtat demonſtrative, ſed
ſtare debet conditionaliter, & taxative, ad hoc ut 8
impediatur effectus vulgaris anomalæ Rot. Rom. poſt
Balduct. ad Ramon. dict. deciſ. 7. num. 8. & ſeqq.
& coram Falconer. tit. 16. dict. deciſ. 2. num. 4. ubi
de conditione ſuperviventiæ.

Unde ſequitur non ſufficere dictionē poſt mortem, 9
eſt quippe de natura ſubſtitutionum, ut unus cenſea-
tur poſt mortem alterius vocatus, ut de dictioni-
bus poſt eum, poſt mortem, & ſimilibus Torr. de
majorat. part. 2. cap. 31. num. 13. Rot. Januen. apud
Balduct. deciſ. & res judicat. tit. 3. de legat. & fi-
deicomm. dict. deciſ. 47. num. 14. Rot. Rom. coram
Celſ. deciſ. 388. num. 11. ubi quod contraria pro- 10
cedunt, quando tales dictiones fuerunt appoſitæ per
viam conditionis, vel quando ſequentes ſubſtitu-
tiones fuerunt ſubordinatæ, coram Falconer. tit. 16.
cit. deciſ. 2. num. 9. Rot. Florent. in dict. Florentina
Fideicommiſſi 1648. num. 15. & ſeqq. coram Maſſimo,
ubi reprobat contrarios, & loquitur etiam de ver-
bis ſi ſupervixerit, infra ſuis loco, & tempore im- 11
primenda.

Et de dictione poſtquam hereditas ad aliquem 12
perveniat, quod ſit neceſſaria, & in diſpoſitione
tacite inſit, reprobatis contrariis, ſuſtinent Menoch.
conſ. 1105. n. 1. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 469.
n. 64. & ſeqq.

Sed contrarium, quod dictio poſt eum, aliæque 13
importent ordinem gradualem, & ſupponant adi-
tionem, & acquiſitionem vocati in antecedenti gra-
du, cui ſuccedi debet Rot. coram Criſp. dict. de-
ciſ. 104. num. 16. & ſeqq. ubi plures concordan- 14
tes, conciliando contrarias opiniones, ut hæc ſe-
cunda procedat, quando per viam conditionis in
primo ſubſtituto purificandæ teſtator diſpoſuit.

Et eo magis procederet prima opinio, quod 15
dictiones poſt eum, poſt mortem, & ſimiles ſtent
demonſtrative, & vulgarem importent, ſi diſponens
in alia parte teſtamenti, in qua vulgarem ordina-
re voluit iiſdem dictionibus uſus eſſet, ut proſe-
quitur Rot. coram Falconer. tit. 16. dict. deciſ 2.
num. 10. noviter impreſſ. & quæ poſt hæc ſcripta
ad meas manus pervenit.

Prout conditionem voluntariam non inducit
vocatio ſuperviventium, nemo enim ſuccedere
poteſt ſi non ſupervivat, & ſuperſtes ſit, & ſic 16

censetur tacite subintellecta, nec potest reddere
conditionalem vocationem, nisi constet testatorem
illam apposuisse pro conditionandis sequentibus
substitutionibus, in specie *Torr. de majorat. part. 2.
quæst. 31. num 13. Rot. apud Urceol. decis. 65. n. 31.
coram Falconer. tit. 16. allegat. decis 2. num. 3. &
seqq. & decis 51. n 13.* ubi alios adducit, *in Romana, seu Nicien. Fideicommissi 14. Decembris* 1703.
*§. insuper, & §. quidquam cor. Molines, in Romana,
seu Forolivien. Fideicommissi de Maraldis* 11. *Maii*
1712 *§ enunciata coram Herrera*, ubi plures referuntur, & cum hac declaratione intelligenda est
17 doctrina *Fusar.* contrarium tenentis *de substitut.
quæst* 469. *num.* 54.

Potissime quando substitutio superviventium
collata fuit in remotissimum tempus, quo casu superviventia eo minus censetur apposita tanquam
conditio verificabilis, sed solum ad designandum
ordinem succedendi, ut nempe substituti essent
18 vocati, quatenus superviverent post defectum descendentium, vel lineam primo loco vocatam, ut
prosequitur in subjecta nostra materia *Rot. in Romana, seu Nicien. Fideicommissi* 14. *Decembris* 1703.
§. quidquam coram Molines.

Quemadmodum caducationem non operatur
19 alia dictio *extincta linea*, quia hæc vel est conditio
necessaria, vel censetur demonstrative apposita, ut
prosequitur *Rot. post Balducc. ad Ramon.* cit. *decis. 7. num. 8. & seqq.*

Sicut non sufficit, quod conditio, vel deducta
20 sit ex ordine successivo substitutionum, sed debet
esse expressa *Giovagnon. consf. 77. num. 32. lib. 1.
Urceol. consult. 82. num. 28. Rot. Junuen, apud Balducc. decis. & res judicat. tit. 3. de legat. & fideic.
dict. decis. 47. num. 15.*

21 Vel quod adjecta sit per viam modi, onus enim
per viam modi impositum non impedit admissionem successive vocatorum sub eodem gravamine,
& modo, ex quo non extiterit persona gravati
præcedenter vocati, in specie *Rot. post Balducc. ad
Ramon.* cit. *decis. 7. num. 12. tom. 2.*

Proindeque onus assumendi cognomen, & arma testatoris post aditam hæreditatem appositum,
22 cum non sit conditio, sed modus, eo non adimpleto ob non existentiam primi gradus, successivæ
substitutiones non deficiunt, in puncto *Rot. post
Balducc. ad Ramon.* sæpecit. *decis. 7. num. 11. &
seqq. tom. 2.* ubi concordantes.

Irrito autem conatu ad reddendam conditionalem vocationem recurrunt aliqui ad dictiones
23 *tunc; & eo casu*, vel similes, quia istæ censentur
stare demonstrative, & declarative ad denotandum
tempus, quo substitutio effectum habere deberet,
non autem pro restringenda vocatione ad extremitatem illius temporis, quo verificaretur deficientia, quoties non concurrunt aliæ dictiones taxativæ, & limitativæ *Caren. resolut. 154. num. fin*,
optime *Panimol. dict. decis. 8. num. 22 & 24* &
in individuo prosequitur *Rot. Rom. apud Paulut.
dict. dissert. 75. decis. 1. num. 6. & seqq.* & post
*Balducc. ad Ramon. dict. decis. 7. num. 13. & 14.
tom. 2 & in dict. Romana, seu Forolivien Fideicommissi de Maraldis 11. Maii 1712. §. in sensu autem coram Herrera.*

Signanter quando dictio præfata non est adjecta ad effectum substituendi nominatim personæ
24 primo loco vocatæ, sed ad alium finem, puta pro
qualificanda vocatione substituti in eventum obitus præcedenter vocati, vel aliam similem, ut in
specie declarat *Rot. post de Luc de fideicommiss. in
Mantiss. decis. 55. num. 3.*

Hujusmodi enim verba adjecta substitutioni
compendiosæ, quæ in se vulgarem, & fideicommissariam continet, regulantur, & normam reci 25
piunt a casu eveniente, sive ille vulgaris sit, sive
fideicommissariæ, ut in subjecta nostra materia
Panimol. dict. decis. 8. num. 23.

Maxime quando verisimilis mens testatoris, 26
& rationis identitas talem interpretationem suaderet, in puncto optime *Panimol.* citata *decis. 8.
num. 21.*

Declara secundo, ut non intret vulgaris anomala, quando non versaremur in substitutione concepta per verba communia, sed obliqua, quæ cum
ostendant volitam a testatore fuisse substitutionem 27
mere fideicommissariam, fideicommissum ordinando de primo in secundum, & de secundo in tertium, & in alios successive deferendum, theorica
Bart. recipi non debet, sed intrat alia theorica
Angel. in eadem *l. quamdiu ff. de acquir. hæredit.
de Luc. ad Gratian. discept. 747. sub num. 6. versic.
tota igitur, & seqq. Card. de Luc. de fideicommiss.
disc. 107. num. 6. Rot. post eum decis. 9. num. 2. &
seqq.* ubi multipliciter declarat contrarios, *coram
Bich. decis 480. num. 22. Falconer. tit. 16. de fideicomm. & substitut. decis. 2. num. 14. & seqq.* &
cit. *decis. 20. num. 9. Rot. Florent. in Florentina Fideicommissi de Peruzzis 13. Septembris 1720. n. 1.
& seqq.* infra imprimend.

Nisi constet de contraria voluntate testatoris, 28
in individuo *Panimol.* allegat. *decis. 8. num. 14.*

Declara tertio, ut locus non sit vulgari ano- 29
malæ, quando testator successionem deferri voluit
salva gradus prærogativa, quia vulgaris anomala 30
non supplet prærogativam gradus a disponente desideratam *Rot. coram Emerix Jun. decis. 841. n. 8.
& seqq. decis. 1116. num. 10 & decis. 1176 n. 12.
in recent. decis. 24. num. 11. part. 15. apud Palm.
Nep. decis. 422. num. 19. & in Romana, seu Ariminen. Fideicommissi 15. Maii 1711. §. auctoritates
coram Kaunitz. Rot. Florent. apud Palm Nep decis. 452. num. 73. & in Florentina Fideicommissi de
Gondis 11. Septembris 1693. num. 2. coram Michalorio* infra suis loco, & tempore imprimend. ubi
adducit, & declarat contrarios.

Nec quando fuit volitus ordo successivus, & 31
successio gradualis *Episc. Rocc. disput. 13. num. 25.
de Luc. de fideicomm. disc. 107. num. 6. & seqq. &
disc. 253. num. 6.* ubi quod hoc procedit quando
non constat de contraria mente testatoris. *Rot. Flo- 32
rent. apud Palm. Nep. decis. 452 num. 71.* ubi plures concordantes, *& num. 73 & seqq. & num 84.*
quamvis in successione graduali contrarium videatur innuere *Rot. post de Luc. de fideicomm. in Man- 33
tiss. decis. 71. num. 10.*

Clausula enim *ordine successivo* idem importat, 34
ac si dictum fuisset, quod servetur ordo intestatæ
successionis *Rot. Florent. apud Palm. Nep* sæpecit.
decis. 452. num. 74.

Et testator demandans, quod succedatur in
sua hæreditate, prout ab intestato succederetur,
censetur voluisse excludere vulgarem anomalam,
& subingressionem filii in locum patris, in specie 35
Episc. Rocc. alleg. *disput. 13. num 26. Rot. in rec.
decis. 305. num. 6 part. 14. decis. 306. num. 6. &
seqq. part. 17. & dict. decis. 437. num. 7 part. 19.
& in dict. Romana, seu Ariminen. Fideicommissi
15. Maii 1711. §. auctoritates coram Kaunitz.*

Contrarium tamen, quod vulgaris anomala non
excludatur ex clausula *ordine successivo*, quæ verificari potest per viam vulgaris; dicitur enim succedi ordine successivo tam primo non admisso, &
ex propria persona, quam eo admisso, & ex per- 36
sona antecedenter vocati *Fusar. de substitut. dict.
quæst. 469. num. 68. Tondut. resolut. civil. cap. 118.
num. 11. part. 2. Rot. Januen. apud Balducc. decis.*

& res

& res judicat. tit. 3. de legat. & fideicommiff. de-
cif. 47. aum. 15. Rot. Rom. coram Falcaner. tit. 16.
dec. 2 num. 51. poft Urceol. de tranfact. dec. 65.
num 33. & 34. & ia Firmana, fea Maceraten. Im-
miffionis 24. Novembris 1724. §. id autem recte ca-
vam Cerra. Rot. Floreat. apud Magon. dec. 134 a. 56.
& in dict. Florentiaa Fideicommiffi 1648. num. 57.
& feqq. & dicitur in præfenti noftra decif. num. 36.
Intellige primam opinionem procedere, quan-
37 do teftator ufus eft verbis obliquis, & fecundam,
qoando ufus eft verbis communibus, ut poft plu-
res auctoritates, quas refert Rat. Seneu. decif. 26.
num. 9. & feqq. & aam. 22. corum me.
38 Intellige fecundo, ut difpofitio contineat vul-
garem anomalam, quando teftator verbis ordinem
fucceffivum denotantibus addidit verba collectiva,
ut declarat Fufar. de fubftituc. qaæft. 382. nam. 58.
Intellige tertio, ut non obftante ordine fuc-
ceffivo, fubftitutio contineat vulgarem anomalam,
qoando claufula ardiae fucceffiva foit adjecta fub-
39 ftitutioni, non morti, quo cafu non cenfetur re-
quifita pro conditione fucceffiva mors, vel fuper-
vivenria, ut profequitur Rot. Floreut. ia Flarenti-
na Fideitammiffi 1648. num. 59. infra imprimend.
Intellige quarto, ut illa ex dictis duabus opi-
nionibus fit amplectenda, cui magis affiftit volun-
tas teftatoris defumpta ex facti circumftentiis, &
ex conjecturis a toto teftamenti contextu defum-
ptis, & alia fit reiicienda, cui nedum affiftit, fed
potios refiftit difponentis mens, quæ unice nor-
40 mam præbere debet Advocatis in confulendo, &
Judicibos in judicando, ot omiffis generalibus in
præcifis terminis vulgaris anomalæ Fafar. de fuftit.
quæft. 382. aum. 58. Rot. Flareat. apud Palm. Nep.
allegat. dec. 452. aam. 72. & feqq. & num. 78. &
41 feqq ubi quod hoc procedit, five de voluntate te-
ftatoris conftet exprefle, five tacite ex conjectu-
ris, & præfomptionibus.
Declara quarto, ut non intret vulgaris ano-
mala qoando difponens expreffit cafus, in quibus
voluit filium fubingredi in locum patris, nam
tunc quando hoc non expreffit, talem fubingref-
42 fionem noluiffe dicendum eft, ut in propria noftra
materia Epifc. Roct. dict. difput. 13. num. 27. Rat.
in receat. dec. 194 nam. 3. & feqq. part. 12. de-
cif. 305. num. 8. part. 14. & decif. 437. num. 7.
part. 19. aliique plures fuperius citati.
Declara quinto, ut fuccedi non poffit per vul-
garem anomalam, quando fuit volita aditio hære-
43 ditatis, & fucceffio in antecedenti gradu; puta fi
44 dictum fit: fi prima vocatus hæres erit, fubftitutio-
ni enim per vulgarem oppouitur qualitas hæredi-
taria, & acquifitio, & poffeffio bonorum in an-
tecedenti gradu requifita Fufur. caaf. 26. fub n. 26.
Peregria. de fideicomm. art 55. aum. 40. Fredian.
eodem tract. differt. 5. aam. 46. de Luc. ad Gratiaa.
difcept. 369 num. 18. Epifc. Rocc. dict. difput. 13.
nam. 24 Panimol. dict. decif. 8. nam. 29. & feqq.
ubi declarat. Eich. dec 17. aum. 59. & dict. dec. 480.
num. 20. & 22. Priol. dec. 138. nam. 17. & feqq.
repetit. ia receat. dec. 154. num. 15. & feqq. par. 53.
Crifp. dict. dec. 104. nam. 16. & feqq & ia Roma-
na Immiffionis 12. Martii 1714. §. caatrariis coram
Falconeria impreff. inter fuas tit. 16 dec. 20. n. 8.
& dixi ego decif. Senen. 35. §. 2. num. 62.
45 Qoando aotem hoc procedat, & ex quibus
verbis probatum non dicatur, quod volita fuerit
aditio, & acquifitio hæreditatis in grado præcedenti
vide Torr. de primogeait. part. 2. cap. 31. nam. 7.
Rot. Rom. apud Paulat. dict. differt. 75. dec. 5. n. 10.
46 Declara fexto, ut theorica Bartoli ia dict. l.
quamdia recipienda non fit qoando fuit facta fub-
ftitotio nominatim gradui caducato Fafar. de fub-
ftitat. quæft. 469. aam. 53. de Luc. ad Gratian. di-
fcept. 369 a. 22. Rot. Rom. apud Paulut. differt. 75.
decif. 1. num. 9. coram Beniacaf. decif. 255. aam. 3.
coram Crifp. decif. 104. aum. 55. poft de Luc. de fi-
deicomm. ia Mantiff. decif. 72. num. 3. & 5. & dixi
fupra in addit. ad decif. 68. num. 15.
Contrariam tamen partem, quod etiam ifto 47
cafu fit locos vulgari anomalæ Rot. coram Caprar.
dict. decif. 413. nam. 4. & ia receat. decif. 295.
num. 9. & feqq. part. 13.
Non dicitor autem nominatim relictum, quan- 48
do teftator adhibuit verba illi, ipfi, cui, ei, dicta,
& fimilia Caren. refolut. 554. aam. fin. ubi quod ad
hoc, ut nominatim facta fit, dici debet, grave
primam fubftitutam, ut reftituat fecunda, de Luc. ad 49
Gratian. dict. difcept. 369. aum. 22. & 23. Peregr.
de fideicomm. dict. art. 55. num. 26. Rot. Rom. apud
Paulut. differt. 75. decif. 5. nam. 7. caram Bich. d.
decif. 17. aam. 56. & dixi fupra in addit ad dec. 68. 50
num. 58. quidquid contrarium dixerit Fafar. de
fubftitat. dict. qaæft. 469. num. 54.
Multoque minos fufficerent verba collectiva,
vel fubftitutio facta ultimo, fed neceffe eft, ot 51
fubftitutus proprio expreffo nomine reftituere gra-
vatus fit, ut profequuntur in noftris terminis Torr.
de majorat. part. 2. qaæft. 31. num. 15 Paaimol. d.
decif. 8. nam 27. Rot. coram Caprar. dict. dec. 255.
num. 4. & dixi fupra in addit. ad decif. 68. aam. 16.
Intellige, ot fecunda opinio vera fit, quando
fecondus fuit nominatim fubftitutus per vulgarem 52
in compendiofa contentã; prima autem opinio pro-
eedit quando fubftitutio facta fuit per fideicom-
miffum; tunc enim fi fideicommiffum nominatim
relictum fuit illis, io quorum perfona fubftitu-
tio facta eft caduca, eosqoe teftator voluit hære-
ditatem reftituere, iftis prædefunctis fideicommif-
fum expirat, ut declarat Fafar. de fubftitat. dict.
quæft. 469. num. 70. Rat. poft de Luc. de fideicamm.
in Mantiff. citat. decif. 72. aam. 3. repetit. caram
Benincaf. decif. 255. nam. 4. ubi alios refert.
Declara feptimo, ot non babeat locum volga-
ris anomala, quando is, qui fubingredi vult in
locum gradus caducati, & corrupti, non fuit nec 53
exprefle, nec tacite vocatos; nullo enim modo
fuccedere poteft perfona, qoæ non fuit a teftato-
re ad fucceffionem invitata, in fpecie Fredian. de
fideicomm. differt. 26. nuta. 36. Rot. Rom. ibidem
nam. 51. & coram Beniacaf. decif. 255. aam. 9. &
feqq. ubi an, & quando fufficiat, quod fint pofiti 54
in conditione, apud Palm. Nep. dict. decif. 452.
aam 108. & feqq. & dixi fopra io addit. ad de-
cif. 68. num. 7. & feqq.
Declara octavo, ut vulgaris anomala non ba- 55
beat locom in fubftitutione facta de perfona in-
certa, vel certa de incertis Rot. Rom. decif. 52.
num. 6. caram Ubald. & decif. 64 fub nam. 16. ver-
fic. aaa obftante poft Urceol. de tranfact. apud Palm.
Nep. decif. 422. num. 15. Rot. Florent. apud eumd.
Palm. citat. decif. 452. num. 114.
Deficientibus tamen fupradictis circumftantiis, 56
aliisque fimilibus, quæ in hac materia a DD. pon-
decantur pro excludenda vulgari anomala, femper,
& in dubio firma remanet regula fuperius firmata
num. 1. quod nempe illi locua fit, eoqoe magis
concorrentibus conjectoris oftendentibus talem
fuiffe teftatoris mentem, quæ in concurfu aliis io 57
contrarium præferendæ effent; earumque prima
refultat quando coocurrit votum confervationis
agnationis, & bonorum in vocatis, in termiois
Rot. coram Falconer. tit. 16. allegat. decif. 2. a. 21. 58
& poft Baldacc. ad Ramon. citat. decif. 7. aum. 16.
tam. 2.
Secunda conjectura eft digreffus ad plures fob-

Gggg 3 ftitu-

59 ſtitutionum gradus, quæ operatur, ut caducatio-
ni fideicommiſſi locus non ſit, ſed in locum gra-
dus corrupti ſequens ſubintret, ut in puncto vul-
garis anomalæ *de Luc. de fideicomm. dict. diſc.* 253.
n. 6. Rot. coram Falconer. tit. 16. *decis.* 2. *num.* 22.
& post Balduct ad Ramon. allegar. *decis.* 7. *num.* 16.
tom. 2. *& apud Paulut. differt.* 75. *decis.* 1. *num.* 12.

Si tamen ſubſtitutio facta eſſet ſub aliqua con-
ditione, & digreſſus, pluresque ſubſtitutiones ſuc-
ceſſivæ penderent ab illa conditione, ea deſecta,
60 omnes ſubſequentes ſubſtitutiones expirarent, nec
vulgari anomalæ locus eſſe poſſet, ut in ſpecie
proſequitur *Panimol dict. decis.* 8. *num.* 3. *& ſeq.*
ubi quando talis dependentia adeſſe dicatur.

Tertia conjectura conſiſtit in perpetuitate fi-
deicommiſſi, & volita illius duratione donec exi-
ſterent illi de aliqua linea in infinitum, quæ per-
61 petuitas verificari non poſſet, ſi ob caducationem
primi gradus omnes ſequentes ſubſtitutiones ex-
pirarent, in individuo *de Luc. de fideicomm. dict.*
diſc. 253. *num.* 6. *Rot. apud Paolut. differt.* 75 *de-*
cis. 1. *num.* 10. *& ſeqq. & in Romana, ſeu Arimi-*
nen. Fideicommiſſi 25. *Maii* 1751. §. *minusque co-*
ram Kaunitz, & in dict. Romana, ſeu Foroliviem.
Fideicommiſſi de Maraldis 21. *Maii* 1722. §. *pate-*
bat, & §. huic accedebat coram Herrera.

Ultima conjectura conſiſtit in favore piæ cau-
62 ſæ, omnis enim poſſibilis capienda eſt interpreta-
tio, ad hoc ut vulgaris anomala ſubintret, qua
excluſa, ſuffragiis privaretur anima teſtatoris *de*
Luc. de fideicomm. cit. *diſc.* 253. *num.* 6. *Panimol.*
ſæpecit *decis.* 8. *num.* 20. *Rot. coram Falconer. tit.* 16.
dict. decis. 2. *num* 23. *post de Luc. de fideicommiſſ.*
decis. 9 *num.* 10.

63 Præſertim in concurſu extranei a teſtatore
neglecti, ut in ſubjecta noſtra materia *Rot. coram*
Falconer. tit. 16. allegat *decis.* 2. *num.* 24.

An autem qualitas fideicommiſſi particularis
impediat ſubingreſſum virtute vulgaris anomalæ,
reſpondeo negativè, quia vulgaris anomala habet
vires ſuas etiam in fideicommiſſo particulari, cum
64 etiam in legatis, & fideicommiſſis particularibus
ſub compendioſa contineri poſſit vulgaris, quæ
operatur, ut antecedenti gradu corrupto ſecun-
dus efficiatur primus *Peregrin. de fideicomm art.* 34.
num. 57. *&* 59. *de Luc. de fideicommiſſ. diſc.* 508.
num. 4 *de Luc. ad Gratian diſcept.* 747. *ſub num* 6.
verſic. vulgaris anomala. Fontanell. decis. 44 *n* 7.
Rot. in recent. dict. decis. 227. *num.* 10. *part.* 8.
decis. 94. *num.* 4. *& ſeqq. part.* 11. *coram Caprar.*
dict. decis. 413. *num.* 3. *coram Criſp. dict. decis.* 91.
num. 6. & firmat præſens noſtra *decis num.* 30.

65 Non obſtante, quod quoties ſubſtitutio facta
eſt in re certa, contrarium teneant *Episc. Rocc. di-*
ſput. 13. *num.* 22. *&* 23. *Rot. in recent. decis.* 143.
num. 3. *part.* 2.

Et prima opinio eo magis procederet, ſi ſub-
ſtitutio facta eſſet in tota hæreditate, licet in di-
verſas perſonas diviſa; iſto quippe caſu in com-
66 pendioſa continetur vulgaris, ſive hæreditas ſit
diviſa per quotas inter ſubſtitutos, ſive unus ſit
ſubſtitutus in re certa, & alter in reſiduo bono-
rum, ut pluribus adductis plene *Rot. coram Caprar.*
dict. decis. 426. *num.* 5. *& ſeqq. & coram Falconer.*
tit. 16. citat. *decis.* 20. *num* 10.

Imo vulgaris anomala haberet locum, etiamſi
67 totam non complecteretur hæreditatem, quando te-
ſtator in plures perſonas totum aſſem diſtribuiſſet
Peregrin. de fideicomm. art. 34. *ſub num.* 19. *Rot.*
post de Luc. de fideicommiſſ. in Mantiſſ. decis. 72.
num. 6 *&* 7. repetit. *coram Benincaſ. decis.* 255.
68 *num.* 6. ubi quod hoc procedit, ſive diſtributio fa-
cta ſit per quotas hæreditarias, ſive per quotas bo-
norum, *& coram Bich. decis.* 27. *num.* 10.

Secundo ſubſtitutio vulgaris anomala habet lo-
cum etiam in fideicommiſſo particulari, quando
ſcilicet habito pro non ſcripto hærede, vel iſto
ante teſtatorem deficiente, ſubſtitutio in re parti-
culari ad jus univerſale trahitur, ne ſequatur ab-
ſurdum, quod teſtator pro parte teſtatus, & pro 69
parte inteſtatus decedat *de Luc. de fideicomm. diſc.*
108. *num.* 6. *&* 7. ubi quod hoc procedit, ſive
ſubſtitutio vulgaris in compendioſa contenta ſit
concepta per verba directa, ſive per communia, 70
vel obliqua.

Tertio hoc idem dici debet quando ſcit da-
tus hæres univerſalis, quia tunc ceſſat abſurdum,
quod teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro 71
parte inteſtatus, quæ eſt ratio, propter quam fa-
vore ſubſtituti particularis vulgaris anomala non
habet locum.

Quarto pariter vulgaris anomala locum habet 72
in fideicommiſſo particulari, quando ſubſtitutio
compendioſa facta non fuit perſonæ primi hære-
dis, ſed inter ipſos ſubſtitutos; nam cum iſto ca-
ſu conſiderari non poſſit inconveniens, quod pri-
mo hærede non adeunte hæreditas partim ex te-
ſtamento, & partim jure inteſtatæ ſucceſſionis de-
feratur, ſubingreſſus virtute vulgaris anomalæ non
impeditur, ut egregie firmat *Rot. in dict. Romana*
Immiſſionis 24. *Aprilis* 1711. § *nec in aliquo coram*
Criſp. nunc impreſſ. inter ſuas *decis.* 91. *num.* 6.
confirmat. *die* 12. *Martii* 1714. § *replicatione co-*
ram Eminentiſſ. D. meo Cardinali Falconerio noviſſi-
me impreſſ. inter ſuas *tit.* 16. citat. *decis.* 20 n. 11.

Quinto vulgaris anomala intrat etiam in le-
gato, ſeu fideicommiſſo particulari, quando con-
ſtat talem fuiſſe voluntatem teſtatoris, qua in 73
omnibus aliis materiis, & præſertim in illa, de
qua agitur, principem locum obtinet, & totum
facit, in puncto *Bellon Jun. conſ.* 6 *num.* 1 *& ſeq.*
Rot. in dict. Romana Immiſſionis 24. *Aprilis* 1711. 74
ubi conjecturas recenſet *coram Criſp* nunc impreſſ.
inter ſuas ſæpeallegat. *decis.* 91. *num.* 8. quæ dum
hæc imprimuntur fuit a me viſa.

Quando autem ſubſtitutio dicatur compendio- 75
ſa ad effectum includendi vulgarem anomalam,
reſpondetur hoc verificari quando ſubſtitutio fuit
facta ſub commemoratione mortis, in ſpecie *Episc.*
Rocc. dict. diſput. 13. *num.* 1. *Turr de majorat.*
part. 2 *quæſt.* 31. *num.* 50. *Panimol. dict. decis.* 8.
num. 15. *& num.* 39. *Rot. Januen. apud Balduct.*
decis. & res judicat. tit. 3. *de legat. & fideicomm.*
decis. 47. *num.* 11. *Rot Florent. in Florentina Fi-*
deicommiſſi 26. *Auguſti* 1648. *num.* 2. *coram Maſſio*
infra ſuis loco, & tempore imprimend. *Rot. Rom.*
post Balduc. ad Ramon. tom. 2. *decis.* 7. *num.* 3.
& 4. *post de Luc. de fideicommiſſ. decis.* 8. *num.* 3.
decis. 15 *num.* 6. *& ſeqq coram Caprar. dict. de-*
cis. 453. *num.* 1. *Falconer. tit.* 16 *de fideicomm. &*
ſubſtitut. dict. decis. 2. *num* 18 *& in dict. Firma-*
na, ſeu Maceraten. Immiſſionis 30. *Junii* 1724. §.
ſed hoc amplius coram Cerra, & dixi ſupra in *addit.*
ad decis. 68. *num.* 2

Quamvis deficiat dictio *quandocumque*, in ſpecie 76
Episc. Rocc. dict. diſput. 13. *num.* 2. *Panimol.* citat.
decis. 8. *num.* 15. *Rot. Januen. apud Balducc. decis.*
& res judicat. tit. 3. *de legat. & fideicomm. dict.*
decis. 47. *num.* 15. *Rot. Senen. dict. decis.* 26. *n.* 6.
coram me. Rot. Florent. in dict. Florentina Fidei-
commiſſi 1648. *num* 3. *Rot. Rom. in Romana, ſeu*
Nicien. Fideicommiſſi 24. *Decembris* 1703. §. *quod*
autem coram Molinet.

Et multo magis ea concurrente, ut proſequi- 77
tur in individuo *Panimol.* allegat. *decis.* 8. *num* 15.
Rot. Rom. apud Balducc. ad Ramon. tom. 2. *dict. de-*
cis. 7.

cis. 7. num. 3. & 4. & post de Luc. de fideicommiss. decis. 9. num. 4 decis. 15. num. 6. & seqq. & in dict. Romana, seu Nicien. Fideicommissi 14. Decembris 1703. §. quod autem coram Molines, & in dict. Romana Immissionis 14. Aprilis 1711. §. verum coram Crispo impress. inter suas d. decis. 91. n. 5. & in confirmatoria 12. Martii 1714. §. etenim, & §. contrariis coram Eminentiss. D. meo Card. Falconerio nunc impress. inter suas tit. 16. d. dec. 20. n. 5. & 8.

78 Item diceretur compendiosa, si testator usus esset verbis communibus, & plura tempora complectentibus, qualia sunt verba in infinitum, & similia, ut in nostris terminis Panimol. decis. 8. n. 15. & num. 38. Rot. Senen. decis. 26 num. 8. coram me, Rot. Rom. post de Luc. de fideicomm. decis. 15. n. 6. & seqq. coram Falconer. tit. 16. decis. 20. num. 7.
79 ubi de verbo substituit, & in Romana, seu Nicien. Fideicommissi 14 Decembris 1703. §. quod autem coram Molines, & in Romana, seu Maceraten. Immissionis 30. Junii 1724. §. sed hoc amplius coram Cerro, & dixi supra in addit. ad decis. 68. num. 2.

Imo si verba quodcumque tempus complectentia testator adhibuisset in una parte testamenti, & in alia non, ab hac diversitiva non posset elici conjectura pro exclusione vulgaris anomalæ, si in parte testamenti, in qua dicta verba repetita
80 non fuerunt, adest mentio mortis, quæ eumdem operatur effectum, in puncto Rot. coram Falconer. tit. 16. citat. decis. 2. num. 17. & 18.

81 De vulgari anomala tractant superius citati, & signanter Fusar. de substitut. sæpecit. quæst. 469. num. 1. & plurib. seqq. Rot. Rom. in Romana, seu Ariminen. Fideicommissi 24. Martii 1710. §. injustitiam, & seqq. & 13. Maii 1711. §. unde cum agatur, & plur. seqq. coram Kaunitz, in Ferrarien. Successionis super Immissione 29. Novembris 1715. § sicut etiam coram Lancetta, & in Foroliviensi. Fideicommissi de Torellis 13. Januarii 1721. coram Corio, Rot. Senen. decis. 26. num. 5. & seqq. coram me, & decis. 35. §. 2. num. 60. & seqq. & plene etiam dixi supra in addit. ad decis. 68. num. 2. & per tot. ubi plures alii adducuntur. Rot. Florent. apud Palm. Nep. decis. 452. num. 70. & seqq. in dict. Florentina Fideicommissi 26 Augusti 1648. in Florentina pratensi Fideicommissi 11. Septembris 1693. & in Florentina Fideicommissi de Peruzzis 13. Septembris 1720. num. 1. & seqq. coram D. meo Auditore Casaregio infra imprimend.

Ad num. 39. & seqq.

Substitutio ad certum, & determinatum tempus mortis alicujus sine filiis restricta est mere vul-
82 garis, nec converti potest in fideicommissariam, adeoque talis substitutio caducata remanet, si filii in conditione positi superexistant de tempore obitus instituti Andreol. controv. 100 num. 4. & seqq. Actolin. resol. 102. num. 3. & resol. 114. num. 1. & seqq. Rot. in recent. decis. 633. num. 3 & 4. part. 19. confirmata die 11. Maii 1686. §. 1. coram bo. mem. Rondinino, & post Balducc. ad Ramon. decis. 3. num. 1. & seqq. & decis. 6. num. 1. & seqq. tom. 2. repetitæ apud Urceol. qui contra eas scripsit consult. 82. in 3. append. num. 41. & seqq. & num. 61. & seqq. post Constant. ad Stat. Urb. decis. 203. num. 9. & seqq. & in Romana, seu Sarzanen. Fideicommissi 2. Julii 1714. §. ratio decidendi, & seqq. coram R. P. D. meo Cerro confirmata 21. Novembris ejusdem anni §. absque eo quod, & seqq. coram bon. mem. Ansaldo, & in Valentina Jurispatronatus 26. Junii 1715 §. nec dubitari coram Eminentiss. D. meo Card. Falconerio post hæc scripta impress. inter suas tit. 16 decis. 28. num. 3. & in Romana Immissionis, seu Locorum Montium 3. Martii 1727. §. ratio autem coram Ratto. Rot. Florent. in Florentina Fideicommissi de Peruzzis 13 Septembris 1720. num. 1. coram D. meo Audit. Casaregi.

Et theorica Soccini Sen. in l. solemnes num. 6. ff. de condit. & demonstr. affirmantis substitutio- 83
nem prædictam diei debere fideicommissariam locum habet, quoties substitutionis verba sunt indefinita, indeterminata, & complexiva cujuscumque temporis obitus filiorum sine filiis, & nullo 84
modo procedit, quando fideicommittens respexit, & se restrinxit ad certum, & determinatum casum, seu tempus, ut ex mente ejusdem Soccini in eadem l. solemnes declarant Actolin. resol. 102. n. 5. & resol. 114. num. 7. Rodulphin. alleg. 71. num 6. Rot. Rom. coram Priol. decis. 110. num. 13. & 14. post Balducc. ad Ramon. dict. decis. 3 sub num. 2. versic. nec addacta distinctio tom. 2. post Constant. ad Stat. Urb. decis. 120. num. 19. & seqq. & dec. 203. num. 9. & 10. & apud D. & olim Collegam meum Piton. de controv. patron. alleg. 100 num. 621. & seqq. confirmata die 14. Decembris 1705. §. ex qua dispositionum contexta coram bon. mem. Molines, & in dict. Romana, seu Sarzanen. Fideicommissi 2. Julii 1714. §. non obstante theorica, & seqq coram R. P. D. meo Cerro confirmata die 21. Novembris ejusdem anni §. nullam coram bon. mem. Ansaldo, & in dict. Valentina Jurispatronatus 26. Junii 1713. §. verum sedulo coram Eminentiss. D. meo Falconerio modo impress. inter suas tit. 16. citat. decis. 28. num. 4. & in Tarentina Beneficii SS. Simonis, & Judæ 19. Februarii 1723. §. quod tertias coram Lancetta, & in Ferrarien Fideicommissi super restitutione in integrum 3. Junii 1726. § his autem coram Cornelio, & in Romana Immissionis, seu Locorum Montium 1. Februarii 1726. §. decimosecundo, & seqq. coram R. P. D. meo Calcagnino, & 3. Martii 1727. §. inapplicabilis, & seqq. coram Ratto. Rot. Florent. infra decis. 115. num. 22. & seqq. & in Florentina Immissionis 2. Octobris 1725. art. 2. num 14. & seqq. coram me in tertio volum. mear. decis. imprimend.

Idque procedit sive versemur in contractibus, 85
sive in materia ultimarum voluntatum, ut probant mox citatæ auctoritates, & signanter Rot. Rom. post Constant. ad Stat. Urb. decis. 203 num. 12. & 13. ubi alii referuntur Rot. Florent. in dict. Florentina Immissionis 1723. art. 2 num. 15 coram me.

Quando autem constat de clara, & aperta mente testatoris, quod voluerit substitutionem restringere ad certum tempus, tunc præsumptiones, & conjecturæ in contrarium non admittantur, quia sicut in omnibus aliis materiis ultimarum volun- 86
tatum, ita in illa, de qua agitur, mens testatoris unice attendi debet, & ab ea regulam, & normam desumit, ut in præcisis terminis Rot. Rom. apud Balducc. ad Ramon. decis. 5. sub num. 18. versic. prout etiam inapplicabiles tom. 2. & in dict. Romana, seu Sarzanen. Fideicommissi 21. Novembris 1714. §. atque hinc coram bon mem. Ansaldo, et in dict. Romana Immissionis, seu Locorum Montium 3. Martii 1727. §. final. coram Ratto.

Et dicitur substitutio restricta, si testator usus 87
sit dictionibus restrictivis, & taxativis, quales sunt illæ relatæ in dict. dec. Florentina Immissionis 2. Octobris 1725. art. 2. num. 45 et seqq. coram me, ubi hoc late explicatur, & ultra dictiones ibi relatas restrictionem pariter operatur dictio vi, puta si dictum sit se al tempo della morte di essa non vi fosse, quæ coarctat substitutionem ad tempus mor- 88
tis, & impedit extensionem ad quodcumque aliud tempus, ut in puncto dicti verbi vi Urceol. consult. 82. in 3. append. sub n. 4. ibique Rot. n. 42. & num. 67. & seqq. & num. 71. repetita post Balducc. ad Ramon. decis. 5. num. 5. decis. 6. num. 12. & seqq.

& seqq. & num. 16. tom. 2 & post Constant. ad Stat. Urb. decis. 203. num. 16. & seqq. ubi declarat hoc procedere, quando dictio *vi* fuit apposita
89 post habitam mentionem mortis, quo casu æquipollet dictionibus restrictivis *tunc*, *& eo casu*, *& in dict. Romana, seu Sarzanen. Fideicommissi 2. Julii 1714. §. præmissa coram R. P. D. meo Cerro.*

90 Idemque operantur verba *in tempo della loro morte*, quæ verba ad tempus mortis directa restringunt substitutionem ad unicum tempus mortis vocatorum sine filiis *Rota in Romana Immissionis, seu Locorum Montium 1. Februarii 1726. coram R. P. D. Calcagnino, & 3. Martii 1727. §. quodque revera, & seqq. coram Ratto*, ubi quod
91 hoc procedit etiamsi deficiant dictiones taxativæ *tantum*, *dumtaxat*, & similes.

92 Sed si ex contextu testamenti, & ex conjecturis apparet substitutionem non fuisse coarctatam ad certum, & determinatum tempus, sed indefinita, & cujuscumque temporis complexiva, tunc substitutus succedere deberet in quocumque casu, sive testator, aut primus vocatus decedat sine filiis, sive cum filiis, & isti quandocumque, & quocumque tempore deficiant, ut in specie *Rot. Rom. decis. 278. num. 12. & 13. & decis. 474. num. 16. & 17. part. 18. recent. & in Romana Donationum 24. Januarii 1704. §. aut demum coram Molines, & in Romana Jurispatronatus 3. Julii 1705. §. certius coram eodem. Rot. Florent. in Florentina Fideicommissi de Bonsis 11. Septembris 1693. num. 25. coram Paciano.*

93 Prima autem conjectura desumitur ex conservatione agnationis, quæ operatur, ut substitutio interpretari non debeat restricta ad certum tempus, sed indeterminata, omnia tempora respiciens, & fideicommissariam importans *Rot. Rom. post Constant. ad Stat. Urb.* cit. *decis* 120. *num.* 8.

Verum tamen est, quod si de mente testato-
94 ris constaret volitam ab eo fuisse restrictionem ad tempus mortis, ista conjectura, quamvis alioquin de sui natura potens sit, famulari, & obsequi deberet menti ejusdem testatoris, & intelligi volita in casu purificatæ conditionis, & non aliter, in specie *Rot Rom. in dict. Romana, seu Sarzanen. Fideicommissi 2. Julii 1714 §. aut ultum coram Cerro*, & in eitat. *Romana Immissionis, seu Locorum Montium 3. Martii 1727. §. nullumque validum coram Ratta.*

95 Idque procedit, quamvis fuerit etiam prohibita alienatio pro conservatione bonorum in familia, si ista sit dependens, & accessoria, quo casu non ampliat fideicommissum, nec operatur, ut substitutio restricta ad certum casum, & tempus, istud egrediatur, omniaque tempora complectatur, in puncto *Rot in Romana, seu Sarzanen Fideicommissi 2. Julii 1714. §. final. coram Cerro, in Romana Immissionis, seu Locorum Montium 3. Martii 1727. §. nec contrarium, & seqq. coram Ratta*, ubi
96 plures concordantes, subdens, quod hoc eo magis procedit si prohibitio alienationis sit relativa ad personas, & casus supra expressos.

97 Secunda desumitur ex digressu ad plures substitutionum gradus; longa enim substitutionum series verisimile non est, quod pendeat, & restricta sit ad unicum casum mortis testatoris, vel personæ vocatæ cum filiis, adeout si isti de tempore mortis existant, omnes successivæ substitutiones evanescant, sed potius præsumendum est disponentem personas substitutas invitare voluisse, tam si filii testatoris, vel personæ vocatæ defecerint ante patris obitum, quam si deficiant ea post, quocumque tempore id eveniat, ut in individuo *Rot. Rom. post Constant. ad Stat. Urb. dict. dec.* 120. *num.* 12. *& in dict. Romana Jurispatronatus 3. Julii 1705. §. verbis accedant coram Molines, & 14. Decembris ejusdem anni §. & apertius coram eodem, & in dict. Valentina Jurispatronatus 16. Junii 1715. §. insuper coram Eminentiss. D. meo Card. Falconeria* nunc impress. inter suas *tit.* 16. eit. *decis.* 28. *num.* 8.

Sed hæc conjectura pariter declarationem recipit, & tunc solum digressus esset considerabilis, quando unus ex vocatis succederet alteri per fideicommissum, & substitutiones starent de per se, non vero quando omnes substitutiones pendent a
conditione negativa obitus vocati nullis relictis fi- 98
liis, quo casu deficiente conditione omnes substitutiones evanescunt, nec fideicommissum extenditur ultra casum a testatore volitum, & designatum, ut in individuo *Rot.* in sæpeallegat. *Romana, seu Sarzanen. Fideicommissi 2. Julii 1714 §. nam dicta coram Cerro, & 21. Novembris ejusdem anni §. prout parum coram Ansaldo.*

Et hinc eruitur tertia conjectura consistens in eo, quod testator voluerit perpetuitatem, quæ cum verificari non possit, si substitutiones omnes expirarent per existentiam filiorum de tempore mortis testatoris, sed solum verificabilis sit cum substitutione fideicommissaria, qua mediante substituti succedere deberent tam in casu, quo defecissent filii de tempore obitus testatoris, quam si
de eo tempore extitissent, & postea quandocum- 99
que decessissent, ex hac perpetuitate volita a disponente excluditur vulgaris, & fideicommissaria ordinata censetur, ut in specie theoricæ *Socini Rot.* in sæpecitat. *Romana Jurispatronatus 3. Julii 1705. §. clariora coram Molines, & 14. Decembris ejusdem anni §. idemque, & seqq coram eodem*, ubi quod si verba perpetuitatis in fine posita sint,
ad omnia in testamento contenta referuntur, *& in* 100
dict. Tarentina Beneficii SS. Simonis, & Judæ 19. Februarii 1723. §. his autem, & seqq. & §. denique coram Lancetta.

Et huc ipsum dicendum esset, si adessent ver- 101
ba tractum futuri temporis denotantia, puta si dictum fuisset *descensive*, quod cum nullam temporis determinationem recipiat, sed de sui natura designet tractum temporis successivum, fideicommissariæ, non vulgari substitutioni adaptatur, ut in nostris terminis *Rot. in dict. Romana Jurispatronatus 3. Julii 1705. §. clariora coram Molines, & 14. Decembris ejusdem anni §. ejusdem coram eodem*, confirmata 20. *Junii 1707. coram bon. mem. Card. Scotto*, quarum prima est impress. apud *Pitan. de controv. patron. alleg.* 110. *num.* 626.

Vel *abinde*, in specie *Rot* in sæpeallegat. *Va-
lentina Jurispatronatus 16. Junii 1715. §. tum etiam* 102
coram Eminentiss. D. meo Card. Falconeria nunc impress. inter suas *tit.* 16 *dict. decis.* 28. *num.* 6.

Aut alia verba tractum successivum denotan-
tia, ut pluribus relatis firmat *Rot. Florent. in dict.* 103
Florentina Immissionis 2 Octobris 1715. artic. 1. num. 11. & seqq. coram me.

Perpetuitas autem, & ordo successivus debet 104
esse expressus, nec sufficit resultans ex verbis collectivis, puta vocatione descendentium, vel simili; ista enim verba collectiva non operantur, ut substitutio determinata indeterminata evadat, nec quod substitutio vulgaris, quam juxta famigeratam theoricam *Cumani* important dicta verba, re-
solvatur in fideicommissariam, ut in individuo 105
Rot. in Tarentina Beneficii SS. Simonis, & Judæ 19. Februarii 1723. §. his autem coram Lancetta, & in Romana Immissionis, seu Locorum Montium 3. Martii 1727. §. irrito autem, & seqq. coram Ratto, & generaliter *Rot. Rom. coram Ubald. dec.* 33. *num.* 2.

num. 2. post Albit. de inconst. in judic. dec. 26. n. 1.
& in Romana, seu Civitatis Plebis Cantbelæ Angeli
12. Junii 1716. §. ulterius coram Lancetta, & in
Romana Immissionis super domo 22. Januarii ejusdem
anni §. minus bine coram Cerro, & in Ferrarien.
Fideicommissi super restitutione in integrum 3. Ju-
nii 1726. §. similiter coram Caenelio. Rot. Senen.
decis. 31. num. 5. & seqq. & decis. 35. §. 1. n. 8.
& seqq. coram me. Rot. Florent. decis. 1. num. 1.
& seqq. decis. 31. num. 21. & seqq. & decis. 82.
num. 18. & seqq. pariter coram me, & dixi supra
in addit. ad decis. 36. num. 1. & seqq. & in addit.
ad decis. 50. num. pariter 1. & seqq. cum aliis plu-
ribus in dictis locis relatis.
106 Nisi verbum descendentes, linea, vel simile es-
set junctum cum aliis verbis, & circumstantiis tra-
ctum successivum, & perpetuitatem denotantibus,
ex quibus a theorica Cumani receditur, ut in ter-
minis nostræ quæstionis Rot. Rom. in dict. Tarentina
Beneficii SS. Simonis, & Judæ 19. Februarii 1723.
§. crescitque demonstratio, & seqq. coram Lancetta,
aliæque mox citatæ auctoritates. Rot. Florent. in
Florentina Immissionis 1725. art. 2. n. 40. & n. 49.
coram me in tertio volumine mearum decisionum
imprimend.
107 Quarta eruitur conjectura ex realitate fidei-
commissi, quæ tamen realitas suum operatur effe-
ctum, quoties purificetur conditio, sub qua fuit
ordinatum fideicommissum, in puncto Rot. in sæ-
pecitat. Romana, seu Sarzanen. Fideicommissi 2. Ju-
lii 1724. §. final. coram R. P. D. meo Cerro.
Quinta conjectura depromitur ex eo quod
testator usus sit verbis præseferentibus liberam,
absolutam, & indeterminatam vocationem, & po-
stea addat alia verba in exequutionem dispositio-
108 nis præcedentis, quæ pernecesse, & evidenter non
ostendant volitam fuisse restrictionem ad tempus
mortis, nam tunc, ne una pars testamenti pugnet
cum alia, subsequentia verba interpretari debent
famulativè, & compatibiliter cum primis, adeout
ad omne tempus deficientiæ sint referibilia, ut in
individuo prosequitur Rot. in dict. Romana Juris-
patronatus 3. Julii 1705. §. inter alia coram Mo-
lines.
Maxime si verba, in quibus primo loco suam
voluntatem expressit testator, sint proœmialia, &
per modum compendii complexiva contentorum
in sequenti dispositiva, quo casu proœmialia ver-
109 ba totam dispositionem informant, & ab eis di-
spositiva declarationem, & intelligentiam recipit,
ut in individuo Rot. in Romana Jurispatronatus
14. Decembris 1705. §. iterum coram Molines.
Hoc ipsum dicendum esset, si in prima voca-
tione agnatorum testator illos indeterminate, &
per fideicommissariam substituisset, nam tunc eo-
110 dem modo fideicommissaria dicenda esset substitu-
tio cognatorum, qui deficientibus agnatis vocati
sunt, nec istorum vocatio dici posset determinate
volita ad tempus mortis, prout determinate non
fuit facta substitutio primo loco vocatorum, ut
prosequitur Rot. in sæpe relat. Valentina Jurispa-
tronatus 26. Junii 1715. §. non etiam quia coram
Eminentiss. D. meo Card. Falconerio nunc impress.
inter suas tit. 16. dict. decis. 28. num. 6.
Signanter si testator gravavit personas proxi-
111 miores, & magis dilectas, earumque respectu vo-
luit fideicommissum prorogare, pariformiter pro-
rogare voluisse dicendum est, nec illud restrin-
gere, & determinare ad tempus mortis respectu
remotiorum, & minus dilectorum, ut in specie
arguit Rot. in sæpeallegat. Valentina Jurispatrona-
26. Junii 1715. §. insuper coram Eminentiss. D. meo
Card. Falconerio modo impress. inter suas tit. 16.
citat. decis. 28. num. 8.

Eoque validius si versaremur in materia ju-
rispatronatus, & in jurepatronatus passivo clare
constaret, testatorem voluisse fideicommissum or-
dinare, nec vocationem ad existentiam de tempo-
re mortis restringere per viam vulgaris; tali quip-
pe casu si dubium sit, an in activo jurepatrona-
tus voluerit illud expirare per existentiam filiorum 112
de tempore mortis se restringendo, & determi-
nando ad illud tempus, talis interpretatio sumi
deberet, ut juspatronatus activum a passivo di-
scordet, sed unum ab alio declarari, & interpre-
tari debet, ut in præcisis nostris terminis Rot. in
sæpeallegat. Valentina Jurispatronatus 26 Junii 1715.
§. final. coram Eminentiss. D. meo Card. Falconerio
nunc impress. inter suas tit. 16. decis. 28. num. 10.
& in dict. Tarentina Beneficii SS. Simonis, & Judæ
19. Februarii 1723. §. final. coram Lancetta, & ge- 113
neraliter, quod a jurepatronatus activo inferatur,
& normam recipere debeat passivum, & viceversa,
dixi supra in addit. ad decis. 98. num. 18. Rot.
Rom. in Sulmonen. Jurispatronatus 21. Januarii 1715.
§. final. coram Eminentiss. D. meo Card. Falconerio
impress. inter suas tit. 16. decis. 28. num. 9.
Precipue si substitutio indeterminate accepta,
& fideicommissum inducens sit magis favorabilis
consanguineis fundatoris, quo casu semper lata in-
terpretatio capienda est, & quæ eorum favorem 114
magis concernat, ut prosequitur Rot. in Romana
Jurispatronatus 3. Julii 1705. impress. apud Piton.
de controv. patron. dict. alleg. 100. num. 639 con-
firmata 20. Junii 1707. coram Scotto, & in allegat.
Tarentina Beneficii SS. Simonis, & Judæ 19. Februa-
rii 1723. §. final. coram Lancetta.
Verum tamen est, quod non semper, & indi-
stincte verba indeterminate accepta a testatore in
una parte testamenti, indeterminate accipi debent
etiam in alia, sed tunc solum quando non adest
diversitas verborum; ista enim concurrente potius
argumentum retorquetur, nam sicut testator ubi
conditionem negativam non existentiæ filiorum 115
noluit restringere ad tempus obitus, scivit id si-
gnificare utendo verbis indefinitis, & indetermi-
natis, ita dum diversimode disposuit, & se restrin-
xit, & coarctavit ad certum tempus, & casum,
signum evidens est, quod substitutiones ordinare
voluerit dependenter ab eodem tempore, & casu,
istisque evenientibus successivas substitutiones ex-
pirare, ut in nostris terminis ponderat Rot. Rom.
post Constant. ad Stat. Urb. dict. decis. 203. num. 18.
& in citat. Ferrarien. Fideicommissi super restitutio-
ne in integrum 3. Junii 1726. §. eademque coram
Caenelio, & in allegat. Romana Immissionis, seu Lo-
corum Montium 3. Martii 1717. §. magna namque
coram Ratto. Rot. Florent. in sæpecitat. Florentina
Immissionis 1725. art. 2. num. 42. coram me.
Pariter argumentum prædictum de una parte 116
testamenti ad aliam prodesse non posset, si con-
curreret diversitas rationis, puta quia in ea parte
testamenti, in qua verba indeterminate accepta
sunt, & pro fideicommissi inductione agatur de
personis minus dilectis, & in alio casu, in quo
testator se restrinxit ad certum casum, & tempus,
agatur de gravandis personis prædilectis, contra
quas favore minus dilectorum disponentem prore-
gare voluisse gravamen, & fideicommissum creden-
dum non est, ut apposite animadvertit Rot. in sæ-
perelat. Romana Immissionis, seu Locorum Montium
1726. coram Scotto, & 3. Martii 1727. §. diversi-
tas itidem coram Ratto.
Sextum conjiciendi genus præbet qualitas ver-
borum, quibus testator usus est; sicut enim si
adhibuisset verba suprarelata num. 88. & seqq. cen-
seretur se restringere voluisse ad tempus mortis,
ita

117 Ita si alia verba indefinita, & indeterminata in te-
stamento apposuisset, præsumendum esset, quod
omne, & quodcumque tempus comprehendere
voluerit; hujusmodi autem verba inter cætera sunt
118 *si filii testatoris non viverent*, nam tunc successivæ
substitutiones ordinatæ censentur etiam in casu,
quo filii vixerint, & postea defecerint, latissime
in subjecta nostra materia *Rot. in dict. Romana Ju-
rispatronatus 3. Julii* 1705. §. *quandoquidem*, *& seq.
coram Molines* impress. *apud Piton de controv. pa-
tron. alleg.* 100. *num.* 622. ubi quod hoc procedit
